PRAXIS RERUM CIUILIUM OPUS ABSOLUTISSIMUM. PRAETORIBUS CONSULIBUS...

Joost : van Damhouder, Nicolaas : van Tulden, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
11 H
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13 . 5 . C . 50

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS
RERVM CIVILIVM
OPVS ABSOLVTISSIMVM.

PRAETORIBVS CONSVLIBVS MAGISTRATIBVS
ET OFFICIARIIS VTILISSIMA AC NECESSARIA

AVCTORE CL. V.
D. IODOCO DAMHOVDERIO,
BRVGENSI EQVITE AVRATO V. I. D.
CONSILIARIO CAESAREO ET REGIO.

Illuſtrata modo, & aucta Annotationibus perpetuis, ad theoriam, ſimul & Praxin reſolutiuis, NICOLAI THVLDAENI. I. C.

Cum Capitum, & Materiarum Indicibus copioſiſſimis.



ANTVERPIAE
APVD GASPAREM BELLERVM
ANNO CIↃ. IↃC. XVII.
Cum Priuilegiis Caſareo ad decennium & Principum Belgarum.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILIBVS AC MAGNIFICIS CONSVLIBVS ET SENATVI POPVLOQVE ANTVERPIENSI

NICOLAVS THVLDAENVS, S.

CVM annis ſuperioribus, *Senatores Ampliſsimi*, celeber celeberrimi veſtri emporij Bibliopola, Typographus, & Ciuis amantiſſimus Reip. ſimul & mei, per literas à me iteratò poſtularet, vt PRAXIN CIVILEM IVSTI DAMHOVDERII, Viri illuſtris, & magnarum rerum iudiciorumque experientia ſpectati, perinde vt priùs eiuſdem Auctoris Locos communes parium aut ſimilium, Annotationibus (breuibus ſaltem & minutis) quibuſdam illuſtrarem, diu multumque deliberando ſubſtiti, quòd cum antea libros eius auctoris propemodum omnes legiſſem, nullus inter eos perinde diſplicuiſſet; cum quòd Praxis iſtiuſmodi traditiones à noſtratis Brabantiæ moribus alienæ prorſus ac diſſonæ magis viderentur, cum quod frigidè pleraque, ac confusè adeo tractarentur, vt an theoriam traderet, an generatim de Praxi, ſtylo, vel conſuetudine quapiam ſpeciali loqueretur, difficile admodum foret aliquoties diſcernere. Sed quoniam rationes hæ magis

Digitized by Google

etiam eum accendiſſent, quàm excuſationem mererētur, acquieui tandem, non tam renouandi laboris, diuulgandæque Praxis voluptate, quàm negandi verecundia, laborem quippe ab amico poſtulatum, vtcunque mihi moleſtiſsimum, & ætate iam certè graui, grauiſſimum, prodeſſe plurimum poſſe ad vendibilis libri fæliciorem vbiuis diſtractionem (quæ, cum eiuſdem impreſſione, ei velut propria ac hæreditaria, ex priuilegio eſſet) certò mihi perſuaſum habebam. Neque enim vni ſolíque mihi, ſed pleriſque paſſim ætatis noſtræ Iureconſultis, tam indigenis quàm peregrinis & exteris, librum eum, præ cæteris eiuſdem auctoris, diſplicere, velut de tripode dictum exiſtimabam; vel ex eo, quòd cum exteri perinde ac indigenæ, nihil prope aliud ſpirent ac crepent, in iudiciis, præſertim criminoſis, quàm auctoritatem Damhouderij; in Ciuili tamen hac Praxi non repererim, niſi duntaxat ſemel atque iterum, in editis eorum libris adductum aut commemoratum; idque ex cauſis, opinor, priùs à me relatis. Quibus hoc labore, his Annotationum illuſtrationibus facillimè mederetur. Eoque Annotationes perpetuæ, ad theoriam ſimul & Praxin reſolutiuæ, nuncupatæ ſunt: quòd continenter ſingulæ textus ipſius ſententiæ, ſiue periodi, ſingulis Annotationibus (ſi rectè ac plenè excudantur) ad ius commune, ac pariter ſtylum & Praxin ſummarum in orbe Chriſtiano curiarum aut ſenatuum, noſtratis præſertim Brabātiæ, inferioriſque Germaniæ, Galliæ ac Franciæ, ſuccinctæ confirmentur, explicentur, reſoluantur. Hæ itaque Annotationes cum aliquibus, quorum auſpicijs prodirent, ex more iam ita recepto, vt ſine offenſiuncula vix negligi videatur, inſcribendæ eſſent: Vos mihi, Iuſtitiæ, Præſides digniſſimi ornatiſſimíque, primum occurriſtis, quibus eas darem, dicarem ac conſecrarem: quod, perinde ac priùs ipſum opus cui acceſſerunt, ad petitionem Typographi, in inclyto hoc emporio, ſub veſtra iuriſdictione ac clientela, velut enatæ, primam lucem acciperent. Eoque me hortabantur, cum alia, tum vetus veſtri ordinis aliquorum amicitia, tum apprime ſplendor, prudentia, fides, atque virtus veſtra, deceſſorumque veſtrorum; quibus fortiter (ſicut editis quorundam ſcriptis ac chronicis docemur)

exem-

Digitized by Google

exemplo præeuntibus, exiguo admodum tempore, populus Antuerpienſis (quòd de Romano olim Gellius dicebat) omnium virtutum generibus exercendis colendiſque, è parua origine, ad tantæ amplitudinis inſtar eminuit. Adeò vt vrbs iſta partim maritima, & natura & ſitu, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine inprimis nobilis, caput gentis non modò Brabantinæ, ſed & Flandricæ, apud exteras vbique nationes habita ſit, quippe apud quas, ſimul atque memoratur nomen nobiliſſimi emporij Antuerpienſis, quod apud eas eſt in magno honore & gloria, ſtatim vnà occurrit Flandriæ nomen (vt & verſa vice) quo generatim inferiores Germaniæ regiones complectuntur, & ab eiſdem non modò frequentata, ſed & ſplendidis plurimis, in eam rem ædificiis, pulcherrimiſque operibus, quæ ſingula ſingulas vrbes illuſtrare poſſent, miro artificio atque impendio, fuit ſemper exornata. Vt tamen vices iſtæ rerum ſunt: mercatura eam modò, non perinde magna & copioſa, multa vndique apportante, multiſque ſine vanitate impartiente, beatam ac florentem; non ſine animi dolore audimus. Verùm enimuerò ciues veſtri, qui (vt Fabius declamat) cum fortuna ruere dementiam eſſe intelligunt; & (vt egregie Boëtius) annum bonum non tam de magnis fructibus, quàm de iuſtè regentibus exiſtimandum; freti veſtra illa ſapientia, & in patriam nobilitatiſſima charitate, ſublimes interim animos conſtantiſſimè erigunt, & decus dignitatemque nobiliſſimæ vrbis tuentur. Etenim (vt hîc de occulta prouidentia, à ſacræ paginæ profeſſoribus paſſim inculcata, taceamus) præclarè Seneca (libr. xiv. Epiſtola xcij.) *Sæpe maiori fortunæ locum fecit iniuria, multa ceciderunt vt altius ſurgerent*. Qui cum inibi paulò poſt ſubdit, fortunam aduerſus vrbes idem poſſe quod aduerſus homines: luculentius eadem demonſtrat (lib. controuerſ. ij. ſub initium) dum ſic exclamat; *Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium fuiſſe conſulem, aut futurum?* Rurſus paulò poſt; *Quid referam Marium ſexto conſulatu Carthagine mendicantem, ſeptimo imperantem ne circa plura inſtabilis fortunæ exempla*. Et reliqua: Neque hoc ignorârunt ſolertes illi, cōcinna verborum ſolertia, naturę adumbratores Poëtæ, dum ita nobis quidā occinit,

——— *Multos aduerſa reuiſens*
Luſit & in ſolido rurſum Fortuna locauit.

Quinetiam iuris noſtri præceptores, (quorum ars plerumque naturam imitatur) continuò conclamant, rem quamque, ad naturam ſeu genium ſuum, facillimè reuerti, ſic (ſi, teſte Cicerone, probabile eſt quod ferè fieri ſolet) vrbi veſtræ, eiuſque feliciſſimo illi genio eueniet; vt è iam tenui fortè rep. maximam florentiſsimamque iterum relinquatis, quodque illi ſimul ominari videntur, id opto; neque vobis ſolùm, ſed ipſi pariter mihi (ne de ſummo hîc affectu addubitetur; neque adulari exiſtimer, id quod nunquam didici, ſed veritati magis quàm vernilibus blandimentis aſſueui) quòd nimirùm ex vrbis huius fortunis, obuentionibuſque publicis mearum aliquam quotannis fermè partem, veſtra beneficentia, aduſque recipiam. Etſi enim ad iuſtitiam ſolummodo commutatiuam, non etiam diſtributiuam illam, ſecundum quam affectus iſte noſter erga vos veſtroſque (quem modò apertiſſimè demonſtramus) & tot labores gratuitò exantlati, deinceps etiam aliquid amplius promererentur: attamen ſi mihi ad conſuetam vobis (pro perpetua illa conſtantia ac fide) libram, ad iuſtiſſimum illud æquilibrium, quo cæteris omnibus, imò quo (vt intelligo) vobiſmetipſis tribuatis ac diſpenſetis, quod facitis, maximam etiam eo nomine, vobis me gratiam debere ac debuiſſe ſemper libens agnoſco. Accipite igitur vrbis nobiliſsimæ, Principes nobiliſſimi, non tam munuſculum aliquod, quàm antidora qualiacunque, quæ vobis vnicè à me debentur. Quorum iam cauſas aliquas, velut per cancellos quoſdam oſtendi, maiores etiam, cur veſtræ reip. maximè conueniant & accommodentur, in ſubſequentibus fortè demonſtraturus: ne hîc in publica peccem commoda, ſi vos in iis continuò intentos, & occupatos, pluribus remorer, quos vrbe beatiore, beatos ſibi, ciuibuſque ſeruet Chriſtus Opt. Max. cui vni laus & gloria.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIO.

QVum PRAXIS hæc RERVM CIVILIVM Clariſsimi viri D. IODOCI DAMHOVDERII V. I. Doctoris conſultiſsimi, nihil habeat, quod aut fidem Catholicam, aut Rempublicam Chriſtianam offendat: & plurimum fructus omnibus Iuris candidatis ſit allatura, poterit non ſolum ſine offenſione, ſed & magno ſtudioſorum Iuris commodo, prælo committi. Actum Bruxellæ hac decima quinta Octobris. Anno Domini 1566.

Ita atteſtor L. Merſius. Sacræ Theologiæ Licentiatus, Diuæ Gudulæ Bruxellen. Decanus, Vicarius generalis Reuerendiß. Archiepiſcopi Cameracenſis.

HAEc Rerum Ciuilium Praxis clariſsimi viri D. IODOCI DAMHOVDERII *V. I. Doctoris conſultißimi, Cæſarij ac Regij dum viueret Conſiliarij prudentißimi, omnibus Iuris conſultis vtilißima, nihil habet in ſe nec in Annotationibus, quod Eccleſiæ Catholicæ aduerſetur. Quocirca iterum imprimi poterit, vt doctrinam & vitam eius omnes Iuri operam nauantes imitentur, quò non huius, ſed æternæ vitæ præmia expectent. Quod cenſui 16. Mart. Anno 1617.*

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canon. & Pleb. Antuerp. Librorum Cenſor.

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLAE Claræ Eugeniæ, Archiducum Auſtriæ, Sereniſsimorum Belgij Principum Priuilegio Cautum eſt, ne quis alius in Belgio à GASPARE BELLERO Typographo Antuerpienſi PRAXIM CIVILEM & CRIMINALEM, D. IODOCI DAMHOVDERII ſexennio excudat, &c. ſub pœnis ipſo Priuilegio latius comprehenſis. Bruxel. 1. Iulij 1613.

Buſcbere.

Digitized by Google

IVDICIS ORNAMENTVM

EST

MAXIMVM,

SI CVM OMNI

SCIENTIARVM GENERE,

IVRISPRVDENTIA INSIGNITVS

POLLEAT.

Digitized by Google

AVCTOR
PRO PVRGATIONE SVI, AD LECTOREM.

SI quid in præſenti Rerum Ciuilium Praxi, candide Lector, reperies, quod cum ſtudiis iuris non vſquequaque ſit conforme, quod cum iuris voculis, cum phraſi iuriſperitorum per omnia conſonet, quodque iurium ſanctiſſimis legibus, aut receptiſſimæ Praxi paſſim non ſatis fœliciter reſpondeat quin potius, ſi quædam (ne multa dicam) ineptula, inſulſa, indigna creata: imo ſi quædam impropriè, aut illatinius dicta, aut licentius conficta videbuntur: (veluti Souuerenitas, Saiſina, Complainta, Vierſcharium, Enqueſta, Appoinctamentum, Guarandiſare, Guarandia, Arramenta, Arreſtum, Reſortum, Parlamẽtum, Releuatio, Releuamentum, Explotum, Reſtabilimentum, &c. *Ea omnia candide Lector rogo boni conſulas, & ſcribentium conditionem acutè conſideres. Qui enim quid edit, quod fortaſſis multorum conſpectibus patebit, id (ſi modo à multis intelligi volet) propria aliquando negliget, & ad vulgaria vocabula ſeſe accommodare cogetur, quod vel ipſi Ciceroni improbatum nunquam fuit, ſed quæuis ſæcula ſuas peculiaras habuerunt voculas, & doctiſſimos quoſque authores, nunquam puduit vti receptis vocabulis aut noua effingere, quoties propriis deſtituebantur, aut quãdo propria non fuerant vſquequaq; recepta, niſi aut non intelligi, aut prorſus rideri cum ſua noua affectatione maluiſſent. Edidit enim Budæus vir omnium calculo doctiſſimus vocabula forenſia, ſed Ciceroniano ſæculo quàm noſtro accõmodatiora. His enim omnibus ſi quis in foro verſans, aut loquẽdo, aut ſcribendo vteretur, non video quis illius, aut dicta, aut ſcripta intelligendo aſſequeretur. Metuerim ne multis cachinnum, aut ſtuporem afferret potius, quam intellectum rei, quam ab omnibus clarè intelligi vellet. Aliud eſt rethoricè, aliud eſt iuridicè quicquam ſcribere. Qui rhetoricè ſcribit ſibi placet, aliorumq; aures phaleratis verbis demulcet, qui iuridicè ſcribit rem apertè commonſtrare cupit, contentus quibus id verbis paragat, modo fructum conferat. Ita & ego quoque in hac editione malui aliquando vſitatis vti vocabulis, & ab omnibus intelligi, quàm Budæanis triumphare floſculis, & à paucioribus intelligi: Qui in foro verſantur, his præcipuè dictum eſt, vtendũ eſt foro, hoc eſt, vt qui forenſia tractat, hic ad forum, id eſt, ad receptam conſuetudinem ſeſe accõmodet, oportet. Nihilominus quicquid hic à me peccatum eſt, id rogo boni conſulas, & id non tam mihi, aut meis ſtudijs, quàm aulicis occupationibus meis imputes velim, quæ vti ſunt arduæ, & tales, quæ totum requirant hominem, ita me quoque totum hiſce aulicis negotijs tradere par erat, & iuris praxiſque forenſis ſtudium quodammodo intermittere, & negligere, & aſſumpto muneri pro viribus ſatisfacere. Iam enim decimus ſextus voluitur annus quod aulicæ Financiæ meam aſſiduam impendo operam, quodq; Iuris ſtudijs, & Praxi forenſi propemodum valedixerim, ob quæ minus appoſitè cuncta effari licuit. Nam Heroinarum omnium prudentiſſima Maria, vidua Ludouici regis Hungariæ & Bohemiæ, & Caroli V. Romanorum Imperatoris germana ſoror, vbi à fratre ſuo Imperatore, vniuerſis Belgiæ regionibus præfecta, & anno 1551. Auguſta vindelicorum, in hanc Belgiam noſtram re-*

Digitized by Google

miſſa fuerat, & Brugis ageret, me ad ſe accerſit, Imperatorem in ſuæ Financiæ Belgicæ adminiſtratione, egere fideli Conſiliario, & Commiſſario elegantiſſima oratione commonſtrat, & me ad hanc Imperatoriam Financiam ſimul eligit, & nullis excuſationibus meis (quod tale officium à me eſſet alienum quodq́ue parum cum meis conueniret ſtudiis, ſed quod potius requireret virum, in huiuſmodi negotiis verſatiſſimum) auditis, vel admiſſis, è veſtigio in manu ſua meum iuramentum tradere mandat, & dictæ Financiæ, ſexta Ianuarij, anno 1551. me committit, præſente D. Ludouico Pratenſi tunc temporis eiuſdem Financiæ imperatoriæ capite ſecundario. Huic itaque Financiæ, tunc Catholici Regis Philippi, Regis Hiſpaniarum, cum iam ſexdecim annos vaco, nullum mirum meritò videri debet, ſi à ſtudiis Iuris factus ſim æquò alienior, ſiq́ue phraſis iſthæc non æquè dignè cum iuris phraſi conſentiat, nec votis legentium per omnia faciat ſatis. Ideoq́ue ſi quippiam fuerit, in hac materia locupletiſſima derelictum, aut ſi in re clara citandis authoribus fuerim viſus liberalior, cogita, quæſo candide Lector, nulli vnquam verſum vitio, quod in ſua arte, non quæ voluit, ſed quæ communis vtilitatis cauſa potuit, præſtitit. Quocirca hic optare cogor, quod C. Lucius quondam optaſſe ſcribitur, nempe vt ea quæ ſcriberet, neque ab indoctiſſimis, qui nihil intelligerent, neque à doctiſſimis, qui plura, & abſolutiora expoſceret, legerentur. Præſtiti equidem quæ pro ingenij tenuitate, quæq́ue pro negotiorum qualitate præſtare potui, nec ſcribens doctis, quibus me ſatis facturum diffidebam, nec prorſus indoctis, quibus nihil eſt iudicij, ſed mediocribus, & ad iuris nobile faſtigium nondum prouectis, ſcilicet, vt iſthæc à me conſcripta, ipſis, & quibuſcunque alijs, quorum res in foro aliquãdo verſantur, iudicialis enchiridij loco eſſe poſſint, & ex hoc libello iudicialiũ proceſſuum ordinem videant, & ex eo decerpant, quod ſuæ cauſæ patrocinaturum ſperabunt. Quod ſi res requiret, vt Doctores conſulendi ſint, id per me faciant licet. Nolo enim, vt in cauſis maxime arduis, ſic ab hac mea Ciuili Praxi dependeant, vt doctiores conſulere, quum opus erit, deſinant. Sed hac noſtra editione tantum fruantur, aut in rebus leuibus, aut mediocribus aut etiam in arduis donec ipſis doctioris iuriſperiti copia contigerit, qui non tantum iuxta iuris apicem, ſed ſecundum aut hanc noſtram Praxim, aut ſecundum temporum, locorum, perſonarum, qualitatum, aut aliarum rerum circunſtantias, ſua conſilia conferent. Quocirca (vt finem faciam) iterum, atque iterum te candide lector, quiſquis es, rogo, vt quicquid indignitatis, quicquid vitij, quicquid imperfectionis in libello hoc noſtro, quod nobili, ac delicato palato tuo non ſatis ſapiat, comperies, id benigno vultu aſpicias bonIq́ue conſulas, & feliciter valeas.

IN

IN

D. IODOCI,

SIVE

IVSTI DAMHOVDERII PRAXIM,

IOAN. LATOMI CARMEN.

Fons Deus eſt Æqui: mens huius, linguaq́; Ius eſt.
Sed nihil eſt Æquo: ſimpliciusq́; Deo.
Nam Deus eſt vnus: quod de illo credimus, vnum eſt:
Omnia ſunt vnum, Rex, torus, vnda, domus:
Iam tibi quod nolis fieri, ne feceris illi,
Naturæ obſtrictum, quem tibi lege tenes.
Lex certè modica eſt: ad quam reuocaueris aptè,
Huius & illius iurgia cuncta fori.
Vnde igitur nobis tam multa volumina Iuris?
Vnde ſcriptorum tam numeroſa cohors?
Auſus erat quondam (ſi non eſt fabula) Gangem,
Ob damnum chari ſcindere Cyrus equi:
Ille ſed immenſum flumen edit eſſe vadoſum,
Pergeret humanum ne violare genus.
Aſt hic innumeros, vna è ſcaturigine riuos,
Omnes peruaſtos dixeris Oceanos:
Et maris inſtar, habent ſcopulos, breuia, atque Charybdes,
Monſtraq; non vno maxima quiq; colo.
Quæ omnia, ſi ſancti non ſunt iniuria Iuris,
Certè tam dicors nulla Chimæra fuit.
Eccè DAMHOVDERIVS *mentem cognominis huius,*
Præfectum ripæ quod ſonat, arte refert:
Nam mare, ne totum fontem reſtagnet in ipſum
Amplius, & limum fundat vbique ſuum;
Quodq́; fluit purum, proprium ne referat alueum,
Aggeribus iactis inter vtrumque ſecat,
Vt tibi nunc viuam, certo diſcrimine lympham,
Et ſit quam quæris, fas reperire ſtatim.
Iuris hic antiſtes multùm de Iure meretur:
Forſan & hinc IVSTI *nobile nomen habet.*

Digitized by Google

AD
LECTOREM
PRÆFATIO.

FOELICES quidem eos, Lector humaniſſimè, ſemper exiſtimare ſoleo, quibus poſt præclaram rerum publicarum adminiſtrationem, aut poſt dignum aliquod ſcriptum (quo ſe Deo mũdoque hic vixiſſe teſtantur) tandem ſenectutis graues annos, in placido, honeſtoque ocio peragere contigit. Verùm hac in parte, neſcio quo ſydere natus, quóve fato (vt ita loquar) ductus, me meritò infœlicem cenſere debeo: adeo vt quanto ad eam fœlicitatis portiunculam meipſum, meaque omnia ſtudioſius componere pergam, tantò longius ab ea me quotidie repulſum eſſe, imo tantò altius laborum moleſtiis me immerſum, ne dum iniectum conſpiciam. Cauſam autem tum ex meipſo natam video, qui eo ſum ingenio natus, vt nihil honeſta flagitantibus denegare poſſim, tum ex ipſis quoque meis lucubratiunculis, eam cauſam ſubmiſtratam comperio, quæ toties paſſim apud exteros recuſæ nouum ſemper Lectoribus ſui deſiderium reliquerit, Typographorumque denuo imprimendi auiditatem exacuerint, & Doctis amiculis ex ijs iterum iterumque perlectis occaſionem præbuerint, qua à me omnium hominum occupatiſſimo, alia argumenta prioribus, nec diſſimilia, nec indigna conſtanter expoſcere pergant. Poſtquam enim ſuperioribus annis, Praxim Rerum Criminalium in ſtudioſorum gratiam, & in quorumcunque Officiariorum certam ſecuritatem in vulgus edere auſus fueram, eam adeo candidis non diſplicuiſſe comperi, vt ipſam iam decies recuſam, paſſim diſtrahi intelligam, quod & de noſtro pupillorum patrocinio, & Subhaſtionis exegeſi contingere non doleo. Quid pluribus immoror? Horum vel vtilitas, vel grata iucunditas, quoſdam, eoſque tales, quibus iubentibus nedum anxiè rogantibus denegare non poſſum, impulit, vt inſtanter à me peterent. ſcilicet, vt qui prius neceſſariam Rerum Criminalium Praxim edideram, nunc quoque harum imitatione, & pari exemplo, Praxim quoque Rerum Ciuilium contexere vellem, adderentque rationes vrgentes, quibus me ad huius ſtudij laborem vtcunque inflexerint, & ad nihil ipſis ſua authoritate me conſtringentibus, denegandum planè compulerint. Ad hanc igitur materiam diſponendam, amicis obteſtantibus gratificaturus, me ſucciſiuis horis impendere ſum conatus, & hanc Rerum Ciuilium Praxim, (licet fortaſſis temerè, cum ſpe tamen alicuius fructus ad ſtudioſos, iuriumque candidatos redituri) in lucem edere non ſum veritus. Sed hic candide Lector (quid enim nigri ſubmuſſitent ſuſque deque fero) interim tuum candorem rogare non deſino, vt ſi hæc parum commodo, parumque decenti ordine, aut non cum digna Latinæ linguæ puritate, à nobis tibi tradita videbuntur, ea prudenter diſſimules, & rei vtilitatem in ijs potius conſpiciens penſites, quæ ad vos referri poterit, quibus Rerum publicarum ſtudium, aliquo modo cordi eſſe placebit.

Non

Digitized by Google

Non enim tam politioribus literis aſſuetis, aut nare emunctiſſimis, quàm mediocriter Doctis, Studioſis, Iuriumque cognitionis auidis, iſta edenda elaborare curauimus, quibus ſpero magis cordi erit ipſa rerum vtilitas, quàm exterior verborum amictus, quique pro more ſi quid illatinum, agreſte, durum, barbarum, ſcabroſum, aut ſalebroſum videbitur, diſſimulabunt, & ſola rerum vtilitate contenti, ea omnia conniuentibus oculis tranſmittent. Interim tamen, quantum potuimus, ſic in huius editionis externa dictione, & orationis elocutione noſmet temperare, malè tornata reſtituere, & ſordidiora relambere curauimus, vt ad ſtudioſos ex hac excuſa ſpica fructus, vtilitatiſque quippiam accederet, ne acriori iudicio præditis offunderetur, quod in ordine aut dictione, ipſos dignè offendere poſſet. Neque me ab hoc labore deterrere poterant, qui fortaſſis occlamabunt, me hic actum voluiſſe agere, & ciuilia iura hic temerè voluiſſe congerere, de quibus Iuſtinianus, cæterique Legiſlatores, cum infinitis eorum interpretibus, accuratiſſimè tradiderunt, quaſi poſt dulciſſimum tritici pollinem, tandem amaras glandes populo obtrudere coner. His enim ego reſponſum iri volo, me hic non iuſtiſſimos Iurium Ciuilium Commentarios, qui à multis tam abſolutè ſunt conſcripti, & editi, vt meam hos aſſequendi imparitatem moleſtè profitear, voluiſſe edere, ſed in hac editione, potius Iſagogen quandam Rerum Ciuilium, quæ ad Praxim noſtrarum regionum pertinere videbatur, cum ſuis debitis, diſtinctiſque capitibus, monſtrare conati ſumus, ordine fortaſſis nouo, non inutili tamen, nec (vt puto) tibi iniucundo. Proinde quiſquis es, candide Lector, hoc quicquid eſt, quod editur, boni conſule, & fæliciter Vale.

Digitized by Google

AVCTORIS

IN

PROCESSVVM VORACITATEM,

DECLAMATIO.

POSTQVAM hanc rerum Ciuilium Praxim primò anno cõcepiſſem, atque vniuerſam proceſſuum cogeriem cõtemplatione perluſtraſſem, mecum mirari deſij, non temerè fieri, quod proceſſus noſtri temporis, tam multos in paupertatis abyſſum, & in extremam ſæpè calamitatem abripiant, adeo vt vel hac conſideratione prius compertum, mihi fiat compertiſſimum, ac veriſſimum illud Salluſtij: Concordia res paruas creſcere, & diſcordia maxima quæque facillimè dilabi. Quod dictum cum omnibus in rebus, in proceſſibus tamen heu nimis verum, & compertum cernimus. Quid enim eſt in rebus humanis, quod regna æquè conglutinet, quod familias tam fortiter vniat, ſtabiliat, & amicitias firmet, quàm animorum amica concordia, pax, & mutua, lætaque conſenſio? Ita, quid æquè hominum animos à ſeſe mutuò diſiicit, quid odium, & diſſidia conſtantius generat, quàm diſcordia & lites forenſes? quæ licet iuſtitiæ titulati encomio plerunque commendentur, nihil tamen minus, quàm Iuſtitiæ titulum merentur, quod non ipſi Iuſtitiæ (quæ virtus eſt) non Iudici, qui Iuſtitiæ & miniſter, & vindex eſt: non Parti innocuæ, quæ in ſuo iure aſſerendi venit: ſed aut incidentibus occaſionibus, aut parti calumniatrici, aut Procuratoribus, vel Aduocatis, qui non ſatis ſyncerè cauſas tractant, & in negotio non ſat dignè ac decorè procedunt, aſſcribi debet: vt vel hinc fieri videamus, vt proceſſus ac forenſes lites, adeo nullam inter familias virtutis vmbram pariant, & concordiam concilient, ſed eam potius diſſuant, ac plane, ſi qua prius fuerat, diſſoluant, & vtraſque partes, in deploranda incommoda coniiciant, & funditùs abſorbeant, ſic vt proceſſus quiuis forenſes, vt nunc geruntur, non impropriè Scyllæ aut Charybdis voracitati conferri poſſint. Charybdis enim, ſicuti voragine ſua plurimas naues gyrando dehiſcit, & vt Scylla alliſas rates diſſoluit, & perdit, ita & lites forenſes principio quidem, neſcio quam iuſtitiæ virtutem promittere videantur, poſtea certè, vbi miſeros collitigatores altius irretitos occupant, ah quantis moleſtiis, quantiſque diſpendiis afficiunt? quàm miſerè eos deuorant, perdunt, & abſorbent funditus, abſorptoſque denuo (vt Charybdis) in vulgus deridendos, cum ignominia reiiciunt. Hæc vt exemplis clariora euadant, libet parum explicatius eadem ob oculos proponere. Videmus enim noſtro æuo magnates multos, multos nobiles, pluresque ignobiles, iugibus inter ſe æſtuare litibus: videmus inter ſe litibus rixari pagos cum pagis, ciuitates cum ciuitatibus, regiones cum regionibus, diuites cum pauperibus, pauperes cum diuitibus. Et quod diuites cum diuitibus, pauperes cum pauperibus paſſim proceſſus intentatos proferant, in quibus non rarò plus impendii, & ſumptus inſumunt, quàm ipſorum facultates ferre valeant, & ſic per omnem vitam, non vni proceſſui vacantes, ſed multis aliquando litium tricis implicantur, & in iis vniuerſam ſubſtantiam ita exhauriunt, vt in frigida, egenaque ſenectute vix ipſis fiat tantum reliqui, quo ſe ab egeſtate vendicent, ſed Iro pauperiores effecti, in miſeria conſeneſcunt, chariſsimam vxorem, & liberos dulciſsimos, quos honeſtè educare, & ſine talibus proceſsibus honeſtiſsimè elocare potuiſſent, ſimul ſecum in perditionis barathrum pertrahunt. Et naturæ legibus non obtemperantes, cum ipſa naturæ ratione crudeliter dimicant, & quaſi beluinam feritatem induentes, quicquid natura dictat, quicquid ratio ſuggerit, quicquid honeſtum ſuadet, quicquid virtus & Chriſtiana pietas expoſcit, id omnes (veluti cæci Corybantes) reiiciunt, ſpernunt, & diſſoluunt. Sed vnde iſthæc (inquies) amentia? profecto non aliundè, quàm primò ex animorum tenaciſſima peruicacia. Quum enim multi diuites, ac præpotentes, ingenio cum ſint aſpero & implacabili, & querelarum vndique tam differti, vt vel ob res leuiſsimas, ſtatim in contentiones cum amicis, aut vicinis proſiliant, nec ſeſe placari vllo modo ſinant: mox, vel leuiuſculo verbo, vel tantilla iniuriola læſi, ad iudicium conuolant, lædenti (ſi diis placet) ſtatim diem dicunt, litemque verè depauperatricem inſtituunt, nempè,

in quam

Digitized by Google

in quam non metuunt inſumere quicquid à pijs parentibus ipſis congeſtum, imo quicquid duris laboribus, & ſudoribus, tum ſibi in futuram ſenectutem, tum liberis iuuandis, comparauerant, id omne (inquam) huiuſmodi litibus alendis infarciunt, propriamque ſalutem negligunt, & ſeſe, vxores, dulciſſimaque pignora tandem perdunt, adeo vt ipſorum liberi, ſine hiſce litibus potuiſſent honeſtis diſciplinis inſtitui, aut alio quopiam liberali exercitio, ac ſtylo doceri, quo in venturam ætatem ſibi præclarè proſpexiſſent, niſi hanc fœlicitatem ipſis male ſuadæ lites interueniſſent, & qui ſine parentum litigandi prurigine, potuiſſent præclarè liberaliter, ac fœliciter cum ſuis coëqualibus viuere, poſtea per voraciſſimas illas parentum lites, viuere coguntur inglorie, obſcurè, miſerè, ac penè mendicando ſibi prætenuem victum quærere. Ad huiuſmodi metamorphoſes, præludere, imò ipſis illudere ſolet litigandi contentio. Cui malo non video vllum vnquam futurum remedium, niſi per magiſtratum ſuperiorem hiſce indignis litibus occurratur, & temerè litigantibus repagulũ obijciatur, expediendo ſcilicet, & paſſim vſurpando Titulum illum 16. *Inſtitu. de pœna temere litigantium*, qui ſic habet. Nunc admonendi ſumus, magnam curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebant, ne facile homines ad litigandum procederent, quod & nobis ſtudio eſt. Idque eo maximè fieri poteſt, quod temeritas tam agentium, quam eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria pœna, modo iuriſiurandi religione, modo infamiæ metu coërcetur, &c. Vbi Iuſtinianus vult temere litigantes debere puniri, & coërceri triplici pœna, ſcilicet aut pecuniaria, aut periurij, aut infamiæ. Et ſi tales temere litigãtes tam tenuis eſſent fortunæ, vt pecuniariæ pœnæ pares non eſſent, poſſent quidem ex pecuniariæ pœnæ facile in corporalẽ cõuerti, iuxta id: Qui non habet in ære, luat in corpore, hoc eſt, aut flagelletur, aut exulet, aut aliam quamuis pœnam ciuilem, in lineis incedendo, coram Iudice ſubmiſſe procumbendo, veniamque petendo, ieiunio, in pane & aqua ſeſe macerando, aut longinqua peregrinatione ſe affligendo, pecuniariæ pœnæ loco ſubeat. *l. Finali. ff. de in ius vocando.* Canonicum enim eſt, vt qui pœnam pecuniariam ſoluere non queat, corpore plectatur. Et generaliter publicorũ iudiciorum legibus placet, vt his qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coërtio extraordinaria iudicetur, *leg. 1. § generaliter. ff. de pœnis leg. Si quis id quod iuriſdictionis, § in ſeruos ff. de iuriſdic. omni. iud. c. & l. Cum ſit iniuſtum Cod. de ſepul viol.* Huiuſmodi, inquam, pœnæ ſi temere litigantibus paſſim infligerentur, ſperarem illũ litigandi æſtuãtiſſimum ardorem, facile in principijs poſſe reſtringi, prædictiſque ex malis litibus certiſſime promanantibus commodiſſimum obijceretur antidotum, & in multis familiis tuta, & amica pax, & rerum omnium affluentia triumpharent, in quibus, cum litibus nunc totius diſcordiæ lerna regnat, omniumque malorum ſententia fœtet, & diabolus omnis diſſidij, & calamitatis primus, ſeminator imperat. Nec eſt quod ſolos diuites, hac litigandi amentia percitos eſſe putes, de quibus dici poteſt illud: Stultitiam patiuntur opes, ob id quod diuitiæ animos, & rarius ad virtutem ſuggerant, cũ & pauperes multos ab hac litigandi libidine, non abſtinere videamus. Imo eos qui vix habent, quo latrantem ſtomachum exſaturent. Et hic ratio eſt in promptu, quod non iam in opibus, quam in ingeniorum corruptis dotis, ea libido litium inhæreat, quodque interim duo præcipuè ſint, quæ ipſorum litigandi temeritatem plurimum ſtabiliant. Primum, quod ſciãt Iudicis eſſe, non minus audire cauſas pauperum, quam diuitum. Secundò, quod norint Iudicem conſtitutum ipſis Procuratorem, & Aduocatum, qui ipſis gratis, & pro Deo in cauſa ſeruituri erunt. His itaque duobus nonnulli freti, aliquando audacius, quam ipſi diuites ſubinde litigaturiunt. Diuites enim aliquando de litis euẽtu dubitant, & ſuis loculis metuunt: Pauperes verò reformidant nihil. Quin & ipſis ſubinde dulce eſt, opulentis litigando negotium faceſſere, qui in vexandis aliis, voluptatem capiunt maximam. Quid (inquiunt) ex hac lite perdere potero? nihil habeo, a nudo quid eripies? ſi quid euicero, id in bonis erit. ſi quid perdidero, nihil perdidero, qui habeam nihil, & gratis mihi, meæque cauſæ officium præſtabunt aduocatus, & procurator. Iactabo igitur (inquiunt) aleam, & experiar quid litis alea mihi tandem fauerit. Hic quando Aduocati, & Procuratores (qui gratis conſulere debent) vident in pauperis cauſa vllam veritatis vmbram, aut quod diuitem aut ſenem, aut valetudinarium litibus labefactare ſperent, cum clientulo paupere paciſcuntur, quod in euentum victoriæ, aut tertiam, aut quartam, aut dimidiatam recepturi erunt. Ob quod pactum ardentius in eam litem incumbunt, & mille technas conſtruunt, quibus aduerſarium aut opprimant, aut ob cauſæ diffidentiam, ad compoſitionem adigant, ſcientes ex lite ſemper emerſurum aliquid, quodque craſſi diuites agitati, aliquid exudare, pauperes vero prorſus exiccati, nihil ſucci euaporare poterunt. Si litem contra diuitem euincat, res omnis eſt in vado. ſi perdant, nihil perdunt, pauper tantum corporaliter puniendus venit. Ah nefarij Aduocati, & Procuratores famelici (bonos non taxo) qui contra iuramentum, tum in promotione, tum in acceptione officij præſtitum, veſtram cõmaculatis animam, & cum huiuſmodi pactis Deum offenditis, & proximum grauiter læditis. Nonne conceptis verbis iuratum eſt à vobis, quod quoties cognoſcetis, partes cliente-

ſites malam ſuſtenturas cauſam. ipſamque parum firmo tantum fundamento quod (inquam) tunc ilico eoſdem clientulos veſtros deſerturi eritis, quodq; ab vlteriori conſilio ipſis conferendo, mox tunc ſuperſe debitis? Cur igitur veſtrum multi tam ſunt irreligioſi, vt quoties aliqui vos conſultari adeũt, nunquã dubiam aut malam cauſam perſentiſcatis? ſemper ipſis bonam cauſam proberis? conſiliis, & authoritatibus firmetis, & nihili ſcrupuli ineſſe contenditis, imo certam ſpem, & victoriam ipſis promittis? Metuo ne id tam veritatis, & cauſæ gratia, quam maioris aucupii veſtri cauſa faciatis. Cur item dicti iuramenti veſtri vobis tam exigua eſt ratio? cur lucrum pacis, cur lucrum fraternæ concordiæ, cur lucrum animarum non vbiq; vobis magis cordi eſt, quam lucrum pauxillæ pecuniæ? quod nõ lucrum, ſed verius ſummum eſt animarum diſpendium. Si Aduocatorum ac procuratorum nulli ſic eſſent comparati, vt clientulos in mala cauſa non allicerent, ſed mox deſererent, imò potius ab vlteriori progreſſu diſſuaderent, quam accenderent, nõ dubito, quin pauciores hodie intentarentur, aut proferentur lites, ex quibus tot pullulant (vt diximus) mala. Sed, ô nos miſeros, ſic paſsim litibus fora perſtrepunt, vt litigare, nunc quotidianum videatur factũ opificiũ, & in quouis hominũ genere æque commune cernatur. Pro vno olim proceſſu, nunc plures ſuccreuere viginti, adeò vt in foris litigioſis, vix aliud cernamus, quam litigantium ſedulas turbas, & Aduocatorum, Procuratorum, Sacculariorum, & ſimilium plenas, ac operoſas phalanges. Quibus malis præſentaneo eſſent remedio dicti Aduocati, & Procuratores, ſi tam in diſſuadendo, quam in abhortando eſſent æque facundi, & ſui iuramenti, & concordiæ fraternæ vlla ratione tangerentur. Verum huiuſmodi Aduocatorum, metuo, ne paruus admodum ſit numerus, vt de iis meritò dici poſſit. Rara auis in terris, totque ſint numero, quot Thebis fuerant portæ. Cæterum ad hanc litigandi efferatam licentiam, non etiã tantum prouolant plebei, aut priuati, ſed etiã totæ Reſpublicæ, pagi, ciuitates, & ditiones inter ſe tam atrociter digladiantur, & non raro per ſuos Commiſſarios, ſic inter ſe litibus, odiis, & diſsidiis æſtuant & contendunt, vt plerunq; bonã ſuarum ciuitatum redituum partẽ, in iis litibus dilapident, & perdant, quod vel hoc certiſsimo experimento cognoſcitur. Quoties commiſſarij paſſim concedunt, ad creandos nouos magiſtratus, & ad audiendas ſimul ciuitatum, aut pagorum, aut territorium annuas rationes, comperiunt in iis potiſsimam omnium prouentuum partem, in huiuſmodi litibus, ac litium dependentiis, tum contra priuatas perſonas tum contra alias ciuitates fuiſſe in ſumptam. Eaſq; diſſidioſas expenſas ſub honeſta quadam (ſi Diuis placet) ſpecie excuſare nituntur, dum eas ſuorum iurium, ac priuilegiorum tuendorum gratia factas eſſe prætexunt, quum tamen interim verius in his, ſuis ſubſeruiant inteſtinis odiis, & ſimultatibus mutuis aut propriis cõmodis, cum ex iis deputati, quotidie ſuas dietas perſolutas accipiant, aut in cauſa occupati, ad compotationes conueniant. Sic Rempub. ſuam expoliant, ſicque patriæ Principi illudunt, & non conſiderant quantum natiuæ patriæ ſuæ obſint, cui vitæ ſuæ potiorem partem debent, pro qua vel mortem oppetere deberent, ſi qua ingrueret neceſſitas. Nunc vero ab eo patriæ amore tam ſunt alieni, vt ipſam dulciſſimam patriam ſuam potius, quantum in ipſis eſt, nefariè exugant, eneruent, & penè deglubant, adeo, vt cum ipſa ab hoſtibus inuaditur, impetitur, & conuellitur, tam ſit facta elumbis, & exhauſta, vt vix habeat, quibus ſeſe, contra hoſtis aſſultum tutari valeat. Quod vel clarus euentus nuper commonſtrauit, dum Gallus perpetuus hoſtis noſter, ſubito (vt ſolet) inexſpectato adortu Dunkercam, & Bergas hoſtiliter ceperat. Prius enim illæ ciuitates, & conuicini pagi, ita inter ſe litibus contenderant, ſeſeque ita mutuis damnis affecerãt, & exhauſerant, vt ſibi mutuo auxiliares copias ſufferre nequiuerant. Et quando à Principe, ad ſubſidia mutua rogabantur, ſuorum impotentiã, & ſumptuum perpeſſorum magnitudinem, cum multis logis prætexere non erubuerant. Poſtea, vbi Rex noſter clementiſſimus, ingentem opum vim in dicto bello producẽdo, exhauſiſſet, & vel ſubſidia à ſuis ad bellicos ſumptus perpeſſos, vel adſumptus domeſticos iuuãdos, vel ad grauamina bellorum cauſa paſſa, & ad ea liberanda expeteret candẽ cantiunculam audiit, ciuitates ſcilicet maioribus grauatas oneribus, quam vt Principis noſtri clemẽtiſſimi neceſſitatibus, opitulari vllo modo valeant, & vt ipſius honeſtis, ſcilicet votis ac petitionibus gratificari poſſint. Sic in rebus ſeriis, aliquando à populo luditur, optimis Principibus illuditur, & patria, hoſtiũ latrociniis exponitur. Et quæ, quæſo, ſunt tandem illa ciuitatum grauamina indigniora, quam quæ ex litibus, & mutuis diſſidiis orta conſpiciuntur? Sed Deus, talium fucorum pertæſus, ſubditorum proteruiam, & inſulſa ipſorum ludibria, ſubinde aut fame, aut peſte, aut bellorum miſerandis cladibus vlciſcitur, & poſteris non negligendarum Principis neceſſitatum exempla commonſtrat, & Principi (qui patriæ parens eſt, & tutor, in neceſſitatibus alacrius ſubueniendum eſſe, miſerandis cladibus perdocet, & manifeſtis exemplis indicat, longe tutius eſſe paci, & tranquillitati cum priuatæ, tum publicæ intendere, quam rapaciſſimis per omnem vitam ex æſtuare litibus, quæ tot (vt dixi) familias extirpant, tot viros præclaros ſterniunt, totque ciuitates & regna, aut eneruant, aut funditus euertunt. Sed hic quæſierit quiſ-

quam

Digitized by Google

quam, quænam ſit huiuſmodi litium cauſa, vnde exnaſcantur, quidque eas ita alat aut promoueat? Dicam breuibus, quod mihi de his viſum, & compertum eſt. Prima naſcentium litium cauſa, in ipſis litigatoribus reſidere conſpicitur, qui hoc noſtro infœlici ſæculo, tam ardenti litigandi atque rixandi titillantur prurigine, imo furioſis quibuſdam percelluntur litium æſtibus, vt ab iis, aut intentandis, aut refellendis, nullorum quantumlibet ſanis conſiliis deterreri, aut abduci poſſint, tamque ſint proterui, & implacabiles, vt penè mori, & ſuos chariſſimos liberos, & vxorem, in extremam penuriam adigere malint, quam cōceptam litem prudenter deponere Atque huiuſmodi proteruiæ, & malitiæ cauſam eſſe exiſtimo, ſolum fidei & Chriſtianæ Charitatis defectum. Certo enim certius eſt huiuſmodi litigioſos Chriſtianos non vera, nec iuſtificatrice fide, ſcilicet, quæ per dilectionem operatur, ſed tantum vmbratuli quadam fide, quæ in ſolo ore hæreat, non quæ in corde radices egerit, & Chriſto dignos fructus protulerit, eſſe præditos, neque item eos ea triplici Chriſtiana dilectione vllo modo eſſe exornatos: primo qua à Chriſto iubemur diligere Deum ex toto corde, ex toto anima, & ex omni mente noſtra. Deinde qua iubemur proximum diligere, ſicut noſmetipſos. Et poſtremò qua mandat nobis, vt confratres, hoc eſt, fidei domeſticos diligamus, ſicut ipſe Chriſtus dilexit nos. Quiſquis enim hac triplici dilectione accenſus eſſet, nō video quomodo ipſi litis ſtudiū vllo modo cordi eſſe poſſet. Nam talis omnem amoris curam primo in Deum diriget, & terrena quæque, ob amorem Dei libenter negliget, ſaltéque in his peculiare ſtudium non conferet, minuſque litibus vniuerſam operam impendet. Qui proximum amat, hoc eſt quemcunque hominem, tam incognitum, quàm cognitum, tam inimicum, quàm amicum, in quo ſubuentionis dandæ offertur neceſſitas, & ipſi opitulandi manifeſta monſtratur occaſio, is priuato commoditatis ſtudio neglecto, ſtatim accinget ſe, ad ſuccurrendum neceſſitati proximi, quale exemplum nobis commonſtratur in Samaritano illo Euangelic *Luc.* 16. Et præterea, ſi Chriſtus nobis mandat, vt diligamus inimicos noſtros, & benefaciamus his, qui oderunt nos. *Matth.* 5. multò magis bene mereri ſtudebimus de amicis, notis, ac vicinis noſtris, quibus noſtra ope opus eſſe cognouerimus, multoque minus rixoſis indulgebimus litibus Tertio ſiquis ex præcepto Chriſti diligat confratres & domeſticos fidei, ſicut Chriſtus dilexit nos, hoc eſt, vt non tantum terrenam ſubſtantiam, ſed & vitam (ſi opus eſſet) vt Chriſtus, pro fratribus impendere paratus eſſet, nō video quomodo is hac dilectione fultus, confratrē indignis, ac barbaricis potius litibus ſit exagitaturus, & ad extremam perniciem ſit profligaturis.

Obſerua hæc, quæſo, tu auide litigator, quiſquis es, & teipſum metire tuo pede, vide quando tuas lites intentas, quantum huiuſmodi Chriſtianæ dilectionis habeas, ſine qua fruſtra tibi ſalutem in Chriſto polliceris, qui te ſine hac commembrem non agnoſcet, quantumcunque fidei, & charitatis titulo temer oſtentaueris. Altera huiuſmodi proceſſuum cauſa, mihi in ipſis Aduocatis & Procuratoribus reſidere putatur, qui non minus Chriſtiana charitate frigidi, & iuramenti præſtiti immemores, clientulis ſuis bonam perpetuo cauſam aſſerunt, ad litis intentationem, aut progreſſum incitant, & (vt ante dixi) penè victoriam promittunt. Vnde clientes tum alacriores, tum audaciores effecti, certius in voracem illum litigandi campum deſcendunt, in quem omnia ſua falſo perſuaſi defodiunt. Satius, ac Chriſto gratius facerent, ſi hiſce verbis clientulos admonerent. Amice accepi, & intellexi cauſam tuam, quæ mihi talis videtur, vt in vna parte, tibi iuris æquitatem polliceri videatur, in altera vero partę, dum varias perſonarum, locorum, temporum & priuilegiorum circunſtantias conſidero: non omnino ſcrupulo cauſam tuam vacare comperio, & proceſſus erit longus, moleſtia pro te intolerabilis, & ſumptus infiniti. Quare fraterna charitate ſuaſerim, ne hanc Litem temere deſcendens, aut vt à cœpta deſiſtas, omnemque controuerſiam, cum aduerſario potius amice tranſigas, ad quod (ſi placet) ego veluti de tua hac voluntate ignarus, libens meam præſento fraternam operam, & aduerſarium tuum cum ipſius aduocato, ſimul quoq; inflectere conabor. Id ſi feceris, rem tibi iucundam, nedum per vtilem feceris, & meis conſiliis paruiſſe non pœnituerit. Hiſce ſermonibus, ſi alter Aduocatus ſuum quoque clientulum adoriretur, & ad concordem tranſactionem ſuaderet potius, quàm ad litis inſtitutionem, pauciores haud dubie paſsim efferueſcerent lites minuſque perſteperent vbique litibus fora, pauciora comperirentur Aduocatorū & procuratorum examina, & paſsim ſynceriores conſpiceremus Chriſtianos. Sed quid iſthæc commemoro? certè ſurdis cano, ob id quod hoc Chriſtianum exemplum, pauci metuo imitabuntur, quodque ad incitandum, quam ad diſſuadendum propenſiores videantur. Illud enim plus ad farinam, iſtud tantum ad tenuitatem Chriſtianam facere intelligunt. Quocirca vt maius lucri aucupium faciant, res paruas magnis ſcripturis explicant, multaſque paginas implent, ſed diſtantibus lineis diſtantioribuſque verbis ac literis, ita vt in ſingulis paginis, certæ aliquot duntaxat conſcribantur regulæ, & ſingulæ regulæ, certas aliquot contineant voculas. Ita opplentur multæ paginæ paucis lineis paucioribuſq; verbis, ſed cum nō exiguo lucro, cum ſingulis paginis ſua conſtituantur

ordi-

lites malam ſuſtenturas cauſam, ipſamque parum firmo innixi fundamento quod (inquam) tunc illico eoſdem clientulos veſtros deſerturi eritis, quodq; ab vlteriori conſilio ipſis conferendo, mox tunc ſuperſe debitis? Cur igitur veſtrum multi tam ſunt irreligioſi, vt quoties aliqui vos conſultari adeũt, nunquã dubiam aut malam cauſam perſentiſcatis? ſemper ipſis bonam cauſam proberis? conſiliis, & authoritatibus firmetis, & nihili ſcrupuli ineſſe contenditis, imo certam ſpem, & victoriam ipſis promittis? Metuo ne id tam veritatis, & cauſæ gratia, quam maioris aucupii veſtri cauſa faciatis. Cur item dicti iuramenti veſtri vobis tam exigua eſt ratio? cur lucrum pacis, cur lucrum fraternæ concordiæ, cur lucrum animarum non vbiq; vobis magis cordi eſt, quam lucrum pauxillæ pecuniæ? quod nõ lucrum, ſed verius ſummum eſt animarum diſpendium. Si Aduocatorum ac procuratorum nulli ſic eſſent comparati, vt clientulos in mala cauſa non allerent, ſed mox desererent, imò potius ab vlteriori progreſſu diſſuaderent, quam accenderent, nõ dubito, quin pauciores hodie intentarentur, aut proferentur lites, ex quibus tot pullulant (vt diximus) mala. Sed, ô nos miſeros, ſic paſsim litibus fora perſtrepunt, vt litigare, nunc quotidianum videatur factũ opificiũ, & in quouis hominũ genere æque commune cernatur. Pro vno olim proceſſu, nunc plures ſuccreuere viginti, adeò vt in foris litigioſis, vix aliud cernamus, quam litigantium ſedulas turbas, & Aduocatorum, Procuratorum, Saccullariorum, & ſimilium plenas, ac operoſas phalanges. Quibus malis præſentaneo eſſent remedio dicti Aduocati, & Procuratores, ſi tam in diſſuadendo, quam in abhortando eſſent æque facundi, & ſui iuramenti, & concordiæ fraternæ vlla ratione tangerentur. Verum huiuſmodi Aduocatorum, metuo, ne paruus admodum ſit numerus, vt de iis meritò dici poſſit. Rara auis in terris, totque ſint numero, quot Thebis fuerant portæ. Cæterum ad hanc litigandi efferatam licentiam, non etiã tantum prouolant plebei, aut priuati, ſed etiã totæ Reſpublicæ, pagi, ciuitates, & ditiones inter ſe tam atrociter digladiantur, & non raro per ſuos Commiſſarios, ſic inter ſe litibus, odiis, & diſsidiis æſtuant & contendunt, vt plerunq; bonã ſuarum ciuitatum redituum partẽ, in iis litibus dilapident, & perdant, quod vel hoc certiſsimo experimento cognoſcitur. Quoties commiſſarij paſſim concedunt, ad creandos nouos magiſtratus, & ad audiendas ſimul ciuitatum, aut pagorum, aut territorium annuas rationes, comperiunt in iis potiſsimam omnium prouentuum partem, in huiuſmodi litibus, ac litium dependentiis, tum contra priuatas perſonas tum contra alias ciuitates fuiſſe in ſumptam. Eaſq; diſſidioſas expenſas ſub honeſta quadam (ſi Diuis placet) ſpecie excuſare nituntur, dum eas ſuorum iurium, ac priuilegiorum tuendorum gratia factas eſſe prætexunt, quum tamen interim verius in his, ſuis ſubſeruiant inteſtinis odiis, & ſimultatibus mutuis aut propriis cõmodis, cum ex iis deputati, quotidie ſuas dietas perſolutas accipiant, aut in cauſa occupati, ad compotationes conueniant. Sic Reinpub, ſuam expoliant, ſicque patriæ Principi illudunt, & non conſiderant quantum natiuæ patriæ ſuæ obſint, cui vitæ ſuæ potiorem partem debent, pro qua vel mortem oppetere deberent, ſi qua ingrueret neceſſitas. Nunc vero ab eo patriæ amore tam ſunt alieni, vt ipſam dulciſſimam patriam ſuam potius, quantum in ipſis eſt, nefariè exugant, eneruent, & penè deglubant, adeo, vt cum ipſa ab hoſtibus inuaditur, impetitur, & conuellitur, tam ſit facta elumbis, & exhauſta, vt vix habeat, quibus ſeſe, contra hoſtis aſſultum tutari valeat. Quod vel clarus euentus nuper commonſtrauit, dum Gallus perpetuus hoſtis noſter, ſubito (vt ſolet) inexſpectato adortu Dunkercam, & Bergas hoſtiliter ceperat. Prius enim illæ ciuitates, & conuicini pagi, ita inter ſe litibus contenderant, ſeſeque ita mutuis damnis affecerãt, & exhauſerant, vt ſibi mutuo auxiliares copias ſufferre nequiuerant. Et quando à Principe, ad ſubſidia mutua rogabantur, ſuorum impotentiã, & ſumptuum perpeſſorum magnitudinem, cum multis logis prætexere non erubuerant. Poſtea, vbi Rex noſter clementiſſimus, ingentem opum vim in dicto bello producẽdo, exhauſiſſet, & vel ſubſidia à ſuis ad bellicos ſumptus perpeſſos, vel adſumptus domeſticos iuuãdos, vel ad grauamina bellorum cauſa paſſa, & ad ea liberanda expeteret candẽ cantiunculam audiit, ciuitates ſcilicet maioribus grauatas oneribus, quam vt Principis noſtri clemẽtiſſimi neceſſitatibus, opitulari vllo modo valeant, & vt ipſius honeſtis, ſcilicet votis ac petitionibus gratificari poſſint. Sic in rebus ſeriis, aliquando à populo luditur, optimis Principibus illuditur, & patria, hoſtiũ latrociniis exponitur. Et quæ, quæſo, ſunt tandem illa ciuitatum grauamina indigniora, quam quæ ex litibus, & mutuis diſſidiis orta conſpiciuntur? Sed Deus talium fucorum pertæſus, ſubditorum poteruiam, & inſulſa ipſorum ludibria, ſubinde aut fame, aut peſte, aut bellorum miſerandis cladibus vlciſcitur, & poſteris non negligendarum Principis neceſſitatum exempla commonſtrat, & Principi (qui patriæ parens eſt, & tutor, in neceſſitatibus alacrius ſubueniendum eſſe, miſerandis cladibus perdocet, & manifeſtis exemplis indicat, longe tutius eſſe paci, & tranquillitati cum priuatæ, tum publicæ intendere, quam rapaciſſimis per omnem vitam ex æſtuare litibus, quæ tot (vt dixi) familias extirpant, tot viros præclaros ſternunt, totque ciuitates & regna, aut eneruant, aut funditus euertunt. Sed hic quæſierit quiſ-

Digitized by Google

quam, quænam ſit huiuſmodi litium cauſa, vnde ex naſcantur, quidque eas ita alat aut promoueat? Dicam breuibus, quod mihi de his viſum, & compertum eſt. Prima naſcentium litium cauſa, in ipſis litigatoribus reſidere conſpicitur, qui hoc noſtro infœlici ſæculo, tam ardenti litigandi atque rixandi titillantur prurigine, imo furioſis quibuſdam percelluntur litium æſtibus, vt ab iis, aut intentandis, aut refellendis, nullorum quantumlibet ſanis conſiliis deterreri, aut abduci poſſint, tamque ſint proterui, & implacabiles, vt penè mori, & ſuos chariſſimos liberos, & vxorem, in extremam penuriam adigere malint, quam cõceptam litem prudenter deponere. Atque huiuſmodi proteruiæ, & malitiæ cauſam eſſe exiſtimo, ſolum fidei & Chriſtianæ Charitatis defectum. Certo enim certius eſt huiuſmodi litigioſos Chriſtianos non vera, nec iuſtificatrice fide, ſcilicet, quæ per dilectionem operatur, ſed tantum vmbratili quadam fide, quæ in ſolo ore hæreat, non quæ in corde radices egerit, & Chriſto dignos fructus protulerit, eſſe præditos, neque item eos ea triplici Chriſtiana dilectione vllo modo eſſe exornatos: primo qua à Chriſto iubemur diligere Deum ex toto corde, ex toto anima, & ex omni mente noſtra. Deinde qua iubemur proximum diligere, ſicut noſmetipſos. Et poſtremò qua mandat nobis, vt confratres, hoc eſt, fidei domeſticos diligamus, ſicut ipſe Chriſtus dilexit nos. Quiſquis enim hac triplici dilectione accenſus eſſet, nõ video quomodo ipſi litis ſtudiũ vllo modo cordi eſſe poſſet. Nam talis omnem amoris curam primo in Deum diriget, & terrena quæque, ob amorem Dei libenter negliget, ſaltẽque in his peculiare ſtudium non conferet, minuſque litibus vniuerſam operam impendet. Qui proximum amat, hoc eſt, quemcunque hominem, tam incognitum, quàm cognitum, tam inimicum, quàm amicum, in quo ſubuentionis dandæ offertur neceſſitas, & ipſi opitulandi manifeſta monſtratur occaſio, is priuato commoditatis ſtudio neglecto, ſtatim accinget ſe, ad ſuccurrendum neceſſitati proximi, quale exemplum nobis commonſtratur in Samaritano illo Euangelic *Luc.* 16. Et præterea, ſi Chriſtus nobis mandat, vt diligamus inimicos noſtros, & benefaciamus his, qui oderunt nos. *Matth.* 5. multò magis bene mereri ſtudebimus de amicis, notis, ac vicinis noſtris, quibus noſtra ope opus eſſe cognouerimus, multoque minus rixoſis indulgebimus litibus. Tertio ſiquis ex præcepto Chriſti diligat confratres & domeſticos fidei, ſicut Chriſtus dilexit nos, hoc eſt, vt non tantum terrenam ſubſtantiam, ſed & vitam (ſi opus eſſet) vt Chriſtus, pro fratribus impendere paratus eſſet, nõ video quomodo is hac dilectione fultus, confratrẽ indignis, ac barbaricis potius litibus ſit exagitaturus, & ad extremam perniciem ſit profligaturis. Obſerua hæc, quæſo, tu auide litigator, quiſquis es, & teipſum metire tuo pede, vide quando tuas lites intentas, quantum huiuſmodi Chriſtianæ dilectionis habeas, ſine qua fruſtra tibi ſalutem in Chriſto polliceris, qui te ſine hac commembrem non agnoſcet, quantumcunque fidei, & charitatis titulo temet oſtentaueris. Altera huiuſmodi proceſſuum cauſa, mihi in ipſis Aduocatis & Procuratoribus reſidere putatur, qui non minus Chriſtiana charitate frigidi, & iuramenti præſtiti immemores, clientulis ſuis bonam perpetuo cauſam aſſerunt, ad litis intentationem, aut progreſſum incitant, & (vt ante dixi) penè victoriam promittunt. Vnde clientes tum alacriores, tum audaciores effecti, certius in voracem illum litigandi campum deſcendunt, in quem omnia ſua falſo perſuaſi defodiunt. Satius, ac Chriſto gratius facerent, ſi hiſce verbis clientulos admonerent. Amice accepi, & intellexi cauſam tuam, quæ mihi talis videtur, vt in vna parte, tibi iuris æquitatem polliceri videatur, in altera vero parte, dum varias perſonarum, locorum, temporum & priuilegiorum circunſtantias conſidero: non omnino ſcrupulo cauſam tuam vacare comperio, & proceſſus erit longus, moleſtia pro te intolerabilis, & ſumptus infiniti. Quare fraterna charitate ſuaſerim, ne hanc Litem temere deſcendens, aut vt à cœpta deſiſtas, omnemque controuerſiam, cum aduerſario potius amice tranſigas, ad quod (ſi placet) ego veluti de tua hac voluntate ignarus, libens meam præſento fraternam operam, & aduerſarium tuum cum ipſius aduocato, ſimul quoq; inflectere conabor. Id ſi feceris, rem tibi iucundam, nedum per vtilem feceris, & meis conſiliis paruiſſe non pœnituerit. Hiſce ſermonibus, ſi alter Aduocatus ſuum quoque clientulum adoriretur, & ad concordem tranſactionem ſuaderet potius, quàm ad litis inſtitutionem, pauciores haud dubie paſſim efferueſcerent lites minuſque perſtreperent vbique litibus fora, pauciora comperirentur Aduocatorũ & procuratorum examina, & paſſim ſynceriores conſpiceremus Chriſtianos. Sed quid iſthæc commemoro? certè ſurdis cano, ob id quod hoc Chriſtianum exemplum, pauci metuo imitabuntur, quodque ad incitandum, quam ad diſſuadendum propenſiores videantur. Illud enim plus ad ſaginam, iſtud tantum ad tenuitatem Chriſtianam facere intelligunt. Quocirca vt maius lucri aucupium faciant, res paruas magnis ſcripturis explicant, multaſque paginas implent, ſed diſtantibus lineis diſtinctioribuſque verbis ac literis, ita vt in ſingulis paginis, certæ aliquot duntaxat conſcribantur regulæ, & ſingulæ regulæ, certas aliquot contineant voculas. Ita opplentur multæ paginæ paucis lineis paucioribuſq; verbis, ſed cum nõ exiguo lucro, cum ſingulis paginis ſua conſtituantur

Digitized by Google

ordinaria præmia, ex quibus ipſi incraſſentur, & miſelli litigatores, prorſus extenuentur. Quanto enim plures paginæ, tanto plus exurgit lucri. Quin ijdem, vt incautius fallant, iubent ſibi comparari papyrum paruæ formæ, quæ vix præſcriptas lineas, totidemque voculas capiat, vt decentius omnia completa appareant, & lucrum habeatur excuſatius. Tandem clientulos ſuos, ſic multis ſcripturis, multiſque ſuaſionibus, in proceſſuum tricis ita inuoluunt, vt neſciant ipſi quomodo in eas perplexitates corruerint, quid ipſis agendum reſtet, & quomodo tandem ſeſe ex iis tricis explicare poterint. Si enim à lite cœpta ſuperſedeant, perdunt cauſam & ſumptus, ſi in lite pergant, terrentur vẽturis ſumptibus, & litis dubium formidant exitũ. *l. Quod debetur*, & ibi Bart. *ff. de pecu.* Conſtituuntur igitur inter ſacrum & ſaxum, & lupum auribus continet, imo veluti cum Chriſto, Iudæis videntur traditi. Hoc denique aduocatoriatus, ac procuratoriatus compendioſum officium, tantum multis confert lucri, vt eius ſpe non pauci alliciantur, vt ſuos liberos eo libentius iurium ſtudiis addicere velint, cognoſcentes eorum praxim, & peritiam, annuum, certumque culinæ parare prouentum, imò certiorem, quam quiuis Reipub, ſtylus alius ſolet:

Dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores.

Nunc vero dicendum videtur, Iuſtinianus opes, nunc dat Galenus honores. Hæc omnia dum multi conſiderant, quoties alicui mala quæpiam imprecari cupiunt, tria potiſſimum mala illi, exoptare ſolent, nempe vxorem rixoſam, & mœchantem, extructionem aſſiduam, & Litem perpetuam. Vxor enim mœcha, & rixoſa, quantam crucem in marito prudenti, & caſto imponat, norunt, qui huiuſcemodi incommodo quotidie diuexantur. Exemplis multis iſta nobis certius commonſtrantur, quam ſcriptis edocentur. Quibus aſsidua fabricandi cura incumbit, quibuſque quotidiana res eſt cum fabris, latomis, cœmentariis, ferrariis, regulariis, incruſtatoribus, & id genus aſsiduis moleſtiis, ipſa experientia nôrunt, quantis curis nocturnis, & diurnis exagitentur, quot vexationibus exerceãtur, quantaque illis opus ſit patientia. Sic quoque qui in proceſſuum labyrinthis implicantur, re ipſa experiuntur, quot incommodis imperantur, quot moleſtiis crucientur, quot curis macerentur, quotque ſumptibus exhauriantur, eneruentur, ac tandẽ prorſus conficiantur, ſicuti hic paulò ante commonſtrauimus, & quotidianis exemplis experimẽtum facimus, adeo vt non immeritò (ſi iocari fas eſt) noſtros proceſſus purgatorij vim quandam obtinere putem. Animam enim ipſam, ab impatientiæ humoribus purgant, & vel inuitis patientiſi pharmacum, quaſi per clyſteres, potenter litigantibus infundunt, vt velint nolint, omnem impatientiam in proceſſibus aut euomant, aut exernant, aut prorſus cõcoquant, oportet Corpus item à torpidis, ac lentis, tardiſque humoribus, prorſus purgatum efficiunt. Non enim proceſſus tales ſunt vt litigantibus per torporem, aut ignauiam langueſcere, & quaſi muſco obduci permittant, quin potius eam habent acrimoniam, vt omnem corporis torporem procul diſpellant, mentis ſtuporem ſoluant: & corpus ad omnem ſedulitatem exacuant, & ad omnem agilitatem inſtruant, vt illis meritò competat illud Horatij:

Nunc agilis fio, verſorque ciuilibus vndis:

Vſque adeo, vt litigantibus nihil æque ſit neceſſarium, quam interdiu noctuque de ſuis proceſſibus cogitare Aduocatos, & Procuratores aſſiduis precibus, & pecuniis ſollicitare, aperto capite, cũ geniculatione, cumque nullis non blanditiis aſſiduè, poſt illos curſitare, ſeſeque tum illis, tum cõſiliariis paſſim exhibere ſupplices, artus corporis omnes in iis officioſitate continenter exercere, & torpidos humores, ex nulla non corporis parte, huiuſmodi nunc adhunc, nunc ad illum curſitationibus quam longiſſimè profligare. Hinc etiam fit, vt qui hanc triplicem purgationem, litigatoribus accidere conſpiciant, non præter rationem aſſerere ſoleant, Proceſſus hominem à quatuor mortalibus vitiis, quantum in ipſis eſt liberare. Non enim ſinunt hominem eſſe ſuperbum, ſed ad omnimodam modeſtiam, & ad humillimam ſubmiſſionem inflectunt, qua conſiliarios, vt numina venerentur, Aduocatis, Procuratoribus, & vel minimo Seculario ſupplices, ac venerabundi nuſquam non inſeruiant, obediant, & ab humeris humillimi, ac pene gemebũdi loquantur. Peccatum quoque acediæ, ab ipſis quàm alieniſſimum eſſe cõuenit, nempe quam proceſſus à ſuis miniſtris faciliimè cohibent, ita vt ipſis vix prandendi, aut ſecurè cœnandi ocium competat, ſed ipſis, vel nunc maximè ſedulitate diligentiſſima opus eſſe, lippis & tonſoribus eſt notiſſimum. Eo enim tempore, nempe ſub cœnam, aut ſub prandium, expectandi ſunt Conſiliarij, expectandi ſunt Aduocati, aut Procuratores, vt hos omnes placidè conueniant, de ſuis proceſſibus interrogent, ſuaſque cauſas ipſorum diligentiæ commendent. Si id ante prandium, aut cænam ipſis ob ſectatorum multitudinem efficere, non ſat fuerat integrum, domum propriam, aut ad hoſpitium conſuetum conuolant, vbi inquietiſsimè ingurgitatis vix aliquot bolis rurſus ad conſiliariorum, Aduocatorum, ac Procuratorum ædes reuolant, liminaque obſident, & egreſſum ſuorũ dominorum operiunt, ipſoſque ſubmiſſè cõpellitant, à tergo ad ſenatorium vſque conſectantur, & cauſas ſuas ipſorum clementiæ ac diligẽtiæ cõſtantiſsimè cõmendant. Sed quid hic de auaritiæ vitio dixero? An ne proceſſus auaritiæ labem à ſuis remotiſsimè rele-

relegare conſpiciuntur? dum ne hominem quidem auariſſimum, auarum vllo modo eſſe ſinant, & philargyrum quempiam ad liberalitatem, vel inuitum promoueant? Quiſquis enim proceſſibus hodiernis implicatum ſe comperit, huic omnis auaritiæ ſordes ablegandæ erunt. & vt ad libertatem, imò ad prodigalitatem effuſiſsimam ſeſe componat, oportet. & quouis muneribus, aut pecuniis placeat, ſibique omnes, tum Conſiliarios, tum Aduocatos, tum Procuratores, tum Saccularios, ac aſſeclas omnes ſua liberalitate demulceat, ipſorumque animos ſibi benignitate conciliet maximè opus erit, ſi eoſdem ſuæ cauſæ beneuolos fautores recipere percupiet. Non enim temere dixit ille:

Auro priſca fides, auro venalia iura.

Poſtremo proceſſus à gulæ crapulæq; vitio hominem liberãt idque bifaria conſideratione. Primò, quod ob ſui inquietudinẽ, vix quempiã honeſto conuiuiolo, aut quieto prãdiolo indulgere permittant, quin potius eundẽ mox à mẽſula, ad ſuos ſolicitandos proceſſus extrudunt, deinde ſic loculos litigantium exhauriunt, vt ſi quiſpiam maximè conſueto genio indulgere vellet, id per longas exhauſtiones, & burſarum euacuationes, ipſi tum nõ eſſet integrum, nec ob tenuitatem enatam eſſet licitum. Quæ omnia dum attentius conſidero, (nam diutius iocari libet) auſim ipſe aſſere, huiuſmodi moleſtos proceſſus, non tantum à dictis quatuor peccatis mortalibus hominem liberare, ſed etiam ab vniuerſis ſex aut ſeptem mortalibus vitiis hominem expiatum, reddere, dum ob patientiam ipſis neceſſariam, liberent hominem ab iræ furoribus, & per temperatum victum, & per ſedulitatem aſsiduã, à libidinum ſtimulis violenter cohibeant. Si quod vitiorum mortalium non ſat excoquerent, aut dicti expurgarent proceſſus, id ſolum videretur odium, aut inuidia, ad quam contra aduerſarium pellendam, non video proceſsibus ſat ineſſe efficaciæ, vt pote quæ ſola morte, aut ſola diuina inſpiratione terminare cõſpicitur. Sed prẽter iocum omnem, dum ita cum proceſsibus agitur, non abs re omnibus litigaturientibus tres ſacculos ipſis neceſſarios, ex animo benigniſsimè & precor & opto. Vnũ quidem ſaccum papyris, & ſcripturis plenum, alterum ſaccum plenum patientia, nuſquam non ipſis maximè neceſſaria, & tertium ſaccum plenum pecunia, qua quoſuis famelicuIos, ad cauſæ ſuæ fauorem prudenter aut imprudenter ineſcent. Sed dum ita ioco, proceſſus encomium declamo, nemo aliter intelliget ſcio, quin per obliquum eoſdem ex dictis effectibus maximè ſerio condemnem, & vituperem, vt ex ſupra dictis cuiuis eſt notiſsimum. Sed hic mihi quiſquam occinet Lector, Commonſtrãs (inquient) proceſſuum ineuitabilia incommoda & mala, & quaſi peſtem Reipub. maximam, cur non pariter & litium commonſtras remedia, quibus tam magnis Reipub. malis occurratur. Deinde cur ipſe de hiſce litibus Praxim ciuilem excudere pergis, quæ litigatoribus litigandi materiam ſuppeditat, & ad lites certam quandam methodum indicat. Hic tibi ad primum ita reſponſum accipe remedia, quibus rixoſis litibus aut repagulum obiiciatur, aut quibus eæ aut mitigentur, aut prorſus deponantur, mihi illuceſcunt quadrifaria, quæ item commonſtrare, quam conferre mihi longè fuerit facilius. Primum enim, & præcipuum hiſce malis remedium nobis largitur à cauſa prima & abſoluta, nempe, à Deo, in cuius manu ſunt omnia mortalium corda, & cuius nutu vel mitigantur, vel inclinãtur voluntates, omniũ, quiq; abſoluta poteſtate, omniũ corda, & ſtudia quocunq; voluerit inclinat, & dirigit, ſic vt cũ ſuos punire atque caſtigare voluerit, eôs non minus litibus, & diſsidiis, quam morbis, ac reliquis aduerſitatibus coërceat. Cum vero eoſdem ad mutuam concordiam, & fœlicitatem terrenam prouehere volet, ipſorum animos à litium ſtudiis abſterret, & ad fraternam concordiam inflectit. Sed hic requiritur, vt ipſius diuinis, & placidis inſtinctibus morẽ geramur, & obſecundemus, ſic vt ad ipſius mitem inſpirationem corda non obduremus. Hoc itaque remedium à nobis commonſtratur, à ſolo Deo autem miſericorditer, cui vult, contribuitur. Alterum Remedium eſt, vt litigaturi ipſi iterum atque iterum deſpiciant quid inceptẽt, antequam in litigioſam deſcendant arenam, vt omnes futuras moleſtias, ſumptus, & diſpendia prius expendant, & ne quid ſuis indulgeant affectibus, nec maleſuadę peruicacię obtemperent, ſed potius rectæ rationi, amicis pie ſuadentibus, & Chriſtianæ charitati, quam cuiuis Chriſtiano omnibus temporalibus commodis gratiorem & chariorem eſſe conuenit. Hoc autem remedium cum gratia Dei, quibuſuis eſt parabile, qui obſeruant, quid Deus ipſis mandauerit, quidque Deo & proximo hac in re præſtare teneantur, ſi Chriſti diſcipuli, & membra Chriſti, non tam dici quam haberi voluerint. Tertium remedium apud ipſos Aduocatos & Procuratores conſiſtere arbitror, qui (vt ante dixi) litibus aut non inchoandis, aut abrumpendis, aut cito terminandis, breue (ſi vellent) compararent compendium, & præſentaneum huic Reipublicæ malo adferrent remedium, quod vt faciant ex animo, vtque ſuorum iuramentorum, ſuæ ſalaris dignam rationem habeant, eoſdem iterum atque iterum rogo, & per per omnia ſacra obſecro intentiſsimè. Poſtremum autem remedium, in ipſis magiſtratibus & ſuperioribus iudicibus hærere cenſeo, per quos non raro ſtat, vt proceſſus, qui nec euitari, nec diſſuaderi poſſunt, citius, aut tardius abſoluantur. Si enim per

ipſos curarentur (vt in Frácia) proceſſus omnes intra triennium à Litiſconteſtatione terminari, aut ab inſtantia decidi, profectò minus tædii, minuſque diſpendij in Rempub. noſtri proferrét proceſſus, & cum maiori commodo tum inſtituerentur, tum peragerentur, quos vel ipſa iura ſtatuunt quàm citiſſimè fieri poſſit abſolui, & terminari, *l. Properandum, i. principio, C. de iudic.* Cui occinit Bald. *in proœmio C. in §. Quibus in 2. column. verſic. Quato.* Vbi dicit, Quod proceſſuum prolixitatem, & inuolutionem amputare, ad publicam vtilitatem pertineat. Et cum hoc quoque concordat D. Barth. Chaſſenæus, commentator conſuetudinum Burgundiæ, *ſuper proœmio, in verb. nous euſſent eſtez, num. 1. fol. 6.* Sed quid hic authoritatibus inſiſto, cum res ipſa palam clamitet, & aperto ſit indicio, quantum commodi proceſſuum breuiatio conferat, quantumque mali in Rempublicam, ex diuturna proceſſuum prorogatione proſiliat, dum hi non intra triennium, ſed ne intra vicennium quidem, aut tricennium, imo aliquando vix intra 60 annos terminari valeant? Quis quæſo, in huiuſmodi longinquis proceſſibus æquam iuſtitiam conſiſtere putabit? Certè etſi talium proceſſuum finis, & definitio æqua cenſeatur, ipſe tamen proceſſus, & proceſſus tam diuturna productio, non video, quomodo non dici debeat iniquiſſima, in qua cauſæ notitia plurimum deperiit, partes interim obierint, iuſtam habentes cauſam, ad paupertatem redacti ſint, vxores, & liberi ſumptibus exhauſti, & à proprio bono reiecti, inedia, & ſqualoribus perierint, quibus malis obſiſtere magiſtratus potuiſſent, ſi diligentius ad cauſæ terminationem inſtitiſſent. Verùm hi ſeſe expurgare ſolent, quod in cauſa pergere non tenentur, dum partes ipſæ in cauſa non procedunt. Verùm quàm iuſtè id ab ipſis citetur, dies Domini aliquando declarabit. Dum vident alteram partem opibus, ad procedendum deſtitui, aut penuria intermori, aut ob aliam occaſpenſam teneri, cur ex officio partes ad progreſſum non compellunt? cur ad cauſæ deciſionem non omnia actutum vrgent? Cur hac in re non tam Deo Iuſtitiæ fonti, quàm indignæ conſuetudini gratificari ſtudent? Verùm de his plus ſatis. Nunc accipe, quid ad alterum tibi, Lector, reſpondeam: Ego quidem hanc Praxim Ciuilem hoc animo edere ſtatui, non vt aliquos hoc noſtro labore, ad lites inſtruerem, excitarem, animarem, & addictiores redderem, quod nec viri pij, nec cordati officium eſſe puto. Alioqui non impertinenter illud vulgare in me axioma cõpeteret:

Siit ghy een goet Iuriſt, Soo ſiit ghy een quaet Chriſt.

Hoc eſt, Si bonus es Iuridicus, malus es Chriſtianus. Verum longe aliud hic potius ſpectaui, quàm vt litigandi odioſum perdocerem officium, quum potius ad hoc iſthæc ediderim, vt ex his viſis, ille ſe beatum exiſtimaret, qui à litium exceris prorſus immunis eſſet, deinde vt quietis amantes, ex hoc tam operoſo, & implicatiſſimo litium apparatu, ex tam ingentibus ſumptibus, & ex earundem euentu tam incerto (vt enim Martis, ita & litis dubia ſemper eſt alea) ritè perpenſo, qui litium pruritu titillabitur, vtcunque à lite inſtituenda, aut promouenda deterretur, & ad amicam tranſactionem prudentius ſeſe demitteret. Poſtremò, vt ſi quando aliquis, per alterius improbitatem contra bonum, & æquum, ad forenſes Lites incitatur, imò fatali quadam neceſſitate adactus, omnino ad litigandum, velit nolit, rapiatur, is in hoc promptuario noſtro quædam inueniat, quæ ad ſui patrocinium, quæque ad cauſæ ſuæ defenſionem facere ſperabit, & vt certius cognoſcat, quid ipſi tum ante Litem, tum in lite, atque adeo poſt Litem faciendum erit, hoc ipſi noſtra Praxis, quaſi acu cõmonſtrabit, & ad ſingula inſtructiorem reddet. Habes, nunc proceſſuum commonſtrata incommoda, habes eorundem remedia, habes huius Editionis meæ redditam rationem: ſupereſt vt rem ipſam, noſtramque Praxim nunc aggrediamur.

MVN.

Digitized by Google

MVNDANÆ IVSTITIÆ DESCRIPTIO.

IVSTITIA eſt virtus, qua tribuitur vbicuique, quod ſuum eſt, inquit Cicero.

Diuiſio.

Iuſtitia conſideratur ſecundum vniuſcuiuſque naturam, conditionem, officium, ſtatum & perſonam. Ideoque & duplex eſt Iuſtitia.

Scilicet,
- Diuina, nempe qua Deus eſt
  - Iuſtus Deus.
  - Iuſtus Dominus.
  - Iuſtus Iudex.
- Humana, alia
  - Iudiciaria.
  - Vniuerſalis.

Iuſtus Deus.

IVſtitia Dei, nempe qua dicitur iuſtus Deus, eſt ipſa bonitas Dei, quæ præſtat ea bona, quæ ſunt veri Dei, quaque à nemine alio præſtari poſſunt, nempe qua creat, & facit ea quæ non ſunt, qua creata cuncta alit, propagat, moderatur, & conſeruat, vnde etiam dicitur ſummum bonum quia ab eo ſunt omnia, & ab ipſo conſeruantur omnia. Item qua reſipiſcentibus peccata gratuita bonitate remittit. Vnde *Pſal.* 51. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea Iuſtitiam tuam, id eſt, bonitatem & clementiam tuam quam declaras in eo quod ſi placidus, facilis, benignus, tractabilis, liberalis, beneficus, tam reprobis, quam bonis longanimis & miſericors peccantibus, quos quum perdere poſſis, nō perdis, ſed ſeruas, & ad tibi fidendum, beneficiis prouocas.

Iuſtus Dominus.

IVſtitia Dei, qua iuſtus eſt Dominus, eſt, qua ex ſe, non alieno iure habet iuſtum Dominium, plenum ius, plenamque poteſtatem in omnia ſua propria, quæ condidit, & proprio plenoque iure poſſidet, ita vt citra cuiuſquam iniuriam amet, & cōſeruet, quos velit: & odio proſequatur, induret, in reprobū ſenſum tradat, & etiam perdat quos velit. Et quia ita faciendo, nulli eſt iniurius, nullius etiam iniuſtitiæ argui poteſt, qui Dominus omniū ſuorum poſſeſſorum eſt iuſtiſſimus Ibi enim iniuſtitia locum non habet, vbi nulla accidit iniuria Si amet, & ſeruet, ſua amat, & ſeruat, & bonitatem ſui Dominij declarat Si odiat & perdat, quod ſuum eſt odit, & perdit, id iure poteſt omnium iuſtiſſimi, ac iuſtiſsimo Dominio, quo de ſuis propriis, quicquid vult, vt figulus de luto ſuo facere poteſt, & facit. Hoc autem infinitum, ac plenarium Dominium in ſua, ac ſubdita, quoniam nulli mortaliū eſt cōceſſum, ideo in ſuos hāc Dominij iuſtitiam, mortales ijdem, ſine iniuſtitia excercere non poſſunt. Nam aliquem odio proſequi, obdurare, obſtinatum efficere, tradere in cupidiates prauas, in immunditiam, aut in reprobum ſenſum, ne intelligat aut reſipiſcat, in Deo quidem, plenum Dominium in ſuos habentē eſt iuſtiſsimum: in hominibus verò, idem eſt iniuſtiſsmum. De hac itaque Dominij iuſtitia, inter Iuſtitiam Dei & hominum iuſtitiam, diſtinguendum eſt ſecundum naturas vtriuſque, & videndum qualis Dominij iuſtitia competat Deo, vt omnium Domino, & qualis homini erga ſuos proximos & commembres, de paulò inferius.

Iuſtus Iudex.

IVſtitia Dei, qua iuſtus eſt Iudex, exprimitur *Pſal* 7. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens. Et *Pſal.* 50. Annunciabunt cæli iuſtitiā eius, quoniā Deus Iudex eſt. 2. *Ti.* 2. Reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex Iuſtitia itaq, Dei qua iuſtus Iudex eſt, cōſiſtit in 7. condit. quæ ſunt iuſti Iudicis.

Scili-

Digitized by Google

Scilicet {
- Vt diligat Iuſtitiam, & odiat iniquitatem.
- Vt non ſit ſurdus ad clamores oppreſſorum.
- Vt cauſæ clamorem audiat, & ad tribunal ſuum admittat etiam ſi oppreſſi ipſi non clament.
- Vt in Iudicio nec perſonarum, nec munera ſpectet, ſed ex æquo, tam paupepi, quàm diuiti iudicet.
- Vt ſententiam pronunciet, quæ cauſæ veritati reſpondeat, hoc eſt, vt rectum & iuſtum ſit iudicium.
- Vt non ſolum pronunciando iudicet, ſed vt iudicium ſuum etiam reipſa exequatur, ſcilicet, vt inſontes liberet, & malos puniat.
- Vt in executione iudicij talem clementiam præſtet, ne in ipſo vlla crudelitatis ſpecies appareat, ſed magis ſpectet ad hoc, vt non mox perdat, quos iudicandos accepit, ſed quantū fieri poteſt, ſic iudicet, vt quos ſeruare poſſet, ſeruet.

Hæ conditiones propriiſſimè Deo competunt, & à Deo ſunt petendæ.

IVſtus Dominus, & Iuſtitias dilexit. *Pſalm* 10.

Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, *Pſalm.* 5.

Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamores eorum. *Exod* 22.

Cain quid feciſti? Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Gen*. 4. *b*.

Deus perſonam non accipit, nec munera, facit iudicium pupillo, & viduæ. *Deut*. 10.

Iuſtus es Domine, & rectum Iudicium tuum, *Pſal.* 118.

Quod autem non ſolum verbis, ſed & opere iudicet, reipſa inſontes defendendo, & male agentes tes puniendo. Item, quod in iudiciis clementiæ ſuæ non obliuiſcatur, id quotidianis exemplis, quā ſcripturis eſt notius. Et quamuis non ſtatim iudicet, ac pro meritis puniat, non ob hoc iniuſtè agit, quia non tantum eſt Iudex, ſed etiam Dominus, qui de ſuis, quod vult facit. Item, eſt & Deus natura miſericors & longanimis.

Iuſtitia humana.

VT finiti ad infinitum nulla eſt comparatio, ita non poteſt vlla eſſe comparatio iuſtitiæ humanæ cum ea, quæ Dei eſt. Si naturam hominis corrupti ſpectemus, nulla eſt hominis iuſtitia, teſte Paulo, *ad Rom.* 3. Non eſt iuſtus (inquit) ne vnus quidem. Si iuſtitiam, id eſt, fidem ac pietatem, cum inculpata vita, ac bonis operibus, quæ in nobis operatur Chriſtus, attendamus, ne ea quidem cum Dei Iuſtitia eſt conferenda, qui natura ſua, per ſe & infinitè iuſtus eſt. Homo verò iuſtitiam, ſi quam habet, à diuina iuſtitia accepit, & eandem quantum in ſe eſt, ad diuinæ Iuſtitiæ normam componat, oportet. Et quantò quiſquis ad Iuſtitiam diuinam, ſuam qualemcunque Iuſtitiam imitando expreſſerit, tanto iuſtior apud omnes habebitur. Non enim omnes Iuſtitiæ diuinæ partes, homo vllo modo imitari poteſt (quales ſunt de creatione, conſeruatione, ac moderatione vniuerſi, &c.) nec talem perfectam Iuſtitiam Deus à nobis requirit, quæ humanas vires ſuperet, ſed tantum eam, quæ intra limites præceptorum ſuorum, & inter cæleſtis doctrinæ inſtitutionem continetur, iuxta vniuſcuiuſque naturæ dotes, ſtatum, & officium. Humana itaque iuſtitia eſt duplex, ſcilicet, iudiciaria, & vniuerſalis.

Iuſtitia Iudiciaria.

IVſtitia Iudiciariaria eſt ea, quæ potiſſimum competit Iudicibus, Regibus, & Magiſtratibus, quam etiam ordinariam vocamus, quod ipſa à Deo, ad moderandas res humanas, hominibus data ſit & ordinata, & cui omnes ex æquo, citra vllius perſonæ exceptionem parere conuenit, adeò, vt qui huic ordinationi reſiſtat, non homini, ſed Deo, ſiue Dei ordinationi reſiſtat, vt inquit Paulus, *Roman.* 13. Quare inconſultè facere mihi videntur, qui conditas leges, ipſam ordinariam Iuſtitiam, ex ſuis priuatis affectibus temerè inuadunt, violant, & oppugnare præſumunt. Si in leges, ac conſtitutiones humanas, per temporum longitudinem, malitiam, per cæcitatem hominum, imo per Satanæ occultum ſtudium, quædam indigna irrepſerunt, quæ aut correctionem, aut abrogationem poſcant, ſiue ad diuinæ

Digitized by Google

legis præſcriptum , & ad populi Dei commodum reformanda videntur , ea primò omnium à Deo omnium , quæ in cælo & quæ in terra ſunt, moderatore ſapientiſſimo , ac iuſtiſſimo peragenda ſunt , qui nos omnes à ſua clementia , hac in re pendere , horumque reformationem ſibi, ſuæque gloriæ ſoli vult aſſcribendam eſſe. Dein ab ordinaria poteſtate , à Regibus , à Concilijs , tum particularibus , tum vniuerſalibus , non à priuatis quibuſdam hominibus expectanda eſt hæc mutatio reformatoria , niſi certè ea poteſtas ordinaria ita eſſet corrupta , vt Iuſtitiæ inſtitutionique diuinæ non eſſet conformis. ſed potius contraria , contraque Dei gloriam, & ad tyrannidem in populum Dei vſurparetur. Quo caſu , Deus ipſe per ſuam Iuſtitiam iudiciariam, & vltricem , cum volet , ſuam repurgabit aream, & tyrannos Principes , ſtolidos (quos aliquando propter peccata populi , in cæcitate ac tyrannide regnare permittit) qui ſuæ gloriæ , & publicæ tranquillitati officiunt , è medio tollet , & ſpiritum ſuum in alijs Principibus cordatis & pijs excitabit , qui eſurient & ſitient veram Iuſtitiam , qui repurgatis humanis legibus , diuinas leges attentius obſeruari curabunt , quales fuerunt Dauid, Ioſias, Ezechias, Theodoſius , Conſtantinus , & plures alij , tum in veteri, tum nouo Teſtamento , quos Deus ad Eccleſiæ ſuæ errores tollendos, & ad veram religionem confirmandam ſuo populo præfecit. Sed hæc obiter , ad Iudicem ordinarium nunc redeo.

Iudex Iuſtus.

Eſt Iudex ordinarius iuſtus , qui ſeptem præſcriptas iuſti Iudicis conditiones , ad amuſsim exprimit, præſtat, & in iudicandis populi Dei cauſis , non minus clementem ac benignum , quàm prudentem ac diligentem executorem ſe præbet , inſontes defendit & noxios ciues ſic punit , vt eoſdem emendatos malit , quàm perditos. Huius iuſti Iudicis exemplum , paulò ante ſuis coloribus depinximus , quod omnes Iudices re ipſa exprimere velim.

Iuſtitia Vniuerſalis,

Vniuerſalis Iuſtitia eſt , quæ non tantum Iudici, ſed & vniuerſum omnibus ac ſingulis conuenit , & quam ab omnibus Deus requirit. Hæc in vero amore Dei , & proximi conſiſtit , vt ſcilicet, Deum ante omnia, & proximum propter Deum amemus, Amare autem Deum nemo ſyncere poteſt, niſi qui Deum, quis, & qualis ſit perfectè prius nouerit. Quis enim vnquam amauit incognita? Hanc veram Dei notitiam conſequitur ſtatim verus amor Dei , verus cultus Dei , veraque obſeruatio præceptorum Dei, quorum neglectus, ex cœcitate , & incognitione veri Dei naſcitur. Amor autem proximi, ex vero ac perfecto amore Dei , tanquam à primo fonte proſilit, ſic vt hoc vnicum , ſolum, certumque argumentum ſit , nos verè amare Deum, ſi ex animo amemus proximum, hoc eſt, ſi amorem, quem erga Deum habemus , in proximum expreſſe declarauerimus , & noſtram opem in commembres fratres contulerimus, quam in ſympathia corporis humani vnum membrum alteri ob oculos præſtare cernimus. Requirit itaque ab omnibus in genere Deus,

- Vt ipſum verè cognoſcamus, quod Chriſtus dixit eſſe vitam æternam. *Ioan.* 7.
- Vt ipſum ſyncerè amemus.
- Vt ipſum ſyncerè colamus, iuxta præſcriptum Doctrinę cœleſtis & voluntatem ſuam in decalogo expreſſam.
- 10. Vt amemus proximum, ſicut noſmetipſos.
- Vt innocenter viuamus erga omnes.
- Vt nemini faciamus, quod nobis fieri nolimus.
- Vt neminem, ne meritum quidem, proſequamur odio.
- 10. Vt neminem damnemus , niſi manifeſtè malum , aut certis ex cauſis dignum qui damnetur.
- Vt neminem obſtinatum reddamus in malo.
- Vt nemini imponamus impoſsibilia.
- Vt denique omnia, quę cum fraterna charitate pugnant, diligenter vitemus.

Hæ.

HÆc, inquam, ſunt quæ Chriſtiana Charitas poſcit, & Deus nobis pro vera Iuſtitia ſeruanda paſſim præſcribit, adeo vt qui hæc non præſtat, ſed negligit, imo contraria facit tantum abeſt, vt ſe coram Deo iuſtum putare debeat, vt ab ipſo olim iudicandus ſit iniuſtiſſimus.

Iuſtitiæ aliquot Elogia.

1 Iuſtitia Sol Terræ.
2 Iuſtitia eſt Oculus, & regina mundi. Ariſt.
3 Vt Sol neceſſarius eſt mundo, ita & Iuſtitia.
4 Tolle Iuſtitiam, Solem ex mundo ſuſtuleris.
5 Iuſtitia abſente, fortitudo non prodeſt.
6 Veritas mater Iuſtitiæ.
7 Regis Iuſtitia eſt, *parcere ſubiectis*: id eſt defendere ſubiectos, *& depellare ſuperbos.*
8 Iuſtitia omnes virtutes continet.
9 Pereat mundus, & fiat Iuſtitia.

MATTH. 5.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt Iuſtitiam.

PROVERB. 14.

Iuſtitia exaltat gentem.
Via Iuſtitiæ & miſericordiæ, reperiet vitam, & gloriam.

ESAIAS. 56.

Diſcite Iuſtitiam, qui habitatis terram.

AVGVST.

Iuſtitia ſola Reſp. ſuſtentatur, to 5. col. 132 b.
Sine Iuſtitia, ne Iupiter quidem Principem agere poteſt. to. 5. col. 134. d.
Iuſtitia non eſt, vbi ſana fides abeſt. to. 4 col. 1106. b.
Iuſtitia vera in Rep. adeſt, vbi Chriſtus rector eſt. to. 5 col. 1349. a.
Iuſtorum caput eſt Chriſtus to. 8. col. 302. c.
Iuſtitia non eſt, quæ hominem à Deo tollit. to. 5. col. 1170 a.
Iuſtus nullus, niſi per Chriſtum. to. 7. col. 873. a.

CHRYSOST.

Iuſtitia eſt vniuerſa animæ philoſophia.

METHODIVS.

Iuſtitia eſt omnium præceptorum integra obſeruatio.

THEOGNIS.

Iuſtitia omnes virtutes in ſe continet.

EPICTETVS.

Iuſtum ingenium iniuriam facere neſcit.

XENOPHON.

Multi iuſta dicunt, & iniuſta faciunt.

MAENANDER.

Iuſtus nullum nocendi nouit modum.

PHILEMON.

Iuſtus eſt, qui cum poteſt nocere, non vult.

AGESILAVS.

Iuſtitia abſente, fortitudo non prodeſt.

Effigiei Iuſtitiæ humanæ declaratio.

ECce, candide Lector, hic tibi aliquanto latius ob oculos ipſius humanæ iuſtitiæ effigiẽ præponimus, cum variis perſonis, quæ ipſam Iuſtitiam, vario modo ſibi conciliatam cupiunt. Atque hoc aliæ quidem iuſtiſſimis ex cauſis, quibus Iuſtitia ſubinde cæca eſt, & ſurda. Aliæ iniquiſſimis rationibus, quibus fere Iuſtitia occulta eſt, attenta eſt, benigna eſt, & facilis. Sed væ illis qui huiuſmodi Iuſtitiæ perſonam induunt, vti tum authoritatibus, tum exemplis tibi mox, cum ſingularum perſonarum explicatione debita patefecerimus. Principio igitur hic cernis Iuſtitiam bifrontem, altera nempe parte occultam, altera vero, faſcicula obuinctam, & cæcam, ſolio ſuo tanquam pro tribunali

Digitized by Google

bunali inſidentem: dextra diſtrictum vibrantem gladium, ſiniſtra autem expendentem bilancem. Porrò à dextra (vbi oculata depingitur) vides perſonas applauſibiles, & gratas: nempe fauorē, amicos, cognatos, affines, beneficos, & opulentos, & id genus alios, qui omnes Iuſtitiæ faciem, in ſuas partes inclinant, ſibi conciliant, & in ſuam (quam volunt) ſententiam protrahunt. A ſiniſtra verò (qua cæca eſt, & obuincta faſcia) aliæ ſiſtuntur perſonæ, à ſuperioribus multùm diuerſæ, nempe Odium, Paupertas, Egeſtas, Innocentia, Viduarum tenuitas, Pupillorum debilitas, & quicquid denique per ſe infimum eſt & miſerum, nulloque patrocinio fultum, niſi ſola ſpe Iuſtitiæ, quæ tamen ipſis oculos clementiæ claudit. Potentioribus verò, diuitibus, & fautoribus quibuſuis aperit. Sub Iuſtitiæ pedibus ſubſtratam vides, ſub perſona ruſtici, miſeram calamitoſamque plebeculam cui, Vnuſquiſque, nomen imponitur. Huic cum cæteris calamitoſis hominibus, appictus eſt cæleſtis paradiſus, cuius hi omnes, poſt has ærumnas, poſt multa iniuſta, durè quidem, ſed patiente animo perpeſſa, cū fide bona, & ſpe æquioris Iuſtitiæ percipiendæ, in futura eaque vita vera, ſeſe fore participes ſperāt. Atque has omnes perſonas, cum Iuſtitia colloquentes dabimus ipſiuſque Iuſtitiæ clementiam, gratiam & beneuolentiam implorantes. Sed prius ipſius Iuſtitiæ proprietates alias, præter antepræ-dictas oſtenderimus. Iuſtitia itaque in ſolio reſidens, indicat omnem Iuſtitiæ adminiſtratorem debere ſedere, argumento, *l. Quicunq; in fine. C. de poſtulan. l. A procedente, C. de dilat. & in Authent. Vt ab illuſtrib.* §. *Sancimus, colla.* 5. Hoc eſt, Iudicem debere eſſe in ferenda cenſura animo quieto, libero, & ab humanis affectibus defæcato. Quod etiā confirmant ſacræ ſcripturæ multis in locis, præcipuè, *Exod.* 18 vbi legimus, Moyſen à mane vſque ad veſperam ſedentem, vt iudicaret populum. Et *Ioan* 19. Pilatus legitur ſediſſe pro tribunali, vt ſententiam (quamuis iniuſtam) aduerſus Ieſum pronunciaret. Et rectè ſedendo, debet Iudex ſententiam pronunciare. In quieſcendo enim & ſedēdo, anima fit ſciens & prudens, Ariſtotele teſte 7. *Phyſicorum lib.* Quod Iuſtitia pingitur Bifrons, ſignat Iuſtitię gubernatores, non ſolùm vni partium debere præbere aſpectum amicum, aut intentos oculos, ſed vtrique partium ex æquo debere intēdere, vtriuſque partium cauſas, æquè benignè cognoſcere, & citra vllius perſonę delectum, quod res eſt, fideliter & incorruptum iudicare, vt Deus monet, *Leuit.* 19. Non conſideres perſonam pauperis, neque honores vultum potentis, ſed iuſtè iudica proximo tuo. Et rurſum: *Deut.* 1. Nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruum audietis, vt magnū, Ne excipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Quod autem hic Iuſtitiam bifrontem exhibemus, altera parte oculatam, altera cæcam, Iuſtitia mundanæ effigiem damus, corruptę quidem, & parum æquę, idque ad ſummam infamiam, & probrum eorum Iudicum, qui talem bifrontem Iuſtitiam iniquam, & Deo (cuius perſonam in iudiciis ſuſtinent) exocrabilem, aſſumere non verētur. Non autem hic bifrontem damus, vtporè ab vtraq; parte æquè blandam, æquè oculatā, æquè attentam, & æque percupidam Nam hęc Iuſtitia ſolius Dei eſt, & eorum, qui Dei Iuſtitiam æmulantur, quod ab omnibus quidem fieri conuenit Sed Iuſtitiā mundanam exhibemus, quæ affectibus eſt obnoxia, & vt nunc ſunt mores hominum, ſubinde aut eſt corrupta, aut non perinde æqua. Sunt nihilominus qui Iuſtitiam, vna tantùm facie pictam oſtendant, verū eandem planè cęcam, & vtroſque oculos faſcia obuinctos exhibent, vtporè quod Iuſtitiæ ſit, ad vtrāque partem cæcutire, neutrique fauoris, aut odii aſpectum præbere. Porrò bilanx (quam in Iuſtitiæ ſiniſtra conſpicis) Iudicis accuratam cauſarum, & partium indagationem, obſeruationem, cum plena earundem cognitione ſignificat, ſic vt de cauſarū differentia & veritate priùs cognoſcat, quàm ad iudicandum ſeſe accingat. Vides prætèrea Iuſtitiā, dextra diſtrictum tenentem gladium, quo nobis ſignificatur, æquum Iudicem poſt cauſas plenè cognitas, debere aſſumere gladium, quo cauſam iniquam ab ęqua diſſecet, quo innocentem defenſum, tutum & tranquillū reddat. Nocentē verò abſque diſſimulatione iuſtè puniat. Quemadmodū Paulus affirmat, ad *Rom.* 13 *cap.* de Iudice loquens. Dei (inquit) miniſter tibi in bonū. Si autem malū feceris, time: non enim ſine cauſa, gladiū portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malū agit. Et B. Petrus ait, miſſos Iudices ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorū, 1. *Petr.* 2. Cęterū huiuſmodi ęquis veriſque Iudicibus beatiſsima quęq; à Domino pollicentur, veluti *Pſal.* 105. Beati qui faciunt Iudicium & Iuſtitiam in omni tēpore. Et *Pſal.* 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. In die enim mala, liberabit eum Dominus. Contra verò, mala quęq; & infauſta minatur iniquis Iudicibus, veluti *Deuter* 27 Maledictus qui peruertit Iudicium Aduenę, Pupilli, & Viduę, &c. Verùm quoniam à variis, rectitudo Iuſtitię oppugnatur, qui omnes Iuſtitię integritatem corrūpere ſtudent, vt ſunt fautores, amici, cōſanguinei, familiares, diuites, &c. quibus ipſa Iuſtitia cedit, oculatum blandumq; vultū exhibet. Ab aliis verò fruſtra ſollicitatur, inuocatur, ſiue potiùs imploratur, vt ſunt deſpectus, odium, innocētia, paupertas, &c. quibus ſe obdurat, quibus faciē nubiloſam, inuitā, procacem & aduerſantē exhibet Idcirco has perſonas omnes (vt & ante diximus) cum ipſa Iuſtitia colloquentes introduximus. Ac primò ſeſe Iuſtitię ſiſtit Fauor, qui cū Iuſtitia his verbis colloquitur.

Cognatus, Fauor.

COgnata Iuſtitia, eademq́ue amica dulciſſima, his nobis eſt coram tuo tribunali, cum Deſpecta & Miſeria, hoſtibus noſtris pertinaciſſimis, qui neſcio quibus logis, iuris æquitatem nobis præripere tentant. Rogamus igitur, vt memor veteris ac ſtabilis amicitiæ noſtræ, ad hæc cognationis noſtræ firmiſſimæ, nobis (quantum amicitiæ iura permittunt) Iuſtitiæ fauorem concedas, & ab his pannoſis hoſtibus noſtris, nos defendas & amicè liberes.

Deſpectus, Miſeria.

IVſtitia rerum Domina æquiſſima, ne vilem, quæſumus, habitum noſtrum, neque perſonas noſtras deſpicabiles intuearis, ſed æqua lance, quod res eſt, perpendito. Verùm iudica, noſque miſellos ab omnibus deſpectos, reiectos, & odio grauiſſimo preſſos, recipe, defende, & patrocinium præbe, potiſſimum contra fautores, cognatos, & affines tuos, qui hoc tuo fauore freti, nos ærumnoſos faſtidioſè deprimunt, & quicquid æquum eſt nobis, nobis indigniſſimè eripere ſtudent. Neque in noſtram perſonam, ſed ad Dei voluntatem oculos, rogamus, conuerte, qui intentiſſimè ad te apud Eccleſiaſticum 11. clamat, cùm inquit: Non laudes hominem in vita ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo, vbi Deus non vult æquum Iudicem animum cõuertere ad ea, quæ ſenſibus externis, & affectibus adblandiuntur, neque ea contemnere, quæ ſpecie tenus miſeranda videntur. Quin potius vult his omnem commiſerationem impendi, præ cæteris omnibus, adeò vt per D. Iacobum 2. c. tam immites Iudices his verbis terreat. Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui miſero miſericordiam non fecerit. *Idem* 4. Qui amicitiam huius mundi diligit, is inimicitiam apud Deum comperit. Et Chriſtus Apoſtolos ſuos, eatenus amicos ſuos agnoſcit, quatenus quæ præcepit, diligenter exequantur. *Ioan.* 15. Neque vllam cognationem agnoſcit, quàm eorum, qui faciunt Patris ſui cæleſtis voluntatem. *Matth.* 12. Voluntas autem cæleſtis Patris eſt, vt Iudex abſque vllo reſpectu perſonarum, ſecundum æquitatem iudicet omnes. Noli igitur, mi Iudex, eſſe perſonarum acceptor, *Iacob.* 2. Neque iudicare ſecundum faciem. *Ioan.* 7. & *Prou.* 24. Sed ſi amicis temet accommodare libet, id fiat vſque ad aras, vt ait Pericles Athenienſis. *Miſeria.* Quid fruſtra, mi frater, ſurdo authoritates occinis? quid cæcæ Iuſtitiæ veritatem aperis? teque clamando, flectendo, lachrymandoque, coram ſupercilioſa Iuſtitia defatigare pergis? Caſſa ſunt quæ clamitas, inuitumque irritas potius, quàm in tuas partes flectis. Vide vt oculos à nobis auerſos, ad ſuos amicos, & cognatos aduerterit. Quocirca hinc ſecedamus, & cauſam noſtram Deo, miſerorum omnium patrono blandiſſimo commendemus. *Deſpectus.* Placet conſilium, ſed priùs Iuſtitiæ verba patienter audiamus. Nam ſuis locutura, conuertitur Iuſtitia. Vos cognati fautoreſque candidiſſimi, ſcitote nihil eſſe, quod in gratiam veſtram ſim recuſaturus. Quocirca craſtino die hic præſentes eſtote, non iniquam veſtris optatis à nobis feretis ſententiam. *Miſeria.* Dixin nos eſſe reijciendos? Ad Deum igitur, aſylum noſtrum tutiſſimum confugiamus. Sed eccum. Quodnam monſtrum huc ad Iuſtitiæ ædes anhelum, ſudabundumque proruit? Vah Argentum eſt, monſtrum auaritia tumidum, pecunia differtum, & iuſtitiæ reginæ commendatiſſimum. *Deſpectus.* Hem. video quoque eodem properantem Paupertatem. Eſt fortaſſis ſua vtrique coram eodem Iudice explicanda cauſa, nos igitur deſpecti recedamus, ipſiſque prorogandi locum permittamus.

Argentum.

QVantis laboribus, quantiſque ſudoribus ad tuum tribunal, Iuſtitia Regina clementiſſima prorepſerim, ex hac mea deformitate conſpicere licet. Ideoque te æquiorem meæ cauſæ futuram ſpero, quæ hic apud tuum tribunal verſatur, & diſcutitur contra aridam hanc (quam conſpicis) Paupertatem, quæ contra bonum & æquum, mihi tantum faceſsit negotium. A qua ſi me defenſum curaueris, cauſæque meæ faueris, tuæ benignitati me nunquam experieris ingratum. Habeo hos loculos, qui tuo fauori ſeſe largiter effuderint. Equos præterea duos, & duo Cretici vini dolia, in gratitudinis ſymbolum tibi promittimus. Tantùm noſtræ cauſæ faueas, oro.

Pauper-

Paupertas.

TEnuis fortunæ pauperculus, inopia & omnium rerum egeſtate grauis, humanaque ope prorſus deſtitutus, ad tuam clementiam confugio, ô Iuſtitia benigniſsima, tuam humanitatem obteſtans, quam poſſum amanter: ne vel tua irrefragabilis æquitas me deſerat, cauſamque meam negligat, vultumque à me pannoſo trahat, ſed cum potiùs amicum, benignum & gratum præbeat. Quod mea paupertas non compenſauerit, id diuina miſericordia abundè ditauerit. Res eſt mihi cum nummoſo, infartoque diuite, qui opibus ſuis confiſus, cauſam meam labefactare ſtudet, idque haud dubiè faciet, niſi Iuſtitiæ tuæ æquitas me fulſerit, & Deum potiùs, quàm humanas illecebras curauerit, qui iudices optat, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiam. *Exod.* 18. Quique officium tuum his verbis admonet. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. *Deuter.* 1. *cap. Nouit. extra. de iudic. & cap. Vltimo*, 3. *qu* 9. Rurſum, Iuſto iudicio iudica populum, nec in alteram partem declines *Deuter.* 16. Item, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. *Prouerb.* 29. Item, Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. *Exod.* 23. Iterum: Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & Iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. *Iſai.* 5. Iudicate egeno & pupillo, humilem, pauperem iuſtificete. Eripite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberate. *Pſalm.* 81. Poſtremò ait Xenia & Dona excæcate oculos Iudicum. *Eccleſ* 20. Noli igitur, quæſo, Iuſtitia æquiſsima imitari filios Samuëlis, qui peruerterunt Iudicia, ſequentes auaritiam, & accipientes munera. 1. *Regum* 8. Non enim proderunt tibi theſauri impietatis, ſed Iuſtitia liberabit te à morte. *Prouerb* 10. Neque ſecteris iniuſtum Achab, qui ob auaritiam occidi iuſsit innocentem Naboth. 3. *Regum* 21. Sed ah me miſerum, faciem tuam auertis à me miſello paupere? Ah, non pluris facis tot authoritates Dei grauiſsimas, cuius vices in iudicando nunc ſuſtines? Cur quæſo Argento vultum tam amicum exhibes, quod te intra pauculos annos (niſi reſipiſcas) in profunda demerget tartara? c. Pauper. X I. q. III. Abs re itaque ſpretus & aduerſatus, & ad Deum ipſum certiſsimum cauſæ meæ patronum, & Iudicem meum profugio, apud quem cauſæ meæ veritatem depoſiturus, auxilium petam, teque cum exitiali tuo argento, nunc relinquo. *Iuſtitia.* Mihi multò gratiſsimum Argentum, cauſam tuam multùm diuque diſcuſſam, tandem expendi ſeriò, eamque comperio talem, cui neutiquam refragari poſſum. Promiſsis igitur, fac reſpondeas, teque cras meo tribunali cura præſentem ſiſtas, ſententiam auditurus es, tuis votis minimè ingratam. Sed quos huc aduentantes conſpicio? Hem Cauſidicus meus eſt, & malarum cauſarum patronus, quos ſequitur (neſcio) quæ turba ſimplex: Rurſum in ſolium meum reſideo, & quid hi dicturi ſint cognouero.

Cauſidicus, Aduocatus.

ÆQuiſsima Iuſtitia, in cauſarum cognitionibus, noſtram fidem iamdudum abundè tibi perſpectam arbitramur. Sumus nunc à conſiliis & à cauſis, nobili & opulento viro Domino Socrati Phylargiro, qui conqueritur ſe grauiter offenſum & læſum. Interim & ſibi plurimum negotij fieri ab ea, quàm cominùs aduentantem ſpectas turba, ſpecie quidem ſimplici & innoxia, re tamen (nobis fide) nocentiſsima, vt quæ nulli non quoduis maleficij genus infert, quod & nos certo multorum relatu didicimus. Et quod communis fama fert, id veriſsimum eſſe conuenit. Cicero *Rhetoric. nouorum libr.* 2 *& libr. Topic.* Necnon Ariſtoteles *lib.* 7. *Ethicor.* Nos igitur (quorum probitatem & fidem certò certiùs noſti) tuam æquitatem rogamus, vt nos audias, nobis credas, nobilem Dominum defendas & tranquillum reddas, atque hanc turbam ſtupidam, & inſolentem à maleficiis prudenter coërceas.

Innocentia, Veritas.

ÆQuiſſima Iuſtitia, nos nullo alio patrocinio, quàm (quod dicimur) ſimplici Innocentia, & nuda Veritate fulti, ad tuum Tribunal confugimus. Nullum vnquam læſimus, nulli maleficium intulimus, nihil corrupimus, ſed quantum in nobis eſt, de omnibus bellè mereri ſategimus. Interim tamen D. Socrates Phylagirus nobilitatis titulo fretus, ſuorumque Cauſidicorum protectionibus fiſus, nos opprimit, nobis paſſim incommodat in rebus & nominis integritate, nuſquam non lædit, famam noſtrā proſcindit, de quouis maleficij genere nos traducit, & prorſus perdere ſtudet, nec veretur interim, nos iniquè apud tuum Tribunal, quaſi maleficos nocentiſſimos accerſere, multiſque criminibus alligatos deprimere. Externa ſpecie, rumore falſo, & traductione iniqua videbimur fortaſſis nocentes, ſi nos tamen propriùs agnoſcere non pigeat, comperies certò noſtram innocentiam & veritatem ſimplicem, quas rogo, contra oppreſſores noſtros defendere velis, recepturus à Deo, Iuſtitiæ tuæ adminiſtrationis mercedem digniſſimā. Caue igitur ne Herodis innocentes puerulos (*Matth.* 2.) impiè trucidātis truculentiam imiteris, ne ipſum quidem Dauid, qui innocentem Vriam occidi iuſſit, 2. *Regum*, 11. Quin potiùs (ſi nos exaudiri parum digni videbimur) ipſum Deum (cuius hic Vicarium agis) libenter audi, & ſanè monenti libentiùs obtempera. Iudicium (inquit) & Iuſtitiam facite, & liberate vi oppreſſos, de manu calumniatoris. *Hierem.* 22. Rurſum, Mendacium fugies, innocentem & iuſtum nō occides. *Exod.* 23. Et à tribunali tuo procul faceſſat, ea truculenta immititas, quam Deus inſectatur, apud *Eccleſ.* 4. Vidi (inquit) calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentum, & neminem conſolatorem, & auxilio deſtitutos, eorum violentiæ non poſſe reſiſtere. Hos tam immites Iudices, Deus maledictos pronunciat, qui que munera accipiunt, vt percutiant animam ſanguinis innocentis. *Deut.* 27. Sed, proh dolor, me miſerum innocentem! Cur quæſo Iudex, Dei in iudicando vicariè, nos verè innocentes tam indignè aduerſariis noſtris clamoribus obſurdeſcis, cauſamque veritatis tam impudenter negligis? Quæ tandem innocentia, & veritas, licet in mundo ſæpe premamur, nunquam tamen nos opprimi ſinet Deus, vt cui noſtrum patrocinium perpetuò fuerit curæ, dicente Propheta: Iuſtus Dominus, Iuſtitias diligit, æquitatē videt vultus eius. *Pſal.* 10. Ideóq. à tuo tribunali appellātes, ad ipſum defendēdæ cōfugimus.

Tutor, Receptor.

ÆQuiſſime Iudex, ad tuam iuſtitiam ego Tutor fidelis, & Receptor propero. Res iſtarum viduarum, & pupillorum multos annos fideliter rexi, curaui, & in ipſorum vſibus, quum res poſcebat, vtiliter expendi (teſte cōſcientia propria) & rationem ipſorum fideliter ſubductam, fidelius reddidi. Interim tamen, non deſinunt iſtorum patroni, me falſis traductionibus proſcindere, ac infidelitatis apud quoſuis malitiosè deferre. Quum tamen tua æquitas me noſcat talem, vt cuius conſcientia mentiri timeat, aut vlli hominum, vel minimam iniuriolam inferre formidet. Quare tuam iuſtitiam, pro veteri neceſsitudine rogo, vt ab ipſorum latratibus, meam integritatem defendat, ipſorumque petulantes linguas æquitatis tuæ virga coërceat. Rem mihi amico tuo candidiſſimo, multò gratiſsimam præſtiteris, & pro beneficio tuo ampliſsima præmia reportaueris.

Vidua, Pupillus.

PAtronus Viduarum, & Pupillorum nomine loquitur. Iudex æquiſsime in nos, quæſumus, tuæ clementiæ oculos conuerte, noſtras lachrymas, noſtroſque ſingultus clementer aſpice. Viduæ iſtæ ſunt, ſuis orbatæ maritis, qui ipſarum cauſas, qui neceſsitatem, qui inopiam earum, dum vixerant, ex amore coniugali tutari non deſtiterant, nunc ipſarum maritali patrocinio viduatæ, omnique humano deſtitutæ præſidio, nihil ipſis factum eſt reliquum, præter hos, quos manibus complectuntur miſellos pupillos, quos vnà cum ſuis matribus, in tuæ Iuſtitiæ clementia commendamus plurimum, vt ipſorum miſertus cauſæ, eorum patrocinium libenter aſſumas, defenſionem præſtes, verique tutoris vices ſubeas, potiſsimum contra hos ſubdolos, atque imaginarios potius tutores ſuos, contra receptores ſuos iniquos, contra denique creditores earum quoſlibet, qui eas miſerè contriſtant, mundana aſtutia circumuenientes nihil non fallaciæ ſtruunt, ac planè opprimere ſtudent. Gratitudinem tuis beneficiis rependere cura-

rc cura-

Digitized by Google

rè curabunt, ſicubi fortuna aliquando reſponderit. Interim quod ipſarum tenuitas exoluere nequiuerit, id poſt hanc vitam, abundè penſuerit Deus, qui nullum opus bonum irremuneratum ſinet, & certè apud quem tua virtus, Iuſtitiæ tuæ merces erit maxima. Quod ſi tu nos deſpicis, ſi oppreſſoribus noſtris fauens, nos auerſeris, ad tutiſſimum Patronum noſtrum confugimus Deum, qui pupillo & viduæ iudicium faciet. *Deuteron.* 10. Cui & Propheta dicit, *Pſal* 9. Tibi derelictus eſt pauper orphano, tu eris adiutor. Tuque interim maledictus eris, qui aduenæ, pupilli & viduæ iudicium peruertis. *Deuteron.* 27. Quam maledictionem, vt certò effugias, te variis in locis commonefacit, quidque nobis abs te fieri velit, apertè clamitat, mentemque ſuam his verbis aperit. Aduenam, Pupillum, & Viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè. *& Hier.* 22. *Exod.* 22. Opprimit autem, quiſquis oppreſſoris iniuriam, quum poteſt ac debet, non propulſat. Rurſus in Iudicando, eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viri matri illorum, & eris velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis, quàm mater. *Eccleſ.* 4. Iterum, Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. *Exod.* 22. Quorum lachrymoſi clamores quàm ſint Deo odibiles, quamque ſeuerè eorum neglectores puniat, clare commonſtrat, cum ait: Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentem eas? A maxilla enim aſcendunt in cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in eis. *Eccleſ.* 35. Rurſum per Iſaiam, increpat Dominus opprimentes pupillos, & viduas, dicens: Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. *Iſaia* 1. Propter oppreſſionem, præterea pupillorum & viduarum, in exilium, & captiuitatem miſſi ſunt filij Iſraël. *Ezech.* 22. Cauſam viduæ non iudicarunt, cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt, nunquid ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? *Hierem.* 5. Authoritates tot, tantæque Iudex æquiſſime te rogo moueant, vt noſtri miſertus, quod bonum eſt, & æquum iudices: Verùm ah & nos quoque miſellos, qui cum noſtri ſimilibus, ſurdo videmur occinere, & cæco claram ipſique odioſam lucem obtrudere. Proinde hinc recedentes ad Deum, Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis, cum certa fiducia accedimus.

Vnuſquiſque, Popellus, Communitas.

Quiſque ſuos patimur manes: Quiſque à potentioribus infirmamur, & concidimus, ô iuſtitia, mundi regina fortiſſima. Cauſam noſtram tuæ Iuſtitiæ committimus. Vnuſquiſque neceſſitatem, inopiam, debilitatem, ac noſtram miſerandam vniuſcuiuſque calamitatem, (in qua tam miſerè computreſcimus) coram te expandimus, tuæque clementiæ ſuppliciter commendamus, vt tantæ noſtræ neceſſitatis miſerta: nos vnumquemque erigas, iuues, confirmes, laboribus ſtabilias, decoribus neceſſarijs ornes & munias. Ita fiet, vt & ipſi potentes, (qui ſine vniuſcuiuſque opera ſimul exiſtere nequeunt, ſed cum ipſo concidente, ſimul & ipſi concidant, oportet) potentiores euadant, mutuis operis firmentur, viribus coaleſcant, opibus, lætaque pace, & tranquillitate floreant, ſplendidiſque virtutibus perpetuo triumphent. Porrò ſi nos Vnumquemque, humilemque Popellum deſpicis, noſtramque cauſam indefenſam negligas, noſque ærumnoſas miſerè contabeſcere ſinas, futurum eſt, vt Reſp. tua nobiſcum ſimul contabeſcat. & quæ per tua in nos auxilia floruerat, noſtro neglectu ſqualleat, ac tandem pereat. Agri debita cultura fraudati, obſylueſcent, nulla officia conſtabunt, ſed ad miſerandam rerum faciem cuncta labaſcent, florentiſsima quæque marceſcent, & Potentiores ipſi, tandem Vniuſcuiuſque vices & ſeruilia officia apprehendere cogentur, ſi ſeſe inſviuis conſeruatos velint. Proinde Iuſtitia, mundi rectrix fortiſsima, hæc iterum atque iterum æquitatis tuæ bilance trutina, diligenter conſidera, & Vniuſcuiuſque cauſam, & inopiam tutandam, libenter amplectere, ne tanta rerum incommoda, in tuam Remp. latenter ſubrepta, tandem cum dolore percipias. Quod ſi ne hæc quidem Reip. mala te ſatis permoueant, ſaltem te propriæ ſalutis ratio experge faciat, aut exitij futuri cauſa ſollicitet. Terreat te præterea diuina Iuſtitia, teque ab ipſa doceri permitte, quid abs te vnicuique fieri poſtulet, qualemque te miſello Popello præbere conueniat. Audite (inquit) illos, quod iuſtum eſt, iudicate: ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum. *Deut.* 1. Atque iterum: Non conſi-

deres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, ſed iuſte iudica proximo tuo. Non ſtabis contra ſanguinem proximi. *Leuit*. 19 Non facies violentiam pauperi, quia pauper eſt, neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius, & configet eos, qui confixerunt, animam eius *Prouerb.* 22. Et recte iudicate filij hominum. *Pſal.* 57. Vſquequo iudicatis iniquitatem & facies peccatorum ſumitis? *Pſal.* 81. Væ, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. *Iſa.* 5. Qui iuſtificat impium, & iuſtum condemnat, vterque abominabilis eſt apud Deum. *Prouerb.* 17. Sed vt video, Vniuſcuiuſque pereat oportet, Nam, ſurdo diuina verba perſonat, & cœco lumen veritatis oſtendit, qui nec rationibus flectitur, nec minis terretur diuinis. Ad Deum igitur properamus, iniuriarum noſtrarum vindicem acerrimum, & opitulatorem egeſtatis noſtræ clementiſſimum.

Infernus, Paradiſus.

SVperiori hac imagine conſpecta, Iudex æquiſſimè, imò hiſce veris, atque diuinis edoctus authoritatibus, Iuſtitiæ tuæ adminiſtratæ præmia certo cognoſce. Si rectam æquitatis virgam ſeruaueris, ſi citra vllius perſonæ exceptionem, quod verum quodque iuſtum fuerit, iudicaueris, en regni cæleſtis amœna optataque felicitas, te exceptura proponitur. Sin inique à rectitudinis tramite deuiaueris, ſi perſonas conſideres, ſi affectibus in iudicando obſequi libeat magis, quàm veritati, en manet te hians Infernus, cum vniuerſis ſuis ſuppliciis & tormentis. Proinde te rogo, Iudex quiſquis es, vt officij tui, imò diuinæ voluntatis (cuius vices in iudicando ſuſtines) memor, Iuſtitiæ integritatem perpetuo inuiolabilem ſerues, æquitatis virgam nuſquam non rectam geſtes, humanos affectus omnes prorſus exuas, Partium cauſas penitus, vereque cognoſcas, tardè iudices atque in iudicando veritatem ipſam, quodque bonum erit, & æquum, tanquam ex iuſti iudicis Dei ore, iudica, & veluti non tuam, ſed Dei ſententiam pronuncia. Quod vt ſyncerius efficias, in cauſis rei veritatem, non odium ſpectes aut gratiam: Quæ duo iuſtitiæ corrumpendæ conſultores ſunt peſſimi, *cap. ipſe, cap. Iudicare, ca. Qui rectè, & cap. Quatuor*, cum multis alijs huic materiæ congruentibus, 11. *quæſt.* 3. *cap. Omnis*, 45. *di.* Debet enim Iudex conſiderare omni in negotio, quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid ſecundum vtilitatem expediat, vt inquit textus, *in cap. Magnæ deuotionis, extra de voto* Poſtremò, omnibus iſtis conſideratis, debet Iudex moderatè aut abſoluere, aut condemnare, nullo modo in reos excandeſcere, furioſè clamare, aut imprudenter obiurgare, ſed potius in animo condemnans plorare vultuque verum animi mœrorem oſtendere. Vnde textus. *in leg. Obſeruandum. ff. de offic. præſid.* congruit propoſito noſtro ibi. Sed & incognoſcendo, neque excandeſcere aduerſus eos, quos malos putat: neque precibus calamitoſorum illachrymari oportet, id enim non eſt conſtantis & recti Iudicis, cuius animi motum, vultus detegit. Et vt ſummatim dicam, ita ius reddi conuenit, vt authoritatem dignitatis, ingenio ſuo augeat. Alibi text. *in cap. Eſt iniuſta.* 14. *queſt.* [illegible] *ait.* Iudicem non debere mouere filiorum ſuorum preces, nec lachrymæ coniugis delinquentis. Vnde fons ille Romanæ eloquentiæ Cicero: Iuſtitiam humanæ ſocietatis, vitæque communis conſeruatricem meritò prædicauit, ſi ita moderatè ex bono & æquo, citra humanos affectus cuncta iudicentur. Et hæc omnia noſtri temporis Iudicibus, perpetuò ſunt obſeruanda. Qui quam ſint aliquando corrupti, lippis & tonſoribus eſt notiſſimum, qui quod Pilatus fecit ſemel, id ipſi quotidie (metuo) faciunt: qui peruerſa voluntate, aut odio, aut amicitiæ gratia, aut conſanguinitatis, vel affinitatis affectione: aut (vt deteriora taceam) pecuniarum cupiditate corrupti, Iuſtitiam (vt ita dixerim) ita contaminatam reddunt, & pronunciant, quam rectæ rationis liberamine perpenſam, æquiſſimam pronunciare deberent. Vnde text. *in cap.* 1. *de re iudic. lib* 6. grauiter dixerit. Caueant igitur Iudices, (vt iterum ipſos admoneam) & prudenter attendant: vt in cauſarum proceſſibus nullum graſſetur odium: fauor nullus vſurpetur, timor præterea omnis exulet: præmium aut expectatio præmij, iuſtitiam non auertat, ſed bilancem geſtent ſemper in manibus, ſtateram æquo perpendant libramine: vt in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint: præſertim in concipiendis ſententiis, & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum: ne Pilatum imitentur, qui in cauſa

Chri-

Digitized by Google

Chriſti, iniquiſſimi Iudicis ſpecimen exhibuit, non ſolum in Deum peccans, ſed etiam contra leges humanas, ideoque & grauiſsimo ſupplicio, vel per Cæſareas leges merito puniri debuiſſet. De hoc vide D. Ludouic. Montaltum Syracuſium, ſuper reprobatione ſententiæ Pilati. Poteram interim (fateor) multo plura per varia capita inſpergere, quæ ipſe longa experientia comperi, quæque ad purgationem litigioſorum & maleficiorum è Rebub. conducere videbantur, eaque multò latiùs, multoque teſtatius, & firmius, ſi hunc librum ad Iuſtitiariorum ac Officiariorum manus, tantum peruenturum exiſtimaſſem. Verùm metuens, ne quod fortaſsis fieri ſolet) ad alios quoque hic libellus peruenerit, quibus huiuſmodi comprobationes & expoſitiones nocumento potius eſſent, & offendiculo, idcirco ſatius eſſe duxi, ab amplioribus demonſtrationibus prudenter ſuperſedere, quàm inprudenter indigna quæque, leui commonſtratione ſimplices quoſque docere Non enim tutum eſt, hoc corrupriſsimo ſæculo, præter iudicium omnia chartis illinire. Quiſquis hodie in iure quippiam meditatur, is inter ſacrum (vt aiunt) & ſaxum ſeſe conſtituit, &c. Hæc habui, quæ ob vacuas chartas ante proceſſum Iudiciarium præmittere placuit, ne eædem relinquerentur vacuæ. Deinde, vt Iuſtitiæ encomia, gratiam, neceſsitatem, naturam, & ordinem omnibus Iudicibus expreſſe præmitterem. Ipſum itaque proceſſum Iudiciarium nunc aggrediamur ex ordine.

Digitized by Google

INDEX
CAPITVM ET TITVLORVM,
PRAXIS CIVILIS.

Capita de Notis Iudicialibus.

CAP. I.

QVæ perſona neceſſaria in Iudicio. Pag. 1
Cap. ij. *De Iudicibus.* 2
Cap. iij. *De Iudicum varie.* 6
Cap. iv. *De iuriſdictionibus.* 9
Cap. v. *De Conſiſtoriis (vulgo) in Flandria Cameris, aut Vierſcharis.* 14
Cap. vj. *De Supremis Conſiliis.* 18
Cap. vij. *De Iudicibus delegatis.* 21
Cap. viij *De arbitriis.* 23
Cap. ix. *De officio iudicis.* 25
Cap. x. *De Partibus.* 29
Cap. xj. *De Iuſtitia.* 31
Cap. xij. *De Iure.* 32
Cap. xiij. *De ſuo iure quærendo per Iuſtitiam.* 34
Cap. xiv. *De ſibimetipſi Ius dicendo, aut faciendo.* 36
Cap. xv. *De per ſemetipſum impediendo nouum opus, aut noua opera.* 41
Cap. xvi. *De ſe liberando à redditibus, & Debitis.* 44
Cap. xvij. *De liberando ſe à Iudiciis, & Proceſſibus futuris.* 46
Cap. xviij. *De euadendis Debetis in Hæreditate, aut in Domo mortuaria onerosa.* 49
Cap. xix, *De Iudiciis, Litibus, & Proceſſibus.* 53
Cap. xx *Quomodo procedatur in ciuilibus Iudiciis & Proceſſibus.* 54
Cap. xxj. *De procedendo ordinariè.* 55
Cap. xxij. *De procedẽdo ſummariè, aut ſimpliciter.* 56
Cap. xxiij. *De procedendo de Pleno.* 59
Cap. xxiv. *De procedendo ſine figura Iudicij, ſiue Proceſſus* 60
Cap. xxv. *De partibus Iudicij, ordinarij.* 63
Cap. xxvj. *De varijs ordinarij Proceſſus membris.* ibid.

Capita Primi Temporis.

Cap. xxvij. *De deliberatione, ante Proceſſus inchoationem.* 64
Cap. xxviij. *De Actionibus intentandis.* 70
Cap. xxix. *De actionibus Perſonalibus.* 73
Cap. xx. *Quonam pacto Actiones Perſonales inſtituantur.* 74
Cap. xxxj. *De Actionibus realibus.* 75
Cap. xxxij. *Actio Realis, quomodo inſtituatur.* 76
Cap. xxxiij. *De Poſſeſſorio, Saiſina, aut Nouitate.* 77
Cap. xxxiv *Poſſeſſorium, quomodo inſtituatur.* 79
Cap. xxxv. *Differentia inter poſſeſſionem & Saiſinam.* 81
Cap. xxxvi. *De Saiſina ſimplici.* 82
Cap. xxxvij. *Differentia inter ſimplicem Saiſinam & Complaintam.* 83
Cap. xxxviij. *De Complainta.* 84
Cap xxxix. *Complainta, quomodo Executione mandanda.* 85
Cap. lx. *Complainta, in quibus habeat locum, & in quibus, non.* 87
Cap. xlj. *De Manutenentiis.* 89
Cap. xlij. *Differentia inter Manutenentiam & Cõplaintam.* 91
Cap. xxxiij. *De Perturbatione facti, aut de Facto.* 92
Cap xliv. *De Reſtabiliendo, aut Reſtabilimento.* ibid.
Cap. xlv. *Quo pacto intendetur Petitorium cum Poſſeſſorio.* 93

Cap.

Cap.xlvi. *De Proprietate & Petitorio.* 91
Cap. xlvij. *De Contractibus.* 95
Cap xlviij *De Contractibus Particularibus.* 100
Cap.xlix. *De Actionibus cedendis alteri.* 107
Cap.l. *De Releuamento, aut Reſtitutione in integrum.* 111
Cap. lj. *De Lapſu temporis, vel de Præſcriptione.* 113
Cap.lij. *Differentia inter Releuamentum & Requeſtum Ciuilem.* 117
Cap.liij. *De competente Iudice.* 132

Capita Secundi Temporis.

Cap.liv *De Citatione.* 138
Cap.lv. *De Commiſſione, ſiue de Citatione Literali.* 142
Cap.lvj. *De Requiſitoriis.* 145
Cap.lvij *De Citatione in genere.* 146
Cap lviij. *Quos oportet eſſe Citatores.* 151
Cap.lix. *De Citandi modo.* 154
Cap.lx. *De Competenti die.* 161
Cap. lxj. *Quando Executor ceſſat à Citatione.* 164
Cap.lxij. *De Informatione præcedente.* 166
Cap. lxiij. *De Relationibus.* 167
Cap.lxiv. *De Citatione Reali, id eſt, Captura.* 170
Cap.lxv. *De Carceris effractione, in materia Ciuili.* 179
Cap.lxvj *De relaxatione carceratorum, in materia Ciuili.* 180
Cap.lxvij. *De Fideiuſſione, & Cautione, in re ſiue materia Ciuili.* 181
Cap. lxviij. *De varia Cautione præſtanda.* 183
Cap lxix. *De Captiuorum Aggrauatione.* 185
Cap. lxx. *De miſerabili bonorum Ceſſione.* 187
Cap.lxxj. *De Conſignatione, vulgò Nantiſatione.* 191
Cap.lxxij. *De Sequeſtratione.* 192
Cap.lxxiij. *De Arreſtis.* 197

Capita Tertij Temporis.

Cap.lxxiiij. *De Comparitione, & Contumacia.* 198
Cap.lxxv. *De Excuſatione non comparitionis (vulgò) Exoniatione.* 200
Cap. lxxvj. *De Defectibus & Contumaciis.* 206
Cap.lxxvij. *Defectus contra impetrantem in non veniendo.* 207
Cap lxxviij. *De Defectibus & Contumaciis contra Citatum.* 210
Cap.lxix. *Alij Defectus contra vnam, aut alteram Partium.* 218
Cap.lxxx. *De tempore dandi Defectum.* 221
Cap lxxxj *De Contumacia purganda.* 222
Cap.lxxxij. *De ſe præſentando in Rotula.* 224
Cap lxxxiij. *De cauſa vocanda coram Iudice.* 225
Cap.lxxxiiij. *De ſeipſo præſentando per Procuratores.* 226
Cap lxxxv. *De Procuratoribus.* 229
Cap.lxxxvj. *De Procuratoribus in propriis cauſis.* 230
Cap. lxxxvij. *De Procurationibus generalibus.* 232
Cap. lxxxviij. *De Procurationibus ſpecialibus* 235
Cap.lxxxix. *De Subſtitutionibus.* 241
Cap xc. *Quæ Procuratoria ſint ſufficientia in Iudiciis.* 243
Cap.xcj. *De Procuratione reuocanda.* 248
Cap xcij. *De falſo Procuratore.* 251
Cap.xciij. *De exhibendis Procuratoriis.* 253
Cap.xciv. *De iis, qui Procuratores eſſe non poſſunt.* 255
Cap xcv. *De ſe præſentando per alium ſine Procuratorio.* 257
Cap.xcvj. *De Aduocatis.* 263
Cap.xcvij. *De portante & exhibente literas obligatorias.* 266
Cap.xcviij. *De ſeſe adiungendo & immiſcendo Proceſſui.* 267
Cap.xcix. *De Satiſdatione, aut Cautione facienda.* 271

Capita Quarti Temporis.

Cap.c. *De Actoris Petitione.* 274
Cap.cj. *De petitione formanda.* 276
Cap.cij. *De Concluſione facienda.* 279
Cap.ciij. *De Poſſeſſione petenda.* 283
Cap.civ. *De Fructibus, aut Vſufructibus petendis, & de eorundem reſtitutione.* 286
Cap cv. *De petendo Damnum & Intereſſe.* 295
Cap. cvj. *De petendo Lucrum pecuniæ.* 300
Cap.cvij *De petendis pœnis Conuentionalibus.* 304
Cap cviij. *De petendis Expenſis.* 307
Cap.cix. *De Clauſulis, quæ vtiliter Concluſioni inſeruntur.* 309
Cap.cx. *De Concluſione mutanda, corrigenda & addenda.* 312
Cap cxj. *De Actione cumulanda.* 314
Cap.cxij. *De Petitione fundanda.* 315

Cap.cxiij. *De exhibendis Tituli literis, poſt petitionē exhibitam.* 317
Cap.cxiv. *De Dilationibus in genere.* 320
Cap.cxv. *De Dilationibus ordinarijs ante Litiſconteſtationem.* 322
Cap.cxvj. *De Dilationibus ordinarijs poſt Litiſconteſtationem.* 325
Cap.cxvij. *De Dilationibus ordinarijs poſt Sententiam.* 329
Cap.cxviij. *De Dilationibus extraordinarijs.* 331
Cap.cxix. *De Ferijs (vulgò) Vacantijs.* 333

Capita Quinti Temporis.

Cap.cxx. *De Defenſione & Litiſconteſtatione.* 341
Cap.cxxj. *De Proteſtationibus.* 348
Cap.cxxij. *De Proteſtationibus ſeruientibus in Iudicijs.* 352
Cap.cxxiij. *De declinando à Iudice.* 356
Cap.cxxiv. *De Cauſarum remiſſione petenda.* 357
Cap.cxxv. *De recuſando Iudicem.* 369
Cap.cxxvj. *De dilatorijs atque temporalibus Exceptionibus.* 378
Cap.cxxvij. *Exceptiones contra Executionem ſiue Exploitum & Commiſſionem.* 381
Cap.cxxviij. *De Exceptionibus contra Procuratorē, & Procurationem proponendis.* 383
Cap.cxxix. *De Exceptionibus contra Aduocatum proponendis.* 390
Cap.cxxx. *De Exceptionibus contra petitionem, ſeu Libellum proponendis.* 394
Cap.cxxxj. *De Exceptionibus contra perſonā Actoris proponendis.* 399
Cap.cxxxij. *De Exceptionibus contra perſonas Tutorum aut Curatorum, proponendis.* 401
Cap.cxxxiij. *De Exceptionibus contra ſchedularum obligatoriarum portatores, proponendis.* 408
Cap.cxxxiv. *Exceptiones in materijs Euictionis, ſiue Guarandiæ.* 409
Cap.cxxxv. *Exceptiones contra loci inſpectionem.* 417
Cap.cxxxvj. *De Exceptionibus peremptorijs.* 420
Cap.cxxxvij. *De Præſcriptionibus.* 427
Cap.cxxxviij. *De Exceptionibus praiudicialibus.* 450
Cap.cxxxix. *De Concludendo ad omnes fines.* 452
Cap.cxl. *De Litiſconteſtatione.* 454
Cap.cxlj. *De Petitione per Reconuentionem.* 458
Cap.cxlij. *De Replicationibus, & Duplicationibus.* 463
Cap.cxliij. *De Sententia Iudicis diſpoſitiua.* 456
Cap.cxliv. *De Sententijs Interlocutorijs.* 468
Cap.cxlv. *De Interlocutorijs Definitiuam ſapientibus.* 473
Cap.cxlvj. *De Interlocutorijs reuocandis.* 477
Cap.cxlvij. *De Recredentijs.* 482
Cap.cxlviij. *De Decretis.* 487
Cap.cxlix. *De Actis.* 491
Cap.cl. *De Stylo.* 494
Cap.clj. *De Iuramento Calumniæ.* 497
Cap.clij. *De Poſitionibus.* 503
Cap.cliij. *De poſitionibus, iuramento affirmandis.* 507
Cap.cliv. *De Reſponſionibus ad Poſitiones.* 508
Cap.clv. *De Commiſſariis.* 513
Cap.clvj. *De Commiſſariis, & Adiunctis.* 515

Capita Sexti Temporis.

Cap.clvij. *De probatione.* 516
Cap.clviij. *Quando Reus probare tenetur.* ibid.
Cap.clix. *Quid probari debet.* 517
Cap.clx. *Quis in productionibus Ordo.* 518
Cap.clxj. *De diuerſis Probationum ſpeciebus.* ibid.
Cap.clxij. *De probationibus per Teſtes. Et primò de Teſtibus producendis ante Litiſconteſtationem* 519
Cap.clxiij. *De Producendis Teſtibus.* 520
Cap.clxiv. *De Teſtium multitudine producenda, ſiue de Teſtibus producendis (vulgo) per Turbam.* 522
Cap.clxv. *De Teſtium numero.* 523
Cap.clxvj. *De Teſtium iuramento.* 525
Cap.clxvij. *De articulis formandis & exhibendis.* 527
Cap.clxviij. *De interrogatoriis.* 528
Cap.clxix. *Interrogatoria qualiter, & quibus danda.* ibid.
Cap.clxx. *De Teſtium examinatione.* 529
Cap.clxxj. *De varia fide & authoritate Teſtium.* 532
Cap.clxxij. *De falſis Teſtibus.* 535
Cap.clxxiij. *De probatione facta per confeſſionem Partium.* 537
Cap.clxxiv. *De probatione per literas, Scripturas, aut inſtrumenta.* 540
Cap.clxxv. *De probatione per Scripturas priuatas.* 542
Cap.clxxvj. *De Literarum Productionibus.* 546
Cap.clxxvij. *De Probatione per euidentiam facti, & per aſpectum.* 547

Cap.

Digitized by Google

Cap clxxviij. *De Probatione per Præſumptionem.* ibid.
Cap. clxxix. *De Probatione per Iuramentum.* 552
Cap. clxxx. *De ſemiplena probatione.* 554
Cap. clxxxj. *De concludendo ſuper principalibus Factis.* ibid.
Cap. clxxxij. *De Atteſtationum Publicatione.* 555

Capita Septimi Temporis.

Cap. clxxxiij. *De Reprobatione in genere.* 560
Cap. clxxxiv. *De Reprobandis Productionibus.* ibid.
Cap. clxxxv. *De Reprobandis Teſtibus, per Reprobationes Iuris.* 561
Cap. clxxxvj. *De Reprobatione Teſtium, per reprobationes facti.* ibid.
Cap. clxxxvij. *De Reprobatione Titulorum, aut Scripturarum.* 565
Cap. clxxxviij. *De Saluationibus.* 567
Cap. clxxxix. *De interruptione Proceſſus.* 568
Cap. cxc. *De iuramentis acceptandis aut relinquendis.* 571

Capita Octaui Temporis.

Cap. cxcj. *De concludendo in Iure vel in cauſa.* 573
Cap. cxcij. *De Receſſu capiendo, ad Proceſſum viſitandum.* 576
Cap. cxciij *De euocatione Proceſſuum.* 577
Cap. cxciv. *De referendariis Proceſſuum.* 578
Cap. cxcv. *De Scripturis amiſſis.* 579
Cap. cxcvj. *De Aſſumendis Conſiliariis.* 580
Cap. cxcvij. *De viſitendo Proceſſum.* 581
Cap. cxcviij. *De opinione ſua, in examine Proceſſus dicenda.* 582
Cap. cxcix. *De Partibus amice concordandis.* 583
Cap. cc. *De Tranſactionibus, & Concertationibus.* 584
Cap. ccj. *De Tranſigendi licentia.* 587
Cap. ccij. *De renunciatione Litis & inſtantia, Aut de recedendo à Lite aut ab inſtantia.* 589
Cap. cciij. *De cadendo in ſubmiſſiones, & Arbitria.* 594
Cap. cciv. *De Compromiſſis aut ſubmiſſis.* 599
Cap. ccv. *Qui Arbitri eſſe non poſſunt.* 602
Cap. ccvj. *Qui compromittere non poſſunt.* 607
Cap. ccvij. *In quibus cauſis compromittere non liceat.* 611
Cap. ccviij. *De modo procedendi coram Arbitris & Arbitratoribus.* 612
Cap. ccix. *Quomodo differant Arbitri, & iudices.* 613
Cap. ccx. *In quibus Arbiter & Iudex conueniant* 616
Cap. ccxj. *Quando Submiſſio cenſetur extincta.* 617
Cap. ccxij. *De arbitrio pronunciando: vel de ſententia Arbitri publicanda.* 619
Cap. ccxiij. *De Arbitrio Partibus ſeruando.* 622
Cap. ccxiv. *De Pœna lucrata.* 627
Cap. ccxv. *De Sententiis Metropoliticis.* 628

Capita Noni Temporis.

Cap. ccxvj. *De variis Sententiis.* 629
Cap. ccxvij. *De differentia inter Mulctam, & Pœnam.* 630
Cap. ccxviij. *De modo iudicandi.* 631
Cap. ccxix. *De Sententiis pronunciandis.* 632
Cap. ccxx. *De Sententia lata corrigenda.* 633
Cap. ccxxj. *De cauſa Sententiæ inferenda.* 634
Cap. ccxxij. *De condemnatione in Expenſas.* ibid.
Cap ccxxiii. *De adiudicandis, vel abiudicandis Fructibus.* 635
Cap. ccxxiv. *De condemnando in Damnum, ac Intereſſe.* 636
Cap. ccxxv. *In quam pœnam condemnentur malam ſuſtinentes cauſam.* ibid.
Cap. ccxxvi. *De Sententiis anullandis, aut retractandis.* 637
Cap. ccxxvii. *De modo retractandi Sententiam.* 638
Cap. ccxxviii. *De iudicando ſub periculo Emendæ.* 639
Cap. ccxxix. *Retractatio ſententiarum, per Appellationem & prouocationem.* 640
Cap. ccxxx. *Quibus Appellare non licet.* 641
Cap. ccxxxi. *A Quibus Appellari liceat.* 642
Cap. ccxxxii. *De Reſorte conſuetudinario.* 643
Cap. ccxxxiii. *A quibus Appellare non liceat.* 644
Cap ccxxxiv. *A quibus cauſis Appellare non liceat.* ibid.

Cap-

Cap. ccxxxv. *Ad quos appellandum ſit.* 646
Cap. ccxxxvj. *De modo Appellandi.* ibid.
Cap. ccxxxvij. *De tempore Appellandi, Inſinuandi, & Releuandi.* 647
Cap. ccxxxviij. *De Appellationis Anticipatione, & Deſertione.* 648
Cap. ccxxxix. *Quis Sententiam ſuſtinere debeat, an Iudex, an Pars.* 649
Cap. ccxl. *De Appellatione renunciando.* ibid.
Cap. ccxlj. *De Appellationum multis.* 650
Cap. ccxlij. *De Appellationum effectibus.* 651
Cap. ccxliij. *De Attentatis.* ibid.
Cap. ccxliv. *De ſententia retractanda per Supplicationem.* 652
Cap. ccxlv. *De Sententia retractanda per Reſtitutionem.* ibid.
Cap. ccxlvj. *De Sententia retractatione, per ſimplicem petitionem.* 653
Cap. ccxlvij. *De Retractatione Sententiarum, per propoſitionem errorum.* ibid.
Cap. ccxlviij. *De Retractando processu per Reuiſionem.* 654
Cap. ccxlix. *De taxandis ſumptibus, & Expenſis.* ibid.
Cap. ccl. *De Remunerationibus Iudicum.* 656
Cap. cclj. *De taxatione Expenſarum Iudicialium in Flandria.* 658
Cap. cclij. *De taxandis ſumptibus incarceratorum, in Curia Flandriæ.* 660
Cap. ccliij. *De taxatione in Conſilio Mechlinienſi.* 661

Capita Decimi Temporis.

Cap. ccliv. *De Sententiis Executioni mandandis.* 664
Cap. cclv. *Cui competat Executio facienda.* 665
Cap. cclvj. *Quando Executio eſt peragenda.* ibid.
Cap. cclvij. *In quem Executio fertur, aut infligitur.* 666
Cap. cclviij. *De modò Executionis faciendæ.* 667
Cap. cclix. *De Decretis peragendis.* 670
Cap. cclx. *Quomodo executa per decretum distribuantur pecuniæ.* 671
Cap. cclxj. *De Executione, in qua bona non ſufficiunt.* ibid.
Cap. cclxij. *Quæ res Executionem impediant, & quæ non.* 672
Cap. cclxiij. *De progrediendo in Executione, non obſtante oppoſitione vel appellatione.* 673
Cap. cclxiv. *De Fusi..ione (vulgò)* van Afwinninghe. 674
Cap. cclxv. *De Approximatione, vel Retractu.* 675
Cap. cclxvj. *In quibus Retractus locum non habeat.* 679
Cap. cclxvij. *De retentione Feudi, aut Fundi venditi.* ibid.
Cap. cclxviij. *De honorariis iuribus Feudorum aut Dominorum.* 680
Cap. cclxix. *In quibus venditionibus, non ſoluantur iura Feudalia.* 681

FINIS INDICIS.

PRAXIS RERVM CIVILIVM

AVCTORE CLARISSIMO VIRO

D. IODOCO DAMHOVDERIO BRVGENSI

EQVITE AVRATO

V. I. DOCTORE &c.

CAPVT PRIMVM.

Quæ perſonæ neceſſariæ in Iudicio.

SVMMAE.

1 *In Iudicijs tres perſonæ neceſſariæ.*
2 *In Curiis Feudorum Flandriæ, ac alijs ibidem conſiſtoriis, quarta perſona eſt neceſſaria.*

1 IN REBVS ciuilibus nõ ſecus quàm in rebus criminalibus, hoc eſt, in omnibus iudicijs tres omnino perſonas (*a*) adeſſe neceſſum eſt, ſcilicet: Actorem, Reum, & Iudicem. Actoris eſt intendere, obijcere, & expetere. Rei eſt intentata infirmare, obiecta refellere, & petita cum iuris æquitate negare. Ad hos duos collitigantes, (*b*) accedit Iudex intermedius, qui vtramque perſonam æquis & benignis auribus audit, & requiſitus æquam iuſtitiam adminiſtrans, alterutri ſententiam pronunciat, alterum damnans, alterique iuſtitiam adiudicans, vt *l. In litibus & l. Inter litigantes*, & ibi Bart. *ff. de iudic.* & Specu. *in princip. poſt p. ormi & titu De comparitione in termino, verſic. penult. & titu. De interrog. quæ fiunt ant. l. item ſtatam c. 1. 4. q. 4. & c. ... extra de verbor. ſignific.* & D. Placentinus *tit. 8. de Iudice & iudicijs, n. 1.*

In Curiis verò Feudorum Flandriæ, & in omnibus eiuſdem conſiſtorijs (vulgò *Vierſchaeren*) oportet adeſſe quartam perſonam eamque neceſſariam, ſcilicet, Dominum monitorem aut requiſitorem, quem vulgus vocat (*den Maendere oft Maender-heer*) nam niſi hæc perſona adſit quæ Iudicem ad ius dicendum moneat, nec pares curiæ (vulgariter) homines feudales, nec ipſi Scabini (*c*) vellent, aut poſſent ius facere aut dicere. Quæ conſuetudo, imò quod ius ipſum per totam Flandriam peculiariter obſeruatum eſſe, nemo eſt qui dubitare poterit. 2

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT I.

a TRES OMNINO PERSONAS.) Adde Oldrad. *Conſ.* l. 115. *ſub num.* 1. Dec. *poſt alios lat. ff. ad rubr. ex. de iud. in lect. nr.* 1 *num.* 15. *cũ ſeqq. & in l. cit.* 3. *num.* 26 *cum ſeqq.* Gail *lib.* 1. *obſ.* 47. *ſub num.* 2. Vin. *deciſ.* 38 *num* 4 Cardin. Put. *dec.* 109. *in fin. lib.* 3 Vinc. de Franc. *dec.* 245 *num.* 6. & in fin. Decian. in tractat crim. *in lib.* 1 *cap.* 1 *num.* 1. Menoch. de clarando, *conſ* 100. *num* 259. *cum ſeqq.* & nouiſſ. Muſcatel. *prax. ciuil. part.* 1 *gloſſ. verb. Reus in princ. num.* 10, *& gloſſ.* ... *nu* 22. *& part.* 2 *gl. competentes num* 4 *& ſeqq.* Nec poſſe quem litigantium & iudicis partes ſuſcipere, Pet. Rebuf. *ad l. actionis verbo* 54. *verſ.* 2. *patet ff. de ve. b. ſig. if.* & nouiſſ. Monier. à Cueua *dec.* 3. *ſub numer.* 4.

b *Accedit.*) Iudicem eſſe potiſſ. partem iudicij, Rebuff. ad conſtitt. reg. *tom.* 1 *tract. de ſent. ex. ut artic.* 1. *gl.* 2 *num* 1 *in fin.* eiuſque imperatorem & ducem, Vant. de nullitat. proceſſ. *tit. null. ex defect. iuriſd. num.* 1. Gratian. *dec.* 144. *num.* 19. & nouiſſ. Gilman. cameræ Imp. deciſ. 40. *num.* 1 *lib* 2. Muſcat. *d. gl. competentes num.* 4. *in fin cum ſeqq. ubi ſub num* 6. poſſe aliquando eſſe iudicium ſine actore aliquando ſine reo, ſed ſine iudice competente, iuriſdictionemque habente nunquam cõſiſtere. qua de re latè. etiam Marant. de ordin. iud. *part.* 2. *nu.* 2. cum ſeqq. vbi tres perſonas adeſſe debere verè vel fictè, idemque Sichard. *ad rubr. C. de iud. num.* 2. in fin. & latiùs apud Menoch. *d. conſ.* 100. *num.* 263. cum ſeqq.

c *Scabini.*) De his quique appellentur, dixi ad Damhoud *in loc. com par. tit. facta per magiſtratum, ad verb. decurionum*, Leonin *conſ.* 87 *num* 1. latè atque eleganter Imbert. in enchirid. *iur. Gall.* verb. *fiſ- ke naturalis*. poſt princ. vbi item de etymologia, de qua nouiſſ. & Marchant. in comment. Fland. *libr.* 1 *cap. De magiſt.* qui ad cuiuſque loci ſubd. reſpic. in princ.

d. *Aut poſſent.*) Sæpe tamen apparitor in ciuitatibus vice ſculteti præſidet iudicio, ſæpe vnus ex iudicibus eligitur; vt fortè, fortuna euenit, ita deputantur ad cauſam præſentem, vti apposite tradit Zaſ. *ad l. more, verſ. hi vicem gerentes ff. de iuriſdict. omn. iud.* Hi (inquiens) ſi eorum perſonas expendas, nõ ſunt iudices ordinarij, quia ſunt omnino priuati: ſed ſi expenderis perſonam eius cuius vices gerunt, tunc exercent actum iuriſdictionis ordinariæ, ne dicantur iudicia eſſe nulla, carentia capite. Et iſta (ſubdit) ſunt notatu digna, ſi quando cauillatores vellent eludere ſentẽtias ſub talibus perſonis datas, quaſi carentes capite iuriſdictionis, *fac. à remotis in arg. l.* 1. *C. de offic.* eius qui vic. addens, iſta diſci cõſuetudine frequentiſſima. quæ tanquam lex præbeat hãc iuriſdictionem. Et vidi ego apud nos obſeruari ſæpiſſimè De reliquis autem huc ſpectantibus infra oportunius ſit 10. diſſeremus.

CAPVT II.

De Iudicibus.

SVMMAE.

1 *Iudex Iuſtitiæ, Deiq; perſonam induit.*
2 *Iuſtitia tribuit vnicuique quod ſuum eſt.*
3 *Iudicis boni officium.*
4 *Iudicem quibus virtutibus ornatum eſſe deceat.*
5 *Indigni plerumque Magiſtratus expetunt.*
6 *Qui digni ſunt Magiſtratum non expetunt, ...*
7 *Talenta Dominica in publicam vtilitatem expendenda.*
8 *Qui Magiſtratum deſiderat, bonum opus deſiderat.*

1 IVdex omnis non ſuam, ſed iuſtitiæ, imò Dei perſonam in iudicijs induit, quod velim omnibus iudicibus tam eſſe perſuaſum, quam eſt omniũ longè certiſſimum.

2 Proinde ſicut Iuſtitia æqua bilancis trutina vnicuique tribuit quòd ſuum eſt, ita quoque Iudicis eſt (qui Iuſtitiæ vices gerit eiuſdemque perſonam induit) nõ libere ſe vllis affectibus corrumpi, ſed ex integritate & æquitate iuſtitiæ citra vllam perſonarum acceptionem (a) tribuere vnicuique quod ſuum eſt, quò alterum abſoluat, alterum damnet. 3
Quod vt faciat fœlicius, vtraſq. (b) aures æquè habeat

Digitized by Google

beat patulas, faciles & benignas. Alteræ pateant Accuſatori, altera Reo (·) Horum tum accuſationes, tum excuſationes ſiue defenſiones attentè intelligat, (·) in animum recipiat & cum acri iudicio in mente examinet, conferat, ruminet, diu deliberet & cum matura certaq; rerū cognitione, nō quod affectus, ſed quod ſyncera conſcientia, quod ratio, quod æquitas, quod iuſtitia prædictat, id ſero tandem ex ore pronunciet, & ſuam ſententiam dicat, qua vtrique tum Reo, tum Actori quod iuſtum eſt adiudicet.

4 Non enim conuenit Iudicem in iudicijs eſſe temerarium aut præcipitem, ſed prudentem & maturum. (·) Et (vt cæteras aliquot iudicis virtutes & officia (*f*) commemorem) oportet Iudicem eſſe doctum, (*g*) æquum, non iniquum, prudentem, non ſtupidum aut delirum, cordatum, benignum, modeſtum, nullis affectibus corruptum, ſed integrum, beneuolum, mitem, non ſanguinarium, cauſas, moresque partium & earum intentiones diligenter examinare & cognoſcere, non coniecturis, ſed certis probationibus inſiſtere, (*h*) non ſibi fidere, ſed legibus (*i*) acquieſcere, in dubijs ad abſoluendum quàm ad condemnandum propenſiorem (*k*) eſſe, atque tandem cum maturitate, & cum certa rerum cognitione ſententiam pronunciare. Huiuſmodi virtutibus quum Iudicem ornatum eſſe deceat, profectò mirandum eſt, cur hodie noſtro æuo tot inſipientes, toque indigni, & hiſce virtutibus mini-
5 mè ornati, (·) ad Magiſtratus inhiēt, & cum amplis muneribus (·) Magiſtratus (*m*) expetant, quibus (teſte ſua ipſorū conſcientia) multò ſunt indigniſſimi.

Si quis autem tū certa ex conſcientia, tum bono- 6
rum, doctorumq; irrefragabili teſtimonio ſe his virtutibus commendatū atque diuinitus donatum agnoſcit, & Magiſtratum non ſua cauſa, ſed amore iuſtitiæ, amoreque iuuandi proximi ambit, is adeò (mea ſententia) non improbandus eſt, vt ab omnibus meritò ſit probandus, laudandus, (*n*) & ad talia publica munia aſſumenda promouendus, animandus, & etiam extimulandus.

Cùm Deus nulli ſuas dotes conferat, vt eas ſine 7
fructu, aut ſine fœnore ſeruet, ſed vt eas (cùm vnicuique Deus mandauit de proximo) in publicam vtilitatem prudenter expendat, quod vix vlla in re quàm in iuſtitia adminiſtranda præſtare poterit felicius. Sic D. Paulum ſenſiſſe exiſtimo, cùm ait: *Qui Epiſcopatum deſiderat, (o) bonum opus deſiderat*, hoc eſt, qui Eccleſiaſticum officium deſiderat, non ſua, ſed proximi iuuandi cauſa, vt bene præſit, vt bene doceat, vt afflictos ſcripturis conſoletur, vt malos ſcripturæ teſtimonio terreat, idque fideliter præſtet, aut præſtare cupiat, haud dubie is bonum opus deſiderat. (·) Pari ratione itē dici poterit, Quiſ-
quis Magiſtratum deſiderat, nempe qui prædictis 8
virtutibus à Deo ordinatus eſt, & non tam ſibi quàm Deo & proximo eum Magiſtratum deſiderat, is certè bonum opus deſiderat, & ad bonum finem expetit Sed nunc ad Iudicum diuerſitatem explicandam properemus.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT II.

a. ACceptionem.) *Tex in c. nouit verſ. cæterum. vbi DD. de iud.* latè Schurp. *col. 6 n. 13. & ſeq. cōſ.* 3. Tiraquel. in tract. *de iud. in reb. exi. n. ſer.* verſus fin. *verſ. 57. vt ſ. l. in ſin. ſ. n.* Perſonam hominis accipere, eſt hominem, non quia homo, ſed propter aliud quod circa ipſum eſt, honorare, Greg. in hom. Cùm ſcilicet huic magis quàm illi fauemus, non ob ipſius rei ſed perſonæ diſcrimen: eique opponitur rectum iudicium, Eraſm *in epiſt. ad Roman. c. 2. verb. perſonarū acceptio* licèt paulo aliter interpretes iuris perſonarum acceptionem apellēt, vt apud Peck. in reg. *in iudiciis. 12 num. 2. de reg iur lib. 6.* Et Rebuff. *ad l. aliud eſt, capere 71. verſ præterea accep. in ff. de verb. ſignif.* acceptio perſonarum eſt (inquit) cùm quis perſonam conſanguinitatis ratione amicitiæ, vel alia, non ex debito iuſtitiæ recipit. & paulò poſt, quæ perſonarum acceptio reprobatur, *in c. venerabilis. de præbend.* Vt quæ omnium ferè conſanguinea, infinita nobis indies parit mala, & in octo præcipue caſibus reprobat eam Ang. Clauaſ. *in ſumma* Ang. verb *acceptio.* hæc ille. Vnde in Areopago, quo iudicia incorruptiora eſſent, nomina ipſa eorum de quibus ageretur, reticeri ſolita quidam tradiderunt vt nulla prorſus perſonarum ratione habita, de rebus tantùm ipſis iudicaretur.

b. *Auret.*) Viu *dec. 278. num. 4* Sic in vita Alex. magni ſcribunt, initio cum in cauſis capitalibus ſederet iudex, accuſatori alteram aurem occluſiſſe; rogatum cur id faceret, alteram, reſpondiſſe, integram ſeruo reo, qua de re latè etiam nouiſſ. Petr. Gregor. de repub *libr. 4. cap. 5. numer. 48.* Et vt eſt apud Platon. *de conſul.* Nunquam decernas, audias niſi tu prius ambos, & vt ait Gregor. *in regiſt.* iudex vtrique parti litiganti ſe exhibeat communem, nam vt idem 27. *Moral.* ſcribit, nemo bene iudicat quod ignorat, & ignorantia iudicis ſæpe fit calamitas innocentis,

 teſte

teſte D. Aug. *de ciuit. Dei, li.9.* Quemadmodũ enim
ſ. I n on eſt alius pauperi , alius diuiti,ſed omnibus
commun ſ:ita nec iudex perſonas reſpicere debet,
ſed rem. & ſicut telum ad ſcopum dirigit ſagitta-
rius,neque exceſſu, neque defectu , neque in vtrá-
que partem præuaricatione à iaculatione aberrans:
ſic iudex iuſtitiam conieciit,neque perſonam , re-
ſpicit,neque aliquid precibus concedit, ſed recta
iudicia profert; tantum abeſt vt qui ad tyrãnidem,
ad iniurias,prædas & rapinas iam quaſi conſenue-
runt, ſacratiſſ. iuris, tribunali præfici, & ſacroſan-
ctum iudicium ignaui,ſordidi , inſatiati, (quorum
vita funebri, cõniuio ſimilis eſt) contaminare, per-
mitti debeant. vt dicebat noſter venerandus præ-
ceptor iuris Peck *ad d.c. In iudicijs, num 3. in fin. de*
reg. iur. in 6 vbi hac de re exactius: & nos ſuo loco.
c Alterutro) Præclarè Ferrar. Montan. *com-*
ment. libr. 1. de ſupplican. vſu cap.7. verſ. vt-
inam ſpeciatim quod noſtris (ſubdens) magiſtrati-
bus vtinam viuuenirret , qui ad vnius modo que-
relas , modò preces , quicquid iubent , quicquid
vrgent nihili facientes, ſi alter iuris & æqui reli-
gionem, vel lachrymis imploret. Debet autem iu-
dex eſſe æquus, communis & medius, non declinás
in dexteram neque ſiniſtram, vt poſt Spec. *tit. De*
a l.eccat §. Hic dicendum, ſub nu. 23. Marc, *dec. 696.*
ſub num 2. lib. 1.
d. intelligat.) Viu. *d. dec. 378. ſub numer. 4.*
VVamel. *conſ. 90. ſub nu. 5. & 6. numero 13, ad fin.*
e. Maiorum.) Marſil . latiſſ. in prax. crim. §.
occurrunt. ſiue vlt. num. 1. & ſeqq. latè VVameſ.
d. conſ 90. num. 1. in fin. cum ſeqq. Viu. *d. dec 375 &*
d. dec. 378 num 6. Pulchrè autem diſſerit hac de re
Plin. iun *lib. 6 epiſt. ad Arrianum. 2.*
f. Officia.) Gell. noct. Attic. *lib. 14 cap. 2. & cap.*
4. Cicero in *epiſt. ad Quintum fratrem* præcla-
re poſt Philonem Iudæum è noſtris Hopper. *de iur.*
art. lib 3. cap. vlt. de offic eor. qui leg. ſuſtin præſer-
tim in verſ *Sequitur offic. iudic.* Oſaſc in præfat. *dec.*
ſub num 3. cum ſeqq. itidemque Teſſaur. in præfat.
dec. n. 24. cum ſeqq. vt & latè Rebuff *in proœm. con-*
cordat. reg. franc. ad verb. *ſummus, verſ. in fin.* qualis
debeat eſſe curia ſuprema Extatque Conſtant.
Harmenopoli Teſſalo. egregia ad iudices exhorta-
tio, quam Menoch. operi ſuo *de arb. iud.* præfixit.
g. Doctum.) Marſil *d. §. Occurrunt. ſub num. 3.*
Coraſ. exacte *libr. 5. miſſellan. iur. cap. 19* & SC.
cap. 97. ad fin. Robert . Aurel. diſtinguendo,
ſent lib. 3. cap. 3. reto. Viu. *d. dec 378. n. 16 vbi nu.*
13. dicet iudicibus (quos vocant) groſſis, ſubtiles
cauſas non committendas. Imo ſubtiles & arduas
peritiſſimis committendas. *Rebuff. conſt. tur. reg. to.*
3. tract. de inquiſit. ſeu commiſſar artic. 1. num 18.
glo. vn. quando & imperiti, vt ſuſpecti, remoueau-
tur, ait, poſt Bald. *in l. vl quaſt. 16. C. de hered. inſt.*
aliosque, Burſat. *conſ. 265. n. 6. in fin. cum ſeq. vbi n.*
6. in iudicibus eligendis quatuor illa cõcurrere de-
bere, vitam, ſcientiam, experientiam & auctorita-
tem, de quibus in *authent. de iudic.* & vt nullat.
poſt. princ. verſ. *Vetus igitur.* Et ad rem latius Mon-
ter. à Cueua in *d. c. præfat n. 22. & 32. cum ſeqq.* Li-
cet Menoch. *conſ. 100 n. 238 cum ſeq.* com. opinio-
nem aſſerat. vt legum ignaro & imperito iudican-
di munus mãdari poſſit, modò aliquam habeat re-
rum peperitiam & experientiam; declarando latiſſ.
vt & Cephal. (qui in eadem cauſa conſultus reſpõ-
dit) *con. 304 n 27. & 158. cum ſeqq.* & Decian. *conſ.*
18. *n. 15. cum ſeqq.* lib. 1. qui in eadem quoque hy-
potheſi reſpõdet, plura ex iuribus hac in re loqui
per viam conſilij, vt melius ſit iudices eſſe peritos
iurium, quam ignaros; ſed non ideo concludant ta-
les iudices eſſe non poſſe Atque in eam ſententiá
communiter deuentum eſt , hominum militarium
exemplo, iuxta *l. certi iuris* 15. *C. de iud.* non ſatis
primò perpenſam & perceptam; quum verius vi-
deatur, imperitum iuris magiſtratum quidem fungi
poſſe (quia præſes aſſeſſores habere peritos coga-
tur, *l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. l. 2. ff. quod quiſque iur.*) iudi-
cis vero dati munere non rectè fungi , per *text. in*
§. 1 *in authent. de indic. collat. 6. tit. 10.* & clarius in
nouell. 60. circa fin. & nouell. 82. in princ. & inibi
Cuiac quem ſequitur nouiſſ. & Buſi *ad l. cum præ-*
tor. 12 n. 8. ff. de iud. quid enim abſurdius , quam ſi
ſutori archirectura in ſublimi committatur? aut ſi
figulus in aurigatione, non in dolio verſetur? per-
inde licèt multi ratione naturali præditi ſint , non
tamen iuriſconſulti ſunt; quia tantum habent ma-
teriam ſine artificio: veluti ſi ruſticus maſſam auri
habeant, non, tamen vas conflauerit: ſic rationem
naturalem habens, non continuò de iure reſpon-
derit, vt poſt Cyn. *in l. 1. C. de legib.* eleganter Reb.
in l. cenſoria 203. § Itemque de ſeruis. ad fin ff. de
verb ſignif. vbi rationem naturalem quę eſt apud
doctum & indoctum, tantum differre ſicut mate-
riam à forma; ideoque oportere iuriſperitum eſſe
& ratione naturali præditum, & legibus, vt habeat
materiam & artificium, ſed ſatis, ne camerinã mo-
ueam, in quem inuidiam implacabilem vbique cõ-
citarũt, qui rationibus iuris, ſuas (ne quid aliud di-
cam) cerebroſas, ſemper pręualere vellent. qui plu-
ra tamen in hanc rem deſiderat, videat Connan *iur.*
ciuil. lib. 1. cap 1 ſub n 6. Sanè apud Galliam, iudicẽ
præſidalem fieri quemquam nõ poſſe, niſi prius in
celebri academia inter *μύστας* vel doctores iuris
Romani relatus ſit, teſtatur Baro ad inſtit. *tit. de in-*
ſtit. comment. part 2. verſus fin. Magiſtratus quoque
maiores, quales ſunt curiæ regum, principum, po-
pulorum, ex iuriſconſultis conſtare , ac cæteros
plerosque iuriſconſultos conſiliarios habere , tra-
dit Buſ. *ad d. l. cum prætor. n. 8. in fi.* atteſtatus itidẽ
Tranſiſulaniæ ſuæ ſtatuto prouiſum, ne qui iudices
prouinciæ iudicent ſine conſilio iuriſconſultorũ.

b Præ-

h. *Probationibus inſiſtere.*) Meichſn. *dec.* 22. *n.* 33. *part.* 3. vbi, iudicem alioquin facere litem ſuam, copioſè VVeſenbec. *conſ.* 13. *n.* 1. *in fin. cum ſeq.* Buſi. *a l. illi* 6. *tit.* 6. § *verſiculo n* 2 *in fin. ff. de offic. præſ. arg.* illius tex. & per *l argentar.* §. 10. *vlt. ff de edēd.* Et dicitur in dolo iudex qui non præcedentibus probationibus cōdemnat, vt poſt Bald. *in l.* 1. *Co. de his qua pœn num.* & Alex. *conſ.* 131. *num.* 11 *lib.* 2. Surd. *dec.* 36. *n.* 10. *vbi n.* 12 *poſt* Bart. *in l ictus fuſtiū in fin. ff. de his qui notan infam.* & Dec. *in c.* 4. *n.* (mihi) 103. *de probat.* Victoriam cauſæ pendere à probatione. Quod verò poſſit deuenire ad vnum finalem conceptum mentis, è diuerſis animi motibus, & variis ſuggeſtionibus partium, teſtiū, & inſtrumentorum, ad iudicandum maxime id quod eſt veriſimile, Chaſſenæ. *conſil.* 16 *n.* 19. poſt Bald. certos gradus inueſtigationis & intellectus animi indicantium, declarantem, *in rubr. de contron. inueſtit. in* 2 *feud.*

i. *Legibus.*) Gramm. *dec.* 47. *num.* 19 Vinc. *dec.* 206. *n.* 18. *in fi.* Ant. fab. *Cod li.* 1 *ti.* 2. *def.* 63. *nu* 8. & 13.

k. *Propenſiorem.*) Dec. *conſ.* 175. *num* 8. *verſiu fin.* verſ. *ex quib* & *cōſ* 189. *n.* 19. verſ. & *ita* latiſſ. marſil. *in prax. crim.* § *occurrunt, ſiue vltim num.* 7. *cum ſeqq.* Gramm. *dec* 28. *n.* 25. *cum ſeq.* & *dec.* 106. *n.* 8. Fichard *conſ* 70. *verſu fin. lib.* 2 Meichſner. *dec.* 27. *ſub. nu.* 55. & 59. *part* 4. Viu. *dec.* 525 *ſub nu.* 11. & *dec.* 312. *n.* 1. *cū ſeq.* limitādo fauore matrimonij, libertatis & dotis. Et in dubiò iudicē ſemper facere debere id quod ſecurius eſt, ſcribit Bald. in *l. data operam.* 14. *in fin. C. de iis qui accuſ. non poſſ.* ſequitur & Ofalc. *dec.* 18. *nu.* 2 *in fin.*

Cum maturitate. Marant. *de ord. iud. part.* 4. *diſtin.* 16. *n.* 12. Viu. *d. dec.* 378. *num.* 5.

l. *Muneribus.*) Dantem pecuniam vt habeat officium, habere animum malefaciendi, & indebitè lucrandi, notat Bart. *in l.* 4. *n.* 2 *Cod. de muril g. lib.* 11. hinc licet Bald. *in l. Barbarius n.* 6 *ſub. verſ. Veniamus nunc eſſ. de offic. præt.* velit licitum eſſ dare principi pro officiis ſuis pecuniam: ſecus tamen in inferiore à Principe, vt in *authent vt iud. ſine quoque ſuffrag.* § *hac tamen omnia.* & *in l. quiſquis Cod ſi certe pet* Benedict latiſſ. *in c. Raynutius.* vers. *duas habens n.* 52. *cum ſeq* de teſtam. vbi *n.* 54. poſt ſummam Roſellam verb. *Reſtitutio* 4. §. 5. beatum Thomam per Duciſſam Brabantiæ interrogatum, anne licitum foret officia ſecularia vendere? reſpondiſſe (inter alia) talem venditionem expedientem omnino non videri, cum frequenter contingat, quod magis idonei ſunt pauperes, vt tale officium emere non poſſint, quinetiam ſi tales diuites ſint, tamen quia boni ſunt, officia non ambiunt, nec ad lucra inhiant, & ſic quia illa officia emunt, vt plurimum, hi qui peiores ſunt, & ſubditos opprimentes diuites facti: magis expediens videri vt bonos & idoneos ad officia ſua liberaliter eligerent, eique prudentem duciſſam acquieuiſſe. Vnde & Brabantiæ duces, in articulo inaugurationis ſuæ vndecimo, ſtrictiſſ. iuſſerunt ſenatores & iudices ſuos, prius iuſiurandum de nulla re datâ, nullaue pecunia munerata, aut quopiam polſicito, pro officio huiuſmodi adipiſcendo, præſtare. Vt & ſimile iuſiurandum, per reges Franciæ, ab officiariis exigi iuſſum, refert latè Benedict. ad d. verb. *duas habēs ſub nu.* 56. Verum aliud teſtatum reliquit Imbert. *inſtitut. forenſ. lib.* 1. *cap* 36. dum ſceleratam pecuniarum auiditatem, qua plerique iudices exæſtuant, queritur, inter alia, ſic inquiens: itaque ſæpenumero accidit, vt ſportularia quantitas litis ſummam exſuperet; ſicque nonnulli qui ſolidum magiſtratum emerunt, minutatim propolarum inſtar diuendiderit, neque tamen (ſubdit) notę quidquam hinc principi noſtro velim adſpergi: nam magiſtratus cæteraque publica munera minime nundinatur, ſed ea viris quibuſdam ſibi ipſe gratioſis confert liberaliſſime, vt hi viciſſim (mea quidem ſententia) viros probos horum largitione gratuita ſibi demereantur: quod contra fit à pleriſque: magiſtratus enim pendentes interdum totum auctionātur ſemeſtre, ac pluris licitāti addicunt præſenti quidem pecunia. quare (ſubiungit) multo vtilius fore arbitrarer, vt princeps certū pretium, idque tamen exiguum, in ſingulos ſtatueret magiſtratus: nam ea ratione, cum publico ærario proſpiceret augendo, tum minoris liceret magiſtratus comparare. Qua de re etiam commentator cōſuet. Pariſ. *tit.* 1. §. 1. *gl.* 5. præſertim *n.* 64. idemq; *conſ. ſuo* 47. *ſub n.* 12.

m. *Magiſtratus.*) Quomodo, & qui creandi Mynſ. *cēt.* 4 *obſ.* 10 & 31. Viu. *dec.* 162. *n.* 4 & *dec.* 455. *n.* 2. *cum ſeq.* Merul. prax. Holl. *li* 4. *diſt.* 3. *tit.* 4 *c.* 3. & diuinum Ietronis ad Moyſen conſilium, de quo *Exo.* 18. declarando, Benedict ad *dict. cap. Raynutius* ad verb. *Et vxorem, in* 2. *dec n.* 199. & *ſeqq* late etiam è variarum gentium inſtitutis, & auctoritatib. Gregor. de repub *lib* 4. *c.* 5. *n.* 4 15. & *ſeqq* vbi *n.* 5. *cum ſeq.* qui appellandi magiſtratus, & à iudicibus differant, qua de re & Vaſq *illuſtr. controuer lib.* 3. *cap.* 103. *n* 20. præclare item Rebuff. in *l. quibus præcipua* 57. in verb. *magiſtratus de verb. ſignif.*

n. *Laudandus.*) Non tamen poſſe talem gradum abſque peccato appeti; iuxta illud Auguſt. *lib* 9 *de ciuit. Dei.* Locus ſuperior, etſi adminiſtratur vt decet, indecenter tamen appetitur. Benedict. poſt alios, validiſſ. rationibus comprobans, ad d. verb. *duas h b n. n* 60. *cum ſeqq.*

o. *Deſiderat.*) Apud maiores (Romanos ſcilicet) virtutis id præmium fuerat, cunctiſque, ciuium ſi bonis artibus fiderent, licitum, petere magiſtratus, ait Cornel. Tacit. *Annal. li.* 11. *fol* (mihi) 137. at ne ætas quidem (ſubdit) diſtinguebatur, quin prima iuuenta conſulatum ac dictaturas inirent.

In quam ſententiam appoſite M. Cicer. *in Philip. 5. in M. Ant.* Itaque maiores noſtri (inquit) veteres illi, admodũ antiqui, leges annales non habebant; quas multis pòſt annis attulit ambitio, vt gradus eſſent petitionis inter æquales. hæc ille. Poſtea enim cõſulatum ante 41. ætatis annum petere, ante 43 gerere non licebat, per legem de tempore magiſtratuum latam à Villio Annali (inde cognomen aſſecuto) vt apud Liui. *lib.* 49. & latiſſ. hac de re Gregor. *d. cap. 5. num.* 34 *verſ. Romani magiſtratus cum ſeqq.* Neque vero idonei ſunt adoleſcentes ad tantum munus ſuſtinendum, eius rei tres ferè cauſæ adferuntur: vna, quod de moribus adoleſcentum nihil adhuc certò ſciri poteſt: mutantur enim vt ait *Horat.* in horas: & improbum quidem aliquem eſſe vt cognoſcas, vel vnus dies ſufficit, vt ait *Teognis* at diu vixerit oportet, de cuius probitate certum iudicium fiat. Altera, quod in iuuenibus magnæ & vehementes ſint animi commotiones, quas illi ſæpius, quam rationẽ ſequuntur. Poſtrema, quod longus rerum vſus in iudice requiritur, qui cadere in adoleſcentem non poteſt. Ideoque ad rempub. adminiſtrandam, vel ad honores, minores 25. *annis* non admittuntur, iuxta *l. ad rempub. ff. de muner. & l. en.* vt nec mores Gallorum ferre vt ad dignitates ſuperiores antè euehantur, tradit Baro ad inſtitut. *tit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. in c. num. 11. 2 part. poſt princ.*

CAPVT III.

De Iudicum varietate.

SVMMAE.

Iudicum alius eſt
- *Ordinarius.*
  - 1 *Summus vel vniuerſalis cum iuriſdictione per ſe ſemper plena*
  - 3 *Inferior vel ſubalternus, ſcilicet cum iuriſdictione*
    - 2 *Plena aliunde.*
    - 4 *Limitata ad certas cauſas.*
- 5 *Delegatus etiam cum poteſtate, alias*
  - 6 *Plena, ſcilicet ex delegatione ad quaſuis cauſas.*
  - 7 *Limitata ad certas cauſas, ex*
    - 8 *Delegatione ſuperiorum, aut Principum, aut Magiſtratuum.*
    - 9 *Electione ſociorum, aut ex creatione Magiſtratuum.*

Alius clarius.

1 *Iudices quotuplices ſint.*
2 *Iudices ordinarij qui ſint.*
3 *Iudices ordinarij ſummi qui.*
4 *Iudices ſubalterni qui.*
5 *Iudices inferiores, qui plenam iuriſdictionem habent.*
6 *Iudices inferiores, qui limitatam ſolum poteſtatem habent.*
7 *Iudices delegati, qui dicantur.*
8 *Iudices delegati, qui plenam poteſtatem habent.*
9 *Iudices delegati, qui limitatam poteſtatem habent.*

Vt au-

Digitized by Google

VT autem ex tribus, aut quatuor perſonis prædictis, auſpicemur à Iudicibus, ſciendum eſt Iudices eſſe in duplici diſcrimine. (a)

1 Sunt enim Iudices alij ordinarij, alij (b) ſunt delegati.

2 Ordinarij autem Iudicès ſunt, qui iure ſuo (c) ordinario per ſe, aut per Principis beneficium, aut ex iure ſcripto, vniuerſalem aut limitatam iuriſdictionem, alias plenam, alias limitatam exercere poſſunt, hoc eſt, eo ipſo, quod ſunt tales. Hi autem ordinarij Iudices ſummi alij ſunt, alij inferiores aut ſubalterni.

3 Summi Iudices ſunt, quibus ſumma, eaque plena poteſtas & iuriſdicto per ſe, & ſemper competit, qualis eſt Pontificis, Imperatoris, & Regum. Item: Quorundam Ducum. Comitum, & Principum, qui ſuam iuriſdictionem à nullo acceperunt, ſed eam hæreditario iure conſecuti ſunt, & in ea nullum ſuperiorem agnoſcunt *l. more maiorum ff. de iuriſd. omnium iudic.* Vbi text. more maiorem ita compertum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſſet, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio haberet. Summus enim Pontifex, ſummus iudex eſt ordinarius in ſpiritualibus (d) Imperator verò ſummus iudex eſt in ſecularibus (e) & cum ipſo Reges omnes, & quinam Duces & Comites, vti iam diximus, qui nulli ſuperiori (f) ſubſunt, nec parent ſecundum ius ſcriptum *c. A Iudi ibus 2. quæſt. 6.*

4 Iudices ordinarij inferiores, vel ſubalterni ſunt qui ſuam iuriſdictionem à ſuis ſuperioribus (g) quibus immediatè ſubſunt, receperunt.

5 Hanc, Alij plenam atque vniuerſalem ſemper obtinent, non quidem per ſe, ſed duntaxat ex ordinatione iuris (h) aut ex beneficio ſuperioris, ſcilicet Imperatoris, aut Regis, Ducis, aut Comitis Huiuſmodi plenam iuriſdictionem habent Cardinales, Epiſcopi. Quidam Duces, Comites & Principes, & ſub his Barones, Marchiones, &c.

6 Alij ſunt iuriſdictionem ſuam receperunt non plenam, ſed tantum limitatam, ſcilicet ex iure, aut ex ſuperioris voluntate ad certas (i) ſolum cauſas: talem poteſtatem ordinariam habent Academiæ (k) quidam Abbates, Præpoſiti, &c. Item nonnulli Caſtellani, Burchgrauij, Statutarij, & ſimiles Feudatarij aut Vaſalli, tum maiores, tum inferiores, Item Conſilia Prouincialia. (l) Item Magiſtratus omnes ſuam iuriſdictionem habentes ex donatione Ducum, Comitum, aut Principum, aut ab horum Commiſſarijs, ob quam etiam dicuntur Iudices ordinarij (m) per priuilegium, aut per conſuetudinem quæ quidem conſuetudo vel priuilegium ipſos facit ordinarios *cap. Cum contingat, de fo. competenti.*

Porrò Iudices delegati ſunt. (n) quibus aliqua 7
iuriſdictionis poteſtas competit non per ſe, neque ex beneficij perpetui donatione, ſed tamen ex delegatione quadam, ſiue ex commiſſione ſuperioris temporaria.

Horum ſimiliter poteſtas delegata aliquando 8
eſt plena, ſcilicet quando ſuperior alicui ſuam plenam poteſtatem tradit atque committit ad quaſuis cauſas, & talem qualem ipſe ſuperior habet, qualis eſt quorundam legatorum Pontificum poteſtas, aut quorundam commiſſariorum Regum, Ducum aut Comitum.

Aliquando verò ea delegata poteſtas eſt ipſis li- 9
mitata, ſcilicet quando ſuperior ſuam poteſtatem alicui tradit, non ad quaſuis cauſas, ſed eandem ipſi limitat, & reſtringit tantum ad certas & peculiares cauſas, huiuſmodi iudices delegati ſunt, etiā quidam legati Pontificum, non cum vniuerſali poteſtate. Item Confeſſores aut Iudices delegati. Præterea Arbitri (p) à iudice ſuperiori delegati. Item omnes Iudices ſubordinarij electi, creati, & confirmati per aliquem vniuerſalem aut particularem Magiſtratum, quibus aliqua iuſtitiæ adminiſtratio à Superioribus eſt delegata. Huiuſmodi iudices ſubſidiarij, ſunt Iudices nationum aut ſocietatum mercatorum, collegiorum minorum, Sagittariorũ, Opificum, vel (vt vulgò loquuntur) Ambachiorum, qui omnes fere ob id iudices dicuntur ſubſidiarij, quod in ſubſidium ſuperioris Magiſtratus ad certas cauſas (nempe que ad ipſorum nationem, ſocietatem vel opificium peculiariter pertinere creduntur) per eundem ſuperiorem Magiſtratum electi, creati, delegati (q) & confirmati ſunt, ob quod etiam ex priuilegio, vel ex conſuetudine, extraordinarij iudices dicuntur *l. Prima. §. Qui mandatam ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio.* Vbi ait Vlpianus: Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius qui mandauit, iuriſdictione vtitur, &c. Sanè quia, *extrà de offic. delegat.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI. IN CAP. III.

a. *Duplici diſcrimine.*) Quomodo principaliter differat ordinarius à delegato, Decian. in tractat. criminal. *lib. 4. cap. 25. num. 30.* vbi de his latiſſ.

b. *Alij ſunt*) Marant. *de ordin. iudic. part. 4 diſtinct. 5. num. 1. cum ſeqq.* vbi de his latius, vt & apud Teſſaur. remiſſiuè in *praefat dec. ſub. num 34.* Et quod delegati ſint verè & propriè iudices, vt ſunt ordinarij, poſt doct. *in l. 1 §. m. ndatam. ff. de offic. eius* Menoch *conſ. 100 ſub num. 6 vbi num 7.* delegati perſonam eſſe æquè approbatam à lege viuâ, vt ordinarii à lege mortua. An autem & quatenus delegatus principis ſit maior ordinario, Alciat. diſtinguendo, *ad rubr.* X. *de offic. ordin. num. 1. cum ſeq.*) Aſin *prax part. 1. § 3. cap 3 num. 9.* latiſſ. Dec. cum apoſt. *ad rub.* X. *de off. deleg. n. 4. cum. ſeqq.*

c. *Iure ſuo.*) Ferrarienſ *in prax. in fo m. libel. in act confeſſ. pro ſeruit.* verb. *plenam & omnimodam. num.* 6. cum apoſtil Rebuff. *ad conſtitut. reg tom. 1. tract. de arbitr. artic 1. gl. 10. num. 5. & tractat. de expenſ. damn & intereſſ. art. 5 gl. vna ſub num. 3.* & latius ad *l. pupillus, 239. § munus publicum. verſ. ordinarius verò iudex. ff de verb. ſignif.* Vant. *de nullit. proceſſ. tit de nul. ſent. ex defect. iuriſd. num 31.* Teſſaur. *d. praefa. ſub num. 34.* paullo aliter definiẽdo, vt & VVameſ *conſ. 62 num. 12* aliter etiam Alciat. ad *d. rubr. de off. ordin. num. 5.* Qui ſint autem ordinarii apud ſuos, declarat vernacula lingua (ſuo more) Merul. prax. Hollandiæ *lib. 1. tit. 6 cap. 1 n. 3. cum ſeqq.*

d. *In ſpiritualibus.*) Viuus *com opin. lib. 2.* in verb. *Papa in terris num. 1. & lib 1,* in verb. *Imperator et ad fin.*

e. *In ſecularibus.*) Viuus *d lib. 1. com. op. verb. Imperatores, verſus fin* verſ. *item intell ge d. com.*

f. *Nulli ſuperiori.*) Hanc generalem & com. concluſionem, quod habentes iuriſdictionem ſuo nomine dignitatis, ducatus, vel marchionatus, aut comitatus perpetuam, prout ſunt duces, marchiones, & comites, poſſunt omnia in ſuo ducatu, quæ *Imp. in imperio, etiam illi reſeruata* tradit poſt alios commemoratos Decian. *con. 41. ſub. num. 2. li. 2 & l. 4. cap. 52. in prax. criminal.* Dixi copioſiſſ. ad Damhou. *in loc com par. tit. ſtatuta. ad verb. Reges.*

g. *A ſuis ſuperioribus.*) Omnes dignitates à principe tanquam ex fonte profluere, *nouel. 53. §. per pulchrum verſ. paulatim.* Marant, latè, *de ordin. iudic. part. 4 diſtinct. 5. ſub num. 3.* Gail, *lib. 1. obſer. 30. num. 12.* Grammat. *dec 46. num 1. & 4.* Vinc. de Franc. *dec. 62 ſub num. 5.* Petr. Gregor. de repub *lib. 4 cap. 5 num. 24. verſ in optima. an* accidat (inquit ille) quamuis in monarchia ciuitates aliquas, vel magiſtratus aut municipia, ius eligendi decuriones aut alios inferiores magiſtratus, habere: nam hoc ſua poteſtate non faciunt, ſed ex conſenſu expreſſo, vel tacito, ſeu patientia principis, vt ille latius.

h. *Ordinatione iur is.*) Ordinarios à lege viua vel mortua conſtitui, vel a conſuetudine, Aſin. prax. *part. 2. §. 3. cap. 22. toto.* Menoch *lib 1 de arbitr. q. 12 num. 10* poſt Zaſ. in *l. more. poſt. princ. verſ. ſed quaeri. ff. de iuriſdic omn. iud.* vbi latius.

i. *Ad certas*) Eum etiam ordinarium dici cui certum cauſarum genus mandatum eſt, vt cauſæ omnes fideicommiſſorum, *arg. inſtit. fideicomm. hared. in princ,* poſt Alciat. in *d. rubr. de off. ordin ſub num. 5.* alioſque, Menoch *li 1 de arbitr. d. quaeſt. 12. n. 9.* Aſin. prax *part. 2. §. 3. cap. 22. nu. 10. vbi n. 9.* poſt eundem Menoch *d. quaeſt. 12. num. 8. cum ſeq.* alioſque ordinarium illum quoque eſſe, cui iuriſdictio ſuper vniuerſali negotio conceſſa eſt. Ibidemque *n. 8.* poſt Boer. *dec. 227 num. 14. in fin. cum ſeqq.* illum itidem ordinarium dici, cui committitur vniuerſitas cauſarum: ideoque ſi princeps committat alicui iuriſdictionem, in omnibus cauſis vertentibus in aliquo caſtro, vel villa, ille dicatur ordinarius.

k. *Academiae.*) Doctorem legentem ordinarium eſſe, propterea quod ſuorum ſcholarium ordinarius ſit, Boer. copioſè in *d dec. 227. ſub num 15. cũ ſeq* Sichard. in *authent. habita num 16. in fin cum ſeqq. C. ne fil. pro patr.* voluit que Zaſ. *in l. à Diuo verſ. adducit aliqui. ff de re iudic.* latè Aſin *d. cap. 22. n. 3. cum ſeq.* vbi latiſſ. qui dicantur ordinarii. Sed & rectores academiarum, in Germania & Belgica præcipuè, mixto imperio gaudere, Paul. Buſ. ad *l. imperium. 3 num. 7. ff. de iuriſd. omn. iud* notant (inquit) nonnulli in *d. authent. habita.* quanquam in Italia aliud ferè intelligo conſuetum.

l. *Concilia prouincialia*) Senatum ordinaria vti iuriſdictione, Teſſau. declarando, *d. praefat. dec. nu. 34.* Anton. fab. *C. lib. 2. tit. 25. def. 2. n 2.*

m. *Ordinarij.*) Alioqui non dicerentur magiſtratus, ni ordinariam haberent iuriſdictionem, Teſſaur. *d. praef. ſub num. 34. Vaſq.* illuſtr. controuerſ. *l. 3. cap. 103. ad fin.* vbi non ſufficere, habere delegatam: licet ſecus in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, vt poſt Craſtr. & alios Socin. in *l. eum qui 13. in 1. not. ff. de iuriſdic. omn iud.* Et de poteſtate magiſtratus, franc. Marc *dec. 292 num 2. cum ſeq. lib 1.*

n. *Delegati ſunt.*) Aliter definit Alc. *ad d. rubr. de off. ordin. nu. 5. in fin.* Qui ſint autem delegati apud ſuas prouincias, teutonicè declarat Merul. prax. Holland. *lib. 1. tit. 6 cap. 2 n. 1. cum ſeq*

* *Superioris.*) Omnem magiſtratum, & ordinarium etiam minimum, & pedaneum habere poteſtatem delegandi poſt alios Iaſ. in *l. eum qui, 13, in 1. not. b. & num. 1. cum ſeq* ibidemque Socin. *n. 2 ff. de iuriſd. omn.*

Digitized by Google

omn.iu l. Imò & defenſorem; vt voluit Coſtal. *ad l. m re. 5 ad n eod. tit.*

o. *Legatorum pontificum*) Crauet. *conſ.* 177. præſertim *n.* 3. Imò legatos, quàm nuntios habere pleniorem poteſtatem, & ordinariam, Achil. de Graſſ. *dec* 55. *num* 3. Quin & vicelegatum, eandem auctoritatem vt legatum habentem, ordinarium eſſe Verall. ex SCto. *dec.* 341. *num* 4. *part.* 3.

p. *Arbitri*) Alciat. declarando varias eorum ſpecies, *ad d. rubr. de offi. ordin num* 26 dum ibidem ex *num.* 6. declarat varia delegatorum nomina; vti & paradox. *lib.* 2 *cap.* 5. Sed & arbitros ſtatutarios, delegatos eſſe, Viu *ex com l b.* 2. verbo *arbitri ſtatutarij* Alc *d. cap.* 5. *num.* 8. *in fin.* in quo tamen latius diſtingnit idem Alc. ſub *d. num.* 26. *verſ. aliqui ſunt arbit.* Et com probat quoque Aſin. prax. *par.* 1. 2. § 1. *cap.* 169. *num* 2 vbi tamen *num.* 4. addit, tales arbitros ſtatutorum ordinariis iudicibus æquiparari. Dixi ad Damh. in *loc. com. par tit. arbiter, arbitrum* ad fin. Rectius verò (vt nunc opinor) poſt Bald. *conſ.* 90. *toto.* & *conſ* 470 *num.* 3. *libr* 1. *alioſq.* Marant. *de ordin. iud. part.* 4. *diſt. act.* 6. *num.* 13. nec ordinariam veram, nec delegatam habere; ſed tertiam quandam ſpeciem iuriſdictionis, ſimilem & æquiparatam delegatæ potius quàm ordinariæ; ſentitque Viu. *dec.* 380 *ſub n.* 16.

q. *Delegati.*) Imò conſules electos à collegio mercatorum ordinariam habere iuriſdictionem, tradit poſt alios in *l. vlt. C. de iuriſd. omn. iud.* Strach. de mercat. *in* 2. *partic.* 2 *le part. princ. num.* 5. In quā ſententiam pulchrè Zaſ. *ad l. n.o e. ff. de iuriſd. omn. iud. in l. poſt princ.* Porrò (inquit) ordinariam iuriſdictionem dat conſenſus ſocietatis in aliqua profeſſione, vt, magiſtri militum ſunt iudices ordinarii in negotiis militiæ *l magiſteria poteſtati C. eod tit de iuriſd. omn. iud.* Sic ſocietas (ſubdit) mercatorum habet iuriſdictionem inter mercatores; & generaliter in quacunque negotiatione plures, vna profeſſione viuunt, hi habent iuriſdictionem, & poſſunt compellere eos qui ſubſunt ei profeſſioni, *text. eſt in l.* 1. *C. eod.* hæc ille latè etiam de his Sichard. *ad d. l. vlt.* Cæterum non poſſe conſules mercatorum & maſſarios artium concedere tenutam, ſiue mittere in poſſeſſionem: quia cenſeantur magiſtratus municipales, quò ad ſuos collegiatos, docet Saſ. in *l. iubere.* 4. *per illum tex. n.* 3. *ff. de iuriſdict. poſt.* Bald ibidem, & eleganter in *authentici qui iurat ſub. nu.* 13. *C de bon. auctor. iud. poſſidend.* poſſe tamen ex contumacia priuare ſocietate & doctores priuare collegio, Iaſ. ibidem, poſt eundem Bald. *in c. ex lit. rn. n.* 5. *de conſtit.*

CAPVT IV.

De variis Iuriſdictionibus.

SVMMAE.

1 *Iuriſdictio quid ſit?*

2 *Iuriſdictionis diuiſio prima. Iuriſdictionum alia eſt*
- *Ordinaria.*
  - *Plena.*
  - *Semiplena.*
- *Delegata.*
  - *Plena.*
  - *Non plena, ſed mixta aut limitata.*

3 *Iuriſdictio ordinaria quæ ſit?*
4 *Iuriſdictio delegata quæ ſit?*
5 *Iuriſdictio plena quæ ſit?*
6 *Iuriſdictio mixta quæ ſit?*
7 *Iuriſdictionem mixtam qui habeant.*
8 *Iuriſdictionis diuiſio ſecunda. Iuriſdictionum alia eſt imperij*
- *Meri.*
- *Mixti.*
- *Minoris.*

9 *Merum imperium quid ſit, & quæ ei conueniunt.*
10 *Mixtum imperium quid ſit, & in quibus verſetur.*
11 *Minus imperium quid ſit, & quæ ad ipſum ſpectant.*
12 *Iuriſdictio alicui competit tribus modis.*

POſtquam proximis capitibus de Iudicibus, de ipſorum officio, deque Iudicum varietate quędam monſtrauimus, debito ordine de ipſorum quoque poteſtate hic quædam ſubnectimus, quam omnes Iuriſdictionem rectè vocamus. (*a*) nihil enim eſt aliud Iuriſdictio, quàm Iudicis in iure dicendo poteſtas, (*b*) vel (vt alij definiunt) Iuriſdictio eſt de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ poteſtas, ſecundum Azonem *in l. Prima ff. de iuriſdic. omni. iudic.*
1 Et ſicut duplici varietate diſtinximus Iudices, ſcilicet, in Iudices ordinarios & delegatos, ita quoque Iudicum iuriſdictionem bifariam ſecabimus.
2 Eſt enim iuriſdictionum alia ordinaria, alia delegata.
3 Ordinaria Iuriſdictio eſt, quæ alicui ex iure ſcripto aut hæreditario, aut ex priuilegio competit, aut ex Principis beneficio confertur.
4 Delegata Iuriſdictio eſt, quę non eſt propria, ſed tantum temporaria, nempe quã Princeps aut alius Superior alicui ad tempus tradit, aliàs cum poteſtate plena, alias cum poteſtate limitatã. Vnde fit vt ordinaria iuriſdictio ſit duplex, ſcilicet alia plena, alia non plena, ſed mixta aut limitata.
5 Plena iuriſdictio eſt, quæ per ſe, aut per beneficiũ Superioris ad quamuis cauſarum cognitionem extenditur. Hæc primò, & per ſe cõpetit ſummis Iudicibus, ſcilicet, Pontificib. Imperatoribus Regib. & quibuſdam Ducib, (*c*) Comitib. & Principib, qui nullis immediatè ſubſunt (vti ſupra diximus) Et ſic Comes noſter Flandriæ, clementiſſimus Princeps noſter, ſuã habet & exercet iuriſdictionẽ plenariè, ſeu cum plena poteſtate, vtiturque per totam Flandriam omnibus regalibus ac Principum iuribus, quemadmodum Rex Franciæ (*d*) vtitur: ac vti ſolitus fuit ſub ſua corona.
6 Iuriſdictio nõ plena mixta vel limitata, eſt omnis alia à iuriſdictione Principũ, nempe quæ nõ omniũ cauſarum cognitionem habet, ſed tantum eam poteſtatem habet, quam ſolus Princeps ſuperior, aut alius quiſpiam ſuperior Magiſtratus alicui aut plenarie, aut limitatè cõtulit.
7 Huiuſmodi mixtę iuriſdictiones ſunt iuriſdictiones Cõciliorum Prouincialium, Magiſtratuũ, Abbatum, Præpoſitorũ, Caſtellanorũ, Burchgrauiorũ, Vaſallorũ, Monetariorum, & aliorum complurium. Feudatarij maiorũ & minorum vaſallorum habent, etiã in ſuo ſuã iuriſdictionem: non quidem plenam, ſed tantum limitatam; vt cognoſcãt dũtaxat de feudis, atq; de feudorum dependentijs, ſecundum conſuetudinem & vſum ſuarum Curiarum, & ſecundum tenorẽ (vt dicitur) de nõbramentorũ ſuorum feudorũ, aut poſſeſſionum, quas ipſi ſuper illis adepti ſunt. Burgimagiſtri quoque, Scabini, Statutarij, & alij Ciuitatũ vel Caſtellanorum conſtituti iudices habent etiam ſuas iuriſdictiones limitatas, ſecundum iura atque priuilegia ipſis à ſuperioribus conceſſa, (*e*) & iuxta conſuetudinẽ & vſum ſuorum conſiſtoriorũ (vulgò *Vierſcharen* vocantur) quemadmodum & proximè præcedẽti capite monſtrauimus. Hùc prętereà ſpectant iuriſdictiones Statutariorum, nationum, collegiorum, academiarum & quarumcunque ſocietatum, quorum iuriſdictio etiam inferior eſt & non plena: ſed ſolũmodo ad certas cauſas limitata: nẽpè ad eas quæ ſuum forum & vſum potiſſimũ concernunt: non ad alias. Ideoque illis à Superioribus conceditur, vt ex ſuis collegis ſocijs, & ex ſuis cõmembribus, qui in eadẽ ſocietate plus ſapere credantur, eligere & creare poſſint aliquem iudicem ſuperiorem, qui cum ſuis collegis, reliquis ſuppoſitis ius dicat, & ſententiam pro rerum circumſtãtijs & qualitatibus pronunciet. De his vide *Spec. eod. titu. & l. 2. C. eo titu. de iuriſd. & omn. iud.* Cõcordat gloſſa vnica propè finem in *c. Rod. Ipſius de Reſcript. & c. Significaſti de fol. competent. c. Cum ab Eccleſiarum de offic. ordina.*

Iuriſdictio autem omnis (quia genus) in tres ſpecies (*f*) diuiditur. (*g*) Nempe in merum imperium, (*h*) mixtum imperium, & minus vel infimũ imperium, quòd id leuem corporis coercionẽ habet: & ideò hoc minus imperium etiam ſimplicem iuriſdictionem non impropriè vocare licebit. 8

Merum autem imperium eſt quædam ſumma poteſtas, per quã ea quæ ſunt vniuerſalis iuriſdictionis, explicantur. Hoc imperium habet gladij poteſtatem, habet laqueum, ſaccum, ignem, & cacabum, habet & rotas, (*i*) cum reliquis quæ ſunt ſummæ poteſtatis, quibus facinoroſos, pro criminum varietate, punit, ſicuti in Praxi noſtra criminali abũde monſtrauimus. Dicitur autem id imperium merum quod ſit alienum, & ſeparatum à cognitione pecuniaria: (*k*) hoc eſt, quod ex eo nullum ſequitur cõmodum pecuniarium, *vt inſtit. de public. iudic. in princip.* Nam facinoroſos punire, delinquentes incarcerare, membra mutilare, pœnam capitalem imponere, & ſimiles corporales punitiones, quæ ſunt meri imperij, exercere, nullum pecuniarium commodum adferunt: ſed tantũ bonum publicum, quo Remp. ab infeſtis & noxijs hominibus liberat, & tranquillam in pace & ſecuritate conſeruat. Pœnæ autem meri imperij capitales omnes in tria capita reducuntur, quæ ſunt mors, exilium & relegatio, teſte Hoſtien. in *c. Veniens de in eo tran. & l. 2. ff. de publ. iud.* Mixtũ (*l*) imperium eſt poteſtas media, per quam ea quæ ſunt in iuriſdictione media explicantur. Et dicitur mixtum: quaſi ex inferiori iuriſdictione, & ex mero imperio in ſitum, quodque habeat commodum pecuniarium. Ad mixtum itaque imperium pertinent, bonorum poſſeſſionem dare, (*m*) in poſſeſſionem mittere, (*n*) iubere, cauere, pupillis tutores dare, & omnes aliæ 9 10

pœnæ (*o*)

pœnæ (o) graues (præter pœnam capitalē & mutilationem) quales ſunt relegatio, fuſtigatio, vel ſimiles aliquanto grauiores coërctiones *l. imperium in gloſſ. & in textu ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Hæc autē quæ ſunt mixti imperij potiſſimum ſpectant ad bonum priuatum. (p) Et quæ expediunt iudices ex officio
21 nobili. † Minus imperiū (vel leue imperiū, vel ſimplex iuriſdictio, vel imperiolum (vt vocare libet) eſt quæ leuem, & modicam corporis coërtionē habet. Hæc competit omnibus iudicibus inferioribus vt notatur in *c. Si diligenti de fo. competen.* competit etiam omnibus Magiſtratibus *l. Magiſtratus ff. de iuriſdict. om. iudic & §. Audiens in Auth. de defen. ſo.* *ciuit.* Habent enim Magiſtratus omnes ſolum cognitionem leuium, limitatorum, non regalium criminum. Ad quod facit *l. l. ui a. ff. de accuſ. & l. Magiſtrati & ibi Bart. ff. de iuriſdict. om. iudic.* Hæc latius videre poteritis per Bartol. & eius ſequaces, in insigni *l. Imperium ff. eodem* & per Specu. *eodem titu.* Et hæc quæ ſunt minoris vel ſimplicis iuriſdictionis expediuntur etiam à iudicibus officio mercenario, (q) & tendunt ad bonū cōmune. † Supradicta autē iuriſdictio alicui tribus cōpetit modis, nēpe Iure, Cōſuetudine, (r) Donatione (s) Principis; & etiam præſcriptione (t) lōgiſſimi tēporis, aut tāti tēporis, vt in contrariū nulla exiſtat certa memoria.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT IV.

a. VOcamus) Tex. eſt in *l. poteſtatis verbo* 215. vbi Alc. *n. 7. ad fin* & Rebuff. *verſ. item ſi quis.* & *verſ. mixtum Cod. verbor. ſignif.*

b. *Poteſtas*) 3. *a. d. in tit. de pac. conſtant. ſub n.* 18. Ferrarienſ. *in Pract. in form. libell. in a. 7. c. in* 7 *profer. uit. verb plenum & omnimodam. n.* 1 *cum n. ſeq.* & poſt Bart. *in adducta l. n.* 3. *Socin. n.* 6. Iaſ. *ſub n.* 7. & inibi nouiſſ. aliter quoque definiendo, Baſ. *n.* 11. *cum ſeq.* Oldendorp. explicando *in progymnaſ. act. forenſ.* in *verſ. d. offic. iud. verſ. iur. diſtinct.* Chaſſen. *ad conſuet. Burg. tit.* 1. *n.* 38. Villal. *com. opin. l.* 1. *n.* 162 Soar. *recept. ſent.* Theſ. *in lit.* 1. *n.* 263 Meichſner. *deciſ.* 3 *n.* 115 *par.* 3 Iachin. ſingula explicando, & ſeptem excitatas difficultates diſſoluendo, *controuerſiar. iur. lib.* 13 *c.* 20. *verſ. quod vero attinet.* Licet aliter quoque definiat Duaren. *libr.* 1 *diſput. anniuerſ. c.* 55. *verſ. his intellectis.*

c. *Ducibus.*) Ducalis dignitatis originem (vti & Imperatoriæ) tenuem humilemque fuiſſe; cū apud Romanos diceretur dux cui imperator exercitus, partem exercitus ducendam mādabat. Et poſteriori tempore dictos fuiſſe duces illos, quibus rex aut populus regionis alicuius adminiſtrandæ poteſtatem dederat, poſt Hotoman *de verbis feud.* in ver. *Dux.* Menoch *conſ.* 308 *n.* 48 *& ſeq.* vbi *n.* 40. *&* 46. *in fin.* idem in dignitate Marchionali. de qua & Crauett. *conſ.* 855 *n.* 2. *& conſ.* 135. præſertim *n.* 3. *cum ſeqq.* Latius autem hæc & ſimilia Iaſ. *in ep. ti. l. om.* ſeudor. *parte* 5 *ſub n. verſ. quid autem dicatur dux* & latiſſ. poſt alios Bar. à Tautemb *tit.* 10. *quid dicatur dux Marchio comes n.* 1. *in vſ. ib. feud. lib.* 2.

d. *Quemadmodum Rex Franciæ.*) Quod ſuperiorem non recognoſcat, tex. eſt *in c. per venerabile,* & inibi Doct. *§. inſuper, qui fil. ſint leg. & c. venerabilem, de elect.* late Boër. *d. c.* 8. *n.* 4 *dec.* 178. *ſub n.* 1. *& in tract. de ſeditioſ.* § 6 *ſub n.* 17. *& de auctorit. magni conſ. num.* 47. Benedict. *in ca. Raynutius part.* 1 *ad verb. & vxorem, n.* 31 *cum ſeqq.* & ibidem *dec.* 2, *n.* 13. *de teſtam.* Chaſſen. *in proœm. conſuet. Burgund. ad verb. duc. n.* 3. & *ad verb. du ſainct Empire, nu.* 2 *cum ſeqq.* Quodque regnum ſua auctoritate teneat, imò imperatorē ſe reputet. Bellamer. *conſ.* 22. *ſub n.* 8. *cū ſeq.* Et quamuis omnes Principes ſeculares de iure teneantur imperatorem recognoſcere in dominū, *vt in c. Adrianus, nu.* 63. *diſtin.* tamen de facto reges Franciæ, Hiſpaniæ & Angliæ neminē recognoſcāt, poſt Panor. *n.* 37. & alios, *in d. cap. per venerabilem.* Gabriel. *tit. de aquir. vel con. dom. lib.* 5. *concluſ.* 1 *n.* 5. *vlt. in fin. n.* 17. poſt Iaſ. *conſ.* 227 *verſ.* 11 *ſacit lib.* 2, idem in duce Sabaudiæ, & late poſt Oſaſc *d. c.* 81 *n.* 17 aliosque Menoch. *conſ.* 694 *n.* 1. idemque Oſaſc. *dec.* 10. *ſub num.* 4 Teſſaur. *in proœm. dec. num.* 13. *in fin. cum ſeq.* Anton. Fab. C. *lib.* 7 *tit.* 32. *def. n.* 1. *numer.* 6. Idemque in duce Mediolani voluit Natt. (vbi & in alijs quibuſdam) *conſ.* 427. *n.* 9 Decian. copioſè *conſ.* 41 *n.* 1. *cum ſeq. lib.* 2 poſt Bald. *conſ.* 319 *n.* 1. *lib.* 3. Alex. *conſ.* 2. *n.* 1 *lib.* 1 *& conſ.* 30 *n.* 9 *lib.* 2, licet ibidem Molinæ, contra. De comite autem Flandrenſi (sereniſſ. principe, ac gratioſiſſ. domino noſtro) ſcribit etiam Bald. poſt alios *in auth. ſtatuimus ſub n.* 2 *C. de epiſc. & cler.* quod ſubditi eius habuerint recurſum Pariſios ad regem Francorum, vt & late Chaſſen. *in d. proœm. conſuet. Burg.* ad verb. *par la grace de Dieu, nu.* 3 vbi ducem Burgundiæ recognoſcere debere Chriſtianiſſ. regem Franciæ in ſuperiorem: cùm ſit ex Franciæ paribus. Ibidemque ad verb *Flandres. nu.* 1. *in fin.* poſt Gaguin. *Hiſtor. lib.* 5. *c.* 1. Caroli Calui francorum regis ætate, Flādriam, quæ paucis tunc viris atque ædificijs ornata erat, & feris magis quam hominibus incolebatur, cique præficiebatur à rege foreſtarius, comitatus dignitatem hac occaſione accepiſſe tempore Carolus de Balduino foreſtario comitem fecerit. Ideoq. latius Bened. *ad d. c. Raynutius.* ad verb. *duas habens nu.* 17. *de teſtam.* & latiſſ. hanc hiſtoriam Balduini 1. Flandriæ Principis (vt & cœterorum) contexuit Iacobus Marchant *commentar. ſ... lib.* 2. *cap. de comitib. Flandr.* Sed & præter ſes Eucard. *in lec. leg. lec de tan... verſ. ... ſa it* fuit (inquit) olim comes Flandriæ, qui ... coni-

[illegible]

Digitized by Google

euenerit ibi caſus, Peguer. *d. dec* 81. *ſub num.* 4. poſt Angel. *in d. l. Hoc autem.* Sic mittendo banna, & iuſtitiam adminiſtrando, puniendoque delinquentes, dici quem in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, poſt Rom. *conſ.* 70. *ſub n.* 10. Dec *conſ* 634. *nu.* 11. *in fin. & ſeq.* Decian. *Lib.* 4. *cap.* 56. *ſub init. in tract. crimin.* & quibus aliis modis probetur iuriſdictio, Burſat. *conſ* 235. præſertim *nu* 20. *cum ſeq.* Schurp. *conſ* 86. præſertim *ſub nu.* 7. *cum ſeq. Centur.* 2. Maſcard. *d. concluſ.* 946. *& ſeqq.*

k. Pecuniaria.) Habentem criminalium ciuiliumque cognitionem dici habere mecum imperium, Meichſner. *d. dec.* 33. *nu.* 56. idemque in habente omnimodam iuriſdictionem tradit ex ſententia Crauett *conſ.* 209. *ſub nu.* 8 Decian. *d. cap.* 56. in verſ. *qui habet.* Item *d. dec.* 33. *num* 60. ſententiam in criminalibus, eiuſque executionem meri imperij eſſe: idemque in abſolutione *d dec.* 4. *num.* 265 voluitque Socin. in *d. l. imperium, nu* 23. ibidemque Dec. *nu* 31. *ad fin.* Item *d. dec.* 33. *num.* 54. *cum ſeq.* in eo poteſtatem meri imperij præcipuè verſari: mixtum verò & ſimplicem iuriſdictionem ad cauſas pecuniarias pertinere, de quo exactius limitando Iaſ. *in l. iubere* 4. *ſub nu.* 17. & Dec. *nu* 7. *de iuriſd.*

* *In tria capita*) Text. eſt *in l.* 2. *ff. de pen.* latè Marc. *dec.* 211. *nu.* 2. *cum ſeqq. lib.* 1. Myſinſ. *conſ.* 20. *nu* 11. *cum ſeqq.* latiſſ. Oldend. pœnarum gradus diſtinguendo, *tract. de iur. & aequitat. cap* 15. *verſ.* 3. *gradus.* Iaſon. *in d. l. Imperium, nu.* 13. *ad fin. cum ſeq.*

l Mixtum) Variè quoque definitur, vt apud Vacon. *d. lib.* 6. *de. l. trat.* 222. *poſt princ.* verſ. *ſi quaratur,* & Iaſ. inter alias 8. definitionem Bart. præferentem. *in d l. imperium, num vigeſimoſexto,* Villal. *in com. opin lit* I. *n.* 9 Tachine. ex com. ſolidè omni i aduerſus recentiores explicantem. *cap.* 95 *lib.* 9. *controu. iur* & Alc *d. l b* 2 *pa adox cap.* 8. vbi definitionem quoque deſumit ex tex. *in d. l. imperium,* vt & ibidem *num* 8. *cum ſeqq.* Buſ aſſerens ibid. *ſub n.* 16. moribus Tranſiſulanæ magiſtratus plerosque omnes, etiam diumuiros municipales, & ... præfectos mixtum imperium habere, non tamen adeo definitione iuris, *ex l. fin. C. od.* ... conſuetudine quadam iamdiu recepta. A ... verò etiam merum plerumque habere conſtat. ſed hac de re egimus ſupra, ad verb. *à ſuperioribus conceſſ.* Et omnes ciuitates Italiæ, ex pace conſtantiæ facta cum federico Imp. anno 1180 habuiſſe ſuum præſidem, & merum imperium tradit decian. *d cap.* 56. *poſt princ.* licet eas præſcripſiſſe merum imperium, longe aliter ſcribat Bart. *in l. infamem. ad fin. ff. de publ. ind. & l. quominus ſub num.* 4 *de flumin.* quem ſequitur Dec. *conſ.* 35. *ſub n.* 2.

m. Poſſeſſionem dare.) Buſ. *in d. l imperium num.* 9. *& ſeqq.* Socin. *ex com. in l. iubere* 4. *num.* 3. vbi *num.* 24. idem in reuocatione poſſeſſionis, Iaſ. *num.* 2. Dec. *num* 3. *ed. tit.* idemque Dec. latius diſtinguendo, *in l.* 2. *num.* 28. *eod. tit.* latè Chaſſen. declarando quoque quæ ſint de mixto imperio *ad conſuetud. Burgund d. tit.* 1. *de iuriſdic. ſub num* 89. licet contrà, quòd mixti imperii bonorum poſſeſſio non ſit, ex com. Villal *in com. opin. lit. B. num.* 45. Soar. *recept. ſent. theſ. in lit B. num.* 43.

n. Mittere) Ex primo decreto, Villal. *in com opin. lit. M. num* 104. poſt Iaſ. ex com. *in l. poſſideri* §. *genera n.* 14. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

o. Pœna.) Multę dictionem quoque ad imperium mixtum referendam, Buſ. nouiſſ. *in d. l. imperium n.* 13. (vbi & alia ad id referenda.) Sed hac de re latè Rebuff *ad l. aliud eſt fraus* 131. §. *inter mulctam* ad verb. *inter mulctam, is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt, ff de verb ſignif.*

p. Priuatum.) Secus ſi ad vtilitatem publicam, quia omnes cauſæ criminales, etiam non capitales, è quibus imponitur pœna pecuniaria fiſco applicanda, dicantur meri imperij, Meichſner, *d. Dec* 4 *num.* 140. Iaſ. poſt alios *in d. l. imperium, ſub n.* 9.

q. Mercenario.) Socin. *in d. l imperium, ſub num.* 60. & ibi Iaſ. *ſub num.* 31. idemque *in d l. iubere ſub num.* 17. Villal. *in com. opin lit. I. n.* 174.

r. Conſuetudine) Dec. poſt gl. & alios, *in l. more* §. *ſub num* 7. *ff. De iuriſd,* Schurf. *conſ.* 79. præſertim *num* 2. *centur.* 2. Decian. *latiſſ d. lib.* 4. *cap.* 27.

ſ. Donatione principis.) Pactis & ſtipulationibus acquiri iuriſdictionem Gail. *de arreſtis imper. cap.* 6. *num.* 22. *cum ſeqq. & cap.* 7 *n.* 6. *cum ſeqq.* Et quomodo vendi poſſit, Vin. *Dec.* 126. *num* ... *cum ſeq.* Quodque ita hodie ſit in patrimonio noſtro, ſicut aſinus in patrimonio ruſtici; & vendatur & transferatur de vno in alterum Rebuff. poſt alios *in concord tit. d. cauſ.* ad verb *Statuimus.*

t. Præſcriptione) Dec *conſ.* 8. *ſub num.* 2. Gail. *d. cap.* 7 *ſub num.* 15. *cum ſeqq.* Villal. *in com opin. lit. I. num.* 173. *lit. M. num* 86. *& lit. p. num.* 217. *cum ſeqq.* Capr *in com opin. lit. c. num* 64. *& lit. i. num.* 45 Kirch. *in com. opin. cent.* 4. *concluſ.* 34. Meichſner. *d. Dec* 4. *ſub num.* 3. *& d. dec.* 4. *num.* 117. Ferrar. (latius hæc explicans *d. verb plenam & omnimodam num* 5. *& ſeq. cum ampliſſ.*) Dixi copioſè cum Dimhoud *in lo com. pa t. t. priuilegium, conſuetudo vetuſtiſſ. verb. iuriſd. donem.*

C A-

Digitized by Google

CAPVT V.

De Conſiſtorijs (vulgo in Flandria) de Cameris, aut Vierſcharis.

SVMMAE.

1 *In Flandria primo fuerunt duæ principales Cameræ, ſcilicet* { *Camera rationalis,* *Et* *Camera legalis.*

2

3 *Dunkerca, Grauelingæ, Borburgi, Bornehemi expediuntur negotia pacifica.*

4 *Lectulo olim impoſitus enſis, ſignabat ſouuereinicam iurisdictionem.*

5 *Philippus Audax, quo anno nouam Curiam Inſulis inſtituit.*

6 *Camera rationalis quid tractabat.*

7 *Camera legalis quid tractabat.*

8 *Curia noua quid tractabat.*

9 *Curia noua ægrè ſucceſſit.*

10 *Ioannes Burgundio, quando Curiam nouam diuiſit, & Conſiliariam Gandauum tranſtulit.*

11 *Conſiliarij Gandenſes & Inſulenſes, cur ſeſe fratres compellitent.*

12 *Prouocatio ad Parlamentum Pariſienſe ſuſpenſum à Philippo Comite ad IX annos.*

13 *Philippus Comes, quo anno 4. membra Flandriæ Concilio Gandenſi planè ſubegit.*

14 *Concilium Gandenſe occaſionem dedit pereundæ Cameræ legalis.*

15 *Carolus Burgundia, ſublato Parlamento Pariſienſi, Mechliniæ Parlamentum Belgicum inſtituit.*

16 *Hodie in Flandria ſunt tres ſummæ Cameræ.* { *Rationalis, cum adherente Renengaria.* } *Inſulis.* { *Legalis* *Et* *Conſiliaria* } *Gandaui.*

17 *Metropolitanæ Cameræ ſunt 4.* { *Gandenſium.* *Brugenſium.* *Hyprenſium.* *Franconum.*

18 *Subalternæ Cameræ & Scamna iuridica ſunt admodum multa.*

19 *Camera Renengaria, quid ſit.*

20 *Renengorum capitum officia.*

21 *Renengarii ſunt iudices arreſtarij.*

22 *Nomina Renengerum, cum ſuis Renengarum titulis.*

1 DE Prætorijs, Curiis & Cameris Vierſcharis (vt vulgò loquar) tractaturus, altius mihi res hic repetenda videbatur; Nam vt annales hiſtoriarum, & aliorum narrata conſequar, intelligo Inſulis in Flandria (a) præcipue fuiſſe duas præcipuas Curias, aut iuſtitiæ Cameras, ſcilicet, Cameram rationarima (*de Reken-Camere*) & Cameram legalem (vulgò *de VVet-Camere*) Camera rationaria expediebat omnes rationes ad Principis feuda, & ad Principis dominia annua ſpectãtes, hoc eſt, expediebat omnes rationes totius patriæ.

2 Camera legalis fuit quædam celſa, & (vt ita loquar) Souuereinica Curia, conſtans non tantum ex viris, & feudatarijs, vel magnis Vaſallis Principũ, ſed etiam ex viris conſiliariis quos Comes, vel ipſius vicarius iuſſit congregari in tanto numero, quãto ipſe volebat, & loco vbi ipſius Camera in Flãdria tunc reſidebat. Hi ad ipſius inſtantiam iudicabant de omnibus cauſis (exceptis rationarijs) coram ipſis productis, aut per reſortitionem, aut in prima inſtantia feudorum, præcipuè etiam quæ à Principe ſeruantur curanda, qualia ſunt † Dunckerca, Grauelinga, Borburgum, Bornehæmum, & plures aliæ paſſagiæ Flandriæ, potius quãm proprietates, in quibus expediebantur negocia pacifica (vulgo) *heerlijcke vrede*. Deinde etiam ſumebant cognitionem de omnibus aliis materiis ſtatuum, dominiorum, feudorum & Vaſallorum. Nam ad hanc veluti ad ſuum caput concernebant omnes Curiæ totius Flandriæ, ſc. Regalis, Imperialis & propriæ etiam per reſortitionem, & appellationem ſine vlteriori prouocatione extra Flandriam. 3

4 Hinc eſt quod olim in huius Cameræ medio inſterni ſolebat lectulus tapetialis, Cui diſtrictus imponebatur enſis in ſignum ſupremæ vel ſouuereinicæ iuriſdictionis, hoc eſt, quod ſuper ea negotia nulli cognitionem habere liceat, quam ipſi ſoli Comiti, aut ipſius nomine huic Cameræ legali. Iudicabat inſuper hæc Camera legalis, de omnibus rebus iudiciariis, contentioſis, ciuilibus & criminali-

minalibus: breuiter de omnibus aliis, quæ in magnis Concilijs tractari conſueuerunt. Poſtquam verò Comes Flandriæ, Philippus Audax Comitatum Flandriæ multum auxerat, & hæreditariè conquiſitis aliis regionibus multum ditari cœperat, eadem quoque Camera legalis multum grauari cœpta eſt. Quod prædictus prudens Comes Flandriæ Philippus, videns, ſtatuit hiſce Curijs opem ferre, & his duabus Cameris tertiam cameram ſubſidiariã adiungere.

5 Anno itaque Domini 1385. prædictus Comes cum vxore ſua Margareta Malana, videns prædicta duo Prætoria, ſcilicet, Cameram Rationalem & Legalem, non ſatis ſufficere rebus expeditè agendis, tertiam ſubſidiariam Cameram inſtituit, quã nouam Curiam appellauit, non abolitis tamen duabus Cameris prioribus rationali & legali: ſed tantum à negotiorum turbis paululum conciſis: ſic, vt illæ priores ab illo tempore tantum cognoſcerent
6 de rebus Principis & feudalibus, nempe in Camera rationali tantum agebantur rationes feudorum & dominorum, vel ſpicariorum Principis, per Receptores generales, particulares, & per Receptores Renengarum, de quibus vltimis mox infra.

7 Camera verò legalis iudicabat non de rationibus, ſed de omnibus alijs negotijs Principis, de dominijs, ſtatibus, feudis & Vaſallis, non de alijs. In his duabus Curijs iudicabatur, & etiam hoc tẽpore iudicatur per arreſtum, hoc eſt, ſine vlteriore appellatione.

8 Noua verò prædicta Curia, ſeu Camera Conſiliaria ſimul & rationaria (nam vna erat) conſtituebatur ſimul ex viris conſiliarijs, & rationum magiſtris. Inque ea ab omnibus coniunctim ferè tractabantur omnia negotia & materiæ, quæ prius in Camera iudiciali tractabantur cum reliquis omnibus alijs iudiciarijs. Cui Cameræ Comes poteſtatem fecit, cognoſcendi de rebus omnibus ad ſuam Celſitudinem, dominium, ſtatum, ſimul etiam ad ipſius rationem pertinentibus. Quæ quidem nouæ Cameræ conceſſio occaſionem dedit, vt prior Camera legalis multum deperire cœperit, quod in noua plæraque peragerentur, quæ in Camera legali:

9 Nihilominus iſthæc noua Curia principio non ſatis fœliciter ſucceſſit, nec vniuerſa Flandria huic æquè parere voluit, quod in priori ſua iudiciorum libertate perſtare multi maluerũt, ſine prouocationibus ad hanc Curiam, ſed potius ad Parlamentum Pariſienſe.

10 Quod videns Comes Ioannes, filius Philippi poſt mortem patris, Anno Domini 1409 illud nouum Prætorium generale diuiſit, & Cameram cõſiliariam ſolam ex Inſulis Gandauum tranſtulit (b) relicta ibidem Camera rationaria, cum Dominis & capitibus Renengarum, vt vel hoc modo Flamingantibus gratificaretur.

Ob hanc diuiſionẽ Curiæ generalis, quæ nunc bipartita eſt, fit vt cõſiliarij Gandẽſes, & cõſiliarij rationarij Inſulẽſes tũ verbis tũ ſcriptis, adhuc hodie ſeſe mutuo fratres cõpellitent, quod olim eiuſdem Curiæ ſimul fratres aut collegę fuerint. Nouæ itaq; huic Cameræ cõſiliariæ Gandenſi Comes Ioannes voluit, vt quatuor membra Flandriæ omnino parerent. Verum res non ſucceſſit, ſed antiquum priuilegium ſemper vrgebant, & omnem nouitatem aſpernabantur. Euicit tandem temporis prorogatio, & Comitis prudens diſſimulatio. 11

Nam Anno 1445. Philippus Burgundio F. Ioannis, & aurei velleris inſtitutor, (c) primus impetrauit à Rege Carolo 7. vt prouocationes ad Parlamentum Pariſienſe ſuſpenderentur ad ſpacium nouem annorum, nempe vt Flãdri tanto tempore ſuis vetuſtis vterentur priuilegijs, iudicantes ſine vlla reſortitione vel appellatione. 12

Interim idem Philippus Comes, Anno Domini 1451 vbi rempubl. Flandrorum prudenter pacatam reddidiſſet, omnino ſanxit, vt 4 tribunalia Flãdrię, Gandenſium, Brugenſium, Hyprenſium, & Franconum dictæ nouæ Curiæ Inſulenſi, tunc Gandauum tranſlatæ omnino ſubijcerentur iuxta decretum Philippi Audacis aui ſui, retenta tamen appellatione ad Parlamentum Pariſienſe, ad quam ſuos ſemper videbat eſſe procliuiores. 13

Ex hoc itaque tempore, quo noua Camera conſiliaria Gandani firmiter eſſet inſtituta, reſque ea fœlicius ſuccederent, cœpit Camera legalis Inſulis planè collabaſcere, totaque penè perire, quod tunc in noua Curia Conſiliaria Gandenſi (vt dixi) ex ferè cauſæ (exceptis rationariis) tractarentur, quæ prius in Camera legali, ſed ex ea vlterius prouocabatur ad Parlamentum Pariſienſe. 14

Verum iſtud tantum vſque ad Carolum Burgundionem qui videns quantum patriæ noſtrę obeſſet iſta prouocatio, & cum Gallis quotidiana communicatio, eam appellationem prorſus ſuſtulit, & nouum Parlamẽtum Pariſienſi ſimile in noſtra regione, nempe Mechliniæ inſtituit, Anno Dom 1473. ad quod non ſolum Flandri, ſed & reliquæ ſuæ inferiores prouinciæ Belgicæ, tanquam ad omnium ſupremum Concilium prouocarent. 15

Sunt igitur nunc (vt ſummatim repetam) in Flandria tres præcipuæ Cameræ Principis, ſcilicet, Inſulis Camera rationaria, cum adhærente Curia Renengariorum, & Gandaui Camera legalis, & Camera conſiliaria, quarum duæ primæ ad ſolius Principis cauſas: Tertia Conſiliaria Gandenſis ad omnium cauſas expediendas pertinet, eſtque totius Flandriæ Concilium Prouinciale, ad quam ab omnibus aliis totius Flandriæ Cameris ſenatoriis appellatur. ‡ Præter hæc præcipua Principis Conſiſtoria ſunt aliæ Cameræ iudiciales, & capitales ſiue metropolitanæ quatuor, ſcilicet Ganden- 16 18

Gandenſium, Brugenſium, Hyprenſium & Francorum, quibus Princeps plenam omnium cauſarum cognitionem tradidit, exceptis cauſis ad ſuam priuatam cognitionem pertinentibus, quales ſunt à Principe exceptæ, aut ad arbitrium ipſius excipiendæ.

18 His magiſtratibus ſubſunt alij magiſtratus inferiores & ſubalterni, ſcilicet omnes reliquarum ciuitatum & iuriſdictionum forenſium vel pagorum, quæ ſingulæ ad informationem & ad conſilium petendum in rebus arduis, ſuis ſubſunt & adhæreſcunt maioribus ſiue capitalibus Cõſilijs prædictis. Quarum aliæ quoque maiorem, aliæ minorem iuriſdictionem obtinent, ſicuti Principi placuit, qui eas ex cauſis ſic varie contulit, quas nominatim in politia noſtra Brugenſi expreſſimus. Sed de his ſatis. Reſtat vt paucula de Camera Renengarum dicamus. Hæc itaque Inſulis conſtituta eſt ex certo numero officiariorum, vel vaſallorum, hæreditariorũ, quod hi ſint perpetui Comitis feudarij. Ideoque etiam dicti Renengi (d) vel Renengarij hæreditarij: quod ipſorum hæc Renengorum officia & feuda perpetuo ſuccedant ad hæredes, aut aliam ob occaſionem ad eorum ſucceſſores. Hi capitales Renengi, etiam Rationarij dicuntur, quod per ſe, aut per ſuos receptores, quotannis in Cameram rationariam ſuas rationes de Renengis, Breuibus, Lardarijs, aut Spicariis deferant: quiſque iuxta feudi ſui vel Renengi onus, & dignitatem, & ne quid in officiis Renengarum per receptores committatur, (e) diligenter curant. Hi quatenus ſunt receptores Reuengarij, eatenus etiam ſunt iudices (f) Renengarii, & certe iudices arreſtarij. Nam ſi perſentiant aliquem receptorum in ſuis receptionibus, aut etiam in ſua ratione exhibita, aut per negligentiam, aut malitiam peccaſſe, hũc ſeueriſſime puniũt (niſi fortaſſis is prius à Conciliarijs rationũ punitus fuiſſet) & ſententiam illic per arreſtum pronunciant. Vnde etiam dicuntur Iudices arreſtarij, (g) à quorum ſententia appellari non licet. Nomina autem iſtorum Renengorũ perpetuorum, cum ſuis titulis & cauſis (vt & iſtud in gratiam lectoris obiter addam) qui hoc Anno 1565. reperti ſunt fuiſſe in viuis, ſunt quæ ſubijcimus.

NOMINA CAPITVM RENENGORVM de Hoochſtredenaers. Anno 1565.

D. *Reuerendiſſimus Dominus Petrus Curtius* Epiſcop. Brugenſis primus, ratione ſuæ Præpoſituræ S. Donatiani, & Cancellariatus Flandriæ.

D. Philippus de croy, Dux de Arſchot, ratione ſuæ vxoris Ducíſſæ de Haloini, & ratione Spicarij Cortracenſis.

D. Ludouicus de Gonzage, Dux Niuercenſis, & frater Ducis de Lantua cauſa vxoris ſuæ Philippæ, ratione literarum de Lokeren.

D. Philippus Comes de Lalaing ratione Sauenatus Duacenſis.

D Iacob. de Claerhout, eques auratus, D. de Maldeghem, Pittem, VVtkerke &c. ratione literarum ſuarum de Maldeghem.

D. Iacobus de Claerhout idem D. de Maldeghem, &c. ratione breuium de Roye.

D. Philippus Doingnies, eques auratus & Dominus de Doingnies & de Middelburgo Flandriæ, ratione breuium & literarum ſuarum de Aertrike, & Middelburgi.

D. Ludouicus D. de le VValle Mortaingne, &c. ratione receptionis Spicarij de Harlebeke.

D. Ioannes de Beer, D. de Grammene, Receptor hæreditarius Spicarij Furnenſis.

D. Cornelius vander Eecke, eques auratus, & Dominus ſancti Georgij ratione Spicarij Dixmudani.

D. Romanus à Burgo, Schutiſer, rationi lardarij Furnenſis.

D. Marcus D. de VVaterlict, ratione vicariæ Furnenſis.

D. De Nouelles, ratione lardarij Brugenſis.

D. Iacobus Vtenhouius, ratione Spicarij Replemondani.

Philippus de Ghent, ratione breuium ſiue literarum de Haeltere. *Iudocus de Lemmes*, filius Iudoci, ratione Spicarii Aloſtenſis.

D. Hieron de Mol, cauſa vxoris, frater Stephani de Schotte, ratione lardarii Bergenſis ſancti VVinnoci.

N. F. Ioannis vanden Zuvene, ratione Sicquiriæ Furnenſis.

N Receptor Cenſus Dixmudani.

Ioannes de Corbehem, Receptor Releuementorũ Burgi-Brugenſis.

Bartholomæus Gerardi, Receptor breuium, aut literarum Cameræ, & groſſorum Breuium.

Iacobus Lucas, Receptor Spicarii Brugenſis, &c. *Carolus Regius*; ratione receptionis Reiectæ in Dammis, *Ioannes vander A e ſ h*, cauſa receptionis Spicarii Hyprenſis.

Iacobus Eueriebout, Receptor Cenſus Furnenſis.

M. Ioannes Zaman k n, Receptor Reliuij, & iuris emigrationis (vulgò yſſue) Caſtellaniæ Furnenſis.

Alexanus Nonius, Receptor Spicarij & Voudermont Bergenſis S. VVinnoci.

M. Petrus

Digitized by Google

M. Petrus à Camera, Receptor literarum de Mardijcke. Idem *Petrus à Camera*, ratione receptionis Reliuij & ratione exuti iuris municipalis, ob demigrationem (vulgò *yſſu.*) apud Bergas S. VVinnoci.

Paulus Steenlandus, cauſa receptionis breuium de VVaes & Molenbroucq, de VVaeſmuyſtere.

Iu ... Cobiart, Receptor breuium de Aſſenede.

Martinus de Kniblere, Receptor Spicarij & Cenſuum Gerardimontenſium.

Iac...du Celier, cauſa officij aut Magiſterij Mœre & VVaiergrauiæ Flandriæ.

Nicolaus Baert, ratione Receptionis breuium aut literarum Petri Maſirij.

Ioannes Valck, ratione receptionis Vrſulæ, VVeſleghem & Kneſſelare.

Iacobus Vierick, Receptor Bellæ.

Adrianus vander Meerſch, Receptor Menineuſis ratione quartæ partis aſſiſiorum Cortracenſium & Harlebecanorum.

M. Georgius de Cat. Receptor VVeruæ.

Michaël Brak...na, cauſa receptionis de Dainze, Petegem & Trochniæ.

Ioannes à Burgo, cauſa receptionis executionum ſeu explotorum Conſilij Flandriæ.

Liuinus Fan...l. Receptor Teneramondanus.

N. Receptor debitorum agrenſium (vulgò *van Lan-ſchulr*) de Neoportu.

Citandi formale exemplar, quo prædictos Renengarios Camera rationaria quotannis ad computus rationem citare conſueuit, hic ſubnecterem; niſi id operæprecium non eſſe cognoſcerem. Quocirca ad aliud Caput propero.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT V.

a. IN *Flandria.*) De ſimili camera cōputorum in ducatu Brabantiæ, eodem à principe, iuxta vij. articulum inaugurationis ſuæ retinenda neque ad exteros transferenda Euerad. *conſil.* 51. *tot.* vbi *ſub n.* 15. præſidenti & dominis cameræ cōpetere facultatē vocandi & in ius trahendi, de quo hic inferius. Sed & de ſimiliū camerarū appellatione atq; inſtitutione Guid. Pap. *dec.* 453. *tota cū apoſt.* Marc. Late *dec.* 338. *ſub n.* 7. *cū ſeqq. li.* 1. Rebuff. *ad l. i ter publica* 17. *verſ. camera verò fiſcalis. ff. de verb. ſignif.* & de camera computorū Pariſiis, agit etiam Panor. *conſ.* 3. *in vltim. qu. n* 11. *ad ſ. n. l. b.* 2. de appellatione verò aut etymo (vierſcharen) dicemus interius, *ca. decimo.*

b. *Tranſtulit.*) De his cameris, & tranſlatione per comitem Io. facta, eiuſque cauſis, latiſſ. etiam tractat Marchant. *li.* 1. *commentario um Fland. c. p. de magiſtrat. b.* Ibidemque *c. ſeq.* cum prius dixiſſet à Scabinorum in Flādria ſententijs antiquitus prouocare non licuiſſe, Tandem (*inquit*) Flandri, & Philippi regis, quem diximus, cupiditate ambituq; Lutetiam ſenſim attrahebantur: & Philippi boni circumſpectione pedetentim illinc erepentes, huius contra Gandenſes ad Gaueram victoria potentiaque gliſcente, coacti ſunt, concilio prouinciali Gandaui fixo parere: eoque res deuenit vt à cunctis magiſtratibus, ad ſenatum Principis Gandaui collocatum, appellare licitum ſit.

c. *Inſtituer.*) Vt patet etiam apud Albert. Leoninum *conſ. octuageſimo*, poſt princ. ſub verſ. *eſt quidem.*

d. *Renengi.*) De etymologia & officio, latius Marchant *d. lib.* 1. *cap. de magiſtrat.* poſt princ.

e. *Committatur.*) Quicunque enim receptoribus huiuſmodi debita ad cauſā domanij ſoluit, liberatus eſt, nec teneretur receptore effecto nō ſoluēdo, neque patria tenetur, ſed imputatur talis eligenti, vt ait Benedict. ad *ca. Raynutius part.* 1. ad verb. *& vxorem. in* 1 *deciſ. n* 215 *in fin. de teſtam.* vbi ſub *n.* 217. aliud in receptore ſtatuum prouinciæ, qui ſi efficeretur non ſoluendo, adhuc ad ratiocinia obligatus, nec haberet vnde regi vel generali ſuo ſolueret, patria teneretur ad illos denarios regi vel regno: quia ſit quod imputetur patriæ, quæ talem elegit vel electioni illius conſenſit, eamq; e gratam habuit, *arg. l. ij ff. ad munic. l.* 1. *C de decur. lib* 11. *& l. cum oſtendimus* §. *vlt. in fin. ff. de fideiuſſ. tutor.* addēs, ad hos fines, regem, nec etiā generales, de illis receptoribus creandis ſe nō intromittere, vt patria ipſa teneatur: eamque praxim & cautelam ſumptam fuiſſe ex textu in *l.* 1 *ſub init. ff. de offic. qu.* Quodque officialis teneatur de facto, & neglecto ſui ſubſtituti, ſeu coadiutoris, *per tex. gl.* & Bart. *in.* 1. *not. in l. ex facto ff. de nego* Odd. *conſ.* 62. *n.* 14. Burſat copioſè declarando, *conſ.* 193. *ſub. n.* 1. *n.* 39. *& ſub nu.* 45. *vbi n* 2 Iudicem vel adminiſtratorem quēlibet admittentem perſonas non idoneas, minus fideles ac non ſoluendo, obligari. Sic & magiſtratum teneri pro delecto officialium; quia teneatur eligere bonos officiales, Meno *conſ.* 1159. *num.* 4.

f. *Sunt iudices.*) Quod deputati huiuſmodi ad rationes audiēdas & calculādas, iudices ſint, quibuſq; diuerſis nuncupentur nominibus, Boër. *dec.* 295. *n.* 2. poſt Iac. Rebuff. *in l. inſtar. n.* 1. *de iur. fiſc. lib.* 10 aliosque, exactè Budę. *ad titul. ff. de offic. qu ſtion.* Coraſ. *Miſcell. iur. lib.* 23. *c.* 11 *toto.* Pet. Rebuff. *ad l. quibus pr. cipua,* 57. *verſ. magiſtri c. mputorum ff. de verb. ſignif.* Rationaleſque huiuſmodi ſuam, & eam

Digitized by Google

quidem ſupremam, habere iuriſdictionem tradit itidem Anton. Fab. declarando, defin. 40. *numer. 1. in fin libr. 3 tit. 12. vbi num. 3.* potiſſimum eorum omnium quæ ad ærarium Principis pertinent. ibidemque defin. 33. ex SC. nullam rationalium iuriſdictionem eſſe inter ſolos priuatos; ſed tantum inter Principem & priuatum: neque cognitionem cõtrouerſiæ inter priuatos apud Senatum, de re quæ cum patrimonio aut rationibus Principis aliquid commune habeat, ad rationales remittendam: neque ferendum vt rationales eo prætextu de iure priuatorum cognoſcant, *per l. iamdudum 5. C. vbi ſtat. cauſ. agi deb. & l. 1. C. de iuriſd. omn. iud.* Item defin. 43. *num. 3.* eod non habere publici iudicij exercitionem, & quid ſi de moneta quæratur, latè etiam hac de re Marc. *dec. 338. ſub num. 1. part. 1. & dec. 221. part. 2* in nouis vbi in talibus attendendam conſuetudinem, quæ iuriſdictionem tribuit. Eſtque apud nos in eam rem ordinat. cur. Brabant. *artic.* 101. *& art.* 119. Sed & in curia ratiociniorum, ſiue in camera theſauri regij, amortizationes expediri ſolere tradit poſt Gulielm. Benedict. *in c. Raynutius ad verb. & uxorem, dec. 5. ſub num.* 5. & 32. aliosque iuris præceptor noſter venerandus Peck. in tract. *de amortizat. bonor. cap. 32. in princ.* ſubiiciens in eam ſententiam quoque verba Carol. Molin. ad conſuetudin. Pariſienſ. *part.* 1. §. 41 *num.* 110. debet (inquietis) omnis amortizatio regia verificari & homologari à præfectis ſacrorum regis, quod ſufficit, quia non continet veram alienationem domanij: ſecus, ſi rex non amortizaret ea, quæ ſolum à ſe dependent, ſed amortizaret ea, quæ ſunt de ſuo proprio domanio, quia tunc neceſſe eſſet ea verificari & homologari in ſupremo ſenatu. Declarans, ex ijs quæ in præcedentibus articulis iſtic tractauerat Molin. facilè apparere, eum cum de præfectis regis ſacrorum loquitur, agere de conſiliarijs finantiarum. Quod itidem reſcriptum legitimationis debeat ſecundum tenorem ſuum, intimari etiam dominis computorum, & ſic per eos interinari & approbari, reſpondit latius Chaſſ. *conſ. 39. in 5. dub. 6,* præſertim ſub *num.* 70. Quinimo generaliter, conceſſiones Principum, & beneficia, aut parlamentis, aut cameræ computorum, aut theſauri eſſe intimandas, & recitandas, ac regiſtrandas, per text. *in l. vlt. C. de aquæduct. lib* 11. Rebuff *tom. 2. conſtit. reg. tract. de reſtitut. in præfat. num. 66.* voluitque latius Benedict *in rep. d. cap Raynutius, ad verb. & uxorem, in 2. dec num* 218. Cæterum iure com. interinationem huiuſmodi in Principum contractibus non requiri per l. donationes quas Diuus. vbi Bald. & alij *C. de don. int. vir. & uxor* Crauet. declarando *conſ. 999. to'o.* vbi quod in interinationibus Principum conſiderationibus in contrarium nouè introductis ſtrictim procedatur & fiat interpretatio, ſequiturque Menoch. *conſ 962. num. 37. & conſ. 905. n. 8. & ſeqq.*

g. *Iudices areſtarij.*) Magiſtros computorum circa receptorum & theſaurariorum publicorum rationes expungendas, & audiendas verſari; eorumque iuriſdictionem ſupremam eſſe in definitione computorum; tamen extra lineam computorum non eſſe ſupremos iudices, ſed ab illis ad ſenatum appellari, eamque appellationem decidi in magna camera Rebuff. *ex S. C. ad conſtit. reg. tom. 2. tract. de mercat. & negot. art. 1. gl. 7.* vbi ſi ab ijs erratum fuerit in calculo, reuiſionem ſpectare ad cameram conſilii: ſi verò concluſæ fuerint rationes, & remaneat aliquis debitor, commiſſiones ad capiendum & ſaiſiendum bona illius expediri à generalibus iuſtitiæ, vel à camera theſauri, vt apud eum ibidem latius. Et ſecundum hæc exaudiendus erit Benedict *in c. ad Raynutius parte 1. ad verb. & uxorem. in 2. dec. ſub num.* 218. *de teſtament.* aſſerens ab illis ſeu eorum camera appellari ad parlamentum, ſi quem in aliquo grauauerint: ita quod tales cauſæ remitti ſoleant per cancellarium ad parlamenti curiam.

CAPVT VI.

De ſupremis Conſiliis.

SVMMAE.

1 *Suprema Belgia Conſilia duo ſunt duo* { *Priuatum vel laterale.* / *Parlamentum vel generale.* }
2 *Conſilium priuatum quid ſit.*
3 *In priuato Conſilio quæ tractentur.*
4 *Parlamentum quid ſit, & vbi ſitum.*
5 *Parlamentum à quo inſtitutum, quando, & ob quas cauſſas.*
6 *In Parlamento quæ tractentur, quæq; expediantur.*

Digitized by Google

1 PRinceps noſter Comes Flandriæ, &c. nunc habet, & à multis annis habuit duo ſuprema Conſilia, quorum alterum vocatur Conſilium priuatum vel laterale, alterum vocatur Parlamentum *(a)* ſiue Conſilium generale.

2 Conſilium priuatum eſt ipſi Principi magis addictum, proprium & peculiare, vtpote quod ipſius Aulæ propius ſeruit, quodque ipſum Principem (quando placet) quocunque locorum concomitatur: ipſique ſemper eſt adiunctum. Ideoque hoc Conſilium propriè appellatur, Conſilium Principis, aut Principis Conſilium priuatum, aut Conſilium laterale. In quo quidem Conſilio facit ac iubet per ſuum Cancellarium, id eſt, per eiuſdem Conſilij Præſidem, ac per magiſtros Supplicationum *(b)* ſiue Requeſtarum expediri omnes materias gratiarum, ſiue remiſſionum. *(c)*

3 Item etiam in eo ſecreto tractat cum ſuis tantum (nullis aliis adhibitis Conſiliariis) de rebus ac negotiis eorum Principum, qui ſunt de ſuo ſanguine exorti. Item cum Principibus: cum Cancellario, Theſaurario & Graphiario ordinis aurei velleris: *(d)* etiam tractat in eodem Conſilio de negotijs eorundem Principum aurei velleris, & de alijs ad ipſorum dignitatem pertinentibus. Præterea in eodem tractat cum omnibus aliis *(e)* conſiliariis de rebus Equitum auratorum, & de rebus omnibus arduis & grauibus, vtpote quæ ad pacem, ad bellum, *(f)* ad bonum publicum, ad mercatorum, nationumque vtilitatem & commoditatem, quæque ad confœderationem cum exteris aut vicinis populis. Item quæ ad ciuitatum finalium muniones, ad præſidiorum collocationes, ad fiſci ipſius debitam rationem, atque ad ciuitatum omnium, pagorum, caſtrorum, totiuſque patriæ conſeruationem & erectionem, potiſſimum concernunt, & ſimilia.

4 Parlamentum vel generale Conſilium ſic vocatur, quòd ab annis ferè centum poſt retractionem *(g)* aut defectionem à Parlamento Pariſienſi *(h)* (ad quod noſtrates appellare ſolebant) eiuſdem Parlamenti ferè modum, ritum, inſtitutionem & authoritatem referat, quodque reliquis prouincialibus *(i)* Conſilijs præſit, & noſtrarum regionum ſit omnium ſupremum & maximum.

5 Quodque ex Priuato Conſilio productum ad eiuſdem Conſilij commodam ſubleuationem fœliciter eſt inſtitutum, non quidem vt Principem quocunque locorum conſequeretur, ſicut alterum ſuperius dictum, ſed vt veluti arreſtatum & fixum perpetuò hæreret Mechliniæ vſque ad ipſius reuocationem, vbi ad litigantium maiorem commoditatem, & ad prouocationes ſiue appellationes commodiores à Carolo Burgundione, Caroli Quinti Imperatoris proauo paterno, tanquam in medio noſtrarum regionum prudenter fuit inſtitutum, Anno Chriſti 1473. potiſſimum ob duas aut tres cauſas, ſcilicet ne amplius prouocationes litium ex noſtris regionibus *(k)* ad Parlamentum Pariſienſe ferrentur, vnde multa incommoda oriri compererat. Deinde vt per iſtud Conſilium ſubleuaretur Priuatum conſilium Principis, quod ſæpe longinquis profectionibus præpeditum omnibus negotiis non ſuffecerat. Poſtremò, vt litigantium *(l)* commoditati parceretur & ſumptibus. Priuatum enim Conſilium tunc in profectione Principis, vel etiam domi in Aula reſidens, grauioribus, magiſque arduis negotiis ſemper implicitum fuit, quam vt occuparetur in priuatorum hominum moleſtis negotiis, ac poſt ſe traheret ingentem litigantium turbam cum ſumma priuati Conſilij moleſtia, & cum litigantium iactura plerumque maxima. Contigit enim vt collitigantes non raro tenuioris fuerint fortunæ, quàm vt hoſce Aulæ itinerisque ſumptus ferre potuerint. Quocirca vt Priuatum Conſilium huiuſmodi externis moleſtiis (vt dixi) nonnihil leuaretur, deinde vt litigantium commoditati ad expeditiorem iuſtitiam parum conſuleretur, ipſorumque enormibus ſumptibus ferendis benignius parceretur, tale Conſilium ſupremum & fixum (cui tanquam capiti & Parlamento iſtarum omnium regionum cætera Conſilia ſubeſſent) prudenter & fœliciter prædictus Carolus inſtituit, & quaſi ex vno priuato Conſilio ex quo hoc Parlamentum elicuit, duo maxima *(m)* Concilia confecit.* 6 In iſto itaque Parlamento ſiue maximo Conſilio tractantur per Præſidem, & quatuordecim Magiſtros *(n)* Requeſtarum ſiue informationum, omnia cauſarum genera, quæ ſummam ac vniuerſalem ſuam iuſtitiam (vulgo Souuereinitatem) concernere ſolent, & de quibus ipſum Principis Concilium priuatum, vel laterale prius ſolitum fuit cognoſcere.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI.

IN CAP. VI.

a PArlamentum.) Quod dicatur, Benedict. *in c. Raynut. part. 1.* ad verb. *& uxorem. d c. 2. nu. 192. de teſtam.*

b. *Magiſtros ſupplicationũ.*) Qui libellis præſunt magiſtri libellorum dicuntur, vt docet Zaſ *ad l. di. nus ſub in. t. ff. de re iud.* dicens tempore Alex. Imp. huic officio præfuiſſe Papinianum.

c. *Remiſſionum*) De his dicemus abunde opportunius infra *Cap. 124.* ad verb. *remiſſionum interinementa.*

d. *Aurei velleris*) Huius ordinis priuilegiũ proceribus Belgicæ, in hanc rem competens, ampliſſ. explicatum videre eſt apud Leonin *conſ. 80. toto.*

e. *Cum omnibus aliis*) Vnde ſi princeps dicat cum concilio, vel habito conſilio procerum, præſumũtur omnia cum iuſta cauſa, & legitimè acta: crediturq; de omnibus aſſertis principi, vt poſt Capyc. *dec. 166. n. 7.* Iacob de ſancto Geord *tract. feud.* in verb. *& promiſerunt eidem. ſub. n. 6.* alioſque concludit Decian *conſ. 41. n. 29 cum ſeqq lib. 2* ſequiturque Burſat. *conſ 245. n 27. cum ſeqq.*

f. *Ad bellum.*) Regẽ non debere indicere bellum ſine conſilio ſenatus, qui ſenatus eſt conſilium regis, in quo ſunt multi ſapientiſſ. viri Rebuff in proœm *ad conſt. reg. Franc.* ad verb. *ſummas. in 6. priuilegio curiarum ſupremarum* ; allegat (inter alia) Bald *in c quanto. ſub. n. 1. de iureiur.* ſed hodie (ſubdit) contemnuntur, & omnia peſſum eunt Nam vt ait ſapiens, fruſtra ſunt arma foris niſi iuſtum conſilium domi ſit.

g. *Poſt retractionem.*) Anteà enim fieri non debebat; quũ nullus princeps præter regem, aut qui ſupremam habeat iuriſdictionem vel reſortũ, poſſit habere in ſuo territorio parlamẽtum, Guid. *dec. 43. ad fin* quia cognoſcere de appellationibus in vltimo reſortu ſit de regalibus, *c. 1. quæ ſint reg. l. in vſib feud.* Bened. *in c. Raynutius par 1*, ad verb. *& vxorem. in 2. dec. n, 150 de teſtam.* Nam etiamſi rex quiſpiam iudicet, non vt rex ſed vt comes, appellatur ab eius ſententia ad ſuperiorem comitis, non inſpecta maieſtate regia, vt poſt eundem Guid *dec 435. numer. 43. queſt. 36.* Crauet. *de antiquit tempor part. 4. cap. abſolutis. quæſt. 9. ſub nu 20.*

h. *Parlamenta Pariſieſi*) De quo latiſſ Benedict. *in c. Raynu ius part. 1.* ad verb. *& vxorem in 2. dec. n 187. cum ſeq de teſtam* vbi ſub *n 189.* curiam hãc ad ſimilitudinem ſenatus Romani, à Romulo vrbis conditore [illegible] eam, ac pariter delphinalem, æquiparari ſenatoribus, ac præfectis prætorio tradit Guid. *conſil. 72 n 2. verſic. & in partibus*, quod tamen diſcutit Budæ. exactiſſ. *ad l. vlt.* præſertim in verſ. *Hæc habui ff. de ſenat.* & Io. Montaig. in tract. *de auctor. mag. concil. nu 171. cum ſeqq. vbi nu, 188, & ſeqq.* cum Apoſt. Boer. de inſtitutione aliorum etiam parlamentorum Galliæ, vt & de auctoritate ſenatus ſui pedemontani Teſſaur. *in decis præfat. n. 30. cum ſeqq*

i. *Prouincialibus.*) Non tamen ducalibus, vti Brabantiæ, Limburgiæ & Lucenburgiæ, quarum concilium perinde ſupremum eſt, ac Principem repræſentat, vt annotaui ad loc. comm Damhoud. par. ac ſimil. *ti ſenatus ſupremus, ad verb. Æquiparatur.* Quique ſenatus eſt apud nos ordinarius ordinariorum, & ſupremus magiſtratus, vt de ſenatu Sabaudiæ ſcribit Fab. *C. libr. 2. tit. 35 defin 2. nu. 2. & lib. 3. tit. 12. defin 32. nu. 4.* Quomodo etiam, in caſu abſentiæ Principis extra Brabantiam, Cancellarius & Concilium obtineat vicem Principis, Euerard. *conſ. 58. num 41.* Quodque de iure com. ſenatus Principis perſonam & auctoritatem ſuſtineat, reſpondit & Menoch. *conſ. 282 ſub num 36. & conſ. 478 ſub num 18.* latè inſuper Teſſaur. *in dec. præfat. num. 21 ad fin. & num. 39 ad fin.* vbi *num. ſeq.* latiſſ. de ſenatus prærogatiuis & poteſtate, vti & *in dec. 2. & dec. 91. ſub num 4 & dec. 185. ad fin.* Quid ſit porro prouincia, quique prouinciales, Rebuff. poſt Alc *in l nationem, 99. §. 1. & in l prouinciales, 190 ff. de verb. ſignific. franc.* Marc. *Dec. 36. n. 5. li. 1.* Anton. Auguſt *lib. ſing. ad Modeſtin. in l. ſcire oportet 21. §. eos qui legationis, ff. de tutor & curat. dat* Forcat. pulchrè, *in necioman. iuriſper. dial. 61. nu 3* Decian. *tract. crim lib 2 cap 21. nu 21.*

k. *Ex noſtris regionibus*) Spectat enim id ad Principis auctoritatem, publicamque prouincialium vtilitatem, ne & longioribus & diſpendioribus vexentur litium incommodis, ſi extra prouinciæ ſuæ fines litigare compellantur, vt ait nouiſſ. Ant. Fab. *C lib 3 tit. 12. defin. 2, n 4* allegans *c quia nonnulli de reſcript. l. 1. ad fin. & l. iij. in princ ff. de alie. iud. mut. cauſ fact* voluitque Benedict *ad c. Raynutius, part. 1. ad uerb. & vxorem, in 2. dec. ſub n. 200. de teſtam. & eſt tex. n l. omnes 31. C de epiſc. & cler.* Eamque ob cauſam priuilegium per auream bullam, de non vocandis extra patriam Brabantinis, ab eorum ducibus, tot laboribus vigiliiſque & ſumptibus, à Romanis Imperatoribus quæſitum tradit Euerard. *conſ. 31. ſub numer. 15.*

Quemad-

Digitized by Google

Quemadmodum & multa inconuenientia, & damna litigantium extra prouinciam exagitat Rebuff. *conſtit. reg tom. 2. tractat. de ceſſion a&. & transport. actio. 1. gl. 1. n. 4. cum ſeqq.* & pulchrè in eam ſententiam Terentianus ille Crito in Andr. *actu 4. ſcena 6.* nunc me (inquit) hoſpitem lites ſequi, quam hic mihi ſit facile atque vtile, aliorum exempla commonent.

l. *Litigantium.*) Quibus tanto incommodius & diſpendioſius fuerit quanto longius à domicilio euocantur, *l. ij. §. 1 ff. de teſtib. cum ſimil.* vt per fab. *C. lib. 3. tit. 12. defin. 32. n. 5. & def. 41. nu. 2. in fin.* ibidemque *def. 24. n. 3.* cauendum ſemper ne vel ſumptu vel alio quis vllo incommodo ſuperuacuo oneretur; *per leg. hec ſtipulatio 14 paragrapho vlt. Digeſtis vt legat. ſeu fideicommiſſ. nom.* Proinde probabiliores ſunt iſtæ inſtitutionis huius parlamenti rationes, quam illæ adductæ per Molinę. in *epiſt. liminari ad Alex. conſ. l. b. 2.*

m. *Duo maxima concilia.*) Horum differentiam inſignem videre eſt apud Ant. fab. *C. lib 3. titul. 12. defin. 34.* quod etſi ſupremarum curiarum ſingulare ius ſit, vt ſub nomine & auctoritate Principis, cuius vices gerunt, omnia decernant, hactenus tamen minor auctoritas earum ſit, quam ſecretioris concilij, cui princeps adeſt, quod ſi iudicatum decretumue aliquod mandandum ſit executioni extra prouinciam, rogandæ nominatim ſint ſupremæ curiæ, in quarum territorio fit executio, ſi ſuprema ſit curia quæ rogat; non item ſi ſecretius concilium principis, vt hoc priuilegium ipſi principi indulgeatur; quippe cuius perſona vno caſu, alio ſola ipſius auctoritas interuenire intelligatur. Atque adeo Rebuff. *ad conſtitut. reg. tom. 2. tract. de mercat. & negot. actio 1. gloſſ. 3. in fin.* ſcriptum reliquit, concilium magnum, & curias parlamentorum, quoad prælationem, ſe habere tanquam excedentia & exceſſa. Ibidemque Rebuff. *tom. 1. tract. de lit. ciuil. art. vn. gloſſ. 7. ſub n. 35.* cenſet quo ad cauſarum deciſiones, parem eorum eſſe autoritatem, ſed latiorem hac de re diſputationem inſtituerũt Io. Mont. & ad eum Boër. *in d. tract. de auctorit. mag. conſ.* qui pro re nata conſuli poterunt. Ad pleniorem tamen horum omnium cognitionem, aſſcribendum putaui, quod idem tradit Rebuff. *eodem tom. 2. tracta. de reſcript in præfact. ſub n. 23.* Duplicem eſſe cancellariam in regno Franciæ magnam & paruam: magnam (qualem nos priuatum vel ſecretius concilium vocamus) eſſe, in qua præficitur magnus regis Franciç cancellarius, & iſtam cancellariam in magnis & arduis reſcribere, & generalibus negotiis, & per totum regnum.: alteram (qualis apud nos prouinciale concilium appellatur) eſſe paruam cancellariam, eius intuitu quod ſoleat tantum concedere ea quæ non ſunt ardua, & vbi opus non eſt expreſſa regis cõceſſione, & generali per totum regnum. Nempe rex Franciæ (inquit) in quolibet parlamento cancellariam ad concedenda iuſtitiæ reſcripta inſtituere, & vni qui vices cancellarij ſuſtineat, ſigillum committere ſolet, & pro literis (ſubiicit) iuſtitiæ non eſt neceſſe recurrere ad papam, vel regem, ſed ad cancellarium, vel vice cancellariũ, qui ſine alio ſpeciali mãdato literas cõcedit, quia præfectus eſt iuſtitiæ, iuxta gloſſa 1. & inibi Panorm. & felin *in c. cum delicta de reſcript* & quæ (ibidem *& art. 2. gl. 1*) ſequuntur appoſitiſſ. De cancellario autem, eiuſque munere ac partibus, præclarè diſſerit Budæ. *ad tit. ſine rubr. de offic. præfect. prætor verſ. cancellarius igitur. & verſus fin. verſ. itaq; cancellariatus ſummũ eſt.* & ante eũ latiſſ. Bened. *ad d. c. Raynutius part 1. ad verb. & vxorẽ dec. 2. n. 193. & ũ ſeqq.*

n. *Quatuordecim magiſtros.*) De hoc parlamento à Carolo Burgundo inſtituto, latius in vita eius agens Barland. conſiliarij (inquit) numerum triceſimum explebant, omnes viri docti, perſpicaces, circumſpecti, acri iudicio, iuſti & ſobrij. Dixiſſes Areopagitarum concilium illud eſſe, ea grauitate, doctrina, prudentiáque lites dirimebant, ſuum cuique reddentes, &c.

CAPVT VII.

De Iudicibus delegatis.

SVMMAE.

1 *Iudicum delegatorum* { *Commiſſarij*
2 *diuiſio, alij ſunt* { *Auditores* } *& eorum deſcriptiones.*
3 { *Arbitri*
4 { *Referendarij*
5 *Oſtiarii non ſunt Iudices extraordinarij, neque Referendarij, ſed nudi executores duntaxat.*
6 *Aſſeſſores non ſunt Iudices, ſed aſſiſtentes Iudici.*

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

Digitized by Google

TAmetſi ſupra in tertio capite de Iudicibus ordinariis, & delegatis nonnulla præmiſimus, in hoc tamen ſeptimum caput, nonnulla ſeorſum de Iudicibus delegatis conferre placuit, quæ ibidem omiſſa ſunt, aut ex cauſa dilata hoc loco latius explicare volui. Iudices itaque delegati pro delegationis varietate, etiam varia ſortiuntur nomina. Nonnunquam enim appellantur Commiſſarij,(a) aliquando Auditores,(b) interdum Arbitri, & nonnunquam Referendarij.

1 Commiſſarij præcipue ſunt illi, qui committuntur ad productiones recipiendas, ad teſtes audiendos,(c) ad informationem audiendam, vel (vt barbari loquuntur) ad enqueſtas faciendas. Huiuſmodi commiſſarij ordinarij ſunt in magno Conſilio, nempe in parlamento, & in Conſilio Flandriæ.

2 Auditores ſunt etiam commiſſarij, ſed potiſſimū illi qui committuntur ab aliquo Iudice ad partem audiendam, vel examinandam ſuper aliquibus certis articulis, & ad illos decernendos. *Specul. in tit. ſiue Rubrica de auditore in princip.*

3 Arbitri ſunt illi qui committuntur & ordinantur per ordinarium ex ſuo officio, ad aliquas difficultates arbitrandas, & illi committuntur in cauſis, vbi iudex habetur ſuſpectus *l. Arbit. & leg. ſeq. ff. Qui ſatiſd. cogan.*

Referendarij ſunt illi, qui ab ordinario ordinātur, ad partes audiendas (d) & concordādas, ſi quomodo efficere poſſint: ſin minus, debent omnia obſtacula, ſiue difficultates, quę concordiam impediunt, in notam redigere, ſcriptoque excipere, & eas difficultates porrigere & tradere Iudici. 4

Oſtiarij non ſunt Iudices extraordinarij, neque referendarij, quamuis commiſſa referant, ſed ſententiarum Iudicum executores. Id enim quod faciunt, vt Executores faciunt, & non vt Iudices, nec Iudicis officium ferunt aut induunt, ſed tantum Iudici in executionibus parent, & aſſiſtunt, ob quod dicuntur aſſiſtentes Iudici, niſi forte in executione Compellentorum, vbi nonnihil Iudicis præferre videntur, cum parti diem iuridicum competentem pro ſuo arbitrio indicunt, & conſtituunt. 5

Aſſeſſores, (e) alio nomine Conſiliarij Penſionarij, non ſunt etiam Iudices, ſed aſſiſtentes Iudici, & ei conſilium dantes: Speculator titulo de aſſeſſore, & titulo de conſilij requiſitione. Facit, *leg. 1. C. de aſſeſſorib.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT VII.

a. COmmiſſarij.) Quos iuriſconſulti curatores vocant, nos dicere ſolemus commiſſarios vt ait Rebuff *conſtitut. reg. tom. 3. tract. de ſequeſtr. ſeu commiſſ. art. 1. gl. vn. n. 1.* quos *ibidem & n. ſeqq.* in multiplici differentia eſſe demonſtrat. Sed de his tractabitur latius infra *c. 155 cum ſeq.*

b. *Auditores.*) De Multiplici ſpecie auditorum, & quam iuriſdictionem habeant, Franc. Marc. *dec. 348. part. 1.* De variis autem delegatorum nominibus dixi remiſſiue ſupra *c. 3. ad verb. Arbit.*

c. *Ad teſtes audiendos.*) Mandatum ſeu commiſſionem ſtrictiſſime eſſe interpretandum; odioſa quippe delegatio dicitur, per *c. 1.* vbi doct. *de offic. deleg. in 6.* Iaſ. *in l. n. 8 in fin. ff de iuriſd.* *in l. ſi. n. 2 vel fin. ſi quis in ius voc. non ier.* Decian. *tract. crim. lib. 4 cap. 2. n. 31.* adeo vt ſi cui committatur, vt teſtes recipiant, non poſſit recipere inſtrumenta aut confeſſiones. *per c. prudentiam, 21 de offic. deleg.* Rebuff, *d. tom. 3 tract. de inquiſitor. ſeu commiſſar. ar. 1. gl. vn. n. 2.* vbi *n. 4.* ſi committatur alicui vt teſtes recipere poſſit, examinare eos non poſſe, quia ſint hæc diuerſa; Dec. poſt alios *in c. licet cauſam, per illum text. n. (mihi) 48. de probat.* vbi *n. 49. & ſeq.* poſt Innoc. & alios, commiſſa receptione teſtium non poſſe recipi teſtes ad reprobationem teſtium alterius partis, idemque Socin. poſt alios *in l. ij. n. 3 ff. de iuriſdi.* idq; niſi expreſſe fuerit cōmiſſum Rebuff. *d. art. 1 gl. vn. n. 16.* vbi ſub *n. 4.* è diuerſo examinatione alicui commiſſa, receptionem quoque commiſſam intelligi; quia ſit neceſſarium antecedens, Dec. *vbi ſupra, n. 51.*

d. *Audiendas.*) Cauſæ cognitione per modum delegationis commiſſa, vt ſi ordinarius alicui in diœceſi ſua committeret huius, vel alterius cauſæ cognitionem, hoc caſu, ei non cenſeri commiſſam cauſæ definitionem, *per tex. in l. vbi 22. in verb. ſed tanquam ad imitationem relationis, quæ ſolum audiendi mandat officium præbeat notionem. C. ad l. Cor. de falſ.* Mynſing. *ex SC. obſeruat. 93. n. 2. cū ſeq. cent. 4.* poſt Iaſ. *in l. à Diuo. § ſententiam. verſ. an autem è diuerſo. ff de re iud.* alioſque, qui addunt hodie iſtos fluctus facile caueri propter clauſulas quibus nunc communiter vtuntur; quia ſi principi ſupplicetur, ſubſcriptio, quæ principis nomine fit, ſic vulgo habeat: Titius cauſam audiat, cognoſcat, & iuſtitiam faciat, per quę verba omnis dubitatio tollatur. cum autem à ſuperioribus emanant reſcripta dici ſoleat vt cauſam audiatis, de ea cognoſcatis, & debito fine terminetis. quibus clauſulis per errorem intermiſſis, delegatum diffinitiuam pronunciare non poſſe, poteſtas quippe delegati non extenditur vltra formam reſcripti, vt *in leg. 1 Cod. ſi à non comp. iudic. Hart. titul. 45. de poſſ. ſſ obſer. 3 verſ. fin.*

e. *Aſſeſſores,*) Quemadmodum tenetur iudex de impe-

imperitia aſſeſſoris, etſi de eius dolo non teneatur; ſicuti declarando *l. ij. ff quod quiſque iur.* tradit ibidem Alber. *n.* 3. eumque ſecuti Iaſ. *n.* 4. Dec. *nu.* 13. Ita pari ratione delegans tenetur de imperitia delegati, vt argumentatur late Menoch. *conſ.* 1159. *toto* allegans ſub *n.* 4. in hãc ſententiam, poſt Panor. Felin. *n.* 9. *in c. ſuper quæſtionum*, §. *verum de offic. del.* *l. g.* Alex. *in d. l. ij.* aliosque vbi tamen Alex *n.* 10. in delegante contra, licet dicat pro conſtanti non ponere. Ibidemque, *n.* 9. vt & Socin. *n.* 14. limitat etiam in aſſeſſore, ſi haberet inſtrumentum ſuæ approbationis factæ à doctoribus in ſtudiis generalibus; idemque Alex. *conſ* 65. *ſub n* 3. *lib.* 1. *Dec. in l. ſi quis in conſcribendo. ſub n.* 17. *C. de Pact. & in conſ.* 8. *n.* 3.

Vti & inſuper limitant, ſi iudici non iuriſperito, à principe vel rep. aſſeſſor fuerit electus, Menoch. *de arbit. iud lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 139. *n.* 37. Et aſſeſſor à populo electus, dicitur ordinariam habere iuriſdictionem: à poteſtate verò electus, delegatam; vt poſtea, Ioã. And ad Spec. *t. t. de aſſeſſ* §. *offic in princ. in add.* cui init. & ſecundo, Decian. in *t. act. crim. lib.* 4. *c.* 25. *n.* 42. vbi de delegatis vbertime.

* *Et quotupl. c. 1.*) Marant *de ord. iud part.* 4. *diſtinct.* 15 *n.* 2. *cum ſeq.* Rebuff *ad conſtit. reg tom. tra. de arbit artic.* 1. *gl* 2. *n.* 3. *cum ſeqq & ad l. illa verba.* 68. *verſ. hinc dicitur arbiter. cum ſeq.* Ibidemque Alc. *in princ. ff de verb. ſignif.*

CAPVT VIII.

De Arbitris.

SVMMAE.

1 *Arbitri non ſunt propriè Iudices.*
2 *Arbitri ex conſenſu, & ex compromiſſione partium tantum iudicant.*
3 *Arbitrium & iudicium, quomodo differant.*
4 *Arbitri alij ſunt* { *Compromiſſarij qui*
5 *Iuris, qui*
6 *Arbitratores, qui* }
7 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar Iudiciorum.*

IN præcedenti capite nonnihil de Arbitris quatenus Sunt Commiſſarij delegati egimus, hic vero eorundem officia latius explicabimus, qui ſint, quid ſint, & quotuplices, * & quæ ipſorum officia.

1 Arbitri itaq; non ſunt proprie Iudices, (*a*) ſcilicet Ordinarij, quia neque à Principe, neque ab vllo Iudice ordinario ad iudicandum committuntur.

2 Ideoque nec ex ſua proprietate vnquam iudicare, nec vllum Ius dicere poſſunt Sed quoties iudicant, tunc eam iudicandi poteſtatem ſolummodo ex partiũ conſenſu, & ex cõpromiſſis accipiũt, hoc eſt, quia ex partiũ conſenſu per cõpromiſſiones, ad verũ iudiciũ Arbitrariũ ferendũ eliguntur, ad quas compromiſſiones ſub pœnæ ſtipulatione compelluntur. *c. A Iudicibus. &* §. *ſeq.* 2. *q.* 6. Non enim Arbitrorum ſententiæ ſtandum eſt, niſi prius præſtituta pœna, (*b*) &c. Vt latius per Speculato. ſub Rubrica *de Arbitro & Arbitratore.* Arbitri ſunt triplices, ſcilicet Compromiſſarij, Iuris, & Arbitratores.

Arbitri Compromiſſarij ſunt, de quibus iam
3 diximus, qui ſuam qualemcunque iuriſdictionem tantum habent ex vtriuſque partis conſenſu, non (vt dixi) ex beneficio Principis, aut ex priuilegio, ſeu ex conſtitutione, ideoque iſti propriè non ſunt Iudices, hoc eſt, breuibus. Arbitri per ſe nullam habent iuriſdictionem propriam ſeu delegatam ex officio.

Quamobrem Arbitrium & Iudicium in hoc dif- 4
ferunt, quod Arbitrium ſit voluntarium, ſed iudicium fertur in inuitum, *l. inter ſtipulantem*, § 1 *ff. de verbor. obligat.*

Arbitri Iuris ſunt, (*c*) quos partes eligunt ad 5
cauſas Iuris, hoc eſt, ad cognoſcendum de quæſtione, vel lite, & ſic ſumuntur ſuper re litigioſa & incerta, vt de ea cognoſcatur, aut ſecundum Ius aut ſecundum conſuetudinem, vt extra. eodem. quaſi per vniuerſum tit. Debent igitur Arbitri Iuris omnem ordinem ſeruare, *l.* 1 *ff de recep. Arb. & c. Vt latius per Speculatorem d. titu. de Arbitrio & arbitratore.* Quem Iuris ordinem ſi in cauſis Arbitri ſeruent, magnam affinitatem cum veris Iudicibus habere videntur, quia ordinariè procedunt in cauſa ſiue proceſſu, non ſecus quam ſi veri eſſent Iudices, *l* 1. *ff de recep. Arbit.* vbi text.

Arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem ſiue ad in- 6
ſtar (*d*) iudiciorum.

Digitized by Google

7 Arbitratores autem ſunt amicabiles pacis compoſitores, qui non ſumuntur à partibus ſuper re aliqua litigioſa, vt cognoſcant, ſed vt partes concordent, pacificent, & cum debito æquitatis moderamine, iuxta id quod certum eſt, diuidant, veluti in ſocietate, quam certum eſt fuiſſe contractam, facile eſt arbitrarie diſcernere. In qua eliguntur, vt adiudicando vnicuique dent certam ſuam competentem partem, quæ ipſis ex ſocietatis contractu contingit, Iuris ordine omnino prætermiſſo, *l. Si ſocietatem. 2. §. Arbitrorum ff. pro ſocio.* Tales enim Arbitratores id quod ipſis in vera cõſcientia videtur æquiſſimum, & iuſtiſſimum, id ſine ſtrepitu iudiciali, hoc eſt, ſine forma aut rigore *(f)* iuſtitiæ aut proceſſus ſtatuunt, expediunt, & moderantur. Ideoque Arbitratores nullam præ ſe ferunt formam alicuius Iudicis. Reliqua quæ huic materiæ conueniunt, videbitis in locis iamiam allegatis.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT VIII.

a. PRopriè *iudices.* Alex. *conſ. 34. ſub n. 2. li 1 doct. in cap cum dilectus. de arbitr.* Menoch. *li 1. de arbitr iud. q. 2. num. 19. cum ſeqq.* vbi quomodo interdum iudices appellẽtur; Rebuff *in d. l. illa verba. 68. verſ. interdum etiam. de verb. ſignif.* Declarat lingua teutonica Merul. *prax Holland. libr. 1. tit. 6. cap. 1. & 2.*

b. *Pœna.*) Marant. *de ord. iudi par. 6. tit de appella. 250.* Ant. Fab. *C. li. 2. ti. 35. def. 1. n. 1. def 10. n. 7. cum ſeq. & def. 5. n. 1.* vbi tamen *ſub nu 1. cum ſeq. & d. tit. de appell. ſub n 250. & 251. verſ. illud autem, & verſ. vlt. & ſub n. 257. verſ. ſi verò ſit factum,* compromiſſo ſtipulatione vallato agi ad intereſſe latius Gail. *ex com. libr. 1. obſeruat. 150. num. 12.* idque probat nouiſſ. Buſ. ad *l. ij. n. 4. ff. de recept arbitr.* latius declarãdo, licet contra, vt pręciſe teneatur parere, Vinc. de franc. *dec. 50. n. 1.* Item *d. dec. 5. nu 3. cum ſeq.* quid ſi in arbitratores compromittatur. Si quis tamen habuerit iuſtam cauſam reductionis petendæ pœna non committitur, vt poſt Ang. in *le. qui Romæ. § duo fratres. ff. de verb. oblig.* alioſque reſpondit Alex. *conſ. 32. nu. 8 libr 2. dec in l. ſi ſoror ſub n. 6. C. de collat.* latiſſ. Boët. *deciſ. 284.* præſertim *num. 23* & pœnam in compromiſſo appoſitam, conditionem habere implicitam, ſi recte arbitratum fuerit: ſin ſecus, & laudum vel arbitramentũm reuocatum fuerit, non deberi pœnã, Molinæ, *conſ. 47 n. 3 præſertim & 13.* etiamſi reductioni renunciatum & iuratum, per quæcunque verba, in ampliſs. forma, quando detegi poſſit dolus vel læſio enormiſſ. Leonin. copioſe ex communiori *conſ 76. n. 1.* Zaſ. vberrimè conſ. 12. *in 3. dubio,* præſertim *num. 33. cum ſeqq. Lib. 2.* Gail. ſubdens nulla verborum ſubtilitate reductionem excludi poſſe, *d obſ. 150. num 9.* Pute *dec. 394. libr. 2.* Burſat. extendendo & declarando pleno, *conſ. 260. num. 34.* præſertim, *& ſeqq.* pleniſſ. Viui. *Dec. 158. tota dec. 121. num 3. & ſeq. dec. 276. num. 6. & ſeq. & dec. 380. nu. 30. & ſeqq.* Admiſſam tamen eiuſmodi reductionem, cui in compromiſſo renunciatum fuit, operari effectum ſolum deuolutiuũ non etiam ſuſpenſiuum, Leon. *d. conſ. 76. num. 5.* id quod *art. 488. ordin. cur. Brabant.* generaliter ſtatuitur in omni reductione, non petita intra *dies* 20 poſt laudum latum.

c. *Iuris ſunt.*) Rebuff. *d. tract. de arbit. art. 1. gl. 3. ſub num. 2. & ad d. l. illa verba,* Verſ. *vnde colligunt.* Annotaui ad Damhou. *in loco com par. tit. arbiter arbitrium, ad fin.* vbi in quibus differant à compromiſſarijs, de quo & Marant. *di. diſt. 14 ſub n. 3. cum ſeq. & Fab. C. lib 2. tit. 35. def. 6. ſub nu. 4. & def. 10 n. 5.*

d. *Ad inſtar.*) *Fab. d. defin. 6. n. 6.* Leonin. declarãdo, *conſ. 76 ſub n. 3.* Dixi copioſe cum Damh. *d. tit. Arbiter Arbitrium. in princ.*

e. *Forma aut rigore.*) Sic æquitate ſeruata, arbitratorem rigori ſeueritatique iuris detrahere aliquid poſſe, *per text. in c. vlt.* vbi gl. in verb. *æquitate.* de tranſact Gail. declarando quæ dicatur æquitas, *d obſ. 150.* ad fin. latiſſ *d. 76.* præſertim *n. 3.* vbi neque iuris diſpoſitionem, neque Iudiciarium ordinẽ ſeruare teneri, & procedere in cauſam tanquã trãſactorem ex bono & æquo, vt ille copioſius. Sed de his (Deo beneuolente) locis oportunioribus abũde, infra, *c. 203. cum ſeqq.*

C A-

Digitized by Google

CAPVT IX.

De officio Iudicis.

SVMMAE.

1 *Nobile, quod.*
2 *Officium Iudicis eſt duplex* { *Mercenarium, quod.*
3 *Iudicis quod officium.*
4 *Quinque ſunt quæ Iudicem corrumpere ſolent.*
5 *Inſcitia*
6 *Timor*
7 *Cupiditas* } *quomodo Iudicem excæcent & corrumpant.*
8 *Odium*
9 *Amor*
10 *Iudex debet omnem humanum affectum exuere.*
11 *Iudex in officio Dei, non ſuam perſonam ſuſtinet.*
12 *Conſilium ne Iudex corrumpatur affectibus.*
13 *Iudex ſi Deum non reuerentur, ſaltem correctionem humanam metuat.*
14 *Cambyſes corruptum Iudicem excoriari iuſſit.*

COmmune Iudicis officium ſatis ſupra in ſecundo capit. depinximus, qui volet, illic dicta huc repetat. Hoc loco Iudicis officium diuidere volui, eaque ad debitam iudicis cautelam proponere, quę ipſum iudicem corrumpere ſolent. Eſt igitur Iudicis officium duplex, ſcilicet nobile & mercenarium. (*a*)

1 Nobile ideò appellatur, quia à ſeipſo inteponitur nec iure actionis, ſiue obligationis, vtputa ſi minor petit ſe reſtitui in integrum: hoc non petit iure obligationis, quia Iudex non fuit obligatus: nec iure actionis ſed Iudicis officium miſericorditer implorat.

2 Mercenarium Iudicis officium eſt, ſeu ſic appellatur, quia deſeruit actioni intentatæ: puta: peto à te mille actione mutui: Iudicis officium deſeruit mihi in hac actione, quia condemnat te vt reſtituas mihi mille.

3 Iudicum autem omnium officium eſt, querelas partium ſiue lites rectè ſyncereque perpendere, eaſdem & patienter ferre, (*b*) & debitam prouiſionem decernere, contra neminem procedere, (*c*) neque quemquam iniquè condemnare.

4 Vt autem Iudex ſuo munere dignè fruatur, ſciat potiſſimum quinque eſſe ſibi vitanda, & ab ijs ſe purum & liberum debere ſeruare, quod ea plerunq; Iudices cæcos reddant, & omne ſyncerum Iudiciũ vitient & peruertant.

5 Hæc autem ſunt Inſcitia, Amor, Odium, Timor, & Cupiditas. (*d*) Inſcitia cui adhæreſcit imperitia, efficit, vt etiam ſi quis maximè digne iudicare velit, id præ inſcitia non poſſit, quæ tamen Iudicẽ nõ excuſat, *vt inſtitut. de obligat.* quæ ex quaſi delict. Naſcuntur. Quãtum inſcitia obſit Iudicio, teſtatur Terentius *in Adelph.* Homine (inquit) imperito nũquã quicquã iniuſtius eſt, qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat. *Et Cice. 4. lib. no. Rhetor.* Rerum omnium imperiti, qui vniuſq; rei de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt, hi per imprudentiam facillime ducũtur in fraudem. At hi qui ſciũt quid alijs acciderit, facile ex aliorum euentib. ſuis rationib. prouidere poſſunt, & diu nunc cogitare qui magna negotia volunt agere.

Timor, eſt illa animi puſillanimitas, ſiue deiectio, 6
qua in Iure dicendo alicuius potentioris indignationem aut vim pertimeſcimus; ne is nobis ſua authoritate aut ferocia noceat, vt ex illius metu, quod rectum eſt, contra ipſum iudicare vereamur, & ipſam cognitam veritatem, aperte contra tales potẽtiores loqui, aut differimus, aut planè negamus (*e*)

Cupiditas vel auaritia, (*f*) eſt auri ſacra & exitiales illa fames, & munerum conſequendorum 7
ardens appetitus, quorum gratia nihil nõ facimus, ſententiam differimus, aut acceleramus, aut iniquã ſententiã cõtra inopẽ nil numerantẽ pronũciamus.

Odium, cui coniuncta eſt inuidia, tam eſt efficax 8
mentis affectus, vt ſyncerum veritatis cognitæ iudicium ſternat, turbet & planè peruertat, adeò vt quod verum rectumque quis putauit, pro eo quem odio aut inuidia proſequitur benigne pronunciare recuſet, nempe illi quem amat quamquem odit, aut cui inuidet in iudicando addictior.

Amor (*g*) vel amicitia iudicia ſæpe præcurrunt, 9
inque iudiciis efficiunt, vt non libenter quicquam

aduerſi contra propinquum amicum, aut contra
eum quem aliquo amore proſequimur, pronunciare velimus, ſed ei optata potius etiam contra æquitatem faueamus, vt pote quibus amicus quam veritas eſt charior.

10 Ab his enarratis quinque affectibus (*h*) aut cor-
ruptelis, oportet omnem iudicem eſſe puriſſimum
ne ſuam æquitatis ſynceritatem per eas vllo modo
coinquinari permittat, aut ne erectum, ſtabileque
iudicium contra mentis conſcientiam, aut contra
Dei voluntatem imprudenter collabaſcere ſinat,
néve ipſe ijs affectibus corruptus, Iudiciũ peruer-
tat, indignaque iudicet. Quòd eo minus facient,
imò facient nunquam ſi (quod debent) (*i*) ſolum
Deum ſemper præ oculis (*k*) habeant & ipſius iu-
ſtitiã, *l. Quod ſi Ephe. ſ. ff. de eo quod cert. locat & c. 1.*
q. q. 4. & l. Placuit C. de Iudic. cogitentque (*l*) in
quantis periculis verſentur, ſibique perſuaſum ha-
11 beant, & certò credant, ſe in Iudiciis ferendis, non
12 ſuam, ſed Dei perſonam (qui ipſamet Veritas eſt
& Iuſtitia) ſuſtinere, ideoq́ ſe nihil aliud poſſe, nec
debere iudicare, quàm quod rectum, verum & iu-
ſtum erit, quum ipſum Deum ſemper habeant præ-
ſentem & acutũ inſpectorem iudicij ferendi, iuſtę
ne an iniuſtè ſint iudicaturi. Eadem enim menſura
remetietur illis, (*m*) qua menſi fuerint. Si enim re-
cte officium Dei executi fuerint, iuſteque iudica-
uerint, præmia digna ferent. Si verò non rectè Dei
vices in iudicando geſſerint, ſupplicia illos viciſſim
manent æterna. Sicuti D. Gregor. in *c. Quatuor. 11*
q. 3. cum quatuor capitibus ſequentibus abundè
commoſtrat, quem optarim omnem Iudicem ibidē
cum iudicio & pietate perlegere, non dubito quin
ab eius lectione meliores euaderent, & in eos tũc
illud Biantis verè compleretur: Magiſtratus virum
oſtendit: quia magiſtratus functio quid viri quis ſit
apertè cõmonſtrat, nempe an ſyncerus vel integer,
an corruptus.

Quod ſi quis Iudicum adeò corrupta mente ſe 13
eſſe perſentiat, vt nec conſcientiam, nec Deum re-
uereatur, ante cuius tribunal ipſe conſiſtat, qui-
que ipſius intimas cogitationes, clariſſimè cognoſ-
cit, *c. Cum æterni. extra de ſenten. & re iudic. lib. 6.*
ſaltem metuat tribunal ſeculare, & Iudicem ſuum
ſuperiorẽ, cui de geſtis, adminiſtratis, & iudicatis
etiam reddíturus erit rationem.

Nihil enim opertũ, quod non reuelabitur *l. Pri-* 14
ma C. vt omnes Iudic. tam ciuil. quàm milita. & in
Authen. ico vt Iudic. ſine quo. ſuffra. & in Au-
thentico. de adminiſtratoribus in princi. quia ſicut
nullum bonum irremuneratum, ita quoque nullum
malum erit impunitum: aut hic, aut in futuro Ter-
reatque eos horrendum illud Cambyſis Regis Per-
ſarum exemplum. (*n*) qui vbi cognouiſſet quendã
Iudicem muneribus corruptum, iniquã protuliſſe
ſententiam, iuſſit eundem viuum excoriari, eiuſ-
que pellem in longa coria concidi, & per tribunal
Iudicis extendi, in quod & ipſius filium primò
conſtituit, vt hic, & reliqui poſteri metuerent ini-
quas ferre ſententias.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT IX.

a. ET *mercenarium.*) Reprobat latè Eguinar. Baro ad inſtitut. *tit. de offic. iud. cum partic. 1. post princ.* ibidemque Balduin. ibidem ſub init. ius dicentis officium partitur in merum & mixtum. vt & Rebuff. declarando latiſſ. ad *l. actionis verbo 34. verſ. 2. patet.* & *l. pecuniæ verbum n. 178. §. vlt. verſ. quod verò iur. num ff. de verb. ſignif.* idemque ſentit & Oldendorp. in progymnaſmat. præfat. *de offic. iud. verſ. quan loquid m verò* licet voces has, ceu vulgò notas, ſequatur, & explicet exactiſſ. vti & Peck *ad reg. ea quæ. 26 ſub. n. 1. cum ſeqq. de reg. iur. in 6.* latiſſ. de omni iudicis officio & poteſtate agens.

b. *Patienter ferre.*) Cum primum religioni ſuæ judex patientiam debeat, quæ pars magna iuſtitiæ eſt, vt ait Plin. nepos *l. b. 6 epiſt. 2 verſus fin.* latè autem hac de re Strach. *de merc. tit. quomod. in cauſ. mercat. proced. ſit. vltim. partic. vl. part. princip. num. 10.*

c. *Contra neminem procedere.*) Scilicet iniquè aut de facto; alioqui ſi parte non vocata, & non legitimo tempore, ac velut quodam impetu, nullo iuris ordine ſeruato, facilis fuit ad concedendam bonorum poſſeſſionem vel executionem, aut ad deiiciẽdum quempiam de ſua poſſeſſione, ita rurſus facilis eſſe debet ad reuocandum id de facto, & ſine partis citatione, *l. 1. §. hoc edictum ff. ſi nul. ven. r. nom. in poſſ. ff.* Bald. *conſ. 149. num. 1. ad fin.* & declarando *conſ. 366. ſub n. 2 lib. 3. conſ. 318 n. 2 in fin. lib. 4. & conſ. 275. n. 2. verſ.* porrò patet *lib. 5. & in l. ſi pacto quo pœnam. 14. in 5. not.* vbi poſt alios *Dec. n. 3. C. de pact.* idemque *Dec. conſ. 366. ſub nu. 13.* & limitando *conſ. 449 ſub. n. 16. cum ſeqq.* Alc. *conſ. 408. n. 8. Socin. tract. de citat. artic. 20. quæſt. 24. numer. 71. & in cap. quoniam frequenter ſub numer. 59. verſ. 8. fallit* Anchor. *conſ. 6.* verſus ſin. & *conſ. 104* ad fi. Alex. cum Apoſtil. *conſ. 5. n. 4 lib. 2.* Roman. *ſingul. 766. conſ. 158.* ſub init. & *conſ. 120.* ſub init. Natt. declarando *conſ. 401. n. 7.* cum ſeq. Aſin. prax. *part. §. d. 7. cap. 5.*

Digitized by Google

cap.5 limit.134. & ſeq. VVeſenbec *conſ.7.n.7.verſ. ac tale.* & *verſ.quam brem etiam.* Oſaſc.accuratiſſ. ex S C. etiam ſi de nouo miſſio in poſſeſſionem concedenda eſſet, tamen nulliter factam, non confirmandam, ſed reuocandam eſſe demonſtrans, *dec.34.tota.* Tiraq. copioſiſſ. *ad l.connubi.gl. gl. 5. verb.contracter,n.15.cum ſeq.* & in tractat. res inter alios act. *limit.39* Sed & ſpoliatum eum dici, qui à iudice nulliter, & de facto potius quàm de iure procedente, priuatur; ideoque ante omnia reſtituẽdum, poſt panorm in *c.conquerente n 8. de reſtitut. ſpoliat.* Dec *in l vlt.n.35.C.de edict.* D. Hadr. toll. *in l.non videtur.§ qui iuſſu n.3 & in l.factum à iudice n.2.de reg.iur.* Boër. *dec.238 nu.4.* Crauet. *conſ. 18 n 8.conſ.124.n 4 conſ.140 n.2.* Decian. *conſ.37. n.27.lib 3* alioſque Menoch. ex com. declarando, *conſ 301.n.45.cum ſeqq.* & latius de recuperan. poſſeſſ. *remed.8.n.79.cum ſeqq.* Natt. *d conſ 401.nu. 6.* In iuſſu quoque iniuſto iudici non parendum, quinimo reſiſtere licere, poſt part. *in l.prohibitum.* per illum text *in 2.& 3 not C.de iur.fiſc lib. 10.* alioſque Marſ. *ad l 1 num.15.ff de quæſt.* & declarando *ibi, nu.18 Peck* limitando ad reg ea quæ *26. de reg iur.in 6.nu.6.* Buſſ *nou.ff.ad l.ſi pretor. 73.ſub. n.8 ff.de iud* Baro à Tauten. *in §.ſimiliter vaſallus n 1.ad fin.de conſuet.recti.feud in vſib. feud.* vbi poſt Cyn. *in l. ..in pœnis quæſt.* ibidemque Iaſ *c. de iur.& fact ig.* iudici de facto exequenti, de facto poſſe reſiſti; aſſerens per hoc, in quæſtione facti inſignem quẽdam virum, ab impetitione procuratoris fiſci, abſolutum memini iſſe idemque reſpondit Panorm *c.n.l 3. n.12.verſ.9* ſic condeſcendo igitur *ad 27.quæſt.lib 2* Diſſeruitque in eam rem præclare Pet. Gregor. *lib de rep.2 cap.6 n.20 verſus fin.* latiùs autem Chaſſen. extendendo & reſtringendo, ad conſuetud. Burgund *tit.1.§.7 gl verb. de ſimp'e reſcouſſe.n.2.cum ſeqq Zaſ conſ. 19 n.31. cum ſeqq l b.1.* Roland. *l tè conſ.6 n 12.cum ſeqq.lib. 2.* Menoch *d.remed.8.n.9* Decian. *conſ.37. n. 29. lib. 3.* Oſaſc. *conſ.64.n 15 conſ 65 præſertim n 20 in fin. cum ſeqq.* Ant Fab. *c.lib.3.tit.18 defin.t.1.& 2.* Via. *dec.509 n.2 cum ſeq.& dec.523.n.19 in fi. cum ſeq.* Dixi copioſe ad Damh. *in loc.com.par.tit iudicatū malè ad verb.paria.poſt princ.* Quinimo iudicem procedẽdo iniuſtè extraiudicialiter, non poſſe amplius in illa cauſa iudicialiter procedere, quia ſatis reddatur parti ſuſpectus, quum proceſſerit vt priuata perſona notat poſt gl *in verb vol..tis in c. cõquerente,de reſtit ſpoliat* Panorm *n.11* eumque ſequitur Schurpf *conſ 6 ſub n.15 c.nt.3.*

d. *Et cupiditas*) De quatuor his poſterioribus tex. eſt *in adducto c.cum extern ſub initio*; quod deſumptum eſt ex *adducto c quatuor modis* vtrobique gl. & Anc. *in d c cum exterus ubi 2* addunt (præter alios modos) quod hic primum eſt quando per imprudentiam malè iudicatur, vt *in §.1.inſtit.de oblig. quæ ex quaſi delicto naſc.* Neque ſufficere quem eſſe iudicem ſeu doctorem, ſed exigi quod ſit peritus & expertus ait Burſat *conſ. 265.ſub num. 6.* de quo & Menoch. *lib.2.de arbit.iud.caſu.339 n.2 & ſeq.* Teſſ *latè in dec præfat, num.20, verſ.iudicandi peritus.& num.25.* præſertim in verſ. *in primis autem* Dixi ſup. *cap.2.*ad verb. *doctum,* Additque Hippol. de Marſil. *in praxi crim.§.recurrunt.ſiue vlt. num. 4.in fin.* lachrymis apud iudicem locum nullum eſſe debere: quòd ſoleant ſecum ferre inſidias; vt ille latius, & eſt tex. *in c. eſt iniuſta 23.q. 4 & in l. obſeruandum,19.ff.de off.præſid.*

e. *Negamus*) Ideoque apud Ægyptios iuſiurandum proferebant iudices, quod ne regis quidem minæ aut iuſſa à recto bonoque illos deducerent aut tranſuerſos agerent, vt refert Peck *in c.in iudiciis,12.nu 3.de reg iur.in 6.*

f. *Auaritia*) Nullum vitium eſt tetrius quam auaritia, præſertim in Principibus & remp. gubernantibus: habere enim quæſtui remp. non modò turpe eſt, ſed ſceleratum & nefarium, inquit Cicer. *lib. 2. offic.* ſic auaro nihil eſt ſceleſtius *eccleſ. 10.* qua de re latè etiam Oſaſc. *in dec. præfat.* & Teſſ. *in eadem præfat. num. 19.* referens & illud *Deuteron cap. 27.* maledictus qui accipit munera, vt percutiat animum innocentis. Ibidemque *cap. 16.* iudices (inquit) & magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dedit tibi, per ſingulas tribus tuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent; non accipiant perſonam. nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum, id quod refert, poſt alios, & Decian. *tract crim.lib.8.cap.25.ſub.num. 14* & cum ſimilibus è ſacra pagina Damhoud *in ſentent.ſelect verb. munus.* Boer. deciſion:153 n 16. Menoch (à quibus muneribus abſtinendum docens) *de arb iur ind. lib. 2.caſu 517 num.9 & 15* & belliſſ. hac in re ita concludit d. Teſſ. Ferrar. Montan. *in comment. de r.cuſ cap.9.verſus fin.* Caueant itaque (inquiens) omnes boni quibus iudiciaria functio commiſſa eſt ne ſatanæ feſtram aperiant, & ad turpiſſimi lucri illecebras ſui diſſimiles eſſe incipiant, ignari ſæpe ex paruis ſordium initijs, immodicum auaritiæ, præuaricationiſque malum coaluiſſe.

g. *Amor.*) Vnde & Cicer. *3 offici* r Vir bonus (inquit) ponit perſonam amici, cum induit iudicis: nã ſi ratio amicitiæ incunda eſt, non amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. Cui non incongruit quod ex eodem Ciceron. *in offic.* refert Rebuff *Ad l.quibus prece...na 57.* in verb. *magiſtratus cū ſin de verb. ſignificat magiſtratum gerere perſonam ciuitatis.* Hodie verò (ſubdit ille) quidam magiſtratus non lupis depellendis vacant, ſed ouibus dilaniandis; quinimò velleribus euellendis;

Ideo-

ideoque non verentur officia emere, & vtinam tam inſtanter (ſubijcit) iuſtitiæ adminiſtrandæ incumberent, quàm huiuſmodi officiis acquirendis, allegat. Luc. de Penn. *in l. per illyricum, ad fin. de cohortat. lib. 12.* C. dum docet quàm iniquum & periculoſum fuerit amare pecuniam.

k. *Affectibus.*) Etiam minimam affectionem iudicem à iuriſdictione excludere, Socin. poſt alios, *ſub num 16.* & Iaſ. *num 17. in l. II. ff. Si quis in ius voc.* Affectio enim iudicio tenebras offundit, Æſch. *in Thim.*, aut vt ait Chryſoſt. ſuper Act. Apoſt. *Homil.* 28. obtenebrat iudicium. In quam rem multa Caſtrenſ. *conſ.* 180 *n.* 1. *& 2. lib.* 1 Teſſ. *in d. præf. n. 24. verſ. fortis etiam & ſub n. 27.* VVameſ. *conſ. 67. n. 1. conſ. 90 poſt princ. ſub n. 5. & nu 19. & conſ. 161. in princ.* vbi pulchrè demonſtrat quã ſit periculoſum, & ad gehennam facile ædificet, ſi quis tempore ferẽdę ſententiæ conſcius ſibi gratiæ, odij, vel ſordium fuerit ſicque male iudicãtem facere litem ſuam, & ad damnum inde acceptũ parti læſæ reſarciendum obligari. de quo & gloſſ. *in c. temerarium iudiciũ.* 1. *q.* 3. VVurmſer. pulchre declarando obſer. 2 *tit.* Dixi inferius *c. 29. verb. aut per imperit am,* & ad Damhoud. *in loc com par. tit. arbitrari male. ad fin* Et merito quidem negabat D. Ambroſius iudicẽ dici poſſe qui ad pronunciandum vllo odio, vlla libidine, vlla offenſione, vllãve leuitate moueretur, vti tradit & Zaſ. *ad l. 2 §. & cum placuiſſet,* ad verb. *ipſe ff de orig. iur.* Idemque Ambroſ. *offic. lib 2 cap. 25. ad fin.* ſed nec perſonam (inquit) alterius accipiamus, in iudicio gratia abſit, cauſam merita decernant, nihil ſic opinionem imò fidem grauat quàm ſi in iudicando potentiori dones cauſam inferioris, vel pauperem innocentem arguas, diuitem excuſes reum culpæ, pronum quippe eſt genus hominum fauere honoratioribus, ne læſos ſe putent, ne victi doleant. In eandemque ſententiam D. Hieronym. *in Orig. ſup. Amos,* quicunque (ait) conſanguinitate aut amicitia, vel econuerſo hoſtili odio, & inimicitiis in iudicando ducitur, peruertit iudicium Dei Chriſti qui eſt iuſtitia. Eiſque congruit, quod D. Gregor. relatus *in c. iudicare, 11, qu. 3.* iudicare (inquit) dignè de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequuntur. Et hoc illud eſt quod præclarè Epictetus Stoicus dicebat, neminem rectè aliis ius dicere, niſi qui iudex priùs ipſe in ſemet fuerit, id eſt, vt ego Stoicum exaudire ſoleo, qui ſepoſitis & calcatis omnibus illis affectibus, poſſit animum in ſola veritate defixum, ab omni perturbatione purum ac liberum, aſſumere. Etenim quod de amore dicebat Theocritus, pulchra ei videri quæ pulchra non ſunt, quod itidem Plutarch. quemcunque amantem hallucinari & cæcutire in eo quod amat; idem omnino in vniuerſum de toto huiuſmodi coniunctionum genere dicendum: prout quiſque affectus eſt, ita res ei alias atque alias videri, vnde & Cicer. *in oratione pro M. Marcell. verſus fin.* incorruptius eos iudicare dicebat, qui ſine amore, & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio, ſine inuidia iudicabunt. Et C. Cæſar, *in orat. ne apud Saluſt. in coniurat. Catil.* cenſebat omnes qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitia, ira atque miſericordia vacuos eſſe decere: haud facilè animum verum prouidere, vbi illa officiunt, neque quenquam omnium libidini, ſimul & vſui paruiſſe, &c.

i. *Quod debent.*) Sine diuino enim auxilio dubia explicari non poſſunt, vt probat Strach. *d. partic. vlt d. part. 6. princ. v't. num. 8.* addens poſt Iaſ. *conſ. 132. in princ. lib. 1.* quòd (ſecundum D. Ambr. *lib. 2. offic.*) Salomon ita ſapientiam à Deo popoſcit, vt daretur ſibi cor prudens audire, & iudicare cum iuſtitia. In quam ſententiam plura etiam Coraſ. *de iur in art. redict part. 1 cap. 4.*

k. *Pre oculis.*) Nam ſecundum Salomonem, qui timet Deum, vt eius voluntatem in recto iudicio faciat, omnes homines mundi contemnet. id quod iudicij iniuſtitia adminiſtranda, perneceſſarium eſſe docet latius Teſſ. *in d. præfat. nu. 27.* Et apud iudices hominum vel cauſarum affectionem ſepultam, ſed Dei & animæ affectionem ob oculos eſſe debere, tradit Rebuff. *conſtit reg. tom. 1 tract. de lit. ciuil. art. vn. gloſſ. 2. n 14 in fin.* ſubdens, ita demũ rectè iudicaturos.

l. *Cogitentq.*) Iudicis huiuſmodi officium, licèt ethnicus, pulchrè deſcribit Cicer. *in orat. pro A. Cluent.* his verbis; eſt enim ſapientis iudicis meminiſſe ſe hominem; cogitare tantum ſibi à populo R. eſſe permiſſum, quantum commiſſum, & creditum ſit; & non ſolum ſibi poteſtatem datam, verùm etiam fidem habitam eſſe meminiſſe; poſſe quem oderit abſoluere; quem non oderit condemnare; & ſemper, non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare; animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtionem verſetur, cum hæc ſunt videnda, tum verò illud eſt hominis magni, iudices, atque ſapientis, cum illam iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi quodcunque concupierit licere, ſed habere in concilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiam, metum, cupiditateſque omnes amouere; maximique æſtimare conſcientiam mẽtis ſuæ, quàm ab dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt: quæ ſi optimorum conſiliorum atque factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu & ſumma cum honeſtate viuemus.

* *Sed Dei.*) *Paral. pom. 2. libr. 2. cap 19.* refert Oſaſc. *dec. 79. num* 12. Brunor. à Sol. *in conſ. criminal. num.* 12.

m. *Reme-*

Digitized by Google

m. *Remetietur illis.*) Text. *in c. qualiter & quando, 17 de accuſat.* Baro. *à Tautéb. in §. is verò, ſub n. 1 tit. de milit vaſal.* qui contum eſt, *in vſib. feud.* Sic Bald. *in conſ. 311. ſub num. 2. lib. 1.* pulchrè monet, caueat tamen, inquiens, ne contra conſcientiam Princeps faciat, quia veniet tempus quando nauis eſt in portu quã dimittet onuſtam, & qua menſura metietur eadem remetietur, *vt C. de iud. l. rem non nouam,* nec confidet in potentia ſua ille qui Deum habet vltorem, &c. ſequitur Crauett. *de antiquit. temp. part. 1. ſection. 2 cui initium, non omitto, ſub n. 18. & conſil. 135. ſub num. 44.*

n. *Exemplum.*) Refert Valer. Max. *lib. 6. cap. 3. ad fin.* & poſt alios etiam Menoch. plura inſuper huiuſmodi exempla adducens, *libr. 2. de arbitr. iud. caſu, 342 num. 2. cum ſeqq. vbi num. 5. cum ſeqq. de pœnis per ſordes iudicantibus indictis latiſſ.* vt & præclarè Peck. *in d. c. in iudiciis, nu. 4.* vbi de omnibus his exactius.

CAPVT X.

De Partibus.

SVMMAE.

1 *Partes iudiciorum ſunt duæ*
- *Actor, qui accuſat*
- *Reus qui defendit.*

2 *Partes in iudiciis comparent aut*
- *Per ſe in propria perſona.*
- *Per procuratores, &c.*

3 *Qui in iudiciis cõparent, alij comparent.*
- *Suo proprio nomine, vt*
  - *Actor.*
  - *Reus.*
- *Alieno nomine, vt*
  - *Procurator.*
  - *Patronus.*
  - *Cauſidicus, &c.*
- *Nec ſuo, vel alieno nomine, vt*
  - *Aduocati.*
  - *Graphiarii*
  - *Oſtiarii.*
  - *Teſtes, &c.*
- *Ex officio Iuſtitiæ, ſ.i . . . ſ. us vocatus*
  - *Procurator.*
  - *Generalis.*
  - *Amannus.*
  - *Meierus.*
  - *Bailliuus, &c.*

4 *Fiſci in iudiciis, quid habeant officii, quidque ſpectent.*

1 PRæter Iudicem duas alias perſonas eſſe conuenit, quæ ſunt Actor (.) & Reus, vel accuſator & accuſatus, vel defenſor. Has perſonas Partes, vel collitigantes vocamus, quod altera accuſet aut petat, altera accuſetur, defendat.

2 Ambæ iſtæ perſonæ in iudicio comparere debent, aut per ſe, aut per alios, hoc eſt, in propria perſona, quãdo volũt, aut quãdo ſic citati ſunt (niſi de hoc interueniat appellatio) vt compareant per alias perſonas, quales ferè ſunt procuratores, patroni, pedani, negotiorum geſtores, propinqui, coniuncti, tutores, curatores, cauſidici, promiſſores, balliui, ſculteti, receptores, caſtellani, ſtatutorum magiſtri, ſanctæ ſpiritus magiſtri, & ſimiles.

3 Hic notandum eſt, quod perſonarum quæ in iudicium compareant, aliæ compareant ſuo proprio nomine, vt Actor & Reus, aliæ alieno nomine, vt procuratores, cum reliquis iam dictis. Aliæ nec ſuo, nec alieno nomine comparent, aut interueniunt, ſed tantum requiſiti ad lites & proceſſus inſtruendos, vt aduocati, graphiarij, (c) qui iudicis acta (c) conſcribunt, *cap. Quoniam contra falſam, ex ra. de probat.* teſtes, oſtiarij, & ſimiles. Et in omnibus iudiciis eſt vnus fiſcus, hoc eſt, vnus procurator Iuſtitiæ, (d) qui in conſilio Flandriæ appellatus eſt Procurator generalis, (e) quemadmodum etiam in magno cõſilio, in feudorum curiis, ac in Vierſchariis vocatur Bailliuus, Meierus, aut Amannus, cuius officiũ eſt vel Conſiliũ, vel Magiſtratum ad dignam vnicuiq; Iuſtitiã adminiſtrandã præmonere. In cauſis propriis, ſcilicet, ad Principis celſitudinẽ, mulctã, aut cognitionẽ concernentibus ſe actorem conſtituere, & Principis dignitatem, ius & commodum fortiter tueri, litigantium cauſas acutè rimari, & cognoſcere, an alteruter habeat, aut in proceſſu quicquam adferat quod ad Principem pertinere patabit, & tunc ſeſe cum eadem parte adiũgere: cum qua Principis partes & iura indefeſſe, & ſine ſimulatione defendet & tuebitur, niſi ipſe in mulctam incidere per ſuam negligentiam velit.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT X.

a. **A***Ctor.*) Quis dicatur actor, Dec. *conſ.* 587. *num.* 9. *in fin cum ſequ.* Blarer. poſt alios *in l. diffamari. cap.* 4. *num.* 2. *C. de ingen. m nu miſſ.* Roman. cum apoſt. *conſ.* 217. *n* 1. vbi *num.* 2. quis reus; Rebuff. *in l. habeo.* 19. *verſ. item ab agere, in l. iudicaſſe* 197. *verſ. ſequitur. in text. reum cum ſeqq. ff. de verb. ſignif.* Merul. teutonice declarando, *prax. Holl. libr.* 1. *tit.* 8. *cap.* 1. *nu.* 1. & *c.* 2. *num.* 1.

b. *Graphiarij.*) Secretarium vel graphiarium Galli appellant quem nos actuarium dicimus inquit Menoch *conſ.* 100. *numer.* 49 *in fin.* voluitque Rebuff. *ad l. Labeo.* 19. *verſ. inde actuarius, ff de verb. ſign.* Boer. *dec.* 221. *ſub numer.* 7. Officium autem notarij acta ſcribentis verſari præſertim in tribus docet elegãter Dec. *in c. Quoniam contra, num.* (*mihi*) 44. *cum ſeqq. de probat.* vbi *de his & aliis latiſſ.*

c. *Iudicis acta.*) Alex. *conſ.* 213. *ſub num* 5. *cum ſeq. libr.* 2. Dec. *in l. is apud quem, ſub numer* 4. *cum ſeq. C. de edend.* Mynſing. *conſ.* 18 *numer.* 22. Viu. ex S. C. exacte declarando *dec.* 48. *præſertim. num* 6. *cum ſeq.* vbi ex S. C. *nu. cum ſeq.* poſt Bald. *l. Teſtamenta.* ſub init. *C. de teſtam,* & *in l. repetita. ſub num.* 2. poſt Guil. de cun. *ibidem Cod de epiſc. cler.* Alex. *d. conſ.* 212. *ſub num.* 7. & *conſ.* 117. *num.* 17. *libr.* 2. Natt. *conſ.* 138 *numer.* 21. alioſque ſcripta per notarios actuarios, etiam de partium voluntate non tenere; amat. *dec.* 6. *num.* 24. Gratian. *dec.* 78. *numer.* 6. latiſſ. Boer. *dec.* 258. Nec poſſe eundem eſſe Iudicem ſimul & notarium, *Dec. in conſ.* 42. *ſub numer* 4. *per cap. quoniam contra* vbi idem Dec. *ſub num.* (*mihi*) 196. *de probat.* vt neque ſimul poſſe quem duo tenuere officia ſecularia voluit Benedict. *in c. Raynutius,* verb. *duas habens, num.* 63. *de teſtam. per l. quiſquis.* vbi Bart. *Cod. de cohort. libr.* 12. vbi tamen non ita generaliter hoc inuenitur. Sed neque iudicem etiam notarium, poſſe ſcribere acta ſua Alex. *conſ.* 157. *ſub n.* 2. *libr.* 2. Viu. *excom* & *S. C. dec.* 48. *num* 4. *cum ſeq.* limitando remiſſiue poſt Felin. *in d. cap. quoniam contra num* 54. alioſque, Guid. *dec.* 564 *tota.* vbi ſecus in his, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis Alex. *d. conſ.* 157. *n* 3. vbi *num.* 4. ſecus quoque ſi tale ſit negotium in quo de plano proceditur; vt & ſi ſit leuis ſeu modici præiudicij, late Alciat. *conſ.* 446. *numer.* 2. Guid. *e ſtylo, d. dec.* 544 *num.* 1 *in fin.*

d. *Proc. vrator iuſtitiæ*) Apud Romanos prætor conſilium iudicum cogebat, qui propterea iudex quæſtionis vocabatur; iudices autem præſente prætore, præſidenteque. ſententias ferebant tabulares non vocales, vti tradit Budæ, *ad l.* 2 *in ff de ſenator* vbi tabulares dicuntur quod eas iudices in tabulis ſcribentes in vrnam mittebant. Idemque latius *in l.* 1. § 1 *per illum tex. ff ad l Corn. de ſic. r.* vbi hunc prætorem vrbanum etiam quæſitorem appellatum declarat, eumque quæſitorem dici qui queſtionem habet, hoc eſt, inquirendum curat de crimine, deque iudicium exercendum. Qua de re etiam Cicer. *in Verre n, actione,* 1. *oration,* 5. *in narratione ipſa.* vbi Pædonius (ætati Ciceronis proximus, ad verb *quæſitor & ad fin. actionis oration.* 6. vbi tamen Manut. aliud eſſe iudicem quæſtionis, aliud quæſitorem eſſe, luculenter adductis differentiis commonſtrat: quæſitorem enim prætorem eſſe; iudicem autem quæſtionis prætorem non eſſe idemque Manut. ad Cic. *in orat. pro A. Cluent,* ad verb. *quod in legem non in affet;* hic locus (inquit oſtendit differre iudicem quæſtionis à pratore: prætor enim non iurat, vbi deinde tamen, ad verb. *iud cem qu ſtionis;* prætor igitur (ait) interdum vocabatur Iudex quæſtionis: interdum autem atque adeo ſæpiſſ. Iudex quæſtionis non eſt prætor. In quam ſententiam appoſitè Petr. Gregor. *de rep. l. b.* 4. *c* 5. *ſub n.* 13. Iudex quæſtionis (inquit) à Cicerone & Aſconio appellatur, princeps iudicum, qui fuiſſe iudicatur is, qui primus iudicum ſententiam ferret, qui erat homo priuatus, maximè impedito prætore in negotiis publicis, vt colligitur ex Cicerone in Bruto. hæc ille, Hallucinatus igitur videtur Budæ. dum prætorem abſolutè iudicem quæſtionis vocatum dicit neque enim (vt ego opinor) niſi cum ipſemet Iudicaret, iudex quæſtionis appellari vllo modo potuit, non autem cum iudices daret, regulariter vero non iudicabat, niſi in certis cauſis tantum fauore cauſæ & perſonarum, vt poſt Duaren. *animaduerſar. diſput. libr.* 1. *cap.* 53. *poſt princ. verſ. hoc amplius,* alioſque, demonſtrat late Menoch. *lib* 2. *de arbitrar. iud. quæſtion.* 2. *num.* 11. *cum ſeqq.* Hæc prolixius hic aſcribenda putaui, eò potiſſimum quod ſuperius au-

ctor,

Digitized by Google

ſtor, ad primi capitis calcem, ſcribat hanc conſuetudinem per totam Flandriam peculiariter obſeruatam, quod præter tres perſonas in iudiciis neceſſarias, in omnibus curijs Flandriæ oporteat adeſſe quartam, ſcilicet dominum monitorem aut requiſitorem, quum hoc non ſolum conſuetudinibus Flandriæ, aut etiam totius Belgicæ; ſed & iuris communis videatur; vt eſt etiam tex. (licet aliter intellectus) *in regula, ff. vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur*. Quo iure communi etiam, non monitorem aut requiſitorem, ſed potius quæſitorem dicimus, quem parricidij quæſtorem nominari quoque tradit Zaſ. *ad L. ij. §. & quia ff. de orig. iur.* De quo itidem Gregor. *d. cap. 5. ſub num 11.* propterea quæſtores (inquit) conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent, & appellabantur quæſtores parricidij, &c. cui congruit & Decian. *tractat. crim. libr. 9. cap. 14. num. 1.* eoſque parricidij quæſtores nunc ſcultetos dici docuit etiam Eraſm. *de conſcribend. epiſt.* quanquam ſcultetorum bailiuorum, maiorum aut amannorum huiuſmodi officium (vt opinor) generalius ſit ac pateat latius. Quod verò Marchant. *in commentar. Fland. libr. 1. cap. de bailiu.* dum tractat quibus modis & officijs, bailiui ſchultetique à ſcabinis differant, ſic ſcribit; ſcabines, bailiui dignitate & loco præeunt: vnde forſitan à cupidis amictus latini, prætores communiter appellantur: nulla ſimilitudine functionis: quum ſcabini potius Romanos prætores iuris dicendi condendique potentes eminus referre videantur: nugatorium planè videtur, nam vt ſuperius demonſtrauimus, regulariter prætor non iudicabat; magiſque eius officij qualitates ſcultetis huiuſmodi, quàm iudicibus conueniebant. ſed hæc alibi latiùs.

e. *Procurator generalis.*) Sic dictus quod omniũ rerum ad principis dignitatem & reip. vtilitatem pertinentium curam gerat, Fab. *de fin 49. ſub n. 7. li. 1. tit. 2. & lib. 2. tit. 13. deſin. 45.* in quibus cauſis poſſit aduocatus vel procurator generalis, cum ſenatoribus ſententiam dicere, qua de re & in ordin. ſenat. Brabant. *artic. 16* Cæterum duplex dicitur fiſcus ſcilicet vniuerſalis & particularis tamẽ apud nullũ eſt iuriſdictio; quia fiſcus dicitur cuſtos ſeu ſacriſta, & repoſitorium theſauri publici, habetque priuilegia. iudices, & procuratorem qui agit & conuenitur, vt poſt Bald. *in c. 1. §. ad hos. de pec. iur. firm. aut in c. 1 n. 10. de allod. in vſ. feud.* & Guid. *dec. 259. n. 2.* Marc *dec. 338. n. 16. cum ſeqq. lib. 1.* apud quem hac de re, & officio procuratoris cæſaris vel fiſci latiſſ. Ibidemque *dec. 339.* habere fiſcũ propriè ſpectare papę & Imp. & quibus præterea: Sed & quod fiſcus per ſe ſit quoddam corpus inanimatum, cõſenſum per ſe non habens, ſed ſimpliciter repræſentans Bald. *conſ. 363. numer. 2 libr. 1.* ſubdens paulò poſt, fiſcum dici quaſi fixum, quia ſemper ſit ſoluendo; ſemperque duret, Boër. *dec. 277 num 7.*

f. *Vierſcharis.*) Tribunalia noſtrati vocabulo *Vierſcharen*, hoc eſt quatriturbas nominarj: quia nimirum quatuor perſonarum illic vſus ſit, actoris, rei, iudicis, & bailiui, tradit Marchant. *in d. lib. 1. tit. de Bailiu poſt princ.* vbi itidem *in init. de etymo bey-liui. & ſchulteti* & paulo poſt *de Amm. & inibi cap. Lila poſt princ. de etymo maieris. De ſeneſchalli itidem etymo.* Forcat. *in necyom. dialog. 61. n. 1. cum ſeqq.*

CAPVT XI.

De Iuſtitia.

SVMMAE.

1 *Iuſtitia quid ſit.*
2 *Præcepta Iuſtitiæ quæ ſint.*
3 *Iuſtitia tribuit vnicuique dignitatem ſibi competentem.*
4 *Iuſtitia ad omnem virtutis gradum ſeſe profert.*
5 *Qui Iuris ordinem ſequitur, nulli iniuriam facit.*

Iuſtitia

Digitized by Google

1 IVſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, Ius ſuũ vnicuique tribuens, § 1. *Inſtitu. de iuſtit. & Iure.* vel Ciceroni Iuſtitia & virtus, quæ vnicuiq; quod ſuum eſt tribuit. (*a*)

2 Iuris enim ſiue iuſtitiæ præcepta ſunt, honeſtè, pieque viuere: neminem lædere: ſed vnicuiq; quod ſuum Ius eſt, amice tribuere. § *Iuris præcepta, inſtitu. eod. tit. de iuſti. & Iur.*

3 Tribuit enim iuſtitia vnicuique dignitatem ſibi competentem: ſcilicet Deo, (*b*) præceptorum, religioniſque obedientiam, parentibus debet reuerẽtiam & obedientiam, maioribus obſeruantiam & obſequium, paribus amicitiam & concordiam, minoribus virtutum exẽplar, & honeſtã diſciplinam ſibiipſi caſtimoniam & vitæ innocentiam, pauperibus & miſellis compaſſionem cum eleemoſynarum largitione, aut cum digno ſubſidio adiutricem.

4 Iuſtitia præterea ad omnes virtutes ſeſe extendit, nam aduerſa quæque æquanimiter tolerat, inopiam & calamitatem omnem moderatè ſuffert & diſſimulat, fortunæ affluentiam negligit, & in proſperitate rerum animos non effert. Patriam, ſociosque vt fratres amicè defendit, cunctaque ex zelo bono perficit, quia alienis bonis congaudet, malis verò alienis contriſtatur, non ſecus quàm de propriis, ideoque & ſubleuamen cunctis impendere ſtudet. Archidia. *in c. Vbi ſana fides. 24 qu. 1.* Sed quando Ius aut Iuſtitia æquo rigoroſior videtur, ſcilicet, in puniendis ſceleratorum delictis aut maleficijs, tunc omnium maximè vnicuique quod ſuum eſt miſericorditer (*c*) tribuit, ſcilicet, malis condignam pœnam, afflictis liberationem, & reliquis ſimilium maleficiorum patrandorum vtilem metum.

Quapropter qui Iuris ordinem in omnibus ſolemnitatibus clementer ſequitur; nulli iniuriam facit, quantumuis eius rigor ad ſenſum aliquando videatur rigoroſior. 5

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XI.

a. TRibuit.) Sic ferè ſimpliciùs Cicer. *de natura Deorum, li. 3.* definit iuſtitiam, verùm *lib. 2. de inuentione*, definit eſſe habitum animi, ſuam cuique tribuentem dignitatem communi vtilitate cõſeruata, ſic quoque *lib. 2. Rhet.* ſed *libr. 5. de fin.* ait, eſſe animi affectionem, ſuum cuique tribuentem, & hanc ſocietatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tuentem, & alibi aliter. Sed hanc partem iuris, *de iuſtit. & iur.* ſuis tractat. ſolidiſſ. pleniſſimeque executi ſunt præſtantiſſ. Theologi, & Jeſuitæ Dominic. Molin. & Lenſæ. de qua etiam Damhouder. *in ſextent ſelect. verb. iuſtitia, cum ſeq.*

b. *Deo.*) In commune autem quæ poſita pars eſt (inquit in par. Cicer) iuſtitia dicitur, eaque erga Deos religio, erga parentes pietas, vulgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur.

c. *Miſericorditer.*) Iudicem pœna delicti congrua punientẽ dici facere miſericordiã, tex. eſt *in cap. & qui mandat.* vbi not. Præpoſit *in princ. cum ſeq. 45. diſt. not.* & per illum tex. tradit Dec. *in tractat. crimin lib. 3. ca. 4. nu. 15 in fin.* quod qui bono zelo petit vindictam, vt caſtiget delinquentes, eleẽmoſynam facere dicitur. Eſt enim iuſtitia pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimentum genus, gaudium hominum, vti poſt Cyprian *li. de 12. abuſionibus*, ſcribit Chaſſen. ad conſuet. Burg. *tit. 1. de iuſtic. in princ. ſub num. 14.* dum ex concluſione Auguſtin. *de ciuitate Dei, lib. 7. c. 19.* aliorumque tradit, Rempublicam ſine iuſtitia regi non poſſe, cum per eam mali terreantur, & boni conſeruentur iuxta *l. capitalium, 28. § famoſos. ff. de pæn.* vt ille latiùs, iuſtitiæ turrim cum ſuis partibus deſcriptam declarando, poſt Guil. le Rouille, *in tract. copioſiore de iuſtit. & iniuſtit.*

CAPVT XII.

De Iure.

SVMMAE.

1 *Ius eſt triplex,* { *Diuinum.*
2 { *Naturale, id humanum vel gentium eſt.*
3 { *Ciuile* { *Scriptum, vel imperatorium vel vniuerſale.*
4 { { *Non ſcriptum, vel peculiare.*
5. *Variæ Iurium appellationes.*

Voca-

Digitized by Google

VOcabulum illud (Ius) generale eſt, capitque ſuam peculiarem intelligentiam & ſignificationem vel ab eo qui ius tale condidit, aut conſtituit, aut ab eo vnde defluxit, aut etiam ad quod reſpicit.

1 Sic Ius diuinum dicitur, quod eius author & lator ſit Deus.

2 Ius Naturale (a) eſt, quod ex inſtinctu, † & dictamine naturę conſtituitur. Ius ciuile eſt, quod ad ciuium concordiam, & ad Reip. tranquillitatem ſpectat. Hoc Ius ciuile eſt duplex, ſcilicet, Ius ſcriptum, & non ſcriptum. §. *Conſtat inſtitut. de Iur. nat gent. & ciuil.*

3 Ius ſcriptum propriè eſt illud ius, quod Romani olim, habiti in Iure dicendo ſapientiſſimi, (b) conſcripſerunt, & ad Remp. gubernandam conſtituerunt, à quibus adhuc per excellentiam nomen (Ius Romanum, Imperatorium, aut Cæſareum) obtinuit: adeo vt de nullo alio Iure nos loqui exiſtimandum ſit, cum de Iure ſcripto loquimur, quàm de Romano (c) §. *Ius autem Ciuile* & §. *ſcriptum autem Ius*, & §. *ſeq. inſtitut. de Iur. nat gen. & ciuili.* Ideoque illud Ius ſcriptum ſiue Imperatorium, vbi omne [illegible] [illegible] primo apud Romanos, & nationes [illegible] Romanorum imperio ſubiectis, proprium & peculiare fuerat, [illegible] tamen ob ipſius excellentiam, æquitatem & vtilitatem etiam aliæ nationes [illegible] Ius amplexæ ſunt: vnde & commune Ius ſiue Ius ſcriptum vniuerſale nõ immeritò dicitur, tametſi ex cauſis aliquando cum interpretatione debita limitetur.

4 Iura non ſcripta, ſunt certa & peculiaria priuilegia, ſtatuta, ordinationes, (e) conſuetudines (f) & vſus quibus vtimur, ſinguli in vnaquaque ciuitate aut prouincia, ſecundum eiuſdem loci aut nationis naturam, neceſſitatem, & requirentiam. §. *Ex nõ ſcripto inſtitut. de Iur. nat gent & ciuil.*

5 Ex his autem iuribus tum ſcriptis, tum non ſcriptis, emanãt aliæ quoque iurium appellationes, quibus alia dicuntur iura communia, publica, priuata, in re, ad rem, ad poſſeſſorium, ad petitorium, & ſimiles aliæ plures, quas in ſubiectis capitibus apertè monſtrabimus.

ANNOTATIONES NIC. THVI. DÆNI IN CAPVT XII.

a. IVS *naturale.*) Tripartitum tamen inuenitur primum, commune hominicum brutis, quod eiuſmodi eſt, vt neque æquum per ſe neque iniquũ ſit, ſed inſtinctus quidam naturæ, præcipue ad aliquid procliues nos faciens; ex quo deſcẽdit maris & fœminæ coniugatio, quam matrimonium appellamus, liberorum procreatio & educatio *l. 1. §. ius naturale. ff. de inſtit. & iur.* Secundum ius naturalẽ, commune homini cum homine, ideoque ius gentium appellatum, quod cum ipſo genere humano natura rerum prodidit, §. *ſingulorum inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. ff. de acquir. rer. dom.* vbi ratione naturali inter omnes homines peræque obſeruari; ex quo omnes pene contractus, ſeruitutes & bella introducta ſunt, §. *ius autem gentium. inſtit. de iur. na. gent. & ciuil. & l. ex hoc iure. 5. ff. de inſtit. & iur.* Tertiũ ius naturale, commune homini cũ Deo, quod æquum & bonum appellatur *in l ius pluribus ff de inſtit. & iur.* atque etiam ratio, *in leg cum ratio ff. de bon. damn.* quæ non differt à lege euangelica ſi ſacramenta excipias, *c. ius naturale eſt §. 1. vbi gl 6. d. & not.* ex quo iure illud eſt, non facias alijs quod fieri tibi nolis, *c. 1. diſt. 1.* vbi Præpoſit. *ſub. n. 1.* poſt alios exponit ius naturale pro diuino. ibidemque de his latiſſ. vt & apud Muſant. *de ord iud part 3 n. 1. cum ſeqq.* Petr. Gregor *de rep. lib. 1. cap. 3. n. 11. 14. & ſeqq.* appoſitiſſ. Forcatul. *in necyomant. dial. g 37.* Connan. *comment. lib. 1. cap. 4. n 4. cum ſeqq. & cap. 5 cum ſeq.* Decian. *tract. crim. lib. 2. cap. 6. toto. & cap 8. præſertim. ſub n. 2.* vbi hanc diuiſionem dicit eſſe Heſiodori, quem Forcat *in d. dial. 37.* introducit. ibidemque cap. 10 *nu. 6. & ſeqq.* de iure diuino de quo & Coraſ. *de iur. in art. red. part 2 cap. 1.* vbi & *cap. 11 cum ſeqq.* de alijs ibidem huc pertinentibus. & Miſcell *lib 6. cap. 7 vlt.*

†. *Inſtinctu.*) Deus enim occultas proprietates & inſtinctus brutis largiendo, docet, quomodo ſpeciem ſuam ſingula, & vitam ſuam tueantur, vt ex ſententia Bald. *in l. in* [illegible] *in 2 l.* [illegible] *de inſt. & iur.* tradit Decian. *in tract. crim. lib. 2. c. 6. n. 3. in fin.* vbi *n. 4* quod ius & legem hanc naturalem, hoc habere commune bruta cum hominibus, quod ei norunt obedire, & illam exequi ſicut & homines (vt diximus etiam in 1. iure naturali)

b. *Sapientiſſimi.*) Cic. *de orat. lib. 1.* Percipietis (inquit) etiam [illegible] ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem, quòd quantum præſtiterint noſtri maiores prudentia [illegible], cum facillime intelligetis, ſi cum [illegible] Lycurgo, & Dracone & Solone noſtras leges conferre volueritis: [illegible] bile eſt enim quam ſit omne ius ciuile præter hoc noſtrum inconditum ac pene ridiculum. [illegible] De Draconis autem & Solonis legibus [illegible] ſcrit Balduin. *ad §. ſed ius quidem* [illegible] *ſi quis inſtitut de iur. gent. nat. & ciuil.* & ex [illegible] Decian. *tract. crim. d. lib. 2 cap. 24 num. 2 cum ſeqq.*

c. *Quam de Romano.*) Ius Romanum [illegible] commune ius Francos appellare & [illegible] abſolute ius, vel ius ciuile quod eo iure [illegible]

Praxis ciuil.

[illegible]

a [illegible] 3 [illegible] *c[illegible] m[illegible] 14.* [illegible] appellatione [illegible] Romanorum [illegible] 32 [illegible] n.1 & 4. [illegible] & apud Couuar. *d.* [illegible] *cap. 7*

d. [illegible]) Imo totus pœne [illegible] (ceterum non fere Christianus) hoc ius [illegible] non est sed gra[illegible] & [illegible] imperium [illegible] Romanorum [illegible] legibus, propter earum æquitatem, [illegible] Gothi, [illegible] &

[illegible]

e. [illegible], & [illegible] [illegible] *1 lo[illegible]*

[illegible] re nouell. [illegible] S.C. [illegible] *1 solo.*

Capvt XIII.

De ſuo Iure quærendo per Iuſtitiam.

S V M M AE.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible] *enunciat.*
4 [illegible]
5 [illegible] *damnant.*

1 Q[illegible] paſ[illegible] [illegible] ſalad [illegible] aut [illegible] vindicatu[illegible]

2 Quo [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

[illegible] ſcilicet, alterum condemnando, & [illegible] reſtituendo, debite que cauendo, æquam [illegible] adminiſtrare.

Nec eſt quod hic mihi quiſpiam [illegible] ſtum præcepiſſe, vt [illegible] quis in [illegible] percuſſerit, præberes illi & alteram, [illegible] nos orare, Dimitte nobis debita noſtra [illegible] & nos remittimus debitoribus noſtris [illegible] [illegible] iniuriis nos o[illegible] committere, quod [illegible] Cum illud [illegible] ſed aut conſi[illegible] dictum, [illegible] virtutum prælucea[illegible] [illegible] idem ab improbis [illegible] ſed potius alte[illegible] fid[illegible] nego[illegible] odium, aut ad [illegible] committerēt. Vo[illegible] Apoſtolos, ad omnem [illegible] ferendam, præ armis [illegible] conſci[illegible] ferent [illegible] de [illegible] ferendo [illegible] 5

ab[illegible]

obfirmarent, memores quoque illius, quod dixerat: Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtratum. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur, ſed in patientia veſtra, poſſidebitis animas veſtras, & beati eritis cùm oderint vos homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos (mentientes) propter nomen meum, gaudete, & exultate in illa hora. Ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cælis. Si enim ob perſecutionem fidei didiciſſent vindictis, aut proceſſibus reniti, quæ beatitudinis merces illis repellantibus fuiſſet propoſita? Sed in negotiis, & iniurijs rerum ciuilium nuſquam prohibuit iuſtitiæ implorationem: alioqui fruſtra dixiſſet Diuus Paulus. Omnis poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Quod autem dicit: Sicut & nos remittimus debitoribus noſtris, de quotidianis offenſis loquitur, quorum cauſa non vult nos ſimultates gerere, ſed omnem offenſam ſtatim in animo remittere, & ad reconciliationem fraternam ſtatim redire, ſic tamen vt ablata, ſtacta, damnaque illata à lædente, iudicio bonorum virorum ipſi debitè reſtituant, & compenſent, (ſin id nolint) ſeruato charitatis ordine) eum per iuſtitiam compellant. In capitalibus verò pœnam luant ad terrorem aliorum, ne maleficorum exemplo, ſimilia audeant. Sed de his obiter plus ſatis. Quanquam autem paulo antè dixerimus nulli fas eſſe alios lædere, punire, aut condemnare, ſciendum tamen eſt aliquos eſſe peculiares caſus, in quibus grauatus ſibimetipſi Ius dicere poteſt, ſine authoritate Iudicis, aut iuſtitiæ, ſicuti proximo capite explicabimus.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XIII.

a. Vindictam tex. in *l. nullus. 13. C. deinde. & calit. & l. ltotes, 9. c. ſolut. matr.* Bald. copioſe limitando, *in c. 1. §. 1. in princ. de pac. iuram. firm.* & latè *conſ. 323. ſub n. 11. lib. 2.* Alex. *conſ. 135. ſub n. 1. lib. 5.* Dec. *conſ. 400 n. 5. ad fin. & in Reg. non eſt. 136. ff. de reg. iur.* Maræ. dicēs huius rei neceſſitate inventum iudicium, *de ord. iud. part. 3 n. 136.* Schēc. *ad §. ſi verò ſub n. 3. de milit. vaſall. qui contum. eſt in vſ. feud.* Mynſing. *conſ. 83. n. 12. cum ſeqq.* Meychſner. *dec. 27 ſub. n. 26. part. 4.* Petr. Gregor. *de rep. lib. 4. cap. 5 n. 49.* Merul. *prax. Holl. di. 1. tit. 8. n. 3.* Hartman. *tit. 1. obſer. 1. poſt princ.* vbi dicentem ſibi ius propria auctoritate per violentiam. perdere ius ſuum ſi quod habuit, *per l. ſi quis in tantam. c. vnd. vi, cū ſimul.*

b. *Poteſtas.* Bonifac. de Vital. *in tract. malef. rubr. quis ali poſſ. ſ. n. 1.* Hartman. *d. obſ. 1. in princ.* vbi tales maximque ad hęc deputatos *iuxta c. ſi quis poteſtatem 23. q. 4. & q. 5. c. de occide. riti cum ſeq. & c. non fruſtrà. c. regum officium & c. ſi homicidium. l. illicitas. §. qui vniuerſas & l. congruit ff. de offic. præſid.* Diſſerit que in eam rem pulchrè, extendendo & reſtringendo Rob. Aurel. *ſentent. iur. lib. 3 cap. poſt princ.*

c. *Quodq; iuſtitia.*) Grammat. *dec. 47. ſub num. 9.* Vinc. de franc. *dec. 206. nu. 18. in fin.* Tiraq. *de poen. temp. in præfat. num. 1 cum ſeqq.* Gribald *in crimin. reg. 59.* Clar. *in prax. crimin. quæſtion. 85 ſub num. 10 verſ. caueat tamen & quæſtion. 98. numer. 4.* Vin. *tom. opin. lib 1.* verb. *index vbicunque in princ.* Vaſq. *illuſtr. controuerſ. cap. 15 numer. 31. verſ. 2. concluſio & numer. 12.* Amat. *dec. 103 numer. 9. cum ſeqq.* Fab. *c. lib. 1. tit. 2. defin. 63. numer. 8. & 13.* Traditque Meichſner. *dec. 14. numer. 136 part. 3.* iuſtitiam magis eſſe dominam rerum noſtrarum quàm hominem, & voluntatem etiam principis.

d. *Et alteram.*) Huic, ac ſimilibus è ſacra pagina obiectionibus, ſatisfacit etiam abundè Cantiunc. in oratione ſua apologetica in patrocinium iuris ciuil. præſertim in verſ. *ſed eſt & aliud iniu n tum.* & latè quoque hac de re Molin. *in 4. lect.* Dolan. *leg. ex parte num. 12. cum ſeqq. ff. famil. hercif.*

CAPVT XIV.

De ſibimetipſi ius dicendo, aut faciendo.

SVMMAE.

1 *Sunt caſus in quibus quiſque tanquam proprius Iudex l[illegible]dentem punire poteſt.*
2 *Creditor poteſt debitorem fug[illegible] apprehendere, & carcere iudiciali tradere.*
3 *Creditor poteſt debitori fug[illegible] importata eripere.*
4 *Spoliatus poteſt ſpoliatorem incontinenter reſpoliare.*
5 *Spoliatus non poteſt poſt longum tempus ſpoliatorem reſpoliare.*
6 *Spoliatus non poteſt repellere [illegible] aequali repulſione.*
7 *Q[illegible] iure poteſt.*
8 *Prop[illegible] poteſt [illegible] commiſſum eſt.*
9 *Dominus Villae [illegible]*
10 *Procurator*
11 *Receptor*
12 *Tutor, &c.* } *ſibi retinere poſſunt ſalaria, & expenſas.*
13 *Reſ[illegible]*
14 *Furem [illegible] apprehendere [illegible] non occidere.*
15 *[illegible] poſſum.*
16 *[illegible] non ſic[illegible]*
17 *E[illegible] ſi quod [illegible]*
18 *Iuſtitia [illegible] qui ſe permittitur.*
19 *[illegible] & in fauorem [illegible]*
20 *[illegible] poſſunt.*
21 *Authorem incendij [illegible] calore inſequi poſſum.*
22 *[illegible] occidere poſſum.*
23 *[illegible] poſſunt.*

1 Pluribus [illegible] dixi, eſſe quoſdam caſus [illegible] offendentem [illegible], & citra iudicis humani [illegible] ſupplicium extemporaneum ſumere, ipſum apprehendere, aut in carcerem conijcere, [illegible] quod [illegible] in ordine redegimus.

2 Primò, omnis creditor [illegible] propria manu ſuum debitorem [illegible], aut apparentem (*d*) praeparat [illegible] qua ſuum creditorem [illegible] fraudare) capere, & apprehendere, [illegible] tradendum dicen, aut ſaltem [illegible] Bart. & [illegible] ex [illegible] au[illegible] in [illegible] crimina[illegible] Praxi [illegible] *c. 15. de [illegible]* [illegible] *l. Aſſ[illegible]*, & bi [illegible]

Quod [illegible] non tantum [illegible] etiam [illegible] & [illegible] *ſi. & fine.* Item, [illegible] fugiens, ſine iudice capi poteſt *l. [illegible] coar. & in l. Generali. C. de [illegible] lib. 10.*

4 Spoliatus quoque poteſt Spoliatorem ſuum è veſtigio, & continenter (ſi cum moderamine [illegible]) rurſum deijcere, (*f*) ſpoliare, & ab ipſo ſpoliata eripere (quod in tali caſu, iure naturali, ſiue iure gentium ſemper vim v[illegible] repellere licet, *[illegible] l. ut vim. ff. de iuſtitia & iure [illegible] & vi armata [illegible] c. Signif[illegible] de [illegible] 1. de ſent. excom[illegible] diſt. 1.*

5 Non [illegible] incontinenter [illegible] ſi repul[illegible] reſpoliatio fiere nō incontinenter (*g*) ſed poſt longum temporis interuallum, & ſpacium, ea [illegible] non vacaret, *vt l. idem iſt. §. Eum igitur. ff. de vi & vi armata.* Dicitur (*h*) autem ea reſpoliatio fieri incontinenter, quando fit ſtatim poſt perpetratum crimen, & flagranti adhuc animo, hoc eſt, quandiu ob ſpoliationem factam adhuc feruens, & furioſus animus durat, & non diuertit ſe ad alia extranea negotia, vel ad alios actus, qui [illegible] refrixiſſet & ſedatus fuiſſet, *vt §. [illegible]*, tunc enim ipſe vt recens ſpoliator [illegible], non vt repetitor, aut in ſpolij [illegible] ſui defenſi[illegible]

Ideoque

Ideoque debet hæc reſpoliatio etiam fieri defenſionis, non offenſionis, vel vlciſcendi gratia, vt §. penult. in l. Scientiam præallegat.

6 Tertiò, debet prædicta reſpoliatio fieri cum moderamine (k) inculpatæ tutelæ, ſcilicet, cum æquali repulſione, *l. Prima, C. Vnde vi, & c. Vt fama, §. vlt. de ſenten. exc. mu. uni. at.*

7 Item, Qui inuenit ſuam poſſeſſionem vacuam, aut vacantem, is etiam poteſt eandem propria authoritate ingredi, ſeſe in priſtinam poſſeſſionem optimo iure conſtituere & aſſerere, *l. Prim. 1, in princip. ff. Quorum legato l. Si quis ex hoc. ff. de contrahend. emptio & vendit. & cap. 1. extrau. de ordin. cognit.*

8 Præterea ſi inter partes contractus ſic habitus & celebratus ſit, aut inter eos ita pacto cõuentum ſit, vt res authoritate propria ab alterutro prius pœnitente recipiatur, tunc prius pœnitens abſque Iudicis authoritate eandem rem acceptare poteſt, & ingredi in eam poſſeſſionem, ſua propria authoritate (m) poteſt, *l. pignoris, C. de pignorat. actione, l. Tertia, C. de digno. & dicta, l. Si quis ex hoc ff. de contrahend. emption.*

9 Dominus quoque poteſt ſua propria authoritate eiicere colonum, aut villicum ſuum, penſionem conductionis iuxta contractum ſtatuto tempore nõ ſoluentem. (n) *l. 3. C. locat. & l. 2. C. de Iure emphiteotico, l. Qu. ero. § Inter locatorem ff. locat. & c. penult. & final. extra. de loca. & condic.*

10 Procurator & negociorum patroni, poſſunt propria authoritate vti retentione expẽſarum, (o) quas fecerunt, *l. Qui omnia, §. Finali, ff. de procuratorib. & l. Debitor, ff. de neg. ge. geſt.*

11 Idem quoque poſſunt etiam receptores, & tales ſimiles perſonæ, ſcilicet, retinere id quod ipſis debitum eſt, pro ſalario ſiue ſtipendio: quando id de eorum mandato conſtitutum fuiſſe manifeſtè conſtat. (p)

12 Item, Ratio officij, miniſterij, tutelæ vel curæ, quam quis adminiſtrauit, poteſt tutor vel curator ſibi ius dicere & facere in retinendo, aut retineri faciendo id, quod expendit aut expoſuit in pupilli vel adulti tutelam vel curam, modò id ipſum etiam conſtet, *l. Quotiens, §. Sicut, ff. de adminiſtra. tuto. l. fiſtulas, §. 1. ff. de contrahend. emptio & l. Creditorẽ, C. Qui dati tu. o vel cura. poſſ.*

13 Poteſt aliquis clàm, aut apertè reſumari (q) id quod ſibi prius furatum fuerat; dummodò ad id vi aut violentia non vtatur.

14 Fur item nocturnus poteſt à quolibet capi & apprehendi, potiſſimum quãdo ipſum reperit in ædibus ſuis: non tamen ab eo occidi, niſi id defenſionis (r) cauſa fieri eſſet neceſſum, *l. Itaque, ff. ad l. Aquil. cap. Si perfodiens & cap. Suſcepimus, extra, de homicid.*

15 Si quis citra ſeruitutem domus meæ, per eãdem domum meam, aut fundum meum (ſ) protraxerit, aut cloacam, aut aliquem aquæductum, poſſum propria authoritate illud interdicere, prohibere, & amouere, (t) *l. Quemadmodum, §. 1. ibi aliud eſt dicendum, ff. ad l. Aquil.*

Pecora quoque aliorum, quæ reperio in mea ſegete, aut pratis, in meis ſyluis aut fructibus, damnũ mihi inferentia, poſſum illa authoritate propria capere ac tenere; (u) donec ipſi Domino contra quem agere poſſum, & ad quem dicta pecora ſpectant, inſinuauerim, ſignificauerim, atque proteſtatus fuerim coram ipſo, ac teſtibus me damna paſſa ſuper ipſum recuperaturũ: ſed non poſſum ea mihi retinere in pignus, aut loco pignoris, aut iure retentionis; donec mihi ab illo ſatisfactum ſit, Id enim ſi quis faceret, is quoque furti ſpeciem committeret, & damnum damno, furtumque furto cõpenſaret, quod non eſt licitum, *l. Quemuis, ff. ad l. Aquil.* Et optime Bart. *in l. Ratis. ff. ad incend. rui. & naufrag.* Vide etiam Ioan. Fab. *in principio inſtitut. Si quadru. pauper. feciſ. dicatur.* Item Bartol. *in l. b. c. Amplius, § de his. ff. de dam. o infe.* qui tenet hanc opinionem tanquã communiorẽ & veriorẽ. Similiter vide & Abb. *in c. Si laſerit, de iniur. in antiquis,* & Speculatorem ante Bart. *in tract. de Actore* (x) 16

Præterea ſi emptor quiſpiã vinorum, à venditore debitè fuiſſet præmonitus, vt ſuo & conſtituto die, vina empta recepturus veniret, & cõpareret, iſque ita ad hoc præmonitus non veniret ad recipiendam traditionem vinorum, per ipſum emptorum; eo caſu vẽditor poſſet eadem vina relinquere periculo & damno emptoris. Et ratio eſt: quia in omnibus emptionibus, in quibus traditio fieri debet, ſi ipſe emptor fuiſſet præmonitus, aut (vt loquuntur) ſummatus fuiſſet ad accipiendã rem emptam conſtituto die, iſque emptor eam denunciationem negligens, conſtituto die ad rei traditionẽ acceptandã non compareret, tunc omne periculum talium bonorũ, ſi quod accideret, & omne damnũ, ſiue vinorum venditorũ, ſiue aliarum rerum; ex tẽpore relinqueretur ipſius emptoris negligẽtiæ, qui præmonitus non venit, nec pericula dãni inhibuit, *l. 1. §. licet. ff. de pericul. & cõmod. rei vend.* Sic quoque ſi venditor vini emptori ad metiendum, (z) & ad idem vinum tollendum, certum diem præſtitiſſet, & poſteà eidem emptori denunciaſſet, vt vinũ veniret ſtatuto die menſuratum, idq; tolleret: ſi id emptor curare neglexerit, & cõtingeret poſtea, vt ruptis doliis, aut alio caſu vinum effflueret, aut furto dolia auferentur; tunc omne id damnũ aſſcribendũ eſt emptoris periculo, quod hoc periculũ præmonitus non vitauit *d. l. 1. §. licet.* Vetus verbum eſt & verum: Quod vbi Iuſtitia ceſſat, ibi vnuſquiſque ſibi ius facit & dicit. 17

Pariformiter fieri licet, quãdo aliquis nequit Iudicem competentem habere aut reperire, *l. Si qui i* 18

poſſeſſor. ff. de petit. hæred. & l. Generali C. de decurionibus lib. 10. Vel quando Magiſtratus copiam habere non poteſt, & ita in defectum (*a*) Iudicis, licet alicui facere ſe Iudicem, vt notatur *in l. nullus C. de Iudæis.*

19 Permittitur etiam alicui ſibi ius dicere in odium ſui, & in fauorem inuidi, id eſt, eius contra quẽ vult ſibi ius dicere *l. Si quid poſſeſſor. § Sed & ſi ipſi ff. de petitio. hæred.*

20 Si ad domum meam eſſet aut immineret ingens incendium, poſſum authoritate propria ardentem domum vicini mei, vel proximam huic demoliri & deijcere, vt meam domum ab imminenti certoque periculo liberem & defendam. *l. Si quis. §. Quod dicitur. ff Ad l. Iul. de vi public. & priua. Ad hoc facit l. Si quis fumo § 1. ff Ad l. Aquil. l. Qui autẽ §. Quod ait prætor. ff. de incend. rui. & naufrag* In hóc tamen caſu dicunt quidam, (*b*) quod reliqui vicini debeant ad tale damnum demolitæ domus reſarciendum contribuere, quod vicinorum omnium referat talis domus demolitio, ob id, quod ſine ea omnes viciniæ fuerant in periculo. argumento *l. Si alius. §. eſt & alia ff. Quod vi aut clam. & l. ædificio C. de operibus publ. & per vniuerſum titu. ff. ad l. Rhod. iact.* Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, nempe, ſi illa domus vicina eſſet incenſa, aut incendio proxima, aut certè iam iamque arſura: niſi prius demoliatur. In hoc enim ſolo caſu domus vicini poteſt impunè deſtrui, ſcilicet, timore ignis, ſi ignis eo vſque aut perueniret, aut eo peruenturus iam certò noſcatur. Si enim aliquis deſtrueret domum vicini ſui illibatam, nullo ſtramine tectam, & ab ignis periculo apparenter tutam; ad damni reparationem teneretur, *notabili l. Si alius. §. Eſt & alia, ff. Quod vi aut clam.*

21 Si præterea domus mea incendio flagraret, culpa & negligentia vicini mei, ipſumque, iracundiæ furoribus percitus, in eundem ignem conijcerem, ex cuius domo incendium ſua negligentia proceſſit; ab illo facto profecto viderer excuſandus. Nam in omnibus offenſionibus, in quibus ſanguis multum turbatur, offenſus, ſi quid mali ex calore bulliente patrauerit, certè excuſandus à vindicta videtur; ſi quidem id ipſe ea de cauſa ſtatim & in calore efficiat. *l. 2 §. Quod ait prætor ff. de incẽd. ruin. naufra. cum ſimil. bus iuribus.*

Si maritus quiſpiam vxorem haberet parum tutæ caſtitatis, quam mœchus aliquis ad peccandum cum eo improbè ſollicitaret, idque maritus perſentiſceret, & ex certa ſuſpicione, certisque indicijs cognoſceret; debet ad talem ſollicitatorem per ſe aut per alios denũciare, vt à ſuſpitioſo vxoris colloquio abſtineat. Quod ſi is mœchus non obtempere, & idem maritus poſt tres denunciationes eidem publicè factas, eundem mœchum vel in domo ſua, vel vſpiam in popina cum vxore ſua coëuntẽ comperiat, aut eandem carnaliter cognoſcentem, vel inhoneſtius vxorem ſuam tractantem, ipſiusque caſtitati illudere volentem videat: poteſt is maritus, ob tam indignum viſum flagitium, in ipſo furore (*c*) talem mœchum (ſi quidem per oportunitatem, vel commoditatem id poterit) interficere. Cœterum ſi is mœchus tunc effugiſſet, non poteſt poſt duos aut tres dies, nempe, poſt ſedatum furorem is maritus mœchum iterum quærere, lædere, aut interficere, alioqui ipſe maritus talis facti reus haberetur, quod ſedato aliquandiu furore propriã quæreret vindictam, quæ poſt tantum temporis interuallum ſolius erat Iuſtitiæ, ad quam ſuam iniuriam eo tempore deferre potuiſſet. 22

Pari quoque ratione dicendum eſt, ſi poſt ſedatum furorem, nempe, ſi poſt aliquot dies elapſos, rurſum dictus maritus conſpiciat eundem mœchum, nõ quidem vxorem carnaliter cognoſcentẽ, ſed tantùm cum ea colloquentem, non poteſt ob tale colloquium (licet ſuſpectum) cum mœchum occidere, ſed tantùm poteſt eundem apprehendere (*d*) in carcerem iudicialem conijcere, & cum Iuſtitiæ ordine de iniurijs illatis contra eum procedere. *in Auten. vt licet, matri. & auiæ. § His quoque. & §. ſeq. collat. 9. & l. Patri & l. Quod ait lex, & l. Marito. ff. Ad l. Iul. de Adulter. & ſtupris.* 23

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XIV.

a. QVoſdam caſus) *Text. eſt in tit. C. quand. lic. vnicuiq. ſin. iud. ſe vindic.* vbi nocturnus populator agrorum, latro vias obſidens, & qui ad hoſtes ſe conferr, poteſt propria cuiuſque auctoritate capi, & ſi ſe defendat occidi. eſt autem populator agrorum qui ſternit, vel rapit ſegetes, vt docet Sichard. aliud ſtatuens in populatore diurno, *ad l. 1. ſub nu. n. 1. & 4. & tit. quand. lic. vnic. ſin. iud. ſe vind.* vel dicitur qui agros nocte deſtruit, comburit, aut vaſtat. vt poſt Oldrad. *conſ 154. ſub. num 2.* tradit Rebuff. addens hos etiam licere priuatis occidere, quia in detrimentum nõ cedat reipub. *tom. 2 conſtit. reg tract de immunit. eccleſ. art. 1 gl. 1. nu. 15* vbi poſt doct. in *c. inter alia. de immunit. eccleſ.* dicitur quoque, qui noctu ſegetes corrumpit, & ibi ſe abſcondit.

b. *Indi-*

b. *Iudicium dicere*) Pro cauſa vtilitatis publicæ vbi mora eſſet periculũ allatura, licitum eſſe leges transgredi, *per l. de pupi lo. § ſi quis riuos*. vbi poſt alias Iaſ. *in princ. ff de oper. n. n. nunc.* & receditur à regulis iuris, vt ait idem Iaſ. in *l. 1. ſub n. 71 ff. de offic eius cui mand. eſt iuriſd. & in l. ij. n. 15 in fin. ff de iuriſd.* Fachinæ, *contro. erſ lib. 8. cap. 48. verſic. ſed cum nulla in fin.* Imò tali caſu quando periculũ eſt in mora, licitum eſſe non habenti iuriſdictioné punire vſque ad vltimum vitæ ſupplicium, poſt Iaſ. & alios in *d. l. 1. n. 70 in fin. cum ſeq.* Crauett. *conſ. 319. ſub num. 21. verſ ſed pro cauſa vtilitatis.* quem ſequitur Decian. notandum dicens *in tract. cri n. l. 4. cap. 56. verſ. nota tamen. & cap. 59.*

c. *Debitorem*) Etiam clericum fugientem, quãdo periculum eſt in mora, vt ſcilicet eum præſentet ſuo iudici, *Bald. in c dilectis, verſ. in fin. de appell* Iaſ. *in d. l. de pupillo. §. ſi quis riuos n. 2. ff. de oper. no nũc.* & in *l. quecunque. ſub. n. 71. de off eius cui mand. eſt iuriſd.* Dec. poſt alios, ex com. *in c. cũ non ab homine n.* (mihi) 48. *de iudic.* idemque Dec. (huc ſe referendo) *in l. ij. n. 18. ff de iuriſd. om. iud.* vbi Iaſ. *nu. 17 ad fin.* & voluit Alex. *conſ. 205 n. 8. lib 6.*

d. *Aut apparentẽ*) Rebuf. in præfat *tract. de citat. n 81. tom 3. cõſti u tione, rer.* Marc. *dec. 448 n. 2 li 1.* Mara. de ord *iud. tit. de citat n. 59 cum ſeqq.* Nat. *cõſ. 430 n. 5.* Gom. *ad § 1. n. 59. inſt. de actio.* poſt Iaſ. Ib. *n 72 cum ſeqq.* vbi *n. 82 cum ſeq* qomodo ſuſpectus cenſeatur, Marſil *ſing. 43. & 243.* Arno. cautel. 50. *Capr. com. opin. lit d. n. 1. cum ſeq.* Dec. *conſ. 75 toto.* Pariſ *conſ. 99. nu. 3 cum ſeqq. conſ. 101. toto. & conſ. 107 n. 54. cum ſeqq lib. 3.* Natt. *conſ 29. n 10. cũ ſeq. conſ. 32. n. 1. cum ſeqq d. conſ 430. nu 4. & conſ. 646. toto.* Burſat. *conſ. 241 toto.* Menoch. de arbitr. iud q. *li. 2. cent. 1 caſu 87.* Gail *li. 2. obſer. 44. tota.* Maſc. de probat. *l. b. 2. conc 823. tõnu 29. ad rem* Dicemus ſigillatim latiùs 1 *cap. 64. ad verb. ſuſpecta & ſeqq.*

e. *Virginis ho as.*) Dixi infra *cap. 51. ad verb. captiuauit adul erum* poſt princ.

f. *Rurſum deiecere.*) Guid. *dec. 356. verſ. tertius quia* Boër. *dec. 238 n. 5. verſ. 1. falſis.* Menoch. *lib 6. praeſ. 69. n 25. cum ſeq.* & de adipiſ. poſſeſſ *quæſt. 12 rem 5. n. 12.* Coruazz. *dec. 153. nu. 3.* Viu. dec. 505. *n. 14.* (vbi incontinẽti recuperantẽ dici cõtinuare nõ attentare) exactiſſ Fachinæ. controuerſ. iur. *lib. 8. ca. 10. verſ. ad 6. & cap. ſeq. 11 toto.*

g. *Vim vi.*) Marant. *in diſput. 1. n 27* Villal. *in com. opin. lit. V.* Gail. copioſiſſ. *de pac. publ. l. b. 1. cap. 16. n 6. cum ſeqq.*

h. *Non incontinenter.*) Mar. *d. n 27. verſ ce: um iſta* Gail. *d. cap. 16. n. 11. in fin. cum ſeq* Menoch. *d. rem. 5 q. 12. n. 84 & de recup. poſſ. rem. 1. q. 34 nu. 384. & rem 13. q. 14. n. 86.*

i. *Dicitur.*) Gail copioſiſſ. *d. cap. 16. n. 12. cum ſeq.* Kirch. *com. opin cent. 4. conc. 27* Men. *d quæſt. 34. n. 185.* latè etiam Boniſac. de vitæ *in tractat. maleſic. rubr quis alium poſſ. offend. n. 2* vbi ſub *nu. 1.* aggredientem ſtricto gladio, animo irato; quem ius præſumit venire animo occidendi, iuxta *l. diuus ff. ad l. Corn de ſic.* incontinenti offendentem vel occidentem, videri facere ad ſui defenſionem, quod licitũ eſt per *l. vt vim. ff. de iuſt & iur. l 1. C. vnde vi.* Hartman *tit. 1. obſer. 1.* Dixi copioſè ad Damh. in *loc. cõpar. tit. minari.*

k. *Cum moderamine.*) Gail declarando *d. cap. 16. ſub n 17. cum ſeq* Menoch. *d. quæſt. 12 n. 85.* De quo moderamine & circa quæ conſiſtat, etiam Clar. ſent. *lib. 5. § homicidium. ſub n 34. Burſ. conſ. 273. ſub n. 3.*

l. *Contractus*) Quanquam verò æquiſſimũ prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi ipſum ius dicere, occupatis legatis, vt habet tex. *in l. 1 ff. quor. legat.* adeò vt legatarius, qui legatum ſibi à teſtatore relictum, ſua manu occupauit, interdicto quorũ legatorum, compellatur hæredi quod occupauit reſtituere, Ant. fab. declarando & limitando, *C. l. b. 8. tit. 2 defin. 1* ſi quidem ante aditam hæreditatem occupauit, aliter atque ſi poſt; quia tũc priuetur legato, per *l. non eſt dubium 5. C. de legat.* vti hanc differentiam inter eam l. & hoc interdictum cõſtituit, poſt *gl in d l. 1. ad verb Vt proinde* & in *l. 1* ibidemque Bald. *n. 3 ad fin. C. eod* Roland. *conſ. 77. ad fin.* aliosque Menoch. *adipiſcend poſſ. ff. remed. 2. nu 9.* Guid *conſ. 17. n. 7. & conſ 115 n. 3.* Dilect. *de art. teſt. tit de legat. caut. 12. n. 1. in fin* Benedict declarando *in c. Raynutius ad verb. ſi abſque inz. de legat & ſideicom. n. 145 de teſtam.* Olderdorp pulchrè declarando, in progymnaſ. *c'aſſ. 2. act. 2 in affin remed* Aliud ibidem ſub *verſ Quid perſequemur.* docens in donatione cauſa mortis; vt & Menoch. *in d. remed. 2. num 56.* Attamen (quod hic omittendum non fuerat) poſſe legatarium, propria auctoritate, rem ſibi legatam occupare, ſi teſtator ei licentiam conceſſerit, per l *Titia cum teſtamen o § 1. vbi gl.* & Bart. *ff. de leg. 2.* Guid. ex Sacto limitando *dec. 609. & d conſ. 17. in fin. & d. conſ. 115 ſui n. 3.* Bened. qui ſupra *n. 146.* Boër *dec. 156 n 15.* Dilect *d caut. 12. n. 4.* Menoch. latiſſ. extendendo, *d. remed. 2. q 12 n 42. cum ſeqq* Nat. conſ. 635 *n. 1* vbi, poſt Aug *in l. hac ſi res* per illum tex. *ff. de rei v n. ic.* ſi teſtator legat vxori domum, & iubet hæredibus ne eam moleſtent in poſſeſſione; per iſta verba intelligi teſtatorem dediſſe licentiam legatariæ, vt poſſet propria auctoritate poſſeſſionem apprehendere; neque apprehendendo incidere in aliquam pœnam; & proinde non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè illam licentiam poſſe à teſtatore concedi. idemque Dec. *conſil. 4 8 numer. 4. cum ſeq.* Bened. *vbi ſupra* ſub *d. num. 146.* Dilect *d. caut 12 in fin.* & poſt eundem Dec *conſ 424 num. 17.* alioſque Boër. *d. dec. 156 num. 17. cum ſeq.* ſentitque Fe k. de teſtam. coniug. *libr. 5. cap. 9. numer. 1.* verius tu

licet

licet hoc, in illo exemplo reprobet, poſt alios, Menoch *in d. quæſt.* 12. præſertim *num* 51. probans tamen *num.* 54. ſecundum Bart. Bald. & reliquos *in auth. hen. quod ioſum. C ſimul, ſecund nu: ſ.* aliosque alios, vt & Peck *d. cap* 9. *ſub num.* 2. in eo etiam ſignando exemplo, cum vir reliquit vxori vſumfructum his verbis: relinquo illam vſufructuariam dominam & maſſariam; quibus cenſeatur ei dediſſe facultatem apprehendendi poſſeſſionem ſuorum bonorum propria auctoritate Ibidemque. & *quæſ.* 17 *num. n.* 66 *cum ſeqq.* poſt Rip *ad l.* 1. *num.* 18. *ff. qu. r. l g. ss.* Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.* 299. alioſque idem ſi teſtator relinquat vxori omnium bonorum vſumfructum donec viuat, eaque defunctâ, alium hæredem inſtituat: ſua enim manu legatum apprehendet, eò quod aliquis hæres eo tempore nõ exſtet, à quo illud conſequi poſſit. Cœterum quod ex manu hæredis accipere debeat vſufructuaria poſſeſſionem (niſi quando reſoluitur in alimenta nuda vt in præcedente exemplo) poſt Dec. *d. conſ.* 418. *num* 2. Pariſ. latè explicantem *conſ.* 37. *num.* 1. *cum ſeqq lib.* 3 alioſque Peck. *ex com* à qua non recedi iubet, *d. cap.* 9. *ſub num.* 2. limitando, ſi detur licentia apprehendendi propria auctoritate; quam datã quoque cenſeri ait, ſi legatarius conſtituatur teſtamenti executor, vt voluit & Dec. *d conſ.* 418. *ſub num.* 4. & *d. conſ.* 424 *num.* 16. Bened. *vbi ſupra ſub d. num.* 146. Boër. *d. dec.* 156 *num.* 17. Menoch. *d. rem.* 2. *quæſ.* 12. *num* 47. & alijs quibuſdam modis, vt apud eum, & commemoratos latius. Pœnam tamen *d. l.* Non eſt dubium. (vti nec aliarum inuaſores priuatione iuris punientium) in regno Franciæ locum non habere, tradit ibid. Bened. *num.* 147. *in fin. cum ſeqq.* & poſt eum latius Rebuff. *in proœm. conſtit. reg. gl.* 5. *n.* 76.

m. *Propria auctoritate.*) Bonif. *in d. tract ſub. n.* 4. latiùs hac de re Menoch *conſ.* 295. *num.* 12. & *in d. quæſt.* 12. Præſertim *n* 88. vbi proximè hic præcedentia etiam declarantur. & nouè commentat. ad conſuetud. Pariſ. *tit.* 2. *gl.* 1. *num.* 179. & 188. cum ſeqq.

n. *Non ſoluentem.*) Bonif. vbi ſuprà, *ſub num.* 4. Villal. *com. opin. lit* 1. *num.* 43. Couar. *ad rubr. de teſt. part.* 2 *num* 12 in princ. & *verſ. Eodem ferè.* Gomeſ. declarando, *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. *verſ.* 1. eſt quando *num.* 12. *verſ. vlt.* & *nu.* 13. Oſaſc. *conſ.* 47. *præſertim n.* 21.

o. *Expenſarum.*) Bonif. *vbi ſupra nu.* 4. *verſus fin.* Boër *dec.* 15. *ſub n.* 13. vbi procedere in ſumptibus factis; ſecus in ſalario vel mercede procuratorum, aduocatorm vel iudicum pro qua non poſſint retinere ſcripturas vel inſtrumenta, Capic. 1. *dec.* 11. *n.* 1 indiciturque pœna arbitria, *art.* 22. *ordinat. curiæ Brabant.*

p *Conſtat*) Aliqui nec tutorem nec curatorem ſalarium petere poſſe, niſi à principio adminiſtrationis conſtitutum, Guid. *dec.* 68. *num* 1 *in fin.* Viu. latè *dec.* 40. *num.* 4 *cum ſeqq.* poſt Vinc. *dec.* 122 *n.* 1. & *ſeqq.* & vtrobique quibus ex cauſis conſtituatur.

q. *Refutari*) Iaſ. latè *in l.* 1. *num.* 8. *c. de teſtam.* & *conſ.* 20 ſub init. *verſ. Et quod* D. Geordio. *lib.* 3. ſequitur è *com.* & SC. Villal. *com. opin. lit. R. num.* 65. *in fin.* addit latiſſ. Boër. *dec* 218 *nu.* 5. præſertim 3. & 4 *in fin.* & ex ſententia Tiraq. *in præfat. de retract. prox. num* 71. aliorúmque, Menoch. *re uper. poſſeſſ remed.* 1. *quæ.* 28 *num.* 313. Quinimò licitum eſſe non valenti debitam ſibi pecuniam aut rem aliter conſequi, æquiualentem rem vel pecuniam debitori ſurripere, Alex. *conſ.* 135. *ſub num.* 1. *lib.* 1. *Marſil. conſ.* 11. *num.* 14 *lib.* 1. & in prax. crimin. §. *conſtante, num.* 37. Cott. in memorabil. *verb. Dolũ* verſus fin. Rebuff. extendendo, & 4. ad hoc requiſita referens, *conſtitut. reg. tom.* 2. *tract. de famul. ſalar. art.* 1. *gl.* 10. *num.* 10. Clar. *ex tom ſent. lib.* 5. §. *furtum n.* 20. Grammat. *conſ.* 50. *ſub num.* 4. *cũ ſeqq. in crim.* Couar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *num* 15. *verſ.* 4. eodem Ludouic. Luc. *dec.* 1. *num.* 3. vbi *num.* 10. *cum ſeqq.* poſt Cepol. *conſ.* 26. *num.* 9 limitat in duobus caſibus. 1 quando eſſet in loco vbi haberetur copia iudicis. 2. quando ſcandalum generaretur vt quia imputaretur alijs de familia. vt ille *ibid. latiſſ* & in acceptione rei propriæ declarauit Cou. *d. cap.* 2. *ſub num.* 15.

r. *Defenſionis.*) Soar. *recept. ſent. theſ. lit F. n* 392. Clar. alia eiuſmodi requiſita referens, *rec. ſent.* §. *hom cid um num.* 47. Menoch. *re up poſſ. remed.* 1. *quæſt.* 34. 384. *in fin. cum num. ſeq.* Viu. *dec* 146 *num.* 19. *cum ſeqq.* vbi ex SC. in re etiam parui valoris: Imò ſi nec in periculo perdendi bona eſſet.

ſ. *Fundum meum*) Poſſeſſio enim adfert commodum reſiſtendi propria auctoritate; neque hoc caſu dicitur quis vim inferre, ſed repellere, & poſſeſſionem defendere, vt, poſt Bald. *ſub num.* 1. & Caſtrenſ. *num.* 3. *in l ſi ſeruus. in fin.* per illum text. C. *quod cum eo qui in alien. pot. reſpondit* Euerard. pleno *conſilio* 205. *nu.* 1. vbi poſt alios quoque ſi poſtquam deſtruxerit factum vel immiſſum per alium in fundo à ſe poſſeſſo, metuat ne quid in contrarium moliatur aduerſarius, poſſe implorare officium iudicis vt in poſſeſſione ſe tueatur, aduerſariumque à vi prohibeat ſub pœna comminanda. Nam & iniuſtiſſ. poſſidentem, ſi de facto ſpoliatus eſt, debere in poſſeſſione reponi eoque caſu prædonem habere actionem, reſpondit pręclarè Bald. *conſ.* 136. *num.* 1 *lib.* 2 *per l ſi quis ad ſe fundum.* 7. C. *ad l. Iuliam de vi* & *n* *t.* *in l ſi de vi ff. de iud. cum ſim.* vt & iniuſtiſſ. quoque poſſidentem, à nõ poſſidente non poſſe deijci, reſpondit nouiſſ. Natt. *conſ.* 399. *n.* 4. Quinimò ſi poſſideat, in ſuo poſitũ ædificium, propria auctoritate occupare poſſe, per *l. ſi in area.* 33. & inibi Bald. *ff. de condict. indeb.* Coſtal. *in l.*

extat.

Digitized by Google

extat 13 *verſus fin. ff. quod m t. cauſ.* & accuratius in adducta *l quemadmodum.* §. 1. *poſt princ.* vbi, ſi non poſſideat rem ſuam, nec id quod in ea poſitũ eſt deſtruere propria auctoritate; ſed iudice opus eſſe. & vtrobique in fin. eum qui ius, dominium, prælaturam, iuriſdictionem, vſumfructum habet, quamdiu poſſidet, poſſe propria auctoritate reſiſtẽtes & ius impedientes coërcere, & proinde oſtia effringere, ſimiliaque facere, ſine quibus non poſſit vſu rei perfrui, poſt Panorm. latiſſ. *in c.* 3. *num.* 5. *cum ſeqq. de immunit. eccl* licèt aliter paulò ibidem ſentiat Innocent, *num.* 2. quem ſequitur & Bohic. inibi *num.* 2. Verùm ad perfectiorem cognitionem prædictorum, præſertim *d l. ſi in area.* & ſimilium, addatur Molin. ad conſuet. Pariſ. §. 1. *gl.* 5. *num.* 105. *cum ſeqq.*

t. *Et amouere.*) Cepoll. diſtinguendo, tract. de ſeruit. vrban. præd *c.* 31. *ſub n.* 3.

v. *Tenere*) Chaſſen. ad conſuet Burgund. *tit.* 1. *de iuſtit.* §. 3 *n.* 2. Capic. *dec.* 45. vbi è praxi, data cautione reſtitui.

x. *De actore.*) *num.* 59. *lib.* 1. vbi quæ hic habentur pleraque enumerantur ex *num.* 55. *verſ.* fallit tamen.

z. *Ad metiendum.*) Bonif. vbi ſupra *num.* 4. *verſus fin.* In conſiſtentibus quippe pondere, numero vel menſura, ante traditionem, vel deguſtationem aut menſurationem, traditionis vim habentem periculum rei venditoris eſſe, Afflict. *dec.* 399. *num.* 3 *ad fin* Boër. *dec.* 183. *num.* 8 Villal. *com. opin. lit. P. num.* 72. Gomeſ. *reſol. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 32. *verſ. Prædicta tamen intellige.* vbi in *verſ. quod tamen limita,* ſecus, ſi per emptorem ſteterit vel annumerentur; Afflict. *d. dec.* 399. *numer.* 10. *ad fin. cum ſeqq.*

a. *In defectum.*) Alex declarando conſ. 151. *ſub numer.* 1. *lib.* 1 *& ad l.* 1. §. *iniuriatio. numer* 6 *cum ſeq.* ibidemque Alciat. *numer.* 15. *ff. de nou. op. nunc.* Guil. Bened *ad c. Raynutius part.* 1 *ad verb. Et vxorem in* 2 *dec numer.* 163. *de teſtam.* Ludouic. *d. dec.* 1. *numer.* 11. Marc. latè dec. 39. *numer.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. vbi ſub *numer.* 3. dicit hoc verum, quando eſſet denegata iuſtitia, nec poſſit haberi recurſus ad ſuperiorem; alioqui ſecus.

b. *Dicunt quidam.*) Bald. *in l.* 2. *in princ. ff ad l Rhod. de iact. & conſ.* 491. *ſub num.* 1. *l. b.* 4 Marſil. *ad l.* 1. *num* 117 *ff. ad l Corn. de ſic* & poſt Turzan. etiam *lib* 1. *com. opin. conc'.* 185. *numer.* 5 Gail *lib.* 2. *obſ.* 22. *numer.* 4. *cum ſeq.* apud quos ad rem latiùs.

c. *Furore.*) Bonif. latiùs huiuſmodi plura tradens vbi *ſupra ſub num.* 1. Couar. latè in epit. de ſponſ. & matr. *cap.* 7. §. 7. *num.* 1. *cum ſeqq.* Clar. declarando *ſent, lib.* 5. §. *homicidium. num.* 49. *cum ſeqq.* Tiraq. de pœn. *ll temperan. cauſ.* 1. *numer.* 3. vbi, ira aut dolore delinquentem, lenius puniendum. De quo & Soar. *recep. ſent lit* I *numer.* 189. Clar. ſent. *lib.* 5. § *fin. qu. ſt.* 60. *numer.* 9 Gail. lib. 2. *obſ.* 106 *num* 2 *cum ſeqq* & *obſ.* 110. *num.* 35. *cum ſeqq.* Viu. *dec.* 368. *numer.* 11. *cum ſeqq.* & exactè Teſſ. *dec* 178. *tota.* Secundum quæ declarantur proximè hic ſuperius dicta: vbi pro adducta *l.* 2. §. *quod ait prætor.* reponendum puto *l. qui ædes ff de incend. ruı. nauf.* Et de his pleriſque latè etiam Merul. prax. Holland, *lib.* 1. *tit.* 8. *cap.* 1. *num.* 4. *cum ſeqq.*

d. *Apprehendere*) Diximus quoque hac de re inferius *cap.* 51. *ſub* 13. *ad verb. captiuauit adulterum.*

CAPVT XV.

De per ſemetipſum impediendo nouum opus, aut noua opera.

SVMMAE.

1 *Qui in agro alterius ædificat, fodit, aut plantat, is illa per ſe impedire, aut reuocare poteſt.*
2 *Si quis in alterius habito fundo ædificare inciperet, denunciatione impedire poteſt.*
3 *Nunciationis quam apud virtus & authoritas.*
4 *Opus quoquo modo factum poſt denunciationem, demoliendum erit.*
5 *Nunciatio fieri debet in principio operis.*
6 *Poſt opus completum non denunciatione, ſed compellentia vtendum, &c.*
7 *Edictum de noui operis nunciatione, aliud eſt* { *Prohibitorium. Permiſſorium. Demolitorium.* }
8 *Noui operis denunciatio non habet locum in reparationibus.*
9 *Denunciator ius ſuum, & cauſam denunciationis intra tres menſes dicere debet.*

Digitized by Google

1 SI quis ædificaret, aut ædificium aliquod nouum exſtrueret, aut vetus deſtrueret, aut foderet, aut arbores plantaret, aut aliud quoduis nouum opus erigeret in fundo meo quem actu poſſideo, poſſum propria mea authoritate, *(a)* & ſine Iudicis aſſiſtentia illud ipſum opus impedire, demoliri, & deiicere, citra vllum meum periculum, damnum aut maleficium.

2 Si aliquis autem nouum opus in meo fundo aut ſolo ædificet, quem fundum pro me hactenus iure detineo, & pro meo habeo, ſed non poſſideo, *(b)* poſſum tamen eo caſu procedere ad illud opus impediendum, ſcilicet, nunciatione operis noui, hoc eſt, poſſum propria *(c)* authoritate prohibere ipſis fabris, cementariis, aut alijs operarijs ædificantibus, ne in opere inique cœpto, vlterius procedant, donec ipſis oſtendero, iactu lapilli, aut alio ſigno:

3 Quæ denunciatio talis eſt authoritatis, taliſque eſt effectus, vt nullus poſt talem denunciationem factam, debeat in opere vlterius procedere, *(d)* niſi ſatiſdet, *(e)* & dignam cautionem ponat, ſe eam extructionem iterum demoliturum, & damnum cum intereſſe compenſaturum, ſi poſtea per iudicis definitiuam ſententiam ita erit iudicatum. Aut certè, niſi ea lite durante, alter collitigans alteri eam extructionem, aut volens, aut ex pacto permittat. Sine his enim duabus conditionibus, ſcilicet, ſine cautione, & permiſſione, ſi quis in ſtructura perſeuerauerit, & contra talem denunciationem fecerit, is quicquid fecit, non bono iure fecit, ideoque ſi litem perdiderit, debebit eam exſtructionem ſuis ſumptibus demoliri & remouere, *l. Prætor, in princip. ff. de oper. no. nunciat. & cap. 2. in exordio extra eodem titul.* Vnde Vlpianus dicit, *in l. prima, eodem titul. de oper. no. nunciat.*

4 Cæterum ſi opus tale factum eſſet (ſiue iure, ſiue iniuria *(f)* poſt nunciationem, & ante permiſſionem, debet nihilominus etiam ex requiſitione partis, & per ſententiam Magiſtratus deſtrui & penitùs demoliri, quod ideo eſt, quia eſt contemptus iuſſus, ſiue authoritas Prætoris, & ſic exponit Vlpianus verba illa Prætoris, *in tr. allegata, l. Prætor, in fine principij. Quod factum eſt, id reſtituas, i. le. deſtruas & c. Latum v. dete iſta, in d. c. 2. extra de noui oper. nunciat.*

5 Noui itaque operis nunciatio debet fieri in operis principio, nequaquam in fine, quia ſi tanto tempore exſpectaretur denunciatione facienda, donec opus eſſet perfectum & conſummatum, ea nunciatio non haberet locum, & eſſet nulla, quia denunciatio omnis fieri debet, vt impediretur opus faciendum, non vt tollatur opus iam factum. Iſtud enim edictum de nunciationibus conſtitutum eſt contra opera facienda, ne fiant, ſcilicet, non contra opera facta.

6 Nam ſi quod opus factum eſſet & completum, etiamſi iniquo iure factũ eſſet, *(g)* ceſſat tamen hoc edictum, de operis noui nunciatione. Ideoque alio remedio tunc vtendum erit, & recurrendum, vel ad interdictum, quod vi aut clam, vel vti poſſidetis, aut ad Complaintam de turbatione poſſeſſionis, aut ad aliud ſimile Iuſtitiæ remedium, quod ipſi videbitur expeditius, eoque tunc vtatur, *l. De Pupillo, § meminiſſe, ff. de operis noui nunciat.* Porrò iſthæc legitima denunciatio in operis principio locũ & vim habet, ſiue fiat ipſi domino, ſiue procuratori, ſeruo vel puero, vel ipſis fabris, *(h)* vel opificibus, *d. l. de Pupillo, §. Nunciare, ff. de oper. no. nunciat.* dummodo tamen is Procurator, ſeruus, aut opifex, c. in præſenti *(i)* opere adfuerit nomine ipſius domini, aut ad cauſam operis.

7 Iſtud autem edictum de noui operis nunciatione eſt triplex, ſcilicet, Prohibitorium, quando progreſſum cœpti operis aliquis prohibet. Permiſſorium, quando Pars operis cœpti progreſſum permittit. Demolitorium ſiue reſtitutorium, quando requiritur per ſententiam operis demolitio, inque primum ſtatum reſtitutio, *vt not. gloſſ. in verb. vti poſſidetis, in d. §. Meminiſſe.*

8 Operis noui nunciatio non habet etiam locum in reparationibus *(k)* ædificiorum, quæ prius extabant, ſed tantum (vt dictum eſt) habet locum in nouis operibus, *l. Prima, §. Si quis ædificium, ff. de oper. nou. nunciat.* qui textus dicit ſecundum Bart. Quòd vetus ædificium iam refectum & reparatum, nouũ opus non ſit appellandum. Is enim qui vetus ædificium reſtaurat, aut reficit, is non nouum opus facit, ſed veteri ſuſtinendo ſuſtentandoque remedium adhibet.

9 Si ædificator vellet ſcire cauſam denunciationis & prohibitionis, nunciator obligatur ei eandem cauſam dicere, *(l)* & ſuum ius tam clarè oſtendere, vt ædificator ſuper illo poſſit deliberare, quid ipſi iure faciendum eſſet, alioquin nequaquam deberet obedire nunciationi, ſecundum Dominicũ & Bart. *in d. l. 1. ff. de oper. no. nunciat.* Eaq; cauſæ explicatio fieri debet à nunciãte, intra tres menſes, nã ſi intra ſpacium triũ menſium cauſam ſuã non explicaret, neque ſuũ ius apertè monſtraret, nũciatus vlterius ædificare poterit, data cautione de opere demoliẽdo, *l. Vnica, C. eod. de no. oper. nunciat. & c. Significantibus & ibi not. Panor. n. 20 extra. eod. titul.*

ANNO-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XV.

a. M*Ea auctoritate.*) Alex. & Iaſ. *num.* 2. Alciat. *nu.* 3. *cum ſeqq.* poſt Bart. & alios limitando & declarando, *in l.* 1. § *Nunciatio ff. de nou. op. nun.* Alex. *conſ* 36. *nu.* 4. *lib.* 1.

b. *Sed non poſſideo.*) *Text. in l. de pupillo*, §. *Meminiſſe*, *ff de noui op. nunc.* vbi nor. Iaſ. *num.* 4. contra Bart. *in l.* 1. *in* 7. *q. uaeſt ff eod.* vbi latius idem Iaſ. *nu.* 12. & Alciat. declarando, *num.* 111. *cum ſeqq.* videatur & Zaſ. *libr.* 2. *ſingul. intell. ad d.* §. Meminiſſe.

c. *Poſſum propria.*) Ita Rebuff. *ad l. deteſta. io.* 40. *verſ. Aliquando tamen, ff. de verb. ſignific.* ſcribit poſſe quem ædificanti nunciare; ſed tutiorem eſſe regni Franciæ ſcilicet, praxim, per quam & hodie exercetur nunciatio, quæ fit per prætorem, quia impetrantur litteræ à ſeneſchallo, vel alio magiſtratu ordinario, per quas fit prohibitio ædificanti, & in caſu oppoſitionis aſſignantur dies: vel (inquit) poteſt dari ſupplicatio iudici, per quam pars petat inhiberi facienti nouum opus; & conceditur, qua de re idem quoque Rebuff. *tom.* 2. *conſtitut. reg. tractat. de mater. poſſeſſ. art.* 2. *gloſſ.* 3. *num.* 21. licet ſtylum ibidem longè diuerſum referat Aurel. *Sentent. inr. libr.* 3. *cap.* 16. *verſ. In iis autem.* Vbi ædificantem variis modis aut formis prohiberi, nouè docet, de quibus item Gaill *d. obſ.* 16. *nu.* 11. *& ſeqq.* ibidemque ex S.C. quomodo poſt nunciationem in Imperiali camera procedatur.

d. *Procedere.*) Magon. Luc. *dec.* 29. *numer.* 1. *& ſeq.* vbi & alij nunciationis effectus remiſſiue.

e. *Niſi ſatiſdet.*) Per ſatiſdationem remitti nunciationem, & quatenus, Viu. *libr.* 1 *com. opin. verb. nunciatio*, *num* 4. Gaill. *Libr.* 1. *obſ.* 16. *numer.* 17. Villal. *com. opin lit. N. num.* 42. Teſſ. exactè diſtinguendo, *dec.* 204 *tota*, Fab. *Libr.* 8. *tit.* 5. *def.* 1. *num.* 2 5. 6. *&* 8. *& def.* 3. *tota.* Licet autem indiſcriminatim, legibus anterioribus hac in parte derogatum per Iuſtinian. *in l. vn. C. de op. nou. nunc.* ſuſtineat noſiſſ. etiam Tachinæ, *libr.* 8. *cap.* 48. *ad fin.* vt videlicet priùs ſtudeant iudices, intra trium menſium ſpatium omnem litem dirimere, nec interim ædificetur: ſi verò non poſſit eo temporis ſpatio dirimi, tunc demum, præſtita cautione de demoliendo, liceat vlterius ædificare, adeoque prohibitionem excutti: diſtinctio tamen Teſaur. poſt alios commemoratos, *d. dec.* 204. *num.* 5. receptior videtur, vt ſi mora periculum ſit allatura, vel iudex ex aſpectu videat calumnioſam nunciationem, ſtatim præſtita cautione remittatur nunciatio; aliter atque ſi periculum aut præiudicium allatura non ſit: ideoque arbitrarium eſſe iudicanti, inſpectis circumſtantijs, vel ſtatum remittere nunciationem, vel rem in tres menſes differre id quod confirmat & Fab. *d. defin.* 3 *ſub num.* 3. cum nolens admittere ſatiſdationem, dicit paratum ſe docere de iure ſuo, ſeque tuetur per exceptionem illam, modò conſtat, modò agatur; vt & latè poſt alios Iaſon. *in d. l.* 1. *num.* 19 *ff. de op. nou. nunc.* & poſt Iaſon. ibidem, *numer.* 25. alioſque ex communiori tradit Menoch. *Retinenda poſſeſſ. remed.* 3. *quæſtione* 79. *numer.* 673. *ad fin.* nunciationem non remitti ab homine etiam ſatiſdatione præſtita, cum hic nuncians dicat hodie conſtat, hodie agatur. Eique conſentaneum eſt, quod ex S. C. tradit Rebuff. *d. tom.* 3. *conſtit. reg. tractat. de mater. poſſ. artic.* 2. *gloſſ.* 3. *ſub numer.* 21. non debere alicui à iudice permitti ædificare vel aliud opus facere, etiam data cautione de demoliendo, nec quidem in vim litterarum regiarum, quia melius ſit in tempore occurrere, quàm poſt tempus vindicare, iuxta *l.* 1. *C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare.*

f. *Sine iniuria.*) Vid. extendendo in *d. verb. Nunciation. num r.* 1. Gaill. limitando *d. obſ.* 16. *numer.* 1 *cum ſeqq.* Mag. *ex tom. & S C. d. dec.* 29. *numer.* 4 *cum ſeqq.* Fab. *d. libr.* 8. *titul.* 5. *defin.* 2. *numer.* 1. vbi tamen *numer.* 3. *cum ſeqq. ex S C.* debere nunciantem, ſi quid iam operis factum erat nunciationis tempore, in teſtationem referre, & modulos ſumere; qui vt ſumerentur conferrenturque iudex decernere poſſit: quo non facto, fieri non poſſe, vt exactè probaretur teſtibus quid quantumque ædificatum eſſet: atqui illud tantum quod poſt factam nunciationem, non quidquid ædificatum eſſet, deſtruendum; itaque de operis quantitate non apparente, fauendum ædificanti potius quàm nuncianti. Quod & ante voluit Specul. *libr.* 4. *eodem titul. num.* 5. Gomeſ. ad Taur. *l.* 46. *ſub numero* 31. poſt Doctor. *in l. Non ſolum.* §. *Qui opus, &* §. *ſed vt probari, ff. eodem per illum text.*

Etſi

Digitized by Google

Etſi verò hic primam limitationem com. de qua per Bart. *n* 6. *Laſ. nu.* 2. *ad fin cum ſeq.* rurſus ſub *n.* 7. *cum ſeq in add. ita l.* 1. *de no. op nunc.* vt quando certum & manifeſtum eſſet nunciantem ius nunciandi non habere, impunè ſperni poſſit nunciatio, reprobet nouiſſ. etiam Fachinæ. *controuerſ. lib* 8. *cap.* 44. *tamen*, vt dicebat Gaill. latiùs declarando, *d. obſ.* 16. *num.* 6 *in fin.* à com. opinione tanquam æquitati & rationi conſentanea, in iudicando non eſt recedendum.

g. *Factum eſſet.*) Gaill. *d. dec.* 16. *nu.* 16 *in fin.* Gomez. *in d. Taur. l.* 46. *num* 20. *& ſeqq* exactè declarando.

h. *Fabris.*) Villal. *com. opin. lit. N num* 35. Gom. exactè declarando, *d. l.* 46. *n.* 28. *cum ſeq* Commentar. ad conſuet. Pariſ. *tit* 1. § 1. *gloſſ* 4. *n* 4. *& tit.* 2. §. 52. *gl.* 1. *ſub nu.* 74. *& ſeq.* nouè declarando.

i. *In præſenti.*) Gaill. *d. dec.* 16. *nu* 10. Neque valere domino loci alibi factam extra opus denunciationem, Gom. *ad d. l.* 46. *nu.* 29 *ad fin.* Villal. *d. lit. N. num.* 34. poſt Iaſon *in l. de pupillo*, §. *ſi quis forte*, *num.* 3. *ff. de no. op. nunc.* dicentem, ibi neminem diſcrepare, ſed Bald. videri tenere contrarium *conſ.* 113. *lib* 1. quod eſt conſ. 245. *num* 2. *lib.* 2. qui tamen hoc nullibi exprimit.

k. *In reparationibus.*) Magon. *d. dec.* 29 *num.* 10. *& ſeq.* Fab. *d. def.* 1. *num.* 1. *lib.* 8. *tit.* 5. Vbi tamen ex SC. *num.* 2. *&* 5. cautionem offerendam per allegãtem refectionem.

l. *Cauſam dicere.*) Gomez. *ad d. l.* 46. *ſub num.* 33. 34 35. 36. *&* 37. *verſ.* 3. *remedium.* vbi exactiſſ. ſimul quæ hic ſequuntur declarando, vt & commemorati ſuperius ad verb. *Niſi ſatiſfaciet.*

CAPVT XVI.

De ſe liberando à Reditibus & Debitis.

SVMMAE.

1 *Redempturus Reditus totam ſummam cum ſupercreſcentia numerare debet.*
2 *Redemptor Redituum, venditore recuſante pecuniam Iudici demandabit.*
3 *Oblatio vel conſignatio redemptionis Redituum cum defectu non eſt rata.*
4 *Debitum eſt trifarium* { *Liquidum, vel certum.* / *Illiquidum, vel incertum.* / *Partim liquidum, partim illiquidum.* }
5 *Solutio debiti certi debet fieri tota, ſub pœna conſtituta.*
6 *Solutio debiti illiquidi non debet fieri, niſi poſt liquidationem.*
7 *Solutio debiti mixti debet fieri integra ratione liquidi, cum cautione ſoluti nis illiquidi*
8 *Creditore recuſante ſolutionem liquidi, ſiue illiquidi, debitor eam conſignabit in manus Iudicis, cum cautione ſolutionis illiquidi.*
9 *Conſignatio in manu Iudicis non eſt rata, ſine oblatione ſolutionis præuia, nec contrà.*
10 *Differentia inter ſolutionem Redituum, & ſolutionem Debiti.*

1 SI quis vellet redimere reditus, ſeſeque ab vlteriori redituum annuorum ſolutione liberare, ac prorſus exonerare, is aut totum reditum, aut partem eiuſdem liberabit, iuxta tempus & precium contractus numerando, ſcilicet, venditori tantam ſummam pecuniæ, quantam contractus pro rata temporis expoſcebat, cum ſupercreſcentia vſque in diem præſentem incluſiuè. Quod ſi venditor nollet admittere eam redemptionem, & proinde recuſaret oblatam ſolutionis pecuniam: tunc redemptor eandem pecuniam denuò venditori offeret, ac præſentabit, (*a*) adhibitis duobus fide dignis teſtibus.

2 Quam ſi recipere renuat, proteſtabitur redemptor de recuſatione, & ilicò, eodem, ſcilicet, tempore oblatam pecuniam deponet apud Iudicem, (*b*) ſcilicet, in manus Graphiarij, adhibitis eiſdem teſtibus, aut aliis, & ab eodem repoſcet ſchedulam, denumerata ab ipſo pecunia, ad redemptionem dicti reditus, in toto vel in parte. Quæ quidem depoſitio, ac enumeratio in manus Graphiarij, per ordinationem Iudicis tantum operabitur, vt ab eodem numerationis tempore, reditus prędicti ſuſpendantur, & perſoluti habebuntur, non ſecus quàm ſi principalis venditor eam ſolutionem voluntariè recepiſſet.

Sed curandum, ne in prima oblatione, aut in ſecunda numeratione, aliquid deſit, ſed vt tota ſumma cum ſupercreſcentibus diebus, ſcilicet, vſque ad diem oblationis, & depoſitionis incluſiuè numeretur integra: ita vt ne obulus (*d*) quidem deſit. Alioqui ſi quid deeſſet, tum in oblatione, tum in depoſi- 3

Digitized by Google

depoſitione, iuxta haberetur venditoris recuſatio, & indebita cenſeretur redimere volentis depoſitio (quam namptizationem Barbari vocant) vulgata *l. Accep. am, C. de vſur.*

4 In ſolutione autem debiti hoc prius præſciendum eſt, quod omne debitum eſt triplex, ſcilicet, liquidum vel certum: illiquidum vel incertum: & mixtum, hoc eſt, partim liquidum partim illiquidum.

5 Debitum liquidum, debet conſtituto tempore ſolui totum, ſub pœna contractus, & cum damno intereſſe, niſi creditor de parte ſolutionis conſentiat.

6 Debitum prorſus illiquidum non debet perſolui ante liquidationem factam. Verùm hic ſi creditor contendere vellet, debitum hoc illiquidum eſſe liquidum, & per iuſtitiam ſolutionem expoſceret: debebit debitor (mea quidem ſententia) tum creditori debitam conſtituere cautionem, de ſolutione faciendi, in euentum liquidationis, contra ſe per Iudicem ferendæ, ſed non prius quicquam numerare cogetur.

7 De debito autem partim liquido, partim illiquido ferè faciendum eſt, ſicuti de ſolutione redituum diximus, ad hunc modum. Cùm quis ſe cupit à debito illiquido liberare, tunc debitor creditori ſuo tantum offerre & præſentare debet, quantum ſibi videatur obligatus, ratione illius debiti, quod certum eſt & liquidum, & de incerto & illiquido offerre cautionem debitam.

8 Et ſi creditor nolit eam acceptare ſolutionis oblationem, cum cautione iam dicta; tunc debitor faciet ſicut antè de redemptore redituum diximus. Præſentabit, inquam, eam ſummam liquidi debiti, cum cautione illiquidi, quod debitor amplius peteret, iterum creditori coram duobus teſtibus, & ſi eam creditor recuſet, quia tantùm partem debiti offert, ſcilicet, debiti certi: tunc ipſam oblatam partialem ſummam in manus ſuſtitiæ, ac Graphiarij deponet & aſſignabit, & de reliquo debito illiquido, relinquet creditori ius proſequendi eam debiti liquidationem, & ad eam debitam & ſufficientem cautionem creditori aſſignabit, de ſolutione fideliter facienda de reliquo, poſt liquidationis ſententiam; ſi ita ipſi adiudicatum fuerit. Et cum hac oblatione ſolutionis debiti liquidi, & cum cautione debitor ſeſe liberabit (e) ab omni vlteriori damno & intereſſe, & ab omni periculo, quod incidere poſſet, debitorumque (vt dicere ſolent) pignora diſſoluet, *d. l. Accep. am*, & ibi Bart. & Cynus. Quia quoties debitum non eſt liquidum nec certum, tunc bene admittitur ſolutio partis, *vt in l. Quid. m. xi. ſtimarunt. ff. Si cert. peta.*

Sed quia ante de oblatione & de depoſitione, ſiue conſignatione pauca meminimus: præmonere omnes volo, eos debere ſcire, quod Conſignatio ſine præcedenti oblatione, (f) ſiue præſentatione nihil operetur, ſicut nec oblatio ſine ſequenti conſignatione, (g) *l. Si Creditrici, C. de vſur.* 9

Ex quibus iam dictis elicitur hæc differentia inter ſolutionem redituum, & ſolutionem debiti, quantum ad oblationes ſiue præſentationes, & ad conſignationes ſiue depoſitiones, ſcilicet, quod Conſignatio pro reditibus extinguẽdis in parte vel in toto, aut pro curſu eorundem redituum abbreuiando, debet fieri integræ ſummæ (h) pecuniæ debitæ depoſitio, & aſſignatio, & tunc in eo caſu fideiuſſio ſiue cautio non habet locum. Sed Conſignatio pro liberando à debito poteſt fieri, partim pecunia, & partim cautione, ſiue fideiuſſione, ſcilicet pro parte reſtante illiquida, vt hactenus apertè monſtrauimus. 10

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XVI.

a. AC *præſentabit.*) Vt ad conſignationem perueniatur, requiri oblationem realem & effectualem, cum numeratione & oſtenſione totius pecuniæ debitæ, vt volunt Alex. *conſ.* 105. *num.* 21. *lib.* 3. & *conſ.* 130 *numer.* 11 *lib.* 4. Tiraq. de retract. conuent § 4 *gloſſ* 1. & 6. *num.* 18. *cum ſeqq.* & *de re-tr. pro* [illegible] § 9 *gloſſ.* 3. & *vlt num.* 5. & 6. reſpondit[illegible] Euerard. *conſ* 168 *num.* 1 Natt. *conſ* 621. *num.* 2 Roland. *conſ* 53 *num.* 36. *lib.* 1 copioſè Kirch. *conſ* 6. *concl.* 3. [illegible] Ob [illegible] vbi in fin. excuſare [illegible] oblationem verbalem à pœna [illegible] *ſacere* [illegible] *biet* [illegible] tradit Vid. *lib.* 1. *conſ.* [illegible] *verb.* [illegible] *debiti*, Molin. *conſ.* 57 [illegible] *num.* 1. & *ſeqq.* quibus alijs in caſibus [illegible] Chaſſan. [illegible] *num* 21 & *conſ* 41. *num* 1. [illegible] 19. Tiraq. [illegible] de retr. prot. § [illegible] *gl.* [illegible]

b. [illegible] *in* [illegible] Tiraq. de retract. [illegible] *in* [illegible] *man.* [illegible] *num* 9. Leon. *conſ.* 9 [illegible] *de retract.* [illegible] § 4 *gl.* [illegible] etiam apud ſeq[illegible] *conſ.* 63 *num.* 31. *lib.* 1. [illegible] *de arreſt.* [illegible] *lib.* [illegible] merans 9 requiſita ad [illegible]

ſertque Viu. *dec.526 num.1.cum ſeqq.* & oblationem faciendam loco & tempore congruis, tradit quoque Molin. *d conſ.57.nu.11.* Roland. *d conſ.53. num 19. cum ſeq.*

c. *Perſoluti habebuntur.*) Euer. *conſ.99 num.1.* & *conſ.240 nu 1.* Alioqui ſecus, Leon. *d. conſ.94 n.5.* poſt Tiraq. *d.§ 4. gloſſ.6.nu.26.*

d. *Ne obſiet.*) Tiraq. *d §.4 gloſſ.6. num 23. cum ſeqq.* Leon. *d conſ 94 ſub num.6.* & *conſ 58. verſ.2. Quoniam agentes,* Crauet *reſpo ſ. pro generoſ num. 15.* Menoch. *de arbitrar. iud lib.2. d. caſ.132.num.7.* Viu *d dec.526 num.7.*

e. *Seſe liberabit.*) Euer. *d. conſ 99. num.2.* & *d. conſ 240 num.2.* Crauet. *d. reſponſ.1.nu.207.* Leon. *d. conſ 94. ſub num.6* & *ſeq.*

f. *Oblatione.*) Tiraq. *de retract. prox. §.9. gloſſ 3. num 5. cum ſeq.* Crauet. declarando *d. reſponſ.1.num. 256. cum ſeqq.* Roland. *conſ. 63 num 29. lib.1.* Leon. *d. conſ 58 verſ. Eſt autem certiſſimum,* & *d. conſ.94. num 6.* Menoch *conſ.764. num 25.* Et tunc demum admittitur depoſitio pecuniæ, quando oblatam creditor recuſat accipere, *vt poſt gloſſ* & Salic. *in l. 2 C de vſur* Maximilian. *dec.36.nu.37.*

g. *Sequenti conſignatione.*) Ferrar. *in form. libell. quo agit. ad pœn. ex comprom. ad verb. Legitimè obtuli. ſub num 1.* & poſt Roland. *d. conſ.53 num.24.* Menoch. declarando, *conſ. 461. ſub num.34* Corraſ. SC, *caſ.57.* Couarr. declarando, *dec.119 num.1.* & *dec 204 num 7.* Viu. *com opin. verb. Oblatio verbalis.* limitando, creditore ſolutionem recipere recuſante; Gabriël *concl.8.num.1 libr. 3. tit. de ſolut.* Viu. ex communiori *d. dec. 526 num.10.* limitando *num 11.* poſt Gabr. *d concl.8.num 2.* alioſque, creditore diſertè hoc dicente; ſecus verò tacente; Amat. *dec.94.num.5 cum ſeq.* Roland. *d. conſ. 53. num.37.* vbi *num 38.* neque procedere, ſi ex iuſta cauſa recipere oblationem recuſet creditor; Gabr. *d. concl 8. num 3.* aliter quoque limitando. Verum in quibus ſolummodo caſibus procedant eiuſmodi limitationes, videri poteſt apud Tiraq. *d.§ 7. gloſſ 3. num.1.* & remiſſiuè, *num.3.* & *d.§.4. gloſſ 6 ſub num.21.* & *ſeq.* & eleganter apud Molin. *d. conſ.57 præſertim num. 4.* & *ſeqq.*

h. *Integra ſumma.*) Imò & pro reliquis redituum illiquidis poſſe dari cautionem voluit Euer. *d. conſ 59. num.2.* & *5 in fin.* & *d conſ.240. num.2.* vbi *num 5. cum ſeq.* & *d conſ 99 num.7.* quando aurei floreni ſunt in obligatione, vt tacitè in mutuo, vel expreſſe per pactum, non poſſe ſolui aut conſignari aliam monetam, ſaltem alterius ligæ, vt teſtatur velle Doct. in *c. quanto, de iureiur.* & *in l. Paulus, ff. d. ſolut.* allegans etiam, *d. conſ.99. num.14. in fin.* Caſtrenſ. *in d l. Paulus in princ.* ſecundum eam alienentem conſuetudinem, quod vna moneta poſſit ſolui pro alia, intelligendam dummodo ex ea re damnum creditor non ſentiat. Sed & pecunias deponendas ſecundum monetam temporis contracti cenſus, vel ſecundum monetam currentem dummodo tantum valeat, Annæ. *ex SC. rer iudic libr.1. cap. vlt.* Viu. *ex SC. d. dec. 526. ſub num.6.* vbi *nu 5.* depoſitum faciendum in eadem qualitate & quantitate pecuniæ, qua emptor cenſum emit: allegans ad id conſtitutionem quandam Pij Quinti, & commentaria ad eam Nauarri poſt tract. ſuum de vſur. Licèt aliud apud vos per ordinationem, Ducum Brab. nomine, promulgatam anno 1601. vt opportuniore loco & prolixitatem magis ferente explicabimus. Ad hæc interim videatur Myns. *cent.1. obſeru.65.* & *cent.5 obſeru.83. num.2.* Fachin. *controuerſ. iur. lib. 2 cap.9.* & *10.* præſertim *verſ. reſtat,* poſtremo *qu.* & *lib.11. cap 42.*

CAPVT XVII.

De liberando ſe à Iudiciis, & proceſsibus futuris.

SVMMAE.

1 *Nemo caret æmulis.*
2 *Diffamantium damnoſa malitia & deteſtatio.*
3 *Diffamatio eſt biſaria: aut de criminibus, aut de ciuilibus.*
4 *Diffamatio criminalis eſt periculoſior, & diligentius purganda.*
5 *Diffamatio ciuilis eſt leuior, non tamen negligenda.*
6 *Diffamatus metuens Iudicem, aut litem, diffamatorem citando præuenire poteſt.*
7 *Diffamatus debet requirere à Iudice, vt diffamator reuocet, ipſiq́ue ſilentium imponatur.*
8 *Diffamatori citato, & non comparenti, ſilentium perpetuum eſt imponendum.*
9 *Studentibus & Mercatoribus exteris poſt diſceſſum debiti infamiam metuentibus, quid faciendum.*

Vt nunc

1 VT nunc ſunt res mortalium, nemo tam
fælix eſt, qui caret æmulis, & ſecretis
oſoribus.

2 Hi non apertè, ſed viperarum more, laten-
ter mordent, & honeſtam famam bonorum vi-
rorum clam & ſuſurris eripiunt, & quidlibet
mali de iis falsò confingunt, & in vulgus im-
pudenter ſpargunt, per quod viros bonos clam
apud paucos, tum publicè apud multos, aut in iu-
dicio, aut extra iudicium nequiter & indignè tra-
ducunt & diffamant, non verentes Deum, neque
homines, neque de reſtitutione ereptæ famæ ali-
quando ab ſeſe facienda cogitantes.

3 Huiuſmodi autem diffamationes, aliquando
committunt de criminibus, aliquando de ci-
uilibus (a) rebus.

4 Illa vt eſt grauior, ita maiori cura ipſi diffa-
mato per ſui purgationem, & diffamatoris ci-
tationem erit diluenda, & nominis prior inte-
gritas recuperanda, niſi quis ſit tam puſillani-
mis, vt contentus propria innocentia, om-
nem falſam de ſe ſuſpitionem, exemplo Chri-
ſti, ob eius amorem parui faciat, & contem-
nat, neque morans quid ineptum vulgus de ip-
ſo blateret, ſed quomodo ſeſe Deo probet,
quomodoque ipſi placeat ſolummodo curans,
ſatis de ſua innocentia confiſus, etiamſi Iudex
ſecularis ex ea diffamatione aliquid contra ip-
ſum falſò diffamatum tentauerit, liberum ſe fore
ab omni malo externoque periculo, & tantò
ſuam innocentiam omnibus fore teſtatiorem &
clariorem.

Cæterum ciuilis diffamatio aliquantò leuior
5 eſt, non tamen omnino tum propter ſe, tum
propter liberos, aut propter cognationem ne-
gligenda, ſed ea (niſi quis amore Dei, & in-
nocentia fretus propria, eandem etiam negli-
gere ſtatuerit) per iuſtitiæ repagula retun-
denda (b) & diſpellenda, cùm Sapiens dicat,
vnicuique curandum eſſe de bono nomine.
Si quis igitur aliquem diffamauerit, tanquam
de graui ære obæratum, ſcilicet, ratione mer-
caturæ, aut ratione aleæ, aut prodigalitatis,
vel obæratæ ſucceſſionis, aut quod ab ip-
ſo aut de aliquo alio iniquo iure detineat
ſuas ædes, agrum aut fundum contra ius,
contraque rationem, & ita de ſimilibus, quæ
verè diffamationes dicuntur, Bald. *in l. dif-
famari, circa exordium, C. de ingenu. manu-
miſſ.* Is, inquam, diffamatus, tales publicæ
famæ diffamationes, (ſi perſentiat) remouere,
& ſe purgare per iuſtitiam debet contra diffa-
matorem.

Sic etiam quoties aliquis ob tales diffama- 6
tiones, ita eſt in oculo Iudicis, vt ipſi me-
tuenda ſit lis, aut proceſſus, contra officium
Prætoris aut Iudicis, tunc ipſemet diffamatus
prior poterit intentare litem ſiue proceſſum con-
tra diffamatorem, ipſumque diffamantem in
Ius vocare, & eundem præuenire, ſic vt ſeſe
prius actorem conſtituat, (c) aut (ſi ita expedi-
re videatur) taceat, cedat, & reus fiat, doceat-
que eam diffamationem ſolùm ab ipſo diffa-
matore profectam. Ob quod à iudice (d) requi- 7
rat, vt ſub magna pœna tali nefario diffama-
tori ſilentium imponat, & vt malam famam
ſparſam reuocet & reſtituat. Et tunc poterit
ipſi Iudex tempus præfigere ad latius agendum
contra talem diffamatorem, iuxta *d. l. diffamari*,
& ibi Bald.

Et ſi is tunc diffamator non compareat ad 8
reſpondendum ad actionem ipſi intentandam
ſtatuto aut præfixo termino, (e) tunc diffama-
tus petet à Iudice, vt illi diffamatori ac il-
lius infamiæ conſortibus, & quibuſcunque
aliis ſucceſſoribus, qui contra ipſum litem eius
cauſa intentare poſſent, ſua ſententia perpetuum
ſilentium imponat, ſuper omni illo, quod ip-
ſe aut ſui conſortes, aut ſui ſucceſſores iudi-
cialiter poſſent aliquando petere, aut aliquando
exigere.

Sic ad huiuſmodi diffamationem euitandam
ſuaſerim omnibus ſtudioſis, & in academiis 9
honeſtis diſciplinis bonam operam nauantibus:
item etiam omnibus mercatoribus exteris, qui
ventum commodum ante diſceſſum expectant,
vt quoties metuunt poſt diſceſſum, aliquem
de ſe ſiniſtrum rumorem, ante diſceſſum pu-
blico (f) edicto euulgari curant, vt quicunque
ab ipſis aliquid petere vel exigere velit, is ve-
niat, exigat, ſtatutoque termino ſub pœna amiſ-
ſionis ſui iuris, ipſos in ius euocet, petitionem
iuridicam proferat, & litem contra ipſos inten-
tet. Quod pro omni infamia poſtliminio vitanda
erit remedium tutiſſimum, & id optima conſue-
tudine obſeruatum fuiſſe, teſtatur D. Baldus *in
d. l. Diffamari.*

ANNO-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XVII.

a. *De ciuilibus*) Condictionem ſeu querelam ex adducta *l. diffam.* vi locum habere non ſolum in criminali, ſed & ciuili diffamatione; neque ſolum in actionibus perſonalibus, ſed & realibus, nec ſolum in petitore, ſed & poſſeſſore, Boër. *dec.* 255 *n.* 7. Gomez. *reſol. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 18. 22 *& ſeq.* Couar. *reſol. lib.* 1. *cap.* 18. *in princ. & n.* 7 *cũ ſeq.* VVeſenb. *conſ.* 6. *n.* 212. *& conſ.* 30 *n.* 10, Mynſing. *obſ.* 78 *in princ. cent.* 3. *& obſ.* 8 *n.* 1. *cum ſeqq. cent.* 5. Gail *lib.* 1. *obſ.* 9. *n.* 2. Capic. *dec.* 110 *n.* 1. Cephal. *conſ.* 381. *n.* 11. Blarer latè in *repet. d. l. diffamari in argum ſive princ. n.* 21 *cum ſeqq. & cap.* 1. *nu.* 21. *cum ſeqq.* Gabriel. copioſè *tit. de act. on. lib.* 2, *concl.* 6. *n.* 2. *cum ſeq.*

b. *Retundenda.*) Ne ſerpat vlterius; nam vt in adducta *l. diffamari, ad verba in eadem obſtinatione,* ſcribit Oldendorp. Omnium æmulatorum vna eſt ſordes, vt cum ſemel inſanire ceperint non reſipiſcant, niſi Deus aut magiſtratus eos perdat. vbi in initio rectè mouet, adeò frequens eſſe hoc diffamandi maleficium, vt meritò pœna illius ex bono & æquo ſit aggrauanda: omnibusque modis l. hanc reſpõdere decalogo, vbi ſunt axiomata diuini iuris non occides, &c. delinquere enim diffamatorem iniuſtum, occidere hominem, furari nomen, improbo lædere teſtimonio. Sed horum adeò, æuo hoc corruptiſſimo, quòd (vt ille ait) vti nullis non delictis fibulam, ita & audaciæ ac petulantiæ laxat non pudet quoſdam, vt ijs, publicè etiam immineant quos acerbè oderunt, ni ſe nihilominus amicos recipiant: vel eo maximè deformantes quaſi non ſibi ignoſcant, cum ipſi non ſolum nihil ignoſcant, ſed & perijſſe eos continuo expetant: applaudentibus vbique ijs, quos etiam mederi oporteret. vt ſic ſimul bonis ac probis oppreſsis honores præripiant, ex aliena inuidia creſcant, iiſque artibus ſe quoque tollant. Qua de re, non ſine magna inuidia, nos & antea ſcripſimus, eò tantũ quò iuniores (quos capeſcendæ reipub. adaptamus) moneremus, ſi quando hæc occurrant, ne & ipſi applauderent, quin potiùs Chriſtiana manſuetudine, vtrorumque vitam anteactam penitiùs intuentes, veritati faces prætorrent; & quàm ſceleſtum ac nefarium ſit ibi bonos ac probos ita dilacerandos præbere, ex intima philoſophia ſecum reputent.

c. *Actionem conſtituit*) Ita quoque Dec. *conſ.* 686 *n.* 22. Afflict. *dec.* 258. *n.* 3. *cum ſeq.* Boër. *d. dec.* 255. *n.* 7. *& ibi ad diff.* Ludouic. Luc. *dec.* 32 *n.* 12. VVameſ. declarando, *conſ.* 70. *n.* 1. *cum ſeq.* Sed contra agentem *ex l. ac l.* 1 *diffamari.* dici reum, adeoque diffamantem eius forum ſequi, Myns. ex communiori *d. obſ.* 81 *n.* 4. *cent.* 5 *& obſ.* 92 *cent.* 6. Gail. *d. obſ.* 9 *n.* 3. *&* 7. & declarando *obſ.* 11. *ſub. n.* 3. *& obſ.* 12. *ad fin. lib.* 1, Capic. ex SC. *dec.* 28. Oſaſ. *dec.* 151. Cou. *d. cap.* 18. *n.* 4. *cum ſeq. lib.* 1. Fichard. *conſ.* 70 *lib.* 2. & in annotat. vltim. ad Villal. *com. opin. lit. l. n.* 112. VVeſenbec. *d. conſ.* 6. *n.* 213. *& d. conſ.* 30 *n.* 9. Natt. *conſ.* 656. *ſub n.* 2. Kirch. *com. opin. cen.* 4. *concl.* 71. Cephal. *d. conſ.* 381 *nu* 16 17. *&* 19 Gabriel. *lib.* 2. *receptar. ſent. tit. de action concl.* 6. *nu.* 41. *cum ſeq.* Blarer. exactiſſ. *in d. l. diffamari cap.* 4 Socin *in l. libertus* 14. *n.* 6. *cum ſeqq.* vbi Turamin. *ff. de in ius vocand.* Muſcat. prax. ciu *part.* 1 *gl. verb. Reus n.* 1.

d. *A iudice.*) Quomodo petendum, libelluſque formandus, Schurpf. *conſ.* 15 *ſub n.* 19. *cent.* 3. VVameſ. *d. conſ.* 70 *ſub. n.* 2 Gaill. *lib.* 1. *obſ.* 12 *n.* 2. Boër *d. dec* 255. *n.* 9. *cum ſeq.* Cephal. *d. conſ.* 381. *ſub n.* 10. *n.* 12. *& ſeqq.* Blarer. exactè in *d. l. diffamari cap* 5. *vbi ſub. n* 26. petendum ſolummodò vt diffamatori aſſignetur terminus, quo de iure quod ſe diffamando habere prætendit doceat; ſin lapſo termino nihil appareat, perpetuum ei ſilentium imponatur: in quibus terminis conſiſtendum, nec vlterius petendum, ideo ſe abſolui, vel liberum, vel ligitimũ, vel poſſeſſorem pronunciari deberi; Menoch. copioſè *conſ.* 366. *n.* 5. Sed de his latiùs art. 618. *& ſeq. ordinat. cur. Brabant. & art.* 8. *verſus fin. inſtruct. in. Holland.* quem declarat Merul. *prax. Holl. li.* 4. *diſt.* 2. *tit.* 1. *cap.* 21.

e. *Præfixo termino.*) Præcedere tamen binam citationem debere, Afflict. *dec.* 264. *Capic. dec.* 205 *ſub n.* 3. *cum ſeqq.* Schurpf *d. conſ* 15. *ſub n.* 20. Mattil. *ſingul.* 616. cui init. ſolent ſæpe. Boër *d. dec.* 255. *ſub n.* 16. *cum ſeq.* Gabriel. *d. concluſ.* 6 *in* 1. *limitat. n.* 21 *cum ſeqq.* Couarr. *d. cap.* 18. *n.* 2 *lib.* 1. *reſol.* Gomez. *lib.* 3. *reſol. cap.* 1. *n.* 24. VVeſenb. *d. conſ* 6 *ſub n.* 215. Ludouic. d. Luc. *dec.* 32. *n.* 1. *vbi n.* 6, *cum ſeqq.* ex SC. ſecus in citatione cum comminatione, quod tempore aſſignato elapſo, & nihil deducto vlterius nõ audiatur; cum vim peremptorij habeat hæc comminatoria ibidemque multo magis ſufficere vnicã peremptoriam, id quod tamen reprobari videtur etiam apud Blarer. *in repet. ad hanc l. ca* 6. *n.* 14 30. *&* 31. *in fin. &* Gail. *d. obſ* 12. *n.* 5 *cum ſeqq.* Quia de re itidem *in ordinat. curia Brab. art.* 571 *cum ſeqq.* Sententia tamen nondum lata, licere diffamatori, refuſis defectuum expenſis, ſemper agere, Boër. *d. dec.* 255 *n.* 12. Gomez *d. cap.* 1. *n.* 25. Leonin. ex *com. conſ* 14. *ſub n.* 9. Schurpf. limitando *d. conſ.* 15 *ſub. n.* 19. *cum ſeq.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 9. *n.* 8. Debere autem ante citationem ſummariè de diffamatione conſtare, Boër. *d. dec* 255. *num* 8. Couarr. *d. cap* 18 *ſub. n.* 2. Mynſ.

Digitized by Google

Mynſ. declarando, *d. obſ. 78. & d. obſ. 81. num. 5 cum ſeqq.* Menoch. *d. conſ. 366. num. 1.* Ludou. *d. dec. 32. num. 3. cum ſeq.* Blar. *d. cap. 1. nu. 35. num. ſeqq.*

f. *Publico.*) De huiuſmodi citationibus, per edicta, contra incertos non autem certos creditores obtinendis, Gaill. *d. obſ. 57. ſub num. 7. & 8. cum ſeq.* poſt Rom. *conſ. 53. num. 2.* cum apoſtil. Felin *in cap. 2. ſub num. 8. de conſtit.* aliiſque. Sed noui Brabantiæ ſenatum, cognitionem huius querelæ habentem, denegaſſe aliquando literas huiuſmodi contra diffamantes plures generaliter per edictum citandos.

CAPVT XVIII.

De Debitis euadendis in hæreditate, aut in domo mortuaria oneroſa.

SVMMAE.

1 *Qui metuit debitorum cauſa adire hereditatem, is annum habet ad deliberationem.*
2 *Metuens adire hæreditatem intra annum impetrare poteſt, à Principe beneficium inuentarij.*
3 *Nactus beneficium Principis de literis inuentarij, liberè hæreditatem adeat.*

Literæ beneficiales inuentarii habent ſex priuilegia.
4 *Primum efficit, ut ijs munitus non dicatur ſimpliciter hæres.*
5 *Secundum, ut exoluat tantum, quantum reperit, & cui velit.*
6 *Tertium eſt, quo pro ſuo arbitrio ſoluere poteſt, aut bonis immobilibus, aut mobilibus.*
7 *Quartum eſt, quo ſoluere poteſt ſchedulis obligatoriis, abſque earum præſtatione.*
8 *Quintum, quo bona reperta, & poſtea omiſſa etiam ſuo damno reſtituere non debeat.*
9 *Sextum eſt, quo impetrantē liberat ab obligatione mixta, id eſt, reali, & perſonali.*
10 *Hæredibus conſulendum, ut domum mortuariam ingrediantur cum dictis literis beneficialibus.*

Literæ beneficiales impetrantem onerant 6. conditionibus.
11 *Prima, eſt quod literæ beneficiales ſunt nullæ, ſi aliquis hæreditatem adeat ſimpliciter.*
12 *Secunda, ut ilico omnium bonorum repertorum inuentarium conſcribat.*
13 *Tertia, ut repertorium conficiat coram ſenioribus, vocatis & vocandis.*
14 *Quarta, ut repertorium conficere curet intra annum, aut intra tres menſes.*
15 *Quinta, ut legitimam cautionem ponat de repertis bene adminiſtrandis.*
16 *Sexta, ut rationem reddat coram Magiſtratu & Creditoribus.*
17 *Has conditiones qui non obſeruat beneficii priuilegio gaudere non poteſt.*
18 *Beneficium inuentariatus tantum ſpectat ad Creditoribus per hæredis ſoluendum.*
19 *Gandauo beneficium inuentariatus eſt nullum, quia ibi nullus hæreditatem recuſare poteſt.*
20 *In Francia etiam nullus hæreditatem repudiare poteſt.*

1 QVicunque timet, ſiue non audet ſeſe fundare in alicuius domo mortuaria hæredem, eandēque hæreditatem adire metuit, nempe timore debitorum paſſiuorum, ob quæ eiuſdem domus mortuariæ hæreditatem, non præter rationem potius repudiandam exiſtimet, is ob eius metus cauſam, poterit ad annum deliberare, voluntatem & optionem ſuam ad annum vſque protrahere, & interim à Principe intra eundem annum impetrare diploma quoddam (quod vocant literas beneficij inuen-
2 tarij) (a) vt ex eo inuentario conſpecto, & rite examinato certius quiddam de ſe ſtatuere poſſet, an in eadem domo mortuaria ſe hæredem aſſerere, fundare, & conſtituere, bonorumque adminiſtrationem omnem acceptare velit, an ſeſe ab ea excludere.

3 In qua re ſuaſerim omnibus hæredibus nactis tale beneficium, ne domum mortuariam relinquāt, ſed vt propter honorem eiuſdem domus, totiuſque familiæ, & cognationis, ſeſe non ſimpliciter, ſed cum virtute dicti beneficij in domum mortuariam inferant. Habito enim eo beneficio, nihil perdere, nullum damnum (l) ferre poterunt, qui cum inuentis duntaxat bonis creditoribus perſoluere poterunt, quouſque ſe ea reperta bona extendent, & nihil de ſuis propriis addere debebunt. Solum itaque ſuum laborem & operam beneuolam, citra vllam rerum ſuarum iacturam, domui mortuariæ impendent, quam operam charitas & honeſtatis ratio tali domui recuſare vetant. Et vt tutius & audacius ſeipſum aliquis; in quamcumque ſuæ hæreditatis domum mortuariam inſerere, cum dicto beneficio literarum inuentarij poſſit, & benignè velit, hic libens eidem omnes talis beneficij prærogatiuas, & priuilegia aperiam quæ nec leuia nec contemnenda ſunt, ſed præclara & magnifica.

Primum enim priuilegium, quod tales literæ beneficiales efficiunt, eſt, vt qui ſe cum tali beneficio inuen- 4

inuentarij, in domum mortuariam hæredem ingerit, non ſimpliciter (c) hæres dicatur, ad omnia debita perſoluenda, vires hæreditarias etiam excedētia, ſed hæres, dicatur tãtùm cum adiuncto, nempè hæres beneficij inuentarij, aut hæres beneficialis, ſcilicet, munitus benignitate Principis, ad ſolùm exoluenda debitã, quouſq; bona reperta (iuxta inuentariū) ſeſe extendent, & nō alia nec vlterius. (d)

5 Secunda prærogatiua eſt, quod diſtribuere poteſt bona reperta pro ſuo arbitratu, & exoluere iis creditoribus, quibus ipſe vult, & inquantum domus mortuariæ bona ſeſe extēdunt, & quouſque durãt, & non tenetur ea diſtribuere ſingulis, cū reductione, aut diſſectione ſecundum æs, & liberam (vt fieri ferè ſolet) nec etiã obligatur animaduertere; cuius debitū fuit prius, & cuius poſterius, cuius æquius, cuius iniquius (niſi id ex ſua prudentia velit) ſed poteſt pro ſuo arbitrio ſatisfacere vnicuique creditori, vel legatario primo venienti, (e) modò is in Inuentario debitorum contineatur, & probatam ſchedulam debiti adferat.

6 Tertia prærogatiua eſt, quod ex ſuo arbitrio, ſicut vult, poteſt aut quæque bona mobilia, aut paratã ſiue promptam pecuniam aſſignare creditori, aut eidem dare in ſolutionem (f) aut eidem dare bona immobilia, ſcilicet, fundos, agros, domos, & feuda, æſtimatione & arbitrio bonorū virorum. Imò poteſt (aliis creditoribus etiam inuitis) eidem vni creditori, tantum dare de bonis hæreditarijs in ſolutionem, quantum ei iuxta inuentarium debetur, & non amplius: nec eſt quod metuat poſtea ſe poſſe ſuccumbere, ſi contrà ipſum poſtea quæſtio aut lis oriatur iuridica.

7 Quarta prærogatiua eſt, quod poteſt creditorib. dare aut aſſignare in ſolutionem ſchedulas obligatorias, ſeu obligationes (g) defuncto debitas, vt earum ſolutiones pro ſuo arbitrio, & ſicut ipſis videbitur proſequantur, & nequaquam obligatur ipſis de expenſis (h) earum cauſa faciendis.

8 Quinta prærogatiua eſt, quod ſi poſt inuentariū (i) confectum; contingeret bona reperta caſu fortuito minui, aut deteriorari, nēpe ſi quædam animalia reperta ante ſolutionem, furto abducerentur aut morerentur, ſcilicet, equi, vaccæ, porci, oues, boues & ſimilia, aut ſi domus incendio, aut ventorum tempeſtate periret, aut ſi ſchædulæ furatæ eſſent, aut alij debitores fugerent, aut quoquam modo alio hæreditatis bona reperta minuerentur; quo minus creditoribus ſoluendis ſufficerent: non teneretur hic hæres beneficiatus tale damnum iterū complere, & è ſuis bonis reſtituere, ſed omnis illa iactura, & caſualis rerum amiſſio, creditorum periculo & damno contingeret, non damno (vt dixi) hæredis beneficialis, qui iſtud damnū reſarcire aut reſtituere nullo modo deberet, ſed tantum ſoluere creditoribus cum bonis repertis, & præſentibus, ſine vllo reſpectu bonorum amiſſorum.

Sexta eſt, quod præfatum beneficium excuſat 9 impetrantem ab omni obligatione mixta, & tã bene obligatione ipſius defuncti, quam ipſius hæredis (k) & eundem ab omni vexatione ac litis moleſtia (l) quam cæteri creditores non ſoluti in ipſum tentare poſtea vellent, liberat & abſoluit.

Ob has igitur cauſas, atq; ob enarrata priuilegia, 10 docti Aduocati & Procuratores conſulunt partib. vt potius ſeſe fundēt hæredes in domo mortuaria, aut ſucceſſione oneroſa, per beneficiū inuētarij, quã vt ſimpliciter ſeſe ingerãt. Et ſciēdum eſt, quod iſtud priuilegiū beneficij inuētarij, ſemper eſt conditionatū & oneratum conditionibus ſex ſequentibus.

Prima eſt. Quod iſtud beneficium inuentariatus 11 erit nullum, ſi quiſpiam alius hæredum ſeſe in eam domum mortuariam vellet ingerere ſimpliciter. Quia literæ beneficiales Principis, tantum conceduntur in euentum, quo nullus eam hæreditatem adire vellet ſimpliciter, quo caſu Magiſtratus ſeſe in eam domum inferret, & perſolueret vnicuique creditorum, iuxta libræ deciſionem, ad ratã bonorum repertorum, & creditorum, quod (quia parum decorum eſſet eiſdem domus mortuariæ hæredibus, & affinibus.) Princeps largitur vni hæredum, aut omnibus ſimul petentibus ſuas literas beneficiales, vt tantum ſoluant, quantum ea bona reperta ſeſe extendant.

Secunda eſt vt omnia bona (m) qualia fuerint, per 12 ipſum in domo mortuaria ſiue hæreditate reperta, ilico inſcribi faciat inuentario ſeu repertorio.

Tertia eſt, vt legitimum & iudiciale conficiat in- 13 uentarium, hoc eſt, quale decet, nempe coram (n) præſentibus quibuſdam ſenioribus, & ad hoc vocatis, qui ad hoc vocati legitime (o) debent vt hi omnes rerum inuentarium oculati & bonæ fidei teſtes eſſe poſſint.

Quarta eſt, vt tale inuentarium conſcribat aut 14 conſcribi faciat intra annum & diem, ſi quidem bona omnia non ſunt præſentia: quia ſi eſſent (p) omnia præſentia, inuentarium deberet conſcribere intrà tres menſes, *l. Scimus, §. Sin autem dubius eſt, & §. Sin autem à locis, C. de Iure deliberan.*

Quinta eſt, vt talis hæres beneficij inuentarij, det 15
aut ponat bonam & ſufficientem cautionem, (q)
ſeſe bona hæreditaria bene optimeque adminiſtra-
turū. Sexta eſt, vt ipſe poſteà faciat & reddat bonã, 16
legitimam, & ſufficientem rationem adminiſtratio-
nis, & reliqua, coram Magiſtratu & corã omnibus
creditoribus, aut ipſorū procuratoribus, nēc autē co-
rã cohæredibus domū mortuariã nō ingreſſis. Has
cōditiones explicare volui, ne impetrator beneficij
inuētarij; nimiū ſuo beneficio fidat, & ſeipſum frau
det aut in damnū incidat. Nã quiſquis beneficij in- 17
uētarij impetrator has conditiones nō obſeruaret,
nec in ipſa adminiſtratione prædicta faceret, nec
cautionem dediſſet nec legitimè inuentarium feciſ-
ſet, is amitteret (r) præfatum beneficium, habere-

turque

Digitized by Google

turque pro hærede ſimplici,qui obligatur loqui &
reſpondere pro omnibus & integris debitis in hæ-
reditate repertis.

18 Iſtud beneficium fundatur ſuper his,qui ex iure
hæreditario, aut alio quocunque modo, ſeſe in ali-
cuius domum mortuariam intererent, cupiunt (ſed
debitorum metu dubitant) vt,ſcilicet , per eos be-
neficio Principis fretos, bona arripiantur, & etiam
debita digne pro viribus bonorum repertorum
ſoluantur. Qui ſi iſtud efficere recuſent,nec alius
quiſpiam ſeſe hæredem ſimpliciter cōſtituat, ea ta-
men bona non relinquentur intacta aut deperdita.

19 Nam eo caſu Magiſtratus ſeſe hæredem(vt dixi)
cōſtituit, & bona reperta ad ſolutionem creditorū
apprehendit . Gandaui autem hoc beneficium ne-
quaquam locum habet . quia ibi nemo hæreditatē
ſeu domum mortuariam fugere aut recuſare poteſt
ſed vnuſquiſque obligatur ibi præſtare cautionem
de commodo accipiendo (ſi quod fuerit) & de de-
bitis paſſiuis exoluendis.

20 Et ſi per contractum antenuptialem prædictum
fuiſſet, quod vidua futura , nulla mariti defuncti,
aut domus mortuariæ debita exolueret, eo tamen
caſu ipſa vidua nihilominus interim maneret obli-
gata:ſic vt de debitis reſpondere , & omnibus do-
mus mortuariæ creditoribus perſoluere debeat.
Verum tamen hoc beneficium per talem contractū
conſequitur, quod per eum ipſi competat actio &
recurſus, (s)ad hæredem,vel hæredes defuncti , vt
ab ijs per ſe ſoluta debita repoſcat. In quo recur-
ſum habendo,prius illud notandum eſt,& præſup-
ponitur,quod aliquis hæres comparuerit,& in do-
mum mortuariam ingreſſum fecerit , & debitam
cautionem præſtiterit. Is enim ſi non comparuerit
(nam hæreditatem quiuis recuſare poteſt)ipſa vi-
dua obligata ad ſolutionem permanet, & eo recur-
ſus vel actionis beneficio fruſtratur.

21 Brugis municipalis conſuetudo habet,vt viduæ
domui mortuariæ renunciare liceat, ſub hac con-
ditione,qua cedet vniuerſis mortuariæ domus bo-
nis,tam à ſe quam à marito defuncto relictis, dein-
de qua clauem domus per ſe , aut per alium ſepul-
chro mariti impoſuerit , aut in manus receptoris
obæratorum traditam curauerit. Quas conditiones
vidua vbi expleuerit , de nullis domus mortuariæ
debitis conueniri poterit,niſi ea eſſent,quę per ip-
ſam ante contractum matrimonium conflata fuiſ-
ſent,aut de iisipſamet conſenſiſſet, aut ſubſcripſiſ-
ſet, aut ſoluere promiſiſſet,aut niſi ea eſſent debi-
ta, quæ negotiationis, aut mercaturę cauſa profecta
fuiſſent , quam ipſa cum ſuo marito communiter,
aut ſola cum mariti(t)cōſenſu exercuiſſet. Vt enim
mercatricis fides in negotiationibus ad omnem
prouentum eſt rata,ita & ipſius fides ad omnē de-
bitum ſoluendum debet eſſe rata;Atque hæc dicta,
locum duntaxat habent de vidua ipſa. Viduus enim
tali beneficio gaudere non poteſt,ſed neceſſario(v)
debet is manere poſſeſſor, & ſeruator domus mor-
tuariæ ſuæ vxoris , nec vllo modo renunciare aut
cedere domui mortuarię poteſt, ſed manet obno-
xius omnib. debitis eiuſdē domus mortuariæ ſol-
uendis, ſaluo ſuo regreſſu ſuper eiuſdē hæredibus
pro dimidia parte debitorum,dūmodo hi in eandē
domum ingreſſum fecerint,alias verò minimè. Nā
hæredes (vti diximus) domui mortuariæ ſemper
renunciare poſſunt.

Praxis autem, & municipale ius ciuium Hypré- 22
ſium tale eſt , vt æqualiter tam ad mulieres ciues,
quam ad viros ciues ſeſe extendat, & ſimiliter ad
quæcunque ipſorum domorum mortuariorum bo-
na , vbicunque in Flandria ſita aut reperta fuerint.
Atque ita hactenus conſtanter obſeruatum fuit ab
anno 1525. Sicuti enim maritus & vxor veluti vna
atque eadem perſona ſunt, & communes aut pares
in omnibus bonis,per ipſos in coniugalem fami-
liam collatis, conferendis, aut prouenie ndis, tā mo-
bilib quam immobilib. ſine vllo reſpectu (qualia ea
bona fuerint) aut ab vtrius parte prouenerint, ita
quoque pares & communes ſunt in omnibus debi-
tis,tam antenuptialibus, quàm poſtnuptialibus, tā
ab vno, quam ab altero contractis. Atque hinc et-
iam fit,quod quamuis iuxta eandem ciuitatis con-
ſuetudinem viduæ permittatur domus mortuariæ
ſui defuncti mariti intra triduum, quo mariti mors
ad ipſius notitiam peruenerit,fugere,ipſiuſque bo-
nis omnibus, tam à ſuo latere profectis nuptialibus
quam quibuſuis aliis , ipſis ambobus ante mortem
communibus cedere, & renunciare: ipſa tamen ni-
hilominus vidua ſemper manet onerata in dimidie-
tate omnium debitorum eiuſdem domus mortua-
riæ , quæ reſtabunt ſoluenda poſt diuenditionem
omnium bonorum domus mortuariæ, & poſt eam
auctionē publicam factā, & creditorib. attributam.

Per territorium verò Franconum, à multis annis 23
non licuit vidųę ex ſui defuncti mariti domo mor-
tuaria cedere , nec eidem renunciare permiſſum
olim fuerat, ſed per mortem mariti, neceſſaria hæ-
res permanſit, obligata in omnibus communis do-
mus debitis ſoluendis , adeò vt ipſi nullum inuen-
tarij beneficium hac in re patrocinari potuiſſet.
Verum pauculis ab hinc annis recenter introductū
fuit, & ſtatutis ordinatū: ne hic conſuetudinis ri-
gor diutius ex cauſis in viduas exerceretur, ſed vt
cedendo bonis, foret libera ab omnibus ſui mariti
domus mortuariæ ſoluendis debitis , quæ quidem
cedendi, ac renunciandi libertas ipſis viduis (vt di-
xi) olim non fuit permiſſa, ſed ad plenā omniū de-
bitorum ſolutionem tenebantur. Et ſi eorundē de-
bitorum cauſa capta fuiſſet, ob eadem tunc captiua
tenebatur, donec omnibus ſatisfeciſſet.

Idem quoque rigor obſeruatur in regno Franci, 24
(x) de conſuetudine , quia nemo legitimus hæres
poteſt repudiare prædefuncti hæreditatem, ideo;
ſiue hæreditatem adeat, ſiue non adeat , ſemper eſt
verus hæres, & dominus omnium bonorum per
defunctum relictorum.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAP. XIX.

a. **B**eneficij inventarii.) Diploma ſiue literas huiuſmodi, ad hoc impetrari debere, ſtatuit in his inferioribus prouinciis ſuis Carol. V. Imp *ordinatione ſua anni* 1541 *artic* 42. addens ſolemnitates deſuper requiſitas licet alioqui de iure com. côcedatur, vt docet Reb *in procem conſtit reg. gl.* 5. *n* 80. *& tom. 2. tract. de reſti. ar. 3. gl* 1. *n.* 32 *& tom. 3. tract. de inuentar. art.* 1. *gl.* 1. *n* 12. dicês vix impetrari has literas in patria iuris ſcripti, ſecus in côſuetudinaria.
b. *Nullum damnum*) Cephal. *conſ* 332 *n.* 36. *cum ſeq.* Conſeruantur n. hæredi omnia iura, ac ſi hæreditatem non adiuuiſſet, vt poſt *gl. & doct in adducta l ſcimus* § *in computatione* vbi Sichard. *n.* 3. *in fin.* aliosque reſpondit Rolâd *co ſ.* 63. *n* 55 *lib.* 4. Oſaſc. *conſ* 62. *n.* 21. Magon. *ex SC. Luc. dec* 6. *n.* 42. vbi *n.* 43. poſt Menoch. *conſ.* 89. *n.* 27 *cum ſeq.* conſtitui in eo ſtatu quo erat antequam adiret Oſaſ. *d conſ* 62. *ſub n.* 21. Roland. *l b.* 2. *conſ.* 73. *n.* 2 *in fin.* vbi *nu.* 3. *& d conſ* 63. *n.* 36. ſic cenſeri hæreditatem iacêtem.
c. *Non ſimpliciter.*) Pulchrè Curt. Brug. *coniectur. ad frat. lib.* 1. *c. p* 41. & ad Viuid *lib.* 2 *cap.* 17. Fab. *C. lib* 4 *tit.* 30. *definit.* 24 *n* 2.
d. *Nec vlterius.*) Reb. *ad conſtit reg tom.* 1. *tract. de ſent. p*[illegible] *art* 3. *gl.* 3. *num.* 16. Roland *d. conſ.* 73. *n.* 1. Valaſc. declarando *dec* 52 *n.* 35. *cum ſeq.* Pinell. exactè. *ad l.* 1. *part.* 3 *num* 81 *ad fin c de bon. mater.*
e. *Primo venienti.*) Fab. *d. c.* 33. *num.* 1. *lib* 6. *tit.* 21. Valaſ latè *d dec.* 52. *num.* 38. vbi tamen è praxi, hæredem alios eſſe creditores ſcientem, in dolo cenſeri, ſi non petierit ſatiſdationem à ſolutionem recipientibus, de reſtituendo poſteà venturis id quod eos tangeret; poſt doct. *in d. l ſcimus* §. *& ſi præfa num.* vbi latè Sichard *num* 6. *cum ſeqq.* Reb *d. gl.* 3 *ſub nu.* 16. & præuia huiuſmodi cautione ſolutionem liquidorum non retardandam ob illiquida non expectata etiam illiquidorum ſententia, *diſponitur d ordinat. art* 43.
f. *In ſolutionem*) Reb. *d. gl* 3 *verſ.* 5. *quod* creditores vbi ſecus ſi in hæreditate ſit pecunia, Valaſ. *d. dec.* 52. *num.* 39. vbi etiam ſecus, reperto emere parato ad ſatiſfaciendum debita & legata, abſque obligatione propria de euictione, poſt doct. *in d. l. ſcimus* § *etſi præfat. num* vbi Sichard *num* 12 *Sed neque liberari*, ſi mobilia exhibere iuſſus, ad poſtulationê vnius ex poſterioribus, vt ſibi ex pretio ſatiſfieret eadem alijs fortè anterioribus dederit in ſolutum, Fab. *ex SC. d. dec.* 33 *num.* 4 *cum ſeqq.* vbi *num.* 2. ſoluendum potius à quo priùs fuerat conuentus quàm anterioribus etiam.
g. *Obligationes.*) Sichard. poſt alios, *in d.* §. *etſi præfatam n.* 10. *in fin.*
h. *Expenſis*) Quis deducat, Reb. *d. gl.* 1. *n.* 14. *& d. gl* 3. *ad fin* Valaſ. latè *d dec.* 52. *n.* 42.
i. *Poſt inuentarium*) Imò ſiue ante aditam hæreditatê ſiue poſt, Valaſ. declarando *d dec.* 52 *n.* 42.
k. *Quam ipſius hæredis.* Vinc de franc. exactiſſ. *dec.* 323 *tota.* Soar. *ex com. r. cept. ſent theſ in lit. I n.* 173. Cott. *in memorab ve b. Inuentarii ſub ini. l. mirando* remiſſiuè licet contrà Surd. *dec* 183. *in fin.*
† *Litis moleſtia*) Sichard. *d* §. *& ſi præfatum num.* 13. *& ſeqq.* Reb *d gl* 3. *verſ.* 6 *quid ſi* Vinc de Franc. declarando latiſſ. *dec* 272. Valaſſ. *d dec.* 52. *n.* 40. vbi plures vtilitates declarantur.
l. *Alius hæredû.*) Manſi *in prax tit.* 32. *verſ item ſi ille qui* Reb. *in d. gl* 5. *ſub n.* 80. Boër. exactiſſ. *côſ.* 53. *ſiue vlt*, vbi de ſtylo Frâciç, licet de iure aliud ſentiat.
m. *Omnia bona.*) Menoch. *conſ* 89. *n.* 146. & declarando exactiſſ. *conſ* 471. *toto.* Mobilia, & immobilia ac iura defuncti, & res alienæ depoſitæ & côrnodatæ penes defunctum, vt poſt alios *in d l. ſcimus*, vbi Sichard *in* §. *ſin autem dubius num* 9. Dec. *conſ.* 633. *n* 10. *cum ſeq.* Roland. *conſ.* 73 *n.* 27. *lib.* 2. Valaſ. latè *d. dec.* 52. *n* 10 *cum ſeqq.* & vtrobique proteſtandum quod plures res & iura non inuenit, & ſi reperiri contingat addet. Quatenus etiam fructus & acceſſiones ſcribendæ Val. *d dec* 52. *ſub nu.* 10 Sichar. *d.* §. *ſin autem dubius num.* 11.
n. *Coram.*) Bald. *conſ.* 147. *ſub n.* 1. *lib.* 4 Guid. *dec.* 571 *n.* 8. *in fin* Dec. *d conſ* 633. *n* 14 *cum ſeq.* Rol. *d. conſ.* 73. *n.* 14. *cum ſeq. &* 24. Valaſ. *d. dec* 52. *n.* 22. *&* 24 accedit Menoch. *d. conſ.* 89 147.
o. *Vocari legitimè.*) Bald. *conſ.* 265. *n.* 1. *in fin cum ſeqq. lib* 3. Dec. *d. conſ* 633. *n* 8 Crauet. *conſ.* 89 *n.* 6. *& conſ* 125 *n.* 1, *cum ſeqq.* Rebuff *in concord. Franc. tit. de conſtitut. ad verb. Gallicos prælatos ſub init* Roland. *d. conſ.* 73. *nu.* 22. *cum ſeqq.* Valaſ. *d dec.* 52. *n.* 21. Reb. *d gloſſ.* 1 *nu.* 16 Capic. *dec.* 101 *tota.* Men. latè *d. conſ.* 89. *n.* 148. *cum ſeqq* Merul. declarando, *prax. H ll. lib.* 4. *diſt.* 4 *ſect.* 1. *tit.* 4. *ca.* 12. *n.* 13.
p. *Quia ſi eſſent.* Bald. pulchrè *conſ.* 383. *n.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 48. *n.* 1. *lib.* 5. Valaſ. *d. dec.* 52. *n.* 8 *cum ſeqq.* Guid. *ex SC. d. dec.* 571. *n* 1.
q. *Cautionem.*) Reb. *de inuent d. gl.* 1 *n.* 18. *& ſtatuitur d. ordinat art.* 42. quæ ſtatuta côſtitutiones & conſuetudines loci vbi conficitur in hoc ſeruandæ ſunt, Reb. *d. gl.* 3 *ſub n* 4. vbi in Francia ſolemnia hæc valdè diminuta eſſe; Valeſ. idem in Hiſpania aſſerês *d dec* 52. *n.* 32. vbi tota hæc materia exactiſſ. Et de huiuſmodi conſuetudine probanda, Rol. *d. conſ.* 73. *ſub n.* 41. *& ſeq. Cap d. dec.* 101. *ad fin.*
r. *Amitteret.*) Sic ſolere peti vt declaretur hæres ſimpliciter, Reb. *d. gl. vna n.* 17.

Digitized by Google

ſ. *Recurſus.*) Peck. *de iur. ſiſtendi cap.* 4 *nu.* 8. *verſus fin. verſ. interim veriſſ.* ſic intelligens, licet corruptè (opinor) citatum Chaſſen. *ad conſuet. Burg. tit.* 4. §. 9. *num.* 1. *& ſeqq.*

t. *Aut ſola cum mariti.*) Tunc vxorem quaſi iure ſocietatis, & corream debendi pro marito debere, Gaill. *libr.* 2. *obſ.* 90. *n.* 5. maritumque ex vxoris contractu teneri. Fab. *ad* §. *ſi igitur, num.* 10. *ad fin. verſ. item quæritur quid ſi, inſtit. quod cum eo qui in alien. pot. eſt.* Gomez. *ad Tauri l.* 54. *cum ſeqq. num.* 7. Latè Chaſſen. *conſuet. Burgund. tit.* 4. §. 1. *ad verb. s'elle n'eſt marchande, & ſeqq.*

v. *Neceſſario.*) Sic marito inuētarij huiuſmodi literas denegatas ſcio quandoque Bruxellæ; tanquam neceſſario vxoris municipali iure hæredi.

x. *Franciâ*) Contrà Rebuff. *de inuent. d. gloſſ.* 1. *num.* 8. Inuentarium (inquiens) hoc bonorum non diſſoluit communitatem ſeu ſocietatem quæ eſt inter virum & vxorem de conſuetudine in hac patria, ſi poſt mortem mariti rectè confectum non fuerit, *&c.*

CAPVT XIX.

De Iudiciis, Litibus, & Proceſsibus.

SVMMAE.

1 *Lites, ſiue proceſſus alij ſunt* { *Criminales.* / *Ciuiles.* { *Feudales.* / *Non Feudales.* }

2 *Lites Criminales quæ ſint.*
3 *Lites Ciuiles Feudales quæ ſint.*
4 *Lites Ciuiles non Feudales quæ ſint.*
5 *Lites Criminales fiunt Ciuiles, & contra.*

1 Lites ſiue proceſſus ſunt duplices, ſcilicet criminales & ciuiles. (*a*)

2 Lites criminales ſunt, in quibus tractatur de negotio ſeu cauſa criminali criminaliter intentata, de his quia abundè ſatis meminimus, in iuſto noſtro tractatu, cui titulum indidimus: Praxim rerum criminalium, huc prorſus nihil repetere volui.

3 Lites ciuiles ſunt, in quibus tractatur de negocio, ſiue cauſa ciuili. Lites ciuiles ſunt duplices, ſcilicet, feudales, & non feudales. Feudales lites ſunt, quæ de feudis tantùm aguntur, non in quibuſuis Curiis, nec coram omnibus Magiſtratibus, ſed tantùm coram & in ſuis Curiis propriis, (*b*) ad quas potiſſimum ſpectant, & veluti ad capita reſortiuntur, de quibus ſuo loco.

Lites ciuiles non feudales ferè tractāt de actionibus perſonalibus, realibus, petitoriis, poſſeſſoriis, (*c*) & ſimilibus, de quibus in hac noſtra Praxi ciuili, mentionem ſummariè tantum faciemus. 4

Quæ cauſæ ciuiles nihilominus aliquando appellantur, fiuntque criminales, tametſi ciuiliter ſint intentatæ, nempe, quando fiſcus ſe ingerit & immiſcet (*d*) pro Iure Principis, aut pro mulcta, (*e*) ſiue (vulgo) emenda, aut pro ſimilibus. Sicut aliquando contingit, vt cauſa criminalis etiam criminaliter intentata, deſinat in ciuilem, & poſteà intentetur ciuiliter, quod notandum eſt, ad materiam cauſæ ciuilis, quo ad aliqua, *c. Tuæ, extra. de procuratoribus. & in c. At ſi clerici*, in gloſſa in verbo. *Non tenet, ext. de iudic.* 5

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XIX.

a. Criminales & Ciuiles.) Differentias inter huiuſmodi cauſas accumulat vberrimè Marſil. *in Praxi crim.* §. *expedita, nu.* 63. *cum ſeqq.* Dixi in *hoc somm par.* Damhoud *tit. cauſa ciuilis ardua ad fin.* Quæ verò ſint huiuſmodi latiſſ. Marant. *de ord. iud. part.* 4. *nu.* 1 *cum ſeqq. in* 1. *diſtinct.* Rebuff. ſuccinctè, *ad l. rei appellatione, verſ. inde pecuniaria, ff. de verbor. ſignif.*

b. *Curiis propriis.*) Nimirum coram paribus curix, *cap.* 1. *vbi not. de contr. feudi apud par. determ.* Char. § *feudum, quaſt.* 90. *in princ.* Gaill. *libr.* 1. *obſ.* 1. *num.* 54. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 99. *in princ. cent.* 4. *obſ.* 89. *in princ cent.* 5. *obſ.* 75. *num* 1. *cum ſeq. & cent.* 6. *obſ.* 18. *num.* 1. Fab. *ex tendendo, dec.* 6. 11. 11 *l. lv.* Meichſner. declarando, *dec.* 4. *ſub num.* 18. *& num.* 16 *tom* 4. VVeſenbec. *conſ.* 30. *toto.* Scvvanm. *iuſſer,* 11. *toto.* Iacobin. latè diſtinguendo *t. a.* 7. *de feud. in verb & dicti vaſalli, nu.* 1. *cum ſeqq.*

c *Petitoriũ,poſſeſſorijs.*) Reb.*in l.litis nomen omnem actionem ſignificat.in princ. & verſ. 3.dicitur lis. ff. de verb.ſignif.*

d *Immiſcet.*) De adiũctionibus huiuſmodi procuratoris & aduocati fiſcalis, Rebuff *tom.3.conſt.reg. art.1 gl.1. & ſeq. tract.de adiunct.& ſubſcript & in ord.curiæ Brabant.articul* 103.*cum ſeqq. & inſtruct. Holl iud.art.17.in fin.art.* 22. & 51. de quibus Merul *prax.Holl.lib.4.diſt.3.tit.9.cap.7.& tit.11.c.1. n.10.ſent.3.*

e. *Promulct.*) Cauſam dici criminalem ſi pœna applicetur fiſco vel communitati, ſin parti, ciuilem, Damh.*in praxi crim.cap.3.num.5.cum ſeqq* Mynſ. *com.conſ.20.num.2. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. iud.caſu 265.num.4 cum ſeqq.* Soar.*rec ſent. lit. C. num.331.& lit.P.num.132.* Clar. *ſent.libr.5.§ fin. quaſt.1.num.1.cum ſeqq.* poſt gl. & Bart.*cum apoſt. in l.prætor ait.in princ. de ſepulc. violat.* Etiamſi pœna fiſco applicanda deſcendat ex contractu illicito, Laurent. *excom.& S.C.dec.*112.*num.2.cum ſeqq.* Etiamſi itidem vtrique applicetur, Coruazz. *dec.193.num.9.* voluitque Alex.*cum Apoſt.conſ.82. num.7. vol.1.* Clar. *d.quaſt.1. ſub num.2.verſ.3.eſt caſus*, neque tamen ſufficere vt ſit criminalis, quod fiſco applicetur, ſed debere à cauſa criminali dependere, Viu.*ex com.dec.350.n.4.* vbi ſi dependeat à ciuili, ciuilem eſſe; & voluit ex com. Bonacoſſa, *c.m.opin verb.cauſa criminalis.* Sed & quando deſcendit è delicto, etiamſi agatur ciuiliter, criminalem dici, Vinc. de Anna *ex SC. ſing.* 384. De toto autem cap, omnibuſque his Mar.*de ord.iud. part 4. diſtinc. 1. explicans part. ſeq.* quomodo accipiantur differantque iudicium, lis, inſtantia & cauſa.

CAPVT XX.

Quomodo procedatur in Ciuilibus Iudiciis & Proceſsibus.

SVMMAE.

1 *In Iudiciis Ciuilibus primò proceditur à Citatione.*

2 *Citatio, Petitio & Reſponſio in iudiciis, à tempore Adæ producta ſunt.*

3 *In proceſſibus proceditur, vel*
- *Ordinariè, quando.*
- *Summariè, quando.*
- *De plano, quando.*
- *Sine forma Iudicii, quando.*

4 *Iudicii & proceſſuum norma à Deo comprobatur.*

1 QVicunque aliquem proceſſum contra alium intentare voluerit, is omniũ primo Partem ſuam aduerſam in iudicium contra ſe citare debet, & Iudici exponere citationis cauſam, cur illum in iudicium euocauerit, quid habeat, quod de illo conqueratur, quidq; ab eo per Iudicis decretum, & ſẽtentiam diffiniri & iudicari velit.

2 Hæc autem citationis (*a*) ratio (vt longius repetam) primo orta videtur ex Paradiſo voluptatis, vbi Adam, vt reus à Deo Iudice, quaſi in Ius euocatur, & de crimine inobedientiæ repræhenditur. Reſpõſio quoque Adæ rei in iudicio oſtenditur, cum de crimine accuſatus, ſeipſum purgare nititur, & criminis reatum in vxorem, veluti in partem aduerſam, & commiſſi criminis potiorem authricem retorſit, cum dixit. *Mulier quam dediſti mihi ſociam dedit mihi de ligno, & comedi.* quæ ſtatim etiam criminis cauſam in Serpentem tranſtulit, cum diceret: *Serpens decepit me, & comedi.* Sed quoniam indignæ & inſufficientes fuerunt excuſationes, ſententiam Iudicis audiunt, damnantur, & grauibus pœnis mulctantur. *Geneſis* 3.

Porrò quando ambæ partes coram Iudice euocatæ conſiſtunt, & de controuerſijs agi incipitur, in huiuſmodi litibus ac proceſſibus, vario modo proceditur, ſicuti res, & oportunitas expoſcere videntur: ſcilicet, aliquando ordinariè, cum debito ordine, & vniuerſis proceſſuum membris: aliquando ſummariè (*b*) aut ſimpliciter, ſcilicet, cùm Iudex, aut Princeps, aut Partium altera expeditionem optat. Et aliquando proceditur de plano, ſcilicet, in cauſis leuibus. Aliquando verò ſine vlla figura, aut ſtrepitu Iudicij. Sed de his latiùs in capitibus iam proximè ſequentibus 3

Procedendi quoque ratio ab authore Deo comprobata videtur in veteri lege. (*c*) cùm Moyſen Iudicem conſtituit, & iudicij ferendi veritatem ex informatione teſtium commonſtrauit, cùm diceret: In ore duorum, aut trium teſtium, ſtabit omne verbum, *Deut 19 & Matth 18.* Et habetis Aaron & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos, *Exodi 24 Et cap Nou t, de iudic. circa initium.* 4

ANNO.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT XX.

a. CItationis) De iure diuino adinuentam, Rom. *conſ.* 248. *ſub num.* 3. Panorm. *in c. cum clim num.* 26. *de re iudic.* Merul. *prax. Holl. n. l. lib.* 4. *diſt.* 4. *ſect.* 1. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. Viu. copioſe *lib.* 1 *com. opin. verb ſententia non poteſt num.* 8. *Mar. de ord. ind. part.* 3. *num.* 133. latius etiam quæ hic referens vt & Marc *dec.* 659. *ſub num.* 10. *lib.* 1. Rebuff. *ad conſtit. reg. tom.* 3. *tract. de citat. in præfat. numer.* 13. *& ſeqq.*

b. *Aliquando ſummariè.*) Mar. *de ord. iud. part* 4. *diſtinct.* 9. *nu.* 1. 41. *& ad fin. & part.* 6. *tit. de poſit. num.* 4. *cum ſeq.*

c. *Veteri lege.*) Mar. *d. part.* 3. *num.* 134. *cum ſeq.* Vetuſtiſſ. iudicij originem deducens.

CAPVT XXI.

De procedendo ordinarie.

SVMMAE.

1 *Ordinariè quando proceditur.*

2 *Ordinarii Iudicii membra duplicia* { *Ex Iure naturæ.* / *Ex Iure ciuili.* } *emanantia.*

3 *Subſtantialia proceſſuum quæ ſint.*

4 *Membra iudiciorum ex Iure naturæ ducta, quæ.*

5 *Membra iudiciorum ex Iure ciuili ducta, quæ.*

6 *Subſtantialia iudiciorum quæ non ſint.*

7 *In Flandria tantùm vtuntur membris ſubſtantialibus.*

8 *In camera Flandriæ proceditur per omnia membra, niſi, &c.*

1 IN Iudiciis (vt iſthæc repetam) proceditur ordinariè, quando vel Iudicium, vel proceſſus ſortiuntur omnia ſua mēbra requiſita, (a) id eſt, quando procedūt cum plena inquiſitione, confutatione, replicatione, duplicatione, contradictione, ſaluatione, & cum pleniſſima cognitione rerum omniū & circumſtantiarum, *l. Iudices, C de iudic.*

2 Ordinarij autem iudicij aut proceſſus membra ſunt duplicia (b) Quædam ex Iure naturæ, & quædam ex iure ciuili ducuntur.

3 Quæ ex Iure naturæ ducuntur membra ſunt citatio, libelli oblatio, litiſconteſtatio, probatio, & ſententia, iſtaque iudicij ſubſtantialia,

4 (c) & eſſentialia nuncupantur, ſine iſtis enim nullum ordinarium iudicium fieri, formari, intentari, aut terminari poterit.

5 Ex iure ciuili introducta membra, penè ſunt innumera, ſcilicet, iudicij præparatio, ſupplicatio, aut libellus ſupplex, comparitio, informatio, ſequæſtratio, relatio, ſatiſfactio, confeſſio, productio, contradictio, ſaluatio, & alia multa his non diſſimilia.

6 Quæ tamen nequaquam ſunt iudicij ſiue litis ſubſtantialia, quod ſine iſtis iudicium rectè inſtitui & formari poteſt, vbi tamen ſeruiunt, & vbi partes ea membra omnia requirunt, debent ea omnia ſecundum ſtylum (d) Curiarum in ſuo quæque ordine obſeruari, Speculatore teſte *in 2. parte Speculi, ad exordium.*

In Curiis feudalium, & in conſiſtorijs Flandriæ (vulgò) *Vurſchariis*, ad breuiendas lites ferè habent & vtuntur tantùm quatuor ſubſtantialibus, ſcilicet, membris à iure naturæ introductis, cogunt que partem ilico confiteri aut negare, & deinde ſuper illo, id eſt, illius reſponſo admittunt ipſam partem ad factorum aut poſitionum verificationem. 7

Sed in conſiſtorio (vulgò) in camera Flandriæ tribuuntur iudicijs, ſeu litibus ſua plena membra, in parte aut in toto, ſecundum cauſæ exigentiam, ac iuxta caſus ſuper illis litibus emergentes, niſi Principis reſcripto, ipſis alia fuerit data norma aut regula, quæ proculdubio Conſiliarijs erit ſeruanda: alioquin enim inualidum eſſet quicquid ageretur, *c. Cum dilect., extra de reſcript. & c. Exhibita, extra. de iudic. & Specula. in 2 parte Speculi, in initio, ad medium, numeri* 3. 8

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXI.

a. R*Equiſita.*) Mar. *d. diſt. 9. ſub n. 1.*
b. R*Duplicia*) Sic iudicij ordinẽ vnum, ſi omittatur vel præuertatur vitiare: quia dicatur ordo de ſubſtantia: alterum non itidem ipſo facto, citra remedium appellationis: quoniam dicatur ordo de iuſtitia, Vant. poſt alios, *de null. proceſſ. tit. de nul. ex defect. proceſſ. ſiue ord. iud. n. 15. & ibid. num. 9. cum ſeqq.*

c. *Iudicij ſubſtantialia*) Quæ ſint iſta, antiquorũ inter ſe aliqualiter variantium opiniones recenſet & rem omnem latiùs diſcutit Vant. *d. tit. de null. ex def. proceſſ. num. 16 cum ſeqq.* Omiſit autem auctor calumniæ iuramentum (quod tamen & à Specul. hîc adducto vnà refertur) propterea quod poſſit à partibus tacitè penitus omitti, *l. 2. §. ſed quia veremur* vbi doctt. *C. de iureiur. propter calum.* Vant. *d. tit. ſub num. 29.* Gail. *lib. 1 obſ. 84 numer. 2.* alij verò illud ſimul addentes intelligendi ſunt in caſu quo à parte iuramentum eſſet petitum, vel etiam à iudice oblatum: cum tunc non poſſet omitti, Tholoſ. *dec. 14.* Vant *ſub d. num. 29.* Gail *d. dec. 84 nu. 1. & dec. 16 ſub num. 3 lib. 1.* vbi etiam in ſummarijs & docet late Sichard. *in l. prolatam ſub num. 5. C. de ſent. & inter omn. iud.* vbi poſt gl. & alios hac de rè quoque latiſſ.

d. *Secundum ſtylum*) Quidquid ſtatuenti vel principi quod obſeruetur, & ſit ordo, placuit, cenſetur ordo ſubſtantialis, & quod contra fit ipſo iure non valet, Vant. *d. tit. de null. ex defect. proc. num. 54.* Alex. *cum apoſt. conſ. 137. num. 15 cum ſeq. lib. 2. & conſ. 100 num. 7. lib. 5.* Dec. *conſ. 521. num. 2.* Sed & ſtylum curiarum pro lege habere Guid *dec. 198. num 2.* Teſſ. *dec. 1 ſub num 9* Viu. *dec 11. num. 20. & dec. 127 num 7.* Amat *dec 32 num. 27.* Menoch. *lib 2 præſumpt. 8 num. 14. cum ſeqq.* vbi *numer. 16.* iudicem quoq; liberum procedendi arbitrium habentem, debere ſtylum ſeruare.

CAPVT XXII.

De procedendo Summarie aut ſimpliciter.

SVMMAE.

1 *Summariè proceditur, quando* { *Princeps ita procedendum eſſe mandat,* *aut*
2 *Ius ſcriptum ita ordinat.* }
3 *In quibus cauſis ferè procedatur ſummariè.*
4 *In ſummarijs proceſſibus quæ neceſſariò requirantur.*
5 *In ſummarijs proceſſibus ſufficit probatio ſemiplena.*
6 *In ſummarijs proceſſibus Iudex non admittit longas exceptiones.*
7 *In ſummarijs proceſſibus altiores exceptiones ſeruantur vſque ad definitiuam.*
8 *Exceptiones quæ ſunt, quæ altiorem requirant indaginem*
9 *Iudex in ſummariis proceſſibus, omnem remoram præcidere poteſt.*

1 SVmmariè autem in iudicijs proceditur, quando non per omnia membra proceditur, ſed quando Princeps (*a*) ex cauſa ſuis diplomatibus, aut reſcripto ordinat, aut mandat iudici: vt ita procedatur breuitatis cauſa, ſic Doctores in Clementi.
2 *Sæpe, de verbo ſignif.*
3 Proceditur etiam ſummariè & ſimpliciter in omnibus cauſis, (*b*) in quibus ius ſcriptum ordinat, (*c*) vt ſummariè procedatur, ſcilicet, in omnibus materijs, poſſeſſorijs, (*d*) prouiſionis alimentorum, (*e*) ſpoliationis, lucri ſiue emolumenti, non comparitionis, leuationis manus bonorum, relaxationis incarceratorum, executionis (*f*) conſignationis (vulgò) nantizamenti, ſequæſtrationis, taxationis expenſarum reparationum, attentatuum ruptorum aggerum, aut littorum ſubitæ reparationis (vulgò) dicagiorum, naufragiorum. (*g*) & ſimilium.

In ſummarijs iudicijs aut proceſſibus neceſſariò 4
requiruntur, citatio, (*h*) libelli (*i*) oblatio, litiſconteſtatio (*k*) ſicut & in iudiciis ſeu proceſſibus ordinarijs, (*l*) debetque citatio eſſe peremptoria, & reſponſio citati conſiſtere.

In proceſſibus item ſummarijs requiritur etiam 5
neceſ-

neceſſario probatio, ſed hanc non oportet omnino eſſe plenam, ſed ſufficit tunc ſemiplena (*n*) probatio quia in ſummarijs litibus ſemiprobatio tantum valet, quantum plena: quia Iudex omnia ſummariè, & breuiter vult expediri. Sed hoc verum eſt, niſi tractetur in præiudicium alicuius, quo caſu eſſet neceſſaria plena probatio, vt eſt videre in omnibus poſſeſſorijs, (*o*) in quibus omnino ſummariè proceditur, & in ſimilibus.

6 Iudex quoque ob eandem cauſam breuitatis cũ procedendum eſſe vult ſummariè, non admittat vllas exceptiones, aut in principio aut medio proceſſus, quæ ſuo ordine eſſent proponendæ, ſi tales eſſent, quæ requirerent longiorem & latiorem & exquiſitam indaginem. (*o*) ſed tales exceptiones

7 breuiandæ litis cauſa, vſque ad finem, hoc eſt, vſque ad definitiuam reſeruat, aut in alia iudicia, inde fortaſſis oritura.

8 Exceptiones autem, quæ exquiſitam altioremque requirunt indaginem, ſunt illæ, quæ impedire ſolent ſummarium progreſſum, ſic vt talis ſummarius proceſſus, non tam citò, tamque breui tempore (*p*) abſolueretur, quanto expediretur, ſi tales exceptiones non fuiſſent propoſitæ aut admiſſæ, quales (proh dolor) non raro quæritantur à diuitibus, qui cõtra pauperes lites intentare ſolẽt. Quòd ſi iudex animaduerrat, ſcilicet, alteram partem ex malitia quærere, quaſi modum in ſcyrpo, variasque calumniarum productiones, dilationes, & inutiles exceptiones, quibus antagoniſtam ſuum, temporis longitudine & moleſtijs vexet, & labefactet, tunc in huiuſmodi productionibus, & ſimilibus.

9 Is Iudex breuitatis cauſa longiores omnes exceptiones, dilationes (*q*) & remorationes ſuo moderamine præcidere, & ſuo arbitrio, ſine exquiſitiori, ampliorique omnium cauſarum cognitione, litem prudenter abbreuiare, & citius definitiuam pronunciare poteſt.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT XXII.

a. PRinceps.) Superiorem non recognoſcẽs, non etiam inferior, Oſaſc. *dec.* 1. *num.* 18. Kirch. *ex com. cent.* 8 *conc.* 6. *com. opin. verb. ſummariè* Cortiazz *dec.* 88. *num.* 15. Guid. *queſt.* 198. *num.* 1. *cum ſeq.* vbi etiamſi legatus ſit de latere, & poſt Felin. *in c. olim n.* 3. *de accuſ.* Alex. *conſ.* 106. *num.* 12. *lib* 5. alioſque Mar. *de ord. iud. part.* 4. *diſtinct.* 9. *n.* 2. *cum ſeqq.* Rebuff. *ad conſtit. reg. tom.* 1. *tract. de ſent. exec. art.* 9. *gl.* 2. *num* 3. Gabriel copioſè *l. 6. tit. de clauſ. concl.* 6. *num* 1. *limitando num* 4 Poſt Alex. *conſ.* 1. *num.* 29. *cum ſeq. lib.* 5. alioſque in dominis temporalibus poteſtatem contra iura ſtatuendi habentibus aliter etiam declarando & limitando.

b. *Cauſis.*) Et incidentia & emergentia proinde ſummariè vt cauſa principalis tractanda eſſe poſt Bart. *in extrauag. ad exprimendum verb ſummariè, num.* 22. Dec. *in c. paſtoralis num (mihi)* 30. *ad fin. de appell.* Iaſ. *in l. quamuis, nu* 5 *in fin. c de edict. D. Had. toll.* Menoch. *lib. de arbitr. iud. quaſt.* 45 *ſub n.* 9.

c. *Ius ſcriptum ordinat.*) Quæ ſint remiſſiuè Mar. *d. diſtinct.* 9. *num* 85. *in fin.* Guid. *dec.* 369. *in princ.* & Oſaſc. *d. dec.* 1 *nu* 5. Vant. declarando *d. tit. de null. ex def. proc. n.* 52.

d. *Materiis poſſeſſoriis*) Mar. *d. part.* 4. *diſtinct.* 6. *num.* 37. & *d. diſt.* 9. *num.* 43. *cum ſeqq.* poſt Alex. *cõſ.* 66. *num.* 1. *lib* 5. alioſque idem Alex. declarando *conſ.* 130. *num.* 14. *cum ſeq lib.* 6. Oſaſc. *d. dec.* 1. *ſub nu.* 5. & 39. Reb. *ad conſt. reg. tom.* 3. *tract. de mat. poſſ. art.* 3 *gl.* 1 *n.* 1. *cum ſeq.* Crauet. copioſè *conſ.* 158. *n.* 2. *cum ſeq.* Gail diſtinguendo *l.* 1 *obſ.* 7 *n.* 1. *cũ ſeqq.*

e. *Alimentorum* Mar. declarando *d. diſt.* 9. *nu* 52. Surd. *dec.* 323 *n.* 5, vt & in cæteris pijs cauſis, VVameſ. declarando *d. conſ.* 90. *nu.* 13. poſt Tiraq. *de pia cauſ priuil.* 157.

f. *Executionis.*) Mar. declarando *d. diſt.* 9 *num.* 59. *cum ſeq.* & *part* 6. *tit. de inſtr. product. n* 2. *cum ſeq.* Coruaz. *dec.* 97. *n.* 2 Oſaſ. declarando *d. dec.* 1. *ſub n.* 5. & 29.

g. *Naufragiorum.*) Marc *d. diſt.* 9. *nu* 71.

h. *Citatio.*) Rebuff. *d. tract. de ſentent. exec. artic.* 9. *gloſſ* 2. *numer* 31. VVameſ. *conſ.* 89. *ſub numer* 1. lab. *Cod. libr.* 4. *tit.* 3 *def. n.* 5. *numer.* 2. *in fine* Marc. *d. diſtinct* 9. *num.* 9. *vbi numer.* 10. & 11. *ad fin* idem in probationibus neceſſariis. Marc. *dec.* 714. *num* 2. *cum ſeq part.* 1 Rom. *conſ.* 519. *num.* 3. *in fin cum ſeq. vbi Apoſt.* Gabr. extendendo, *tit. de citat. lib.* 2 *concl.* 1. *n.* 16 *cum ſeq.* Sic vtcũque ſummaria ſit cauſa, requiri cauſæ cognitionem, citationem & ſententiam, Vant. *d. tit. de null. ex def. proceſſ. n.* 53. poſt Alex. *conſ.* 42 *n.* 4. *lib* 4 ſentitq; Oſaſ. *d. dec.* 1 *n.* 1. & *ſub n.* 20. poſt Alex. *conſ.* 6 *n.* 1 *in fin. lib.* 3. *conſ* 80 *n.* 15. & *conſ.* 96. *n.* 13. *lib.* 4. Diſtinguũt tamen hac in re alij, vt refert Aſin. *prax. part.* 1. §. 7 *cap.* 5. *lim* 1. 34 *nu.* 1 *cum ſeqq.* quòd aut cauſa eſt ſummaria, & peremptoria citatio exigatur: aut ſimpliciter, de plano & ſine ſtrepitu, & figura iudicij cognoſcenda eſt; & tunc nulla peremptoria neceſſaria ſit; vt notat & gl. *in Clement ſæpe in verſ. citationem de verb. ſignific.*

i. *Libelli.*) Mar. *ex com in c.* 1 *nu.* 26. & 38. *in fin. de l. b obl.* Rebuff limitando, *d. tract. de ſen exec. art.* 9. *gl.* 2. *n.* 13. 33. & *ſeqq.* & *n* 52. Mar. declarando *d. diſt.* 9. *n* 12. 13. & 18. Oſaſ. limitando *d. dec.* 1. *n.* 2 *cũ ſeqq.* & vtrobique, non ſufficere, parte opponente, libel-

Digitized by Google

libellum generalem. Reſcripta tamen libelli loco haberi, Marian. latè diſtinguendo, in c. ii. n. 77. d. tit. de libell. Oſaſc. d. dec. 1. num. 4. Vant. d. tit. de nulli ex defect. proceſſ. n. 20. poſt Alex. conſ. 101. in princ. lib. 2. aliosque & poſt Dec. conſ. 483. n. 7. in fin. Mynſ. cat. prax. ciuil part 1 gl. verb. petitur n. 3. ad fin.

k. *Litiſconteſtatio.*) Reb. d. art. 9 gl. 2. nu. 13 in fin. & ſub n. 52. & nouiſſ. Meichſner dec. 3. nu 3 tom 3. Cõtrà Marſ. dec. 715. n. 1 part. 1. Tholoſan. dec 440. in fin. Guid. declarando dec. 369. poſt princ. & nu. 1. Alex. conſ. 181 ſub n. 7 lib. 6. & conſ. 70. num 1. lib. 7. Mynſ. cent. 3. obſ. 70. & obſ. 74. n. 5. Kirch. com. ſent. cent. 5 concl. 37. verb. lite non conteſtata, ad fin. Menoch. idem de libello aſſerens lib. 1. de arbitr. iud. quæſt. 18. num 2. VVameſ. conſ. 90. ſub num. 7. Marc. d part. 6. tit. de litiſcont num 1. in fin cum ſeq. vbi in ſummarijs primum actum qui fit habere vim litiſconteſtatæ; Iaſ. poſt alios, in l. nulla dubitatio num. 2. c. de procurat. & in l. qui fidem ſui nu. 5. ff. de tranſact. Marian latè, in c. 1 a 4 ſi de lit conteſt. Kirchou. in com. opin verb lis quo minus in fin. Roland. conſ. 71 num 36. lib. 1. Sed & effectus quos producit litiſconteſtatio, puta quod procurator fiat litis dominus, vel quod dentur poſitiones, bene requiri, Reb. d gl. 2 n. 35.

l. *Ordinariis.*) In iudicijs ſummarijs procedi ſicut in plenarijs, niſi in caſibus à iure expreſſis, Rebuff. conſtit reg tom. 3. tract de contumac. & defect. art. 8. gl 2. ſub num. 8. & in tract. de ſent. executor art. 9. gl. 2 præſertim num. v. 12. tom. 1. Ita enim ſummaria non ſunt, vt ſubſtantialia iudicij in ijs ſeruari non debeant, VVameſ conſ. 9 ſub num 13. ſentitque Iaſ. in l. vlt num. 5. in fin. ff. de fer. licet alioqui proceſſum ſummarium non fieri ſecundum formam iuris, tradat, poſt Bald. in l. ij. in fin. c de edend. cõtrà Fachni. controuer. iur lib. 10. cap. 80. verſus fin. Imò iudicem ſeruare ordinem iuris non poſſe, altera parte contradicente, Natt. latius conſ. 121. num. 3.

m. *Semiplenæ.*) Dec. conſ. 96. ſub num. 2. Gabriel. tit. de teſt. lib. 1. concl. 1, num 41. poſt Marſil. ſingul. 433. aliosque. Adeoque ſummariam cognitionem dupliciter accipi: vno modo ratione ordinis, quando proceditur de plano iuxta d. clem ſæpe de verb. ſignific. alio modo reſpectu probationum, quando ſemiplenæ probationes, præſumptiones & iudicia ſufficiũt (præſertim ſi agatur de re modici præiudicij) definit poſt gl. & Bald. alijs quoque modis ſummariam cognitionem dici demonſtrantem, in l. 3. §. ſecundum, in princ. ff. ad exhibend. Gail. lib. 1. obſ. 106. nu. 3. Rebuff. tertio etiam modo cauſam ſummariam dici quò ad dilationes, quarto quò ad ferias, docens, d. tract. d. ſent. execut. art. 9. gl. 2. nu. 11. & 14. de quibus itidem Tiraquel. tract. de iudic. in reb. exig. ferend. præſertim in verſic. quid cum tractatur & verſ. 89. vt aliquantulum cum ſeqq. Porrò nec inconueniens eſſe, quod de vna re aliqua cognoſcatur prius ſummariè, deinde plenè reſpondit, poſt Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de prætor. ſtipul. eum que ſecutum Natt. conſ. 529. num. 31. Menoch. conſ. 1045. num. 11. cum ſeq. & patet apud eundem conſ 100 n. 45 cum ſeq. Sed & quod cognitum & deciſum eſt in iudicio ſummario, poſſe iterum deduci in ordinario, text. eſt in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper ff. de re iudic. l penult de his qui ſunt ſui vel alien. iur. cum concord. congeſtis per Fach. n. d. li. 10 cap. 80 in princ. vbi poſt Bald. in d. l. 2. in fin. C. de edend. aliosque aduerſus Dec. d. conſ. 96. ſub num. 2. Panorm. conſ. 50 ad fin. lib. 1. aliosque, voluit idem quoque dicendum, etiamſi probationes in ſummaria iudicio factæ, ſint plenæ, licèt aliud tradat idem quoque Dec. in c. at ſi clerici n. (mihi) 99. de iud.

n. *Poſſeſſoriis.*) Alex. ex com declarando, conſ. 139. ſub num. 14 cum ſeq. lib. 6. & conſ. 187. ad fin. lib 7. Dec in c. cauſam quæ num. (mihi) 25. cum ſeqq. vbi apoſt. de iudic. & apoſtil. ad eundem Dec. conſ. 56. n. 1 licet contra ſentiat etiam Roland. conſ. 94 num. 33. lib 2. Gabr. lib. 1. tit de teſtibus concl. 2. num. 38. Reb. d. tract de mat poſſ. art. 7 gl. 1. num 26. vbi tamen aliud è praxi; vt & art. 3 gl. 1. num. 4. cum ſeq. Ant. Fab. c. lib 8. tit. 4 definit. 5. nu. 4. Sed & in ſummarijs, perinde ac in ordinarijs, requiri plenas probationes; niſi de leuis tractetur præiudicio, Iaſ. in l. in pecuniariis num. 4. ff. de fer & poſt Matheſil. not. 1. & 2. Alciat. conſ. 446. in fin. Rebuff. d. gl. num. 14. & 37. aliter etiam declarando. Neque habent liberum arbitrium procedendi de iure & facto, credendum eſſe non reddenti bonam dicti ſui rationem, Alex. conſ. 80. ad fin. lib. 4. qua de re latius Oſaſc. d. dec 1. n. 30. & n. 17.

o. *Indaginem.*) Rom. conſ 323. ſub n. 7. cum apoſt. Oſaſ. d. dec. 1. ſub num. 1. vtrobique limitando. Reb. d gl. 2 ſub n 15. vbi nec audiri reum proponentem exceptiones contrarias, etiam conditionaliter; licet alioquin admitteretur, per l. nemo. & ibi Bart. ff. de excep. cum. concord. vbi n. cauſa eſt ſummaria omnes articuli eius debent eſſe ſummarij Natt. conſ. 121. num. 12.

p. *Tempore.* Reb. d tract. de mater. poſſ. art. 7 gl. 1. num 15.

q. *Dilationes.*) In ſummarijs amputandā dilationum materiam, text. eſt in d. Clem ſæpe. de verb. ſign. VVameſ. declarando, d. conſ. 90. ſub n. 7. Imbert. è praxi Franciæ declarando, lib. 1. inſtitu. for. cap. 17. poſt princ.

C A-

CAPVT XXIII.

De procedendo de plano,

SVMMAE.

1 *De plano proceditur in cauſis leuibus.*
2 *Cauſa leues ſunt, aut per ſe, aut reſpectu perſonarum.*
3 *In proceſſu plano proceditur ſine litiſconteſtatione.*
4 *De quibus plane procedatur Brugis coram Tribuno plebis.*
5 *In proceſſibus planis, Iudex ſine cauſidicis procedit.*
6 *In proceſſibus planis Iudex quouis loco ſententiam pronunciare poteſt.*

1 DE plano proceditur in cauſis ſiue Iudicijs leuibus & exiguis, quales ſunt, quando filius furatus eſt patri, vxor marito, aut ſeruus domino aut magiſtro, & ita de ſimilibus.

2 Quorum furta dicuntur eſſe cauſæ leuiores, ratione facti, ſcilicet, furti rei leuioris (ſi ita ſit) aut ratione perſonarum, (a) ex quarum conſideratione Iudex multum colligit, vt de plano, citius, aut tardius ſententiam pronunciet. Barto *in l. leuia ff de accuſ. t.*

3 In proceſſibus planis, vel de plano proceditur pluſquam ſummariè (b) vtpote in quibus Iudex poſt libellum receptum, ſtatim ad examinationem teſtium, mox ex conſideratione rei, & perſonarum ad condemnationem, vel abſolutionem (c) ſine vlla litis conteſtatione procedit.

4 Sic commodiſſime præceditur Brugis, patria mea natali, coram Burgi-magiſtro commmunitatis, de multis iniuriis vicinorum, de querelis iniuriarum inter vicinos, & plerumque inter mulierculas, de rixis, de minis, de leuioribus pugnis, de maledicētijs, de vi illata, de viciniæ perturbatione, & de his & alijs multis.

In dictis & omnibus alijs proceſſibus planis ſiue de plano, Iudex nullum admittit ſtrepitum aduocatorum, (d) aut procuratorum, ſed vnicuique litigantium (vel potius) rixantium, licet ſuam cauſam defendere & perorare, & partium controuerſias audit aut eundo, aut ſtando, aut ſedendo (vt libet) ſententiamque pronunciat, non ex tribunali (e) conſueto, ſed vel domi ſuæ, vel in camera priuata ad hoc ordinata, etiam vel ſtando, vel ſedēdo, teſte Innoc. *in c. Olim, n. 2. extra, de accuſ. & inquiſ. & denunciat. & d. l. leuia.* 5 6

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XXIII.

a. R*Atione perſonarum*) Oſaſ. *d. dec. 1 numer. 8.* vbi ſecus ſi controuertatur de re graui magnique præiudicij. Mar. declarando *d. diſt. 9 nu. 72. cum ſeqq. & n. 83.*

b. *Pluſquam ſummariè*) Pulchrè Curt. Brugenſ. *lib. 2. c. nieſtur. ad fratrem, cap.* 41. Dicit tamen Oſaſ. *n. d. dec. 1, num. 8. in fin.* poſt Aret. *in l. coh. redi § cohar. 5. in 3. not ff de vulg. & pupil.* perinde eſſe committere cauſam de plano, ac ſi committeretur ſimpliciter. Item interdum ſumi pro ſummariè, Reb. *d. tract. de ſent. exec. art. 9. gl. 2. num. 19* vbi *n. ſeqq.* quomodo ſumatur vlterius item *n* 7. & ſeqq. quomodo verbum, ſummariè, & ſimilia.

c. *Vel abſolutionem ſine vlla.*) Reb. *d. gl.* 2 *n* 24.

d. *Aduocatorum.*) Contrà Iaſ, *in l. v. t. ſub n.* 5. *ff. de fer.*

e. *Non ex tribunali.*) Felin. *in c. olim. ſub num* 5. *de accuſat.* Curt. *d. cap.* 41. Oſaſ *d. dec. 1. ſub numer.* 8. Reb. latè *d. gl. 2 num.* 23. *& ſub num* 26. *& num* 40. vbi *num* 39. 41. *& ſeqq. item num.* 48. quomodo pronunciari poſſit, aliter atque in plenariis.

CAPVT

CAPVT XXIV.

De procedendo ſine figura Iudicij ſiue Proceſſus.

SVMMAE.

1 *Sine figura iudicij procedere quid ſit.*
2 *In quibus cauſis procedere liceat ſine figura Iudicij.*
Sine figura iudicij proceditur
3 *Quando Princeps ita mandat.*
4 *Quando Iudex ita iubet*
5 *Sine libello ſed verbali er.*
6 *Sine litis conteſtatione.*
7 *Sine procuratoribus, ſi velit.*
8 *Tempore Vacantiarum, vel alio quouis.*
In proceſſibus ſine figura requiritur
9 *Citatio & defenſio.*
10 *Perſonarum legitimatio.*
11 *Iuſta partis defenſio.*
12 *Præſtatio iuramenti de calumnia.*
13 *Sententia, ſtando aut ſedendo.*

1 SIne figura (*a*) Iudicij, vel ſine ſtrepitu iudiciali procedere, eſt etiam pluſquam ſummarie in cauſa procedere, omnemque turbam procuratorũ & cauſidicorum excludere (*b*) omnem litis conteſtatione, replicationem, duplicationem, informationem, confutationem, (*c*) ſaluationes, & quaſuis alias formas (*d*) iudiciarias ſeponere, & ſola verbali productione procedere, auditis tãtum partibus, & teſtibus, ex quarum perſonarum, imò ex rerum ipſarum conſideratione Iudex cẽſuram colligit, & ſententiam pronunciat.

2 Proceditur autem ſine figura iudicij, ſeu proceſſus, in cauſis miſerabilium (*e*) perſonarum, quæ expeditam accelerationem deſiderant.

3 Item quando Princeps ſuo reſcripto, aut diplomate ita procedi vult, aut mandat.

4 Item quando Iudex cuius ſententia parata ſiue prompta eſt, ordinat ita procedendum eſſe, vel certè quando natura, cauſæ neceſſitas, aut perſonæ qualitas hoc modo procedendum eſſe poſtulat.

5 In iſta productione poteſt Iudex procedere ſine vllo libello, (*f*) quod in ea ſola petitio oris, & cauſarum explicatio verbalis ſufficit.

6 Item in ea quoque proceditur (*g*) ſine vlla litis conteſtatione. Poteſtque in ea Iudex remittere ac reiicere omnes exceptiones fruſtratorias & friuolas (*h*) appellationeſque omnes moderando abbreuiare, dilationes (*i*) inutiles non admittere, teſtium multitudinem (*k*) repellere.

7 Item: Procuratorum & Aduocatorum ſcripturas negligere & recuſare. Et omnia præſtare & exequi, ſicut ante in proceſſibus planis diximus fieri poſſe, quæ certe omnia hic in proceſſibus ſine ſtrepitu iudiciali magis fieri poſſe congruunt.

In proceſſibus ſine figura Iudicij, Iudex procedere, iudicium, proceſſumque formare, ac iudicare poteſt, etiam vacantiarum (*l*) tempore, quando reliqua iudicia ceſſant, ſilent, ac quieſcunt, ſuamque ſententiam pronunciare, aut ſedendo aut ſtando pro arbitrio ſuo vti libet. Quia quoties verbo & ſine figura iudicij proceditur, tunc ſublatæ ſunt omnes conſuetæ iuris obſeruationes, & obſeruantur tantum iura naturæ & iuriſgentium, (*m*) quæ expedita, citaque (nempe verbali) commonſtratione peraguntur, nullaque ratione vnquam frangi aut tolli poſſunt. 8

Ideoque in iſtis ac ſimilibus productionibus ſine forma Iudicij, quanquam plerique ſtrepitus & obſeruationes iudiciales tollantur, debent tamen neceſſariò ad hos proceſſus adeſſe, & interuenire Citatio & Defenſio, quæ iam olim à multis ſæculis ex Diuino, naturalique iuribus (vti & ſuprà *ca*. 20. diximus) emanarunt. Nam *Geneſis* 3. legimus, Dominum Deum, priuſquam Adam de peccato inobedientiæ punierat, ipſum ad ſeſe vocaſſe, cùm diceret, Adam vbi es? Et ita citatum, & in iudicio conſtitutum ipſum accuſaſſe, crimenque illi intentaſſe, cùm diceret: Quis indicauit tibi, quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comediſti? Deinde quoque ipſius audiuiſſe admiſſi criminis expurgationem, quæ defenſionis loco fuerat, cùm diceret: Domine, Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. 9

Et Eua: Domine, ſerpens decepit me, & comedi. Hi ſeruit, *cap. Deus omnipotens*, 2 *qu*. 1. vbi inquit, 10

Deum

Digitized by Google

Deum noluiſſe prius punire Sodomorum enormia mala, quam debita inueſtigatione ac fidelibus teſtibus, noſtra cauſa, non ſua(qui omnia nouit) qua-
11 ſi factus certior, ipſorum mala opera aperto iudicio
12 comprobaſſet. *Geneſis* 18. *& Clemen. Paſtoralis, cum ibidem notatis, de ſenten. & re iud.c, & in Extrauaganti.* Rem non nouam aggredimur, in iuncta ibi gloſ. *de dol. & contumac. in extrauagantib. communibus, c. Cum olim, extra de teſtibus T. iuriſſima, l. g. de vnoquoque, ff. de re iudica, l. Nam ita d. uus ff. de adoptio. l. Tres denunciationes, c. Quo modo & quando Iudex. l. Si quando, C de teſti, cum ſine numero ſimilibus iuribus.*

3 Ideoque Citationem & Defenſionem in omnibus iudicijs concurrere neceſſum eſt, quod omnino ſint de ſubſtantia & eſſentia ipſius iudicij, ſeu proceſſus tam ciuilis, quam criminalis, vſque adeo, vt nullus proceſſus valeat, ſitque legitimus, ſi debita citatio non præceſſerit, teſte Domino Lanfran. *de Orians in inſigni pract. in c. Quonia contra f. l. ſam §. Citationem, ad exordium extra de prob. it.* ideoque etiam & Citatio & Defenſio huic materiæ de proceſſibus ſine forma iudicij planè ſunt neceſſaria, quod non ſolum hæc duo, ſed etiam omnia atque ſingula proceſſuum ſubſtantialia, ſuum ritum atque ordinem in proceſſibus ſeruare debeant, alioqui enim perperam omnia procederent, proceſſusque forent nihili, *l. Prolata n, C. de ſenten. & int. rl cut. omnium iud. cum.* Sicuti etiam latius monſtrauimus in noſtra rerum criminalium Praxi *cap.* 13 *De Citatione, num.* 1. *&* 2. Requiritur etiam in his proceſſibus ſine figura, ſicut in omnibus alijs iudicijs (ſi per procuratorem res producatur) perſonarum legitimatio, ita vt procurator teneatur oſtendere Iudici ſuum procuratorium, ſi quidem id deſideret Iudex tenetur, etiam in hoc proceſſu admittere (ſicuti de citatione iam diximus iuſtam legitimamq; Partis Defenſionem, (o) & vtrinque accipere præſtationem iuramenti de calumnia vel malitia; quod eſt de veritate dicenda: ne, ſcilicet, veritas occultetur. Interrogabit etiam vtramque Partem ſeorſum omnia quæcunque ad maiorem cauſæ cognitionẽ ſpectare putabit, vel ad hoc requiſitus, vel ex officio, vbicunque (p) hoc æquitas ſuadebit. Ante ſententiam vero definitiuam, citandas curabit Parteſ (licet non peremptoriè) & abſque concluſione facta (ſi ita videbitur) iuxta petitiones, probationes, cognitiones, & iuxta omnia in cauſa actitata. Tandem ſententiam aut ſtãs, aut ſedens verbaliter pronunciabit, aut ſcripto tradet, ſicut hęc omnia latius explicantur, *in Clementi. Sæpe. de verborum ſignificationibus.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXIV.

a. *SIne figura.*) Tantum importare, quantum alia præcedentia ſimul iuncta, Ferrar. latè declarando *in prax. in form. libell. action. real. verb. ſummariè, num* 1. reprobante tamen Rebuff. *d. tract. de ſent. exec. art* 9 *gloſſ.* 2. *num.* 2. *& ſub nu* 30.

b. *Cauſidicorum excludere*) Contra Oſaſc. *d. dec. num* 12. *in fin. cum ſeq.* poſt Felin. *in ca.* 1. *ſub num* 1. *vt lit. non conteſt.* Iaſon. *in l. l in pecuniariis, ſub nu.* 5. ſentitque Rebuff. declarando, *d. tit. de ſent. exec. gloſſ.* 2. *art.* 9 *num.* 25. *&* 28 *&* 46.

c. *Confutationem.*) Roman. *ſing. (mihi)* 383. reprobatio perſonarum, Aret. *conſ* 61 *ſub num.* 2. & poſt Marſ. *in rubr. de probat. num* 445. *& in repet. l. de vnoquoque, ff. de re iud. num.* 135. Oſaſc. *d. dec.* 1. *ſub num.* 11. vbique limitando, quando non expectaretur alia ſententia, licèt aliter diſtinguat Rebuf. *d. gloſſ.* 2. *ſub num* 38.

d. *Formas*) Mar *d. diſt.* 9. *ſub num.* 11. Rom. *conſ.* 20 *num.* 8. *& ſing.* 783 cui initium, quid important. Dec. *conſ.* 449 *num* 21. Natt. *conſ.* 15. *num.* 11. Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 70.

e. *Miſerabilium.*) Mar. *d. diſt.* 9 *num.* 77. *cum ſeqq.* Viu. *dec.* 521. *nu.* 8 vtrobique declarando.

f. *Sine vllo libello.*) Quando verbum eſt tale quod de ſui natura tollat iuris ordinem & ſolemnitatem, non eſſe neceſſarium libellum, Marian. *ex rom. in c.* 1. *ſub num* 23. *de libr. oblat.* vbi *num.* 27. *in fin* idem ſi ſit cauſa in qua procederetur ſola veritate facti inſpecta; Roman. *ſing.* 783. *cui init. quid important verba, & conſ.* 519 *num* 4. Iaſon *libr.* 1. *conſ.* 105. *ſub num.* 5. Cott. *in memor verb libellus in multis, verſ.* 3. *limita.* Menoch. *de arbitr. iud. qu* 18. *ſub num.* 1. *libr.* 1.

g. *In ea quoque proceditur.*) Oldr. *d. conſ.* 115. *ſub num.* 1. Mar. declarando, *d. diſtinct.* 9. *num* 20 Iaſo. *conſ.* 105. *ſub num.* 5. Rebuff. *d. gloſſ.* 2. *num.* 35. Rom. *d. ſing.* 783. *& conſ.* 519. *ſub num.* 4. *cum poſt.* & vbique idem de libello; de quo diximus *cap.* 22. *ad verb. libelli.* Quanquam verbalis petitio per notarium in acta redigi poſſit, vt docet Mar *d. diſtinct.* 9. *num.* 11. *in fin.* Rebuff. declarando, *d. gloſſ* 2. *num.* 33. *cum ſeq.*

h. *Et friuolas.*) Oldr. *d. conſ.* 115. *ſub nu* 1. Reb limitando *d. gloſſ.* 2. *nu* 29 44. *&* 47. Oſaſc. *pulchrè d. dec.* 1. *ſub num.* 14. Mar. *d. diſt.* 9. *ſub nu.* 20. *&* 21. vbi etiam de reliquis.

i. *Dilationes.*) Abbreuiari poſſe, etiam ſine cauſæ cognitione, Reb. *d. gloſſ.* 2. *num.* 11. *&* 17. vbi *nu.* 36. quales dentur.

k. *Multitudinem.*) Reb. *d. gloſſ* 2. *num* 46.

l. *Vacan-*

l. *Vocantiarum*) Mar *d.diſt.9.num r.19* & poſt felin. *in d.cap.olim numer.5.* Oſaſ. *d. dec.1 numer.8. in fin* Reb. declarando *d.gl.2.numer.18* vbi *numer.45* ſecus in ferijs repentinis, aut in honorem Dei.

m. *Et iuris-gentium.*) Alex. *conſ.6 ſub numer.1. lib.3.* Dec. *in cap. dilecti. numer.13.cum ſeqq. de iud. & in cap quoniam contr numer.16.cum ſeqq. de probat & conſ.659. numer 16.* Gramm. *conſ.79.ſub nu. 16.cum ſeqq. in ciu.l & dec.19. numer. 4. cum ſeqq.* Reb *d.gl.2 numer 4.5.6.& 30.* Oſaſ. *dec.1.num.16. cum ſeq* & vtrobique idem in ſimilibus clauſulis; præſertim in clauſula, Sola facti veritate inſpecta; quam Oſaſ. *d dec.1.numero 20.* poſt Mar. *d. diſtinct. 9.numero 12.* aliosque, ex communiori, idem & plus operari ait, quàm clauſulas. *Summariè. Simpliciter, De plano, ſine ſtrepitu, &c.* idemque Myns. *obſ.44.cent 2.* & voluit Roman. *d.conſ.129.numer. 3.* vbi tamen Mandoſ. poſt alios æquiparari annotauit. Sed plus operari commonſtrat, dum varios eius effectus explicat, Oſaſ. *ibidem.numer.21. cum ſeq.* poſt Natt *d conſ.15 ſub numer.11.* vt iudex nihilominus debeat ſeruare leges deciſionem cauſæ, & iura partum reſpicientes; allegantes Bald. *in l. nemo, ſub num.6 cap. de ſent. & interl omn. ind* dicentem, ſecundum veritatem cognoſcere debentem, eam veritatem amplecti debere, cui ius patrocinatur, ſequitur & Mar. *d. diſt.9 num.39.* Additque Natt *numer.12.* poſt Bart. *in extrauaganti ad reprim. verb. videbitur verſ. fin.* Mattheſ. *ſing.14. cui incip. quod ſi iudex* Rom. *conſ.248.numer.2.* aliosque nunquam poſſe iudicem, prætextu cuiuſcunque clauſulę commiſſionis, ſub quacunque verborum forma, reijcere exceptionem parti acquiſitam, quātumcumque ſit de rigore iuris inducta. Idemque Felin. *in c.1. num 52. de conſtit.* Iaſ. *d.conſ.105.num. 5 ad fin.* Adduntque illi in hanc rem & alia. Et pulchrè quidem Oſaſ. poſt Bald. *in l. hac lege ſub num. 15 C de ſent. ex breuic. recit.* & Felin. *in c. ex parte ii.* vbi latè Dec. *numer. 6. cum ſeqq. de off & pot iud. deleg.* iudicem ſecundum æquitatem procedere iuſſum, ſequi debere æquitatem iuris, non æquitatem informatam à iure naturali: cū debeat habere duos ſales, ſcientiæ ſcilicet & conſcientiæ; quia conſcientia ſine ſcientia ſit inſipida, ſcientia ſine conſcientia diabolica. idque ſentit latius idem Oſaſ. *dec.79 numer 46 & ſeqq* & Gram. *d.conſ 79 num. 18. in fin.* Sed ne ſim prolixior, de huiuſmodi clauſulis quibus liberum vel regulatum arbitrium conſertur, poſt Felin. Andr. ab Eca, *in d cap.1. de conſtit.* aliosque Menoch. *de arbitr. iud. lib.1. quæſtion. 7. cum ſeqq.* vbi *quæſtion. 17. numer. 4.* poſt Alex. *conſil. 218. numer. 6. libr. 2* Dec. *conſ 416. numer. 22. & ſeqq.* aliosque, iudicem cuius arbitrio cauſa eſt definienda, quæ iuris gentium ſunt ſeruare teneri.

n. *Legitimatio.*) Decian. poſt Bart. *ad finem* & alios, *in leg. ii. numer. 47. cap de edition.* D. Hadr. toll. *in d. cap. ex parte ii. numer. 43. cum ſeqq. & cap prudentiam §. ſexta numer. 12 de off. deleg.* Alexand. *conſ. 59. numer. 2 lib. 2. conſ 77. numer. 14. conſ. 147. numer. 2. in fin. libr. 6.* Mar. *d. diſtinction. 9 numer. 39.* Vant. de null. *ex def. mand. ſen. mand. ſub numer. 3.* Reb. limitando *d. gl 2 n. 22.* VVameſ. *conſ. 88. ſub numer. 7.* Hartman. *libr. 2. obſ 1. titul. 4. verſus fin.* Roland *conſ. 71. numer. 1. libr. 1.* Oſaſ. declarando *dict. dec. 1. numer. 15. cum ſeqq.* De quo etiam infrà *caput. 128. in princip.* de proximè autem hic præcedentibus diximus *capit. 22. ad verſum, citatio, & inf. capit. 54. ad verſum, nullum.*

o. *Defenſionem.*) quàm à iure naturali prouenientem, nemini, ne diabolo quidem, ſi in iudicio compareat, denegandam, VVameſ. *conſ. 87. numero 4.* vbi etiam in cauſis, in quibus iudici libera & abſoluta iudicandi poteſtas eſt conceſſa, Alex. *conſ 64. numer. 2. libr 1.* Boſſ. *latè in tractat. crimin. titul. de inquiſit. num.12.*

p. *Vbicunque.*) Etiam poſt concluſionem cauſæ, Rip. *in capit. 1. in 4. not.* ibidemque Dec. *num.(mihi) 27. de iud.* Marſil. *in l. in criminibus §. ſi quis vltro ſub num. 43 ff de quæſtion.* poſt Alex. *conſ.77. ſub numer. 9. libr 1.* Rom. *cum apoſt. conſ. 176. ſub num.12. verſ 3. & poſ. to.* Oſaſ. *d. dec. 1. num. 10.* poſt Mar. *d. diſtinction. 9. num. 28. cum ſeqq.* aliosque.

CAPVT

CAPVT XXV.

De partibus Iudicii ordinarij.

SVMMAE.

1 Ordinarij proceſſus partes ſunt tres { *Prima, à citatione vſque ad litis-conteſtationem.*
2 *Secunda, à litis conteſtatione, vſque ad ſententiam.*
3 *Tertia, à ſententia vſque ad executionem.*
4 *Primæ partis actus, proceſſum præparant.*
5 *Secundæ partis actus, proceſſum inſtituunt.*
6 *Tertiæ partis actus, ad executionem ſpectant.*

1 IVdicium ordinarium ſiue proceſſus ordinarius diuiditur in tres partes.(*a*) Quarum prima pars incipit à citatione vſque ad litis-conteſtationem, quæ habet informationem præuiam, citationem, comparitionem, libelli exhibitionem, iuramentum ad calumniam, reſponſionem, confeſſionem, & negationem.

2 Secunda pars durat à litis-conteſtatione vſque ad ſententiam, quæ habet replicationes, duplicationes, & communiter, & nonnunquam ſequeſtrationem, triplicationes, quadruplicationes, quintuplicationes, ſextuplicationes, &c. informationem vtrinque, probationem vtrinque, confutationes ſiue contradictiones teſtium, ſaluationes, & ſimilia.

3 Tertia pars eſt à ſententia vſque ad eiuſdem ſententiæ executionem. Hæc tertia pars continet mandatum iudicis ad partem ſuccumbentem, vt ſententiam compleat, ſoluat, & victori cum reliquis iuxta ſententiam ſatisfaciat. Quod ſi nolit, per oſtiarium, vel alium iudicis delegatum bona vendantur, aut in perſonam, aut in rem, aut ſimul in vtrumque procedat. Et iuxta hanc diuiſionem quidam, & cum iis potiſſimum Paul. de Caſt. *in l. Prima, C. de Confeſſ.* ſic proceſſus diſtribuunt, & dicunt

Quod omnes actus qui fiunt in prima parte, ſcilicet, vſque ad litis-conteſtationem, tantum valeãt ad iudicij ſeu proceſſus præparationem. 4

Quæ in ſecunda parte fiunt, ſcilicet poſt litis-conteſtationem vſque ad ſententiam, ea præcipuè conducant ad iudicium ſeu proceſſum ipſum inſtruendum. Et quæ in tertia parte geruntur, ea omnia ſpectant, vt ſententia lata executioni mãdetur. Sed de his etiam in ſequentibus capitibus. 5 6

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXV.

a. IN *tres.*] Idem, poſt Bart. *in l. 2. ſub nu. 6. ff. de furt.* Mar. *de ord. iud. part. 6. num. 1. cum ſeqq.* aliter tamen harum partium membra enumerãdo, executionemq́ue omittendo; Gail. *lib. 1. obſ. 74. n. 4.*

CAPVT XXVI.

De variis ordinarij Proceſſus membris.

SVMMAE.

Iudicium ordinarium diuiditur in decem partes, ſeu tempora. {
1 *Præparationis ante citationem.*
2 *Citationis.*
3 *Comparitionis.*
4 *Oblationis libelli.*
5 *Litis-conteſtationis.*
6 *Probationis.*
7 *Reprobationis & Saluationis.*
8 *Concludendi in cauſa.*
9 *Condemnationis.*
10 *Executionis ſententiæ, &c.*
11 *Ordo in Iudiciis ordinariis, nec obmitti, nec poſtponi poteſt.*

Proxima

PRoximè præcedenti capite Iudicij Ordinarij tres partes cum ſuis membris vtcumque monſtrauimus, quam diuiſionem ſufficere putaueram, niſi & aliorum quorundam diuiſionem: priori tamen non diſſimilem, huc quoque referre placuiſſet, qui ordinarium proceſſum parum aliter diuidunt, ſcilicet, in decem partes; aut iuxta ordinem productionis in decem tempora, quæ Iudices non ſolent ſine maxima ratione vrgente interuertere, ordinemque præponere aut poſtponere, ſed ipſum per has partes, aut tempora conſtanter obſeruare.

1 Harum partium prima eſt, quæ primo tempore erit curanda, ſcilicet, Præparatio rerum omnium, de quibus actio erit ante citationem inſtituenda.

2 Secunda pars continet tempus citationis, vel ipſam citationem.

3 Tertia pars continet tempus præſentationis, vel comparitionis, & contumaciæ.

4 Quarta pars, habet tempus oblationis libelli.

5 Quinta pars, quintum tempus continet, ſcilicet litis conteſtationis.

6 Sexta pars, ſextum tempus probationis ac deductionis complectitur.

7 Septima pars, ſeptimum tempus habet, ſcilicet, contradictionis ſeu reprobationis & ſaluationis.

8 Octaua pars, octauum tempus continet, ſcilicet, tempus concludendi in cauſa.

Nona pars habet nonum tempus, ſcilicet, tempus condemnationis. 9

Decima pars, continet decimum tempus, ſcilicet, tempus executionis ſententiæ. Sed hic ſcire te volo, quod quæ de decem partibus, vel ipſarum temporibus diximus, etiam de earundem partium ordinariis & extraordinarijs dilationibus vnicuique tempori ſeruientibus, locuti ſumus, & de ipſarum omnibus emergentiis ac incidentibus, & acceſſoriis ſuper illo cadentibus. Sed quia prædictorum abunde meminit D. Barto. in ſuo tractatu de ordine iudicij, ad eundem iuris ſtudioſum ac in rebus publicis non occupatum, prolixitatis euitandæ cauſa remittimus. Hæc autem enarrata decem tempora, in ſequentibus ſuo quæque ordine deducentur & declarabuntur, ad inſtructionem iuris candidatorum. 10

Sed interim hoc notandum eſt, quod prædictus ordo, (*a*) in iudiciis ordinariis, nullo modo poteſt omitti, nec (vt dixi) intermitti, aut præponi aut poſtponi. Nam ex eius omiſſione aut poſtpoſitione oritur (*b*) iudicij ſeu proceſſus nullitas, & per conſequens etiam ſententiæ nullitas, quantumuis tamen id fieret cum partium conſenſu. Gloſſa notabilis in verbo *conſenſu partium in c. de cauſis, extra de offic. & poteſtat. iudic. delegat.* 11

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXVI.

a PRædictus ordo.) In præparatorijs tamẽ, præter libellum, ante litis-conteſtationẽ nõ eſſe ordinẽ qui omiſſus proceſſum annullet, vt poſt Bald. *in l. prolatam poſt princ. verſ. Quære ergo. Cod. de ſen.* alioſque. Alex. *conſ. 27. n. 2 lib. 2.* Dec. *conſ. 509 n. 2.* De ſeruandis tamen in huiuſmodi temporibus, videatur & Archiepiſc. Floren. *in 3. part. ſummæ tit. 9. cap. 16. rubr. de 10 ſeruandis ſucceſſiue in iudicijs.* & Berberius. *in viator. iur. parte quarta.*

b. *Orietur*) Poſſe tamen principem habere ratũ proceſſum ratione ordinis omiſſi nullum, quando merita ſint bene tractata, conſtatque de bono iure partis, Mynſ. *cent. 4. obſ. 62. in princ.* poſt Panorm. *in c. cum olim num 27. de re iud. per c. ad petitionem* ibidemq; Pan. *in fin. de accuſ.* & latius idem Mynſ. *obſ 63. poſt princ. cent. 4.*

CAPVT XVII.

De deliberatione ante Proceſſus inchoationem, quam primum tempus eſſe diximus.

SVMMAE.

1 *In litigando voluptatem capientium deteſtatio.*
2 *Litigaturi debent habere, & prudentiam, & neceſſitatem.*
3 *Ad litem prima prudentia eſt, omnino vitare litem.*
4 *Quæ in ore aliorum pendent, ea incerta hærent.*
5 *Procuratorum incuria, ſæpe proceſſus perduntur.*
6 *Ante litem de bono doctoque Procuratore & aduocato curandum.*

7 Pru-

Digitized by Google

7 *Prudentis eſt ante litem cum parte, per ſe, aut per alium, amice tranſigere.*
8 *Communicatio amica litem omnium optima.*
9 *Litis euentus ſemper eſt dubius.*

10 *Litigaturus videat an ipſe ſit habilis, quia*
- *Excommunicatus,*
- *Irregularis,*
- *Pupillus,*
- *Minorennis,*
- *Filius in poteſtate Patris,*
- *In curatela conſtitutus,*

Litem intentare non poteſt.

11 *Inhabilis curet ſeipſum eſſe, aut fieri habilem.*

12 *Litigaturus videat contra quem agere velit, quia*
- *Patrem, Matrem,*
- *Patronum, Patronam,*
- *Superiorem ſuum,*

In ius vocare non poteſt, niſi ſub pœna.
- *Pupillum Minorem,*
- *Filium familiâs,*
- *Vxorem non mercatricem,*
- *Excommunicatum, &c.*

Inualidè in ius vocaret.

13 *Pœna eorum, qui parentes in ius vocare præſumunt.*
14 *Modus petendæ veniæ, ſi quis ſuperiorem in ius vocare velit.*
15 *Viduæ, heredes, & cognati, ob debitum defuncti, ante certos dies in ius vocari non poſſunt.*
16 *A Iudice incompetenti, aut ob quædam vitia indigno, declinari poteſt.*
17 *Litigaturus videat, quam actionem intentare debeat.*
18 *Actio inſtituenda, diligenter cum bonis & doctis eſt conſultanda.*
19 *Tres perſonæ, quibus nulla veritas eſt aperienda,*
- *Medicus.*
- *Confeſſor.*
- *Conſiliarius.*

20 *In litibus prius conſultandi ſunt Iuriſperiti.*
21 *Qui in iudiciis Iuriſperitos conſulunt, leuius puniri poſſunt.*
22 *Probanda quæ in facto conſiſtunt, diligenter ſunt curanda.*
23 *Teſtibus non omnium ſemper fidendum eſt.*

1 VEriſſimum eſſe comperi dictum illud Virgilii, Trahit ſua quemque voluptas, adeo vt vel litigantes quoſdam ea quoque voluptas permeauerit, qui ita litigaturiunt, & indefeſſo quodam litigandi pruritu inſaniunt, vt vita ipſis parum dulcis videatur, niſi perpetuis litibus occupati, omne vitæ ſtudium vexandis aliis impendant, ſibique ex eo nefariam voluptatem capiant, tanquã victuri infæliciter, ſi aſſiduis proceſſibus non agitarentur, qui proceſſus, quum probis, piiſque omnibus mortem, (*a*) ipſis tamen vitæ non mediocrẽ adferunt ſuauitatem. Ah hominum impiorum malitiam, qui tam nefariis ſtudiis gaudent, tamq; malignis conatibus alios diuexant, & hoc tempus ad ſalutem ipſorum conceſſum, nequiter in ſuam conuertunt perniciẽ. Horum exemplum bonos omnes hortor & rogo, ne vnquã imitari velint, imò ne vnquã, niſi ſumma laceſſiti iniuria, aut dãno affecti grauiſſimo, ad lites
3 quietis humanæ perturbatrices peſſimas deſcendãt. Quiduis potius aduerſario, ob amorẽ Chriſti cõcedant, (*b*) quàm vt litibus diuexati, mentis tranquillitatẽ amittant. Si tamen res ita ſint, vt litẽ euadere nequeãt, quin aut eã ipſi inſtituant, aut cõtra ſe inſtitutam reſpondẽdo dimoueant, etiam atque etiã videant quid inceptent, quidve tractare pergant.

Nam quicunque iudicium ſeu proceſſum in materia ciuili inſtituere cupit, huic ſciendũ eſt, quod 2
in eo, & in quouis alio proceſſu, duo potiſſimũ habere debeat, ſcilicet, veram prudentiam cum vrbanitate, & neceſſitatem ipſum ad iudicium cõpellentem. Summa itaque prudentia eſt omne Iudicium, omnemq; proceſſum euitare, ſicubi euitare poterit. Imò (vti & antè dixi) potius aliquid de ſuo concedere, quàm extremum iuris rigorẽ experiri velle.
Nam id quod conſiſtit aut pendet in ore & arbitrio 4
Iudicis, aduocatorum, teſtium, (*c*) & ſimilium, id plerumque conſiſtit & hæret in dubio. Et is quem bona fide conſulimus (vt inquit Specu.) ſæpe pronior eſt ad componendũ, quàm ad contendendum, quod parti aliquãdo plus faueat, quã ſeſe conſulẽti.
Hinc eſt quod non raro fauore partis aduerſæ, 5
imò ſua negligentia, aut ignorantia procuratores, & aduocati lites & proceſſus indigniſſime perdant, cũ alterius detrimento maximo, de cuius cõpenſatione, aut reſtitutione, ne per ſomnium quidẽ cogitãt. Quod mirandum eſt, quũ tales lucroſi procuratores plus ſibi quã aliis, quorũ cauſas ſuſceperunt defendẽdas, inuigilent, nihil habẽtes penſi, quid aliis eueniat, dũmodo marſupiũ ſuũ infarciãt. Ideoq; lites ex quibus plura corradunt, quã pacem malunt

Digitized by Google

Verùm principalis litigaturus non iſtud ſpectat.

6 Proinde curet, ne cuiuis procuratori nimium fidat. Nam eſt etiam non mediocris prudentia ante inſtitutionem litis, bonum diligẽtemq́; procuratorem, deinde, doctum, peritum, & diligentem eligere aduocatum, (*d*) aut practicum, qui omnia partis attentè intelligat, fideliter ſcripto excipiat, libros, & doctores de cauſa diligenter examinet, totumque negotium ſibi cordi eſſe diligentes commonſtret.

7 Hos duos, vbi quis ſe nactum eſſe putabit, eos, etiam munificentia non negligat: ſed ipſorum laboribus, & ſtudijs benignè ac liberaliter reſpondeat, & ſoluat, quod ſi fecerit, occaſionem dabit procuratoribus, & aduocatis, vt res ſuæ ipſis magis cordi fuerint, & fœlicius progrediantur (*e*) argumento *c. Non ſane* 14 *q.* 5. Proxima, eaque non minor prudentia eſt ceſſenda, ſi quis ante inſtitutionem litis ſimul cum prudentia, vrbanitate (*f*) vtatur, quæ nõnunquam multum euincit, hoc eſt, vt prius ante inſtitutionem litis partem aduerſam ſemel aut bis amicè extraiudicium conueniat, moneat, & roget, vt controuerſis cum illo (ſi poteſt) amicè tranſignat, æqua perſoluat, & ab iniquo ſeſe liberet.

8 Si id per ſe non poteſt, nihilque rogando promoueat, idem ſedulò per amicos, (*g*) & cordatos viros interceſſores tranſactum curet, qui diem certum mutuæ communicationis conſtituant, ſic vt omnia amicè & moderatè potius, quam odioſis litibus tranſigantur. In huiuſmodi enim communicationibus non raro ab vtraque parte audiuntur, quæ prius ignorabantur, & alterius partis ſecreta audita, magis amice diſputantur & refelluntur, per quod ſæpe partes ad concordiam, & ad veritatem perfectam rediguntur. Quę ratio communicationis longè melior eſt, quàm ſumptuoſis litibus ærarium cum mentis inquietudine exhaurire. Iuxta illud. Melius eſt ante tempus occurrere, quam poſt cauſam vulneratam, remedium quærere, vulgata ac trita *l. Finali. C. In quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſa.* cui concordat. *c. Primum, cum gloſſa ſuper verbo, Non liceat, extra. de in integr. reſtitut. & l. Quidam Hiberus ff. de ſeruitutibus vrba. prædio. l. Debitores, C. de pignoribus & hypothe.* & in Autentico, *vt cum de appellat cognoſ. circa finem, colla* 8. His etiã ſeruit, quod litigaturus ſemper meminiſſe debet, euentum litis ſemper eſſe dubium, *l. Quod debetur. ff. de pecul.*

9 Cæterum ſi quis nec ſuo incommodo, neque ciuili humanitate partem eo inflectere poterit, vt à lite tentanda abſtineatur, ſed magna diſpendia ipſum etiam inuitum ad proceſſum inchoandum pertrahant, primò ſciat quales conueniat eſſe perſonas, quæ litem intentare volent, deinde etiam quas perſonas in iudicium pertrahere, & cum quibus lite contendere poſſit. Non enim omnes perſonæ ſunt iudiciales.

Pro iſto igitur vnicuique notandum erit, quod 10
qui volet aliquem in ius pertrahere, is debet primò prouidere, an ipſemet ſit habilis & perſona legitima quæ in iudicio conſiſtere, & alium in ius vocare, & petenda petere poſſet, *l. Prima & ſecunda. C. Qui legit. perſo. ſtand. in iudic. habe. vel non:* pro quo ſciẽdum, quod perſonæ inhabiles ad lites intentandas ſunt, excommunicati, irregulares, pupilli, minores, filij in poteſtate parentum, & in Curatela conſtituti. Proinde hi fatui ſunt, qui lites intentare cogitant, ſi non prius ſeipſos cognoſcant, an legitimæ (*h*) in iudicio ſtandi ſint perſonæ. *ad ll.* 1. *&* 2. Quo circa ſi quis prædictorum contra aliquem litem inſtituere decreuit, & cognoſcat ſe eſſe perſonam inhabilem, curet ſtatim ſe eſſe & fieri habilem.

Alioquin declarabitur non idoneus, nec accepta 11
bilis, & ſtatim in ipſo iudicij limine repelleretur, hoc eſt (vt exemplo doceam) ſi quis ſe excommunicatum eſſe cognoſcat, is curet ſe prius abſolui. Si ſit in alicuius aut in aliquorum ſubiectione, id eſt, ſi habeat Tutores aut Curatores, is quoque curet ſe prius reſtitui, habilemque reddi. Et ſi nonnulla requiſita & neceſſaria in procedendo omiſerit, curet ſeſe & omiſſa in integrum reſtitui, ſeu (*i*) (vulgo)
curet ſe à Principe releuari. Debet quoque litigatu- 12
rus, non tantum conſiderare ſuam perſonam, aut perſonas illas, quæ litem intentare non poſſent, de quibus iam dixi, ſed etiam diligenter, & miris modis animaduertere, quales ſint perſonæ, contra quas agere (*k*) velit, ſcilicet, an ne ſimili nota laborẽt aut defectu. Deinde an ne quoque & ipſæ inhabiles ſint, & in iudicio ſtandi illegitimę, aut certè an ne tales ſint, quas in ius pertrahere natura ipſa vetat, quales ſunt Pater, Mater, Patronus, Superior. Item Pupillus, aut Minorennis, Filius Familias in curatela conſtitutus, Vxor non mercatrix. (*l*) Excommunicatus, Monachus, &c. Nemo enim patrem aut Matrem (ſiue legitimi ſint, ſiue naturales) (*m*) in ius vocare debet. Nec Patronum (*n*) Libertus, nec Dominum ſuum Vaſallus, (*o*) nec quiſquam alius ſubditus ſuum ſuperiorem (*p*) cui honorem & reuerentiam debet, citet, (*q*) & in ius vocet, niſi prius venia à Iudice, Prætore, aut Præſide, petita *l. Vltima, C. de in ius vocan. l.* 1. *&* 2. *C. eod. titu. & l. Finali. ff. eod. & gloſſ. in verb. in eum, & in verbo Patronum, & in verbo Parentem, cum duabus ſequen. gloſſis, in §. Pœnales, inſtitu. de Actionibus.* & Bertol. *in ſuo tractatu, de ordine iudiciorum.*

Pœna itaque illorum qui Patrem, Matrem, Patro- 13
num, vel patronam in ius vocant, eſt quinquaginta aureorum, Patrono adiudicatorum, gloſſa *in §. Pœnales, inſtit. de actionib. Qui ſi non habeat in ære, luet in corpore. l. Finali. ff. de in ius vocando.*

Vbi etiam notandus eſt modus petendæ veniæ 14
in d. §. Pœnales iuncta gloſſa, in verbo: Cùm id nõ impetraſſet, inſtit. de actionibus vbi etiam colligitur, *in*

§. finali,

§ finali, inſtit. de pœna temer. litig. & in l. 3. & 4. §. primo. ff. de in ius vocand.

15 Quod ſi alicui negotium fuerit cum Vidua, aut cum hæredibus, cum propinquis, cũ affinibus, aut cum coniunctis defuncti, aut cum defuncti fideiuſſoribus, non licet eidem prædictis perſonis vllã inquietudinem vel moleſtiã, occaſione debiti defũcti inferre. Imo ne ob quaſuis quidẽ cauſas, ad prædictas perſonas ſpectãtes, ante ſpacium nouem dierum in ius vocare, aut inquietare. Et quicquid factũ eſſet intra prędictum ſpacium, ab obitu numerandum, id prorſus eſſet inualidum *l. Finali C. de ſepul. viola. & in Autentica, vt cũ de appella cognoſ §. Hac autem diſpoſuimus, colla* 8. & hoc de iure In nonnullis tamen Conſilijs ac Curijs, reperio ſtatutos eſſe 20. dies etiam ab ipſo obitu numerandos.

16 Similiter hæres nõ poteſt citari aut cõueniri (s) à creditoribus, aut legatarijs intra tempus conceſſum ad inuentarij confectionem. *l. Finali § Donec tamen C. de iure deliber.* Similiter cum ſumma diligentia ipſi obſeruandum erit litigaturo, an ipſe Iudex (t) quoque ſit Iudex competens, & ad cognoſcendum de cauſa idoneus, nam ſi ſit aut reperiatur in Iudice aut in foro, vel in iuriſdictione defectus aliquis, tunc omne iudiciũ, ac omnia inde depẽdentia ſtatim corruunt, idque defectu fundamenti *c. ſi diligenti, extra de fo. compet. & l. Non vacet. C. Ad l. Fauiũ de plagia.*

17 Præterea qui litem aliquam intentare volet, is certam actionem habere debet. Sed hic diligenter obſeruet quam actionem intentare debeat, ſcilicet, an mutui, an debiti, an poſſeſſorij, &c Nã poſt actionem ſemel intentatã, actori nullũ competit deliberandi tempus, Autentica. *Qui ſemel*, & ibi Barto & alij ſcriben *C. quomodo & quando Iudex ſenten. pro fer. debe* concordat gloſſa *in c. 2. extra, de lib. l'i obl.* De varia autẽ actione videre licebit infra *c.* 28.

18 Item ſi negotium ſeu iudicij ſiue proceſſus materia, in iure debitè conſiſtant, ita vt nulla horum cauſa fieri poſſit refutatio aut reiectio, debet tamẽ nihilominus acturus, aut omnem cauſæ & litis inſtitutionem aut inchoationem, primò amicos, doctoſque conſulere, (v) cum ijs ſæpe conſulẽdo deliberare, & ſecum tractare, cunctaque diſpicere, an ipſi expediat litem talem mouere an remouere, deinde vires & facultatem propriam cognoſcere, an eæ liti ferendæ ſufficiant, poſtea non minus diligẽter conſultare, & (vt dixi) cum doctis examinare, quomodo res ſuæ ſint fundatæ, quid Iuris habeat, quid ſpei aduocati præſtent, quid faciendũ ſuadeãt, litem intentare an ſupprimere. Et hæc diligenter conſideret, quales ſint ij, cũ quibus cõſultat, an docti, an rerũ periti, an pij aut religioſi, aut ſuo ipſius commodo ſuadeant, vel diſſuadeant. Quod ſi peritos, & pios eos eſſe comperiat, rem omnem eis nudam aperiat, nihil illos celet, ſed ipſiſſimam veritatem liberè profiteatur: nihil ab ea ſubtrahendo, aut quicquam ſubticendo.

19 Sunt enim tres perſonæ (vt vulgò fertur) quibus omnimodo veritas eſt clariſſimè dicenda, & nullo modo celanda, ſcilicet, Confeſſor, cui omnia arcana pectoris, cogitata, dicta & facta ſunt retegenda, & veluti in ſecreto & ſpirituali conſilio rei veritas cum omnibus circunſtantijs eſt reuelanda. *c. Cum ſi licet. ſ 22 q. 2 & in c. Omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & r. miſſ.* Secunda perſona eſt Medicus. Quiſquis enim aliquo morbo correptus, ſanari cupit, hunc oportet medico omnem infirmitatem cum cauſis, & vniuerſis circunſtantijs nudè detegere *d. c. Omnis § Sacerdos. & c. Cum infirmitas, de pœnit. & r. miſſ. in* 6. Huic ſeruit illud Boëtij, de conſol. philo *Si operã medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum.* Tertia perſona cui dicenda eſt veritas, eſt Aduocatus (x) ſeu Iuriſperitus, quem pro bono conſilio conſulturus adis, *in c. Primo, in verſic. Iudiciaria, de pœnit. diſt.* 6. Horũ etiã prolixius meminit D. Ioan. à Graſſis, *in domeſtico tract. in Arbor. in Iudiciorum ad ſecundum principale, n.* 11. 12. 13. 14. *& ſequentib.*

Quamobrem ſuaſerim, vt in proceſſibus intentãdis, nihil inconſultè inceptes, ſed omnia cũ maturo, bonoq; conſilio incipiendo proſequaris, iuxta illud. *Quicquid agas, prudẽter agas & reſpice finẽ.* Et vt Salluſtius: *Priuſquã incipias conſulito, & vbi maturè conſulueris, opus eſt facto.* Hæc ſi feceris, facti re non pœnitebit, inquit Salom. Et ſi poſtea te fretum bono cõſilio ſuccũbere & falli cõtigerit, certè tunc falleris leuius, & prudentius.

20 Nam tum actor, tum Reus ſi cauſas maturè cõſuluerint cũ doctis Aduocatis, Doctoribus, Licẽtiatis, aut cum peritis practicis ſi liti ſuccũbant, leuius puniuntur, minusq; diſpendij ferẽt. Iudex enim videns partium diligentiam, & dignas cõſultationes (y) poterit partem ſuccumbentẽ ſubleuare ab emenda, & expẽſas ob leuiſſimas rationes compẽſare Si verò non dignas conſultationes præhabuerint (vt dictũ eſt) citius labuntur in calumniam, & expenſarum cõpenſationib. gaudere nõ poſſunt. A ſimili quoq; ratione, omnes Magiſtratus, Senatus, aut Ciuitatũ Gubernatores, Tutores, Curatores, Prouiſores, & ſimiles à negligẽtia, calumnia, ſeu malitia excuſantur, quãdo ante actionis inſtitutionẽ, cauſam ſuam maturè cõſuluerunt, atq; probata legitimaque de ea cõſultatione demõſtrarũt. † Porrò ſi materia probationem requirat, aut verificationem, aut (vt loquũtur) ſi res cõſiſtat in facto, ſumma quoque erit prudentia, ſi quod quis probare volet, diligenter inquirat, quoniam pacto ſuum factum aut ſua facta probabit (z) & verificabit, ſibique caueat, ne nimium ſuis fidat teſtibus; etiam ſi blanda promittant & & grata, teſtes enim (vt ipſe crebro expertus ſum) ſæpiuſculæ alio modo loquuntur in plateis, aut tabernis, ſine iuramento, quam faciunt coram iudice aut Cõmiſſario cũ iuramento. Vnde fit, vt qui teſtibus nimiũ creduli fidunt, ab ipſis nõ rarò fallũtur.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXVII.

a. **M***Oriem.*) Sic Reb. *ad conſtit. reg. tom 2. tract. de ceſſion. act. & tranſpo. t. art. 3. gl. 1. ſub nu.* 6 Et plures (inquit) propter lites miſerè mortuos ſcio, mortuos dico, alios ciuiliter, alios naturaliter qui ſuperſtites fortè eſſent, ſi in quiete vitam duxiſſent, & lites non amaſſent. Maledictus ergò qui lites quærit ac eas amat & ſuſcitat, niſi coactus fuerit propter aduerſarij malitiam. Qui ſe defendit, ſi componere non poſſit, prudens eſt & amandus, qua de re latius item Reb. *in proem concord reg.* 1 rāc. *ad verb ſumptibus.*

b. *Concedunt.*) Neuizan. latiſſ. *ſilu. nupt. libr. 6. ſub num.* 8 *cum ſeqq.* Rebuff *ad conſt reg. in proem. gl* 5 *num.* 154. referens illud *Senecæ*, Cum pari contendere, anceps eſſe; cum ſuperiore, furioſum; cum inferiore, ſordidum, de quo itidem ad dictum verb *ſumptibus*. Et Crauet. *conſ* 319. *poſt princ. verſ.* 3 videtur poſt Bald *conſ.* 218 *poſt pr. nc. verſ dicit Seneca. lib.* 3.

c. *Aduocatorum, teſtium.*) Cauendum ne horum promiſſione decipiatur, Reb. *d. proem. gl* 6. *ſub nu.* 155. *& hic in fin.*

d. *Aduocatum*) Eſt hac de re *artic.* 86 *inſtruction. Curiæ r. Holland.* quem appoſitè verbis itidem vernaculis (ſuo more) illuſtrat Merul. *prax. Hollan. libr.* 4. *diſtinction.* 4. *ſect* 1 *tit.* 1. *cap.* 1. *numer.* 6. *cum ſeq.*

e. *Progrediantur.*) Alioqui ſi non benè ſatisfit aduocato, non poteſt benè ſtudere, inquit, poſt alios, Neuiz. *ſilu. nupt. d. libr. 6. ſub num.* 11.

f. *Vrbanitate.*) Berber *in viato iur. part.* 4. *numer.* 14. Iaſ, poſt alios, *in §. ſit itaque ſub numer.* 9. *verſ. ult. nota & num.* 41. *cum ſeqq.* Ibidemque Zaſ. *verſus fin. verſ conſequenter ex tex.* Rebuff *d gl.* 5. *num.* 157 *cum ſeq.* & vbique, reum alioqui non interpellatum extra iudicium, ſi primo in termino confiteatur, non condemnari ad expenſas; latè Rom. *ſingul* 396 & 397. *cum apoſt.* & poſt eum Dec. *cum. apoſt. in l qui in alterius*, 42. *num.* 9 *de reg. iur. & in cap. quoniam contra numer.* 92. *cum ſeqq. de probat.* Maſcard. *de probat. libr.* 2 *concl* 935 *num* 1. *& ſeqq.* Et ſecundum hæc exaudiendum puto, quod poſt Panorm. *in cap licet Heli. numer.* 13. *de ſimon.* tradit Coſtal *ad l. mora.* 32 *ſub init. ff. de vſur.* quod cum pura eſt obligatio, priùs moneri debeat ad ſolutionem is vnde petitur, quam ad iudicium euocari ſecundum com. intellectum *l. quidam Vbertus* 12. *& ibi Bald.* & Caſtrenſ. *de ſer. vrb. præd* aliàs ſi nulla præcedente teſtatione, creditor eum ad iudiciū intrare coëgerit, in expenſas condemnetur, addēs, ſic qui ex inſtrumento authentico, & executionem habente, executionem facit per viatorem, ante monitionem debitori factam, non ex ordine facere, & talem executionem decreto curiæ Pariſienſis nullam & inutilem declaratam eſſe, id quod apud nos non perinde obſeruatum ſcio. Subijcit poſt pauca appoſitiſſ. Coſtal. huic ſententiæ conſequens fore, vt qui conuictus in iudicio ex ſyngrapha mox confitetur, non ſit condemnandus in expenſis; ſed is tantùm qui negauit, & poſtea confeſſus vel conuictus eſt *per authent. de tri nt. & ſ. miſſ. §. ſtudium. & v r ſ comm. 1*, & Bald. *in auth. contra qui in fin de nō num p c.*

g. *Per amicos*) De hac prudentia atque vrbanitatè pulchrè Cic *in orat. pro P. Quint in partitionis tertia primæ partis ratione, his præſertim verbis.* Quæro abs te C. Aquili, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelle, vadimonium mihi non obijt quidam ſocius, & affinis meus, qui cum mihi neceſſitudo vetus controuerſia de re pecuniaria recens intercedit: poſtulōne à prætore, vt eius bona mihi poſſidere liceat? an, cùm Romæ domus eius, vxor, liberi ſint domum potius denunciem? quid eſt, quod hac tandem de re vobis poſſit videri? profectò, ſi rectè veſtrâ bonitatem atque prudentiam cognoui, nō multùm me fallit, ſi conſulamini, quid ſitis reſpōſuri. primum exſpectare, deinde ſi latitare ac diutiùs ludificari videatur, amicos conuenire; quærere, quis procurator ſit, domum denunciare, dici vix poteſt, quàm multa ſint quę reſpondeatis ante fieri oportere, quàm ad hanc rationem extremam, neceſſariam deuenire: hæc ille. De hac quoque deliberatione, & quomodo in his regionibus interpellatione huiuſmodi amica vtamur, Merul *d. l.* 4. *diſt.* 4. *ſect* 1. *tit.* 1 *cap.* 1. *n.* 1. 2. 4 *& ſeq.*

h. *An legitime.* Reb. *d. gl* 5 *n.* 149. Berber *d. part.* 4. *n.* 5.

i. *Reſtitui*) Et hanc litigaturi cautelam neceſſariam dicit Reb. *d gl.* 5. *n.* 156. de qua agemus abundè infrà *cap.* 50. & 52.

k *Contra quas agere*) Berb. *d. part.* 4. *n.* 7. Reb. *d. gl.* 5. *n.* 150. Mer. *d lib* 4. *diſt.* 3. *ſect* 1. *ti.* 1. *c.* 1. *n.* 3.

l. *Non mercatrix.*) Dixi ſupra *ti.* 23. *verb aut ſola cū mariti.*

m *Siue naturales.*) Iaſ poſt alios exactè, *in adducto §. pœnales n* 53. *&* 56 *cum ſeqq.* Ibidemque Zaſ. *in* 2. *§. membro, verſ. item includimus, & in l. 4. cū ſ. ll ſ qq. §. prætor ait. verſ. porro coll patrē ff. de in ius vocan.* Dec. *in tract. crim. l.* 3. *cap* 14. *n.* 2. Mer. appoſitiſſ. *prax holl. l* 4. *diſt* 4. *ſect.* 1. *tit.* 4. *cap.* 12 *ſub n.* 3. Buſ. *ad l. si n.* 7. *ff. de in ius vocan.*

n *Patro-*

Digitized by Google

[illegible], quæ cauſa edicti prætoris eſt. Quod tamen [illegible] Moſc. ex vrbanitate ſolere in libellis apponi (dum notarıes conueniunt) clauſulam, [illegible] quatenus opus fuerit petita: ſolent fere & apud nos huiuſmodi clauſulæ adijci. Apud Francos vero etiam hodie [illegible]. con[illegible] patres, [illegible] ab ipſis iu[illegible] [illegible], nec [illegible] alium in[illegible] [illegible], [illegible] Rebuff. [illegible] reg. in præam. gloſſ. 5. num. 47. [illegible] eman[illegible] teſtatum [illegible] *de action. commiſ. part. 2.* [illegible] *emancipatus.*

r. *Luet in corpore.*) De [illegible] limitando Zaſ. *in d.* 2. § *mem[illegible]* [illegible] *dec.* 349 *num.* 10 [illegible] *rer. iud. libr.* 2. *cap.* 15. De pœna [illegible], & quomodo ad eam [illegible] concludatur in praxi. Merul. poſt alios *d.* [illegible] *tit.* 4 *cap.* 12 *num.* 5. *cum ſeq.*

s. *Conueniet.*) Etiamſi aduerſus [illegible] ſententia lata ſit Suarez *ad l. poſt* [illegible] *in declarat. l. regni,* [illegible] *num.* 5. *ff. de re iud.* [illegible] limitando, [illegible] & Porcellino [illegible] *cap.* 4 *num.* 9 *cum ſeq.* Peck. *de iur.* [illegible] *cap.* 4. *ſub n.* 9. *verſ. principio num. cum ſeqq.* poſt Reb. *d. conſtit. reg. tract.* [illegible] *art.* 8. *gloſſ.* 2 *num.* 8. aliiſque.

t. *An ipſe iudex.*) Berb. *d. par.* 4 *num.* 8. Reb. *d. proœm. gloſſ.* 5. *num.* 150. [illegible] autem [illegible] Vaut. *de nullit. proceſſ. tit. de* [illegible] *iuriſd.*

v. *Doctorum conſulere.*) Rebuff. *d. proœm. gloſſ.* 5. *num.* 151. [illegible] plurimorum. res enim pluribus [illegible] adhibitis plenius tractatur, *l. Diui fratres,* [illegible] *patron.* & [illegible] hominis, [illegible] veritas [illegible], *l. vlt. C. de* [illegible] [illegible] inuenitur, quod a pluribus [illegible], *cap. vlt.* 20. [illegible] & integrum eſt conſilium, quod plurimorum [illegible] comprobatur, *cap. præterea, de off. deleg.* [illegible] *num.* 64. [illegible].

x. *Aduocatum.*) Annotaui ad loc. [illegible] Dim. *tit.* [illegible] *verb. aduocati.*

y. *Conſultationes.*) Conſilia experientiam doctorum habentem, [illegible], quod [illegible] habuerit [illegible], in expenſis non eſſe [illegible] [illegible] Alex. *conſ.* 76. *num.* 11. [illegible] aliiſque, Rebuff. *d. gloſſ.* 5. *num.* 152. Sur. *recept. ſent.* [illegible] *C. num.* 273 [illegible] *num.* 231. Vill. *com. opin.* [illegible] *C. num.* 168. Gaill. *lib.* 1 *obſ.* 152. *num.* 6. [illegible] *dec.* 47 *numer.* 7. Meſlner. [illegible] *ſub numer.* 40. [illegible] 5. Alioqui aduocatorum in cauſa, [illegible] conſilia non [illegible] cul[illegible], Amat. *d.* [illegible] 9 *num.* 7. Sed [illegible] habente [illegible] conſilia [illegible], ea in ex[illegible] [illegible], [illegible] ad [illegible] iudicem [illegible] teſtium [illegible], quibus conſilia æquiparantur, VVam. [illegible].

z. [illegible] Rebuff. *d. gloſſ.* 5. *num.* 155.

CAPVT XXVIII.

De actionibus intentandis.

SVMMAE.

1 *In omni lite certa prætendenda eſt actio.*
2 *Actio intentanda diligenter eſt* [illegible].
3 *Actio eſt triplex,* [illegible]
4 [illegible]
5 *Mixta,* *De* [illegible] / *De* [illegible] / *De* [illegible]
6 *An actio* [illegible] *locum habeat* [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

1 IN præcedenti capite meminimus, quæ perſonæ actionem intentare poſſint, quæ verò minimè, re lat quo modo perſonæ legitimæ, litem intentare debeant: pro quo hic ſciendum, quod nemo poteſt intentare aliquẽ proceſſum ſine certa actione, de qua in capite præcedenti, n. 17.

Quam quidem actionem prius bene meditetur
2 & ex conſilio iuriſperitorum appoſitè, & conuenienter eligat, & melius inſtituat, iuxta id quod (vulgo) dici ſolet. Nemo ſine actione (a) experitur, *l. Quotiens §. Item ſi tempore ail, ff. de adminiſtrat. tuto.* Ideoque *cap. etiam præcedenti 27. num. 17.* diximus, vnicuique obſeruandam eſſe actionem, quã in litẽ intentanda aut inchoanda arripere deberet. Pró quo primo ſciendum eſt in Praxi, ſolummodo tres eſſe actiones (b) ſcilicet, actionem perſonalem, & actionem realem, & actionem mixtam, veluti ad quas omnes aliæ actiones ſeſe referant. Perſonalis actio eſt, quum lis intentatur in perſonam.

Ad hanc actionem ſpectant omnes controuer-
3 ſiæ, quæ aliquo modo ſequuntur & concomitantur perſonas & quæ non recedant à perſona obligati vel hæredis eius, cuius perſonam repræſentat, *leg. Actionum genera. §. 1. & 2. ff. de actionib. & obligat. & in Authentico, de iureiurand. à mor. præſtit. in princip. Coll. 5.* In actionibus igitur perſonalibus agit vnuſquiſque cum ſuo aduerſario, qui ipſi obligatus eſt, aut ex debito, aut ex contractu, aut ex maleficio. His enim tribus caſibus omnes complexæ ſunt actiones in perſonam, per quas intendit aduerſarium ſuum ipſi debere aliquid aut dare, aut facere, iuxta varios petendi modos.

4 Realis autem (c) actio eſt, quæ non in ipſam perſonam, ſed in rem perſonæ intentatur, hoc eſt, in perſonæ poſſeſſionem, rem, aut opes, ſcilicet, de debito redituum ſuper domum, fundum, &c. aut de poſſeſſorio, de agris, fundis, ædibus, &c. quæ dicta eſt realis, quod ea tantum ſit de rebus eaque ſolum res concomitetur *l. Imperatores, ff. de publi. & vectiga. & §. Omnium autem actionum inſtitu. de actionibus.* Et Specu. *tit. de actionibus ſemper ſitione ſub 2. parte. An actio ſit ſpecialiter proprimenda.*

Ideoque in realibus actionibus actor cum reo
5 agit, qui nullo iure ipſi (ſecundum ſuam perſonam) obligatus eſt: mouet tamen eidem de aliqua re controuerſiam, ſed de ipſius rebus, non de perſona. Eoque caſu actiones in rem ſunt dictæ & appellatæ, veluti ſi quis rem aliquam corporalem poſſideat quam Titius ſuam eſſe affirmet, ſeque poſſeſſorem & dominum eius potius eſſe contendat, actio erit realis, nempe in rem ipſam intentata *d. §. Omnium autem actionum*, & ibi abunde D. Iaſon, Actio mixta (d) eſt ea, quæ nec eſt merè perſonalis: nec merè realis, ſed habet cauſam mixtam, vt ſunt illæ actiones, quæ ponuntur, *in §. Quædam inſtitution. de actionibus*, Qualis eſt familiæ erciſcundæ actio: quæ competit cohæredibus, de diuidenda hæreditate. Item actio de communi diuidundo, quæ inter eos contingit, inter quos aliquid commune eſt, vt id diuidatur Item finium regundorum actio: quæ inter eos agitur, qui confines agros habent.

Verum hoc loco cenſui non prætermittendam 6
eſſe hanc quæſtionem, ſcilicet. An pro iuribus feudalibus & cenſualibus, actio familiæ erciſcundæ alicui competere poſſet? Ad quam quæſtionẽ omnino negatiuè reſpondendum eſſe ſentio, ſcilicet prædictam actionem pro enarratis iuribus (e) nulli poſſe competere. *c. Primo, de feud. probib. aliena. per Feder.* Quod tamen ſanè intelligendum eſt, ſcilicet non competere alicui quo ad feudum ipſum, ſed tamen bene quo ad lucrum, quia ius feudale eſt indiuiſibile. teſte Io. Fab. *in §. Quædã actiones, inſtit. de actionibus* cuius vnum quotidianum experimentũ 7
ibidem ponit, ad quod ſemper recurrunt practici, quod de hoc ſint infiniti proceſſus, vt ſi teſtator deceſſerit relictis liberis cum pluribus, omnes non tenentur facere homagium, aut fidelitatis iuramẽtum. ſed tantum is qui natu maximus eſt.

Et ita ſeruatur Aurelijs, & item paſſim in Flan- 8
dria. Hanc materiam actionis abundè tractat D. Iaſon. *In ſua inſigni lectura ſuper nodoſo titulo de Actionibus, in Inſtitutionibus Iuſtinianeis. In ſi pinſ. cule allegato, §. Omnium autem actionum*, ad quem compendij gratia lectores remitto.

Iura ciuilia nihilominus in mediũ proferũt mul- 9
tas, alias ac diuerſas actionũ ſpecies, quibus in praxi nũc nõ vtimur (f) In qua tantũ requiritur, & ſufficit, ſi actor claram faciat, & efferat petitionẽ, ſeu libellum ſuum, & ſi pertinenter & apertè in ea petitione concludat, realiter aut perſonaliter, ita vt ex ea Iudex & Reus poſſint cito intelligere, quid actor petat. Item debet ea petitio ita eſſe conſinnata, & concluſio ita pertinenter capta, vt iudex etiam ex ijs certe intelligat (g) actionis naturam. Nam quantumuis multæ actiones proferantur, omnes tamen ſi rectè introſpiciantur, ad duas aut tres prædictas actiones, Perſonalem & realẽ, conferri poſſunt. Nam (vt breuius rem dicã) in Praxi vulgari, quando aliquis ſequitur perſonam, tum cenſetur actio perſonalis, & quando ſequitur Rem, aut fundum, tum eſt realis. Mixta, quæ partim perſonalis partim realis. Sed de his actionibus in ſequentibus capitibus latius.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. XXVIII.

a. *Sine actione.*) Viu. *dec.* 518 *num* 29. Mingon. Luc. *dec.* 98. *num* 25. *in fin.* & nouiſſ. Marchſner. *dec.* 20 *num.* 6. *part.* 3. vbi *num.* 5. *&* 22. *in fin.* ex com. ſententiam ferri non poſſe, vbi actio vel accuſatio intentari nequit.

b. *Actiones.*) Mar. *de ord. iud part* 4 *diſt.* 3. *num.* 1. Baro pulchrè *in tit. inſtit. de action. comment. part.* 2. vbi quomodo intendentur, concipianturque libelli.

c. *Realis autem.*) Reb. *ad l. litis nomen,* 36. *ſub init. & l. pecunia,* 178. *§ actionis. ſub verſ. item quãdo que.* ibidemque Alc. *num* 8 *de verb ſign.* idemque Reb. *conſtit. reg. tom* 3 *tract. de fruct. & cor. reſt. art.* 1. *gl. vn. nu.* 13. vbi *nu* 21 *qua ſit perſonal. actio*

d. *Mixta.*) Marc. *d. diſt.* 3 *num.* 1 *in fin. cum ſeqq.* Alc. *d.* §. *actionis, ſub num.* 8. De mixta tamen in reali præualente, vt de merè reali iudicandũ, Surd. *dec* 174 *ſub n.* 19.

e. *Iudicibus.*) Feuda maiora, annexam dignitatem habentia, ducatus ſcilicet, Marchiæ, & comitatus, nõn diuidi; minora poſſe, per tex. *in ad.* ... *c.* 1. §. *præterea ducatus*, vbi poſt alios Baro à Tautemb. *num.* 1. *cum ſeq.* Curt Iunior, *tract. feud part.* 4. *nu.* 121. *& ſeq* Clar. *lib* 4. *recept. ſent.* §. *feudum; qu.* 44. Gail. *libr* 2. *obſ.* 116 *num* 9 *cum ſeqq. & obſ.* 153 *tota* limitando vtrique & declarando.

f. *Non vtimur.*) Sic Eguin. Baro, *in inſtit. titul. de action. comment. particula* 2. *verſ. in fin.* Bonæ fidei (inquit) ſtrictæ & arbitrariæ actiones, apud Gallos non diſtinguuntur formulis: ſed qui agũt, reum damnari, vt ius & ratio ſuadet, poſtulant. Neque dubium eſſe quin liberior poteſtas eſſe debeat iudici, in bonæ fidei iudiciis & arbitrariis, quàm in ſtrictis adiicit. Et rectiùs quidem, quàm ſcripſerit Imbert. *in enchirid. iuris Gall. in verb. exhibitione, verſ. fin.* Differentiam huiuſmodi quæ à iuriſconſultis, nõdum inſtitutis ſacroſanctæ religionis noſtræ Chriſtianæ initiatis, cõſtituta eſt, non debere inter nos, qui ſumma hac perſuaſione & fide perfectiſſimus imbuti, valere: omnes enim contractus & actiones vno ordine apud nos debere haberi, vt in iis dolus & fraus omnis abſit. Quaſi verò iuris ciuilis, inſtitutionum præſertim, compoſitores, qui tam ſanctas, religioſas, atque catholicas conſtitutiones, vt *in C. in t.* 10 videre eſt, quas alioqui omiſiſſe poterant, ediderunt, non fuerint catholici, & quamuis (vt ait Imb.) in omnibus bona fides debeat exuberare; tamen hîc bonæ fidei vocabulum, non tam animum dolo contrariũ, quàm æquitatem quandam & iuſtitiam ipſam à rigore quodam ſummo ſegregatam ſignificat, vt pulchrè docet & exacte Ioan. *tract. de expenſ. & melior. cap.* 23. *ſub num.* 9. *cum ſeq.* & Couar. *in relect. c. poſſeſſor. part.* 2. §. 6. *num* 1. *in fin. cum ſeq. & ſub num.* 6. *verſ* 8 *infertur, de reg. iur.* in 6. vbi *num.* 5. improbata huiuſmodi falſa opinione Bald. *in cap.* 1. *de plus petit. in fin.* poſt alios demonſtrat, hanc diſtinctionem nullibi à iure pontificio damnatam, tacitè admiſſam cenſeri, imò expreſſe probatam *in c. cum venerabilis in verbis, cum permutatio, inter eos & actus bona fides compenſetur, de except.* licet cõtra etiam Rebuff. *conſtitut. reg. tom.* 3. *tractat. de fruct. & cor. reſtit. artic.* 1. *gl.* ſ. *vnic. nu* 8. *& nouiſſ.* Laudenſ. *dec* 30 *num.* 233. Quàm vero neceſſaria ſit actio arbitraria etiam in praxi, apud Fab. C. *libr.* 3. *tit.* 5 *definit* 1. *cum ſeqq.* videre eſt, & apud Menoch. *de arbitr. iud lib.* 1. *quæſt.* 3 *præſertim, num.* 12. vbi & de natura differentiaque actionis bonæ fidei & ſtrictæ.

g. *Intelligat.*) Neque enim actionis nomen exprimere neceſſe eſt, *c. dilecti,* vbi *not. de iud.* Iaſ. poſt alios *in l. edita in* 1. *not.* ibidemque Dec. *num.* 1. *ex com.* licèt contrà, de iure ciuili Zoannett. *num.* 5. *cum ſeqq. C. de edend.* Socin *conſ* 91. *num.* 41. *libr.* 4. Afflict. *dec.* 3. *num* 1. *in fin.* Guid. *dec.* 362 *num.* 1. Marc. *de ord. iud. part.* 6. *in membro num.* 5. *verſ. non tamen.* Villal. *com. opin lit. A. num.* 35 *cum apoſt. & lit E. num.* 118 Soar. *recept. ſent. lit. A. num.* 49. Gail. limitando *libr.* 1. *obſ* 61 *num* 1. *cum ſeqq.* rationem addens *nu* 9. quod ex cauſa petendi, vel medio concludendi, genus vel qualitas actionis colligatur. Meichſner. *dec.* 22 *num* 10 *cum ſeqq. art.* 3. Alioqui vt ſcribit Rebuff. *ad l. pecuniæ verborum* 178. §. *vlt. verſ. ſi quantum. de verb. ſignif.* quantum ad praxin attinet, quomodocunque pars cogatur ad dandum vel faciendum, ſemper agitur & pars perſequitur, nec quæritur an iure actionis vel obligationis, at ſufficit quod cogi poſſit pars, & quod debeat,

CAPVT XXIX.

De actionibus perſonalibus.

S V M M AE.

1 *Actio perſonalis, perſonæ obligationem præſupponit.*

2 *Actio perſonalis quadruplex,*	*Ex contractu.*	3	*Quæ actio perſonalis naſcatur*	*Ex contractu.*
	Ex quaſi contractu.	4		*Ex quaſi contractu.*
	Ex delicto.	5		*Ex delicto.*
	Ex quaſi delicto.	6		*Ex quaſi delicto.*

7 *Sarcinam alicuius in fide receptans, ſi pereat, aut corrumpatur, in culpa tenetur.*
8 *Malorum hominum qui vtitur opera, dicitur eſſe in culpa.*

1 Actio perſonalis exigit debitum, & obligatum, hoc eſt, exigit id quod aliquis alteri debet, vel officium, vel ſeruitutem, vel aliquid aliud in quo vna perſona eſt alteri obligata. §. *Omnium* & ibi D. Iaſon, & alij *ſcrib. inſti. de actionibus.*

2 Diuiditurque in quatuor ſpecies. Nam actio perſonalis, alia eſt ex contractu, alia quaſi ex contractu, alia ex maleficio, & alia ex quaſi maleficio, ſeu delicto. §. *Sequẽs diuiſio inſtit. de obligationibus, & l. 1 ff. de actionibus, & obligationibus* Vel breuius, teſte D. Iaſone, *in d. §. omnium* & (vt illius verbis vtar) Actio perſonalis dicitur illa, quæ cauſam vel originem habet à contractu, vel quaſi, à delicto, vel quaſi.

3 Actio perſonalis ex contractu eſt illa, quæ naſcitur ex mutuo, vel ex empto, vendito, vel ex locato vel conducto, vel ex certi condictione, aut cauſa ſocij, vel cauſa mandati, condictione ex lege, ex fideiuſſione, ex ſtipulatu, commodato, depoſito, permutatione, pignoratione, hypothecatione, breuiter omnes quæ naſcuntur ex obligationibus, quę fiunt & contrahuntur, aut re, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, vt per totum titulum, *inſti. Quibus modis contrahi oblig. & l. 1. ff. de acti. etc. & obligationibus.*

4 Actio perſonalis, ex quaſi contractu, eſt omnis actio negotiorum geſtorum directa & contraria (*a*) Actio tutelæ directa & contraria. Actio de cõmuni diuidundo, Actio familiæ erciſcundæ, Actio ex teſtamento, atque huiuſmodi aliæ actiones ſimiles. Quæ quidem actiones, non proprié ſunt contractus, nec ex contractu naſci intelliguntur, ſed inſtar contractuum ſeſe habere videntur, ſcilicet, ratione obligationum, quæ ex iis naſcuntur, vt per vniuerſum titulum, *inſt. t. oblig. quæ ex quaſi contr. naſcun. & l. Ex maleficiis § 1 ff. de act. & oblig.*

5 Actiones perſonales ex delicto, ſunt omnes actiones ſiue obligationes, quæ naſcuntur ex re, id eſt, ex maleficio, veluti ex furto, aut ex rapina, aut ex damno, aut ex iniuria, vel ex ſimilibus maleficiis, vt per totum titulum *inſt. t. de oblig. quæ ex delicto naſcun. & l. Ex malefic. ff. de actio & oblig.*

Actiones perſonales ex quaſi delicto, ferè ſunt quales hic ſequuntur, nempe ſi Iudex litem ſuam male inſtituerit, aut produxerit, ſi malè aut per negligentiam, aut per imperitiam (*b*) iudicauerit, aut malè executionem fecerit. Item ſi iudex, aut alius quiſpiam, rem meam creditam, depoſitam aut cõmodatam, malè cuſtodierit. Item ſi quiſpiam aquã vel immundicias, die vel noctu per feneſtras eiecerit in fundum meum, vel ſuper togã meam, quibus mihi nocet: & ita de ſimilibus, quæ propriè non ſunt delicta, dummodo non ſtudio & ex malo animo, ſed incuria, vel ex non diligenti obſeruatione committuntur, pro delictis tamen habentur, ac ſi vera eſſent delicta. Ideoq; ratione talium obligationum ad qualemcunque compenſationem tenentur, §. *Primo* & per vniuerſum titulum, *inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcun.* & *d. l. Ex maleficiis §. Si iudex, ff. de action. & oblig.* 6

7 Item ſi exercitor, hoc eſt gubernator nauis, aut ſi caupona, aut ſtabularius recepta in depoſitum alicuius mercatoris, aut alterius bona, tam negligenter ea cuſtodiuiſſent, vt aut pars eorum, aut totũ periſſet, idque vel furto, vel dolo ablatum eſſet eo caſu, ipſe gubernator nauis, caupo, & ſtabularius quaſi ex maleficio, & damno te[illegible]dentur, etiamſi nec per ipſos, nec ſ[illegible] culpa vllum tale damnum, aut maleficium [illegible] commiſſum, ſed tantum per malitiam, aut [illegible] ſuorum famulorum, aut eorũ q[illegible] cauponam, aut ſtabul[illegible] m rec[illegible] per q[illegible] exercent. Nam q[illegible] d[illegible] nec in[illegible] cham, nec in cauponã a[illegible] nem perſonalem ta[illegible] q[illegible] ex [illegible] ex præcedenti contr[illegible] o imentare poſſit aut [illegible] dem damni & maleficij culpa [illegible] 8 in ſuis na[illegible] imprudenter [illegible] ſuos magiſtros, aut [illegible] quaſi ex maleficio tene[illegible] *tor inſti [illegible] obl[illegible] quæ ex quaſi [illegible] maleficiis, §. Ite, Exercitor ff de act. [illegible]*

Acti-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXIX.

a. *Contraria.*) Aliud ſi licet vtiliter domino tamen inuito geſtum ſit, Soar. ex com. *receſt. ſent. lit. N. num. 24. cum ſeq.*

b. *Aut per imperitiam.* Soar. *receſt. ſent. lit. I num. 340 cum ſeq.* Clar. *rec. ſent. lib. 5. § fin. quaſt. 23 n 2. cum apoſt.* Boër. *ex S. C. dec. 153 ſub num. 3. & num. 12. cum ſeqq.* Rebuff *ad conſtit. reg. tom. 1. tract. de lit. ciuil. art. vn. gl. [illegible] vltim. num. 2.* Gramm. *dec. 99 num. 1 cum ſeqq.* Gomez. *var. reſ. lib. 3. c. p. 3 n 16. verſ. 2. caſus eſt,* Gaill. *lib. 1. obſ. 155 ſub num. 1. cum ſeqq.* Viu. *ex SC. dec. 365. num. 2. cum ſeqq. & dec. 47. num. 9. 11. & ſub num. 12 cum ſeq.* exactiſſ. Menoc. extendendo & reſtringendo. *lib. 2. de arbitr. iud. caſu 3[illegible]9. nu 3 cum ſeqq. & caſu 341. toto.* & litem quoque ſuam facere, niſi ſecundum probationes iudicet, Meichſner. *dec. 22. num. 33. part. 3.* Si victũ in expenſas non condemnauerit, Viu. *com. opin. lib. 1. verb. iudex tenetur, verſ. verum ſi iudex:* poſt Corſet. declarando *ſingul. verb. iudex. 1.* aliosque vt & quemlibet iudicem male gerentem officium in damnum alterius, Amat. *dec. 10[illegible]. num. 11.* Verum in Gallia tantummodo teneri, ſi dolo, fraude, vel per concuſſionem quidquam admiſerit, dixi ex aliorum te[illegible]monio, *ad hoc compar.* Damh. *tit. arbitrari [illegible] ad fi[illegible] traditque* Rebuff. *ad conſt. 1. reg. tom. 1. tracta. de ſentent. exec. art. 7. gloſſ. 15. n. 2.* & ſic de conſuetudine generali non ſyndicari officiales [illegible] ſi de dolo & barattaria (vt loquitur) Ludouic. [illegible] *dec. 1. nu. 50. cum ſeqq.* Quod & antea d[illegible] cin. *in l. [illegible] num. 17 ff. quod quiſque iur. de [illegible]* in bonis & illuſtribus ciuitatibus off[illegible] ſolere ſyndicari, niſi de furtis & baratt[illegible] tortis & male [illegible]; non autem de iniq[illegible] tis, male per imperit[illegible]m latis. Et pulch[illegible] *bſer. obſeruat. [illegible] ad [illegible] 1. poſt Alex [illegible] var. & extrao d. [illegible]* Hos iudices qui [illegible] gerunt, ſeu ex ſtipendio iudices ſ[illegible], ſed [illegible] inuiti, vt fit in ciuitatibus, & villis, vb[illegible] ruſtici coguntur eſſe iudices: ſi per imp[illegible] non dolo malè iudicant, non dici facere litem ſ[illegible], nec parti teneri ad intereſſe. Ita quoque ex [illegible] de huiuſmodi conſuetudine teſtimonijs [illegible] Clar. *in d. § . vlt quaſt. 73. ſub n. 3.* debere off[illegible] ſyndicari tantummodo de furtis, barattaria, & [illegible] extorſionibus. Iudicem autem [illegible] per ſor[illegible] iudicaſſe, & barattariam commiſiſſe; cum q[illegible] accipit, vt proferat vel non ſententiam Menoch. *d. li. 2. caſu 342. n. 18 cum ſeqq.* extendendo & reſtringẽdo accuratiſſ.

CAPVT XXX.

Quonam pacto actiones perſonales inſtituantur.

SVMMAE.

1 *Actio perſonalis fit, aut citatione aut Executione.*

2 *Perſonalis Citatio fit, quando cauſa in iudicio nondum eſt cognita.*

3 *Perſonalis Executio fit* { *Poſt cauſam in iudicio cognitam* / *Poſt condemnationem,* / *Ob cauſam Principis.* / *Ob reſpubl. bonum.* }

1 Omnes actiones perſonales [illegible] & in[illegible] duobus modis, ſcilicet aliquando per [illegible], & aliquando per [illegible].

2 Per [illegible] cauſa [illegible] eſt, & [illegible], nec [illegible].

3 [illegible] perſonalis apprehenditur, & exercetur quando cauſa in [illegible] tentata fuit, aut ſi quando actionis exec[illegible] per legalem obligationem, (a) aut per condemnationem iurid[illegible], latam, aut ſcriptam, procedi[illegible] quando res illa, aut cauſa tangit Principis, [illegible] mon[illegible] reipublicæ commune emolumentum, & [illegible] m. N[illegible] illa ſunt priuilegiata & executionem habent. a.

AN-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XXX.

a. OBligationem) Debitorem poſſe cum creditore paciſci, vt pro debito, per magiſtratum carcerari poſſit, Gall. ex S. C. de pac. ſub'i, lib. 2. cap. 2. num. 26. cum ſeqq. poſt Zaſ. dec. [illegible] reſponſ. lib. cap. 8. [illegible]. Sed contra [illegible] conſ. 28. num. 32. Verum pacto fieri non poſſe obligationem perſonalem, vt ſtatim pro debito [illegible] incarceretur ſine praecepto iudicis; ſecus vt inſtrumentum habeat in bona debitoris executionem paratam. Teſſ. poſt alios dec. 26. num. 6. vbi etiam virtute talis conuentionis conſuetudinem [illegible] vt debitor [illegible] poſſit [illegible] detrudi.

b. Princip. [illegible] Tex. eſt [illegible] in prīnc. C. de [illegible] ad l. poſtrem. 56. [illegible] de re iud. declarando [illegible] executionem paratam habere [illegible], vt & nouiſſ. verbis [illegible]. Merul. prax. Holland. lib. 4. [illegible] 13. cap. 1. toto. vbi hac de re [illegible].

CAPVT XXXI.

De actionibus realibus.

SVMMAE.

1 Realis actio rem ipſam conſequitur.

2 Res alia eſt Corporalis: Mobilis, quae? & Immobilis, quae?

3

4 Incorporalis, quae tangi non poteſt.

5 Rerum incorporalium fructus ſunt corporales.

1 REales actiones (vt praedictum eſt) res ipſas ſequuntur. Res autem ſunt duplices, ſcilicet, corporales & incorporales, vt titulo inſtitutis de rebus corporalibus & incorporalibus. Et dicuntur res illae corporales, quae ex ſui natura tangi poſſunt, quales ſunt fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & aliae res innumerabiles l. Prima §. Quaedam, ff de rer. diuiſ. & qualita. & §. Prima in princ. inſti. ut. eodem titulo.

2 Res mobiles, quae moueri poſſunt, aut quae ſeipſas mouent, (a), & non ſequuntur aut continentur fundum, vt equus, vacca, vitulus, ouis, aurum, argentum, [illegible], veſtes, & vnaquaeque ſupellex.

4 Res immobiles [illegible], nemora. Item fundi [illegible], aut [illegible], aut dominiorum.

4 Incorporales autem [illegible], quae tangi non poſſunt, quales ſunt eae quae in iure conſiſtunt ſicut haereditas, vſufructus, vſus, iuriſdictiones, reditus (b) [illegible] ciuiles [illegible] tur) [illegible], pſcariae, & obligationes (c) quoquo modo contractae. Neque his aduerſatur, quod in haereditate, obligationibus, iuriſdictionibus, aut reditibus res corporales continentur.

Nam quamuis fructus qui ex fundo, aut haereditate percipiuntur corporales ſint, & [illegible] id quod ex [illegible] obligatione reditu [illegible] nis, aut [illegible] deberur [illegible] corporale ſit, [illegible], pecunia, aut res alia, ipſum tamen [illegible] ipſum vtendi & fruendi, & [illegible], & dominiorum, [illegible] rum, ſemper incorporale eſt, d. l. Prima § [illegible] & d. § Prima [illegible]. 5

IN CAPVT XXI.

CAPVT XXII.

Actio realis quomodo instituatur.

SVMMA.

quam ſibi debitam. Dicitur autem actio confeſſoria, aliquando affirmatiua, eo quod confeſſione verbali aut verbis affirmatiuis conſtituatur.

4 Actio iſthæc dicitur etiam actio negatoria vel refutatoria, quando verbis negatiuis conſtituitur, hoc eſt, quando dico negatiue. *(c)* Tu nihil iuris habes in fundo meo, in feudo meo, in his redditibus, auiaris, iuriſdictionibus, aut dominiis, nec ea quicquam ſeruitutis habent ad tuum commodum.

In rebus enim incorporalibus, non niſi verbis aut conceptis procedendū erit, alias affirmatiue, alias negatiuè, quod ea corporaliter tangi, nec atteſtari poſſint. Et dicitur actio negatoria, quia verbis negatiuis conſtituitur, ſecundum Pla. *in ie. si qua. do, § Cum in dom. & ibi notatur, Dig. ſi ſe. u. t. vendi.* 5

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT XXXII.

a. A*Vt petitoriè.)* Duo eſſe iudicij genera, poſſeſſorium & petitorium, Menoch. *in præu tract. de recuper poſſeſſ. num 7. vbi n. 8. & ſeqq* quid petitorium, quid poſſeſſorium, poſt Alex. *conſ. 92. num. 6. & conſ. 159 num. 1. lib. 5. Rebuſſ. ad conſtit. reg. tom 3. tractat. de mater. poſſeſſ art. 7 gl. 1. num. 2. & ſeqq.* vbi & vtriuſque differentiæ.

b. *Incorporalium.)* Vt rei uendicationem pro corporalibus, ita pro iuribus incorporalibus, ad inſtar aliarum ſeruitutum, dari confeſſoriam vel negatoriam vtilem, vel quaſi, Meichſner. *dec. 33. n. 17. cum ſeqq. tom. 3.* poſt Iaſ. *ex com in l ſi prius, n. 3. cum ſeqq. ff. de nou op. nunc & in §. eque. n. 34. in fin. & n. 35.* ibidemque poſt Fab. *n. 3.* Zaſ. *ad fin. inſt. de actio.* & Ferrar. in prax. in form. libell. *act. confeſſ. pro ſeruit, verb plenam. & omnimodam, n. 7.* Soar. *recep. ſent. theſ. in lit. A. num. 52. cum ſeq.* VVillal. *com. opin lit. A. num. 32. & 36* Grib. *com. opin. verb ius patronatus reg. 2.* Sic competere confeſſoriam, ſi quis in caſtro petat iuriſdictionem, vel aliud ius incorporale: rei vendicationem verò, ſi petat caſtri dominium, cum iuribus ſuis, Guid. *ex S.C. dec. 148. cum apoſt.*

c. *Reditus.)* Oldendorp. in progymnaſ. claſſe. 2. *action. 4.* ibi cui & aduerſus quem. vbi quomodo itidem competat hic vtile interdictum vti poſſidetis, vel vnde vi, qua de re & VVameſ. *conſ. 78. præſertim num. 3. cum ſeq.* Cardin. Put. *dec. 180 libr. 2.* Maſcard de prob. *concluſ. 1194. num. 34.* Rebuff. *ad conſtit. reg tom 3. tract. de cauſis benefic poſſ in præfat. num 2 cum ſeqq.* Mar. *de ord. iud. part. 4. diſt. 7. num. 10.* Ant. Fab. *C. lib. 8. tit. 4. defin. 5. & 7. & 10.* Gabr. *libr. 5. concl. 5. nu. 78. cum ſeqq. tit. de reſtitut. ſpol.* Gaill *l. r. 2. obſ. 10 num. 5. & obſ 75. num. 1. cū ſeqq.* Meichſner. *dec. 18 ad fin. tom. 4.* Couarr. *dec. 115. num. 1. cum ſeqq.*

d. *Seruitutem.)* Cepol. *de ſeruit vrban præd cap. 2. numer. 11.* & poſt Socin. *conſ. 105. ſub init. libr. 1.* Crauet. *conſ 4. num. 6. cum ſeqq* aliosque Couarr. *var. reſol. libr. 1 cap. 17. num. 11. verſ. fin.* Quæ verò requirantur ad præſcriptionem ſeruitutis habentis cauſam vel actum continuum, pulchrè Gilman. *dec. 23. num 4 cum ſeqq. lib. 1.* vbi itidem ſub init. de his actionibus latius.

e. *Negatiuè.)* Guid *d. c 28 num 4.* vbi aduerſarium, niſi probet ius ſibi competere, ſuccumbere, idemque poſt eundem *conſ 1. num 8. conſ 91 nu. 2. & conſ 150 num. 2* aliosque Myn ſ. latè *conſ. 11 nu. 12 cum ſeq verum d. dec. 28. num. 3.* agentem negatoria aduerſus eum qui eſt in poſſeſſione vel quaſi debere probare rem eſſe liberam. Fab ex SC. declarando *definit. 8 num 1 cum ſeqq. libr. 3. tit. 24. vbi num 6. cum ſeqq.* idem in agente negatoria, ſi fateatur aduerſarium iuſſe, & duxiſſe iumentū, vel quid aliud feciſſe iure ſeruitutis fieri ſolitum, licet factum dicat vi, clam, precario, aut iure familiaritatis: quoniam huiuſmodi confeſſio, licet ſcindi non poſſit, ſufficiat tamen ad tollendam præſumptionem illam iuris, qua omnia præſumuntur libera, ſaltem ad transferendum onus probandi. Quomodo autem rectè concipiatur libellus, Papon. in arreſt 2. *& 9. libr. 14. tit. 1.* Bertrand. *conſ. 4* cui init. multa fuerunt. *l b. 1. edit. 1.* Meichſner. *d. dec. 33 ſub num. 9. cum ſeqq.* & ibidem *in 3 puncto ſub nu. 60. cum ſeqq.* item *dec. 1. ſub num. 4. & 40. cum ſeq.* vbi *tom. 3.* requiſitæ negatoriæ.

CAPVT XXXIII.

De Poſſeſſorio, Saiſina, ac Nouitate.

SVMMAE.

1 *Saiſina* } *eſt poſſeſſio* { *vniuſcuiuſque licita.*
2 *Nouitas* } { *Illicita, quia licitam turbat.*

3 *Saiſina*

Digitized by Google

3 *Saiſina ad fauorem perturbati in poſſeſſorio conducit.*
4 *Nouitas Saiſina, cur dicatur.*
5 *Saiſina, vocabulum inauditum, vſurpatum tamen in Parlamento.*
6 *Iudicia omnia in parlamento producuntur & ſaiſinantur.*
7 *Saiſina primo excogitata à Magiſtro Simone Buſſin.*
8 *Saiſina tribus modis tribuitur, ſcilicet* { *per ſucceſſionem.* *per traditionem.* *per occupationem.* }
9 *Saiſina ſucceſſionis competit hæredibus ſucceſſoribus.*
10 *Saiſina traditionis competit, & datur emptoribus.*
11 *Saiſina occupationis competit, & datur poſſeſſori pacifico*
12 *Quiſquis ſaiſinam aliquam perturbat, Nouitatem committit.*

1 IN iure poſſeſſorio practici vtũtur duobus voca-
bulis, non ita receptis in Iure, ſed tantum in Pra-
xi magis vſitatis, quæ ſunt Nouitas & Saiſina (a)
quæ idem fere ſignificant, & important, niſi quod
Saiſina ſit licita poſſeſſio, & Nouitas illicita ſaiſina,
vt quæ Saiſinam licitam turbet.
2 Nouitas itaque iſta aut Saiſina vnicuique Ius ſuũ
poſſeſſionis tribuit, & in Ius poſſeſſorium aſſerit.
Ideoq; ad poſſeſſoria tantũ producta videtur in fa-
uorẽ iuſtitiæ & Iuris, & Iuris præcipuè eorum qui
aliquando, vel ex quorundã malitia, vel ex iniquis
delationibus aut ſuſpitionibus ex ſuis officijs, be-
neficijs, & poſſeſſionibus cũ magna ſæpe iniuria &
3 dedecore exturbãtur. Cui malo vt occurreretur &
certius omnia peragerentur veriorque cauſarũ co-
gnitio citra vllam perturbationẽ haberetur, intro-
ducta eſt iſtius poſſeſſorij Saiſina, per quam præſens
promptumque remedium daretur per ſuperiores
poſſeſſoribus, vt omnia abſque vi aut perturba-
tione agerẽtur, iuxta Imperatoris Iuſtiniani, *l. Pro-
perandum, C. de iudic.* ideoque per hanc Nouitatem
aut Saiſinã iudex priorem poſſeſſorem in ſuum be-
neficium aut in poſſeſſionem ſuam iterum aſſerit &
Saiſinat, & partem aduerſam cum parte poſſidente
in concilium citat, vt ſi quid pars aduerſa habeat,
quod doleat aut queratur, id ibi exponat & per pe-
titorium procedat.
4 Dicitur autem Nouitas, quod tunc noua & re-
center inuenta & practicata fuerint, quod & tunc
temporis Praxis iſthæc iuuenibus ac nouis, Aduo-
catis tunc primum & recenter ex vniuerſitatibus
redeuntibus, extranea & ad intelligendum noua, &
inaudita fuerint.
5 Dicitur etiam Saiſina, qui terminus adhuc ig-
notus & nõ vſitatus eſt in iure, ſed ſolũ ſub corona
Frãciæ, vbi ex cõſuetudine regni & iuxta ſtylũ Par-
lamenti hæc Nouitas & Saiſina nata & Practicata
videntur, quod ibi in Parlamẽto plæraque omnia,
6 iudicia omneſque lites & proceſſus tam ſpiritua-
les, quam ſeculares, per hanc Saiſinam poſſeſſoriè
aut poſſeſſorio inſtituantur (c) & producantur.
7 Verum iſtius Saiſinæ & Nouitatis Praxis, à quo
authore primo in Parlamento excogitata, quanquã
iſtud nõ magni (d) refert) & introducta ſit, & quãdo
primo vſitata, nõ ſatis cõſtare puto. Sũt tamen qui
aſſerãt eam primo repertã, per quendã magiſtrũ Si-
monem de Buſſin, ad fauorem iuſtitiæ, vt vnicuiq;
Ius ſuum poſſeſſorium tribuatur & conſeruetur.
Hæc igitur Saiſina, trib. modis aut formis appli- 8
cari ſolet, ſc. in ſucceſſionib. traditionib. & occu-
pationib. Vnde & triplicẽ titulũ habet, ſc. ſaiſina vel
poſſeſſio ſucceſſionis, traditionis & occupationis.
Saiſina ſucceſſionis dat & tribuit hæredi ſucceſ- 9
ſori Ius poſſeſſorium ad ſuccedendũ, & ſucceſſio-
nis hæreditatem, quod Ius ipſi per mortem prędc-
ceſſoris competit. Nam mortuis per ſuam mortem
ſaiſinat (e) viuum ſuum proximum eſſe debere hæ-
redem, & habilem ad ipſi ſuccedendum, & vt poſ-
ſeſſio ſua defuncti cõtinuetur in verum hæredem.
Quod intelligendum eſt, peractum fictum, indu-
ctum à ſtatuto, ſicuti cenſent Cy. & Bald in *l. tale.
C. de condict. ob cauſ.* & poſt eos, D. Bartholomæus
à Chaſſeneo in conſuetudines Ducatus Burgundiæ,
in titulo *Des ſucceſſions*, §. *Primo, in principio nu 2.
fol.* 200. 25. Ad hanc quoque Saiſinam ſucceſſionis
referendæ ſunt omnes ſucceſſiones beneficiales in
quibus poſſeſſores ſeſe per Saiſinam in poſſeſſoriũ
continuari curant.
Saiſina traditionis tribuitur emptori, per quam
ſtatim in poſſeſſorium inſeritur, cum ipſa donatio- 10
ne aut inſcudatione, quam pares curiæ, aut decu-
riones, vel ſcabini de ea legitime faciunt. *Titu pro
emptore, vel Titu pro donato de quibus, ff. pro emptore
& pro donato. per totũ.* Saiſina occupationis tribuit
vnicuique poſſeſſori ſuum Ius poſſeſſionis, potiſſi-
mum illi poſſeſſori qui pacifice & ſine impedimẽ-
to per annum & diem re aliqua vſus ſit & poſ-
ſedit, non vi, nec clam, nec precario, vt per totum
titu.
Quod vi aut clam, & per vniuerſam titu. de pre- 11
cario. Et quemcunque poſſeſſionem vnam ex trib.
ſuprapictis Saiſinis trium ſupradictarum ſaiſinarũ
facto turbat, is nouitatem committit, ſeu cenſetur
committere, & poteſt perturbatus ſemetipſum
contra id prouidere per Complaintam, quia noui-
tas, eſt vſurpata ſaiſina, quæ non eſt licita.

ANNO-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XXXIII.

a. *Saiſina.*) Quid ſit; quid itidem ſaiſire, Rebuff. ad conſtit. *reg. tom 3. tract de mater poſſe. art. 9. glo. 1. num. 4. cum ſeq.* Budæ. *ad l. ſed ſi hac lege §. 1. ſub init. ff de in ius voc* Chaſſen. in adducto. *tit. 7. de ſucc ff. §. 1. verb ſaiſi. ſub n. 1.* Tiraq. *in tract. Le mort ſaiſit le vif declarat 1. ſub n. 1. cum ſeqq.* Apud nos quoque in curia Brabant perinde vt in Delphinatus ac Burgund. ſaiſinæ particula, aut remedio, aliter vtimur, vt latius explicamus infra *cap. 72 ad fin.*

b. *Hac nouitas.*) Vera nouitas nouitatum; in qua Gallicanæ inter ſe prouinciæ, aut municipia non modo non conueniunt, ſed nec ſibi cõſtant: neque ſolum in nominibus, ſed & in re ipſa, inter eorum mores atq; leges ſemper fuit deſenſio, vti late demonſtrat Baro, *ad inſtit. tit. de interdict comment. partic. 2.* Cuius ſcripta ſi conferãtur cum his, atque ijs quę in eandem rem tradit Reb. *in d. tract. de mater. poſſeſſ* Papon. *in arreſt. Gall. tit. 4. & ſeqq lib. 8.* itidemque Berber. *in viator. iur. in 4. part. rubr. 2.* præſertim *n. 34. cum ſeqq* mirum eſt quanta ſit vbique varietas atque diſcrepantia. Ideoque nec nobis, in re tã incerta, magnopere hic defatigari animus eſt.

c. *Inſtituantur.*) Sic in curia Franciæ quaſi omnes cauſas eſſe in caſu nouitatis, qui eſt fere vti poſſidetis ſcribit Fab. *in §. retinendæ. n. 1. & 12. 1. in fin. inſtitut. de interdict.*

d. *Magna.*) Certè non refert, licet eundem quoque nominet Rebuff. *dict. tractat. de mater. poſſeſſ. articul. 1 gloſſ. 1. num 8. & tom. 1 conſtit. tract. d. ſent execut art 9. gloſſ. 1. in fin.*

e. *Saiſinæ.*) Idem Chaſſen. *conſ. 19. num. 47 cum ſeqq.* Alex. *cum apoſt conſ. 37. num. 5. libr. 1. & conſ. 82. num 4. cum ſeqq. & conſ ſeq. numer. 1. cum ſeqq. libr. 2.* Baro appoſitè, ad inſtit. *tit de interdict. comment part. c. 2. v. rſus fin. verſ. ſed & loc. & in eodem tit. §. retinendæ,* Fab. *ſub num. 7.* Afflict. *dec. 299. ſub num 5. & dec 239. num. 5.* Marc. *dec. 65 libr 5* Cephal. *conſ. 479. num. 13 62. & ſeqq* Leonin. *conſ 98. num. 18. in fin. cum ſeq.* Cott. *in memor. verb. decreto. Medielanenſ* Gomeſ exactè ad Taur. *l. 45. num. 111. cum ſeqq.* & poſt Tiraq. *tract. Le mort ſaiſit le vif.* Rebuff. *in præfat ſub num. 218. d. tract. de mater poſſeſſ. & art. 2 gloſſ. 3 num. 10. in fin. cum ſeq. & art. 9. gloſſ. 1. num. 1. cum ſeqq.* & in *procem. gloſſ. 5. nu. 78. cum ſeq.* Burſat. *conſ. 298 num. 46. cum ſeqq. & 30.* Menoch. retinendæ *poſſeſſ remed. vlt. num. 16. cum ſeqq. & recuperandæ remed. 1 quæſt 37 num 392. & ſeqq.* Gabr *tit. de acquir. vel amitt poſſeſſ. libr. 5. concluſ. 7. & 9.* Magon. Luc. *dec. 45. num. 2. 3. 5. & 6.* Et de huiuſmodi conſuetudine, quam legem Gallicam & Belgicam nominat, belliſſ. Curt. Brugenſ. *conſuetural. ad frat. libr. 1. cap. 6. cum 4. ſeqq.* & ad Viuid. *libr. 2. cap. 2.* quanquam rectiùs Flandricam quam Belgicam L. appellaſſet; cum apud nos nunquam ſit recepta, niſi in ciuitate Antuerpienſi, vt apud Euerard. *conſ. 119. ſub nu.* (mihi) 15. *cum ſeqq. & conſ. 136. ſub num. 24. cum ſeq.*

CAPVT XXXIV.

Poſſeſſorium quomodo inſtituatur.

SVMMAE.

1 *Poſſeſſorium inſtituitur trifariam, per* { *Saiſinam ſimplicem.* / *Complaintam.* / *Manutenentiam.* }

2 *Poſſeſſorium inſtituitur, ob tres cauſſas, ad* { *Adipiſcendam* / *Recuperandam* / *Retinendam* } *poſſeſſionem*

3 *Poſſeſſor niſi annalis poſſeſſorium inſtituere non poteſt.*

4 *Ad Saiſinam* { *Adipiſcendam* / *Recuperandam* } *in omnibus* / *Retinendam in beneficialibus.* } *opus eſt allegare titulum.*

5 *Ad Saiſinam ſiue poſſeſſorium retinendum in re prophana, ſufficit annalis poſſeſſio.*

6 *Poſſeſſoris annalis pacifici Ius ſemper habetur potius.*

7 *Poſſeſſor non annalis contra poſſeſſorem procedet per Calengiam, & Requeſtam.*

Poſſeſ-

1 POſſeſſoria inſtituuntur & intentantur tribus modis, per ſimplicem Saiſinam, ſcilicet, vt aliquis Saiſinam quam non habet conſequatur. Item per complaintã, ſcilicet, vt aliquis Saiſinam deperditam recuperet. Tertiò per manutenentiam, (*a*) ſcilicet, vt aliquis Saiſinam, quam habet, & habere prætendit, retineat. Hæc breuius ſic accipe.

2 Poſſeſſorium iudicium eſt triplex, (*b*) quippe pro poſſeſſione adipiſcendi, recuperanda, & retinendi, vt in *c. Paſtoralis, de cauſ. poſſeſ. & propri. in gloſſa 4.*

3 Poſſeſſor autem per occupationem non poteſt intentare neque inſtituere ſuum poſſeſſorem, niſi poſt anni & diei expirationem, quia non prius habet Saiſinam, neque titulum, cui innitteretur. Nam poſſeſſionis Saiſina ante annum, clam, vi, aut precariò adepta (vt dixi) eſt nulla.

4 Quia ad Saiſinam non habitam adipiſcendam, aut ad eandem deperditam recuperandam, omnino eſt neceſſarium allegare & oſtendere titulum, per quem id conſequi & impetrare cupis. Idem etiam faciendum eſt ad poſſeſſionem retinendam in materia beneficiali. (*c*) *c. Veniens, extra de præſcript. & Specul. in titu. de actio. ſuper petitio.* §. 3.

5 Sed ad Saiſinam retinendam in materia prophana, nequaquam neceſſe eſt oſtendere titulum, quia pacifica poſſeſſio poſtremi anni, non clam, non vi, nũ precariò adepta & habita ſatis tribuit poſſeſſoribus titulum ad manendum in poſſeſſione.

6 Quod autem poſtremi anni pacifica poſſeſſio in rebus prophanis poſſeſſoribus ſatis eſſe debeat loco tituli, id abundè ſatis comprobatur, & confirmatur ex eo quod in omni Saiſina conditio poſſeſſoris vltimi anni in praxi ſemper habeatur, & iudicetur pro meliori, etiam ſi in ea fortaſſis poſſet minus eſſe fundatus de Iure, & quod alterius poſſeſſio nihil aliud ſit, quàm prioris, melioriſque poſſeſſionis indigna moleſtatio ſeu vexatio. Ideoque is qui totum annum pacificè poſſediſſe reperitur, relinquitur in ea ſua poſſeſſione, donec & quouſque in petitorio ex ea conuictus & eiectus fuerit. Atque adhuc prædictum modum iudicatur, & proceditur ſecundum ſtilum Franciæ, (*d*) qui paſſim locorum ſic eſt in vſu, & in hiſce noſtris regionibus etiam comprobatus & vſitatus, quo cẽſet prædictum annalem poſſeſſionem propter tanti temporis adminiculum eſſe potiorem, & ob id vt ea dictæ poſſeſſionis pars potior ſemper ſtet, & maneat integra in proprietate & poſſeſſorio, donec inde per iuſtitiam exturbetur. Sunt tamen nihilominus qui contra faciẽdum velint, & ſuccurrendũ potius damnum patienti quàm lucro inhianti *l. Final. ff. de iure delib.* His ſuffragari videtur textus in *c. Eũ qui & in c. Si clericus, de præben. & dignita. lib. 6.* Sed horum opinio & ratio ex Praxi exploditur, quod vtraque pars æquè prætendat damnum, & æquè captet lucrum, & vbi ratio Iuris eſt, eadẽ prioris (*e*) poſſeſſoris cauſa cenſetur, & habetur potior.

Cæterum ſi is poſſeſſor, alter non annalis, & cui 7
non potior tribuitur cauſa, à quoquam turbaretur is in ſua allegata aut prætenta Saiſina (quam aut per ſucceſſionem, aut per traditionem eſt adeptus) non incipiet à poſſeſſorio aut à Saiſina, quia eam per ſe non habet, ſed is ſtatim intentabit, & inſtituet proceſſum ſuum per Calengiam aut Requeſtam, qua conquaeretur de ſibi perturbatione facta in ſua Saiſina, nõ quidem annali per ſe, ſed iuuabit ſe cum annali poſſeſſione ſui prædeceſſoris, à quo aut ſucceſſionem aut traditionem accepit.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXXIV.

a *Manutenentiam*) In ea aut in interdicto retinendæ poſſeſſionis, modũ ac formam procedendi in Francia, & concludendi, docet Imbert. *inſtitut. for. lib. 1. cap. 16. & in interdicto:* vnde vi ſiue quod hic complainta dicitur, *cap. 17. ſeq.* De quibus itidem *ex artic. 29. & ſeqq. inſtruct. curiarum Holl.* Merul. prax. *lib. 4. diſtinct. 4. ſect. 1. cap. 5. & cap. 10.* ibidemque *diſt. uct. 2. tit. 1. cap. 17. & d. diſtinct. 4. ſect. 3. tit. 1. cap. 2. num. 6. cum ſeqq.* quomodo cõcludatur verbis vbique vernaculis & conſuetis.

b. *Eſt triplex.*) Sic ſecundum ius com. apud nos, non receptis alijs illis terminis nouitatis, ſaiſinæ aut complaintæ, expediuntur iudicia poſſeſſoria, per literas ſenatus Brabantiæ. vbi (aliter atque in Flandria) qui proximo anno non poſſedit, non recipitur in interdicto retinendæ, ſiue (vt vocant) manutenentiæ: poterit tamen poſt annum impetrare remedium redintegrandæ, iuxta *artic. 438. ordinationis ſenatus.* De iure quippe pontificio, remediũ *c. reintegranda 3. q. 1.* perpetuum eſt, licet aliqui velint 30 *annis præſcribi*, vt poſt *gl. vlt. in fin. & doct. in c. ſollicitè de reſtit. ſpol.* Alex. *conſ. 6. num. 16. in fin. lib. 2.* Mynſ. ex communi. *cent. 3. obſ. 86.* Mar. *de o d. iud. part. 4. diſtinct. 7. num. 50. in fin.* Viu. *com. opin. lib. 1. verb. ſpoliatuſque ubicunque* Villal. *com. opin. lit. C. n. 21. in addit. 1. & lit. D. n. 84. in addit. in fin. & lit. P. num. 238. cum addit.* Gabr. *lib. 5. concl. 5. num. 64. cum ſeqq. tit. de reſtit. ſpol.* Quanquam recuperandæ interdictum intra vtilem annum cõpetat, non poſt, *l. 1. in p. ins. & §. annus ff. de vi & vi arm.* Fab. *def. 6. num. 8. cum ſeqq. lib. 3. tit. 24.* *Mar. d. diſt. 7. num. 25.* Menoch. declarando, *recuperandæ poſſeſſ.*

Digitized by Google

poſſeſſ remed 1.qu 42.num.437 cum ſeqq. vti & retinendæ interdictum, *l.1.ff. vti poſſ* Rebuff *ad conſtit.reg tom.3.tract.de mater.poſſeſſ. art.1.gloſſ.2.nu.1.art.5.gloſſ.1.num 9.& art.2.gloſſ.1 num.1.& 8. vbi num.35 & ſeqq.* poſt Bart. *in d.l.1 poſt princ ff. vti poſſ.* poſſe tamen perpetuò quempiam agere ne turbetur, quia turbatio ſemper inſtet, licet præteritæ turbationis intereſſe, non niſi ab anno, peti poſſit, quemadmodum & nouæ turbationis ratione poſſit ſemper agi, quotiens quis turbatur, non habendo rationem ad turbationem priorem. Sed & ad rei perſecutionem poſt annum agi, *per l.3. § fin. ff.de tab. exhib* vti & in recuperandæ, *per d. l. 1. de vi & vi arm.* Menoch. *d.remed q.42.num* 453. poſt glo. & Bart. *in l.2. C.vnd.vi.* alioſque.

c. *In materia beneficiali*) Apparere debere, de poſſeſſorio cognoſcenti, iuſtum titulum, Reb. latè *d.art.2.gloſſ.3.num.1.cum ſeqq.ibidemq; in tract. de cauſis benef.poſſ. art.2. num.1.cum ſeqq.* Qua de re, *& art.439.ordination.curiæ Brab cum ſeqq.* vbi latiſs. *quo modo in poſſeſſoriis beneficiorum procedendum* de quo & Rebuff. *d.tract de nat.poſſ.in præfa. num 219 cum ſeq.& art.7.gloſſ 1.* præſertim *n 16. 22.& ſeqq & d.tract de cauſis beneficior.poſſ.* Dicemus infra *cap 147.num.2.ad verb.præfertur.*

d. *Franciæ.*) Latiſs. Imbert. declarando, *inſtitut. forenſ lib.1.cap 33 in gloſſ.verb annum & diem.*

e. *Priorum.*) Primam poſſeſſionem meliorem eſſe, iuſtioremque præſumi, ſecundam verò improbam & iniuſtam, clandeſtinam ſeu violentam, Bald. *conſ.420.ſub num.8 lib.1.* Caſtrenſ. præclarè *conſ.3. num 4.libr.2.& eod.libr conſ 443.num.2 verſ circa 2.* Alex. *conſ. 110.num.1.cum apoſt.lib.1 & conſ. 103.num.1.libr.7.per c* licet cauſam de probat. vbi in manutenentia, poſt alios, latè Dec. *num (mihi) 95 cum apoſt.* extendendo & reſtringendo. & *conſ. 302 ſub num.7.* latiſs. Marant. *de ord.iud. part 4. diſtin.7.num.17.cum ſeq.* Nat. *conſ 572.num.1.cum ſeq.rurſus num.6.*

CAPVT XXXV.

Differentia inter Poſſeſsionem & Saiſinam

SVMMAE.

1 *Saiſina & Poſſeſſio* } *differunt in hoc, quod* { *Saiſina procedit ex poſſeſſione,* & 2 *Poſſeſſio non emanat ex Saſina.*

3 *Nouitas ex ſaiſina naſcitur.*

4 *Saiſina non eſt ex poſſeſſione* { *Non annali. Vi Clam Precario* } *adepta.*

5 *Poſſeſſionis ſimul & Saiſinæ Ius probatum, ad Recredentiam iter monſtrat.*

6 *Differunt* { *Tenere & Poſsidere* } *in hoc, quod* { *Tenere eſt facti,* & *Poſſidere eſt iuris.*

1 PRactici Pariſienſes conſtituunt differentiam inter poſſeſſionem & Saiſinam, & aiunt Saiſinam procedere originemque ducere ex poſſeſſione, quod Saiſina nihil aliud ſit quàm poſſeſſionis, aut certa aut apparenter certa fides & demonſtratio, ſic vt Saiſina non appellanda ſit, niſi de poſſeſſione conſtet, quæ Saiſinæ nomen tribuit.

2 Verùm poſseſſio non emanat ex Saiſina, neque poſseſſionem tribuit, ſed contra vbicunque cenſetur eſse poſseſſio, ibi & Saiſina eſse dicitur.

3 Emanat tamen ex Saiſina Nouitas, quæ poſseſſionem turbat vti dicetur infrà.

4 Sed hic notandum eſt, non ex quacunque poſſeſſione emanare Saiſinam. Nam poſseſſio quæ vi, quæ clam, quæ præcario, quæ infrà annum adepta eſt, nullo modo Saiſinam præſupponit, quod Saiſina debeat ſolum eſse poſseſsionis annalis & diei, (a) & adeptæ nec vi, nec clam, nec precariò.

Et ſi quiſpiam allegaret, & probaret poſseſsionem & Saiſinam ſimul, pro illo præſumeretur Ius 5
potius, ipſique ob id adiudicaretur recredentia. Hoc loco item notandum eſt, non idem eſse tenere, & poſsidere.

Differunt (b) enim in hoc quod tenere eſt facti, & poſsidere eſt Iuris, vt in *l.Poſſeſſio, §.Primo. ff de acquir poſſe.* 6

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT XXXV.

a. *ET diei.*) Sic Rebuff. *ad l. queſtio eſt 115. verſ. apprehend. re poſſ. ff. de verb. ſignif.* poſſeſſionem animo & corpore, vno momentaneo actu, acquiri poſſe; ſaiſinam vero non niſi per annum & diem. Et curiam Franciæ tenere, quod ille eſt potior, qui poſſedit de facto vltimo anno, declara latius Fab. ad §. *retinendæ n. 21. ad fin. inſtit. de interdict.*

b. *Differunt.*) Afflict. *dec. 403 num. 13.* Couar. *in relect. c. poſſeſſor. part 1 in init. ſub num. 2. de reg. iur. in 6.* Menoch recuperandæ poſſ. *remed. 1. queſt. 4. num 64 & remed. 10. qu 5. num 26. cum ſeqq. & l. b. 6 præſumpt. 68. num. 1.* vbi detentionem, nudam facti inſiſtentiam eſſe Coruazz. *dec. 146. num 4.* Venire tamen appellatione poſſeſſionis, Meichſner. *dec. 13. num. 115. tom. 3.*

CAPVT XXXVI.

De Saiſina ſimplici.

SVMMAE.

1 *Saiſina ſimplex eſt Nouitatis per Principem prouiſio.*
2 *Mortuus ſaiſinat viuum, ſed poſſeſſionem ſine apprehenſione non tribuit.*
3 *Altus iuſtitiarius ſaiſinatur in bonis malefici poſt mortem relictis*
4 *Dominus feudi per mortem Vaſalli feudatarij ſaiſinatur in feudo relicto.*
5 *Princeps, & quidam Domini feudorum ſaiſinantur in bonis illegitimorum mortuorum, &c.*
6 *Duaria ſaiſinantur vxoribus per ſolemnitates matrimoniales.*
7 *Teſtamentarij* } *Saiſinantur in* { *bonis à teſtatore denominatis.*
8 *Mariti* } *Saiſinantur in* { *omnibus bonis vxoris matrimonio durante.*
9 *Vxores* } *Saiſinantur in* { *omnibus bonis durante matrimonio conquiſitis.*

POſtquam ſuperiori capite nonnulla de Poſſeſſorio, Saiſina, & Nouitate diximus; hoc loco de Saiſina ſimplici (*a*) (vt vocant) quædã explicare volui.

1 Eſt autẽ ſimplex Saiſina quædam prouiſio Nouitatis, quam Princeps donat alicui, qui quandam Saiſinam ſine poſſeſſione habet ſed tamen qui admodum libenter in poſſeſſionem intraret.

2 Mortuus (vti prædictum eſt) Saiſinũ vnum, verum ipſi poſſeſſionem tribuere non poteſt, non enim dicitur aut cenſetur aliquis hæres, niſi poſt-
3 quam hæreditatem adiuit. (*b*) Altus Iuſtitiarius per mortem malefici ſaiſinatur in poſſeſſionem & confiſcationẽ bonorum malefici (*c*) poſt mortẽ eiuſdẽ relictorum. Huic ſeruit *l. 2. ff. de bo. damnat.*

4 Sic dominus feudi ſtatim ſaiſinatur, aut veſtitur in feudum relictum apud quem dominium, & proprietas ad retinendum permanet, donec ſucceſſor hæres venerit, & fidelitatis iuramentum ac alia neceſſaria ipſi Domino feudi præſtiterit, & tum demum in poſſeſſionem mittitur.

5 Sic etiam Princeps, & quidam Domini temporales (iuxta ſua denombramenta) ſaiſinantur, & fiũt hæredes poſſeſſorij ad bona baſtardorum (*d*) ſiue illegitimorum omnium, quando moriuntur abſque liberis legitimis.

Dotes & conſuetudinaria duaria pro mulieribus facta ſaiſinantur per ſolemnitates matrimoniales, *l. Prima, ff. de iure dotium.* 6

Teſtamentorum, ſiue vltimę voluntatis executores, qui onera teſtamentorum ad ſe recipiunt, & rerum omnium inuentarium conficiunt, ſaiſinantur fiuntque poſſeſſores totius ſuppellectilis, omniũque bonorum mobilium per teſtatorem ordinatorum & nominatorum ad ipſius teſtamenti pleniſſimam executionem, & adimpletionem. 7

Vir ſeu Maritus durante matrimonio, ſaiſinatus eſt & poſſeſſorius factus in omnibus feudis, agris, dominijs, & in omnibus bonis vxoris ſuæ immobilibus *l. 1. 2. & 3. ff. de Iure dotium.* 8

Vxor quoque ſaiſinata eſt, & vera poſſeſſoria
effecta eſt in omnibus bonis, per ipſam & maritum 9
durante matrimonio conquiſitis & lucratis, quod communis thori bona quoque communia (*e*) eſſe cenſeantur. Verum hoc in prædictis Saiſinis notãdum eſt, quod nullæ earum alicui actualem poſſeſſionem dare poſſunt, ſine aut apprehenſione, aut inueſtitura, aut ſine occupatione anni & diei.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XXXVI.

a. S*Aiſina ſimplici.*) De hac, ita præclarè ſcribit Ant. Fab. C. *li.8. defin.8. ti.4.* Ex ijs (inquiens) remedijs, quæ ad retinendam poſſeſſionem comparata & apud Gallos vſitata ſunt (de quibus per Rebuff. *d. tract. de mater poſſeſſ. art. 2. gl. 2. n. 4. cum ſeq. tom. 3. conſtit. reg.*) vnum illud eſt quo ſolo vtimur quod competit ex interdicto vti poſsidetis; ſaiſinã illam ſimplicem quam Galli vocant, ex diplomate principali proponendam, nullam agnoſcimus, quia nonniſi communi ciuilique Romanorum iure hac in parte vtimur, hęc ille. Sic neque apud nos agnoſcimus; niſi forte, ex conſuetudine illa, aut l. Handrica, de qua egimus ſupra copioſius, *c. 33. ad verb. ſaiſinat.* quòd mortuus ſaiſinet viuum; in vna ſolaque ciuitate Antuerpienſi. vbi tamen in eam rem, non nouitatis prouiſio (vt hic in Flandria, & in Francia) ſed manutenentiæ, quam vocant, in forma, diploma à curia Brabant. ſumma, impetrari ſolet.

b. *Hæreditatem adiuit;*) Imo etſi quis adierit hæreditatem, tamen vt habet tex. *ff. de acquir. poſſeſſ. in l. 33* cum hæredes inſtitut. ſumus, adita hęreditate, omnia quidem iura ad nos tranſeunt, poſſeſsio autem, niſi naturaliter comprehenſa ſit, ad nos non pertinet. Ideoque cum in *§. ſumma autem, inſtit. de interd.* dicatur interdictum reſtitutorum quo prætor reſtitui aliquid iubet, veluti bonorum poſſeſſori poſſeſsionem eorum, quę quis pro hærede aut pro poſſeſſore poſsidet ex ea hæreditate docet ibidem gl. in verb. bonorum poſſeſſori in fi. quod inſpecta perſona defuncti dicatur reſtitutorium, ſed de natura ſui dicatur adipiſcendæ poſſeſsionis. eamque gl. probat inibi Fab. eò quòd licet vera poſſeſsio non transferatur ad hęredem, fingatur tamen transferri; præſertim decreta bonorum poſſeſsione, ſequiturque ibidem Ang. & addit Fab poſſe per hoc excuſari ſtylum curię Franciæ, vbi hæredes ſe dicunt ſaiſitos, & turbari in poſſeſsione, concludũtque & in caſu nouitatis, quamuis non fuerint realiter adepti poſſeſsionem.

c. *Bonorum maleficii.*) Fiſcum in ijs non habere hypothecam ſtatim à tempore delicti, ſed demũ lite conteſtata, vel ſententia lata. Euerard. *conſ. 194. n. 6.* poſt Galic. *in l. ſiquis poſt hac. n. 4. cum ſeq. C. de bon. proſcript.* aliosque Clar. *libr. 5. rec. ſent. §. fin. quæſt. 78. n. 18 cum ſeqq.* Gomez *var. reſ. lib. 3. cap. 14. n. 5.* Coraſ. *SC. tor. c. p 46.* Viu. *dec. 440.* vbique declarãdo & diſtingendo.

d. *Baſtardorum.*) Chaſſen. ad conſuet. Burg *tit 8. §. 1 in verb. & en demeure ſaiſy* Euer. *conſ. 70. conſ. 203 n 3* verſ. *pretereà 3. & n. 5 verſ ſed in propoſito conſ. 220. cum 2. ſeqq.* Rebuff. *ad conſt reg. in proœm. gl 5. n. 71* Marc. *dec. 12. part. 1. & dec. 31. part. 1.* vbi ſecus in Delphinatu; quia regatur iure ſcripto. De quo tamen iure com. natis ex damnato coitu non ſucceditur, Alex. *conſ. 174. n. 2. li. 5.* Guid. *conſ. 17. n. 1.* Afflict. *dec. 96. tota* Zaſ. *conſ. 17 n. 1 cum ſeq. lib. 2.* Gabr. *lib. 6. conc. 3 n 24. tit. de leg. & conſt.* Crauett. *conſ. 138. & conſ. 184.* licet aliter ſentiat Curt. Brug. *conſuet. ad frat. lib 3. cap. 26. cum ſeq.*

e. *Quoque communia.*) Secundum *l. 1. ff de act. rer. amot. & l. alimenta. §. fin.* ibidemque gl. *ff de alimẽt. & cib. r. leg.* Virum & vxorem ſocios eſſe; & tales notoriè reputari in patria Brab. ſaltem quoad bona mobilia & acquiſita immobilia, Euer. *conſ. 119. nu. 9. & conſ. 136. n. 2.* addens, conſuetudinem mulieribus fauorabilem; quum alioqui acquiſita cenſerentur ipſius mariti, per l. quintus ff. de donat. int vir. & vxor. cum ſimul de quibus etiam per Alex. *conſ. 24. ſub n. 2. lib. 1.* Natt. *conſ. 50 ſub. n. 1. cum ſeq.* Menoch. accuratiſſ. *lib. 3. præſumpt. 51.* Et de huiuſmodi conſuetudine Boer. latè *in conſuet. Bitur. titul de conſuet matrim. §. 2. Comment. in conſuet. Pariſ. tit. 1 §. 25. ſub n. 1. cum ſeq.* Couarr. appoſitiſſ. *var. reſ. lib. 3. cap. 19. præſertim ſub n. 2.*

CAPVT XXXVII.

Differentia inter ſimplicem Saiſinam & Complaintam.

SVMMAE.

In Saiſina {
1 *Vltimus Poſſeſſor repertus continuandus.*
2 *Vltimi Poſſeſſoris Ius eſt potius.*
}

3 *Complaintæ quæ litigioſæ ſunt, per Principem ſequeſtrantur.*

Tituli {
4 *Antiquiores*
5 *Poſteriores*
} *in executione ſunt meliores* {
Saiſina.
Complainta.
}

Digitized by Google

1 PRæfati practici Pariſienſes conſtituunt & faciunt differentiam inter ſimplicem Saiſinam, &
Cōplaintam: dicentes, quod quicunque in ſimplici
2 Saiſina reperiuntur nouiſſimi poſſeſſores, & in vltimo anno eſſe poſtremi in poſſeſſione, quod is manere debeat in poſſeſſione, donec & quouſque ex ea conuictus fuerit: melior enim eſt conditio poſſidentis, quàm agentis. §. *Retinendæ, inſtit. de interdic.* Et (vt dici ſolet) magnum eſt (*a*) poſſeſſionis cōmodum. *l. fin. C. de rei vendica.* quam aiunt Scrib. eſſe auream & ſingularem, &c. *Ad auris, extra. de preſcript.*

3 In materia verò complaintæ, res litigioſa ſiue cōtentioſa deponitur in manibus Principis, tanquam ſuperioris, regiturque per ſequeſtram, durante iudicio ſeu proceſſu.

4 Aliam quoque differentiam ponunt hanc.

5 Quod in ſimplici Saiſina, antiquiores tituli in executione & exploto ſunt meliores, & in Complainta meliores ſunt noui & recentiores.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXXVII.

a. MAgnum eſt.) Teſſ. *dec.* 15. *ſ. b num.* 5. Surd. *dec.* 22 *num.* 12. Enumerat commoda Men. *lib. 9. præſumpt.* 69. & multa tradit nouiſſ. Gilman. *dec. 14. n. 19. cum ſeqq. lib* 21.

CAPVT XXXVIII.

De Complainta.

SVMMAE.

1 *Complainta eſt prouiſio Principis, ad vniuſcuiuſque poſſeſſionem pacificam.*
2 *Complainta perturbatori vlteriorem turbationem prohibet.*
3 *Oſtiarius partes ad certam diem in Concilium citat.*
4 *Oſtiario conſtare debent* { *Poſſeſſio.* *Perturbatio* *Damnum, ſed id varius.* }
5 *Complainta nouam turbationem tollit pacem conciliat, & pugnas coërcet.*

1 COmplainta (*a*) (vel vt vocare libet, Cōpellanta) eſt quædam prouiſio & largitio Principis, & Iuſtitiæ, quæ datur alicui conquerenti, quod poſt pacificam vnius anni, & amplius poſſeſſionem ab aliquo alio recenter, in eadē ſua pacifica poſſeſſione perturbetur. Cui annuo poſſeſſori iuſtitiæ Princeps hoc beneficium (*b*) confert.

2 Vt per Complaintam eundem poſſeſſorem in ſuā poſſeſſionem aſſerat, & perturbatori prohibeat, ne amplius eam turbationē vrgere pergat, ſed vt poſſeſſori pacificum Ius obtinere ſinat, & ſi quid iuris in eandem poſſeſſionem ſe habere prætēdat, id ordine iuſtitiæ experiri incipiat.

3 Quod vt facere poſſit, & poſſeſſorē & perturbatorem ſimul ad certum diem Oſtiarium conſtituendum citat, & in Iudicium comparere iubet, vt ibi impetitorio res peragatur, & videatur, vtrius Ius futurū ſit æquius, & potius. Sed quia iſta executio & citatio per Oſtiarium fieri debet, propterea ſciēdum eſt, quę tali Oſtiario neceſſariò cōpetere debeant.

4 In complaintis igitur quæ in Flandria practicātur, debent Oſtiarijs executoribus tria conſtare, ſcilicet, impetrantis poſſeſſio poſtremi ſiue vltimi anni turbatio facti, aut de facto: an ſit vel fuit, & dānum, quod poſſeſſor dicit ſe ob talem perturbationem ſuſtinere. §. *Retinendæ, inſtit. de interdicto.* In prouinciali tamen Concilio Mechlinienſi ſufficit, ſi ipſi Oſtiario tantū conſtet de poſſeſſione, & de perturbatione: de damno paſſo non eſt quod inquirat, cum ſufficiat impetrantem ex perturbatione aliquod damnum prætendere.

Hæc Complaintę ſiue Nouitatis, aut Saiſinæ pro- 5
uiſione remouetur omnis turbatio, & Nouitas in caſu oppoſitionis, & res litigioſa ſeu cōtentioſa ſequeſtratur, deponiturque in manibus Principis tāquam ſuperioris, vt partium tranquillitati, & concordiæ conſulatur, & ne, ſcilicet, partes ſeu contēdentes ſtatim ob lites, & perturbationes ad arma proſiliant & concurrant, Ita etiā meminit D. Frāciſcus Curtius, in ſuo tractatu Sequeſtrorum, *fol* 3. *num.* 22. D. Ange. Peruſi. in ſuo etiam tractatu Sequeſtrorum, *fol.* 199. *nu.* 1. & *ſeq.*

ANNO-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XXXVIII.

a. COmplainta) Quid ſit, itidem Reb. *tom. 3. ad conſtit. reg. tract. de mat. poſſ. art. 1. gl. 1 nu. 4. cum ſeqq.* vbi quoque obſeruare licet huiuſmodi voc[illegible]ulorum varietatem, de qua ante diximus.

b. *Hoc bereſicium*) Nihil aliud eſſe interdicta ſiue mandata Cameræ Imp. quam formas & conceptiones verborum (nullis tamen certis ſolemnibus adſtrictis) quibus Imp. aut iubet aliquid fieri, aut fieri prohibet. quod tunc maxime fieri ſoleat, quando de poſſeſſione vel quaſi inter aliquos, contenditur declarat in ſimili late Merchi[illegible] *d. c. 22. n. 53. cum ſeqq. tom. 3. iuxta tex. in § 1. inſtit. de interd.* In quâ ſententiam pulchrè Ol[illegible] *in progymnaſmat. cla. 2 action. 4. in affin. rem. d.* ſicut ol[illegible] ſolenniter conceptis verbis [illegible] redigebant ſummatim cauſa cognita, eadem ratione [illegible] retinendam pacem, noſtros magiſtratus ſolere, ad poſtulationem alicuius, quæ videatur iuri conſona, inhibere aduerſario ne turbet alterum in poſſeſſione, quod ſi quid iuris exiſtimet ſibi competere, ſentiatque ſe mandato tali grauatum; tunc compareat in iudicio. Ibidemque *in action. 6. affin. remed.* ſic ait; Inſuper dictum eſt ſuperius ſæpe, quod interdictorum perſecutiones, non ſolum ſecundum formam actionis, verum etiam ad imitationem antiquitatis, inhibendo clauſula citatoria expediri & poſſunt & ſolent. Ergo ſicut olim ingens erat vtilitas vti interdictis: quoniam tangebatur læſa aduerſarij conſcientia per mandatum prætoris, & ſepiſſimè a moleſtationibus deſiſtebat, vt nullo alio ſumptu & iudicio eſſet opus; ita & hoc ſeculo eadē vis eſt mandatorum iudicialium, quibus frequenter ſolent iniqui homines terreri, quia ordinatio Dei eſt, ac tacitam in ſe vim habet.

CAPVT XXXIX.

Complainta quomodo executioni mandanda.

SVMMAE.

1 *Oſtiario 3. obſeruanda, ſ[illegible]*
- *An ſit poſſeſſor vltimus, & annalis.*
- *An [illegible] perturbatio.*
- *[illegible] ex[illegible] aliquod incommodum ſit ortum [illegible].*

2 *Oſtiari[illegible] non [illegible] partium [illegible].*
3 *Oſtia[illegible]*
4 *Oſtiari[illegible] [illegible]entem.*
5 *Oſtiarius parte [illegible] annotat.*
6 *Oſtiarius parte non comparente [illegible] aſſerit.*
7 *Oſtiari[illegible] non comparente [illegible].*
8 *Oſtiarius parte comparente literas executorias legit, & à perturbatione prohibet, ipſumque citat.*
9 *Oſtiarius parte comparente aut non comparente [illegible] manutenet.*
10 *Oſtiarius partem non [illegible] pro non comparente habet.*
11 *Oſtiario peccante in commiſſione pars contrarium Complaintam expedire poteſt.*
12 *Oſtiarius [illegible] parte ſemper in executione procedit.*
13 *Manutenent[illegible] bene[illegible] expedire debet.*

1 OStiario & [illegible] Executori (vti & ſupra [illegible] habenda ſunt, [illegible] exequatur. Nam [illegible] primo debet [illegible] an contenta in [illegible] poſſeſſor ſit vltimus [illegible] infer[illegible] Tertio an Actori per reum [illegible] illarum ſit [illegible] aliquod [illegible] pruuium. Quod tamen [illegible] ipſi [illegible] pere eſt curandum [illegible] conſiſt de d[illegible] ribus.

E[illegible] Oſtiario [illegible] aliquid [illegible], [illegible] [illegible] cum ibi non [illegible] Iudicis partes [illegible]

ius miniſtri negotium curandum aſſumpſit.

3 Neglecto itaque Actoris conquerent. ſtitulo officium ſuum peraget (dummodo de poſſeſſione, perturbatione, & pretenſo damno ipſi conſtet) & perturbatorem citabit ad cōparendum coram ipſo in loco contentioſo, & certo (qui plerūque erit ante ipſius ædes, vel in ipſius præſentia, in foro vel ante cœmiterium): déque breui tempore, nempè poſtridiè eius diei ſi velit, vt eodē loco videat ipſum Oſtiarium procedere ad executionem dictæ Complaintæ.

4 Caueat tamen interim Executor, ne terminum conſtituat nimis breuem, ſed debitum & competentem, & certè talem temporis terminum intra quem veriſimiliter citatus poſſet inſtructus comparere. Eo aſſignato die (qui communiter conſtituitur & aſsignatur tertius) debet comparere actor conquerens, aut procurator eius nomine, & petere iterum collocari, ſiue poni in ſua perturbata poſſeſſione.

5 Et ſi nemo eo die ad contradicendum compareat eo caſu Executor, & Actoris conquerentis requiſitionem, & profectum (vt decet) & defectum notat, ob quem ſtatim & ſine abitione tenet, imò manutenet conquerentem

6 Actorem, aut ipſius Procuratorem, ipſum accipiendo cum parte veſtis ſuæ tunicæ talaris, aut alia ſigna faciendo (*a*) in Poſſeſsione & Saiſina, per ipſum hoc modo confirmata, & quaſi baptizata in ſua dicta Complainta. Et omnes turbationes & Nouitates ſibi factas in contrarium ſimul aufert, & annihilat.

7 Quo facto coram teſtibus ſtatim citat, non cōparentem ad ſuam perſonam, aut ad domum ſuam, vt in Cameram ſiue in conſilium Flandriæ certo competenti conſtitutoque die, ad videndum adiudicari profectum dictæ non comparitionis ſiue defectus, & ad videndum conquerentem latius teneri aut manutenerí per Curiam aut conſilium in ſua Poſſeſsione, & Saiſina.

Et ſi citatus aut eius procurator compareat in loco contentioſo, tunc alta & eleuata voce executor legit literas Complaintæ, & iubet citato, ſub magnis pecuniarijs pœnis reuocare & adnihilare, turbationem per ſe factam reſtabiliri, omniaq; auferre impedimēta, & ponere ſiue collocare cauſam in ſuo primo ſtatu, ſibiq; cauere plus ſimile facere. 8

Et ſi obedit, id relationi ſuæ inſeret, & nihilominus citat eū in dicta camera aut cōſilio, ad ibi declarandam eandem obedientiam. Et ſi ſeſe opponat, executor nihilominus manutenet cōquerentem in ſua poſſeſsione & Saiſina, ponitque cauſam contētioſam in manibus Principis tanquam ſuperioris, & aufert omnes nouitates, & citat opponentem in dictam Cameram ad dicendam & declarandam cauſam ſuæ oppoſitionis, & ad vlterius procedendum, vt decebit. 9

Et ſi citatus nolit reſtabilizare realiter & de facto aut per ſigna, ad oſtiarij ordinationem, & ſecundū ſuæ commiſsionis tenorem, executor eum non recipit in oppoſitionem, ſed pro defectu, aut pro non opponente ipſum habet, propter reſtabliſſamenti defectum, aut recuſationem, citatque defectuoſum in dictam Cameram ſiue Conſilium, ad videndum de illo defectu ordinari, vt æquum erit. 10

Si executor in ſua executione erret, peccet, aut excedit, aut ſi non debite procedat, tunc prudentis partis erit ad euitandum reſtabliſſamentum, ſi ea pars ſeſe non opponat, ſed ſi tunc ipſamet pars aduerſa Complaintam contrariam obtineat. 11

Executor nullam admittit appellationem, in executione Complaintæ, ſed ſemper vlterius procedit ea appellatione non obſtante, 12

In materia manutenentiæ debet executio fieri, in loco beneficij, aut vbi cauſa contentioſa ſita eſt, & eodem ferè modo quo Complaintam executioni mandari diximus. 13

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT XXXIX.

a Signa faciendo.) Executorem non poſſe aliquem verbo mittere in poſſeſsionem rei, etiam in conſpectu, niſi interueniente aliqua apprehenſione, *l. non eſt mirū. in fin. ff de pigno act.* Specul. *in tit. de* *1. & 2 decret. §. iam nunc. in princ.* & aduerſus Pan. *in c. cum aliquibus n. 10* Felin. *n. 4. de re iud.* & Reb. *ad const. reg. tom. 3. tract. de mat. poſſ. in præfa. n. 48. cum ſeq.* Et vt reſpondit latius Natt. *conſ. 308. n. 13. cū ſeq.* & præſertim *n. 42.* nulla poſſeſsio ſolo animo transferri poteſt & acquiri, niſi accedente actu corporeo, vel alio quod traditionis loco habeatur, *per l. poſſideri 3. in princ. & § neratius, & l. quemadmodū. 8 ff. de acquir. poſſeſſ.* ibidemq; *conſ. ſeq. 399 n. 2. & 6. cum ſeqq.* latè reprobat, tanquā contra com. concluſiones doct. deciſionē rotę Rom. 64 cuius initium, ſurrogatus in litem & ius in nouis, dum voluit, moriēte, lite pendēte, clerico beneficij poſſeſſore, reo conuento, ſi Papa ſurroget in ius & litem defuncti alium, cenſeri eum ſurrogatum etiam ad defuncti poſſeſsionem, dicens eandem rotā ſeſtius in iiſdem terminis cōtra cenſuiſſe, *dec. 4. 1. cuius init. ſi lite pendente in nouis.* vbi velit ſurrogatum huiuſmodi per Papam, intelligi ſurrogatum ſolummodo quo ad proprietatem non verò quò ad poſſeſsionem, quæ ſit facti, nec commune quidquam habeat cum poſſeſsione.

CAPVT

CAPVT XL.

Complainta in quibus habeat locum, & in quibus non.

S V M M AE.

Complainta expediri non poteſt nec valet

1 *In materia ſucceſſionis vniuerſalis.*
2 *In ſucceſſione feudi, contra Dominum feudi.*
3 *Contra Principem.*
4 *Contra villicum, colonum, &c. tempore conductionis durante.*
5 *Sed contra: Villicus in locatorem perturbantem*
6 *Complaintam expedit, aut Proprietarius cum villico, in perturbatorem extraneum.*
7 *Poſſeſſor naturalis quis ſit.*
8 *Poſſeſſor ciuilis quis ſit.*
9 *Contra poſſidentem precariò, aut per conſenſum ſine termino.*
10 *Contra poſſidentem clam aut violenter*
11 *In materia delictorum, & rerum quarum non ſunt capaces.*
12 *In poſſeſſione rerum mobilium, niſi ſint in ſucceſſione vniuerſali.*
13 *Ob perturbationem ab [illegible] poſſeſſore, quàm compellente factam.*
14 *Complainta enim expediri poteſt in eum, qui ad perturbationem incitauit, & iuſſit.*
15 *Turbator, & qui turbationem iubet plectendi ſub duabus libris.*
16 *Complainante ſuccumbens damnandus pœna decem librarum.*
17 *Franci in nouitate ſuccumbentes damnant in expenſas, damna, & intereſſe.*
18 *Complaintam malè impetrans damnatur pœna arbitraria.*

1 COmplures ſunt cauſæ, in quibus Complainta non habet locum, nec executioni mandari poteſt. Nam in Flandria Complainta non habet locum in materia ſucceſſionis vniuerſalis, ob id quod priuilegiatæ domus mortuariæ ſiue hæreditates, cũ Complainta efficerentur irregulares.

k. *Officiales.*) Dec. poſt alios *in l prouincialibus* 33. *num.* 3. *cum ſeqq. ff. ſi cert pet.* extendendo & limitando latiſſ. vt & Zaſ. ibidem *num* 5. *cum ſeqq.* & nouiſſ. Donell. *num.* 4. *cum ſeqq.* Gramm. declarando *conſ.* 95 *num* 16. *cum ſeqq. in eiuſd.* Oſaſc *dec.* 109. præſertim *num* 6. Menoch. (in cauſa propria) accuratiſſ. *conſ.* 11. *n.* 74 *tota, vbi num* 18 *ex com. poſt. gl in l. ſi in emptionem* 34. §. *vlt ff de contrah. empt. & in locum ipſe* 5. *C de contr. empt.* & Dec. *in d l. principalibus ſub num* 9 Oſaſc *d. dec* 109, *nume.* 11. aliosque, officialem, bona fide ſeruata, emere poſſe ea, quæ ex ſuo officio venduntur, licet contrà etiã Zaſ. aſſeueranter, in *d l principalibus ſub n.* 21. & poſt Iaſ. Alciat. *num.* 12 Donell. *num.* 8 *verſ. neque tamen* & nouiſſ. Buſ *num.* 4. *vbi num.* 6, rectoribus ciuitatum non permiſſum ex bonis ad ipſam ciuitatem pertinentibus, proprium quæſtum parare: non verò vt in ciuitate contrahere illis, vel cum ciuibus hoc aut illo modo non liceat negociari: & hoc moribus obtinuiſſe, cum hodie ferè vbique ſuperiores ciuitatum maximi negotiatores ſint, camq; ſententiam receptiorem & veriorem, in officium in ſuà patria exercente, aſſerit Alc. *in l. præſidi.* 34. *n.* 9. *ſi cert. petat* etiamſi temporale ſit officium, vt voluit appoſtill. ad Guid *dec* 195. *ſub num.* 1 Et poſt Guid. ibidem, aliosque tradit Benedict. *in c. Raynutius verb duas habens filias num* 47 *cum ſeqq de teſt.* quod cum hodie omnes officiarij formati ſint in regno Franciæ perpetui, contrahere poſſint etiam cũ ſubditis ſuis, poſſeſſionesq; acquirere, quas libere tenebunt, & matrimonium conntrahere; ita quod in iis cum ſint perpetui, locum non habeat *l* 1. *C. de contr. iud & ſimiles* vt apud eos latius. Sed & licet officiales qui in prouincia degunt, corporare quidem prædia non poſſint, iuxta *d l qui offic C. de contr emp* pignora tamen eos accipere, vel hypothecas habere poſſe, tradit Peck tractat *de amortiz bonor c p.* 35 *ſub num.* 1 nam ſi mutuare (inquit) quod palam eſt, poſſunt, quidni & ſecuritatis cauſa de pignore aut hypotheca ſibi proſpicere dum cõſtitutiones apud nos, quibus monaſteria, & non interitura collegia, manuſve mortuæ, immobilia emere prohibentur (quod & huius loci eſt) præclarè ac pleniſſ. interpretatur.

l. *Iudices.*) Tex. *in l.* 1. *vbi gl off. & doct. C. de contr. iud* Guid remiſſiue *dec* 554. *verſus fin.* Bened. *in d. cap. Raynutius d. verb. duas habens n* 49. *cum ſeqq.*

m. *Durante.*) Gomez. *d cap.* 4. *num.* 32. *verſ. pœnult.* Et licet Afflict. ex SC. *dec.* 123. *num.* 3. velit cãtum obtinere in dante mala medicamenta, vt maiorem ęgro impreſſionem faciat; ſentiatque Menoch. *conſ.* 2. *num.* 233. tamen generaliter procedere declarat latè Pinell. ex communiori *ad l* 2 *cap* 2. *nu.* 33. *cum ſeqq. C. de reſc. vend.* Dixi ad Damh. in *loc. cum par. tit. medicus & obſtetrix ad verb. agit*

n. *Aduocati*) Gomez. *d. cap* 14. *numer.* 33. *verſ.* 7. *prohibetur.*

o. *Publicè proclamatis*) Alioqui manifeſtè & notoriè prodigus rectè bona ſua adminiſtrat, etiamſi decoquat, antequam ei adminiſtratio interdicatur, Iaſ. poſt alios, *in l. is cui bonis, num* 9 *ff. de verb. oblig.* vbi Zaſ. *ex com, ſub num* 16, poſt quem, ita concludit auctor noſter, in loc. communibus parium tit. notorium, & ſententia, vbi dixi copioſè, *ad verb habentur prodigus* licèt contrà nouiſſ. etiam Fachinæ *lib.* 1. *contr. iur. cap.* 63 *& in d. loc. com* itidem *tit. furioſus pupillus. ad verb. æquiparantur.* quomodò prodigus æquiparetur furioſo de quibus & Viu. *com. opin. lib.* 1 *verb. prodigus & furioſus cum verbo. ſeqq.* Adeoque, quemadmodum, qui per dilucida interualla furorem intermittunt, eo tempore negotia publica & priuata rectè gerunt, vt latius per Gomez. *var. reſol. tom.* 2. *cap.* 18 *ſub numer.* 28. Surd. *dec.* 106, *num.* 3. ita ſi poſtquam datus fuit prodigo curator, per triennium vixerit diſcretè, cenſetur ad ſanos mores reductus: & curam expiraſſe, ipſo iure, ſine alia iudicis declaratione, Benedict. *ad cap. Raynutius verb in eodem teſtam. ſec* 2 *ſub num.* 44. *de teſtam.* poſt Guid. *dec.* 260. ita limitantem deciſionem Bart. *in d l is cui bonis* volentis acta prodigi declarati nõ valere, donec facta per iudicem declaratione quod prodigus eſſe deſijt: quia hoc verũ ſit, ſi tempore minori triennio emendatus fuerit. Com. tamen Bart. opinionem (ſine hac limitatione) poſt Dec. *conſ.* 274 *ſub nu* 1. & Boer. *dec.* 23. *nu* 39 *& ſeq.* (eo ſuppreſſo) veriorem dicit Viu. *d lib* 1 *verbo. prodigus notoriè & com.* ſequitur etiam Alc. in *d l is cui bonis, num.* 19. Equidem quæ verior ſit opinio magnopere non contendo; nam cum com. limitent, niſi notorium ſit, ſatis notorium (opinor) fuerit, ſi per triennium vixerit prudens. Reliqua huc ſpectantia dicemus inferius *cap* 131. *ad fin.*

p *Nec diſſimilibus*) Gomez. latiſſ. *d tom* 2 *ca.* 14. *num.* 30 *cum ſeqq.*

q. *Statuto ciuitatum.*) Quemlibet iudicem in territorio ſuo, pro tempore ſui officij, ſecundum exigentiam factorum, poſſe ſuper hoc ſtatuere & prohibere, poſt Bart *in l.* 1. *quod quiſque iur* Marc *dec* 216 *num.* 1 *cum apoſt. libr.* 2 *in nouis.* Quamquam autem ordini decurionum cuiuſque ciuitatis pretium grani conſtituere non ſit permiſſum, *iuxta l* [illegible] *ſiue vlt.* §. 1 *ff ad l. Iul de annon* Moribus tamen id obſoletum eſſe, præcipuè in vrbibus Germaniæ liberis, vbi ea res plerumque ad auctoritatem curiæ ſpectare ſolet, Buſ. *ad l.* 1 *cura*

Digitized by Google

Carnis.ff.de offic.præfect.vrb & apud nos notum eſt. Bart.tamen(vt hocobiter moneamus) *in d.l ij.tex. illum in* §. 1. intelligit, vt non poſſit ſtatuere pretiũ non iuſtum, iuſtum verò poſſit: ſed nimis (opinor) coacte.

r. *Euehat.*) Albert.de Gandin.*tract.de maleſic.tit. de reb non portand.cont.denet.* Guid.*dec.* 373. *& dec.* 572. Clar.latè *in prax.crim* §.*vlt. quæſt.* 82. *ſtatuto 7 num.1 cum ſeqq.* Marc.*d.dec.* 236.*cum* 4.*ſeqq. lib.* 2. Soar. *recept.ſent.theſ.in lit.F.nu.* 364.*cum ſeqq.* Viu.*com opin lib.1.verb.Statutum prohibens.num* 1. *cum ſeqq. & dec.*156.*nu.*1.*cum ſeqq.* Teſſ. *dec.*152. *tota* Cornaza.*dec.*127.*num.*9. *&* 15. Surd *dec.*13. *ſub n.*12. *& dec.*275.*num.*5.

ſ. *Inimicis*) Alex *conſ.* 130. *toto lib.*7. Rebuff. *ad conſt.reg.tom.*2 *tract.de mercat. & negot artic. vlt. gl.vn.n* 27. Boër. latiſſ. *dec.*178. *præſertim num.* 11. *cum ſeqq. & dec.*179.*tota*, Decian.*tract.crim.lib.*4. *cap.*10.*ſub n.*6.*verſ.*29 *limitat.* & exactiſſ. extendendo & reſtringẽdo *lib.*11.*c.*10.*ſub n* 8.*cum ſeqq.*

t. *Exuberare.*) Socin.*in leg cum filiusfamilias* §. *in hac n.*3.*in fin.cum ſeq.* vbi nouiſſ. Turam.*ad verb. exuberantior.ff.de verb oblig.* Dixi abunde ſuperius *tit.*28.*ad.verb.non vtimur.*

CAPVT XLVIII.

De contractibus particularibus.

SVMMAE.

1 *In contractibus videnda ſunt quatuor*
- *Qui ſint qui contrahant.*
- *De quibus rebus contrahant.*
- *Cum quibus contrahant.*
- *Quomodo contrahant.*

2 *Donare non poſſunt*
- *Pupilli, Prodigi, &c.*
- *Quicquam bona Eccleſiæ aut pupillorum.*
- *Inditibus.*
- *Aliqui vt egeant.*
- *Vxorati ſibi mutuo, durante matrimonio.*
- *Concubinarius ſuæ concubinæ.*
- *Parentes ſuis liberis.*

3 *Nec emere, nec vendere poſſunt, quibus bonorum alienatio non competit.*

4 *Res ſacra, nec emi, nec vendi poſſunt.*

5 *In emptionibus requiruntur quatuor.*
- *Iuſtam nſura.*
- *Iuſtum pondus.*
- *Iuſtus numerus.*
- *Iuſtum precium.*

6 *Deceptus vltra dimidium iuſti precii, contractum reſcindere poteſt.*

7 *In permutationibus, locationibus & conductionibus, requiruntur etiam dicta quatuor.*

8 *Deceptio vltra medium iuſti precii, quomodo intelligatur.*

9 *Deceptionis vltra medium iuſti precii, iniqua interpretatio.*

10 *Ad deceptionem infra dimidium iuſti precii, iura conniuent.*

11 *In foro conſcientiæ nulla deceptio excuſanda venit.*

12 *Non eſt viri boni quenquam decipere.*

13 *Contractus cum deceptione vltra iuſtum precium, aut reſcinditur, aut ad iuſtum reducitur.*

14 *Libertas contrahendi vel non contrahendi, non liberat à Iure reſciſſionis.*

15 *Obiectiones aliquot contra reſcindendos contractus.*

16 *Reſciſſio aliquando locum habet contra venditionem cum decreto iudicis.*

17 *Reſciſionis electio ſemper competit Reo decepto.*

18 *Reſciſsio & electio ſunt & in contractibus bonæ fidei, & ſtricti Iuris.*

Reſciſsio non habet locum
- 19 *In contractibus feudalibus ſine pecunia.*
- 20 *In contractibus hæreditariis*
- 21 *In contractibus beneficialibus.*
- 22 *In tranſactionibus.*

23 *Tranſ.*

23 *Tranſactio æquiparatur Sententiæ iudicis.*

24 *Tranſactio reſcinditur, vel* { *Si dolus ex propoſito interceſſerit.* / *Si error ſuper proprietate rerum contigerit.* / *Si iudex in cognitione erraue rit.* }

25 *Quæſtio. An aliquis iniquum contractum iuratum reſcindere poſſit? Non.*

26 *Iuramentum non licet contra conſcientiam infringere.*

27 *Contractum iuratum violans, periurus eſt.*

28 *Contractus iuratus reſcindi poteſt* { *Si doloſus fuerit,* / *aut* / *Cum falſis inſtrumentis initus.* }

29 *Periurio nec lex, nec Princeps patrocinatur.*

30 *Contractus iuratus à minori vltra deceptionem dimidii iuſti precij, reſcindi poteſt.*

31 *Iuramentum minus maiori comparat.*

32 *Definitum cum interpoſito iuramento, per legem retractari poteſt.*

QVod proximo præcedenti capite diximus, in contractibus requiri 4 ſubſtãtialia, id præſenti capite aliis verbis, ſed re eadem dicemus.

1 In omnibus igitur contractibus perticularibus quatuor puncta conſiderari debent. 1. Quis ſit qui contrahit. 2 De qua re contrahit. 3. Cum quo contrahit. 4. Quomodo contrahit. Verbi gratia. In cõtractu ſimplicis donationis, (*a*) oportet conſiderare, qui is ſit, qui donat, ſcilicet an is donandi poteſtatem habeat ſuper illo quod donat. Et an id quod donat ſit donabile, cui donat. Et an is recipere poſſit. Et quo pacto ipſe offerat & donat, & cum quibus pactis & conditionibus.

2 Pro his notanda ſunt quæ ſequuntur. In contractu donationis. non poteſt donare is, qui ſuorum bonorum poteſtatem, & diſpoſitionem non habet, vt prodigus, furioſus & ſimiles *l. Is cui bonis, & ibi Scribente, ff. de verbor. obligat.* Item cuiuis vetitũ eſt donare bona Eccleſiæ & pupillorũ, (*b*) iuribus vulgatis hic cauſa breuitatis omiſſis Item: Iudicibus eſt prohibitum donationes & munera accipere (*c*) Paris *de Syndicatu, in verb. iudices puras debent habere manus, charta 45. & charta 6. colum. 2. verſic. Per ſindicatores recordetur, quod onus iudicandi eſt graue.* Lucas de Penna *in l. Fiscali col. penult C. de vend. reb. ciuit lib. 11* Pulchre Hadrianus Papa noſter, *in quodlibeticis quæſtionibus, quæſt. 10. colum ante penult.* Item inhibitum eſt tantum dare aut donare, vt ipſemet egeat (*d*) ac opus habeat, *l. Et exhæredatum. in fi. & in l. ſeq. ff. de re iudicat.* ne liberalitate ſua inops fieri periclitetur, donationes inter virum & vxorem, (*e*) hoc eſt, inter coniuges, matrimonio conſtante, ſunt prohibitæ, imò ipſo iure irritæ, ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur, *l. Prima. ff. de donat. inter vir. & vxor, l. Si ex voluntate. C eodem titulo, & l. Cum multa. §. Sancimus vltimo ibi* vt non ſimplices. *C. de donat. ante nupt.* Item: Patri (*f*) ac matri prohibitum eſt per donationem quicquam dare ſuis filiis. Item: Concubinarius ſuæ focariæ, id eſt concubinæ, (*g*) nihil donare poteſt *l. Si ancillam, C de donat. inter vir. & vxor* Similis ratio etiam conſideranda eſt in emptione & venditione, ſcilicet, quis is ſit, qui emit aut vendit, & quo modo ipſe vendit.

Quibus bonorum ſuorum alienatio Iure, aut à iudice eſt prohibita, hi etiã nec emere, nec vẽdere poſſunt *l. Is cui bonis, ff de verbor. obligationibus, & l. 1. C. de fund. dotal.* 3

Multæ quoq; res ſunt, quæ nec emi, nec vẽdi poſſunt, præcedente capite expreſſimus, veluti, (*h*) ſunt res publicæ, ſacræ, religioſæ, ſanctæ, & litigioſæ. 4

Quod autem ad modum contractus attinet, ſciẽdum eſt quod in omnibus emptionibus & mercaturis, quatuor omnino neceſſaria requirantur, ſcilicet, iuſta menſura, iuſtum pondus, iuſtus numerus, & iuſtum precium In permutationibus quoque (quæ emptionis & venditionis naturã (*i*) habent) debent etiam adeſſe prænarrata quatuor. Debentque præterea eæ res & ſpecies (quas permutamus) eſſe inter ſe tam æquales, vt nulla fraus vel deceptio ſubfuiſſe comperiatur, potiſſimum vltra dimidium (*k*) iuſti precij. 5

Nam ita deceptus poteſt agere cum contrahente, vt contractus reſcindatur iuxta tritam *l.* (quam aduocati quotidiẽ in ore habent) *Rem maioris precij. C. de reſcind. vendit.* Nec excuſaret actionem reſcindendi contractus, ſi poſtea deceptor contrahens aliquid adiiceret aut annumeraret (*l*) ad fraudem tegendam, & patrocinandum, quod, tunc fraus, cũ tali additione non excederet medium iuſti precij. Hæc, inquã, additio nõ excuſaret fraudẽ, quæ omnino reſcindẽda eſt. Nã illud addere, decepto eſſet tale additamentum cum ſuo damno emere. 6

In contractibus locationis & conductionis, qui etiam ſapiunt naturã emptionis & venditionis, eiſque proxima eſſe videntur, prædicta requirũtur, ideoque locatio & venditio, iiſdem quoque iuris regulis ſubſunt, *l. Secunda, ff. loca & conduc. & §. 1. inſtit eod. tit.* Inter eas enim nulla eſt alia differentia, quàm quod in contractu emptionis & vẽditionis transfertur proprietas, & in conductione & loca- 7

locatione ſolum vſus transfertur, nihil amplius. In locationibus & conductionibus etiam requiruntur quatuor prædicta, præcipuè iuſtum precium, quod in omnibus contractibus, tam locationis, quam venditionis requiritur, ſic vt vltra dimidium iuſti precij, nulla ſit deceptio. alioqui & contractus locationis (*m*) etiam eſſet irritus, & reſcindibilis, vt per totum titulum, *C. de reſcind. vendit.*

8 Intelligitur autem deceptio vltra dimidium iuſti precij, pro emptore alicuius fundi tunc eſſe quando fundus qui valet decem, venditus ſit ſexdecim: nam decem eſt iuſtum precium, quinque eſt dimidium iuſti precij, quod venditum eſt ſexdecim, id venditum eſt vltra dimidium iuſti precij. Ex his dictis conſtat, & colligitur quod tunc deceptio infra dimidium iuſti precij pro venditore fundi ſit, quando fundus qui valet decem, venditus fuit quatuor aut tribus. (*n*) Nam tria aut quatuor ſunt infra dimidium de decem, dimidium enim eſt quinque de decem, quod precium eſſe diximus. Et ideo venditio quę fuit in prædictum dimidium iuſti precij; venditori imputabitur, ſuæque imprudentiæ, qui in vendendo debuiſſet fuiſſe cautior, & prudentior.

9 Suſtinent tamē nonnulli in praxi (ſed male) quod in venditione cuiuſdam fundi valentis decem, nulla ſit deceptio, niſi cum venditus ſit viginti & vno: ſed horum opinio in iure reprobata eſt, (*o*) huiuſcemodi enim deceptio non tantum dimidium, ſed etiam totum ſeu duplum iuſti precij excedit, & ſupergreditur Gloſſ. *in verbo. Iudi. id eſt circa medium, in l. Rem maioris precij. præallegata, C. de reſcind. vend. vendit.*

10 Porro quod ad ſupradictam deceptionem infra dimidium iuſti precij iura conniueāt, id probatur per textum *in l. eg. In cauſis, 2 §. penult. ff. de minoribus 25. ann.* Vbi Pompo. ait in precio emptionis & venditionis, naturaliter licere contrahētibus ſe circumuenire, concordat text. *in l. Item ſi precio. §. Finali, & l. Sequenti, ff. locati. & conduc. & text. in d. l. Rem maioris precij. C. de Reſcindend. vend. & c. Cum dilecti, iuncta gloſſa. in verbo deceptio. e, & c. Cum cauſa, extra de empti. n. & vendit.* Idem quoque rationibus confirmatur, per docto. (*p*) in dic. *l. Rem maioris precij*, quas per ocium videre poteritis.

11 Cæterum nolo lectorem hic ignorare, quod quamuis ius permittat, & toleret vt contrahentes ſeſe decipiant infra dimidium iuſti precij, in foro tamen conſcientiæ, (*q*) omnino illicita eſt huiuſmodi deceptio, iuxta ſententiam etiam omnium Doctorum & bonorum virorum, vt vult Anton. de Butrio *in d. c. Cum cauſa*, & Beatus Thomas *in ſecunda ſecundæ quæſt. 77. arti. ulis primo & ſecundo*, Tenet Cyn. *in addit. ad d. l. In cauſis. §. penu. & tractat. hoc Sali. in Autent. Ad hæc C. de vſur.* Pet. de Ancho. *in Regula peccatum, de reg. iur. in 6.* & Panor. *in c. Plerique immunitate. Eccleſ.* Innoc. *in c. In ciuitate, de vſur.* & ibi latiſſime Ioan. de Ana. & hoc cōfirmat Bald. *in c. cū cauſam, de teſtib.* Idque hac ratione probat, quia dicit idē eſſe conſcientiā & bonum virum. Sed minime cōuenit bono viro, vt aliquem cōtrahendo decipiat, etiam in minimo, ergo, &c. & hoc vult Bald. *in rub. C. de contrahend. em pt. & in d. Authent. Ad hæc.* 12

Verum omnis contractus in quo aliquis deceptus eſt vltra dimidium iuſti precij, is omnino reſcindi poteſt, vel certe reduci ad iuſtū precium ad electionem decepti, cui ſeruit tex. *l. 2. C. de reſcind. & text. in d. cap. Cum cauſa.* Quæ iura fundata ſunt in humanitate, & in naturalis æquitatis ratione, ne quis nimium, & in immenſum decipiatur, vt vult gloſſa *in d. l. 2 iuncta gloſſa in verb. Humanum.* 13

Nam quamuis rigor iuris permittat contrahentibus ſeſe decipere *d. l. In cauſa 2. ff. de minoribus 25. annis*, & quamuis quemque liberum faciat ad contrahendum vel non contrahendum, per quam libertatem ius non permittit reſciſſionem poſt cōtractum: is tamen rigor æquitati cedere debet, ideoque & mitigandus eſt per iſta iura ex æquitate iam dicta, & eſt tex. *in l. Si voluntate, C. eodem tit. de reſcinden. vendit.* Item mitigatur quod iſthęc deceptio ſit vltra dimidium, quæ nimis enormis & inhumana eſt, quam deceptus non cogitauit nec expectauit, neque tam enormem futuram eſſe præſumpſit, quæquè ſine decreto contigit iudicis, & ſine iuramento decepti præſtito de non contrauemendo contractui, quique emit à vero Domino, veroque poſſeſſore, & vbi deceptio & damnum contigit non ex dolo, ſed ex mera ſimplicitate, & imperitia propria, non alterius. Quas clauſulas nō temere adiectas eſſe volui, quod per eas facilè omnes leges, textus, & argumenta in contrarium dilui & refelli poterunt. 14

Sicuti non valet argumentum, Iuſtum eſt ſeruare contractum, ergo iniuſtum eſt infringere contractum: argumentum enim tale eſt, ex meris particularibus: datur enim iuſtum, cuius contrarium non eſt neceſſario iniuſtum, imo aliquando iuſtius *l. exigendi, iuncta gl. in verbo nō iniuſte, C. de procuratoribus & l. Si ſeruum cōmunis, § Quod vero. ff. de furt.* Item non valet argumentum, nulli neque priuato, neque fiſco licet à contractu recedere, inuito aduerſario, *l. de contractu, C. de reſcind. vendit.* ergo contractus cum deceptione vltra dimidium iuſti precij non poteſt reſcindi, negatur conſequentia, quia maior non eſt vniuerſalis, neque de omni contractu intelligitur, ſed tantum de contractu iuſto, aut ſaltem modicæ deceptionis, non de eo qui eſt cum deceptione ſupra dimidium iuſti precij. Quæ quidem ſolutio etiam conueniet, ſi quis inferret, Is rem ſuam vendidit cuius precium igno- 15

rauit

Digitized by Google

rauit, ergo ſuæ imperitiæ imputandum eſt omne damnum, quod conſequetur, & contractus ob ſuã imperitiam nullo modo reſcindendus. Tale enim argumentum tantum de leui, non de enormi damno locum habet. Atque ita reliqua argumenta in contrarium facilè retunduntur.

16 Eſt tamen nihilominus, aliquis caſus in quo reſciſſio, aliquando locum in his, vbi quid vendituta eſt cum decreto & authoritate iudicis aut tutoris, potiſſimum cum deceptione vel damno ſupra dimidium iuſti precij. Nam quamuis propter eorum authoritatem nulla præſumenda (r) ſit deceptio, ea tamen non raro probatur (ſ) euenire. Vnde ſi res vendita eſſet per Minorem, & deceptus eſſet dimidium iuſti precij, poterit ea venditio (licet cum authoritate Iudicis, & Tutoris contigiſſet) reſcindi (t) *l. 1. & ſecunda, & l. magis puto. § P nultimo. ff. de reb. cor. qui ſub tu. el. ſunt*, & teſtibus Ioanne de Imol. & Ludo. Roman. *in l. Si quis cum aliter. ff. de verbor. oblig. per tex. in d. l. 2. C. de fid in* [illegible] *rum. & Iure haſt. fiſcal. lib.* 10. vbi propter iniuſtum precium venditio reſcinditur, non obſtante decreto iudicis interuento. Et iuncta *l. 2. C. Si propter publi. penſit.* Idem quoque tenet Abb. Panor. *in d. c. Cum cauſa.*

17 In reſciſſionibus autem contractuum, Reo decepto vltra dimidium iuſti precij, ſemper competit electio (v) qua eligere poterit aut talem contractum prorſus reſcindere, violare & annihilare, aut ad iuſtum precium reducere, per text. *d. l. 2 in verbo. Vel ſi emptor elegerit*, & ſic datur emptori electio, & eſt text *in d. c. Cum dilecti. in verbo. Qu a verò in arbitrio emptoris eſt.* Item probatur. Quia in alternatiuis electio eſt debitoris *c. in alternatiuis. de reg. iur. lib. 6.* & eſt tex. *in l. Et apud quam. §. Quod ſi de pluribus. ff. depoſ. cum ſimilibus.* Verùm hæc intellige de *l. 2.* vbi ſententia ſub alternatione fertur. Nam aliquando electio competit actori. *l. Si quis, ſeruum certi nominis C. de condi. i. indeb.* vbi indebitum per errorem ſolutum reperitur.

18 In vltima quoq; voluntate, electio & eſt penes legatarium, vt ibi ad gl. *l. Lucio* Reſciſſio, & electio, de quibus prædiximus, locum habent, non tantũ in cõtractibus bonæ fidei (x) ſed etiã in contractibus ſtricti iuris (z) Prior pars probatur à pari ratione, fide & æquitate, quæ eadem eſſe debent in omnibus legitimis contractibus. Item probatur, per text. *in l. Item ſi precio. §. Finali. & l. ſ. q. ff. l. ca.* Poſterior pars (licet huic aduerſetur. *l. 2*) probatur etiam per æquam rationem, & per humanitatem talem reſciſſionem requirentem. Deinde quod omnis contractus generaliter loquendo, ſit quædam emptio. *l. Statu liber. §. Quintus Mutius. ff. de ſtatu lib.* Cui conſentit Specul. *in titu. de locato. §. nunc verò.*

19 Sed hoc loco notandum eſt, quod Reſciſſio locum non habeat in feudalibus contractibus, non pro pecunia, ſed pro fidelitate, & ſeruitio (a) Domino præſtando initis. Nam talibus etiam non competit, *l. 2.* ob id quod feuda potius naturam habeãt gratiæ, quàm veri contractus, teſte Specul. *in titulo de feudis § Nunc videndum, verſic. Sed nunquid.* Et Bald. *in d. l. 2. verſic.* [illegible] *loco.* Præterea quod illam fidelitatem ſeruitij perſonalis non ſit dicendum eſſe deceptionem, vltra dimidium iuſti precij, quia talis fidelitas Vaſalli eſt inæſtimabilis, nulloque precio comparanda, teſte Specul. *de empt. & vendit. §. Nunc videndum*, quem ſequuntur Bald. Salicet & Paul. *in d. l. 2.* Et Rom. *in l. Si quis cũ aliter ff. de verbo. oblig.*

Neque etiam à Reſciſſio locum habet in contractibus hæreditarijs, qui non ſunt duorum, ideoq; qui deceptus in aditione hæreditatis, (b) damnum ſibi imputare debet, & non reſcindere contractũ. 20

Neque etiam in cõtractibus beneficialibus, (c) quod in his neuter contractantium, per ſe titulum habeat ab altero, ſed à collatore, quod ex eo magis liquet, quod olim permutationes omnes fuerant prohibitæ, nunc autem permiſſæ ex gratia, & ex neceſſitate, attamen cũ authoritate ſemper ſuperioris, *c. Quæſitum, extra. de rerum permuta.* 21

Reſciſſio etiam non habet locum in transactionibus, (d) propter deceptionem vltra dimidium iuſti precij, text. *in l. Sub prætextu ſpecierum. C. de tranſactioni.* vbi tex. dicit, quod generalis tranſactio parit generalem exceptionem, in eo quod poterat ſub actione propoſita includi, ergo & ceſſare facit reſciſſionem, & eſt expreſſus text. *in l. Lucius Titius §. fi. ff. ad Trebell.* 22

Ad hoc facit, quod tranſactio æquiparetur ſententiæ iudicis. Quæ ſicut retractari non poteſt, ita nec tranſactio *l. 1. C. de condic. indeb.* Item per tranſactionem receditur à lite, ergo deceptio per litem reuocari, aut reſcindi non debet. *l. Fratris C. de tranſact.* Idem tenet gloſ. *in d. l. 2. & c. Cum cauſa.* Et ratio eſt, quod is merito non debet dicere ſe deceptum, qui à litis moleſtia liber eſt *l. 1. C de tranſ. & l. In ſumma ff. de condic. indeb.* Vnde propter litis moleſtiam, & dubium euentum dici ſolet, Si quis à me peteret pallium & tunicam, relinquerẽ ipſi pallium, & ſeruarem mihi tunicam. Et Gallicè: *Il gaigne aſſez qui ſe met hors de proces.* 23

Sed huic nõ aduerſantur alij caſus, in quibus trãſactio legitur reſciſſa, velut *l. Si ſuperſtite §. Sane C. de dolo*, quia in eo caſu contingit dolus ex propoſito, (e) & ex parte patris. Item non aduerſatur *l. Sub prætextu §. Error. C. de tranſactionibus*, quia in eo caſu accidit error ſuper proprietate rei, non autem ſuper æſtimatione precij. Neque etiam aduerſatur, quod dictum eſt ante: Tranſactio comparatur ſententiæ, & ſententia iudicis reſcindi poterit (ſi de cauſa non ſatis cognouit, aut cognouit) ergo etiam tranſactio reſcindi poterit. 24

Digitized by Google

terit. Nam aliud de ſententia, aliud de tranſactione. Nam tranſigens vult planè litem finire, etiam cum ſuo damno. Iudex autem non ſic, nec reſciſſioni propriæ ſententiæ, quādo melius intelliget, nec ſententiæ alterius iudicis derogare poteſt, quin ad eūdem iudicem melius informandum, aut ad alium pro reſciſſione appellare liceat. Cæterum poſtquam hic nonnulla de contractuum reſciſſionibus tractauimus, libet eaſdem aliquanto fuſius explicare iuxta quæſtiones aliquot non inutiles.

25 Quarum prima hæc erit. Si maior & idoneus cū iuramento promiſiſſet ſe non contrauenturum cōtractui, etiamſi deceptus eſſet vltra dimidium iuſti precij, quæritur an talis contrahens, contractum ſuū reſcindere aut poſſit, aut debeat. Ad hanc quæſtionem reſpondendum eſt, quod eo caſu non poterit (*f*) reſcindere talem contractum.

26 Primò quod maior ſit, deinde propter iuramentum præſtitum, cuius religio cuiuis Chriſtiano debet eſſe tanti, vt illud neceſſariò ſeruare debeat, & ob nullum commodum temporale contra Deum & conſcientiam violare, & infringere.

27 Quod ſi quis talem contractum contra iuramentum infringere audebit, is periurus habendus eſt, & in iudicio non audiendus c. Si verò, &c. Cum contingat, de iureiurand. textus in l. Ambiguitates, in fine C. de iudic. vidua. tollen. Vbi textus in fine dicit, Inhumanum videri ſi leges, quæ periuria puniunt, periurijs viam aperirent. Et eſt text. in Autentica, Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. vendit. & ita tenet gloſſa in d. l. Rem maioris precij. Et ad maiorem iſtius ſententiæ confirmationem pertinet quod omnes doctores huic præcipuè innitantur. facit etiam textus, in c. debitores. de iureiurand.

28 Huic etiam ſeruit, quod tale iuramentum in ſe contineat tacitam renunciationem Iuris ſui. Porrò huic ſententiæ non aduerſatur l. Si ex falſis. C. de tranſact. vbi ponitur caſus, quo alicui reſcindere liceat contractum iuratum. Nam eo in caſu, contractus fuit doloſus, & ex falſis inſtrumentis, vbi dolus cauſam dederit malitioſi contractus, & ideo reſcindendus, non autem is contractus qui ex bona fide, & cum debito iuramēto eſt initus. Neque noſtræ ſententiæ refragatur remedium l. 2. de alternatiua, & reductione ad iuſtum precium, vt Placentinus cenſuit, quia contra illud remedium ſunt Azo, & Bald. in l. Quæ ſub conditione. § Sed & ſi ff. de condit. inſtitu. dicens talem reſciſſorem alternariū etiam eſſe periurum, (*g*) quē ſequitur Feli. in c. Inter cæteras, de reſcript. vbi dicitur.

Quod qui iurauit, nec legem, nec principem debet expectare ſibi fore authorem periurij l. Prima. C. Si maior factus, &c. Secundò quæritur. Si minor deceptus vltra dimidium iuſti precij iuraſſet ſe cōtractui non contrauenturum, an propter iuramentum, talem iuratum contractum poſtea reſcindere poterit. 29

Ad hanc quæſtionem reſpondendum cenſeo affirmatiuè, quod poterit reſcindere, Nam contra iuramentum ſuum iuuabitur remedio l. 2. & quod minor ſit, & quod deceptus ſit vltra dimidium iuſti precij, quibus patrocinatur ius commune, quod propter ſpecialia quædam non eſt violandum, ideoque licet Autentic. *Sacramenta puberum C. Si aduerſus vendit* dicat Sacramenta puberum ſponte facta, ſuper contractibus non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiantur, ea tamen Autentica non habet locum in caſu legis 2. Nec in minori ætate. Nā quāuis iuramentum minorem maiori comparet, id tantum fit ad actionem decepientis vltra dimidium, ſ. vt minor ad exemplum maioris poſſet agere ſuper deceptione vltra dimidium iuſti precij. 30

Et ideo ſi fortè cum iuramēto addidiſſet, & iuraſſet ſe non contrauenturum contractui, neque ratione (*h*) minoris ætatis, neque ratione minoris precij, neque ratione cuiuſquam alterius rei, eo certè caſu non prodeſſet ipſi remedium l. 2. vti ferè omnes Doctores cenſent *in eadem l.* Ra. & Odof. & alij *in d. Autentica Sacramenta puberum* Neque noſtræ ſententiæ etiam refragatur *c. Quod bene* 4 q. 5. vbi tex dicit, 31

Quod bene definitum eſt, & interpoſito iuramēto benè deliberatum eſt, nulla debet iteratione retractari, quia ibi additur, niſi fortaſſis vbi acceſſerit maior authoritas, quæ in noſtro prædicto caſu accidit, ſcilicet, authoritas legis, deinde in noſtro caſu ætas minor & deceptio vltra iuſtum precium indicant contractum neque bene definitum, neque bene deliberatum fuiſſe, quod de minori precio nō videatur ſemel cogitaſſe, & iuramentum non extēditur ad non præcogitata, *l. Finali, C. de non num. pecun.* 32

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XLVIII.

a. D*Onationis.*) Contractum hunc nominatum eſſe, Viu *com opin lib. 1. verb. donatio tam* *elim & dec* 453. *num* 8. Soar *recept ſent. theſ. in l. 1. D num* 162. Clar. *recept. ſent. lib. 4. § donatio. quæſt. 1. num* 2. *cum ſeqq.* præſertim ſi in ſtipulatum deducatur Boer *dec* 153 *num.* 14. *verſ. ſed in caſu noſtro* verum donationem à traditione incipientem contractum non eſſe, Monter, *dec.* 1. *num* 47. *in fin.*

b. *Eccleſiæ & pupillorum.*) Alciat. *in l. creditores* 10. *num* 3. *in fin. ff. de verb. ſignif.* vbi ſecus in donatione

natione renumeratoria, annotaui latiùs *in loc. com. par ve. ſim il.* Dam. *tit. donare filio peculium. ad fin.* & in tutoribus, curatoribus, cæteriſque adminiſtratoribus tradit copioſè Viu. *com opin. lib. 2. verb. donare tutores.*

c. *Acciper.*) Diſtinguit latè Boër *d. c. 153. præſertim num 23. cum ſeqq* Mynſing *cent. 2. obſeruat. 75. num. 6. cum ſeqq* Viu. *dec. 113. tota.* accuratiſſ. Mende *arbitr. iud lib. 2. c. ſu 517. num. 3. cum ſeqq.* Verum ſi quis rectè expenderit quæſtion. Hadriani Papæ hic adductam, haud ſcio an non religioſè abſtinuerit à muneribus, etiam per huiuſmodi diſtinctiones permiſſis, præſertim in eo quod dicunt, cauſæ iudicem, poſt latam ſententiam, poſſe munera accipere, ab eo qui obtinuit, Menoch. *d caſu 514. num 8 & caſu 342. num. 39 poſt Felin in cap tua nos ſub n m. 5. de ſimon.* aliosque. Quum non minor ſæpe affectio prouenire poſſit ab huiuſmodi ſpe munerum quàm à promiſſione. Quemadmodum & præclare in hac materia Gregor. *de rep. libr. 2 cap. 6. ſub num. 16* neque etiam permittendum (inquit) cenſerem, vt vel eſculenta aut poculenta capere poſſit, nam & in minimis eſt affectio, & ex minimis ſi permittantur, facilis ad maiora optanda & capienda eſt via & quæ ſequuntur.

d. *Egeat*) Viu. *com. opin lib. 1. verb. donator habet* Amat. limitando, *dec. 16 num 2.*

e. *Ex vxore m*) Dec. poſt alios *in l. pacta qu. contra num. 6. C d. pact. co ſ 201. num. 1 cum ſeqq conſ. 232 num 2 cum ſeqq. & co ſ 204 oto.* Socin. limitando *in fall. reg 29. in lit. D* Clar. *rec. ent libr. 4. §. donatio quæſt 9* Viu. *com o in libr 1 verb. donationes inter num. 1. cum ſeqq.* Gomez *libr. 2. cap 4. num. 23* Mynſing. *de arbitr iud lib. 2 caſu 32. numer. 3. cum ſeqq. & libr. 3. præſumption. 23. numer. 1. cum ſeqq.*

f. *Patri.*) Socin. limitando *in d lit. D. reg. 28. Dixi d. titul. donare filio peculium ad verb. filio.*

g. *Concubina.*) Dixi cum Damh. *in loc. com. part. c. titul. miles, ad verb. clericus. & ad verb. milit.*

h. *Veluti*) Gomez. declarando *var. reſol. tom 2 ca. 2. num. 50.* Mynſing. *cent. 6. obſer. 38. num 2.* Quod autem hodie inter Chriſtianos ſacræ res ſint, quæ per pontifices Deo conſecratæ ſunt: & quomodo eccleſiam ſuis rebus ad ordinationem pertineat epiſcopi, pulchrè perſtringit Pet. Greg. *de rep lib. 2. c. 2 ſub num 2 cum ſeqq.*

i. *Naturam.*) Dixi copioſè cum Damh. *in loc. com. par. titul. alienatio, alienare. ad verb. permutatam.*

k. *Vltra dimidium.*) Remedium adductæ l. rem maioris pretij, procedere etiam in permutatione, Zaſ. *in l. ſi quis cum aliter ſub num. 12 de verb. obligat.* Rebuff. *ad conſtitut. reg. tit. 2. tract. de reſciſſion contr. artic. 1 gloſſ 15 num. 9* Dec. lauſſ. *conſ. 210 num 1 2 6. & ſeqq* vbi *num 8 verſ ad maiorem tamen.* ſecus in permutatione rerum ſpiritualium, Gabriel. *ex com. de empt. & vend. lib. 3 concl. 1 num 23.*

l. *Annumeraret.*) Vt ſi rem valentem decem vendiderit ſedecim, non ſufficit ſi reddat vnum nummum, per quem excludatur læſio vltra dimidiam, ſed totum in quo læſus eſt reſtituendum, Gomez. *d. cap. 2. ſub num. 22 verſ. & adde quod ſufficit.* Myn. *obſeru 73. num. 6. cent. 4.* Quid autem in reſtitutione propter læſionem minoris, vel eccleſiæ Roder. Suar. *allegat. 21. num. 5. cum ſeq.*

m. *Locationis.*) Bald. *conſ. 108 num. 4 lib. 1.* Gabr. *de empt. & vend. lib 3. concl 1. num. 30.* Curt. Brugenſ. ex SC declarando, *li. 2. con ectur ad l. quid c. 5.* Fachin. (& iam poſt tempus locationis) *lib. 2 contr. iur cap. 22 in princip.* Anton. Gom. ex SC tis (etiam finita iam locatione) *dec. 16. num. 1. & ſeq cum apoſt. & dec. 251 num. 2.* Gail. (idem in aliis bonæ fidei & ſtricti iuris contractibus aſſerens, *dec. 70. numer. 1. lib. 2.* Rebuff. *d. gl. 15. num. 5.* vbi aliud è praxi, in locatione ad modicum tempus, quemadmodum nec apud nos in Brabantia nec in Francia competere remedium hoc niſi in rebus ſoli annotauimus *ad loc. com. par.* Damh *tit. bona immobilia ad verb. æquiparantur,* & tradit latius Baro declarando, *ad inſt. tit. de except. 2. part. com ment. ſub init. & Coſtal ex SC. ad l. 1. ſub inſt. de minorib.* licet de iure com. ſecus, Soar. *recept ſent. theſ. in lit. L. num 14. cum ſeq.*

n. *Quatuor aut tribus.*) Horum verborum loco reponerem; Sex aut Septem. cū manifeſtiſſ hallucinatus ſit auctor, alioqui perſpicaciſſ. nam cum inferius concludit, quod ea venditio quæ fuit intra, prædictum dimidium iuſti pretij à venditore reſcindi non poſſit: ſed ea deceptio venditori imputetur, &c. non poteſt intelligi quod fundus valens decem venditus ſit quatuor aut tribus: quia tunc (aliter atque hic concluditur) omnino reſcindi poſſet; nec diceretur venditor deceptus infra, ſed vltra dimidium iuſti precij, vt per Panorm. *in cap. cum dil. cti ſub num 2. de empt. & vend.* Ferrarienſ. *in forma libelli in cauſa vendit. ad verb. pro pretio florenorum 100 num 4* Rebuff. *d gl 15. ſub num. 1.* Fachin *cont iur. lib 2. cap. 16 verſ non obſtat.* Gomez. *d cap. 2. numer. 21 verſ. & adde quod verum.* Borell. declarando, *conſ. 100 numer. 4 cum ſeqq. & tunc. ad verb. hic proxime ſubſequentia, nam tria aut quatuor*, ſupplendum vel ſubintelligendum erit; ſcilicet in quibus fuit venditor deceptus.

o. *Reprobata eſt*) Ferrar *ad d. verb. pro prec o florenorum 100 ſub num 4.* Natt. *conſ. 207. ſub num. 4.* Valaſc. declarando *conſultat 45 tota* Rebuff *d gl. 15. num. 1* Gomez ex communiori *d cap. 2 numer. 22 verſ. contrarium tamen.* Couarr. *var. reſol libr. 2. cap 3.*

Digitized by Google

cap.3.num 8.Soarez *rec.ſent.theſ.in lit.L.numer.* 1. Vinc.de Franc.*ex communiori & SC.dec* 241 *num.* 2.licèt contra Mynſing. *ex SC.tis obſer.* 73.*ſub.num.* 3.*cum ſeqq cent.*4.*apoſtill ad Theſſau d.c.*255 *num.* 8.*verſus fin.*& qui ſuperiorem fatetur com. Fachinæ.*controuer.iur.lib.*2 *d.cap* 16.*verſ.illud longe*.

p. *Per doctores.*) Couar.*var.reſol.lib* 2.*cap.*3.*num.* 2 *& cap.*4 *ſub num* 10.*cum ſeq.*Oſaſc *dec.*42.*num.* 8.Mynſing.declarando,*d.obſer.*73.*n.*9.*cum ſeqq.& cent.*6 .*obſ.*38.*num* 5 *cum ſeqq.*

q. *Conſcienti.*) Ferrar *ad d.verb pro pretio florenorum* 100.*nu.*2 *cum apoſt.*Couarr.*d.cap* 4.*nu.*11. Soar *rec.ſent theſ.in lit D.num.*17.*& in lit.E nu.* 138.*cum ſeq.*limitando ſi verum valorem rei venditor calleat.Boër.*dec.*142.*num.*4 Tunc enim omnes fateri non reſtitui ſi minori pretio vendat,reſpondit & Menoch *conſ.*1 *numer* 250.*in fin cum ſeq.* & poſt Alex.*conſ.*42 *ſub num.*6.*lib.*1.aliosque Boër latè *d.dec* 142.*n.*3.*& conſ.* 36.*ſub nu* 9.*cum ſeq.*Viu. *in com opin.lit.*L *num.*106.Ritchar.*com.opin.cent.* 4 *conclus.* 10 Gabriel extendendo & reſtringendo *de empt.& vendit lib.*3 *concluſ.*1.*num* 98.*cum ſeqq.* ſentitque Natt *conſ.*10.*in princ.*licèt contrà Soar. *rec ſent.theſ.in lit.L.num* 3.*cum ſeq.*& nouiſſ. Fachine,hanc nihilominus com.confeſſus,*controuerſ. iur.lib.*2 *cap* 20.*in* 5 *controuerſia.*

r. *Præſumendo.*) Dec.*in c quoniam contra nu.* 42. *de probat.*Alex.*conſ.*79.*num.*6.*verſ fortificatur & conſ.*125.*num* 5.*lib.*1.*& conſ.*80.*num.* 5. *cum ſeq. lib.* 5.Crauett *de antiquit. tempor part.*2 *princ ſub n.* 9.*& num.*16 Odd *conſ* 40.*num* 24 Menoch, exactiſſ.*lib* 2.*præſumpt.*75 *tota.*

ſ. *Probatur.*) Admittit enim pro decreto præſumptio,probationem in contrarium,Gabriel.*de ſent.li.* 2.*concluſ.*5.*num* 35.*cum ſeq.& de empt.& vend.lib.* 3.*concluſ.*1.*num* 63.Odd.*d conſ.*40.*num.* 37. *cum ſeq.*Menoch.*d.præſumpt.*75 *num.*23.

t. *Reſcindi.*) Soar.*ex communiori rec.ſent theſ in lit.* D *num.*21 *cum ſeq.*Viu.*dec.* 436.*num.*20.*&* 22. Menoch.*d præſumpt.*75.*numer.*34 Fachin.copioſè *lib.*2.*contr.d.cap.*20 *in* 2. *controuerſia.* voluitque Odd.*d.conſ* 40 præſertim *numer.*57 *in fin.cum ſeq.* licèt contra poſt Dec.*ex com.conſ.*210.*num.* 8.*verſ. ſi princ aliter.*Gribald *com.opin.verb remediũ reg.* 3.*&* Gabriel *ex communiori d.concl.*1.*num.*57.*cum ſeqq lib* 3 *de empt.& vend.*

v. *Electio.*) Ferrar.*ad d.verb.pro pretio florenorum* 100.*num.*3.*in forma libelli in caſu à venditore* Gomez. *d cap.*2.*num.*22.*verſ item maldè cum d principali..tom* 2 Couarr *in c quamuis.part.*3.§.4.*num.*7.*verſ.* 11. *concluſio.de pact.in* 6. Villal.*in com opin.lit.L.num.* 107.Gribal.*com.opin.verb.remedium reg.ult.*Vinc. *ex SC d.dec.* 241.*num* 5.Gabr.*d conclus.*1.*num.* 1. *cum ſeqq.*vbi *num.*3.poſt Crauett latiſſ *conſil.* 151. *ſub num.*1.in hoc remedio concludendum alternatiuè,vel reſcindi cõtractum,vel ſuppleri id ex quo læſio cauſatur;vt & poſt Panorm.*in cap. cum cauſa, ſub num* 2.*& in cap.cum dilecti in princ.de empt.& vend* aliosque Mynſing,*cent.*2.*obſer.*42.*num.*4.vbi tamen *num.*5.ex SC.receptum libellum,vbi tantũ petebatur rei emptæ reſtitutio: & nihilominus pronunciatum alternatiuè.) per officium ſcilicet iudicis) idque auctoritate Bart. *num.* 16. & Bald. *quæſt.*15.*in adducta l ij.*vt id voluerunt & alij communiter,relati à Gabr.*d.concl.*1.*ſub num* 3. & belliſſ.Fab.ex SC.*definit.*21.*tota.& defin* 30 *in fin.lib.* 4.*tit.* 30. Idemque noſtris temporibus,in ſenatu Brabantiæ,è ſtylo obſeruatum ſcio. Porrò iterum hic hallucinatum puto auctorem,& loco præcedẽtis,in eadem periodo,particulæ *decepto*, legendum *decipi* *nisi*.

x. *Bonæ fidei.*) Rebuff declarando *d gl* 15.*num* 6. *Dixi quoque ſuperius ad verb.locationis,* idque inter omnes conuenire teſtatur nouiſſ.Fachin.*d.lib.*2.*c.* 22 *in* 4 *controuerſ.in princ.*

z. *Stricti iuris.*) Imbert.*in enchir.iur.*Gall *in verb. reſtitutione an liceat agere.verſus fin.* Soar.*ex communiori,rec.ſent.theſ in lit* I,*num* 146.*cum ſeq.* Reb. declarando,*d gl.*15 *num.*8.vbi *in fin.* eandem ferè vbique praxim eſſe quoad reſciſſionem petendam, licèt contrà Gribald.*com.opin.verb.remedium reg.*1. Marſilian.*ex com.dec.*38.*num.*3.*cum ſeq.*Gabriel.*ex com.d concluſ.*1 *num* 105.*cum ſeq.*declarando,poſt Alex.*conſ* 89.*num.*11 *lib* 2.aliosque,vt in ijs,loco huius remedij,competat exceptio doli. Cæterum Fachin.nouiſſ *d.cap.*22.*in* 4.*controuerſia*, communiorem eorum ſententiam cenſuit,qui in ijs exceptionem,vel indebiti condictionem dandam affirmarunt.

a. *Et ſeruitio.*) Franc Marc.*dec.*394 *n.*2 *cum apoſt lib.*2.Reb *d.gl.*15.*n.*11.

b. *In additione.*) Gabr.*d.concluſ.*1.*num* 119. Sibi enim imputet ſi iuris beneficio, & inuentario vſus non eſt,Reb.*d gl.*15.*n* 43.

c. *Beneficialibus.*) Soar.*rec.ſent theſ.in lit. B.num.* 16.*& in lit.P num.*114.Gabriel.*ex com.d.concluſ.*1. *num.*23.Rebuff.*d.gl.*15.*num.*10.limitandò niſi dolo deciperetur pars, aſſerendo maiorem beneficij valorem,idemque voluit & Fachine.*d.libr.* 2. *cap.* 22 *in* 3 *controuerſia.verſ* 2.*concluſio* vbi in *verſ ſeq.* idem ſi eiuſmodi beneficiorũ, aliter permutatione, dolo re ipſa indigniter ſit læſus dũ hac in re ita tres ponit concluſiones.

d. *Tranſactionibus.*) Zaſ.poſt alios. *ex com. in adducta l ſi cum aliter num* 19.*cum ſeq.* & declarando, *conſ.*18 *num.* 6.*lib.*1 Socin *fallent.*8 *reg.*9.*in lit. L.* Afflict.*ex com.& SC.dec.*220,*nũ.*2 *cum ſeq* Capyc. *dec.*159.*ſub nu* 12.Niu.*com.opin.verb minor* *ſeri ſui* *num* 4.*lib* 1.Soar.*rec.ſent.theſ.in lit.T nu.*300. *cum ſeq.* Villal.diſtinguendo,*in com.op.in lit.L n.* 105.Gabr.*ex com.d concluſ* 1 *n.*68 *cum ſeq.*vbi ex communiori ſecus conſiderato dubio litis euentu,

Rebuff.

Digitized by Google

Rebuff. ex SC. *d. gloſſ.* 15. *num.* 18. *cum ſeq.* Vinc. de Franc *dec.* 159. *numer* 7. Valaſc. *ex com & SC. tis, dec.* 18. *num.* 7. Gam. *ex communiori ex SCtis. & & dec.* 110. *nu.* 15. Menoch. *conſ* 1131 *num.* 76. *cum ſeqq.* Dixi copioſè cum Dimhoud *in. loc. com. par. tranſactio ad verb. tenent*, Licèt cõtrà etiam nouiſſ. Fachinæ *d. lib.* 2 *cap.* 26. quando ſcilicet dubio litis euentu perpenſo, omnibuſq; circunſtãntijs examinatis de læſione vltra dimidium conſtet.

e. *Ex propoſito*) Leonin. *conſ* 78. *ſub num.* 16. *in vlt. quæſt.*

f. *Non poterit*) Alex. *conſ.* 42. *num.* 9. *lib.* 1. *& conſ.* 133. *num.* 11. *lib.* 5. Crauett. *ex com. conſ.* 114. *num.* 9. *& conſ.* 188. *num.* 3. Gomez. *d. ca.* 2. *num.* 25. *& cap* 14. *num.* 20 *verſus fin. eod. lib*, Couarr. *in d. c. quamuis, pars.* 3. § . 4. *num.* 4. & 8 Soar. *recept. ſent. theſ. in lit. L num* 5 & 150. Gabr. extendendo & reſtringẽdo *d. concluſ.* 1 *num.* 78. *cum ſeqq. de empt. & vend. lib.* 3. Natt declarando. *conſ.* 10. *nu* 2 *in fin. cum. ſeq.* Roland. *conſ* 8 *num.* 39. *in fin. & conſ.* 59. *num.* 18. *lib.* 1. Oſaſc. *ex com. & SC. tis dec.* 41. *num* 5. 6. & 8. *ſub num.* 10 *& ſeqq* & poſt eum exactè Teſſ. declarando & limitando *dec.* 165. *to. 4.* Viu. *in com. opin. verb. vendito iurata & dec.* 436 *num.* 17. & 21 licet contrà Caſſiod *ex SC. dec. vnic. tit. de emp & vendi.* Rebuff. è praxi Franciæ. *d. gloſſ* 15. *num* 42. Fachin. accuratiſ. poſt relatas in eam rem 6. opiniones, *li.* 2. *contr. iur. cap.* 17. *toto.* & nouiſſ. Ant. Fab. *tit.* 30. *lib.* 4. *definit.* 1. *num.* 4. *cum ſeqq.* addens tamen appoſitiſſ. *num.* 19. non tantùm veniam iuriſiurandi ab epiſcopo impetrandã, ſed & in integrum reſtitutionem ex principali diplomate poſtulandam, vt contractus reſcindatur qui re vera tenet (vt & id voluit Rebuff *in proœm. conſtit. reg. gl.* 5. *num.* 50) hoc enim (inquit Fab.) iure vtimur (vti & apud nos) vt beneficium d. l. ij. non niſi per auxilium reſtitutionis imploretur, quæ res (ait) facit beneficium plenius, quia facilius poteſt amitti beneficium legis quàm reſtitutionis in integrum, & paulò poſt ſubijcit; aliud ergo eſſet, ſi quis vellet venire aduerſus contractum ex beneficio ſolius legis citra reſtitutionem: & ad hunc caſum reſtringendi ſunt Doct. qui contrà hanc definitionem ſentiunt. &c.

g. *Eſſe periurium*) Oſaſc. *ex com. d. dec.* 41. *num.* 7. *& ſub num.* 11. & poſt eum aliosque Theſſ. *ex SC. d. dec.* 165 *num.* 3. ita extendendo ſuperiorem com. vt non poſſit venditor etiam agere ad ſupplementum pretij; pulchrè Forcat. *d. dialog.* 100. *num.* 5.

h. *Neque ratione*) Gomez *var. reſol. tom.* 2. *cap* 2. *nu.* 25. *& c.* 14. *n.* 20. Capr *reg.* 87 *n.* 138. *cũ ſeq. nu.* 141. *cum ſeq & n.* 160. *& in com. opin. lit M. nu.* 5. *& lit V. num* 4 Roland. *d. conſ.* 8 *num.* 39. & declarando *d. conſ.* 59. *num* 19. *cum ſeqq. lib.* 1. Teſſ. *d. dec.* 165. *num.* 4. vbi apoſt. annotaui copioſè *ad l. c. com.* Damh *tit. Dolus ex propoſito, ſub verb. enormiſſ.*

CAPVT XLIX.

De Actionibus cedendis alteri.

SVMMAE.

1 *Cedere actionem, & tranſportare actionem, quomodo differant.*

2 *Ceduntur actiones aliquando* { *Teſtamento, & Inter viuos,* { *Ante inſtitutum proceſſum. & Poſt inſtitutum proceſſum.*

3 *Ceſſio actionis teſtamentaria facta, non habet locum, niſi poſt mortem teſtatoris.*

4 *Ceſſio inter viuos facta, quod potentior ſit, eſt inualida.*

5 *Ceſſio potentior facta quæ ſit.*

6 *Ceſſio inter viuos facta impotentior eſt, inualida niſi, &c.*

7 *Ceſſio inter viuos ſine lite firma eſt, modo vera, & non ſimulata.*

8 *Ceſſio vera, & non ſimulata, quæ ſit.*

9 *Ceſſio ſimulata contingit multis modis.*

10 *Ceſſio patris facta filio in Academiis ſtudenti, ſi magna, eſt illicita.*

11 *De ceſſione non licet aduocatis contractare cum partibus.*

12 *Aduocatus contractans de ceſſione cum partium alterutro, priuandus eſt officio.*

Actio-

Acturus hic de actionis (a) Ceſsione, hoc velim Lectori eſse præmonitum, vt intelligat quid ſit propriè alieni actionem cedere, pro quo notandum eſt, quod multum differant (b) actionem *c. de re.* & rem alteri tradere.

1 Nam alteri actionem ſuam cedere, eſt ius aliquod incorporale, quod habet in alium transferre. Sicut tradere eſt rem corporalem, in alium actu transferre, Quomodo autem actiones transferantur. ( ) nunc monſtrandum eſt.

2 Ceduntur enim actiones aliquando teſtamento, aliquando inter viuos, (d) & aliquando ante, & nōnunquam poſt inſtitutum, ſiue intentatum iudicium, ſeu proceſsum.

3 Ceſsio itaque actionis teſtamentariæ crudæ, & nondum intentatæ, non habet locum, niſi poſt mortem teſtatoris. Et poſt mortem teſtatoris ipſe hæres ad commodum legatarij proceſſum ( ) proſequitur eum ſuis expenſis, ad commodum legatarij, ita vt legatario etiam dare debeat emolumentum, quod ex eo proceſsu prouenict, quod ſi nullum prouenerit, eo etiam legatarius carebit: quod ſi non fecerit, legatarius actionem legationis intentabit contra hæredem, aut contra teſtamentarios. Porrò ſi legatarius timeat aliquam colluſionem futuram, poterit ſe adiungere hæredi, vt certior ſit actio, & ne hæres ipſe colludat.

4 Ceſsio autem inter viuos facta, in manum fortiorem, admodum inualida eſt, & infirma (f) Et intelligitur (.) ceſsio facta in manum potentiorem, ſiue facta potentiori, duobus modis. Primo quando is, cui ceſsio fit, aut facta eſt, in tali dignitate aut officio eſt conſtitutus, vt parti aduerſæ hoc nomine terrori eſſe poſsit, metumque de ſuccumbendo iniiciat, *l. ſingulari & notabili. Si per impreſſionem, & l. Finali, C. de his quæ vi met. cauſ. geſt. ſunt, & c. ſuper eo, cum gloſſ. parua, ſuper verbo oppreſſionem, extra, de renunciat.* Secundo intelligitur ceſsio facta potentiori, quando facta eſt vni, qui bonis aut opibus aut amicis eſt potentior.

5 Et eo caſu is in cuius præiudicium (h) ceſsio facta eſt, habet actionem ad intereſse contra cedentem, *l. Prima, & Secunda, ff. de alienat. iudic. mutam cauſ. facta.* Hinc eſt quod laici dicant ſeſe habere duriorem partem aduerſam, quando actio ( ) eſt ceſsa Eccleſiæ (k)

6 Ceſsio verò actionum inter viuos facta impotentiori in iudicio exiſtentium, nihil valet, ideoque talis cedens committit vitium litigioſi (l), ſuumque ius meritò amittit (m) *l. lite pendente, C. de litigioſ.* Ceſsio rerũ litigioſarum firma eſt in 4. aut 5. caſibus, ſcilicet, quando concernit donationes ante, vel propter nuptias, aut tranſactiones, aut diuiſiones hæreditatum, aut donationes teſtamentarias.

Ceſsio actionum inter viuos in litigio ſeu proceſsu non exiſtentium, eaeſt firma, dummodo vera, & non ſimulata (n) ſit, & abſque ſuſpitione doli, & ſi ipſa non veniat (o) in manum potentiorem. 7

Et intelligitur autem vera & non ſimulata ceſſio, quando cedens eſt pauper, (p) egenus, inops, ac impotens ad litem proſequendam, aut ſi grauioribus occupationibus præpeditus fuerit, quàm vt litibus vacare, aut ſeſe proceſſibus tradere poſsit. Aut ſi ipſam ceſsionem publicè faceret, & pro iuſta rationabilique compenſatione actioni ſuæ propemodum æquiualente (q) aut ſi pars aduerſa ſit multo potentior, ita vt ab ea dignam compenſationem accipere malit, quàm cum potentiori contendere. Dicitur prætereа ceſsio ipſa vera & non ſimulata, quando aliquis actionẽ ſuam cedit hæredibus ſuis, aut quãdo hæres cedit ſuo cohæredi, (r) aut debitor ſuo creditori (s) in ſolutionem ſui debiti, & ſic de alijs ſimilibus (t) hæc omnia probantur per ſingularem, *l. per Diuerſas, C. Man. dati.* Si ego aliquam rem poſsiderem, ad quam tamen duo alij ius prætenderent, tunc ius alterius mihi licebit emere, vt fortius contra alterum me defendere (u) poſsim. 8

9 Simulata ceſsio variis modis contingere dicitur, ſcilicet, quando actio magni momenti ceditur pro exigua (x) ſumma, aut quando ipſa partim eſt donata, & partim (z) vendita, aut quando cauſa (a) ceſsionis in contractu non eſt expreſſa, aut non dictum quo titulo (b) ipſa facta ſit. Aut quando is qui ceſsionem recipit, tribulator aut vexator eſt, aut quando non apparet alia ratio, ob quam facta ſit ceſsio, quàm ad partem aduerſam vexandam Quãdo dubitatur an ceſsio ſit vera, an ſimulata (c) ſemper præſumitur ſimulata, quæ nullius eſt momenti, nec quicquam operatur.

10 Si pater filio operam nauanti literis in aliquã priuilegiata vniuerſitate, (d) cederet actionem alicuius magnæ ſummæ, ea actio præſumeretur fraudulenta, & in potentiorem collata. Nam clericus, propter priuilegium vniuerſitatis, cenſetur potentior laico, ratione officij, cuius ratione ſortitur priuilegium, *c. Si diligenti, extra de for. competen.* Sed ſi prædicta ceſsio eſſet minoris ſiue exiguæ ſummæ, tunc ea diceretur bona, & quod facta fuiſſet legitimè, & cum bona fide tantum ad ſuſtentationem, alimentationem, & ad ſumptus ſtudiorum ferendos, & nullo modo in alicuius fraudem.

11 Partibus controuerſis, nec ante nec poſt inſtitutionem cauſæ licet contractare de ceſsione cum aduocatis, nec contrà, imò nec transportare aliquam tertiam, ſextam, decimam, aut aliam partem (e) competentem, aut dare de iure quidquam eorum, aut quietare de illis, (f) præcipuè ſi aduocatus poſcendo, vel exigendo deprædaretur, & grauaret partem

Digitized by Google

partem litigatoris ſui, cum graui damno l. Si qui C. de poſtulan. Sic etiam nec licet partibus contractare aut paciſci cum iudicibus.

12 Et ſi pactum ſiue contractum iniret, is contractus eſſet nullus, eſſetque aduocatus ſuo officio priuandus, (g) & prætereà arbitrariè puniendus, gloſ. in verbo. Arceantur, in d. l. Si qui, dicit, quod tales priuandi ſint ſuo officio, ipſo Iure: vbi complures allegationes in medium adferuntur. Ratio (h) autem cur non valeat huiuſmodi pactum eſt, quod ipſum aduocatum irritat & prouocat ad delictum. Nam aduocatus qui ſperaret, aut in animo ſciret ſe habiturum partem eius quam proſequitur, metuendũ eſſet ne calumnioſè (i) aduocaret. Quocirca ſiue faciat pactum de quota litis: ſiue de certa ſpecie, ſeu quantitate litis, eadem ſemper eſt ratio, ergo, &c. Hanc rationem habet additio gloſſæ, in verbo immenſa poſt finem, in d. l. Si qui.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XLIX.

a. *Actionis.*) Quæ actiones & iura cedi poſſint, Tiraquell. accuratiſſ. de retract. conſang. §. 26 gloſ. 1. num. 45 cum ſeqq. & gl. 3. numer. 2. cum ſeqq.

b. *Differant.*) Dec. conſ. 446 num. 5 Damh. declarando, in loc. com. par. tit. cedere & tradere. poſt Zaſ. in l. 1. §. ſi vir num. 7. verſ. 3. coll. & in l. poſſideri. n. 13. verſ 5. caſus, ff. de acquir. poſſeſſ. ſentitque Rebuff. ex SC. tis ad conſtitut. reg. tom. 2. tract. de ceſſion. act. & tranſport. art. 1 gloſ. 4. in princ. gloſ. 6. & gloſſ. 11. ſub verſ. 2. pœna eſt, Alienationis tamen loco ceſſionem haberi, Magon. Luc. dec. 53. num. 1.

c. *Transferantur.*) Actiones & nomina debitorum non aliter transferri poſſe, quàm per ceſſionẽ poſt Bart. in l. ad eum in fin. ff. de donat. & in l. Sara in fin. ff. de donat. cauſ. mort. Dec. conſ. 231. ſub num. 3. alioſque, Menoch. conſ. 1095. num. 15. Pulchrè Alciat. conſ. 159. num. 2.

d. *Inter viuos.*) Gomez. var. reſ. tom. 2. ca. 2. ſub n. 6. Guid. dec. 479. n. 1. verſ modo pone.

e. *Proceſſum proſequitur.*) Et ſic actione intentata; ſi autem actio non erat in iudicium deducta, poterit legatarius, facta ſibi ceſſione, agere, Panorm. in cap. ex parte ſub num. 3. de alienat. iud. mutand. cauſ. fact. vbi etiam de adiunctione, de qua hic.

f. *In firma.*) Gomez var. reſol. tom. 2. cap. 2. num. 6. in fin. Menoch. declarando, libr. 3. præſumpt. 129. num. 36. 39. & ſeqq. & conſ. 1098. nu. 29. Verall. declarando dec. 105. part. 1.

g. *Intelligitur.*) Rebuff. latiſſ. d. tract. de ceſſion. act. & tranſport. art. 1. gl. 2. 5. 8. & 9. Menoch. d. conſ. 1098. num. 30 cum ſeq. & d. præſumpt. 129 num 37. cum ſeq. vbi arbitrarium.

h. *In cuius præiudicium*) Potentiam eius reſpectu conſiderandam, Rebuff. d. tract. art. 1. gl. 8. verſ. 2. quod potentiori.

i. *Actio.*) Ceſſa in clericum præſumitur ſimulata, Gabriel. tit. de action. lib. 2. concluſ. 5. numer. 55. poſt Oldendorp. in collat. iur. in verb. ceſſio Menoch. d. præſumpt. 129 ſub num. 37. Reb. latè d. tract. de ceſſion. act. gloſſ. 2. articul. 1.

k. *Eccleſia.*) Cephal. limitando conſ. 687. num. 40. cum ſeq.

l. *Litigioſi.*) Marc. dec. 248. num. 4. cum apoſt. libr. 2. Gabr. d. concluſ. 5. num. 51. cum ſeqq. vbi num. 52. declarat, vt vitium litigioſi non contrahatur in rebus incorporalibus, & ſic in actionibus ceſſis. vti & Bald conſ 40. num. 5 lib. 1. & conſ 332. num. 2. lib. 3. reſpondit vitium litigioſi nullum cenſeri, vbi eſt actio perſonalis, vel officium iudicis. Verum Rom. ex com. conſ. 270. num 3. vbi agitur actione perſonali, non rem ipſam, ſed ſolam actionem fieri litigioſam per litiſconteſtationem, idemque Ferrarienſ. pulchrè diſtinguendo, in form. libelli in action. real. ad verb. veris ac legitimis ſub numer. 59. & in form. reſponſ. rei conuent. ad verb. exceptionem, num. 3. in fin. Crauett. ex com conſ. 279 ſub num 1. Oſaſc. copioſè dec. 144 num. 7. quanquam fortius voluerit Guid. dec. 479. ſub num. 1. quem refert & Crauett. vbi ſupra, in perſonali actione, nec rem nec actionem vtilem fieri litigioſam, ſed tantùm directam. Licet etiam opinionem prorſus contrariam, vt in perſonalibus actionibus, ex quibus ad rem agitur vti ex empto, donato, ſimiliuè titulo, ex quo ſolo dominium ſine traditione non tranſeat, per litis cõteſtationem res ipſa efficiatur litigioſa, ſuſtineat poſt Couarr practic. quæſt. cap. 15. ſub num. 6. alioſque VVamel. conſ 142. num 6. in fin. cum ſeq. Alioqui inter omnes conuenire, nec vllam eſſe in hoc contentionem inter interpretes, quin res efficiatur litigioſa per ſolam citationem, quotiens ea petitur actione reali, agiturque de dominio vel quaſi dominio, directo vel vtili, per authent. litigioſa C. de litig. tradit ibidem Couarr. d. cap. 15. num. 6. Gail. hac de re latius agens, l. 1 obſ 138. num 4. & VVameſ d. conſ. 142. ſub numer. 6. Sed & firmam hic concluſionem eſſe, quòd lite pendente non poſſit fieri ceſſio, ad effectum vt iudicium in transferatur ceſſionarium; vtilitas tamen in ceſſionarium poſſit transferri; & ſic

& ſic oportet quod iudicium currat cum cedente, Afflict. *dec.* 354 *num* 22 poſt Panorm. & innocẽt. *num.* 4. *in c ij de alienat. iud. mut cauſ. fact.* id quod nuper à magiſtratu quodam, nobis auctoribus, obſeruatum memini.

m. *Amittit*) Aliud apud Gallos, vt teſtatur Imbert. *inſtit forenſ. lib.* 1. *cap.* 34. *verſic. fin* hiſce; prodita nobis eſt quoque *P.* exceptio aduerſus conſtitutionem cæſaream, quæ rem litigioſam alienanti pœnam infligit, ſi eam princeps reſcripto ſuo remittat, vt ferè ſemper ſolet, necnon emptorem in eundem litis cauſam, in qua erat venditor, ſubrogandum mandare.

n. *Simulata.*) An præſumatur, Gabr. *d. conclus* 5. *præſertim num* 45. Rebuff. remiſſiue *d tract. de ceſſ. act artic.* 1 *gloſſ* 7. *ſub verſ. item hec ceſſio & gloſſ* 8. *in fin.* Et factam non obſeruatis ſolemnitatibus, de quibus in adducta *l. per diuerſas.* præſumi ſimulatam quo ad vtilitatem tertij contra quem facta eſt, ſecus quoad cedentem, Menoch. *conſ.* 789. *ſub numer* 3.

o. *Etſi ipſa non veniat.*) Titulum de legitioſia habere locum, quando res litigioſa & in iudicium deducta ceditur, ſiue in potentiorem ſiue in alium ſed titulum ne liceat potent. habere tãtum locum quando res in potentiorem transfertur, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt Reb *dict. tract. d. c. ceſſ. act. artic.* 1 *gloſſ.* 10. *poſt princ.* Cedentem quoque mutandi iudicij cauſa ab eo differre qui potẽtiori cedit; quod prior expenſis tantum litis aduerſario ſarciendis mulctetur, actaque iudicij fiant irrita, poſterior actionis iactura cum earum expenſarum damno plectatur, Imbert *in enchir. iur. Gall. in verb. cedens in princ.* Sed neque *tit. ne liceat potentior.* loqui de ceſſione reique licet *tit. de alienatione iudic. mutand.* etiam in rei alienatione intelligatur, Rebuff. *d tract. de ceſſ act. art.* 1. *gl* 4 Neque quemadmodum actoris intereſt non habere potentiorẽ, aut duriorem aduerſarium; ita rei eiuſdemque veri debitoris, in cuius præiudicium fit ceſſio quidquã videri poteſt intereſſe, an ab hoc, an ab illo actore conueniatur, cum neque ideo mutet iudicem ſemper actore eius forum ſequente, neque inuitus iudicium ſuſcipere cogatur, in cuius nimirum poteſtate eſt ſi prompta debiti ſolutione declinare moleſtiam. Ita Ant. Fab *definit.* 34 *nu* 11 *cum ſeqq.*

p. *Pauper.*) Gabriel. *d concluſ* 5. *num* 16. Menoch *d. præſump.* 129 *num.* 12. *libr* 3.

q. *Æquiualente.*) Magon. Luc. *dec.* 53 *num.* 5. vbi tamen *num.* 11 *ex com. & SC* numerationem probandam, nec ſufficere ſi ſolutio probetur per confeſſionem tantùm, Crauett. *conſ.* 145 *ſub num.* 7. Tiraquell. copioſè de retract. proxim. §. 1. *gl* ſſ 18. *ſub num.* 78 *cum num. ſeq. rurſus num* 85. *cum ſeq.* Maſcard *ex com. tract. de probat. concluſ* 115. *nu.* 22. *cum ſeq.* Menoch. declarando, ex communiori, *d. præſumpt.* 129 *num.* 20 *cum ſeqq.* rurſus, *num.* 34. *cum ſeq.* Viu *ex com.* etiamſi iurata ſit ceſſio, *dec* 155. *num.* 1. *cum ſeq.* Cardin Put *dec.* 22. *totu libr.* 3 Cornazzan. ex SC. *dec.* 156. *ſub num.* 3. Sed data pretij congruitate, non requiri vt conſtet de legitima cauſa; quia precium congruum tituli loco habeatur, Gabr. *d. concluſ.* 5. *num.* 32. *cum ſeq.* poſt Bald. *conſ.* 461. *ſub. num r.* 7. vbi *apoſt. libr.* 1. aliosque.

r. *Coheredi.*) Gabr. *d. concl.* 5. *n.* 6. 26. & Menoch. *d. præſumpt* 129. *n.* 10.

ſ. *Creditori.*) Gabr. *d. conc.* 5 *nu.* 7. & declarando, *num.* 47 *cum ſeq.* Menoch. *d. præſumpt.* 129 *n.* 11.

t. *Similibus.*) Vel habentibus eandem rationem, Gabr *d. concl* 5 *n* 10 Menoch. declarando *d. præſ.* 129. *num* 14 *cum ſeq.*

v. *Defendere.*) Gabr. *d concl.* 5. *num* 8. Menoch. *d. præſumpt.* 129. *num* 12

x. *Exigua*) Marc. *d dec.* 248. *n.* 6. *cum apoſt. lib.* 2. Put. *d. dec.* 22. *num.* 2. *lib* 3. Sichard. declarando quando dicatur exiguum precium, *in l. per diuerſas* 22. *num* 4. *C mand.* vbi tunc ceſſionem non valere niſi in ſumma numerata; in reſiduo autem nullam eſſe. vbi *n.* 6. *in fin.* idem actione partim pro precio partim donatione ceſſa. Sic Merul. *prax. Hollan. lib.* 4. *diſtinc.* 4. *ſect* 3 *tit.* 4 *in cap.* 8. *in adiuncta ſynopſi, ad fin.* eleganter tradit declarando, neminem poſſe empti nominis ceſſione vti in iudicio, quam ſoluti precij quantitatem, & ſecundum ſtylum curiarum ſuarum, ceſſionarium actorem datam pro inſtrumento ſummam, iuramento cogi affirmare; qua ei reddita, concludat reus ad finem vlterius nõ recipiendi. addens Cuiac. lib. 10. obſeru. 3. aliosque, in Gallia hoc caſu, ceſſionarium poſſe integrum debitum petere, addatur tamen hac in re & Imbert. *in enchirid.* Gall. *verb. cedere.*

z. *Et partim.*) Roman. *conſ* 45. *num.* 2. vbi Mandoſ. Marc. *d. dec.* 248 *ad fin.* Gabriel. *tit. de act. lib* 2. *concl.* 5 *n* 4. & declarando *num.* 44 *cum ſeqq.* Menoch declarando *d. præſ.* 129. *n.* 14 *cum ſeq.* Sic neque valere ceſſionem factam ex cauſa donationis pro qua clam aliquid recipiatur. Viu. *dict. dec.* 158. *numer.* 4.

a *Cauſa.*) Rebuff. *d. tract. de ceſſ. art* 1. *gl.* 6. & *ar.* 2. *gloſſ. vltim* verſ. *ſolet etiam* Gabr. latiſſ. extendendo & reſtringendo *d. concluſ* 5. *nu.* 2. *cum. ſeqq.* ſecus quando conſtat ceſſionem factam non animo vexandi illum contra quem fit, ſed ex iuſta cauſa & titulo legitimo, Menoch. declarando, *dict. præſ.* 129 *num.* 16.

b. *Titulo.*) Menoch. declarando, *d. præſ* 129. *num.* 27. *cum ſeqq.* ſequitur Viu. *d. dec.* 168. *nu.* 3. Requiritur enim in ceſſione nominis titulus ſeu cauſa ad tranſlationem dominij ſufficiens, Leonin. *conſ.* 13 *ſub n* 1. *poſt doct. in d. l per. diuerſas.*

c. *Simulata.*) Magon. *d. dec.* 53. *nu.* 12. Sichard. in dict l.

Digitized by Google

dict. l per diuerſas num 3 *cum ſeqq.* tradit, in dubio concurrentibus coniecturis mihi relatis, ſimulationem præſumi.

d. *Vniuerſitate*) Guid. *dec.* 273. *tota* Rebuff. latiſſ. *d. tract. de ceſſion art.* 2.

e. *Partem*) Guid. *dec.* 102. *num.* 1. Gail. declarando *lib.* 1. *obſer.* 44. *n.* 1 *cum ſeqq.* & poſt Pariſ. *conſ.* 19. *num* 52. *cum. ſeq lib.* 3 Natt. *conſ.* 145. *num.* 15. *l. b.* 1. aliosque etiam Theologos Menoch. declarando & limitando, *de arbitr. iud cent.* 6. *caſu* 523. *num.* 1. *cũ ſeqq.* Papon *li.* 6. *arreſt.* 3. 19. *& ſeq. t t.* 4.

f. *Detliis.*) Poſſe paciſci de alia re quam quæ eſt in lite, Guid. *d. dec.* 102. *ſub num.* 1. Roland *ex com. d. conſ.* 36. *ſub numer.* 21. aliique relati à Vincent. aliter tamen ex SC. ſentiente, *dec.* 265. *ſub num.* 1. vt & aliud aſtruit poſt alios Menoch. *d. caſu* 523. *num.* 7. adiecto pacto ſi obtinebit in cauſa. verum fuſius de his ac præcedentibus, dicetur inferius, *ca.* 96. *num.* 15. *ad verb. bonorum participatione.*

g. *Priuandus.*) Guid *d. dec.* 102. *ſub num.* 1 Menoc late *d. caſu* 523. *n.* 11. *cum ſeqq.* poſt Roland. *di. conſ.* 36. *n.* 20. *lib.* 3. alioſque. Et hac de re pulchrè diſſerit Plin. iunior *lib.* 5 *epiſt. ad Valerian.* 4. *&* 14 *his præſertim verbis*, Accenſerunt omnes præter flauium aprum; Is interdicendum ei aduocationibus in quinquennium cenſuit, *Et paulo poſt*, Quam me iuuat quod in cauſis agendis non modo pactione, dono, munere, verumetiam xeniis ſemper abſtinui; oportet quidem quæ ſunt inhoneſta, non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare. & quæ ſequuntur Quibus adde Fabium *inſtitut. orato. lib.* 12. *cap.* 7. *verſus fin.*

h. *Ratio.*) Poſt Rola. *d conſ* 36. *ſub num.* 12. alioſque Menoch. *d. caſu* 522. *num.* 4. aliam prætercam rationem adducens.

i. *Calumnioſe*) Vinc. *d dec.* 265. *num.* 2, *& ad fin.*

CAPVT L.

De releuamento, aut reſtitutione in integrum.

SVMMAE.

1 *Releuamenta petuntur aliquando* { *Ante proceſſum intentatum, aliquando poſt proceſſum intentatum.*

2 *Releuamenta impetraturo.* { *An proceſſum, quid commonſtrandum. & In proceſſu ipſo quid probandum.*

4 *Releuamenta concedunt.* { *Solus Princeps. Cancellarius. Parlamentum. Omnis iudex ordinarius, cognita cauſa.*

1 RElcuamenta (vt vulgo loquar) ſiue Reſtitutiones in integrum, aut Requeſtæ ciuiles impetrandæ ſunt, nonnunquã ante & aliquando poſt Iudicium, (*a*) ſiue proceſſum inſtitutum. Hæc autem Releuamenta, vt aliquis impetrare velit, prim ò fundata eſſe debent ſuper æquitate (*b*) *l. Prima ff. de minoribus* 25 *annis.* Danturque ſolum in ſubſidiũ aliis remediis communibus & ordinariis deficientibus (*c*) *in cauſa.* 2. *ff. eo titu de minoribus* 25. *annis.* Requiruntur etiam in eis legitimæ cauſarum cognitiones. (*d*) *l. Omnes ff. de reſtit. in integr. l. Verum* §. *Sciendum & l. Minor autem Magiſtratus ff. de minoribus* 25. *annis.* Item cauſæ allegatæ debent prius comprobari (*e*) *Nam poſtea* §. *Si minor. ff. de iureiurand.*

2 Ante iudicium itaque inſtitutum Releuamentum obtenturi, dicent quod obliuione, indiligentia, incuria, lapſu temporis aut per ſimiles cauſas effecti ſint inhabiles, aut nondum fundati ad agendum (*g*) § *Rurſus*, & ibi Angel. Aretinus & Iaſon. *inſtit.* de actionibus.

3 Poſt iudicium vero inſtitutum, qui Releuamentum petet, dicet quod actio male intentata eſt, quod concluſio malè capta, aut quod ex præmiſſis, malè illata, quod nonnulla in initio omiſſa, (*h*) quod aliæ cauſæ poſtea & de nouo ſint emerſę aut allegatæ, aut oblitæ. Item quod cauſa fuerit interrupta quod contumacia (*i*) fuerit data, vel conceſſa dari. & id genus ſimilia. *ca. Finali iuncta gloſſ. in verbo Nouis defenſionibus extra, de in integ. reſtitu l. inter minores ff. eod. tit. de reſtit. in integ. & l. Ab eod C. Quomodo & quando Iudex ſenten. proferre debeat* Specul. admodum late in *titul. de reſtitut in integ. lib.* 2. *particula* 3.

4 Porro hæc Releuamẽta, aut reſtitutiones in integrum ſolus Princeps, aut ſuus Cancellarius, aut ſuum

Digitized by Google

ſuum magnum conſilium Mechlinienſe expedire poſſunt. Et quamuis ſolus Princeps, (*k*) vt ſupremus Iudex, eam authoritatem in integrum reſtituendi, ſibi reſeruauit, tamen omnes Iudices (*l*) ordinarij poſſunt etiam de iure in integrum reſtituere, virtute iuriſdictionum ſuarum, ſed id cum cognitione cauſæ. *l. Prima & Finali. C. vbi & apud quem cognitio in integ. reſtitu. agitanda ſit.* Non autem arbitris (*m*) hæc reſtitutionis in integrum poteſtas cõpetere poteſt, *d. l. Finali* Specul. *lib. 2. particula. 3. titu. de reſtitut. in integ. folijs* 209 210. Sed iuxta ſtylum prætereà neceſſum eſt habere gratiam Principis (*n*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT L.

a. Poſt *iudicium.*) Licet poſt litem conteſtatam ſupplicare dummodo mentio fiat de proceſſu ſimul & cauſæ ſtatu, *cap. inter monaſterium* 10. & inibi gloſſ. in verb. *cauſa.* & Panor. *in 4. not. nu. 9 de re iud. & cap. 16. delectus de reſcript à quibus determinationem accipere l. ij. C. vt lit pendent.* tradit ibidem Salyc *num. 2. in fin.* voluitque Caſtrenſ. *num. 1. in fin* vt ſupplicare non liceat lite pendente, niſi facta mentione de proceſſu, & cauſę ſtatu, & voluit Bald. *lib 1. conſ. 121. ſub num. 1. & conſ. 305. num 2. in fin* addens ita ſeruare conſuetudinem principum licet non adijciatur clauſula, non obſtãte, etſi clauſulam, non obſtante, addendam velit etiam Iaſ. *in l. ſupplicare ſub num. 2. C. vt lit. pend.* vbi hac de re latius, & poſt Gram. *conſ ciuil 48. num 6* aliosque copioſe Gabriel. limitando, *tit. de iudic lib. 2. concl. 4.* præſertim *num 3. cum ſeqq.* Quanquam Rebuff. *ad conſtit. reg. tom. 2. de reſcr. in præfat. ſub numer. 69.* ſcribat, pendente lite reſcriptum impetrare non licere, niſi vt deciditur *in d. l. & ſeq. C. vt lit pendent.* Ita quoque in integrum reſtitutionem, in proceſſu cauſæ, incidenter peti poſſe, docet, poſt doct. *in l. nam poſteaquam 9* vbi, & Coſtal. *ſub init* & Zaſ. *in §. ſi minor, verſ 2, collig ff. de iureiur.* aliosque cõmemoratos, Odd latè limitando ſimul & declarando, quãdo dicatur peti incidenter vel principaliter, *tract de in integr reſtit part. 2 quæſt. 34 ar. 4 toto,* & reſpondit Fichard, *conſ 72 in princ. lib. 2* Ant. Fab. *C. lib 2. tit. 28. defin. 3. nu. 4.* rationem addit Odd. qui ſupra quia quod per modum exceptionis vel replicationis proponi poſſit eſt tex. *in d. § ſi minor* atqui non poſſit per viam exceptionis peti niſi incidẽter, idemque voluit & Alex. *conſ. 71. num. 2. ad fin. lib. 2.* & quod integri reſtitutio proponi poſſit per modum exceptionis vel replicationis, declarat poſt Alex. *conſ 369. num. 6.* aliosque Odd. *ex d. tract qu 33 art. 2 ſub num. 22.* Quinimo licèt in integr. reſtitutio facienda ſit coram iudice illius cõtra quem petitur, *l. ij C. vbi & apud quem cognit. in integr reſt. ag. poſſ.* tamen nihil vetare, quin per viã exceptionis, coram ſuo iudice reſtitutionem proponere poſſit, qui ab eo aduerſus quem competit beneficium reſtitutionis, in iudicio conuenitur: cũ generaliter verum ſit incidentem articulum reſtitutionis definiri poſſe per eum, qui alioqui principaliter & directè reſtitutionis cauſa, adiri non poſſit, *per cap. cauſa 9. de in integr. reſtitut.* reſpondit, poſt Doct. *in d. l. ij.* VVamel. *conſ. 59 num. 10. & ei* Ant. Fab diffusè *ex 8 C. lib. 2. C. tit. 28. definit. 1. t. ta* idemque Ferrar. in form. libell. ſuper petit. reſtit. in integr. ad verb. corã vobis, in fin. cum apoſt. Quomodo etiam incidenter & principaliter reſtitutionis remedium proponatur in iudicio, docet & Gomeſ. *variar. reſol. lib. 2. cap. 14 numer. 8.* latè Mag. *Luc. dec. 67. num. 11. cum ſeqq.*

b. *Æquitate.*) Et iure, Rebuff. declarando, & limitando. *in præfat. de reſcript num. 14 ſub nu. 143. & ſub num. 172. cum ſeqq.* ibidemque *art. 2 g oſ. 9. cum ſeqq. & eodem tom 2. tit. de reſtitut. art 1 gloſſ. 1. num. 36.* Mauric latè declarando, *tract. de in integ. reſtitut. cap. 3.* Odd. accuratè ex *com de reſtitut. in integr part. 1. quæſt. 1 art. 14 toto,* Et ſic reſpondit Zaſ. *conſ. 10. ſub num. 65. lib. 2.* reſtitutionem niti æquitati, qua deficiente & ipſa deficiat; *per l. ſed etſi per prætorẽ, 126. §. item inquit, ff. ex quibus cauſ. maior* idemque voluit Euerard. *conſ 242. ad fin. nu.* (mihi) 10. Ferrar. Montan *comment lit. 1. de ſupplic. vſ cap. 7 ſub init* Roland. copioſè. *conſ. 10. num. 19. lib. 2.* & poſt alios quoque Meichſner. *dec. 36 num. 33. tom. 4.* vbi ſi malitioſe petatur reſtitutio, ceſſare æquitatem illam; ideoque & reſtitutionis remedium, *per l. nec vtilem. 20.* ibidemque Bart. *in princ. ff. ex quib. cauſ. maior. item num. 32* poſt Capyc. *dec. 53. ſub num. 1.* Pariſ. *conſ 109 ſub numer. 18. libr. 4.* per text. *in cap ſuſcitata,* vbi Panor & alij, *de in integr. reſtit.* ſi præſumptio ſubſit, quod malitioſè petatur reſtitutio non concedi eam, qua de re tamen latiùs Marc. *dec. 53. num. 8 cum ſeqq. lib. 2. in n. uis*, Boer. *dec. 65 ſub num 7.* dum docet quando integri reſtitutio, impediat executionem ſententiæ. contra rubrum & nigrum *C. in integ reſtitut. poſtul.* ne quid non de quo exactè Rebuff. *conſt. reg. tom. 1. tr. de lit. ciuil, art. 1 gl. ſſ 6. num. 13. cum ſeqq* poſt Tholoſ. *dec. 54. Iacobin. in l ſi prætor. §. 1. vbi nouiſſ* Bul. *num. 3. & 4 hac de re ff de iud aliosq.*

c. *Deficientibus,*) Alex. *conſ. 207. numer. 10. libr 7* Gribald.

Gribald. *in com. n. opin. verb. reſtitutio in integrum n.* 3. Gam *dec.* 110. *ſub num.* 12. Meichſner declarando, *d. c.* 7 *num* 14 *&* 10. *dec.* 14 *numer.* 114. *& ſub num.* 1:0 *part.* 3. *dec.* 26. *num.* 7. *ſub num* 10. *& ſeqq.* rurſus *num* 19 *part.* 4 Mainc. declarando etiam, quatenus remedium reſtitutionis extraordinarium iuri com. cõtrarium cenſeatur, *tract. de in integr. reſtit. cap.* 2. *toto. &* 12. Ant. Fab. *C. lib.* 7 *tit.* 1 *...n* 3 *num.* 10 poſt Guid *dec.* 262 *ſub nume.* 1. in minorum reſtitutione requiri quod aliam actionem non habeant, tradit Rebuff. *d. tract. de reſtitut. art.* 1 *gloſſ.* 3. *num* 28. ibidemque *glo* 2. *nu.* 20. quoſdam dicere quod poſtquam minori eſt conſultum contra tutorem, vel procuratorem non poſſit petere reſtitutionem, idque verum eſſe, ſi plene prouideatur minori, vtpote ſi fuerit negligens tutor, vt in l. Pantomius, vbi Bart & alij *ff. de acquir. hered. & in l. ſi infanti, C. de iur. delib.* deinde diſtinguit poſt Socin *in l. qui duos,* 10 *num.* 19. *ff. de reb. dub.* alioſque, vt ſi reſtitutio concedatur ratione minoris, ætatis, tunc detur, etiamſi ſit actio aduerſus tutorem, vel procuratorem, per tex. *in l. etiam Cod ſi tutor vel cur. interu.* verum ſi concedatur reſtitutio ex clauſula generali; ſi qua iuſta cauſa videbitur, & non ratione minoris ætatis; tunc ſi minor habeat actionem contra procuratorem vel alium, non detur reſtitutio, vt ille latius; allegans ſic conſuluiſſe Ruin. *conſ.* 119 *in fin. volu.* 5. late etiam de his idem Rebuff. *tract. d. l. t. ...t. vn gl.* 2 *num* 31. *ecnſt. reg. tom.* 1. & latius Roland *conſ.* 10 *nu.* 8. *cum ſeqq.* rurſus *num.* 18. *& ſeqq. lib.* 2.

d. *Cognitione.*) Rebuff. declarando, *in d. præfat. n.* 53. *& eodem tom.* 2 *tract. de reſtitut. art.* 1. *glo.* 1. *nu.* 36. *& num* 39. Buſi. late declarando quid veniat in cauſæ cognitionem, *in l.* 1. *num.* 2 *& in adducto §. ſecundum.* per illum tex. *num* 1. *cum ſeqq. l. verum, ff. de minor.* Odd. *tract. de in integr. reſtitut. part.* 1. *qu.* 34. *art.* 5. *num.* 29. *& ſeqq. & ead. part.* 1 *qu.* 31. *art.* 1. *num.* 4. hinc aſtruens integri reſtitutionem à iudice concedi ex officio non poſſe, ſine petitione partis, poſt Roman. *ex com. cum apoſt. ſingul.* (mihi) 456. *cui init. quod index.* Rebuff *d. tract. de reſtit. ar.* 1. *gl* 3 *num.* 31. *& art.* 2. *gloſſ.* 4 *num.* 3. (licet corrupte citatos) alioſq; (diſtinguendo & limitando latius) idemque reſpondit, è varijs iuris fundamentis Fichard *conſ* 72. *n* 5. *ad fin. & ſeq. lib.* 2. Euerard. *conſ* 241. *ſub num* 8.

e. *Comprobari.*) Rebuff. declarando & limitando d. tract. de reſcr *in præfa n.* 56. *cũ ſeqq n.* 109. *cũ ſeqq. & ſub num.* 129. Mynſing. *cent.* 1. *obſer.* 49. *ad fin.* & in eam rem pulchre Baro *inſtitut. tit. de action. comment. part.* 2. *poſt princ.* reſcripta, inquit, regia apud Francos, ad ſimilitudinem veterum iudiciorum quæ à prætoribus cõcipiebantur dari ſolent, §. *S'il nous appert*, &c. Neque enim præſumitur læſio. Cephal. *conſ.* 152. *num* 107. *conſ* 314. *n.* 12. *cum ſeqq. conſ.* 651. *nu.* 22. *cum ſeqq. & conſ.* 3. *num.* 137. vbi *n.* 135. *minoris læſionem probandam*; Viui. late. *dec.* 437. *numer.* 4. *cum ſeqq. & com. opin.*

CAPVT LI.

De Lapſu temporis, vel de Præſcriptione.

SVMMAE.

1 *Præſcriptio temporis quid ſit.*
2 *Præſcriptio temporis ad lites arcendas, conſtituta eſt.*
3 *Præſcriptio pro varietate cauſarum ipſa quoq; varia permittitur.*

4	Actio	*Perſonalis de iur. ciuili*	præſcribitur	*Annis* 30.
5		*Realis — Propriotaria*		*Annis* 30.
6		*Realis — Hypothecaria*		*Annis* 40.
7		*Realis — Seruitutis*		*Annis* 10. *aut* 20.
8		*Conſuetudinis loci*		*Annis* 5.
9		*Priuilegij pacifici*		*Annis* 30.
10		*Deceptionis rei mobilis.*		*Annis* 3.
11		*Reſcindendi contractus*		*Annis* 2.
12		*Obligationis factæ vi, &c.*		*Anno* 1.
13		*Iniuriæ verbalis*		*Anno* 1.
14		*Doli, & malæ fidei*		*Annis* 2.
15		*Non numeratæ pecuniæ*		*Annis* 2.

16		*Habendæ traditionis rei emptæ*		*Annis* 6.
17		*De non traditione*		*Anno* 1.
18		*Erroris calculi*		*nunquam.*
19		*Complaintæ intentandæ*		*Anno* 1.
20		*Hæreditatis adeundæ*		*Anno* 1.
21		*Teſt. m nti complendi*		*Anno* 1.
22	*Actio*	*Appellationis faciendæ*	*præſcribitur*	*Diebus* 10.
23		*Reſtitutionis in integrum*		*Hebdom.* 6.
24		*Appellationis exequendæ*		*Hebdom* 12.
25		*Reformationis*		*Anno* 1.
26		*Remiſſionum Principum*		*Anno* 1.
27		*Sententiæ exequendæ*		*Anno* 1.
28		*Contra tutores malæ fidei*		*Anno* 1.
29		*Abſentium contra adminiſtratores*		*Anno* 1.
30		*Reſciſſionum in Francia*		*Annis* 10.

31 *Præſcriptionum omnium per figuram catalogus.*

Dicturus de lapſu ſiue de præſcriptione temporis, hoc præmittendum cenſui, quid propriè ſit temporis præſcriptio. (*a*) Huic enim cætera tãquam fundamento innixa ſubſiſtunt.

1 Eſt igitur præſcriptio, quælibet exceptio eſſentiam ſuam à tempore capiens, teſte D. Rogerio *in ſuo compendio ſiue ſumma, de diuerſis præſcriptionibus, cap.* 1.

2 Iura enim & cum ijs vſus, ſtylus & cõſuetudo, ſicuti cauſis omnibus, ita & proceſſibus futuris, certum temporis terminum præfigere voluerunt vltra quem nulli fas eſſet (niſi is ex certa cauſa per Principis Parlamenti aut conſilij beneficium & releuamentum in integrum eſſet reſtitutus) litem aliquam de quacunque cauſa ſuſcipere aut intentare, idque potiſſimum ob tres cauſas (*b*) Primo, vt omnium rerum, cauſarum & litium ſemel tandem conſtitueretur aliquis finis, qui lites pene immortales ſic prærumperent vel præfinirent, ne humanæ vitæ metas excederent, *leg. Properandum, in exordio C. de iudic & l. Finali, ff. pro ſocio* ſecũdo, ne Partes ſemper de ſuo Iure hærerent in ſuſpenſo, ſed ſemel de eo redderentur ſecuræ. Tertio, (*vt inquit Iuſtinianus Imperator inſtit. de vſucap. ad initium*) ne rerum dominia in incerto (*c*) eſſent, *& l. Prima eod. titul de vſucap.* quæ ratio etiam reperitur & citatur, *in c. Vigilanti cum gloſſa ſuper verbo Segnitiem. extra de præſcript.*

3 Præſcriptio autem naſcitur in variis materiis, & iuxta eas varia quoque eſt temporis præſcriptio.

4 Nam omnes actiones perſonales de Iure ciuili ſemper præſcribuntur triginta (*d*) annorum ſpacio, ſiue quis cum bona, ſiue cum mala fide (*e*) poſſederit, *l. 2 circa medium C. de conſtitut. pecu. & l. Prima, §. Alib c. C de ann. l excep. & l. Sicut, & l. Cum notiſſimi § 1. C. de præſcript.* xxx. vel xl. anno & ſecundum nonnullas conſuetudines xx. aut xxj. annorum tempore & nequaquam diutius.

Actiones vero reales proprietariæ, durant xxx. annis, & non diutius. 5

Sed actiones reales hypothecariæ durant xl annis, & minimè diutius *d. l. Cum notiſſimi,* & ibi Bar. & Bald. eorumque ſequaces. 6

In reali autem ſeruitutum (*f*) materia, tempus inter præſentes decem, & inter abſentes viginti annorum conſtitutum legimus, §. 1. *inſtit. de vſucap. & longo tempo præſcrip.* 7

Ad præſcriptionem conſuetudinis localis, vſus quinque (*g*) annorum eſt neceſſarius. 8

Vt vero priuilegio alicui præſcribatur, requiritur (*h*) vt prius fuerit poſſeſſio pacifica, vſuſq; xxx. annorum. In deceptione rerum mobilium durat actio duntaxat triennio. 9

Nam poſt triennium res mobiles (*i*) vſu capiuntur, §. *Primo, inſtitut. de vſucap. & long. temp. præſcript.* 10

In reſciſſione contractus, vbi deceptio eſt vltra dimidiam iuſti precij, actio durat biennio. (*k*) 11

Obligationum factarum vi, minis, vel alia cauſa, aut metu (qui poteſt in virum conſtantem cadere) actio durat anno. (*l*) 12

Ita etiam durat ad annum iniuriæ verbalis (*m*) actio. Nam poſt annum intentari non poteſt, *l. Si non conuitij. C de iniur.* 13

Actio doli, malæ fidei aut deceptionis debet inſtitui aut intentari infra biennium, non vltra: vel ſic, actio de dolo expirat biennio, continuò à tempore doli commiſſi numerando, curritque (*n*) id tempus abſenti & ignoranti, *l. Vltima,* & ibi Salic. & Alex. *C. de dolo malo.* 14

Actio ſiue querela, ſeu exceptio non numeratæ pecuniæ, ſolùm durat biennio, quo elapſo introduci non poteſt, niſi ætatis vel abſentiæ beneficio: *ſolemni ac notabili l. in contractibus, in principio,* 15

cipio, & ibi Bald. & alij ſcrib. C. *de non numer. pecun.*

16 Actio ad rei ſuæ emptæ traditionem habẽdam, intra ſex menſes intentari debet, à die emptionis numerando.

17 Querela de non facta traditione iuxta contractum, debet infra annum inſtitui & intentari.

18 Errori calculi, id eſt, computationis, nunquam præſcribitur, ſed durat eius actio perpetuò, (o) ſecundum nonnullorum opinionem. Sunt tamen alij dicentes, præſcribi infra triginta annorum ſpacium, ſicuti meminimus in noſtro vltimò edito Pupillorum Patrocinio, *titulo: De tutorum & curatorum ratione, eiuſdem tempore, modo atq; forma. folio 75. numeris* 17. 18. 19. 20. 21. *& ſequentibus*, vbi lectores videre poterint.

19 Ad Complaintam intentandam requiritur annalis poſſeſſio. Quiſquis volet ſe fundare hæredem (p) in aliqua domo mortua, hic debebit id facere intra annum. Nam ius deliberandi circa hæreditatis aditionem vel repudiationem ſolum durat anno. *l. Sancimus, §. Sin autem à lo. is, C. de iure deliber.*

20 Executio teſtamenti, vel vltimæ voluntatis debet fieri infra annum (q) aut alioqui hæredes executores ipſos ab executione ſua repellerent, & in ſeipſos idem onus exequendi teſtamenti, cum data cautione ſuſciperent.

21 Quod ſi tum executores teſtamentarij, tum ipſi hæredes iuſtò negligentiores eſſent ad completionem teſtamenti poſt onus aſſumptum, eo caſu per Epiſcopum cogendi ſunt, vt teſtatoris vltimam voluntatem expleant. *cap. Si hæres, & c. Tua nobis, & cap. Ioannes, extra de teſtament. le. In commodato, §. Sicut, ff. commodati leg. Si quis alicui, §. Qui ſuſcepit mandatum, ff. mandati, le. inuitus C. de procurato. & l. Tertia, §. Primo. ff. de arbitr.*

22 Appellandi tempus eſt decem dierum conſtitutum, vel ita. Appellatio infra decem dies interponi debet, à tempore ſententiæ numerandos Autentica, *Hodie, C. de appellat. vt in Autentico de appellat. & intra quæ tempora, §. 1. colla. 4. c. Anteriorum 2. q. 6 c. Significauerunt extra de teſtib. & c cũ dilectus, in fine extra. de elect.*

23 Tempus verò reſtituendi in integrum erit ſex hebdomadarum.

24 Exequendæ appellationis tempus prorogatur ad alias ſex hebdomadas.

25 Reformationis tempus conſtitutum anno & die.

26 Nulla mandata, nullæ ſententiæ, (r) nulla releuamenta, nullæ remiſſiones, nullæque aliæ literæ beneficiales, aut gratiarum, vel iuſtitiæ prouiſiones (s) cum ſuo vigore durant vltra annum. Nam ſi intra annum ad executionem vel interinementum non committerentur, nullius eſſent valoris aut momenti.

27 Sententia Iudicis debet exequi infra annum, à die ſententiæ latæ computando, vt ſunt textus, *in c. Significaſti, & in c. Paſtoralis, extra de offic. delegat.*

28 Si per negligentiam, malitiam (t) aut imperitiam tutorum aut curatorum aliqua damna, aut grauamina illata eſſent pupillis, aut minorennibus, durante tempore tutelæ aut minorennitatis, eo caſu iiſdem pupillis, ac minorennibus poſtquam ſui iuris erunt effecti, & extra tutelam aut curam conſtituti, conceditur integer annus, intra quem poterunt releuamentum impetrare, & petere vt in integrum reſtituantur, ad agendum contra ſuos tutores aut curatores, (v) de damno paſſo, & de non bona fide adminiſtrata tutela vel cura.

29 Eadem quoque ratio eſt de abſentibus, & qui peregre egerunt. Nam huiuſmodi etiam annus conceditur à reditu, vt intra eum annum ſeſe in integrum reſtituerent, Sed hoc Releuamentis, & de reſtitutione, notandum eſt. Quod quamuis olim (vti hic dictum eſt) ab omiſſionibus releuarentur, & in integrum reſtituerentur tantum intra annum. Poſteritas tamen illud tempus extulit ad quadriennium, (x) intra quod aliquis ſuæ cauſæ releuationem, & in integrum reſtitutionem procurare poterit, ſed non vltra, niſi ex cauſa, iuxta gloſſam & doctores, & præcipuè iuxta Iaſonem *in §. Rurſus, inſtitu. de actionib.* gloſſa & Doctor maxime Bart *in l. Finali ff. in integr. reſtitut.*

30 In Francia verò iſtud tempus longius prorogatum fuit. Nam ibi ab annis multis ordinatum, & conſtitutum fuit, vt omnes contractuum reſciſſiones aut aliæ actiones, quæ fundatæ ſunt ſuper dolo circumuentione, metu ſiue timore, ſuper violentia, aut deceptione vltra dimidiam iuſti precij, præſcriberentur ſpacio decem annorum, à die contractus computando, nullis ſtatutis, conſuetudinibus, aut ordinationibus contrariis prædictæ ordinationi obſtantibus. Sed ea ordinatio, & tam longinqui temporis prolatio (z) nunquam recepta, nec vſitata fuit in noſtra Flandria. Præſcriptiones autem omnes, quæ ſparſim ſunt poſitæ in corpore Iuris eas hic ſummariè, & dilucidè in tabulam ſequentem contraximus & diſtinximus.

Digitized by Google

Viginti horarum, eſt de marito, qui captiuauit adulterum deprehenſum cum vxore ſua. *l. Capite 5. ff ad l. Iuliam, de adulter.*

Vnius diei, (f) qui viua voce noluit appellare diſſoluta figura Iudicij. Quia ſi non ilico appellauerit, non erit poſtea audiendus ſine libello, *l. litigatoribus, C. de appellat.*

Duorum dierum, ſcilicet, quando aliquis vendidit equum ſuis ornatum phaleris, ſed de eo ornamento in vendendo non meminit. Quocirca ſi equum cum ſuo ornatu emptori tradidit, & intra biduum ornatum non repetat, ab actione repetendi ( ) cadit. Et ornatus cum equo empto ſequetur emptorem. *l. Ædiles §. videndum ff de adil edict.*

Trium dierum, permittitur Aduocatis, (d) quibus licet intra triduum errorem ſuum corrigere, *l. Vlt m, C. de erro. aduoca.*

Quinque dierum eſt illius, qui promiſit hominem ſiſtere ( ) in iudicio certo die, & tamen poſt dies quinque eundem exhibere non poteſt, *l. Et ſi poſt tres, ff. ſi quis cautionibus.*

Nouem dierum eſt, vt non conueniatur aliquis ob perſonam defuncti ante nouem dies, à morte connumerandos. Autenti. *Sed neq; C. de ſepul. viol. vbi dicitur. Sed neq; ante nouem dies abolitu numerandos, & c.*

Decem dierum. Autent *Hodie. C. de appellat & in Autentico de appella. & intra quæ tēpora, § 1 in princip. colla. 4. conſtitut. 2.* vnde d. Autentica deprompta eſt, quæ habet, *Hodie autem cuilibet tribuitur ſpatium decem dierum, à ſententia* (g) *reuocatione numerandum, & l. 1 ff de itiner. actu priua.*

Quindecim dierum, vt cum teſtes producuntur, *l. Si quando, C. de teſtib.*

Viginti dierum, in eo qui vult litem conteſtari. Autentica, *Offeratur C de litis conteſta. iuncto Autentico, de exhib & introduc reis, §. Sancimus, colla. 5. conſt. tu 6.*

Triginta dierum, vt de creditore, qui ſcripſit ſe accepiſſe creditum, *vt l. In contractibus, §. Super cæteris, C de non num pecun.*

Quinquaginta dierum, quæ datur tutori ad excuſandum, *§. Qui autem, inſtitut. de excuſat. tuto.*

Duorum menſium, vt Autentica, *libellum, C. de litis conteſta.*

Sexaginta dierum (h) vtilium, quæ marito datur de ſuo iure maritali vxorem accuſare volenti, *vt l. Iure mariti, C. Ad l. Iuli de adulter. quæ l. canonizatur, in cap. Aliquando, 2. qu 4.*

31 Præſcriptio

Alia ſexaginta dierum vtilium, cùm quis aliquid emit cum ea conditione, vt ſi id diſpliceret, emptio eſſet inualida, & res haberetur inepta, *l. Quod ſi nolit, §. Si quid ita venierit, ff. de adil edic.*

Centum dierum, ſcilicet, ad petendam bonorum poſſeſſionem, *vt l. Si bonorum, C. Qui admit. ad bo poſ poſſunt, & § liberis itaq; inſtitu. de bono poſſeſ.*

Duorum vel quatuor menſium, (i) nempè, ſi promiſiſti te exhibiturum ſine ſcriptis, *vt l Debitoribus, ff. de re iudica.*

Trium, & ſex, & nouem menſium, *vt l. 1. C. de dilationib.*

Quatuor menſium poſt datam ſententiam, vt vſuræ currant, *vt l. 2. C. de vſur. rei iudica.*

Sex menſium (k) vt redhibitoria, *l. 2. C. de adil edic.*

Octo menſium ad faciendum inuentarium, *vt l. Scimus, C. de Iure delib.*

Annua, (l) vt æſtimatoria & reſciſſoria. & quanto minoris, *vt l. Secundum, §. vltimo. ff de adil edict.*

Olim erat annua, bima, trina, quæ hodie ex ſtipulatu per actionem eſt ſublata, *vt l. Vnica, §. cum autem, C de rei vxor. acti.*

Annua, quæ datur parentibus & liberis ad petendam bonorum poſſeſſionem, *vt l. Emancipata, C. qui admit ad bo poſſ poſſunt.*

Biennalis, vt de dolo, & de debitore, qui ſe ſcripſit accepiſſe pecuniam, (m) *vt l. In contractibus, in principio C. de non num pecu*

Biennij vel quadriennij, qua creditores in bonorum poſſeſſionem miſſi, ab alijs ſe defendunt, *vt l. Cum apud C. de bon. autor. iudic poſſi.*

Triennij in vſucapione mobilium rerum, *vt inſt de vſucap in princ.*

Quadriennij. (n) quæ datur ad implendam reſtitutionem poſt minorem ætatem, quæ etiam hoc tempore datur pro vtili anno, *vt l. vltima, C. de tempori. in integ reſti. mi.*

Quadriennij,

Præſcriptio

Quadriennij, ne aduerſus ſacrum ærarium agatur, *vt l 1, C de qua 'r. præſcript.*

Quinquennij, vt de inofficioſi querela, & de donatione facta ab adminiſtratore, *l. Si quis plurim, C. de inoffi teſta.*

Quinquennij, vt non poſt quinquennium de ſtatu defunctorum quæratur, *vt C. de ſtatu defunct. p. q. q.*

Quinquennij, ne adulter poſt quinquennium à commiſſo adulterio (quod continuum numeratur) de eodem adulterio accuſetur, *l. Adulter, C. ad l. Iul. de adulter.*

Septem annorum, cùm quæritur an fuerit infans, an non, vt proinde habeat effectum, *vt l. ſi infanti, C. de iure deliber.*

Decem, & viginti, & triginta, & quadraginta annorum, *vt C. de præſcript. l. 1. de præſcript XXX. annorum.*

Duodecim vel quatuordecim annorum, cùm quæritur, an aliquis pubes an impubes fuerit, vt proinde teſtetur, *l. Si frater, C. Qui teſta. fac poſſ.*

Quatuordecim annorum, vt currat præſcriptio triginta vel quadraginta annorum.

Septemdecim annorum, cùm quæritur an quis poſtulare poſſit, *l. 1. §. initium autem, ff. de poſtulan.*

Septemdecim annorum, cùm quæritur an aliquis manumittere poſſit, *vt inſtitut. quibus ex cau manu non lic.*

Octodecim annorum, vt ſi mulier veniam ætatis impetret, *vt in l. Vltima, C. de his qui ve. æta. impet.*

Octodecim annorum, cùm quæritur, an quis adoptare poſſit, *vt ff. de adopt.*

Viginti quinque annorum, vt exindè maior & legitimæ ſit ætatis.

Quinquaginta annorum, vt non ordinetur Diaconiſſa, *Autentica, Diaconiſſa, C. de Epiſcopo, & Cleri. Alia eſt in Autentica, Habita, C. ne fili pro patre.*

Sexaginta annorum, ſcilicet, de eo qui arrogatur per Principem, *vt l. Tertia, ff. de adopt.*

Septuaginta annorum, quæ excuſat grandæuos illos ab omni tutelari onere, & ab officiis publicis, *l. Maiores ſeptuaginta annis à tut. & ab muneribus vacant, ff. de Iure immu.* Sed qui tantum ingreſſus eſt ſeptuageſimum annum, eundemque nondum egreſſus, is hac excuſatione aut vacatione non vtetur: quia is nondum eſt maior ſeptuaginta annis, qui tantum agit ſeptuageſimum annum.

Centum annorum; (e) quæ competit ſolum Romæ, ciuitati, & Eccleſiæ, & rebus Eccleſiaſticis, *l. Vt inter diuinum, & Autentica. Quas actiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Perpetua, eſt ſine tempore præfinitione, ſcilicet, in feudis in conſtitut. feuder. l. Imperialem decet ſolertiam, & c. de prohibita. feudi aliena. per Frede.*

Si qui plura de præſcriptionibus deſiderabunt, hi legant Compendium ſiue ſummam, de diuerſis præſcriptionibus cum dialogo & catalogo antiqui ac immemorabilis memoriæ Doctoris, D. Rogerij: Nec non tractatum præſcriptionum celeberrimi legum Doctoris: D. Dyni de Mugillo. Item legat perutilem tractatum præclari viri V. L. D. Ioannis Franciſci Balbi de Auilliana, de præſcriptionibus. In eo enim omnes præſcriptionum materiæ tam canonicæ, quam ciuiles enarrantur accuratiſſimè.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT LI.

a. SIt temporis præſcriptio.) Alc.poſt alios, *ad rubr. de præſcr. num* 1. Oldendorp. *tractat. de vſucap. quid ſit vſucap. quid item præſcript. verſus fin. verſ præſcriptiones verò,* Molinæ *ad conſuet. Pariſ. tit.* 1.§.7.*ſub num.*17.Coraſ.*ad l. ſeruitutes.* 14.*num.*10. *ff. de ſeruit.*Villalob.*in com opin.litera P. num.*197. Vaſq *lib.*1 *illuſtr.contrau rſ cap.*51.*num.*7.& *cap.* 55.*ſub num* 17 *part.*1 Couarr.exactè *in reg. poſſeſſor.part.*2.§.*vnic.nu.*4. *de reg.iur.in* 6.Surd.*ex com. dec.*158.*num.*13.Oſaſc *dec* 176.*num.*1.

b. *Cauſas.*)introducendæ præſcriptionis cauſas exactiſſ. diſcutit & declarat Oldendorp.*d. tractat.de vſucap.cap quo iure introduc. ſit vſuc.* & *præſc. toto,* Pinell.*in authent.niſi trieunalis ſub num.*29.& *ſeq. C. de bon.matern* itidemque accuratiſſ. Peck. *ad d. cap poſſeſſor.*2.*num.*15.*ad fin.verſ. accedit etiam.ſub num.*16.*verſ præſcriptio autem.*& *nu.*17.*ad fin. cum ſeqq. de reg.iur in* 6.Fichard *conſ.*72.*num.*2.5.& 6. *lib* 2.laté etiam Natt *conſil.*315.*num.*17 *cum ſeqq.* latiſſ.Vaſq.*d.cap* 51.*num.*9.*cum ſeqq. rurſus cap.*52. *num.*12.

c. *In incerto.*)Vaſ.declarando, *d.part.* 1. *illuſtr. controuerſ.cap.*51.*num* 9.*cum ſeqq* & *infra cap.*137 *ſub num* 75.

d. *Triginta.*)Dec.*conſ* 222.*verſus fin verſ.vlt.non eſt omittendum,*& *conſ.*267 *ſub num.*5.Afflict. *dec.* 23.*ſub.numer.* 2. *cum ſeqq.*Oldendorp.*d cap.quid ſit vſucap. quid item præſcript. verſus fin. verſ. vt ecce, cum ſeq.*& *eod.tractat cap.de except.num.*5.*verſ.vt ſemel.* Rebuff *conſtitut.reg. tom* 2.*tractat. de reſciſſion.tract artic* 1.*gloſſ* 9.*num* 6.Tiraquell *de retract. proxim* §.1 *gloſſ* 10.*ſub num.* 20. & *in* varijs ſpeciebus abunde demonſtrans,omnia propè iura eodem ſpacio tolli,§ 29 *gloſſ* 1.*num* 36 *cum ſeq.* Couarru.*var reſol.lib* 1 *cap.*9 *ſub num.*1.& 6.Viu.*dec.* 507.*num* 11.*in fin.*& *ſub num.*12. Ludouic. Luc. *dec.*52 *num.*1.& *ſeqq.vbi num.*10.*cum ſeqq.*& SC. poſt Dec.*d.conſ.*222.*nu.*6 aliosque,perculſum 30. annorum præſumi etiam extrinſecas ſolemnitates interueniſſe idque etiamſi ageretur de præiudicio tertij; aliter atque in minori tempore, poſt Alex. conſ.45 *num* 9.*vbi apoſtill.lib.*2.& *licet tempus* 20. annorum ſufficere velit etiam Zaſ poſt alios, *in l. ſciendum num.*31.*in fin. cum ſeqq.de verb oblig.* exactius tamen varios caſus,hac in re, diſtinguit Crauett.*de antiq.temp.part* 3 *ſection.*1.*ſub num* 1 *cum ſeq vbi num* 6.& *ſeq.* & *conſ* 317. *num.* 2 idem quod ibi accuratiſſ Peck.*tractat de amortizat. ſum. r.cap.*20 *toto.*

e *Cum mala fide.*)Guid.190 *toto poſt* Tholoſ.*dec.* 24.VVurmſ. diſtinguēdo,*tit.*44 *obſer.*4. VVeſen.

copioſè,dicens contrarium falſiſſimū eſſe.*conſ.*14. *num.*76.Vaſq.*illuſtr.controuerſ.cap.*65.*ſub num.* 4. *cap.*72 *num* 8.*cum ſeqq.cap.*74 *ſub* 6.*cum ſeqq.*& *c.* 76.*toto,par.*1 Contrà tamen,vt adducta *l.ſicut,* & *l. omnes,C.de præſcr* 30 *vel.*40 *annor.*hodiè ſint correctè iure pontificio,*in cap vigilanti,cap vlt. de præſcript* Alex *co ſ.*102 *ad fin lib.*1 *conſ.*185.*num.* 26.*lib* 2.*conſ* 69.*num* 13.*lib.*3.& *conſ.*99. *ſub num.* 1.& 4.*licet ab* [illegible] *ibidem apoſtill lib* 4 Coraſ *in d l. ſeruitutes.ſub nu* 32 *de ſerui:* Gribald.*ex com. opin. verb.præſcriptio,in princ.* Schurpf.*ex com. conſ* 10. *toto* & *conſ.*52.*num* 2.*cum ſeqq. centur.* 3. Couarr. *in d.reg.poſſeſſor part.*2.§.1.*ſub num* 3.*cum ſeq. de reg.iur in* 6.Villalob.ex communiori,*in com opin. lit.A.num.*31.& extendendo & reſtringendo, *in lit.P.num* 204 *vbi obiter cum apoſtill.* Soar.*in recept ſent.theſaur.lit. A.num.*57. Mynſing. *conſ.*41. *ſub num.*11.*cum ſeqq.*& *ex com.*& SC.*centur.*& *obſer.*6.*num.*1 *cum ſeqq.*Cephal.*latè ex com.conſ.* 120. *num.*18.*cum ſeqq.*Gabriel.ex communiori, extendendo & reſtringendo latè,*lib.*5. *concluſ.*2. *titul. de præſcript.*Menoch *de arbitr iud.lib.*1.*cap.*49.*n* 10. Laurent. Auenion.*dec.*49 *ſub num.*4. idemque hac de re latius *deciſ.*128.*num* 24.Viu.*com opin lib.*2. *verb.actiones reales num.*1.*cum ſeq.* & ex communiori *dec* 195.*num* 9.*cum ſeq.*Ant.Fab *C.libr.* 2 *tit.* 20 *defin.* 2.*num.*8 & *lib.*7.*tit.*13.*definit.*8. *num.*1. & 4.& *defin ſeq.num* 3 *cum defin.*12 *num.*5.VVameſ *conſ* 146 *ſub num* 2 dum apud nos, ſtatutariā præſcriptionem ex ordinatione Caroli 5 Imp.denegantis actionem,ex ſymbolis ſub credito apud venditores vini vel cereuiſię conſumptis,poſt lapſum biennij, cum mala fide non procedere reſpondit,poſt Rebuff *conſtitut.reg tom.*2.*tractat. de mercat minutatim vendent art* 1 *gloſſ vlt. num.* 3. vt & Molin *in tract.de vſur.*& *commerc ſub num* 208.ſcribit breuiſſimi temporis illas præſcriptiones,non habere locum,vbi debitor veritatem & bonam fidem recognoſcit,ſunt enim(inquiens)introductæ in fauorem debitorum, qui ſine apocha & teſtibus(vt fit)ſoluerunt, & præcipue hæredum eorum; vnde nō impediūt quin debitor de illis exēptus etiam,teneatur ad petionem mercatoris, interrogationibus de calumnia,bona fide,& veritate, etiam ſpeciatim & cum iureiurando reſpondere. Et quamuis Imbert *inſtit forenſ.lib* 1 *cap* 34 ſentire cōtrarium videatur,dum in gl. *verb. ante pellare,ad fin.*ibidem, arbitratur præſcriptionem hanc in foro etiam pontificio ritè obijci poſſe: aliaque eiuſmodi tamen *in poſteriore ſua inſtit ſi nt earūdem* [illegible] *l.tre,cap.des fins de non receuoir inſtitut tit*

Pr-

par les ordonnances royaulx, disertè idem aſſerit, his verbis; *toutes fois en conſcience lon ſcait leſdictes choſes eſtre deues, ie ſeroye d'aduis que l'on n'vſaſt de ladite fin de non receuoir*, &c. Quinimo in longioris quòque temporis præſcriptione huiuſmodi ſtatutaria, idem ex communiori, & ſaluti animæ magis amica, definit Surd. aſtruens ſenatum Mantuanum quandocunque cõtigit dignoſci malam fidem debitoris, iudicaſſe in fauorem creditoris; nulla vnquã ratione habita eius ſtatuti; quia nutriat peccatum, *d. deciſ.* 158 *præſertim ſub num* 5. qua de re etiam Vaſq. latè *ill. controu. vſ. part.* 1. *cap.* 89. *nu* 59. Men. *conſ.* 570. *nu.* 9. *ad fin.* Creſcent. *tit. de præſcript. dec.* 1. *num* 4 Gam. *deciſ.* 334. *ſub num.* 4 *cum ſeq. & num* 7. *cum apoſtill.* Burſat. copioſè ex cõmuniori *conſ.* 66 *num.* 8. *& conſ.* 217. *num.* 1 Laurent. latiſſ. *dec* 86. *num.* 2. *cum ſeqq.* Alioqui non valere eiuſmodi ſtatutum; quod ſi creditor non petierit infra certum tempus creditum, cadat iure ſuo, poſt Bart. *in l. omnes populi, num.* 24 *ff. de iuſtit. & iur.* aliosque Menoch. *d. conſ.* 570. *in fin. Pariſ. conſ.* 87. *num.* 13. *cum ſeq. lib.* 1. *conſ.* 66. *num.* 99. *cum ſeqq. & conſ.* 93. *num.* 23. *cum ſeq. lib.* 3. Rip. *in l. nemo poteſt num* 116. *verſ. ſed noſ de leg.* 1. Tiraquell. *tract. de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 2 *ſub init.* Viu. *com. opin. lib* 1. *verb. ſtatutũ diſponens quod qui non petierit, & verb. ſtatutum diſponens quod monaſterium, ad fin.* Vaſq. *ill. controuerſ. c.* 32. *num.* 8. *& d. cap.* 76. *nu.* 9 Villalob. *in com. opin. lit. P. num.* 278. *& lit. S. num.* 107. *vbi apoſtill. ſu. n.* 206 Ferrat. ex com. *cent.* 8 *num.* 2. Cornazzan. ex SC. *dec.* 164. *num* 4 Ant. Gab. ex SC. *lib. ff. C. tit.* 13. *definit.* 21. *tota*. Gabriel ex communiori, *tit. de præſcript. lib.* 5. *concluſ.* 4. *num.* 1. *cum ſeqq. vbi numer.* 4. inter alias limitationes diſtinguit, vt tale ſtatutum operetur etiam in malæ fidei poſſeſſore ſi ad creditorem verba dirigantur, ſecus ſi ad debitorem: idẽque poſt Alex. *conſ* 218. *ſub num.* 16. *lib* 6. Chaſſen. *ad conſuet. Burgund. Rubr* 13. *§. ult. vltim* § 8. *ad verſ. præſcript. b. lei ſub num* 10 Rebuff. *conſt. reg. tom* 2. *tractat. de famul. ſalar. gloſſ* 10. *num* 8. Limitat etiã Cornazz. *dec.* 129 *in fin.* & ex SC. Magon. declarando Lucenſ. *dec* 60 *num.* 3. *&* 6. *in fin. cum ſeq* quando ſtatutum quandam præſumptam ſolutionem, magis quam præſcriptionem inducere videtur, & hac de re quoque Vaſq. *d cap.* 89. *num* 59. Gabr. *d. tit. de præſcript. c. n. l* 4. *num* 5 *cum ſeqq.* Surd exactiſſ. *d dec* 158. *num* 7. vbi contrà & poſt Bald. *in authent. ad hæc verſ. ſed pon. mu. quòd ſtatuto. C. de vſur.* Ferrat. *d. cent* 1. 38 *ſub num.* 5 aliosque commemoratos, ſtatutum, quibuſcunque verbis vtatur non poſſe tollere naturalem iuſtitiam & veritatem ipſam in qua fundatur euangelica denũciatio. Plura ad rem dicentur inferius *cap.* 137. *num.* 8. *ad verb. duo ſufficiunt*.

f. Seruitutum) Scilicet continuarum vel quaſi, (aut vt loquitur Coraſ. *in l. ſeruitutes,* 14 *ſub num.* 5. *ff. de ſeruit.*) quæ continuam poſſeſſionem habent, vt poſt gloſ. & doct. communiter *in l.* 1. *&* 2. *C. de ſeruit. & aqua*. Gomeſ. declarando, & alia requiſita docens, *var. reſol. tom.* 2 *c. p* 15. *num.* 27. Crauet. *conſ.* 204. *num.* 3. *ad fin.* VVurmſer. *latè tit* 27. *obſer.* 5. *tota*. Gail. *lib.* 2. *obſer* 69 *num.* 14. *cum ſeq.* Aliter atque in ſeruitutibus diſcontinuis; aut quæ poſſeſſionem continuam non habent, vt quæ tempore hominum memoriam excedente duntaxat præſcribantur, vt per gl. & doct. communiter *in d. l. ſeruitutes*, Iaſ. *num.* 76. Rip *num.* 4 *in l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Ferrarienſ. *in form. lib. in act. confeſſ. pro ſeruit.* gloſ. verb *ſeruitus aquæductus ſub nu.* 20. Guid. *dec.* 573 *ſub init.* Alex. *conſ.* 108 *ſub nu* 4. *lib* 2. Felin. *in c. de quarta num.* 41. *de præſcr.* Dec. *conſ.* 483. *ſub num.* 26. Pariſ. *conſ.* 27 *num* 70. *cum ſeq. & conſ.* 111. *nu.* 44 *in fin. cum ſeqq. lib* 1. Zaſ. *conſ* 6. *num.* 2. *li.* 2. Crauet. *conſ.* 4. *ſub num.* 5. Oldendorp. *de vſucap. cap. in quibus cauſis ceſſet vſucap. & præſcript. in cauſ. verſ. ſeruitutes quæ* Imbert. *in enchir. iur. Gall in verb ſeruitut. quæ ſint continuæ & quæ diſcontinuæ in princ.* VVurmſ. *d obſer.* 5. *verſ. ſeruitus autem*. Gomez. *d. c.* 15. *num.* 28. Couarr. copioſè *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *num* 11. Peck. *cap. ſine poſſeſſione,* 3. *num.* 8. *verſus fin. & num.* 9. *verſ. neque etiam mouet* 2. *de reg. iur. in* 6. Menoch. *retinendæ poſſeſſ. remed* 5. *quæſt* 3. *præſertim num.* 50 Burſat. *conſ* 87. *num.* 16. *&* 25. Mynſing. *ex SC cent.* 4. *obſe.* 53. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 66. *num.* 7. & nouiſſ. Meichſner. *ex SC deciſ.* 23. *num.* 33. *in* 2. *iuncto, de iure venandi & in* 70 *cum ſeqq. tom.* 3. idemque Mynſing. latè *conſ* 11. *num.* 16. *cum ſeqq.* vbi *ſub num.* 19. quanquam Caſtr. *in d l. ſeruitutes n.* 9. putet nudam tituli allegationem ſufficere (vt qui titulum à domino allegaret, quem tamen probare non poſſet, ſi ſe decem annos, ſciente & patiente aduerſario, vſum fuiſſe probaret, iam præſumeretur pro titulo) deinde tamen veritate vrgente Caſtrenſ. vacillaſſe: eamque ſententiam Odofred multo ante reprobaſſe, dicentem, mille animas per hoc ad inferna detrudi, vt pote quod anſam doli fabricandi præbeat: idque com. Doct. ſcholam ſequi, & Zaſ. *in ſuis paratit. de ſeruit.* vbi tamẽ Zaſ. *poſt prin. verſ. reliqua verò* declarat hæc, niſi aliqua concurrerent indicia extrinſecus, quæ pro titulo præſumendo facerent; id quod totum in arbitrium iudicis collocandum putat; deinde limitando addit; quod ſi quis titulum inſufficientem allegaret, & probaret, quia fortè à tertio bona fide emerſerit, hic ſe credere longum tempus ſufficere, vt ſcilicet poſſit præſcribere tempus legitimo 10. ann. inter præſentes & 20. inter abſentes, etiam nulla interueniente ſcientia & patientia aduerſarij, ſicut dicimus in ſeruitute continua vel quaſi. *per l. vlt. verſ. vlt. C. de præſcript. long. temp. & l. ſi ego* §. 1 *ff. de publician.* vti & poſt Felin. *in d. c. de quarta verſus fin. de præſcript.* aliosque Gomez. latius *d. c.* 15. *nu.* 28.

 verſ.

Digitized by Google

verſ aduertendum tamen. Couarr. *d cap 17 num. 11. verſic. 2. aduertendum, in fin* vbi etiam ait, ſatis dubitare ſe, an in praxi obtineri poſſit, vt in tribus illis ſpeciebus, in quibus non eſſe com. ſententiam (de tempore ſcilicet immemoriali in ſeruitutibus interpolatis requiſito) in vniuerſum accipiendam tradiderat, ab ea recedatur, in quibus ſpeciebus quoque comprehendebat opinationem ſuperius reprobatam illam quod nuda tituli allegatio ſufficeret. Licet eam probet Alexand. declarando, *d. conſ. 118 ad fi.* Pariſ. *d conſ 111. n. 46.* VVurmſ. declarando *d obſ. 5. ad fi.* & copioſiſ. Burſ. ex communiori declarando *d conſil 267. nu. 9. cum ſeqq.* Sed hæc prolixius fortè præter morem meum, vt intelligatur quomodo huc vſque, in foro ac iudicijs vbique fuerint ſemper radicata atque recepta; licet contrà recentiores plerique, exiſtimantes indiſcriminatim omnes in vniuerſum ſeruitutes vſuc 10 aut 20 annorum ſpacio, poſt Longouall. *in l imperium num. 241. & num. 250 ff de iuriſd omn. iud* Coſtal. *in l. foramen 28. in int ff. de ſ. rut. vrban. præd & in d. l. ſeruitutes. 14. poſt princ.* ibidemque Coraſ. latiſſ. *ſub num. 21. cum ſeqq.* Miſcellan. *lib. 5. cap. 5 toto* Soar. *in recept. ſentent. theſaur. l. t. S num. 110. in fin & in annotat. ad Gomez. d. cap 15 ad verb ſerui us verò realis merè diſcontinua, num. 1 cum ſeqq.* Duaren. *lib. 1. diſputat. anniuerſar. cap 14. in princ* eiuſque nomine (ſuo more) ſuppreſſo Robert. Aurel. *ſent. iur. lib. 4. cap 8. verſus fin.* Iachin alleueramet *controuerſ. iur. libr. 8. cap. 21* & nouiſſ. Buſi *ad d. l. ſeruitutes. 14. ſub num 9. vbi num. ſeq.* quæ moribus regni Franciæ ad præſcriptionem ſeruitutis probari oporteat poſt Imbert. ex SC latiùs declarãtem, *in d. verb ſeruitutes quæ ſint continuæ & quæ diſcont. poſt princ.* aliosque. Sed quoniam noſtris moribus, nullibi (quod equidem ſciam) eorum eſt immutat.o, aut vſus, vlterius non inſiſtam. Verùm conſultus apud nos in hac materia ſeruitutis interpolatæ, magis amplectendam putarim opinionem (in conſuetudine, de qua hic paulò inferiùs, ſimillima noſtræ) Chaſſen. *ad conſu t Burgund. tit vl: des foreſt 3. paſturage: &c.* §.8 *num. 3.* vt ſi allegetur titulus, probeturque vſum ſe fuiſſe per triginta annos, ex cauſa allegata, ſufficiat, declarando tamen ſecundum Zaſ. aliosque ſuperius ſub initio adductos.

g. *Quinque*) Imò ad conſuetudinem inducendam longum tempus deſiderari, Vaſq. *illuſtr. contr. cap. 89. num. 39.* decem ſcilicet annorum, Alex. limitando *conſ. 5. ſub num. 9 lib. 5.* Dec. *conſ. 115. nu 2. ad fin. & conſ. 483. num. 17.* Turzan. *com opin. 96 ſub num 5 cum ſeqq.* Villal. *diſtinguendo, in com. opin. lit. C num. 183 cum apoſt & lit P num. 151.* Soar *in r. ept ſentent theſaur. l. 1. C. n. 279 cum ſeqq.* Gail. diſtinguendo, *lib. 2 obſer 31 num. 3 cum ſeqq.* Menoch. *obſer 43 nu. 3 & 9. cum ſeq cent. 6.* Viu. *com opin. lib. 1 verb. conſuetudo rationabil s. & dec. 4 1. n. 3. in fin.* Cornazzan declarando, *dec. 17. nu. 6.* Achil. de Graſſ. *deciſ. 108. num 5* Crauett. latiſſ. *de antiquitat. temp. r. part. 4 princ. num. 7. cum ſeqq vbi n. 12 in fin.* vario modo poſſe intelligi conſuetudinem præſcriptam.

h. *Requiritur.*) Quando priuilegium eſt negatiuum in non ſoluendo, vel cõtinet actum reiterabilem, ei non præiudicari niſi ſpacio triginta vel 40. annorum, *per l volun ario, vbi doct. C. de excuſ. tutor.* Alexand. *conſ 33 ſub nu. 2. lib. 5* Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, ſub num. 28 de conſtitut.* Dec. *cum apoſt. conſ. 496. ſub num. 4* Zaſ. *conſ. 16. num. 9. cum ſeq. li. 1* Alioqui in priuato, ſufficit curſus decẽ annorum vt dicatur amiſiſſe priuilegium; in eccleſia verò requiritur quadraginta annorum curſus, vt diſtinguendo poſt Felin. *ind. cap. cum acceſſiſſent, num 25 ſub num. 27. & ſub num. 2. & ibi Dec.* cum *poſt. num* (mihi) 63 *cum ſeqq.* Put. *dec. 252 nu. 4 lib. 3.* aliosque Menoch. *lib 6. præſumpt 41. num. 16.* Itaque ſi concedat princeps ciuitati priuilegium ſtudij generalis, quo non vtatur per decem annos amittitur, vt poſt Bart. *in l 1 per tex ff de nũdin. tradit* Capyc. plura eiuſmodi congerens ex Felin *in d. cap cum acceſſiſſ. ut ſub num. 25. & ſeqq. dec. 134. ſub num 2. conſ. 27.* Idemque Felin. *præſcri t. in num. 10.*

i. *Res mobiles.*) De conſuetudine regni Franciæ, ducatus Burgundiæ, aliorumque, bona mobilia & immobilia, triginta annorum, nec minori, ſpacio præſcribi; quia vſucapio in mobilibus per conſuetudinem tollatur, notat Boër. ad conſuetudin. Bitur. *titul de conſuet. præſcript* §.7 idemque voluit, dicens pluries per curiam ita iudicatũ, *dec. 182. nu. 12* Chaſſen. *conſil. 18 ſub nu 2. conſ 63. ſub n. 25. cum ſeq. & ad conſuet. Burgund. titul. vit.* §.8. *in princ.* licet ibidem *nu 27* dicat hanc conſuetudinem nihil immutare in vſucapione mobilium: quia appellatione præſcriptionis propriè non veniat vſucapio, *per l. 9. C. in qu bus cauſ. ceſſ long. temp præſ.* ſed eleganter Imbert. *inſtit. forenſ. lib. 1. cap. 25. ad fin.* declarando ibidem in gloſſ. verb. *vſucapio.* Baro *ad titul. inſtitut. de except. comment, part. 2. verſ. rem mobilem, & ad titul. de vſucap. part. 2. latiſſ.* Idemque apud nos è ſtylo & conſuetudine notiſſ. eſt. Verùm quòd Chaſſen. *d. conſil. 63 ſub num 25.* vlterius aſtruit, ex verbis eiuſmodi conſuetudinis videri, quòd præſcriptio biennalis ad tollendam non numeratæ pecuniæ exceptionem, ſit per conſuetudinem illam ad 30. annos reducta, vanum omnino eſt, quum ipſemet Chaſſen. *ad conſuet. Burgund. d.* § 8. *in pr nc.* atteſtetur iſtam conſuetudinem ſuam eſſe multum gene-

Digitized by Google

generalem in tota Francia &c. adducens Boër. vbi ſupra, allegantem eandem conſuetudinem, qui tamen *in §. 7. & 6. ibidem, per illum text.* diſerte excipit alias actiones quæ, iure com. tollantur breuiori tempore quàm triennio: aſſerens conſuetudinem illam loqui in actione rei vendicationis bonorum mobilium, cui conſuetudine non præſcribitur niſi annis 30. &c. Quibus congruit, quod poſt enumeratas aliquas actiones, quæ alijs atque alijs annorum curriculis pro ſua natura vel ſubiecto præſcribuntur, VVeſenbec. *conſil.* 5. *ſub num* 33. ſcriptum reliquit, in non abſimili conſuetudine, his verbis; nec verò putandum eſt, hæc actionum tempora iure Saxonum ſublata, quod tantùm duas nouit præſcriptiones, annalem & 31. annorum; nam hoc accipiendum eſt de (inquiens) de vſucapione rerum, *artic. 29. libr* 1. item actionum perpetuarum, vt ibidem notatur; cæterum actiones (ſubiungens) quæ breuioribus ſpacijs iure ciuili terminantur, etiam iure Saxonum ita finem accipiunt & quæ ſequuntur.

k. *Durat biennio.*) Imò vſque ad triginta annos, vt poſt gloſſ. 1 & alios *in l. 2* vbi pleniſſ. Pinell. *in 2 part. num* 26. *cum ſeqq. C de reſc n l. vend. reſpondit* Mynſing *conſ* 12. *num* 30. VVeſenbec ex com. *conſ.* 42. *num* 105 Menoch. *conſ.* 1. *num* 363. Rebuff. *ad conſtit. reg. in proœm, gloſſ. 5. num.* 63. *& tom. 2 tract. de reſciſſ contr. artic.* 1. *gloſſ.* 19. *ſub num.* 1. Sed in caſibus quibus hoc remedio contra tertium poſſeſſorem agitur, intra quadriennium agendum, Laurent. declarando, *dec.* 97. *num.* 6 poſt Crauet *conſ.* 7. *num* 5. & Couarr. *var. reſol libr.* 2. *cap.* 3. *numer* 10. *verſus fin.* Apud Gallos verò, ex conſtit. regis Ludouici 12. anno. 1512. cap. 46. reſtrictum eſt huius remedij tempus ad decennium, vt refert Rebuff. qui ſupra Molin. *ad conſuet. Pariſ.* § 13. *gloſſ.* 5. *num.* 57. Imbert. *inſtitut. forenſ. libr.* 1. *cap* 34. *verſ item aduerſus*, declarando ibidem in gloſſ. verb. *incipit. & gloſſ. ſeq* Pinell. etiam apud Luſitanos ſuos & Hiſpanos diuerſi modo reſtrictum docens, *in d. l.* ij. *part.* 2. *ſub numer.* 26. Biro, *ad inſtitut. tit. de action. comment. part.* 2. *verſ actiones reſciſſoriæ, & t. t. de perp. & temp. act. ad fin.* Idemque & apud nos, ſimili conſtitutione sereniſſ. ſuarum Celſitudinum anni 1611. *art.* 29. introductum eſt.

l. *Durat anno.*) Quatenus ſcilicet ad quadruplum attinet, text. *in l. ſi per vim.* 4. vbi poſt alios Sichard. *in princ. C. de his quæ vi metuſ. cauſ. gloſſ in l. ſi vi* 3. diſtinguendo, ad verb. *mutuis.* ibidemque Caſtr. *ſub num.* 4. Alexand *num.* 11. *C. eod. tit.* Rebuff *tom.* 2. *conſtitut. reg. tract. de reſciſſ contract. artic.* 1. *gloſſ.* 12. *ſub num.* 1. Praxtu autem huius actionis, quomodo ſimul vnico eodemq; e libello, aut etiam diuerſis, petatur ſimplum, ſi res vi extorta, & quadruplum: & iudex ſimpli & quadrupli, diuerſis ſententijs, aut ſimul, vtriuſque condemnationem præferat, docet eleganter Sichard. *in d. l. ſi per vim num.* 5. *cum ſeq.* Oldendorp. *in forenſ. act. progymnaſ claſſ* 6. *act.* 10. *cap. quid veniat in hanc actionem, verſ. ſim, lam autem.*

m. *Verbalis.*) Imò & realis, Dec. ex com. *conſ.* 102. *numer* 19. *inter conſil. criminal di verſor. tom* 1. Per Zilet. Marc. ex com. *declar* 172. *num.* 6 *libr.* 2. *in nouis*, Oldendorp. (aſſerens etiam hunc annum eſſe continuum) ex communiori, *in actio. forenſ. progymnaſ. claſſ.* 7. *act.* 10. *cap quam lui competat, num* 11. *& in d tractat. de vſucap cap. de act. verſ. omnis actio, numer.* 11. *cum ſeq.* Gomez. *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 6. *ſub num.* 15 Ioann. Baptiſt. Plot. ex SC. *conſil.* 101. *num.* 19. *inter conſil. crim. diuerſ. tom.* 1. Ludouic. Luc. *dec* 4. *num* 55. Viu. *dec.* 55. *num.* 5 Rirchoui ex com. *in com. opin. verb iniuriarum actio omnis.* Licet contra, vt ciuilis deſcendens ex lege Cornelia, perpetua ſit, VVurmſer *tit.* 46 *obſ* 1 Boër. *ad conſuet. Bitur. t. tul. de præſcript* §. 6 *ſub init* Roland. ex com. *conſ.* 39 *num* 15 *lib* 1. *Soar. recept. ſent. theſ in lit. I num.* 70. *cum ſeqq.* Villal. *in com opin. lit. A, num.* 16 ibidque. Fichard, ex SC. *in annot.* idemque Fichard. *conſ.* 59 *toto lib.* 1. Mynſin *ex SC.* contrariam tamē magis receptam atteſtatus, *centur.* 1. *obſeru.* 84. *in princ. & centur. obſer.* 7. *præſertim num.* 8 *cum ſeq.* idemque latius *conſil.* 59. *num* 3. *&* 10. VVeſenbec. ex communiori, *conſil.* 22. *ſub num* 6. voluitque Hartman. *titul* 49. *obſeru* 2. Schurpff. *centur.* 1. *conſil.* 11. *num.* 1 *& conſ* 61. *num.* 1. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 104 *ad fin* dum ex SC. tradit, ſcriptura iniuriam illatam (licet verbalis ſit) inſtar realium iniuriarium perpetuam cenſeri, vt poſt annum quoque intentari poſſit, qua tamen in re aliud aſtruit late VVeſenbec. *conſ.* 22. *ſub num.* 6. & 7 vt iniuria ſcripto comprehenſa annali actione vindicetur, quam libellus famoſus perpetuo, *ex l.* 1. *C de famoſ. lib.* Annum autem in actione iniuriarum verbalium non continum eſſe, ſed vtilem; hoc eſt non currere ignoranti, confirmat late Gail *ex SC. obſ. ſeq.* 105. *ibidem tota.* & voluerunt plerique commemorati declarando latius. Sed & iniuriarum actionem, anni & diei lapſu, perſecutione ipſius deſerta (ſine ſpe integri reſtitutionis) perire, arreſto pronunciatum refert Imbert. *inſtit. for. lib.* 1. *cap.* 33 *in gloſſ verb. verſ à uoſo.*

Digitized by Google

n *Curritque.*) Oldendorp. docens tamen, in factũ actionem, in id quod locupletior factus eſt doloſus eiuſue hæres, competere perpetuò; admonẽs quoque, quàm ſpeciale ſit in hoc iudicio, quòd doli mali perſecutio non perpetuetur litis conteſtatione, *in prag.nn.d.claſſ.6 act.11.cap.quam.ei competat numer 11.& de vſucap.d.tit.de act. verſ actio de dolo, num.*8. Villalob. declarando, *in com opin lit.D. ſub num* 55. *verſ.actio de dolo* Oſaſc. limitando niſi duret dolus poſt biennium *dec.*58, *num* 27. *in fin.*

o. *Perpetuo.*) Pariſ. *conſ.*89. *num.*18. *cum ſeqq. & conſ.vlt.nu.*26. *cum ſeqq li.*1. Mynſinger. extendendo *conſ.* 57. *nu.* 10. *& ſeqq.* Soar. *in recep. ſent theſ. lit.E nu* 159. VVameſ. *conſ* 116. *n* 2 Rebuff. *tom.*2. *conſtit.reg tract. de reſciſſ.contract ar* 1 *gloſſ* 6. *n* 5. & exactius *in l.cognoſcere* 56. §. *diſpungere de verb. ſignific* vbi in verſ. *& ſic ſtat regula.* calculationem per errorem factam retractari poſſe, vſque ad 30. annos, impetrando literas regias; verum ſine literis poſſe excipi de errore, etiam vltra annos 30. Et vſque ad 30. annos calculi errorẽ reuocari, tradit indiſcriminatim Coſtal. *ad l.qui fundum,* 40 *verſus ſi. ff. de contr.empt.*

p *Fundare heredem.*) Debebit quidem præciſe intra annum facere inuẽtarium, ſi abſens ſit, ad hoc ne debitoribus hæreditarijs in ſolidum teneatur, *vt in adducta l.ſcimus,* §. *ſin autem à locis, & § ſi verò poſtquam,* & diximus alibi latiùs: Alioqui poterit intra triginta annos adire hæreditatem, vel ei ſe immiſcere; cum iuri adeundi vel immiſcendi tanto demum tempore præſcribatur ſecundum *com.gloſſ. & doct. in l licet per illum tex. C.de iur.deliber.* Bal. *conſ.*11. *ſub num.*4. *libr.*1. Roman. *conſ.*71. *ſub num.* 3. Tiraq. copioſè *ad l.ſi vnquam in verb.reuertatur, ſub num* 392. *C. de reuocand. donat. & de retractat proxim.*§.36 *gl.*2. *num.*27. Mynſing. *ex SC.centur.*2. *obſ* 71. Viu. *dec.*507 *ſub num.*12 *cum ſeq.* Gabriel. extendendo & limitando *lib* 5. *concluſ.*8. *& concluſ. ſeq. tit. de praeſcript.*

q. *Infra annum.*) Couarruu. docens latè quomodo poteſtas exequendi ad epiſcopum transferatur, *in c.ių.n.*2. *&* 5. *de teſtam.* Oldendorp. declarando & limitando, *de executor. vlt volunt. cap.*7.

r. *Nullæ ſententiæ.*) Sententiam obtinens, ſi executioni eam mandari intra annum neglexerit, in curia quidem Brabantię, impetrandum erit diploma, ſiue literæ (quas vocant) executoriales; eoque caſu, ſi ſe condemnatus opponat, conſignando ſiue deponẽdo ante omnia, id quod in ſententia deductum eſt, audietur; deinde petet obtinens ſententiam declarari executionem habere paratam. Alioqui verò in contumaciam condemnati procedetur, *vt* 543. *&* 544. *art. ſenatus Brabantiæ.* Quod autem inferius adducuntur iuris pontificij tex. *in cap.ſignificaſti, & cap.paſtoralis,* vt ſententia exequi debeat infra annum; in ijs, hac de re, ne verbum quidem.

ſ. *Iuſtitiæ promiſſiones.*) Sic de ſtylo curiæ Franciæ quando annales ſunt literæ repeti debere Franc. Marc *dec.*41. *ſub num.*2. *lib.*2 & derogatum totius regni Franc. conſuetudine *l.falſo, C. de diuerſ. reſcrip.* vt reſcripta ad ius conceſſa, quæ iuſtitiæ, vocant, non ſint perpetua, ſed anno pereãt, ſi intra annum executioni mandata vel mandari cœpta non fuerint, tradit poſt Guid. *dec.*135. Reb *in proœm.cõſt reg gl.*5 *num.*44. Fab ex SC. declarando & reſtringendo *lib.*1. *tit* 12. *def.in* 6. vti & Comment ad conſuetud. Pariſienſ. *tit.*1. §.52. *gl.* 1. *in verb.arreſt au brandon* ſub *nu.*83. tradit in illo regno, omnes cõmiſſiones à cãcellaria regia emanatas, eſſe annales. Eſtque apud nos in eam rem *articulus* 434 *ordination curiæ Brab.* Idemque Rebuff. *tom.*1. *conſtit.reg. tract de reſcr.in præfat. numer.*4. *ſcribit,* d. *l falſo,* in illis verb. *cum ea quæ ad ius reſcribuntur perennia eſſe debeant,* dupliciter poſſe intelligi. Primò, quod illa quæ ſcribuntur ad ius partium ſunt perpetua: alioqui (ait) eſſet contra *cap. ſi autem, & cap. plerumque, de reſcriptis.* vbi reſcripta iuſtitiæ regulariter anno pereunt: & tamen *in d. l. falſo.* dicuntur eſſe perennia: & ſic debet intelligi (ſubijcit) de reſcriptis concedentibus ius parti, & ius patriũ reſpicientibus: vt ſi princeps cõcedat quod quis conueniatur corã tali iudice, *iuxta Auth.n.habita. C.ne fil.pro patr.* quia decet Principis beneficium eſſe manſurum, *c.beneficiũ, de reg iur. in* 6. Nec debet text *in d l falſo* (ſubiungit) intelligi in alijs reſcriptis iuſtitiæ, quæ comprobatione iudicis indigent, quia illa fere anno pereunt, *d. c. plerunque ſi d lo vel n g igentia non ſit vſus, vt ibi.* & ita (addit) ſeruat vſus forenſis; Vel quidam (ſubdit) intelligunt ea quæ ad ius reſcribuntur; id eſt ad obſeruationem iuris vel elucidationem: illa enim ſunt perpetua, ſicut & ius, *l. Diuus, ff de re iu lic,* hæc Rebu. atq; alia: cuius priorem ſenſum ſequitur Menoch *de arbit iud lib.*2. *caſ.* 262 *ſub n.* 76. vbi poſt Pan. Felin. & alios in *di. cap.ſi autem & dict. cap. plerunque.* dicit ibi ita *conſtitutum,* ne ius aduerſarij, contra quem reſcriptum fuit, impetratum, lædatur, quin & ipſe poſſit de ſuo iure experiri, & reſcriptum à Principe impetrare, vt qui primum reſcriptum obtinuit illo vti debeat intra annum; quod ſi non faciat, aduerſarius poſſit impetrare ſecundum reſcriptum, nulla facta mentione primi. Ibidemque *caſ.*104. *num* 2. ita poſt Iaſ. *conſ.* 97. *in fin lib.*1. & Vant. *de null t.proceſſ tit. de null. ſent.ex defec.iuriſdic.delig num* 101 *declarat d leg. falſo.* vt intelligatur, reſcripta eſſe perpetua, niſi alapſo anno nouum reſcriptum ab aduerſario impetretur. Idemque *conſ.*100. *num.*34 (vbi *num.*33. *ſeqq.* hac de re latiſſime) Cephal. *conſ.*304. *num.*62. *& ſeq.* Decian. *conſ.*18. *num* 1. *cum ſeqq. lib.*1 & voluit Marc. *d.deciſ* 41 *num.* 1, *cum ſeq.* ſequiturque (poſt ſuperiora à me ſcripta viſus) Fachin. *controuer.*

Digitized by Google

ner. iur lib. 8. cap. 65. toto.

t. *Malitiam.*) Dolum aut culpam tutoris pupillo nocere æquum non eſt, *l. ij. §. ſi ſeruus* vbi Coſtal. belliſſ. diſtinguendo, *ff. de tribut. act. l. dol. u. tutorũ ff. quand. ex fac. tut.* Fab *declarando, C. lib. 2 tit. 20. defin. 3 num 4. & tit. 23. defi. num. 2.* Præſcriptionẽ autem temporis longi. 30. *vel* 40. Annorum currere contra adultum, ſed reſtitui, Guid. *dec.* 31. *ſub num.* 3. Vaſq. *illuſtr. controuerſ. cap.* 89, *ſub num* 58. *verſ* 13 *p.* 1. Fab. *C. libr. 2 tit. 20. def.* 2 *numer.* 4. licet aliter ipſe ſentiat, vt & Villalob. *comm opin. lit. P. n.* 279. & diſtinguendo Gomez. *var reſol. lib. 2 ca.* 14. ſub *num* 3. Statutariam quoque præſcriptionem nõ currere contra pupillum, ſed adultum, Villalob. *in com. opin. lit. P. num.* 281 Guid. *ex SC. d. dec.* 31 *nu.* 2. vbi tamen reſtitui, vt & apud Afflict. *ex SC. dec.* 370 *ſub num. 1. cum ſeqq.* Fab *d. def. n. 2. nume. 5 cum ſeq.* licet ipſe contrà.

v. *Aut curatores.*) Quando tutori poteſt culpa aliqua imputari, integri reſtitutio non datur ex generali clauſula; quia eſt ſubſidiaria, nec conceditur quando aliter minori poteſt eſſe ſuccurſum, Surd. *dec. 4. n.* 11. vbi prius agendum contra tutorẽ, poſt Alc. *in l. pactũ curatori.* 22 *in fin. C. de pact. & Natt. conſ.* 49 2. *num.* 6 & qui declarat & limitat, Rolãd. *conſ.* 10. *num.* 18 *cum ſeqq. lib* 2 poſt Socin. *in leg. qui duo. num.* 19. *ff. de reb dub.* alioſque, Fab. *C. lib. 2. tit. 22. def. 1. num. 3. cum ſeqq.* Raudenſ. *dec. Piſan.* 12. *num.* 67. vbi ſecus quando non fuit negligens; item vbi penes eum eſt probabilis ignorantia: vel non eſt ſoluendo, poſt Teſaur. *dec.* 103. *ſub nu.* 9. Natt. *d. conſ.* 492. *num.* 9. Fab. *ſupra*

x. *Ad quadriennium.*) Capyc. *dec. 4. nume.* 26. & *dec.* 109. *num.* 3. *cum ſeqq* Zaſ late *in addu. cto §. rurſus.* verſ. *collig.* 6 VVurmſer. *declarando, tit.* 25 *obſer.* 4. *in princ.* Gomez. *var. reſol. tom. 2 cap.* 14. *num.* 7. Villal. declarando, *in Com opin. lit. D. n.* 3. *cum ſeqq. lit. R. n. 4. cum ſeq. & lit. C. num.* 3. Soar. *recep ſent. theſ. in lit. P. num.* 218. Vinc de Franc. *dec* 206 *ſub num* 17. & *num.* 20. Viu. *dec.* 263. *num* 21. & *dec.* 437. *num.* 9 Surd. declarando, *dec.* 130. *num* 2 intelligendo tamen ſecundum gl. *in c. 1. in verb. proponitur ad fin. de offic. iud* & alios, vt per conteſtationẽ litis, quadriennij tempus non continuetur; idemq; VVurmſer. late declarando, *d. obſer. 4 ſub init.* verſ. *item iſta.* Mynſing etiam declarando & limitando, *cent. 1. obſ* 51. *num. 1. cum ſeqq* addens tamen hoc in camera Imp. non obſeruari; ſed ſæpe vidiſſe reſtitutionis agitatæ litem, etiam longo poſt quadriennium interuallo, deciſam vti & apud nos exploratiſſ. eſt.

z. *Temporis prolatio.*) Imo ordinatio Franciæ, nõ ſolum temporis prorogationem, ſed etiam reſtrictionem continet, vt patet hic ſuperius, in annotat. ad verb. *durat biennio ad fin.* neque apud Flandros ſolum, ſed pleriſque Belgas nunc promulgata fuit, vt dicam quoque inferius *cap.* 135. ad verb *metus cauſa ad fin.*

a. *Captiuauit adulterum.*) Quem nolit aut non liceat occidere, vt retinere poſſit, teſtandæ eius rei gratia. Zaſ. *ad rubr. titul. de diuerſ. & temporal. præſcr. poſt princ. verſ. item habetis præſcr.* eamq; 20. horarum præſcriptionem, primo loco poſuiſſe Dyn. in ſuo tract. *de præſcript.* rectius quam Euſtatium græcum, qui eam in ſimili *lib ſub tit. de duob. dieb.* collocarit, refert Cuiac. ad *d. tit. de diuerſ. temp. præſcr. cap. ij. ad fin* Verum Oldendorp *in eod. trac. ſuo de præſcr ſub. cap. de adulte, in princ.* eam poſuit declarando, & addendo, doctores ſic rectè colligere, exemplo adulteri retinendi; ſuſpectum de fuga, multoque magis in crimine deprehenſum, poſſe retineri viginti horis, vt interim iudex adeatur, *per l. ait prætor.* 10 §. *ſi debitorem ff. quæ in fraud. credit.* idque apud nos obſeruatum quandoque memini.

b. *Vnius diei.*) Oldendorp. *d. tract. de præſ. cap de appellat. nume.* 1. Cuiac. *de diuerſ. temp. præſcri. cap. 3. ad fin.* vbi, inter alia de die exempla, propoſuit etiam eodem die iudicem, conſequentia quæ deſunt ſententiæ ſupplere poſſe vt ſi expenſarum condemnationem vel remiſſionem omiſerit: ſententiæ tenorem ne eo quidem ipſo die mutare poſſe per *l. Paulus* 42. vbi, poſt alios, Zaſ. declarando, extendẽdo & reſtringendo. & *leg. cum quærebatur,* 62. vbi idem Zaſ. *ff. de re iud.* itemque contumaciam purgari, ſi quis poſt condemnationem, eo ipſo die ſedentem iudicem pro tribunali adierit, per *l. Diuus* 7. vbi nouiſſ. Buſ. *in princ. de in integr. reſtitut.* De quibus itidem Oldendorp. *de vſuc. & præſcri cap. de iudic.* verſus fin. *num* 15. & 16.

c. *Ab actione redhibendi.*) Traditionem hanc Dyni, ex adducta *l. ædiles* 38. §. *vendendi. de ædil. edict.* quam hic quoque imitatus eſt auctor, non immeritò damnat Cuiac. de *diuerſ. temp. præſcr cap.* 4 *poſt princ.* peſſime §. *vendendi.* eum interpretatum aſſerens, his verbis; Lex ait emptori dari actionem ex empto: qua petat ſibi tradi iumenta vti optime ornata fuerant vendendi cauſa, videlicet ſi in ipſa venditione ornata fuerint; nec enim de ornamẽtis agere ſi biduo ante venditionem fuerint ornata, non in venditione ipſa, hæc eſt (inquiens) eius §. *ſententia* deinde ſubdit, Dynus neſcio quid aduerſi & auerſi fingit, emptorem venditori opponere exceptionẽ bidui: quinimo opponet eam potius venditor emptori ornamenta petenti, & quæ ſequuntur Sic ex ſententia Cuiacij, poterit hic venditor ſolummodo opponere emptori, quod biduo ante venditionem non fuerit ſuis ornamentis equus ornatus; multo minus, quod cum eſſet venalis, ſic inſpiceretur ornatus, cum tamen manifeſtum eſſe, vendito equo, vendi quoque ephippium, frenum & ſimilia ornamenta, notet Coſtal. ex illo textu *in d. l. ædiles. in princ.*

Digitized by Google

ſ. i. ac. poſt Bart, *in l. eum qui §. nec ſolum in fin.* vbi eleganter. *noualit ff. de, uer.* Traditque plura eiuſmodi de biduo exempla Cuiac. qui ſupra Oldendorp *d. tract. de vſucap. & praeſcr. cap de re iud. num. 2. cap. de appell num. 2. & cap. de inbes. ſua c. & contract. num.* 1 Alciat. & latius Rebuff. ad *l. inter. illam.* 217 *§. item ſi a data, ff. de verb. ſignif.*

d. *Aduocatus.*) Zaſ multa praeſertim ç dierum genera praeſcriptionum tractans, poſt glo. in *d. rubr. de diuerſ. temp. praeſcr. ſubiunit.* Cuiac. itidem plura eiuſmodi de triduo exempla congerens, *dict. tit. de diuerſ. temp. praeſcr. cap.* 5. Oldendorp. *dict. tract. de vſuc. & praeſcr. cap. de citer aduocat. num* 1. vbi praecedente cap *de bello, num.* 2. inter alia de triduo exempla, addit vulneratum intra triduum mortuũ, ex vulnere lætali præſumi obijſſe; poſtea vero non ex vulnere, ſed ex alia accedente cauſa, poſt Bart, *in l. vlt. in fin ff. ad leg. Cornel. de ſicar. alioſque commemoratos*, & eſt gl. *in le.* 1. *C. emend. ſeru.* quã ibi ſequuntur cõmuniter doct. probatq, Bald aſſerens argumentum hoc ſumi à natura, *conſ.* 328. *ſub init. lib.* 2. Boër. dicens primã hãc opinionẽ, inter cæteras hac in re, eſſe principalem, *dec.* 323. *ſub n.* 11. eſtque tex. expreſſus *in ca. ſi qua femina.* 50. *diſtinct.* & notat inibi Præpoſit. *num.* 2. Sed quoniam in hac quæſtione iura alia diuerſimode videntur determinare, vt declarat late Blanc, *in praxi crim. §. vs ſic premiſſis, ſub num.* 68. nec enim leges noſtræ aliquid certi de his, futuris contingentibus ſtatuere potuerunt, vt ait Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2 *cent.* 3. *caſu* 275. *ſub num.* 1. ideo & doctores varij communiter omnes tenent hæc relinqui arbitrio iudicantis, vt reſpondit Marſil. copioſe *conſ.* 7. *num* 27. *in fin. cum ſeq.* idemque in *leg. quaeſtionis modum. num.* 32. *ff. de quaeſt.* Blanc. in *dict. §. vs ſic premiſſis. ſub num.* 69. Menoch. *dict. caſu* 275. *ſub num.* 1. vbi iudicem monet, vt arbitrium hoc ſuum moderari poſſit, diligenter ante omnia iudicium medicorum perſcrutetur; ibidemque *nu.* 11 dum poſt Boër. *dict. dec.* 323 *ſub num.* 11. *cum ſeqq.* alioſque, coniecturas quaſdam in eam rem conſiderandas enumerat; hanc è iudicio medicorũ probationem magis quam coniecturam aſſerit, voluitque Tiraquell. copioſe in in tractat. *de nobilit. cap.* 31. *num.* 398. Crauet. late agens, *conſ.* 451. præſertim *num.* 18. poſt Bald. *dict. conſ.* 328. verſ. *item an propter vulnus. & verſus fin.* Marſ. *in leg.* 1. *paragrapho Diuus Hadrianus, numer.* 32. *&* 39. *Digeſtis de ſicar.* dum ſuſtinent, medicis variantibus, an mortale ſit vulnus, necne, non mortale iudicandum.

e. *Hominem ſiſtere.*) Non loquitur de quinque diebus potius, quam de pluribus vel paucioribus, adducta leg. & ſi poſt tres aut quinque pluresue dies, quam iudicio ſiſti ſe reus promiſit, *Digeſtis ſi quis caut.* deinde aperte loquitur de eo qui ſe ipſum, non qui alium ſiſti promiſit; quæ multum differre demonſtrat Cuiac. *ad dict. titul. de diuerſ. temp. praeſcr. cap.* 5. *poſt princ.* cum qui ſiſti alium promiſit (aliter atque qui ſe ipſum) generaliter euitet pœnam ſiſtendo poſt diem, ex *le. ſancimus, C. de fideiuſſ.* ex qua *l. tradit* itidem Coſtal. *in d. l. & ſi poſt tres ſu. init.* in iudicialibus ſtipulationibus, quæ ad præparationem litis ſpectant, admitti purgationem moræ licet ſit pœna & dies.

f. *Ob perſonam defuncti.*) Peck. *de iur. ſiſtend. cap.* 5. *numer.* 17. verſ. nam ſi affines, Cuiac. latius declarando, *ad dict. titul. de diuerſ. temp. praeſcr. cap.* 6. poſt princ. Oldendorp. *de vſucap. & praeſcr. cap. de heredibus, numer.* 1. addens, in multis ciuitatibus longius tempus indulgeri hæredibus; & merito, vt concurratur impudentiæ illorum, qui ne moribundo quidem parcerent, & funeribus moleſtiam, aut etiam iniuriam inferrent, quod tamen ſub pœna tertiæ partis bonorum & infamiæ prohibetur, in authent. *item qui, Cod. d. titul. de ſepul. violat.*

g. *A Sententiæ recitatione.*) Oldendorp. latè declarando, *de vſucap. & praeſcr. titul. de appellat.* præſertim *numer.* 4. latius Cuiac. docens etiam exequendam & agendam appellationis cauſam intra certa tempora quæ qui perfectè norint paucos reperiri ait, *ad dict. titul. de diuerſ. tempor. praeſcript. cap.* 16. *poſt princ. verſ.* 5. eſt *& cap.* 7. *ſub init. verſ.* 3. *pertinet.* vbi itidem & in ſeqq. aliquot *cap. de ſubſequentibus* hic pleriſque exemplis dierum vel dilationum, de quibus hic non agemus latius; cum poſſit iudex, pro qualitate rerum ac perſonarum, breuiores aut prolixiores inducias concedere; debeatque ſpectari conſuetudo locorum, vt tradit Oldendorp. *de vſuc. & praeſcr. dict. titul. de dilat. num.* 3. qua de re quoque Zaſ. *ad leg. debitoribus verſ. fin. de re iudic.* & ferè apud nos, perinde vt apud Gallos, ſecundum Rebuff. *ad conſtitut. reg. in proœm. gloſſa* 5. *nu* 52. *de ſtylo com. & conſuetudine, curiarum* non ſeruentur dilatione iuris; ſed ſtylus, & quælibet curia ſuas arbitretur dilationes, quã de ſuo quoque loco latius.

h. *Sexaginta dierum.*) Roman. *ſingul.* 705. *& ſingul* 769. Iaſ. poſt alios aſtruens, quando arbitramentum confertur in vnum ex contrahentibus, circa ea quæ formalia cõtractus ſunt, tunc, durare ſexaginta diebus, *in l. ſi quis arbitratu* 43. *ſub n.* 24 *ff. de verb. obl.* Oldend. *de vſuc. & praeſcr. cap. de action. numer.* 2. *& in progymnaſ claſſ.* 5. *action.* 2 *cap. quando & quamdiu competent. numer.* 11. *ad fin.* Couarr. *var. reſ. lib.* 1. *ca.* 9. *num.* 1. Cuiac.

declar.

Digitized by Google

declarando, plurimaque exempla de 60. diebus ſiue duobus menſibus enumerando, *ad d. tit. de diuerſ. temp. præſcr. cap. 13. poſt princ.* Sic interminis *l. qui fundum. 40 ff. de contrahen. empt.* tradit ibidem Coſtal. cum conuentum eſſet vt fundus menſuraretur, nec terminus eſſet appoſitus, intra ſexaginta dies dimenſionem eſſe faciendam.

i. *Vel quatuor menſium*) Si poſt elapſum tempus quadrimeſtre, quod datur iudicatis ad ſoluendum, vt in *l. 2. C. de vſur. rei iud.* capiantur pignora in executioné ſententiæ, debere inſuper per duos menſes expectare debitorem antequam pignora vendantur, vt ex illo textu notat poſt alios Iaſ. declarando & limitando, in adducta *l. debitoribus. 31. num. 4.* de re iud. & ſic confeſſi vel condemnati habebũt ſex menſes, quatuor præfixos à iudice, & duos ne pignora vendantur, vt notat ibidem & Zaſ. *verſus fin. verſ. 5. coll.* Sed hoc 4 menſium tempus breuius ſtatui ſolere multis in locis, addit vetiſſ. Oldend. *d. c. de iudic. num. 12.*

k. *Sex menſium.*) Duobus menſibus, vel ſemeſtri actionibus redhibitorijs præſcribi, reſpondit VVeſenbec. *conſil. 5. num. 13.* ſed non diſtinguit verùm Iaſ. *in d. l. ſi quis arb tratu. 43. num. 24 verſ ſed aduertendum, de verb. obl. ſcribit*, redhibitoriam quidẽ quæ datur ratione morbi vel vitij rei venditæ, durare ſex menſibus vtilibus, *per l cum ſex. 55. & l. ſciendum, 19. §. vlt ff. de ædil. edict.* ſed quæ datur ſolùm ratione diſplicentiæ, durare ſexaginta diebus; vt probauimus etiam hic ſuperius ad verb. 60 *dierum*, Oldend quoque *in d. claſſ. 4. action. 2 c. quando & quamdiu competant, ſub num. 11 tradit*, redhibitoriam, ad duos tãtũm menſes extendi, in ea ſpecie, cum venditor noluerit cauere de vitijs illis, quę edicto ædilium continentur, vt in *l ſi venditor, 28. ff. de ædil edict* eademque docet & Cuiac. *ad d. tit de diuerſ temp. præſcr cap 18 ſub init. verſ 2. eſt & cap. 13 poſt princ. verſ. 3. eſt* addens & tertiam ſpeciem ſiue caſum, cum iumentorum venditorum, ornamenta non tradũtur, vt in *l ædiles, 38. ff. de ædil edict* declaratque eadem omnia latiùs Oldend. *de vſuc & præſcr. d cap de action num 1. 2. 3 & 5.* Quæ verò ſuperius *num 16. & 17.* tradit auctor, de actione ad rei emptæ traditionem intra ſex menſes intentanda, &c. de ſtylo quopiam, vel conſuetudine particulari magis, quàm de iure com exaudienda putarim; vti nec eorum, enumerando ſex menſium exempla, quidquam meminit Cuiac *d. cap 18 toto.*

l. *Annua*) Vbi in iure & legibus ſit annalis præſcriptio, copioſè Tiraquell *de retract proxim. §. 1. gloſſ. 10. num. 6* multaque iura in quibus præfigitur anni ſpacium declarat poſt Bart Zaſ. in *d l. ſi quis arbitratu. 43. num. 34. verſ 3 quæſtio eſt, de verb. oblig.* & annales omnes actiones enumerat Cuiac. *ad d. tit de diuerſ. tempor. præſcr cap. 20* declarat Oldend. *de vſucap. & præſcr.* præſertim *in d. c. de act.* vbi inter alia etiam *num. 16.* eum qui rem litigioſam alienat in hoc, vt actor duriorem habeat aduerſarium; intra annum de eo quod intereſt actoris conueniri poſſe, per *l. vel poſt annum. de alienat. iud. mut. cauſ.* verum aduerſus conſtitutionem eiuſmodi, rem litigioſam alienanti, pœnam infligentem, proditam apud Gallos exceptionem, ſi pœnam Princeps reſcripto ſuo remittat, tradit Imbert. *Inſtitut. forenſ. lib 1. cap 34. verſus fin.* addens fere ſemper ſolere remittere, nec non emptorem, in eandem litis cauſam, in qua erat venditor, ſubrogandum mandare. Qui ibidem *cap. præcedente 33. poſt princ.* appoſitiſſ. quoque ſcribit, omnibus prætorijs actionibus quę iure ciuili poſt annum non dantur, nec non ijs quibus exordiendis leges municipales annalem metã præfinierunt, obſtare exceptionem, ſi in ijs inchoandis aut perſequẽdis anni & diei mora admiſſa eſſet; nec vllam aduerſus eas exceptiones reſtitutionem admitti, declarando latiſſ. *in gl. verb. non dantur, & gloſſ ſeqq.* idemque docet Baro ad inſtitut. *tit. de perpet. & tempor act. commment, part. 2 ſub init. verſ. actiones prætoriæ, & ad tit. de action. partit. 2. verſ. actiones prætoriæ.* Quibus itidem congruit, quod teſtatum reliquit Oldend. *d. tit. de act. ... nu. 13.* Ciuitates Germaniæ multum imitari prætorem Romanum, & ferè in ſtatutis ſuis ſemper vti pręſcr. annali. Idemque *d cap de iudic, ſub num. 12* his conuenienter ſcribit, humanitatis gratia receptum eſſe quod dicimus, annum & diem concedi his, qui intra annale tempus dare quid aut facere debent ſed hac de re copioſiſſ. Tiraq. *de retract. prox § 1. gl. 11. nu. 61. cum ſeqq.* dum luculenter demonſtrat nihil intereſſe an ſimpliciter ſtatuatur annus, an annus, & dies & eũdem eſſe per omnia terminum: quia cum annus ſimpliciter dicitur intelligatur non cõputato die termni; & cum annus & dies, computato: nec videre quare anno dies adijciatur, niſi ad ſummouendam illam controuerſiam, vtrum dies termini computetur in termino, id quod opinatus eſt & Baro qui ſupra. Superioribus quoque conſentaneũ eſt, quoque poſt Bart *in l vn. ff ſi quis ius dicent. non obtemp* ſcriptum reliquit Imbert *d. cap. 33. gloſſ. verb. reſtitutio.* mulctam ob iudicis ſpretum mandatum aut ob delictum commiſſam. poſt annum exigi non poſſe: quia edictum pœnale multa illa ſit, addens latius idem iuris eſſe in ea multa cuius ſub comminatione quidquã fieri iudex præcipit, poſt Guid. *dec. 259. ad fin. &* ſic declarat Rebuff. *ad l. aliud eſt fraus, 131 §. inter m. l. ...am, ad verb pœnam autem vnusquiſque irrogare poteſt ff de verb ſignif.* mulctam nondum impoſitam vel declaratam, aliter atque ſi declarata ſit ſpræſcribi anno, vt nec amplius declarari, poſſit, quamuis pręceptum quid fuerit putà ſub pœna 10. librarum, cui obtemperatum non ſit.

m. *Accepiſſe pecuniam.*) In hac non numeratæ pecuniæ

cuniæ exceptione, antequam agat actor, arctatur reus ad eam proponendam, vt in *l. ſi ex cautione*, 3. vbi doct. C. *de non num. pec. & inſtitut. tit. de liter. oblig. in princ.* & §. 1. vt & econtra creditor cõfeſſus ſibi ſatisfactum à debitore, debet intra dies 30. (& non vltra) proponere, vt hic ſuperius, *verſ. 30. dierum.* & eodem modo in dote confeſſa, iuxta *l. vlt. cum ſua authent. quod locum*, vbi doct. *d. doct. caut. non num.* vt diſtinguendo latè Boër *dec.* 255. *ſub num.* 1. vbi in fin. tamen in caſibus prædictis & ſimilibus ſolere de ſtylo curiarum Franciæ à cancellaria impetrari literas, ad tales contractus caſſari (vt loquitur) & annullari faciendum: ideoque nõ fore neceſſe prædictam ad hoc facere inſtantiam; quia reus erit in caſſatione & annullatione obligationis, & cõfeſſionis de habito & recepto actor. Verùm de iure com. eodem ferè modo, fiebat querelæ non numeratæ pecuniæ oblatio magiſtratui in ſcriptis, etiam ſine præuia citatione, quæ denunciabatur vel mittebatur aduerſario; ſed hoc facto intra biennium, interrumpebatur præſcriptio; & fiebat exceptio, quæ antea erat temporalis ſiue biennij, perpetua, vt poſt alios docet Sichard. in adducta *l. in contractibus*, 14. §. *in omni*, & *authent. hanc autem*, *ſub num.* 1. *per illum text.* lapſo verò biennio potuit eadem querela offerri vel proponi, etiam de iure ciuili, ſi probetur non ſequuta numeratio, vt ex com. idem Sichard. *in d. l. in contractibus, num* 4 *cum ſeqq.* dixi copioſè ad Damhouder. *in loc. com. par. tit. confeſſio ſub ſpe. in annotat.* 1. *ſub init.* & enucleatè inferius *cap.* 136. *ſub num.* 2. ad verb. *non numerata pecunia.*

n. *Quadriennij.*) Tex. *in cap. 1. de in integ. reſtit. in 6.* Dec. *conſil.* 436. *num* 8. Oldendorp. *de vſuc. & præſcr.* 6. *ſeu tit. de minor. n.* 9 Rebuff. *conſtitut. reg. tom.* 2. *tractat. de reſtitut. & releuament. in præfat. n.* 25. ibidemque latiſſ. declarando, *artic.* 2. & vtrobique per illum art. *hodie in Francia, reſtitutionem minorum intra annos* 35. *petit* & ſic quadriennium reſtitutionis petendæ computari in decennio illo de quo diximus hic ſuperius, id quod poſt multam diſcuſſionem cenſet & Imber. *inſtit. forenſ lib.* 1. *d. cap.* 34. *in gloſſ. verb. incipit.* Et ſi verò Menoch. *tract. de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *quæſt.* 15 *num.* 114. reprehendat Pariſ. *conſ* 33. *num.* 29. *conſil.* 49. *num.* 14. & 15. *lib.* 1. & Bellon. *conſ.* 18. *num.* 16. quod malè opinati ſint quinquennij lapſum in hac reſtitutione requiri, reprehendi tamen non merentur, cum Bellon ibidem *num* 12. *cum ſeqq* diſertè vbique reſponderit hoc caſu, de 4. annis ſiue quadriennio; Pariſ. verò in *d. conſ.* 33. *num.* 29. loquatur ex contingentia facti, ſimul in terminis *l. vlt. C. ſi maior fact. alien. ſine decr. rat. hab. libr.* 5. vbi alienatio rei minoris nulliter ac non ſeruata ſolennitate facta, confirmatur ſuperueniente maiori ætate, per curſum quinquẽnij, vt per Pariſ. ibidem latiùs *num. ſeqq.* præſertim *numer.* 32. eundemque *in d. conſ.* 49. præſertim *num* 24. & 49. Alex. *conſ* 117. *numer.* 2. *lib.* 5. & poſt eum alioſque Dec. limitãdo, *conſ.* 209. *num.* 4. *verſ. præterea etiam, conſ* 232. *num.* 3. *in fin. cum ſeq conſ.* 267 *ſub num.* 5. & *in l. quod initio*, 29. *num.* 11. & 12. *ff. de reg. iur.* Crauett. *conſ.* 19. *num.* 4. Oldendorp limitando *d. cap. de minor. num.* 4 Natt. latè reſtringendo *conſ.* 162. *num.* 30. *cum ſeqq* Oſaſc. extendendo & reſtringendo *dec.* 58. *num.* 12. & *ſub num* 13 *cum ſeqq.* Gabriel. plenè extendendo & reſtringendo, *tit. de minor. lib.* 2. *concluſ.* 4. Menoch. latiſſ. declarando & diſtinguendo *d. rem.* 15. *quæſt.* 15 *num* 140 *cum ſeqq.* & *conſ.* 29 *nu* 13. 46. & *ſeqq.*

o. *Centum annorum*) Dixi cum Damhoud. diſtinguendo, *in loc. com. par. ac ſimil. tit. eccleſia, & cauſa publ. ſub init.* & dicemus infra vberius *cap.* 137. *ſub num.* 9. & *ſeqq.* Plura etiam centum annorum exempla videre eſt apud Cuiac. *ad d. tit. de diuerſ. & tempor. præſcr. cap.* 34. vbi & in præcedentibus cap. ſuperiora annorum, menſium, & dierum exempla plenè collegit, vti & Oldendorp. *in d. tract. de vſuc. & præſcr. per varios titulos*, quorum ordinem, cui cordi ea cum his conferre, & accuratiùs ſigillatim expendere eſt, ſatis habeat vtcunque his ſimul mõſtratum eſſe, poteritque è veteribus addere Alberic. *in dictionario*, in verb *præſcriptio. verſ. quot ſint eius ſpecies*, & Hoſtienſ. in ſumma *tit. de præſcrip.* §. *quot ſunt eius ſpecies:* ſub init. verum nec vſquam nec vnquam perinde mihi placuit Cuiac. atque in illo cõmenticulo, ad d. tit. tum Dynum in eodem illo tractatu, velut notis quibuſdam, tam præclarè illuſtrat emendat, ornat & auget.

CA-

Digitized by Google

Capvt LII.

Differentia inter Releuamentum & Requæſtam ciuilem.

S V M M AE.

1 Per Releuamentum &
2 Requeſtam ciuilem impetrans conſequitur Petita, ſi narrata ſint vera. Item Arbitraria Iudicis.
3 Releuamentum &
4 Requæſtæ ciuiles conceduntur in rebus reſtitu u faciliibus. in rebus reſtitutu difficilibus.
5 *Interinementa Requæſtarum peraguntur in Flandria in Concilio Gandenſi.*
6 *Interinementa aliquando remittuntur ad Iudices inferiores.*
7 *Interinamenta obligata ſunt ad expenſas proprias, & partis.*
8 *Vtriq; parti Requæſtam impetrare licet.*

1 MVlti idem eſſe putant Releuamentum & Requæſtam ciuilem,(*a*) quæ tamen inter ſeſe nõ parum differunt.(*b*) Per Releuamentum enim ipſe impetrans iuxta cauſæ commonſtrationem, & ſi ſupplicationis narratio veritati innitatur,(*c*) omnino releuatur (*d*) & reſtituitur, vt petit.

2 Per Requæſtam verò ciuilem, fit ſolum qualiſcunque releuatio ſiue reſtitutio, vtpote quæ ex ipſius cauſæ cognitione dependeat, & vt Iudex talem gratiam faciat (parte audita) qualem in conſcientia Principem(*e*) facere putaret.

3 Præterea Releuamenta ſiue reſtitutiones in forma communiter conceduntur & largiuntur cauſa talium rerum, quæ facillimè reſtitutionem admittunt, quales ſunt de interruptionibus litium ſiue proceſſuum, de contumacia(*f*) ſimplici, de ponendo ac verificando (*g*) noua facta, & ad nouas productiones (*h*) faciendas, & ſic de nouis factis aut ponendis, (*i*) aut verificandis, deque nouis rerum productionibus faciendis, & ita de ſimilibus, in quibus non admodum diligenti ac neceſſaria opus eſt perquiſitione aut probatione.

4 Sed Requæſtæ ciuiles dantur in rebus ad releuationem & reſtitutionẽ difficilioribus, videlicet de ſententijs quę tranſierunt in rem iudicatam:(*k*) in lõgi temporis pręſcriptionibus,(*l*) & de alijs rebus quibus pars aduerſa poſſet inaudita extrudi, & cadere à ſuo iure.

5 Porrò interinementum (*m*) requæſtæ ciuilis in Flandria ſemper peragitur in eiuſdem Flandriæ Concilio ex officio Principis. Nam ſicut Releuare, reſtituere, gratiamque facere ad ſolum ſpectãt Principem, ita & interinementum ſuſpicere ad ſolum ſpectat Principẽ, aut eius nomine ad ipſius ad hoc deputatum Concilium, (*n*) quod in Flandria Gandaui ſitum eſſe diximus.

6 Sunt tamen nihilominus nonnulli pedanei aut inferiores iudices in Flandria, quibus hoc poſtulãtibus aliquando ex gratia conceſſum fuit. Imò ipſi Conciliarij prædicti Conſilij nonnunquã in admittendo remiſſionem, totum negotium, omnemque cauſam remittunt ad ipſos iudices pedaneos ſiue minores, committendo ipſis requæſtæ aut releuamenti interinementum, idque cum conſenſu partiũ quod tamen idſis nequaquam confirmatum eſt in Parlamẽto ſiue magno Concilio Mechlinienſi. Fertur prætereà quod ab hinc multis annis quatuor Flandriæ membra ſiue ſtatus vel à Principe, vel ex inolita conſuetudine obtinuerint ſe poſſe requæſtas ciuiles interinare, quo tamen nunquam (ſi benè memini) vſi fuerũt ſpacio xx. annorũ aut circiter, ſicut ex ſolo relatu maiorum meorum audiui, quo tempore Ciuitati Brugenſi fui à conſilijs, ideoque quid certi hic aſſeram non habeo.

7 Hoc quoque de Requæſtis & releuamentis per ſupplicantem impetratis notandum eſt, quod omnia onerentur ad ſolutionẽ expenſarum retardati proceſſus,(*o*) ad taxationẽ, & calculum Iudicis.(*p*) Sed quia propter interinationem releuamenti pars aduerſa multum retardatur ab expeditione Iuſtitiæ, deinde, quod etiam ea cauſa plures expenſas, & damna ſubire debeat, idcirco in Parlamento Pariſienſi ſemper vſitatum fuit, quod quotieſcunque requæſta aliqua ciuilis, aut releuamentum, practicatum, præſentatum, & impetratum fuerat, deinde poſtquã ſcripturæ exhibitæ, ſeruitæ & traditæ fuerant, ita vt pars aduerſa quoque nouas ſcripturas aut additiones ad eaſdẽ facere compelleretur, quod tunc condemnarent illum Releuamenti impetrantem in omnes expenſas nouarum ſcripturarum,(*q*) & nouarum additionum, nouarum enquæſtarum, ſeu informationum, quas pars aduerſa ob talẽ impetrationem iterum earum cauſa tenebitur facere. Quod idem quoque non ita nuper inceptum eſt etiam practicari in Parlamento ac magno Conſilio Mechlinienſi, eſtque id ibidem nunc prorſus inolitum, & quotidianum. Hoc quoque omnes reſtitutiones ſeu releuamenta & requæſtæ ciuiles in ſe 8
annexum continent, quod pars aduerſa ſimiliter Requæſtas & reſtitutiones ſibi impetrare poterit.

A N-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. LII.

a. *REqueſtam ciuilem.*) Hanc Franci vulgo *literas ciuiles* nominant; nã quod ius reſcriptũ vocat, vulgus Franciæ *literas regias* appellat quarũ quædam ciuiles dicuntur & rationabiles, *arg. leg. ſi cui. 9. 12 verb. (ciuili tamen modo. ff. de ſeruit.* quædam verò literæ inciuiles & irrationabiles, vt voluit etiam Euerard. *conſ.* 205. *num* 2 *in fin.* & *n.* 4 licet igitur huiuſmodi literæ aduerſus rem iudicã, arreſta, aut ſimilia impetratæ videantur prima facie inciuiles, tamen quia cauſæ quædam mouere poſſent Principem ad concedendum eas, iuxta ſupplicationem partis æquam, ciuilem, rationique conſonam, Franci vocant (ceu in potiori ſignificatu) *literas ciuiles*, vt voluit Rebuff. *ad conſt. reg. tom.* 1 *in præfat. tract. de liter. ciuil. num.* 2. & *artic. vn. gloſſ.* 2. *numer.* 2. *hic* verò apud nos à ſupplicatione ipſa vocantur *requeſta ciuilis*.

b. *Differunt.*) Varias differentias inter literas ciuiles & reſtitutionem, tradit apud Francos Rebuff. *d. tract. de lit. ciuil. art. vn. gl. nu.* 4. *cum ſeqq.*

c. *Veritati innitatur.*) Sic clauſulæ, Si ita eſſe conſtiterit, vim eam eſſe; vt citra cauſæ cognitionem agi quidquam non debeat, etiam ſi executori negotium demandetur, poſt *gl. in clement.* 1. *in fin. gl. magne. de offic. deleg.* Dec. *in c. cauſam quæ. nu.* (mihi) 9. *de reſcr.* & *in c. conſultationibus numer.* (mihi) 12. *cum apoſtill. de offic. deleg.* & *in conſ.* 198. *nu.* 7. *verſus fin. verſ. accedit etiam.* & Iaſ. *in l. ſi qui Roma.* 122. §. *Augerius ſub num.* 2. *cum ſeq.* vbi & Socin. *ſub num.* 6 *de verb. oblig.* aliosque Crauett. 592. *num.* 10. & 38. vbi ſub *num.* ● *cum ſeq.* quid operetur conditio gemina quæ reſcriptis eiuſmodi ineſt, vna expreſſa ſi conſtiterit, altera generalis ſub audita, ſi preces veritate nituntur, quam reſcriptum quodcunque admittat iuxta *l.* & *cum. ff. ad l. Iul. de vi publ.* vt ibidem *num* extenſius.

d. *Omnino releuatur.*) Diſponitur hac de re *art.* 474. *ordinat.* curiæ Brabant. vbi huiuſmodi differentia iterum releuamentum, quod nos, lingua vernacula, præciſum appellamus, *requeſtã ciuilem*, non obſcure indicatur.

e *In conſcientia principem facere.*) Clauſula huiuſmodi habetur apud Francos in literis ciuilibus eorũ vernaculis, quarum formam dictari ſolitam retulit Rebuff. *d. tractat. de lit. ciuil. art. vn. gloſſ.* 2. *num.* 4. vbi *num* 14. ad fin. eleganter eandem clauſulam declarat; & & vt in poſſit indicare in conſcientia, ſi nimirum, iure regatur, *iuxta cap.* 1. *de offic. ordin.* De qua conſcientiæ materia dixi remiſſiue ad Damhoud. *in loc. com. par. tit. Forum.* Et nunc addo Marſil. *conſ.* 15 *ſub nu* 17. *conſ.* 10 *nu.* 55. & *conſ.* 42 *nu.* 4. vbi habentem poteſtatem diſponendi ſecundum conſcientiam, non propriam, ſed publicam ſequi debere &c idemque Marſ. in *prax. crim.* §. *d. l. gen. ter num.* 25 & *ſeqq* Alex. *conſ.* 118. *pr. ſer.ím nu.* 5. *li.* 2 Iaſ. *in l. ſi p. ſt diuiſionem præſertim, num.* 11. *C. de iur.* & *fa. t ign.* Oſaſc. *dec.* 79 *num.* 46. & *ſeqq.*

a. Quàm miſerabil) Afflict. dec. 257 tota. Rebuff ad conſtit reg. tom. 1. tract. de ſent prouiſ. art 3. gloſſ. vlt. num. 20. Oldendorp. de iur. ſingular verſus fin. cap. de priuil. miſer. perſ. Couarr. pract quæſt. cap. 6. num. 1 cum ſeq. & quæſt. 7 tota. Roland. conſ. 76 num. 35 cum ſeqq. libr. 1. & conſ 27. toto, libr 2. Gail libr. 1. obſeru. 1 num. 40. cum ſeqq. Kirch. com. opin. cent. 8. concl. 28 verb. viduis & pupillis, Menoch. de arb. tr. iud. cent. 1. caſu 66. num. 5. in fin. cum ſeqq. Teſſaur. dec. 177. num. 1. & ſeqq cum apoſt. Viu dec 65. num. 1. cum ſeqq. & dec. 459. num. 11. cum ſeqq & dec. 521 num. 1. cum ſeqq. Leonin. conſ. 33 toto, Fab. C lib. 3. tit. 13 definit 1 tota. Muſcat. latè prax. ciuil. part. 2. numer 69 cum ſeqq. in gloſſ. verb competentes & apud nos, in alijs Belgica prouincijs, copioſè Merul prax. Holl. libr 4. diſtinct. 2. tit. 1 cap. 8. toto, & diſtinct. 4. ſect. 3. titul. 4. cap. 3. num. 9.

b. Priuilegiatis.) De his dicemus abunde inferius cap. 124 num. 26.

c. Recuſauit ius) Marant. d part 4 diſtinct 11. num 11. Mynſ. cent. 1. obſer. 88. in princ. cent. 2. obſ. 24. num 3 & cent 5 obſ 22. num 1 cum ſeqq Gail lib. 1 obſ. 28 num. 1 cum ſeqq Merul prax. Holland lib. 4. diſtinct. 2. tit 1. cap. 26. num. 1

d. Plura.) Materiam iudicis incompetentiæ reaſſumit Muſcat. in d glo. competentes, n 52 cum ſeqq. tractat quoque eleganter Bellamer. in commentar. ad tit de for compet. lib. 6. quæ habentur poſt reſpōſa ſiue conſ. eius.

Capvt LIV.

De Citatione.

S V M M AE.

1 *Citatio quid ſit. & eius varia appellationes.*
2 *Citatio eſt omnium iudiciorum primus introitus.*

3, 4, 5 *Citatio fundata eſt in Iure*
- *Diuino*
- *Naturali, vel humano.*
- *Canonico.*

6 *Citatio eſt triplex*
- *Verbalis quæ fit*
  - *Viua voce Iudicis.*
  - *Per Notarium, vel Tabellionem.*
  - *Per nunciat o .em partis.*
  - *Per edicta publica.*
  - *Per nuncium verbaliter.*
- 7 *Literalis, in qua requiruntur mul a.*
- 8 *Realis, vel violenta.*

9 *Citari realiter nemo poteſt in materia ciuili & pecuniaria, niſi, &c.*
10 *Magiſtratus citationem mandant verbis. Sed Princeps ſcriptis.*

OMnis proceſſuum inſtitutio fere ab ipſa Ci-
1 tatione exordium ſumit. Eſt itaque Cita-
tio (*a*) ad Iudicis conſpectum iuridica voca-
tio. Cuius quidem plura ſunt nomina, idem
tamen importantia, (*b*) ſcilicet, Citatio, (*c*) in ius
vocatio, (*d*) monitio, edictum, denunciatio, con-
uentio & (quod in vulgari dicimus) adiornamen-
tum, quorum meminerunt Ioan. Fab. *in* §. *Fi-
nali. inſtit. de pœna temer. litigant.* Doct. *in ca.
Quoniam contra falſam, extra. de probat, in c.
Finali de electio. lib.* 6. Iaſon. *in leg. Prima,
ff. de in ius vocand.* Felin. *in cap. Cum oporteat. de
accuſat.*

Eſt autem citatio fundamentum & principium
2 ordinis iudiciarij, vel (vt volunt alij) Citatio eſt
caput; atque ſubſtantiale (*e*) ordinum iudiciorum
litium, ſiue proceſſuum, vt notatur per *gloſ. in
rub ff. de in ius vocand. & l. Prima. C eod. tit & d.*
§. *Finali, inſtit de pœn. temer. litigant.* Huic
conſentit quod omne iudicium ab ea parte, quę
eſt de in ius vocando, ſumit exordium (*f*) leg.
Prolatam, & ibi ſcribent, C *de ſentent & inter-
locut. omnium iudicum.* Ideoque ipſa citatio per
omnia iura ad primum limen iudiciorum in-
troducta eſt. Primò iure diuino & natura-
li, (*g*)

Deus enim (vti ſuprà diximus) Adam pri- 3
mum noſtrum parentem citauit, hoc eſt, ad ſe
vocauit, nempe de mandati tranſgreſſione cum
eo expoſtulaturus, & pro facto nefario pœnam
irrogaturus, vt patet ex libr. Geneſis, *Capit.*
3. *& eſt textus in cap. Deus omnipotens, 2 queſt.*
1. *& firmat,* Bartol. *in Extrauaganti, Ad repri-
mendum in verb. ſine figura, in 2. colum* Ioan.
de Imol. *in Clementi, Sepe in 42. colum. de ver-
bor ſignificat. & in Clement. Paſtoralis de ſenten. &
re iudica.*

Secundo iure naturali & humano eſt citatio
ad iudicij ordinem neceſſaria, adeo vt ipſius 4
omiſſio, iudicium omne reddat nullum, (*h*) iuxta
notata *in l. de vnoquoque. ff. de re iudica.* Nam
parte non vocata & inaudita; (*i*) nihil legitime
ſtatui poteſt, *cap. Primo, extrau. de cauſ. poſſ. &
proprietatis.* Quocirca ne per Principem (*k*) qui-
dem, quantumuis potentem citatio omitti po-
teſt, adeò vt ex certa ſcientia, & de plenitu-
dine poteſtatis nec poſſit, nec debeat procede-
re ad vllam ſententiam, ſine citatione partis,
vt eſt text. *in d. Clementi, Paſtoralis,* §. *Cæ-
terum, de re iudica.* Vbi ſummus Pontifex idem
expreſsè declarat, quod Princeps non poteſt ex
certa ſcientia, citationis defectum ſupplere,
imò

imò ne quidem contra ſuum ſubditum, quia hoc eſſet in iudicio tollere defenſionem ſui, quæ tamen eſt de iure naturali, vt in iudicio alteram aurem accuſatoribus, alteram defenſoribus relinquamus. Ita adſtruunt & tenent D. Cardin. Florent. *in cap. primo, de cauſſ. poſſ. & propriet.* & D. Abb *in cap. Cum olim, de re iudica* & notabiliter Areti. *in Conſil. CLXIIII. incip.* Sicit Ioannes dicit in Apocalypſi, *in XIII. col. in in fine, & ſequenti.* Quemadmodum & etiam memini, in vltima editione Patrocinij pupillorum, *tit. de tutor. & curat muneré, ca 88 n. 66. & 37. fol. 37.*

5 Tertiò, iure canonico, *cap inter quatuor, extra. de maior. & obedient.* Quarto iure ciuili, (*l*) *l. Arrianus Seuerus, ff. de iure fiſci.* Sed hic ſciendum eſt, quod Citatio eſt triplex, ſcilicet, verbalis, (*m*) quæ fit viua voce. Literalis, quæ fit literis, ſcripto vel inſtrumentis. Et violentia ſiue realis, quæ fit iniectione manus ſiue apprehenſione, ſeu captura.

6 Prima verbalis fit aut viua voce per Iudicem, & quando iudex proprio ore citat. Hæc eſt valida, efficax, & compellens, (*n*) ſi modo legitimè fiat, & partibus aſſignetur certus terminus comparendi & procedendi, *l. Ceſſante, C. quemodo & quando Iudex.* Vel fit per notarium (*o*) ſiue tabellionem, *arg. 23. qu. 4. cap. Circunc llones. ibi. ſed illorum notariis, id eſt, officiariis.* Sic per notarios plerunque citant auditores palatij Papæ. Nam ſi Iudex poteſt citare per nuncium vel præconem, vt iam iam dicemus, multò magis per notarium. Vel fit per partem, vt ſæpe faciunt Iudices, actori vel reo dicentes: Dic aduerſario tuo, vt compareat tali hora, & fac vt tu quoque ſimiliter compareas eadem hora. Sed hic citandi modus potius ad factum quàm ad ius referendus eſt, quia pars ſic citata non tenetur (*p*) credere ſuo aduerſario. Vel fit per publica edicta Sic minores ordinarij, & delegati à Principe (*q*) in minoribus cauſis citant per edicta, quod tamen non eſt in vſu. Vide Specul. *de citatione.* Vel citant per nuncium, (*r*) vt *cap Pastoralem ... ſſon t. extra de offic. & p testa. iu ic. del g at. c. Cum Pa ati, extra. de appell. t. & l mag s, §. Illud etiam quæri poteſt, ff de reb. eorum*

Secunda literalis, ſcilicet, Cum quis à Iudice per literas (*ſ*) citatorias in ius reſponſurus vocatur, & per hanc citationem maximè apparet, & clarè demonſtratur, quod omnia legitimè peraguntur, & in iudicio conſtituta ſint, ſi quis eam citationem negare, vel in dubium reuocare. Debet autem literalis citatio cuiuſlibet iudicis, ſiue ſit ordinarij, ſiue delegati, (*t*) ſiue auditorum, continere (*v*) nomen Iudicis, qui citat, & nomen & cognomen eius qui citatur, & cauſam ſuper qua citatur, item locum (*x*) ad quem, & diem ad quem citatur, & per quam ad cuius inſtantiam citat, & vt vel per ſe, vel per legitimum, (*z*) idoneum, atque ad cauſam ſufficienter inſtructum, procuratorem compareat. Vidé Specul. 7

Tertia citatio violenta ſiue realis dicitur, quæ fit per perſonæ detentionem, captionem, aut arreſtationem, teſte Bart. *in vulga. l. Plerique cum l. ſeq. ff. de in ius vocand.* Et cum quis in perſona propria ad iudicium inuitè ducitur. De qua vide Ioan. Andr, *in c. Romana, §. contrahent. t. s, de fo. compet en. libr 6.* 8

Sed hic in citatione reali notandum eſt, neminem notariorum aut officiariorum poſſe ſic citare realiter in materia ciuili & pecuniaria, ſine mandato verbali aut literali Iudicis, (*a*) & ſine requiſitione & inſtantia Partis, vt in Autentico, *de mandat. princip. colla. 3. §. eo non permittente, & in l. Ad peremptorium, ff. de iudic.* 9

Ad has trinas citandi formas omnes Iudices, Balliui, & quinque officiarij Prætorij Flandriæ ferè in vſu habent, vt tantum verbaliter citandi conſenſum præbeant. Sed in Principum concilijs, datur & conceditur licentia citandi ſcripto, aut per literas, (*b*) ſiue literaliter, quam ipſi appellant commiſſionem, aut curiæ introitum. 10

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. LIV.

a. *Cit tit.*) Aliter prius definit Socin *fini ad rubr. de dilat. tract. de citat. art.* 1. Paulo etiam aliter. Rebuff. *ad l conſti. ut reg. tom. 3. tract. de citat. in pr. ſtat. num.* 20 *cum ſeqq.* & nouiſſ. Merul. vernaculè *in prax. Holl. lib. 4. diſtinc* 4. *ſect.* 1. *tit.* 4. *cap.* 2.

b. *Importantia*) Muſcat. *remiſſiue prax. ciuil. part.* 2 *gl. ſſ verb intimatio, num.* 1. & poſt Chaſſen (à quo mutuatus hæc noſter videtur) *ad conſuet. Burgund. tit.* 1. § 6. *num.* 89. Rebuff *d. tract. de citat. in præfat num.* 4. *cum ſeqq.* ſingulorum tamen tanquam diuerſorum, proprias ſignificationes ſubijciendo.

c. *Citatio*) Citandi vocabulo non illam tantum euocationem ſignificari, quæ voce vel in iudicio vel extra iudicium in id fiat, vt aut ſiſtat quis in iudicio, aut alio quouis loco adſit, quidue aliud agat, verum & eam quoque quoque quæ ſcriptura celebretur, quaſi citare nihil aliud quam euocare ſit commonſtrat è promiſcuæ eruditionis auctoribus, late Rob. Auril *ſentent iur. lib.* 3. *cap.* 7. licet aliud docuerit Duaren. *diſputat. ann. verſat libr.* 1. *cap.* 7. cuius traditionem non vſquequaque obſeruari ſcribit etiam Coſtal. *ad leg* 1. *poſt princ. Digeſtis de in ius vocand.*

d. *In ius vocatio.*) Quid ſit, & quis vetus in ius vocandi mos Duaren. *d. lib.* 1. *diſput. c.* 1. Aurel. ex acte *d. lib* 3 *ſent. cap.* 1. & nouiſſ. Buſi. *ad d. l* 1. *n.* 1. *& ſeqq. ff de in ius voc.*

e. *Atque ſubſtantiale.*) Marant *de ordin. iud part.* 6. *tit de citat. num.* 1. *& tit. de libell oblat num.* 17. Berber *in viator. iur. pact* 4 *rub.* 1. *ſub num.* 10. *cum ſeqq.* Franc. Marc *dec.* 659 *num* 10. *Rebuff. in dict. præfat num.* 2. *&* 119. Sichard, declarando, *ad rubr. C. de litiſcont. ſub num* 1. Villal extendendo & reſtringendo, *in com. op n lit C num.* 37 *cum ſeqq.* Soar. *recept. ſent lit C num.* 52. *cum ſeq* Roland late *conſ.* 53. *num.* 20 *cum ſeqq. lib* 4. Valaſc. *de iſ.* 81. *ſub num.* 1. *num* 2. *&* 6 Muſcat prax. ciuil. *part.* 2 *glo. verb. intimatio. ſub num.* 7. *Gail. lib.* 1 *obſ.* 48 *num.* 1. *& obſ.* 74. *num.* 1. vbi quod ſit fundamentum; Marſil. late, *in l. de vnoquoque num.* 39. *ff. de re iud* Roland *conſ* 68. *num* 16 *lib.* 2. *& conſ* 53 *num* 16. *lib.* 4 Blarer. *in repetit l diffamari cap.* 6. *num.* 1. *ff. de ing manumiſſ.* Merul. *prax Holl. d. lib.* 4. *diſt.* 4 *ſect.* 1. *tit* 4 *cap.* 1. *n* 1

f *Exordium.*) Oldrad. *conſ.* 227 *ſub num.* 2. Alcia. *diſ unct lib.* 2. *cap.* 24 *verſus fin.* Aſin. *ad ſtatutum flore. ſ. de mod proced.* § 5 *c.* 4. *n.* 2. poſt Dec. *nu.* 1. *&* alios *in princ. ad rubr. C. de in ius voc.* qua de re copioſe infra *ca.* 120. *ad verb. omiſſa fuerit verſus fin.* Sed neque ex reſcripto Impe. neque ex interlocutione iudicis poſſeſſorem non citatum debere ſua poſſeſſione priuari, Natt. *conſ* 653 *nu.* 2. *ſe. tex in l. vlt C. ſi per vim vel alio mod. l. ſi deſerta C. ſi pro p. public penſit.* ibidemque Bald. ampliantem etiam, quod eſſet iniuſtus poſſeſſor, eundemque Bald. *conſ.* 104. *num* 2 *lib* 5. Alex *conſ.* 52 *ſub. num.* 4. *lib.* 7. late hæc tractantes, vt & Oldr. *d. conſ.* 227.

g. *Et naturali.*) Socin. *ad l iuſte* 11. *num.* 4. *ff. de acqu r poſſeſſ. & conſ.* 12. *num* 7. *lib* 1 Berber. *d par.* 4 *rubric* 1. *num* 10. Vant. *de null pro eſſ. tit. de null. ſent. ex defect. citat. num.* 2 *in fin. & num.* 6. *cum ſeqq.* Tiraq *in comment. res int.* alios *act. in l. ſi vnq* 7. *verſ.* quoque probatur. Roland. *d conſ.* 53. *num.* 18. *cum ſeq l b* 4 Gramm *conſ.* 71. *ſub num.* 8 *in crimin.* Aſin. *ad d. ſtatut. flor part.* 1 § 6. *cap* 9. *num* 2. Diximus & ſupra *tit.* 20. *ad verb. citationis.*

h *Nullum.*) Bald *conſ.* 21. *lib.* 5. *& conſ.* 214. *ad fin. lib.* 4 Socin. laté, *d. conſ.* 12 *num.* 4. *in fin. cum ſeqq. l b* 1. Rebuff. *d tract. de citat. in præfat ſub nu.* 2 Roland. *conſ.* 39. *præſertim num.* 14 *lib.* 1. *conſ* 68. *num* 14. *&* 18. *& conſ.* 94 *num.* 6. *cum ſeqq. libr.* 2. Mynſing. *conſ.* 47 *num.* 7. Aſin declarando *ad dict. ſtatut. flor. part.* 1. § 6 *cap* 11. *num* 11. *cum ſeq.* Gail *lib* 1. *obſer.* 48 *num.* 1. *in fin cum ſeq.* Menoch. *conſ.* 2. *nu.* 323 *cum ſeq. & conſ* 746 *num* 27. VVameſ. laté *conſ.* 89. *num.* 1. Gabriel *tit. de citat. lib.* 2. *concluſ.* 1. *ampliando* 111. *&* limitando 130. *m. dis* Dicam quoque inferius *c* 219. *ad verb. vocata.*

i. *Inaudita.*) Tex eſt *in l.* 1. *ff. de requir. reis*, Bald. *conſ* 444. *ſub. num* 1, *lib* 3. Burſ. *conſ.* 345. *ſub num.* 47. Gail. *de pac. publ l. b.* 1. *cap.* 5 *num.* 2. *cum ſeqq.* Eſtque pulchrum Senecæ elogium qui ſtatuerit aliquid parte inaudita altera, æquum licet ſtatuerit haud æquus fuit.

k *Principem*) Bald. *conſ* 48. *nu* 5. *li.* 3. Alex *conſ.* 11. *num.* 1. *cum. ſeqq lib.* 7 Boër. *ex com. dec* 247. *nu.* 5. *cum ſeq.* Cranet. *conſ.* 592. *num.* 5. *&* 13. Tiraq. limitando in comment res int alios *act. in* 7. *princ. limit*, Burſ *conſ.* 345. *num* 46. Aſin. diſtinguendo *d.* § 6. *cap.* 13 *num.* 1. *cum ſeqq. &* 7. *cap* 5 *limitat.* 35 *cum ſeq.* Gail *lib* 1 *obſer.* 75. *num.* 8 *cum ſeq.* VVameſ. 88 *nu.* 6. Menoch. declarando, *conſ.* 100. *num.* 97. *cum ſeqq. &* de arbitr. iud libr. 1. *q.* 17 *num.* 6. Coſtal. *ad l* 1 *ad fin. de in ius voc.* Merul. *d. ſect.* 1 *tit.* 4. *cap* 1 *num* 4. late Vant. *d tit. de null. ſent. ex defect. citat. nu.* 9. vbi ex com. idem in Papa atque

atque Imp. Rebuff. extendendo & limitando in d. præfat. num. 18. cum ſeqq. Bened idem in citato ad locum notoriæ non tutum aſſerens, in rep. cap. Raynutius ā l verb mortuo itaque teſtatore. 1. ſub nu. 157. de teſtam. Gabriel. itidem extendendo & limitando, d concl. 1. num. 9. cum ſeqq. & lib. 6. c n. l. 1. num. 12 cum ſeqq. tit. de clauſ. Burſa. d con 345 ſub num 45. VVamel. conſ. 89. num. 1. in fin Leonin. limitando, conſ 60. num. 17.

l. Ciuili.) Quoad modum & formam citationis, Rebuff in d præfat. num. 26 cum ſeq. Quia omnis actus fori eſt de iure ciuili ſecũdum Bald conſ. 119. num. 4 lib 5. Hinc præclare Menoch d. conſ. 100 n. 99. in fin. cum ſeq. deducit non poſſe principem abſolutè auferre citationem ſeu defenſionem; quoniam iuris naturalis prima principia reſpiciat: poſſe tamen auferre hunc vel illum modum citationis cum ſolum determinationem, quæ iuris poſitiui eſt reſpiciat: allegat Oldrad conſ 43. nu. 1. in fin. Hinc etiam docens, poſſe ſtatutum dare certum citationis modum; idemque conſ. 366. num 18. vbi n. 19. in citatione duo conſiderari, effectum & modum: effectum ne quidem à principe ſupremo tolli poſſe, modum verò poſſe: cum ſufficiat ſupereſſe defenſionem, atque ita effectum. De quo nos pluribus infrà cap. 59. ad verb. conſuetudinem.

m. Verbalis.) Marant. de ordin iud part. 6. memb. 1. num 63. Et quod ſine ſcriptura citari poſſit Aſin. d. §. 6. cap. 7. num 1 Mynſing. c n ur. 3. obſeru. . nu. 8. De hac ſubdiuidendo in priuatam & publicã, latiùs agit Merul. d. lib. 4 diſt 4 ſ ct. . 4 c. 3 n. 1. 2. & 3.

n. Et compellens.) Habetque vim peremptorij, Coſtal. in l. ad peremptorium n. 68 ſub init ff. de iud. ibidẽque Bart. ſub num. 2. & in vera contumacia citatum conſtituit, vt appellare non poſſit, Dec. poſt alios, in cap. quoniam abbas, num. (mihi) 10. & in cap. conſuluit num 12. & 75. cum ſeqq. vbi apoſt. de offic. deleg in cap. in nomine Domini, num. 8. de teſt & in cap. perſonas, num. 37. cum ſeqq. de appel. Marant d. part. 6. mem. 1. num. 48 cum ſeq. & ſub num 72 Rebuff declarando, d. præfat. num. 52. cum ſeqq. idemque eod. tom. 3. tract. de contum. & defect art. 10. ſub num. 2.

o. Per notarium.) Marant. d. part. 6 memb. 1 n 47. Reb. in d. præf. num. 70. cum ſeqq. vbi poſſe eundem relationẽ ſcribere, eique credi; Gail. ex ordinatione Cameræ Imp. differentiam inter relationẽ nuncij, & notarij oſtendens, li. 1. obſ. 54. num. 5. in fin. cũ ſeq. Licèt executionem citationis per notarium factam, debere habere teſtes; quod notario nõ credatur, niſi de actu coram teſtibus geſto, definiat Card. Put. ex SC dec. 5. n 1. cum ſeq. lib. 3. Item dec. 86. nu. 1 cum ſeq. li. 1. ex SC. citationem commiſſam cuicũque clerico, tabellioni, notario, poſſe exequi per ſolum clericũ, tametſi tabellio nõ ſit; quod ſentit & Reb. ſub d. n. 71. aliud in curijs ſecularibus docens.

p. Non tenetur.) Si non probaret hoc pars literis, vel aliter legitimè Marant d. part 6. memb. 1. ſub nu. 44. & poſt alios quoque Peck. de iur ſiſtend c (mihi) 15. n. 2. Reb. in d. præf. n. 86. & 77. cũ ſeqq. vbi tribus in caſibus citationem fieri per partem.

q. Delegati à principe.) Rebuff declarando, in cõcordat Franc. tit. de conſtitut, ad verb edictum, verſus. fin. verſ. item citatio. Non autem inferiores, Marant. (caſus 13 in quibus neceſſaria eſt per edictum citatio recenſens) in d. part. 6. memb. 1. num. 39. ad fin. & ſub n 81. cum ſeqq. Roland conſ 68. nu 10. lib. 2. & poſt Socin. in d. tract. de citat. art. 4 princ n. 11. (& ſpecialiter hanc citationem tractando) art 23 n. 2. Menoch conſ. 100 n 96. Buſ. (idem in eo cui mãdata iuriſdictio eſt, perinde vt in mandãte eam dodens) ad d. l. id peremptorium, 68. nu. 2. cum ſ q. ff. de iud Gail (idem aſſerens ſi hoc delegatis conſuetudo admitteret) lib. 1. obſer. 57 n. 13. in fin. cum ſeq. Reb. in d. præf. n 93. cum ſeq. vbi itidem, quis ita poſſit citari, quãdo & qualiter, quis ſit effectus, vbi & quãto tempore edicta affigantur; id quod tamen arbitrarium, cum iure definitum non ſit, aſſerit & Men. de arb. iud. lib. 2. cent. 5 caſ. 463 n 3. Reliqua dicemus inferiùs cap. 57. ad verb edicto.

r. Per nuncium.) Marant. d part. 6. memb 1. n. 42. cũ ſeq. Gail d. obſ 54. n 5. in fin. cum ſeq Reb. latiſſ. declarando, in d. præf n. 65. cum ſe[illegible]

ſ. Literas.) Marant. d. memb 1. n. 73. Reb in d. præfat. n 61. cum ſeqq. Aſin ad d. ſtatut. Flor. §. 7. c. 3. n. 6. vbi c. 4. n. 1 3. & 4. quomodo per literas citatio fiat, diſtinguendo & declarando latiùs, poſt Socin. ſen. d. tract. de citat art. 24.

t. Delegati.) Per literas citare, delegatum, Maran. d. part. 6. memb. 1. n. 75. Reb. in d. præfat. n. 63. Et citatum coram eo, perinde vt coram ordinario, teneri in dubio comparere, & allegare incompetentiã; quũ & delegatus poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, Gail. lib 1. obſer. 43. n. 18. Socin ſen. poſt alios in l. ij. n. 3 ff ſi quis in ius voc. non ier. vbi n. 4 hoc tamen differre, quòd vt delegatus arctet citatum, mittatur in libello citationis copia reſcripti delegatorij, id quod aſſerit & Guid dec. 286. in fin. dec 445. n. 2. & dec 450. n. 2 Angel. conſ. 8. ſub n 2. Burſat ex com conſ. 309. ſub n. 5. & nouiſſ. Buſ. è praxi, ad l. 1. n. 7. ff. de in ius voc. & ſufficere ſi delegationis tenor citationi inſeratur, Marant. d part. 4. diſt. 5 n. 55. & d. part. 6. memb. 1. n. 75. Vallal. in com opin. lit. D ſub n. 13. Aſin ad d ſtatu. Flor. part. 1 §. 5. c 2 nu 3. Rol. conſ. 39. n 23. lib. 1 Gail ex com. limitãdo d. obſ. 48. n. 17 19. & ſeqq Achill. de Graſſ. ex com. muniori dec. 140. & poſt Crau. conſ. 266. n. 5. in fin. & conſ. 319. n. 21. verſus fin verſic. 6 reſpondeo aliosque Men. extendẽdo, conſ. 100 n. 71. cum ſeq. Mynſing. ex cõmuniore & SC. cẽturia, 3. obſer 1. vbi n. 5 cum ſeqq. quod nonnulli requirunt originalis exhibitionem, vti & per Burſ. d. conſ. 309 ſub n 5. obtinere in procedendo, vt cõparens corã delegato, exigat originale; vt plenã fidẽ habeat de iuriſdictione delegati priuſquam reſpondeat, ex ſententia Archidiacon. in cap. ſi epiſcopus verſ præterea a lde, 3. q. 2. quã communiter probari & ſequutos quandoque aſſeſſores

Digitized by Google

Cameræ Imp. aſſerit, quanquam veriorem & receptam magis ſententiam illam; delegatum in dignitate poſitum, procedere poſſe in cauſa, nulla fide facta ſuæ delegationis maximè cum vir eſt probatę vitæ; reſpondeat Menoch. *d. conſ.* 100 *num.* 77. *cum ſeqq. poſt glo. in c.* nobiliſſimus. vbi Archidiac in fin. 97. *diſt. & in c. cum olim* 1 *de priu.* Roman. *conſ* 59. *n.* 6. Alex. *conſ* 106 *n* 19. *lib.* 2. Alciat *tract præſump. lib.* 3. *reg.* 1. *præſ.* 48 *n* 1 *verſ. vnde etiam propter, & cõſ.* 479. *ſub n.* 50. qui loquātur in diuerſis terminis.

v. *Continere*) Socin *d tract. de citat. art. princ* 20. *quæſt* 9. *nu.* 14 Rebuff. *d art.* 3. *gl. vnic in fin.* Boër. *dec.* 235. *ſub num.* 1. Aſin. *d.* §. 7. *cap.* 4. *num.* 2. Buſ. *ad d l.* 1. *num.* 6. *ff. de in ius voc.* late Marant. *d. memb.* 1. *ſub num* 63. *cum ſeqq.* addens vltra huiuſmodi ſex requiſita, & ſeptimum quando citatio eſt in ſcriptis, vt addatur verbum peremptoriè. De quibus itidem exactiſſ. explicando Gail. *lib.* 1. *obſ* 48. *nu.* 5. *cum. obſer.* 5. *ſeqq.*

x. *Locum*) Idque in delegato, non etiam in ordinario, Marant. *d. memb.* 1. *num.* 64. & poſt Alex. *conſ* 71. *num.* 5. *lib* 6. Menoch. *d. conſ.* 100. *num.* 178. Gail. *lib* 1. *obſ.* 52 *n* 12. *cum ſeq. tobi. num.* 1. Alioqui delegati citationem nullam; Natt. *conſ* 18. *num* 1 *vbi num.* 2. nec valere alternatiuè ad hunc vel illum locum; licet purgetur comparitione partis. Scribit tamen Menoch. *d. conſ.* 100. *num* 179. quod quando nota eſt domus iudicis citantis, neceſſe non eſſe addi in citatione locum comparendi, allegat Vant *de nullit proceſſ tit. d. null. ſent. ex defect. citat. num.* 61. *ad fin.* & latius *num* 64. quamuis ille hoc in delegato non aſſeueret, ſed latius de his Socin. *d. tract. de citat. art. princ.* 18. *quæſt.* 8. *nu.* 13. *cum ſeq.* Gail *d. obſ.* 52.

a. *Induci.*) Marant. limitando *d. part.* 6. *membr.* 1. *num.* 61 *cum ſeq.* vbi ſimul ex *num.* 58 de reali citatione latius; vt & apud Rebuff. *in d. præfat. nu.* 81. *cum ſeqq.* & Merul. *d ſect.* 1. *tit.* 4. *ca.* 3. *n.* 4. & extenſe magis ex *inſtruct. cur. Holl. art.* 92. *in princ. eodem tit.* 4. *cap.* 9 *num.* 1. *& ſeqq* Dixi etiam ſuperius *ca.* 27. *ſub num.* 12. *ad verb. citet.* & copioſius infra *cap.* 64. Eſtque in eam rem apud nos *artic.* 394 *ordinat. cur. Brabant.*

b. *Per literas.*) De ſubſtantia tamen citationis ſcripturam non requiri niſi in illuſtribus (vt in Paribus Franciæ) aliiſque quibuſdam à iure exceptis, Rebuff. *poſt alios ad conſtit. reg. tom* 2. *tra. de citat. in præfat. ſub num.* 63 *& num.* 54. *cum ſeqq. de inſtit. de action* Marant. *de ord. iud. part.* 6. *memb.* 1. *num.* 74. *cum. ſeqq.* dicens arbitrarium citare viua voce, vel in ſcriptis, deſcribendum tamen in actis, vt ex iis appareat, enumerando caſus 7. in quibus de neceſſitatè ſcriptura requiratur cumque recitat totidem fere verbis, Aſin. *ad ſtatut. Florent. de mod. proced part.* 1. §. 6. *cap* 7. *ſub num.* 1. *cum ſeqq.* & hac de re etiam §. 7. *cap.* 3. *num.* 7.

CAPVT LV.

De Commiſsione, ſiue de Citatione Literali.

SVMMAE.

1 *Commiſsiones dantur iuxta ſupplicationem exhibitam.*

2 *Citandi commiſsio traditur, vel per* { *Apoſtillam ſimplicem,* *vel* *Commiſsionem plenam.* }

3 *Per ſolam Apoſtillam qui citentur.*

4 *In commiſsionibus* { *Senatuum Flandriæ, præmittitur mãdatum Senatorum.* *Principis* *&* *Parlamenti Mechli.* } *præmittitur mandatum Principis.*

5 *Commiſsionum differentia, limitatur pro iuriſdictionum varietate.*

6 *Commiſsionibus inſerenda eſt cauſa citationis.*

7 *Commiſsiones Iudicum, diſponuntur iuxta narrationem ſupplicationis.*

8 *Citatio quando fit ſine mandato.*

9 *Citatio quando fit ex mandato Iudicis.*

10 *Mandatum citandi* { *Simplex, minatorium ſolum eſt,* *&* *Pœnale, valet, & pœnæ eſt obnoxium.* }

11 *Clauſis literis ad comparendum vocare, admonere potius eſt, quàm citare.*

Proximo

PRoximo capite diximus de citatione literali, quæ per literas ex mandato Iudicis committitur. Ideoque & eaſdem literas non impropriè etiam Commiſſiones appellamus, & commiſſionem expedire, vel Commiſſionem ſuam peragere dicimus, cum hæc de ipſis literis intelligamus.

1 Huiuſmodi itaque Commiſſio expeditur à curia ſuper libello ſupplice per ſupplicantem exhibito.

2 Onus autem ſiue mandatum (*a*) citandi per huiuſmodi literas commiſſorias conceditur, & traditur, nonnunquam per ſimplicem apoſtillam, hoc eſt, per annotationem ſiue adiudicationem marginalem, petitioni annuendo in literis ſupplicantis, quia ſupplicantis petitioni annuitur, & nonnunquā per plenam commiſſionem ſuper ſupplicantis requeſta conceſſam, & exhibitam.

3 Per apoſtillam, ſiue aſcriptionem marginalem, citantur (*b*) ſuppoſiti cameræ procuratores partium, & etiam omnes illi, qui eandem ciuitatem (vbi curia eſt) inhabitant, in ea reſident, aut tunc adſunt. In Flandria commiſſiones particularium (*c*) magiſtratuum, & etiam Concilij Gandenſis expediuntur nomine conſiliariorum.

4 At in commiſſionibus Principum & magni conſilij Mechlinienſis omnes Commiſſiones expediuntur, ſub nomine Principis, (*d*) & ſolus Princeps in eis loquens & mandans præmittitur. Concilium Gandenſe, & Concilium Mechlinienſe, cum priuato Concilio Principis, ſingula ſuas expediunt commiſſiones, ſed differen-
5 ter, * ſingula pro ſua vniuſcuiuſque iuriſdictionis, ac poteſtatis limitatione, quam Princeps vnicuique pro ſuo arbitrio ex cauſa dedit & conceſſit.

6 Omnes Commiſſiones (*e*) (vulgò curiæ introitus) debent libellari, (*f*) hoc eſt, in eis debent inſeri & narrari caſus & cauſa (*g*) impetratæ Commiſſionis. Nam nemo ſine cauſa citari poteſt, adeò vt ſi in citatione non exprimatur cauſa, non inducitur litis pendentia, vt *in Clement. 2. vt lite pendent*.

7 Prouiſiones verò dantur per iudices diſpoſitiuè, hoc eſt, iuxta actionis naturam, & iuxta ſupplicantium narrationem, & libelli ſupplicis tenorem conceduntur, & regulantur. aliæ ad citationem ſine mandato, (*h*) aliæ ad citationem poſt mandatum, poſt oppoſitionem, aut poſt dilationem, aliæ ad probationem onerantur, comprehendentes in ſe mandata ſiue iuſſiones, vt progrediatur in negotio citationis (non obſtante oppoſitione aut appellatione) aliæ ad conſignationem) vulgò ad nantizationem) acceptam mandatum continent, captiuum relaxandi, arreſtum leuandi, cauſam contentioſam ſequeſtrandi, atque ita aliæ quæque commiſſiones aliter atque aliter diſponuntur, pro arbitrio iudicis.

Citatur autem aliquis omnino ſine vllo mandato aut iuſſione iudicis, ſcilicet, in omnibus 8
cauſis ſiue materiis vniuerſalibus rerum mobilium debitorum, aut vtenſilium, vt reſpondeat ad tales concluſiones & querelas, quales Pars actor contra ipſum inſtituet, & requiret, ſine litiſ-conteſtatione. Ita quoque fit etiam in materia leuium iniuriarum. Item in citatione partis ad videndum adiudicari profectum defectus, ſiue non comparitionis, aut ad videndum adiudicari literas executoriales, ad videndum interinare remiſſiones, aut alias literas gratiæ, ad videndum facere requæſtas ſiue ſupplices libellos in iudicio, ad comparendum, & ad teſtimonium ferendum, & item ad ſimilia, quæ tamen poſtrema fiunt mandato iudicis.

Citatur etiam aliquis ex mandato & iuſſione in 9
omnibus cauſis, vbi ipſemet citatus aliquid habet agere, & præſens adeſſe debet, ſicut vbi ipſe debet reparare, ſoluere, tradere pecuniam, & alia his ſimilia per ſemetipſum agere.

Simplicia mandata & iuſſiones ſine reſtrictione 10
ne ſunt duntaxat comminatoriæ. Nam eæ per ſolam oppoſitionem recedunt ac euaneſcunt. Sed mandata pœnalia, ſiue cum reſtrictione ad certam pœnam valida ſunt & efficacia, locumque tenent (nulla obſtante oppoſitione aut appellatione, ideoque non ſunt duntaxat comminatoria, ſed efficacia. Nam ea pœna per fiſcum proſequenda eſſet, in quantum mandatis contrauenire-tur.

Fit vt partes aliquādo à Iudice per literas clauſas 11
euocentur, ad comparendum certo tempore, & loco, ſed ea euocatio non eſt propriè dicenda citatio, ſed potius amica admonitio.

ANNO-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LV.

a. *Mandatum*) In omni citatione cuiuſcunque ſit generis, tria extrema conſiderari: vnum ex parte iudicis, vt de citando commiſſio. & duo ex parte nuncii, ipſa ſcilicet citatio, ſeu citationis executio, & relatio citationis factæ, vti poſt Felin. *in ca. grauem, nu. 5. de offic. deleg.* aliosque Mar. declarando, *dict. part. 6 m. mir. 1. nu. 51.* Roland. *conſ. 94. nu. 10. lib. 1.* Menoch. *lib. 2. præſum. pt. 23. n. 9.*

b. *Citantur*) Tunc enim intimationem (vt vocat) alicui factam, quod intra 10. dies reſponderet, cur fieri ſupplicata non deberent, habere vim citationis & inhibitionis, & ex inde cauſam cenſeri inchoatam Pegner. è praxi & *SC. deciſ. 171. tota.* Dicemus infra *cap. 59. ad fin.*

c. *Particularium.*) Tam ordinarium, ſuperiorem quam pedaneum, & delegatum poſſe per literas citare, poſt Socin. *tract. de citat. artic. princ. 24. n. 2. & in 5. quaſt. ſub num. 3* aliosque Aſin *ad d. ſtatut. Flor. §. 7. cap. 4. nu. 5* vbi idem quoque in aſſeſſore, ibidemque *num. 6.* omnes per literas citari, qui perſonaliter, & ad domum citari poſſunt; dummodo aliæ qualitates concurrant, per quas alioqui ita citari poſſunt. In quam ſententiam hic aſcribendū putaui quod pulchrè tradit Oldendorp. *in act. forēs progymnaſmat. in princ. in præfat. tit de offic. iud. verſ. ecce enim* ſi cui (inquiens) vis fiat palam in bonis, vel in poſſeſſione; puta, aduerſarius ſine frōte cedit ſiluam alicuius, colit agrum exercet vim armatam: poteſt tum iudex inuocatus mandare, inhibere, ſicut æquum videbitur, etiam non audito aduerſario: ita tamen vt addat huiuſmodi clauſulam; ſi te grauatum ſenſeris compareas tali die, reſponſurus poſtulatori &c. & tum ſi cōpareat reſoluitur mandatū in ſimplicē citationē, & paulò poſt, & cū hoc (ſubdit) pro qualitate negotij poſſit fieri (ſicut paulò ante admonuimus cœpit in quibuſdam locis adeo trahi in forū, vt vice citationū vtantur mādatis, & inhibitionibus etiam pœnalibus, inſerentes ſupplicationem poſtulatoris, & adiicientes clauſulam iuſtificatoriam, quorum alterum, videlicet quod intentio poſtulatoris inſeratur, optimam in iure rationem habet: alterum de mandato & inhibitione paſſim decernenda, non niſi certa cauſarum qualitate leges decernunt, & reliqua.

d. *Sub nomine Principis.*) Sic camerani Imp. nomine Imperatoris definire, & ſub eius titulo rectè imperatores definiiſſe intelligi, Zaſ. *conſ. 1. nu. 2. lib. 2.* & poſt eum Gilman. *dec. 5. n. 44. lib. 2* idemq; in Pariſ. parlamento, Io. Gall. *dec. 18.* ſed latius hac de re Oſaſc. *dec. 1. ſub 42.*

e. *Omnes commiſſiones.*) Hinc libellata dicitur citatio, quando continet id, ad quod actor agere intendit, vt definit Magon. Luc. *dec. 48. ſub num 11* ex ſententia Rebuff. latius declarantis, *conſtit. reg. tom. 1. tit. de lit. o. l. g. art 6 gloſſ 4 tota.*

f. *Libellari.*) Baro, variè Francos hoc iure vti decens, *ad inſtit. tit de action. commēt part. 2. verſ. quinimo l. r. gia* Reb. declarando & limitando, *d. tract. de citat. art. 2 gl. vni. num. 1. cum ſeqq.* vbi pulchrè *n. 12* non intelligendum hoc de illa libelli ſolemnitate de qua doct. *in l. 1. ff de edend. & in cap. 1. de libell. oblat.* ſed de ſummaria petitione, qua non obſtante fiet in termino alia petitio, & poſteà dabitur libellus; niſi in modicis cauſis, ſed conueniens erit libellus primæ petitioni; alioqui non teneretur pars reſpondere, vt ibi per eum, poſt Doct. *in l. 1. & l. edita C. de edend.* De iure com. tamen non requiritur, vt inſeratur citationi tenor libelli, vti opinionem hanc com. practicam ſequi, tradit poſt Franc. Curt *in rubr. C. de edend. nu 14. & 15.* Aſin. declarando, & limitando *in 4 caſibus, ad d. ſt. tutū Florent part. 1 § 5. cap. 1. & 2.* Buſ. *ad l. 1. num. 18. ff de in ius voc.* licet de conſuetudine ſecus, Clar. *ex com recept ſent lib 5 §. fin. quæſt. 31 num. 7 cum ſeqq.* Gaill. *ex com. lib. 1 obſ. 51 num 2. in ſeqq.* vbi tamen ſi inſeratur tenor, inducias deliberatorias vlterius indulgeri; idemque *de pac. publ. lib 2 cap. 7. num. 5.* Buſ. *ad d. l. 1. ſub num 8.* Aſin. *d. § 5 cap. 2. n. 5. cum ſeq.* ac litiſpendentiam induci; Mynſing. *cent. 5 obſ 85. num. 9 cum ſeq.* Aſin. *d. cap 2. nu. 2.*, proindeque iudicis officium incipere deſeruire à tempore citationis, Imbert. (latiùs hac de re agens) *inſtit. for. li. 1. c. 2. in princip.* vbi citationem quoque libellum apud iudicem editum continentem, præſcriptionem 30. vel 40. annorum interrumpere.

g. *Cauſa.*) Marant *d. membr. 1. num 69.* Clar. diſtinguendo, *d. lib 5 § fin quæſt. 31 nu. 5.* Viu. *ex SC. deciſ. 274 num. 8. cum ſeq.* Verall. *dec. 1. 6. nu 6 part. 1.* latè Myſing. *d. cent 5 obſ. 85. num. 1. cum ſeqq.* Gail. *d. obſ 51. in princ. d. cap. 7. nu. 4.* copioſè Rebuff. *in concordat. Franc tit. de conſtitut ad verb cauſas, & d. gloſſ 4 ſub num. 1 cum ſeq & d. artic. 3 gloſſ 1. nu. 15.* vbi in actione perſonali cauſa remota, in reali proxima exprimitur *per l. & an eandem §. vlt. de except rei iud.* qua de re latè Zaſ. *ad rubr. inſtitut. de action. in 3 col. verſ inter hac aduert. n. um.* & ibidem *in §. omnium, verſ 7. coll. & verſ. nunc ergo ad lib. llum,* & inibi Iaſ. *num. 120 cum ſeqq.* idemque *in l. 1 nu 42. cum ſeq.* ibidemque Zaſ. in *verſ. nunc ad 3. partem ff. de edend.* Gail *lib. 1. obſ. 61. n. 3. cum ſeqq.*

h. *Mandato* Non poſſe citare nuncium ſine iudicis man-

Digitized by Google

cis mandato, Bald. *cõſ. 63. nu. 2. lib.* 5. Guid. *d. c. 628. num.* 3. Iaſ. *in §. quadrupli, n. 12. cum ſeqq. inſt. tit. de action.* Alciat. *reg. 3. præſumpt. 14. num.* 4. *in fi.* Soar. *recept. ſent. lib. ſ. in l. 1. C. num. 62. cum ſeq.* Roland *ex com. conſ. 94. n. 9. cum ſeqq. lib.* 1. Gail. *lib. 1. obſ. 48. n. 12. & obſeru. 54. num. 1. cum ſeqq.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 10. n. 1. & 3.* Buſ. declarando ad *d. l. 1. n. 16. de in ius voc.* Ant. Fab. *C. lib. 2. tit. 2. de init. 2. ſub nu. 7. & defin. 7. ſub nu. 2.* Aſin. *ex com.* (addens inſuper neceſſe eſſe, vt ad inſtantiam partis cuius intereſt iudex committat, poſt Doct. *in c. 1. de iud.* Soci. latius hæc tractantem, d. tract. *de citat. art. princ.* 6. alioſq; *ad d. ſtat. Florent. part. 1. §. 8. n. 1. cum ſeqq.* Rebuff. extendendo *d. tract. de citat. art. 2. gl. 4. n. 7. cũ ſeqq.* Vbi tamen in Francia, eo ipſo quod factus quis eſt apparitor ſeu ſeruiens, ſtatim ſine alia cõmiſſione, ad ſolam partium requiſitionem, citare poteſt: ſed neque prehendere, neq; arreſtare, & ardua (inquit) ſine mandato nõ facit, leuia ſic: quia in modicis nõ curatur de mandato, argumento *l. ſcio ff. de in integ. reſt.* niſi in parlamento; vt inibi latiùs, in quã ſententiam appoſitè Caſtrenſ. *conſ. 254. n. 3. li. 2.* reſpõdet text (licet corruptè citatum) *in l. neminem, iij. ſiue vlt. C. 1. de exhib. reis,* loqui de citatione reali, quæ fit per capturã perſonæ, quæ requirit ſpecialẽ commiſſionem, ſecundum vnum intellectũ gl. ibidẽ & Bald. Sed in perſonali ſeu verbali citatione, & in cauſa ciuili, vbi agitur de cõmodo pecuniario partis, vt quando citationes fierent per nuncios conſuetos curiæ, non eſſe de more vel conſuetudine, quòd de alia expreſſa cõmiſſione iudicis appareat: quia cenſentur habere hanc generalẽ commiſſionẽ de citando quemcunq; pars requirens voluerit, vt dicit Io. And. in nouel. *ad c. cum nium contra, de probat. ad verb. citationis.* Vnde ſufficere quod in actis reperiantur relationes nunciorũ, licet non cõmiſſiones factæ per iudicem, ſecundũ Io. And. ibid. ita ſeruari vbique atteſtatus. Sic poſſe ad inſtantiã partis nuncios publicos citare in cauſis ciuilibus, etiã ſiue commiſſione; idque tolerari ex generali conſuetudine Marant. *d. par. 6. memb. 1. n. 51. cum ſeq.* & poſt eum alioſque Muſcat. declarando, *prax. ciuil. part. 2. gl. verb. intimatio, nu. 9. cum ſeqq.* Roland. declarando & reſtringendo, *d. conſ. 94. n. 14. cum ſeqq.* ſentitque Clar. *rec. ſent. libr. 5. § fin. quæſt. 31. nu. 4.* poſt Villal. *in com. opin. lit. C. num. 55. & 104.* aliud in criminalibus docentes.

CAPVT LVI.

De Requiſitoriis.

SVMMAE.

1 *Requiſitoriæ literæ petunt aliquid faciendi licentiam ab alio iudice.*
2 *Differentia inter Commiſſionem & Requeſtam.*

1 LIteræ requiſitoriæ (quas ita in iure vocamus, ſunt literæ petitoriæ, vel deſideratoriæ) quibus Iudex quiſpiam ab altero iudice poſcit copiam, & poteſtatem ad citandum aliquem, qui non ſuæ, ſed ipſius eſt iuriſdictionis, (*a*) vel ad aliquid mandandum executioni, (*b*) quod in ipſius iuriſdictione ſitum eſt, idque ob fauorem, & maiorem expeditionem iuſtitiæ.

Eſtque differentia inter commiſſionem, & requiſitionem ſiue requiſitoriam, quod commiſſiones mandantur & committantur oſtiariis aut officiariis à Principe, & requiſitiones ſiue requiſitoriæ petuntur & requiruntur à iudice, qui non eſt ſuæ iuriſdictionis. 2

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LVI.

2. IVriſdictionis. Oldrad. *conſ. 88. n. 1. in fin. & conſ. 43. ſub n. 7.* Marant. *d. part. 6. memb. 1. num. 40. cum ſeq.* Bonacoſſ. *in com. opin. verb. citari.* Gail. *lib. 1. obſ. 56. n. 5.* Rebuff. *d. tract. de citat. in præfa. n. 13. cũ ſeq. & nu. 60. & in tract. de lit. requiſit.* præſertim *in præfa. n. 1. cum ſeq.* poſt Socin. *in c. ſanè ſi epiſcopi n. 13. de for. compet.* copioſe poſt Marſil. *in prax. crim. § poſtquam, ſub n. 65.* alioſq; Odd. *conſ. 72. nu. 19. cũ ſeq. rurſus n. 25. pulchrè,* Fab. *C. lib. 2. tit. 2. definit. 2. num. 4.* Burſat. *conſ. 74. num. 35. vbi nu. 101.* cum ſuſtineret, originarium alicuius loci, etiam non repertum ibidem, poſſe tamen conueniri per literas ſubſidiales, atque ita conſenſu iudicis domicilij habitationis: rectè reprehenditur à Menoch. *conſ. 746. n. 25. cum ſeq.* quum Doct. apud Burſ. allegati, ſolũ affirment, ſubditum exiſtentẽ in territorio alterius iudicis, poſſe illo in loco citari per literas ſubſidiales iudicis ipſius ſubditi; atque ita præſupponant terminos habiles, nempe quòd is ſubditus poſſit conueniri atque ita citari, vt compareat eo in loco

curis eſt ſubditus. id quòd ſæpe cõtingat, vel quia ratione rei citæ, vel conuentione partium, vel alia ſimili cauſa iudiciũ tractari ibi debeat, vt ille latius. Addítque Burſ. *d. conſ. 74. n. 102 poſt* Clar. *d. li. 5. § fin. q. 31. ſub n. 19.* aliosque, hunc citandi modum ſeruari communiter quando citandus eſt extra territorium: & valere huiuſmodi citationẽ, quoad omnem effectum, non tantum mittendi in poſſeſſionẽ, ſed & condemnandi, vt per Socin. *in c. poſtulaſti ſub n. 13. & c. dilecti n. 25. verſus fin. de for. comp.*

b. *Ex ... ...)* Rebuff. *in d. tract. de iter requiſ.* præſertim in præfat. *n. 1 cum ſeq.* Co... ar. pract. *qu. c. 10 n. 2. verſ. ſed ... ... iudi ... l. ... & num 7. verſ. ... ... ne, ... cap. 11 in princ.* Mynſing. *conſ. 6 num. 3. & 9* Curtizzan *dec. ... 9 num. 1.* Anton. Fab. declarando, *C. l. ... ... 2 ... ... 2.* poſt Doct. *in l. à Diuo Pio. § 1 ff. de re iudic.*

CAPVT LVII.

De Citatione in genere.

SVMMAE.

1 Citatio, alia — *Simplex, quæ ternis fit vicibus.*

2 Citatio, alia — *Peremptoria, fit cum — Prima, & vnica citatione.*

3 *Secunda citatione, ſi Iudex in literis hoc exprimat.*

4 *Tertia, quæ ex natura ſemper eſt peremptoria.*

5 Citatio peremptoria fit — *Tantum in magnis cauſis.*

6 *In paruis, Iudice eam ex cauſa mandante.*

7 *In materiis anticipationis, Complainte, &c.*

8 *Ad contumandum partem ſi non compareat.*

9 Citatio — *Generalis, in variis caſibus.*

10 Citatio — *Specialis, ſcilicet — Ante litiſ-conteſtationem.*

11 *Poſt litiſ-conteſtationem.*

12 *Poſt ſententiam*

13 *Citanda eſt pars, vt videat expenſas ad calculum reduci.*

14 *Citatio generalis in quibuſdam prætoriis vſurpatur pro ſpeciali.*

1 Citationum aliæ ſunt ſimplices, aliæ peremptoriæ. Simplices (a) citationes ſunt illæ, vbi plures fiunt citationes, quam vna, & eæ quidem cum temporum interuallis ſiue interſtitiis inter vnam citationem, & aliam. (b) quæ trinis ferè fiant vicibus, *l. Per interuallum, ff. de iudic.* Peremptoriæ citationes ſunt, quæ parte ſimul, & ſemel citãt, & cum ea vnica citatione vocatum præſentem ſiſtere volunt, ſic dictæ, quod poſt eam peremptoriã citationem, citatio non erit expectãda alia, ſed quod alias omnes citationes ſimplices expectandas cum ſuis cauſis exceptionum perimat, abrũpat, & annihilet, ita vt ſi citatus cum tali peremptoria citatione non cõpareat, habẽdus ſit cõtumax, *c. de illicita, 24. q. 3.*

2 Perẽptoriæ itaq; citationes tribus modis cõtingũt.

Primò, quando nulla ſimplex præceſſit, ſed quando ipſamet eſt prima & perẽptoria. (c) Hanc Iudex ferè ex ſuo officio expediri curat, quãdo partem ex cauſa ipſum mouẽte ilicò cũ prima euocatione ſibi ſiſti requirit, nec plures citationes ſubſequi cupit.

3 Secundò, datur Citatio peremptoria, ſi tantùm vna citatio ſimplex præceſſit, eaq. poſt primam ſit ſecunda, ſcilicet ordine ſimplex, ſed virtute & efficacia perẽptoria, quod eam Iudex expreſſis (d) verbis declaret eſſe peremptoriam, hoc eſt, vltimã, ſed hæc ſecunda tunc tantum temporis debet continere, quantum tres (e) citationes ſimplices continerent, *d. c. de illicita, 24. q. 4. circa mediũ*, verſic. *Quicunque*, & in Authẽtico. *De litigioſis, §. Si verò cauſam, coll. 8. Trita ac vulgata, l. Contumacia, ff. de re iudica. l. Ad peremptorium, & l. Nonnunquam, ff. de iudic.* Quod autem Iudex ſic ſecundam velit eſſe peremptoriam, & vltimã, quodque tertiã perimat, non præter rationem id facit, ſed pro ſuo arbitrio, & prudentia iuxta conſiderationem rerum, perſonarum, temporum, & locorum diſtantiæ partẽ cum ſecundis literis peremptoriè citat, *c. Cum ſit Romana, extra de appellat. & d. l. Nonnunquam.* Tertiam enim citationem Iudex non tam facilè poſſet abrumpere, & ſecundam peremptoriam conſtituere, niſi vrgẽret neceſſitas. & ratio ita faciendam ipſi ſuaderet, *cap. 1. extra. de dilatione*, vide ibi bonam gloſſam. Talis enim peremptoria citatio ſecunda vim habet trinæ citationis, *l. Tres denunciationes, C. quomodo & quando Iudex.* Tertio, citatio omnis dicitur peremptoria, quæ in citationibus ſimplicibus fuit tertia.

Ea enim tertia citatio ſimplex ex ſua natura, & 4

per

Digitized by Google

per ſe eſt peremptoria, ſiue ſic exprimatur, ſiue nō
exprimatur peremptoria.

Cæterum de perēptorijs citationibus hoc ſciendum eſt, quod in omni negotio graui (*f*) ſiue magni momenti, debet peremptoria citatio interuenire, & expediri. Quocirca, prima citatio nunquam eſſe debet peremptoria in crudis, perſonalibus, aut realibus cauſis, *l. Conſentaneum*, & Authētica, *Qui ſemel C. quomodo & quando Iudex*, *Ang. in l. Ad peremptorium ff. de iud.*

6 Attamen citatio peremptoria in cauſis parui momenti ſeu leuis damni poterit eſſe peremptoria ſi in cauſa proceditur ſimpliciter & de plano (*g*)

Vel quando (vt dixi) iudex ex cauſa perſonarum,
7 locorum, & aliarum rerum, ita iubet. In materiis verò anticipationis, deſertionis, appellationis, ſecuritatis, complaintæ, manutenentiæ, prima citatio ſemper & per ſe eſt peremptoria, quemadmodum eſt etiam citatio ad ius audiendum peremptoria.

8 Porro in omnibus citationibus peremptoriis, & cum intimatione, citata pars, ſi non compareat, habetur (vt dixi) contumax & procedetur in cauſa quantum de iure (*h*) licebit, & licebit, hoc eſt, niſi citatus venerit & comparuerit, Iudex procedet, (*i*) condemnando Reum, vel abſoluendo.

9 Omnes citationes ſunt aut generales, aut ſpeciales. Generales ſunt illæ, quæ fiunt cum generali edicto (*k*) vel cum ſono tubæ, aut per proclamantem præconem (*l*) oſtiarium vel notarium publicū, in curiis, conſiſtoriis ſeu (vulgo *Vierſcharis*) in Eccleſijs, (*m*) aut in aliis publicis locis, ad feuda fundos, aut domos vendendas, aut ad videndum decretare, euincere (*n*) aut ſaltem poſſe inſcribere ad vendendum domos mortuarias, aut ad videndum procedere, ad eas purgandas & ſimilia poſſe peragere. Ad has enim citationes, debent citari ſpecialiter (*o*) omnes quorum intereſt, & quando omnes (quorum ſpecialiter intereſſe debet) ignorantur, (*p*) tunc citantur omnes per generalem citationem, vti dictum eſt, per publicum præconem, oſtiarium, notarium, aut per ſonum tubę vel campanæ, (*q*) vel affixis (*r*) literis ad valuas templi, vel portæ Curiæ, vel Ciuitatis, gloſſ. *in l. Hæc autem ff. Quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur*. Sic cùm clericus recedit ab vniuerſitate, poteſt compellere (*ſ*) omnes & ſingulos citatione generali, habentes aliquas actiones contra eum, quod incipiant agere tali die *glo penul in fine, in vulgata & communi, l. diffamari C. de ingenuis manumiſ*. Speciales citationes fiunt ſuper caſibus particularibus & perſonis ſingularibus, quarum citationum nonnullæ ante, aliæ poſt litis-conteſtationem, & aliæ poſt ſententiam fiunt.

10 Ante litiſ-conteſtationem citatur pars, vt coram iudice compareat, vt videat adiudicari profectum defectus, ſiue non comparitionis, vt videat purgari defectus ſiue non cōparitionis. Item vt videat præſentari, aut interinari releuamenta, requæſtas ciuiles, aut alias gratias. Item vt videat conſignationes ſiue (vulgo nantiſationes) ſeu nantiſſamenta deponi aut leuari. Vt videat ſigna manualia, ſigilla, aut ſchedulas confiteri aut negari. Item fideiuſſiones cōſtituere (vulgo) Guarandationes, Videre facere loci inſpectionem, & id genus alia permulta.

Poſt litis-conteſtationem autem citatio fit ad contradicendum ſcripturis exhibitis, aut ad iis cōſentiendum, aut ad ſuper illas reſpondendum, per credit vel non credit, vel ad vidēdum iurare teſtes, (*t*) vel ad videndum facere productiones, vel ad audiendum ius, (*v*) aut ad his ſimilia. 11

Poſt ſententiam vero citatur pars, vt videat exhiberi expenſas, vt videat illas diminuere, aut vt illis acquieſcat ſiue conſentiat, aut vt videat alteri adiudicatos fructus, expenſas, (*x*) aut intereſſe taxari, aut arbitrari, aut vt videat ſententiam obſcuram interpretari, aut vt ſententiam latā plus anno videat adiudicari executorialem, aut vt videat proponere errorem, & alia his ſimilia. 12

Sunt tamen iam dictis non obſtantibus, qui dicant & ſuſtinent, quod de Iuris rigore non requiratur, neque quod neceſſaria ſit citatio partis ad expēſas diminuendas, aut ad videndum taxari fructus, quod illæ ſint actiones omnino puræ & nudæ, dependentes ex officio, voluntate, & ex arbitrio Iudicis, quæque aut per partis præſentiam, aut per ipſius abſentiam impediri nequeunt Doct. *in l. Nam diuus, ff de adopt*. Sed Praxis tamen habet in cōtrarium, quæ vult partē, vel ſaltē ipſius procuratorem vocari, qui in ea cauſa deſeruiuit, & occupatus fuit. 13

In quibuſdam vero Curiis ſeu Conſiſtorijs, non ſemper vtuntur particulari citatione, ſed aliquādo pro more habent, vt vtantur ad perſonas priuatas, citatione generali pro tota cauſa, & pro omnibus actibus (*z*) quæ talem habet effectum, ac ſi particulariter eſſet effecta, adeo vt ſi tunc ſic citatus non comparuerit, ſemper vlterius proceditur per cōtumaciam, vſque ad ſententiam incluſiuè, ſine citationis reiteratione. Sed ſi citatus interim ſemel cōpareat, ſiue ſe præſentet, tunc generalis citatio ſuū amittit effectum, & debet citatus deinceps recitari (*a*) ad vnamquamque actionem, alioqui proceſſus non valeret. Et ita tenent Feder. de Sen. & Ioan. de Imol. *in cap licet cauſam, extra de probat*. Archid. *in Tractatu ſuo, de ordi. iudi*. Sed prædicta mihi (ſaluo ſaniori iudicio) videntur procedere, vbi iudicium longius (*b*) eſt remotum à loco citati, vel quādo citatus longius abeſt à Curia, quia tunc eſſet difficile ad ſingulos actus, ſingulas citationes mittere. 14

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LVII.

a *Similes.*) Citationem, 1. ante peremptoriũ vocari conuentionalẽ, ſecundam monitoriam; 3. peremptoriam, declarat Socin. *tract. de citat. art. princ 27. n. 1. verſ. ſin.* vbi quid ſit perẽptoria, vnde dicatur, quotuplex, quando & quibus caſibus exigatur, vel vna ſufficiat vt habeatur pro perẽptoria, qua forma fiat, quod habeat effectus: & reliqua huc ſpectantia, pleniſſ. De quibus ſuccinctè etiã Meral. *prac. Hoil. lib 4 diſt 4 c 1. t tit 4. c. 3 n. 8. cũ ſeq.* vbi in quibus ſecundum ſtylum & inſtruct. curiar. ſuar. non peremptoria ſit prima, ſecunda, tertia vel quarta citatio.

b. *Et altam.*) Et ſic conſecutiuè, adeò vt ſi ſecũda citatio fuerit facta poſt annum à prima; inſtantia ſinitur Reb ad *conſtit. reg. tom. 1. tract. de contum. deſe t a. 1. 7 n 5* VVamel. *conſ 90. poſt princ.*

c. *Et peremptoria.*) Vel vna pro omnibus Felin. limitando, *n. 13.* Dec. *ſub n (mihi) 82 in c. conſuluit de offic. deleg.* Roman. *ſing. nu. 719 cui in ſi attende* Socin. limitando quatuor modis, *reg 12. 12 lit. C.* Zaſ. declarando latiſſ. & limitando *in l. contumacia verſ. coll d. ctrina n. ff de re iud.* VVameſ declarando *d. conſ 90. n. 12* Alm. *ad ſtatut flor. c. 6 c 14 ſub nu. 1.* vbi tamen verſus fin. ex com. ſtatuto trinam citationem requirente, vnam pro omnibus non ſufficere. poſt Felin. *in c cum lib. cta n 55. verſ amplia 9. de reſcript* Alex *conſ 137. n. 16. lib. 2. & in l. 1. n 8. verſ. & ad e not verbum,* ibidemque Iaſ *ſub n 21 ff. de lib. & poſth.* Marãl. *ad rubr. ff. de proceſſor.* aliosque Dec. *in d. c. conſuluit. n. 88.* & poſt Rom *d. ſing 719* Reb. *d. art 7 n 3* & voluit Socin. *conſ. 24 ſub n. 24 & conſ. 32. n 6 in fin cum ſeq lib 1* Sed & in criminalibus vnicam peremptoriã pro omnibus ſufficere, Clar. *ſent lib 5 § fin qu ſt. 31 ſub nu. 21.* poſt Bened. *ex com in c. Raynutius part. 2. ad verb. mortuo itaque teſtatore. 1 ſub n 151. cum ſeq. de teſtam.* aliosque Burſ. extendendo & limitando, *conſ. 225 nu. 100 cum ſeqq.* licet aliud in pœnalibus, Coſtal *in l. ad perem. toriam, ad fin. de iud.*

d. *Expreſſi.*) Debet quippe fieri cum decreto peremptorio, ad effectum conſtituendi reum in plena contumacia, VVameſ. *d. c. n. 50 poſt princ.* Debetq; exprimi, hæc vox, peremptorium vel æquipollens nempe vt dicat iudex ſe aliàs proceſſurum ad ſententiam, niſi pars ad diem conſtitutum veniat, vt poſt Bart. declarando, *in auth. qua l. ad peremptoriũ, n. 2 ff. de iudic.* tradit ibi Coſtal. *poſt princ.* Vant. *tit de nullit ſent. ex defect citat. n 102.* Imbert. *inſtit. foren lib. 1. c. 8 gl. verb eo modo.* latiùs Reb. è praxi, *in t a 7. decis. ar. in præfat. ſub n 47. cũ ſeq. tom. 3. ſolit. reg.* Dixi quoque ſuprà *c. 54. a l verb. continere in fin*

e. *Quintum nres.*) Buſi. *ad d. l. ad peremptoriũ, 68. n 5 in fin ff. de iud.* Gail. *lib. 1 obſeru. 53. nu. 21* vbi poſt Bald. *cum ap ſt. in l. y n 1. C. quam & qu nd in. aex.* iura voluiſſe plures dilationes dari, vt frenum imponerent iudicibus, ne nimium properarent, latè Socin. *d. tract. de citat. art. princ. 27 n. 3.*

f. *Grauis.*) Bald *conſ 224. n. 2 lib.* Benedict. latè *ad c. Raynutius ad verb mortuo, 1 ſub n. 151 cum ſeq. de teſtam.* Burſa. copioſe *conſ. 225. n 155.* Dec. *in d. c. conſuluit, nu 70* vbi ex *n. 61.* in quibus requiratur peremptorium *& ex n. 83.* enumerat caſus, in quibus formaliter tres citationes requirãtur, qua de re Imbert. è ſtylo Franciæ latiſſ. *inſtit. forenſ. lib. 1. c. 7. verſu fin cum ſeq.*

g. *Et de pla o.*) Zaſ. declarando, *in d l contumacia verſ. 2. fal* ad quod diximus, de re iud Dec *in d. c. conſulu t ſub n. 62. & 73. de offic. deleg.* Socin *d. tract. de cit art 10 q. 13 n 48.* Coſtal *ad d. l. ad peremptoriam verſ planè hoc.* vbi & alij caſus in quibus vnica citatio, etiam non peremptoria, ſufficiat. Alioqui quando quis primum perſonaliter citatus non venit, debet tamẽ vlterius citari, vt poſt gl. & alios *in l vlt ff. de in int gr reſti* tradit Tiraquell *ex com. in tract res inter alios act limita 11.* Alm *ad ſtatut. Florentin de mod proceed part. 1 § 7 c. 5. limitat. 125.* Sic licet iuſſus comparere non paruerit mãdato iudicis, non tamen ſtatim iudicem debere fulminare ſententiam mulctæ, ſed cauſa demum cognita, ſcilicet præcedente citatione, quod veniat ad dicendũ cauſam, quare vt contumax mulctari non debeat notat poſt Bart. *verſ. fin.* Iaſ. *nu. 8* & communiter doctt Socin. *in l. y n 8 ff. ſi quis in ius voc. nõ ier.* addens rationem, quia neceſſario non ſequatur, non cõparuit ergò noluit, potuerit enim impeditus probabili aliqua cauſa non cõparuiſſe idemq; poſt eoſdem Soc. limitando, *in l. 2 n. 18 ff ſi quis ius dicent. non obtemp.* & aliter Socin. limitando, *in tract. de cit. art. 7 n. 31. art. 27. n. 60 in fin. & in c. veniens n. 13.* vbi Pan *in vlt. n 1 d. acc* Alex. *conſ. 112. n. 11 lib. 6* Dec ex com. latè declarando & limitando, *in c. 1. in 1. lect. n. (mihi) 109. cum ſeqq. & in 2. lect. n. 87. de iud* Rol. *conſ 99. n 33 lib. 1. & conſ. 57 n 43. lib. 2.*

h. *Deinde.*) Quomodo procedatur cõtra abſentes in ciuilibus Guid. *deciſ 429. ſub n. 2.* pulchrè Reb. *in d. tract de contu & defect. ar. 9 gl. 1 n 3. cum ſeqq.* vbi *n. 6 licet de iure C. abſente actore,* poſt litem cõteſtatam, reus deberet abſolui ab obſeruatione iudicij, *iux a l properandum §. & ſi quidem C. de iud.* iure tamẽ nouiſſ. poſſe reũ procedere abſente actore, & iuſtificare ſuas exceptiones, vt abſoluatur nõ ſolum ab obſeruatione iudicij, ſed & diffinitiuè procedatur, ſecundum authen. *qui ſemel, C. quomod. & quãd iu l.* eaque praxis in curijs Frãciæ ſeruetur quãdo reus vult probare, alioqui abſoluatur ab obſeruatione iudicij, exactius autem hac de re Buſi. *ad l. & poſt edictũ, 73. de iud.* vbi *ſub n 4 nouella 112 & nouell Leonis 108.* reductũ eſſe ius antiquũ, vt & lite nondũ conteſtata, ſi pars 3. edictis euocata nõ cõpareat intra annũ, contra abſentem procedatur, &

abſens

abſens cõdemnari poſſit, vt & latius declarat Gail. *lib. 1 obſer. 59. nu. 4 cum ſeqq.* Quemadmodum nec ſeruari *l. abſent. m ff. de pœn.* quod contra abſentem lite non conteſtata procedi non poſſit: quia de conſuetudine & ſtylo Franciæ contra abſentem procedatur diffinitiuè, quatuor prius obtentis contumacias ſeu defectibus, ſcriptum reliquit poſt alios Boër *dec. 63. num* 8. De quo Benedict. latiſſ. declarando, & limitando, *ad di. c. verb. mortuo itaque teſtatore, 1. num. 148. cum ſeqq.* Idemque in Hollandia, Zelandia & Friſia teſtatur poſt Merul. in praxi Holland. Buſ. *ad d. l. & poſt edict. m, verſus fin.* & obſeruandum reſpondiſſe & curiam Hollandiæ iudicaſſe referens.

i. *Procedet.*) Ante diffinitiuam tamen contra abſentem, petitori probandum contenta in petitione vera eſſe; alioqui non obtinebit, ſed contumacia rei punietur, Rebuff. latè *d. tract. de co. tum & def. artic. 7. gloſſ. 1. num. 1. verſus fin. & art 9 gloſſ. 1. num. 1. 7. & ſeqq.* Buſ. è praxi *ad d. l. & poſt edictum. verſus fin.* Boër. *d. dec* 63. *nu.* 9. vbi ſecus ſi per falſas probationes lata eſſet ſententia; quia tunc reſtitutione in integrum ſuccurreretur, ſecundum gl. & doct. *in l. ſi prætor. 75. §. Marcellus, ff. de iud.* & Socin. ſen. diſtinguendo tamen ex com. *in l. qui agnitis 11. num. 11. cum ſeq. ff. de except.*

k *Edicto*) Non ſolum Papam, *vt in clement. 1. de iud.* ſed & inferiores principes poſſe mandare reum per edictum citari, VVurmbſer. *tit. 6. de citat. obſer.* 8. Rebuf. è praxi, pedaneum vel alium infimũ per edictum non poſſe citare docens, *in concordat. Franc. tit. de conſtitut. ad verb. edictum, verſus fin. verſ. item citatio per edictum* declarando latiſſ. & poſt Felin. diſtinguendo, *in c. quoniam frequenter. §. porro. ſub n. 12. vt lit. non conteſt.* Men. *conſ.* 100. *num.* 95. vbi *ſub num.* 101. *& num.* 103 *cum ſeqq.* plures caſus in quibus citatio edictalis permiſſa eſt referuntur, vt & apud VVameſ. *conſ* 89 *ſub n.* 6 *&* Rebuff. *ad d. verb. edictum* Blarer latiſſ. *in repet. diffamari in 6. cap. num 63. cum ſeqq. C. de ingen. manu.* & apud Gail. *lib 1 obſeru 56. nume. 7. cum ſeq. & obſ. 57. nu 1. cum ſeqq. vbi in prin.* poſt Mar *d. par. 6. membr. 1. n* 81. non debere incipi à citatione edictali, ſi in perſonam vel ad domum ſolitæ habitationis fieri poſſit: idemque voluit Alex. *conſ* 106. *num 14 cum apoſtil. & conſ. ſeq ſub nu. 1 lib.* 5 Menoch. copioſè *con. 962. num.* 53. Surd. *dec* 5. *n* 8 *poſt* Roland. latius declarantem, *conſ.* 53. *nu* 26. *cũ ſeq.* eſt enim à iure com. exorbitans, neque vltra ſpeciales illos caſus à iure expreſſos extendenda neque permiſſa *per d. Clement. 1 vbi not. de iud.* debetque in iis caſibus quibus permittitur eſſe trina ſicut & illa quæ fit ad domũ, ſecundum gl. *in adducto cap de illicita, 23. q. 4.* Capr. *reg* 91 *num.* 33. *& in. tor. com. opin. in lit. C. num.* 17. *& ſub num.* 29. & vtrobique ex com. non ſufficere vnicam peremptoriam, vbicunq; à iure exigitur trina per edictum qua de re latè Blarer. *in repet. d. l. diffamari c. 6. n 44. cum ſeq. C. de ingen. manumiſſ.*

l *Preconem.*) Rebuff *in d. tract. de citat. in præf. num. 72. cum ſeqq.* Marant. *d. memb 1. num 97. cum ſeqq. caſus* 13 in quibus permiſſa eſt citatio per proclama enumerando, vbi *num.* 95. in omnibus caſibus, in quibus lex permittit fieri per proclama fieri poſſe & per edictum, à fortiori; Blarer *in d. repetit. l. Diffamari c. 6. n. 55* vbi de his quoq; latiſſ.

m *In eccleſiis*) Reb *in d. præfat n 79.* latius VVameſ. *d. conſ* 89. *ſub n.* 6.

n. *Euincere.*) Boër è praxi *dec 255 n. 4. ad fin cum ſeqq. & dec. 277. n. 7 verſ. fin & ſub n.* 8. poſt Rom. pleno conſ. 53 alioſque Blar *d. c. 6 n. 67.* Rebuff. *in concord. tit. de conſtit. ad verb. Gallicos prælatos, verſus fin. verſ. 2. fall.* eleganter ex SC. Gail. *obſ.* 57. *nu.* 7. *& 9. vbi nu* 8. an elapſo termino citationis edictalis, illi quorum intereſt adhuc comparere, & de ſuo intereſſe docere poſſint, & pulcherrimè hac de re Leonin. *conſ* 14. *ſub n.* 9. ibidemque an in integrũ reſtitui poſſint.

o. *Specialiter*) Tex. *in l. ſi eo tempore* vbi Bart & alij *C. ſi aduerſ. ff. pign. & in l. vlt. C. de edict. D. Hadr. toll. nd* Bald. *in oratia. in 1 l. Eun. n. 36. C. de eden. & conſ. 25 n 2. lib. 1. conſ. 126 num. 1. in fin. & conſ. 340. ſub n. 1 di. 2.* Alex. *conſ. 5. ſub n. 1. cũ ſeq. & cõſ. 82. n. 9. lib. 2 conſ. 106 n. 16. cum. ſeqq. & conſ 107. n 1. cum ſeqq. li. 5.* Fel *in c. ij. n. 8. de conſtit.* Iaſ. *cõſ. 86 in 12. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 15. n. 42. & conſ. 101. nu. 128 lib. 1. conſ. 31. num 29 lib 4.* Boër. *d. dec. 277 n,* 5. Crauet *conſ. 89 n. 6 conſ 182. ſub nu. 10. conſ 225. n. 1. conſ. 646. ſub n. 1. & conſ. 764. n.* 8. Capyc. *dec. 101. n. 1. cum ſeqq.* Blarer. latiſſ. *d. c. 6. n. 59 cum ſeqq. rurſus n. 68. 69 70 cum ſeqq.* & poſt. Hercul. *de probat. negatiu. n 241. cum ſeqq* alioſque Menoch. ex com extendendo & limitando latiſſ *de recup. poſſeſſ. remed. 8 quæſt. 1. 3. ſub n. 102. cum ſeqq. conſ. 100 num 94 & conſ. 962 n 53.* extenſiſſ. Rebuff. variis ſpeciebus & exemplis declarando & illuſtrando, extendendo & reſtringendo ad *d. verb. Gallicos prælatos d. tit. de conſt. in conc Franc.* latiſſ. Leonin. *d. conſ. 14 num 9.*

p. *Ignorantur.*) Caſtrenſ. *in d. l. ad peremptoriũ, n. 6. ibidem quo* Buſ *n. 9* Rom *d. conſ. 53. n. 3. conſ 410. ſub n. 1 vbi apoſt.* Rebuff. *in d. præf. pr. ſertim n 97. in fin* Imbert. *inſtit. for. lib 1 c. 6. 20 ſum ſi.* VVameſ. *d. conſ 89. ſub n.* 6. Meno. *conſ. 125 n. 31. & conſ. 1142 n. 9.* Marant. *d. memb. 1 n 89 & 110* vbi generaliter in omni caſu, quo aduerſarij ſunt incerti, poſſe citari per proclama, vel edictum, Muſc. *prax. ciuil. part. 2 gl. verb. intimatio, n. 65. cum ſeqq.* vbi tamen propriè citationem per edictum fieri contra abſentes incertos latitantes & (vt loquitur) impoſſibiles vt eos citatio comprehendat particulariter; per

proclama verò fieri contra incertos intereſſe pretendentes, quod diſcrimen, vt variant vbique huiuſmodi citationum mores, ita vanum pleriſque videri poterit vti & id quod reſpondit Zaſ *conſ. 7. ſub n 29 li. 2*, poſt Bald. *conſ. 154, n. 1. in fin. li. 3*, (quem corruptè citat) non ſufficere citari aliquē per præconem niſi præconizetur in vico ſuo.

q *Vel campanæ*) Socin. *in d. tract. de citat. art. 26.* Marant. *d part. 6. memb 1 n. 111* Reb. *in d. pr. f. n. 106.*

r. *Affixis*) Reb. *in d. pr. fa. præſertim n. 100 cū ſeq.* Vbi verò committitur cauſa cum poteſtate citandi per edictum; ſaltem ipſæ citationes debent affigi de neceſſitate in duobus locis; alioqui ſi ſecus fiat, ſunt nullę, vt poſt DD. de Rota voluit Parif *conſ. 31. n. 31. li. 4.* & Rol. *conſ. 68 n 28 li 4* Verū Men aduerſus Rol. in eadem Hypotheſi reſpondet *conſ 100 n. 172. cum ſeqq.* recitans, cum alijs quibuſdā, in hanc ſententiam rotam *dec. 5. tit. de reſcript in nouis*, illos ſentire, quòd vbi non eſt facta expreſſa commiſſio, vt duobus vel tribus in locis edicta affigantur, ſufficere quòd affigātur in vno ſolo loco, id quod clarius ſcribere ait Bald. *in l. & poſt edictum, in 1. lectur verſ item videmus flor. ff. de iudic.* & Socin. *tract de citat art. 23. q. 9. n. 10. cum dicunt*, hanc citationem affigi ſolum eo in loco in quo olim prætoris albū affigebatur, ſentientes ſufficere quod vno in loco id fiat, addens eſſe tex. *in clemen. cauſam, §. verum & ibi gl in verb aliquo de elect.* & expreſſe ita decidere Caſſad *dec 1. n 2. de dol & contum.* quem ſequutus eſt Vant, *d tit. de null. ex defect. citat. ſub n. 133.* ibidemque Men. hac de re latiùs.

ſ. *Con[illegible]*) latè Boër. *dec. 255 n. 4 poſt.* Aretin. *in rub de except. verſ. q. fallit* aliosq; Reb. *ad d. verb Gallicos pr. l. tit. s verſ. 2. fallit, verſus fin d. tit. de cōſt t.* & Blarer. extendendo, *in ead. d. l. diffamari. c 2 n 92 cum ſeqq* vbi poſt Bald *in eadem l. verſus fin* teneri tamen ſcholarē eo modo quo poteſt, vel iuratoria cautione, ad ſatiſfādum creditoribus de iudicio ſiſti, in ſuo foro, ibidemque *nu 95. & ſeqq.* ad magiſtratum ſtipendiarium, aliosque, qui finita functione ſua, vel aliàs peregrè profectari diffamationē debiti nō ſoluti cōtendūt deuitarē producūt.

t. *Ad videndum iurare teſtes*,) Sic nedum cauſam ob quā quis citatur, quin & cauſam cauſæ, hoc eſt actum explicandum in citatione exprimēdum poſt Ang. *conſ. 367. n. 10.* Vant. *d. tit. de nullit. ſent ex defect. cit n 54.* VVameſ. *d. conſ. 89. n. 7.* vbi idē in ſententia prouiſionali.

v. *Ad audiendum ius*) Citationem peremptoriam in ſententia diffinitiua, nō arctare citatum, niſi ſpecificè fiat ad audiendam ſententiam, neque ſufficere ſi citatur, ad audiendam voluntatē iudicis, Soc. *d. tract de citat art 26. q. princ. 18 n 48* & poſt Bart. *in ex[illegible] ad rep[illegible] in verb ſuper crimine.* Alex *conſ. 105. n. 5 li. 5* Felin *in c. con[ſ]uluit, nu 16. de offi deleg.* aliosque Vant *d. tit de nullit. ſent. ex defect. cit n 55.* Dec. *in c. nec imaginariis, n. 1, in. 2 lect. de conſtit. & in d c conſuluit, nu 64 cum ſeqq.* vbi tamen *n. 68.* contra; vt citatio facta ad audiendam voluntatē iudicis intelligatur pro ſententia de voluntate regulata, prout ad iudicem ſpectat, vt apud eū latiùs. Neque ad diffinitiuam ſolummodo, ſed & interlocutoriam, præiudicium aliquod graue parti inferentem, partem quæ procuratorem præſentem non habet, ſpecialiter citandam, VVameſ. *d. conſ. 89. ſub n. 7.* qua de re etiam Dec. *in d c. conſuluit præſertim num 4 71. & ſeqq.*

x. *Ad expenſas*) Bald. diſtinguendo, *in l. terminato n. 9. C. de fruct. & lit expenſ* & poſt Innocent *in ca. querelam, n. 2 ad fin. de procur in Margarit verb. citatio ſpecialis*, Iaſ. *in l. nec quidq; am. n 46 ff de offic. proconſul.* Gabr. *tit. de citat li. 1. conc. 1. n. 42. l. 1 ff.* Aſin. *ex com. ad d. ſtatut. Flor. par. 1 § 7 c. 1 limitat. 73* allegans etiam Tiraq. *in tract. res inter alios act limit. 17.* dicentem aliter in praxi obſeruari, vt & hic.

z. *Pro omnibus actibus*) Citationem fieri poſſe ad totam cauſam, text. eſt *in c cum dilecti* ubi not. Pan. *n. 5. de dol. & contū.* Socin. copioſè *in d tract de cit. art. 20. q. princ. 16 n 39.* eoque ſuppreſſo Aſin. *d. §. 7. c. 2. n 1.* & voluit poſt Vant. *d tit de null t. ſent. ex defec. cit. n. 107 cum ſeqq.* aliosque Burſat. declarādo, *d. conſ. 74 ſub n 103. cum ſeqq.* vbi citationem huiuſmodi operari, vt non ſit neceſſaria alia citatio; Rebuff *d. tract. de contum. & def art. 8. gl 2. n. 19.* & poſt Iaſ. *cent 1. dec. 42 cum* dicit Viu. è ſtylo & SC. *dec. 310 ſub n. 7.* Soar *rec. ſent. theſ. in lit C. n 70.* Vill. *in com. opin. lit. C. n. 52* qui tamen intelligit, quando daretur contumacia partis, & cōminata fuerit, ſententia, id quod voluit & Iaſ *in l. nec quidquā n. 37. ff de officio proc.* Marſil. *in l de vnoquoque, caſu 59 nu. 111 ff. de re iud* Socin latè *d art 20 q. 16. n.* (præſertim) 46. Aſin (an in diffinitiua vel interlocutoria procedat diſcutiens) *in d. §. 7 c. 5. limit. 71 n. 1. cū ſeqq* Grauat. *in annotat. ad prax. in* Veſt. *li. 4. c. 4. n. 15 ad fin* vbi poſt Bald. *conſ 4. n. 2. li. 3* His caſibus procedere intelligit quibus ad ſententiam lite non conteſtata perueniri poteſt, vt & Caſtr. *conſ. 254. n. 2 ad fin. lib. 2.* alioqui enim quo ad ipſam ſententiā non valere citatio; Marant. *d part. 6. memb. 1 ſub n. 118.* Aſin. *d c. 2 n. 4.*

a. *Recitari*) Marant. *d part. 6. membr. 1. ſub n. 118.* Reb. (addens citationes ad totam cauſam raro fieri in Frācia) *d gl. 2 n 20.* Grauat. *d c 4 ſub n. 15.* Vant. declarando *d. tit de null. ſent. ex def. cita. nu 112. cum ſeqq.* Aſin. declarando, *d § 7 c. 2. n 5. cum ſeq.* Socin. diſtinguendo, latiſſ *d art. 20 n. 42 cum ſeqq.* quem ſequitur Menoch *conſ. 103, n° 277.* dum ibidē *d art 20. ſub n. 41. & 46.* voluit, citatum pro die tali ſucceſſiuè, vt ſingulis diebus ad totā cauſam, & ad ſingula in ea peragenda compareret, arctari vt cōpareret vſque ad finem, donec lis fuerit iudicata, abſque alia admonitione, poſt Bart. *in extrauag. ad reprim ndum ad verb. per edictum n 15. verſ. quidam autem*, Bald. & alios *in l. qui ante calendas, de verb. obli g*

Digitized by Google

oblig. Et de forme huiuſmodi citationis generalis latiſſ. inſuper Aſin. *in d c.2 num 7c*

b. *Longius*) Socin. latiſſ. *d. art* 20 *q princ.* 16. *n.* 40. Mar. ex com. *d mẽb.* 1. *n* 116. *&* 118. voluitq; Vant. *d. tit. de null ſent. ex. def. cit. nu.* 99 *cum ſeqq.* & poſt Iaſ. *in d l. nec quidquam n.* 37. in fin. Grauat. *ex com. & praxi d. c.* 4. *ſub nu.* 15. Aſin. confirmando & declarando latiſſ. *in d.* §. 7. *c.* 5. *ſub. n.* 2. *& c.* 2. *n.* 2. *cum ſeq.* licèt cõtrà, etiã Villal. *d. n.* 52. vt & Gail. *li.* 1. *obſ.* 51. *n.* 10. *& n.* 13. *in fin.* vbi in camera Imp. diſtinctionẽ iſtã non obſeruari, ſed regulariter citationẽ fieri ad totam cauſam, qua de re eidè apud eum latiùs.

CAPVT LVIII.

Quos oportet eſſe Citatores.

SVMMAE.

1 *Singulæ Curiæ ſuos habent citatores peculiares.*

2 *Citatores alij dicuntur*
- *Apparitores.*
- *Nuncij, miſſi, notarij, portarij.*
- *Miniſtri miniſtratores.*
- *Executores,*
- *Officiales, vel Officiarij.*
- *Cæſariani.*
- *Catholicani.*

Citatores
- 3 *In communibus Senatibus ſunt Satellites.*
- 4 *In feudalibus ſunt Prætor. & duo Pares.*
- 5 *In concilio Flandriæ, ſunt Oſtiarii eiuſdem Conſilii.*
- 6 *In Parlamento Mechlinienſi, ſunt Oſtiarii Parlamenti.*
- 7 *In materia Reſorti ſuis Satellites Regis.*
- 8 *Comitu Flandriæ fuit olim Regalis Iudex nomine Regis.*

9 *Oſtiarios oportet in executionibus, ba u'is ſuis inſignitis eſſe instructos.*

10 *Iudices partes citant in Prætorium ad audiendum ius, &c.*

11 *Partes aliquando ſibi mutuò diem iuridicum conſtituunt.*

12 *Pars non tenetur credere parti citanti ex ore Iudicis.*

NOn eſt putandum, quod cuiuis iurato officiario citare liceat, neq; etiã exiſtimandum, quod cui licitum eſt citare in vna Curia, eidem ſtatim liceat citare in altera. (*a*) Quia ſingulæ Curiæ, ſingulos habent ſuos citatores, de quibus paulò poſt.

1 Prius citatorum appellationes varias, mox ipſorum officia explicabimus.

2 Officiarij itaque citatores, quique citationes faciunt, habent in iure multa nomina. (*b*) nonnulli appellantur apparitores, quia citant partes, & eas apparere faciunt in iudicio, aut quia ipſimet apparent ad eorum relationem faciendam *l. Apparitores C. de exacto tributo. l. Prima C de ſportul. & l Cum clericis, C. de epiſc & cleric* Alij dicuntur nuncij, miſſi, notarij, & portarij, ſicuti notatur. *in l Prima* §. *nunciatio*, & ibi Bart. & *nouiſſimi ff de op no. nũciat per canones in c Cum parati extra de appel.* Alij verò dicuntur miniſtri, (*c*) vel miniſtratores §. *maxime in Autenttentico, de quæſtore. colla.* 6. Alij dicuntur Executores, vt notatur in *l. Ait pretor.* §. *Si executor. ff de nego. geſt l Si pign. ff. de euiction. l.* 2. *C. de ſportu.* Alij dicũtur Officiales de quibus habetur tex *in l. Prohibitum, C. de iure fiſc.* Sũt alij qui dicũtur Cæſariani (ſicut in Euãgelio Herodiani) vt habetur *in l. Defenſionis facultas, C. eod. tit de iure fiſc.* Alij poſtremo dicuntur catholicani (*d*) ſicuti notat textus *in l. Penulti* §. *fi. C. de bo. dãnato.* Sed de his latius meminit D. Bar Chaſſeneo, in ſuis cõmentariis *Conſuetudinum Ducatus Burgund. in tit. de iuſtices* §. 6 in ver. *Meſſiers & Sergens, n,* 1. *fol* 60.

In Conſiſtoriis, quæ (vulgo) *vierſchaires* vocũ etiã ſatellites ad hoc munus proprie conſtituti. 3

In conſiſtoriis, ſiue curiis feudalibus, citant Baillivi, & duo pares Curiæ ſiue vaſalli, iuxta vniuſcuiuſque Curiæ conſuetudinem. 4

In Camera ſiue Conſilio Flandriæ citant ſoli Oſtiarij (*e*) Flandriæ quando mandata ex ipſo eodẽ conſilio, aut camera conſiliaria ſunt profecta, 5

Sed quando ipſa mandata emittuntur ex ſupremo conſilio, tunc quoque eiuſdem ſupremi conſilij (*f*) Oſtiarij, ſiue ſint ordinarij, ſiue extraordinarij, illa eadem mandata exequuntur, & citationes commiſſas peragunt. Et ſi ea mandata emitterentur (quod aliquando fit) ad omnes, & quoſuis officiarios, tũc quoque ab omnibus officiariis (*g*) deſeruiri poſſent. 6

In materia reſorti ipſius Regis, ſatellites & accenſi citant. Hi quique ſecum geſtant ſuos baculos caduceos, aut (vt vulgò) maſſas (*h*) inſignitas Regis inſignijs, quas in executionibus expeditas, & in manibus erectas habent. Sine his enim illuſoria, & inualida eſſet ipſorum executio, imo ſine his nihil exequi, nihilque executioni mandari licet. 7

Digitized by Google

8 Rex Franciæ olim (cum Flandria coronæ Franciciæ paruit) citabat Comitem Flandriæ (i) apertis literis, quas appellabant mandamenta, aut Pariatis. Et per alias litteras, aut Mandamenta ordinat ipſe, & conſtituit vnum ex ſuis iudicibus regalibus, cui mandat vt eam inſinuationem Comiti faciant, aut ipſimet, aut id per alium faciendum curent, & ad Regem ipſum citent. Et ratio eſt, quia pares coronę nequaquam ſunt ſubiecti iudicibus regalibus, ſed tamen ipſi Regi.

9 Omnes itaq; oſtiarios in ſuis executionibus faciendis, aut in literis ſiue mandatis ſuis, ad executionem mandandis oportet ſemper ſuos baculos, aut alia officij, ſtatus que inſignia in promptu, atque adeò in manibus (k) habere, ſigillata, aut inſignita ſigillo, armis, aut inſignijs ſui Principis, aut alijs ſignis ad tales actus haberi conſuetis.

10 Iudices ordinarij ſæpè etiam per citatores (l) præfigunt partibus diem, in conſiſtorijs, aut *Vierſcarijs*, aut in feudorum curijs, ad ius audiēdum, aut quicquam aliud faciendum. Quæ citatio aliquando fit etiam viua voce Iudicis (m).

Contingit quod partes aliquando ſibi mutuo diē compatitionis coram Iudice conſtituant, ſed hoc tantum cum aſſignant diem, vt ad Iudicem compareant, cum conſenſu vtriuſque. Verum iſta mutuæ comparitionis conſtitutio non cenſetur proprie citatio, in Iudicis ſententiam ſubmiſſio. 11

Ideoque ob talem diei per partes aſſignationem Iudex nullam contumaciam decerneret. Si Iudex verbis dicat aut mandet actori, dic aut inſinua partituæ aduerſæ, vt die lunæ compareat, pars credere non debet, ſi velit, niſi oſtendat ſuum mandatum per inſtrumenta, aut per acta. Sed hoc potius retorquetur ad factum, quàm ad ius: non enim tenetur credere ſuo aduerſario, niſi velit. 12

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT LVIII.

a. IN *altera.*) Apparitorem vni deſtinatum præfecturæ (quam Seneſchaliam ſeu Bailliagium vocamus) in alterius ditione ſuis partibus fungi nō poſſe, data etiam à magiſtratu qui illi ditioni præeſt, copia, tradit ex ſententia Bart. *in l. 1. §. præſides, num. 3 ff. de requir. reis*, aliorúmque Imbert *inſtitut. forenſ. lib. 1. cap. 1. verſ. itaque apparitor.* Peck. *de iur. ſiſtend. (mihi) cap. 16. num. 1.* & vtrobique, ſi quid aduerſus ea fiat, omnino irritum eſſe, ſi modò appellatio ab eo interponatur; voluitque Muſcat. declarando, *prax. ciuil. part. 2. gloſſ. verb. intimatio, ſub num. 13. cum ſeq.* Ibidemque Peck, *cap. 17 toto.* conciliando, Rebuff *ad conſtit. reg. tom. 2. tit. de lit. requiſ. art. vnic. gloſſ. 3 num. 32 verſ. non poterit* Boër *dec. 8* & Imbert. *d. cap. 1. in gloſſ. verb. animaduertere*, cum opinione Guid *d. c. 3. 8* iudicem inferiorē poſſe punire, vel incarceratione vel equi ſui detētione, delinquentem ſeruientem curiæ, dummodo hoc ſignificet curiæ illi ſuperiori: & quidem iudex qui manus in eum iniecit, ſenatui hoc quod factū eſt notum faciet, & repetenti illic puniendum remittet: (vt probat & Boer. *dec. 9 num. 6. & 9* ſi verò ſenatus non repetat, aut non reſpondeat, vel aliter diſſimulet, correctio inferioris in huiuſmodi apparitorem procedat, teſte Chaſſen *ad conſuet. Burgun. l. tit. 1 § 7. gl. ſſ. verb. de ſimple reſcouſſe. verſ. 5. concluſio. ſub num. 42. cum ſeq.* Secundum quæ accipiendum etiam erit, quod ſcribit Franc. Marc. *dec. 91. num. 6. lib. 2.* quando ſeruientes abutuntur in officiò ſuo, in terris baronum ſeu baneretorū (quos vocat) poſſe ibi puniri per iudices locorum, & quòd ibidem *num.* 5. Seneſchallum regni, non poſſe exercere aliquod expletum iuſtitiæ, in terra Baronis ſubditi, niſi in caſu reſortus; item quòd quando minor curia præuenit in præcedendo, non teneatur deferre curiæ maiori, ſed poſſit detinere carceratum. Nam aliqui vt tradit etiam Chaſſ. *d. tit. 1. §. 7. gloſſ. verb. de ſimple reſcouſſe. ſub num. 42 verſ. 4 concluſio*, ſi delinquat in executione mandati, excedendo officium ſuum, in territorio alicuius domini habentis altam iuſtitiam, exiſtentis in balliuatu, cognitio ſpectat, ſimul & punitio, ad balliuum ſeu eius præſidem à quo emanauit mandatum: quia licet ſortiatur quis forum ratione delicti commiſſi, aut domicilij, tamen quandoque ſortiatur etiam habendo reſpectum ad perſonam, vt ille ibidem latiùs.

b. *Multa nomina.*) Rouill. latè, *in tract. de inſtit. & iur. lib. 3. cap. 9. poſt princ.* Oldendorp. pulchré, in progymnaſmat *claſſ. 1. actio 4. poſt princ.*

c. *Miniſtri*) Seruientes itidem dicuntur officiales, qui cuilibet tenentur ſeruire; & ad hoc compelluntur pro pecunia, de conſuetudine, vel de iure vt poſt Ioann. Fabr. *in § igitur, ſub num. 2 inſtit.* per quas *perſon. nob. acquir.* tradit. Rouill. *d. cap. 9* In princ. vbi poſt *gloſſ. in l. non dubito.* in verb. *clientes, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ.* exponit clientes, id eſt, ſeruientes, & eſt vulgate, inquit, Galliæ; Boër. *dec. 9 num. 1.* addens imò ſergentarios vulgò appellari; etiam per ordinationes regias. Cæterùm nomine

ſeruien-

ſeruientis (gallicè *ſergens*) comprehendi omnem apparitorem, ſiue ſit iudicum inferiorum ſiue ſuperiorum, non tamen curię ſupremæ nuncios (quos vulgus *huiſſier.* vocat) ſiue magni concilij, ſiue alterius curiæ ſupremæ Rebuff. *ad conſtit. reg. tom. 3. tract de citat. art. 1. gloſſ 1. num. 1.*

d. *Catholicani.*) Boër. *d. dec 9. ſub num. 1. cum ſeq.* vbi tamen ſignificationem eius, nec apud Perot. cornucopiam, nec apud Calepinum inueniri: vt nec certè apud M. Ciceronem.

e. *Soli oſtiarij.*) In illo enim loco citant in quo præfecti ſunt, non alibi; quia extra territorium impunè non paretur ius dicenti, multo minus viatori, per l *vlt. ff de iuriſdict. omn iud.* Rebuff, ex SC. *de tractat. de citat. ar. 1. gl. 1. num. 2.* Peck copioſius *d. cap. 15. ſub num. 2.* vbi tamen Rebuff *num 3.* ſi talis ſit apparitor, qui præfectus ſit in toto regno, poſſe vbique exequi vt ſunt (inquit) quos vulgo apparitores equites (*ſergens à cheual*) vocamus de quibus latiùs Imbert. *d. cap. 1. verſ. atqui ad equites, cum gloſſ. 1. & cap. 5.* verſus fin *verſic. hi autem.*

f. *ſupremi conſilij*) Sic in Francia magni concilij apparitores poſſe vbique concilij iuſſa exequi; inferiorum tamen magiſtratuum non poſſe, ſi ad hæc pręfecti à concilio non ſint, Rebuff. *è praxi d. tract. de citat. art 1 gloſſ. 1. nu. 4.* quem latiùs refert Peck. *d. cap. 16. ſub num 1.* Eſtque apud nos in eam rem *art. 433. ordinat. ſenat. Brab* Quanquam Marc. *d. dec. 91. ad fin. lib. 2.* poſt Guid. *dec. 346 num. 1.* tradat, quòd licet ſua curia Parlamenti Delphinalis, tanquam ſuperior, non debeat requirere iudices inferiores, nec vti debeat quoad ipſos (vt alij iudices inferiores) clauſula; requiſitis requirendis; executiones tamen literarum curię debeant fieri per officiarios locorum Id quod apud nos aliter quoque ſe habet, vt in *art. 398. d. ordin ſenat. Brab.*

g. *Maſſas*) Rouill. *d. cap. 9 verſ. debent etiam*, dum tract. ibidem de habitu ſeruientium. Et apud nos *art. 370. & ſeqq.* ordin. curiæ Brab.

h. *Ab omnibus officiarijs.* (Magna quippe cancellaria, ſicut aquila, vbique volat, inquit Rebuff *ad l. nominis & rei. 6 §. verbum ex legibus, verſ vnde fuit de verb. ſignificat.* Latè in ſimili Muſcat. *in d part. 2 gl. verb intimatio, ſub num 14 cum ſeq.*

i. *Comitem Flandriæ.*) Budæ. pulchrè ad *l. vl. verſ. an. 1224. ff de ſenator.* vbi itidem de coronæ huiuſmodi paribus, De quibus & Benedic. latiſſ in repetit. *cap. Raynutius. part. 1. in* verb. *& vxorem in 2. dec. n. 184. cum ſeqq. de teſtament.*

k. *In manibus.*) In auditorio in quo præfecti ſunt virgam deferre poſſe regulariter, extra non Rebuff. *d. tract. de citat.* art. 1. *gloſſ. 1. num 5* refert & Peck. *d. cap. 16. ſub num 2. ibidemque cap. 20. num. 1.* poſt eundem Reb. *d. art 1 gloſſ 2 num. 3.* Boër. *dec. 107. num 4* alioſque, eo ipſo quod quis defert tale ſignum præſumi apparitorem. Alioquin ei qui in citandi poſſeſſione non fuit, nec credi poſſe, nec citationem eius arctare poſt Bart. *in extrauag.* ad reprimendum, *in verb. per nuncium. & verb. per literas alioſque* Chaſſen. latè *d. tit. 1. §. 7. gloſſ. verb. De ſimple reſcouſſe, ſub num. 25. & ſeq* VVameſ *conſ. 87. num. 11,* vbi *num. 13.* nec credi referenti quod de cōmiſſione iudicis citauit; Aſin latè ad ſtatuit. Floren *de modo proced par. 1. §. 8. num. 7. cum ſeq. & §. 9. cap. 1. num. 7.* Gabriel. *tit. de citat. lib. 2. conc. 4. nu. 5.* Gail. *lib. 1. obſer. 54. num. 4 cum ſeq.* Menoch. *ex cum de arbitr. iud. lib. 2. cent 2. caſu 112. ſub numer. 7.* poſt Alciat. *reg. 3. præſumpt 14. num. 4. in fin. cū ſeq.* apud quos, quando publico nuncio credendum, latiùs; vt & apud Rouill. *d. cap. 9. verſ.* ſed quæro qualiter *iurare.* Boër *dec. 233. verſus fin.* Aſin. extēdendo & limitando latiſſ. *d §. 9. cap 2. 3 & ſeqq.* Vant. *ex com. de null. ſent. ex defect. citat. ſub nu. 149. cum ſeq.* Peck. *d. cap. 20. cum ſeq.* Muſcat. *d. gloſſ. verb. intimatio ſub num. 15. cum ſeq.* Dec. cum apoſt. *in cap. quoniam contra num. (mihi) 72. & 83 cum ſeqq. de probat. & in cap. cum parati nu. 6. cum ſeqq. de appell. vbi nu. 46 in fin.* aliud ſi contrarium probetur, Aſin. è praxi & com. *in d. cap. 2. num. 8.* ibidemque *in §. 9. num. 1.* Maſcard. de probat. *libr. 2. conc. 934. nu. 25.* Menoch. *d. caſu 112 n. 11.* Quanquam moribus receptum, vt credatur nuncio de commiſſione teſtanti, ſi iuramento ſit iudicio obligatus, aſſerat Buſ. *ad l 1. ſub num. 17.* de in ius voc.

l. *Per citatores*) Illius prouinciæ vbi iudex eſt, non per alios nuncios publicos, Chaſſen. *ad conſuetud. Burgund. d tit. 1. § 6. num. 5.* quod tamen (quia allegat Bart. *in extrauag. ad reprimendum, ad verb. per nuncium* intelligendum, vt cuilibet iudici inferiori, nuncio publico totius prouinciæ vti liceat, opinatur Peck. *de iur. ſiſtend. cap. 15 nu. 3.* vbi itidem poſt Ang. *in tract. de maleſi.* ad verb. *Petr. publico & iurato nuncio. num. 4.* licet nuncius ſit curiæ deputatus per quem citatio fieri poſſit, licere tamen iudici, proprio illo nuncio neglecto, ſuperis curiæ vti nuncio, eidemque in ius vocandi poteſtatem dare; vt ille ibidem & nos ſupra latius.

m. *Voce iudicis.*) Diximus hac de re, & reliquis hic ſubſequentib. ſupra *c. 54.* ad verb. & *compellens* & ad verb. *non tenetur.*

CAPVT LIX.

De Citandi modo.

S V M M AE.

Citatio in ciuilibus facienda eſt:

1 *Ad perſonam principalem, ſi inueniri poſſit, Si non inueniri poſſit,*
2 *Ad domum ipſius principalem.*
3 *Ad officinam, vel tabernam.*
4 *Ad domum, vbi vxor, & familia ſunt conſtituta.*
5 *Ante domum, ſi in feneſtra iaceat, &c.*
6 *Ante domum, ſi doloſè ſe abſentet.*
7 *Vagabundi, & qui extra patriam ſunt, citantur per proclamationes.*
8 *Citatio non debet fieri in Cœmiterio.*
9 *Praxis tamen admittit citationem fieri in Cœmiteriis.*
10 *Citatori non licet intrare in domum citandi, ipſo inuito*
11 *Citatio fieri poteſt poſt litis-conteſtationem, ad perſonam procuratoris.*
12 *In Flandria poſt litis-conteſtationem, citantur procurator & principalis.*
13 *In Parlamento, ſi cum vnica non comparitione caderet cauſa, citatio fiet coram teſtibus.*

In materia reali:

14 *Proprietaria, citatio fit per Baillium.*
&
15 *Poſſeſſoria, citatio fit in loco rerum.*

In appellationibus:

16 *Citantur Prætor & Magiſtratus.*
17 *Citantur Prætor & Magiſtratus ſingulatim, ſi non fuerint congregati.*
18 *Franci citant ſolum Conſulem.*
19 *Citatur Magiſtratus, ſi iuxta conſuetudines patriæ iudicant.*
20 *Citatur victor litis, ſi ſecundum iura iudicatum fuerit.*

21 *Capitulum, aut Conuentus Abbatialis, quomodo citandus.*
22 *Capitulo aut Conuentu non congregato, citatio fiet ad Decanum, aut Abbatem.*
23 *Societatum citantur ſoli Gubernatores.*
24 *Communitas Ciuitatis, citatur ad perſonam Magiſtratus, &c.*
25 *Amentium pupillorum, &c. citantur ipſorum rectores.*
26 *In reductione arbitria, citatur pars victoris.*
27 *In materia nouitatis, binæ faciendæ ſunt citationes.*
28 *Differentia inter Citationem, & Intimationem.*

1 OMnes citationes in materia ciuili, debent fieri ante litiſconteſtationem, & perſonaliter ad perſonaliter ad perſonã principalem, ſi inueniri (*a*) poteſt; & in loco ſuæ habitationis, (*b*) Et ſi perſona citanda inueniri non poteſt, tunc citatio fiet ad domum (*c*) citandi, & narrabitur publice vxori aut aliis de familia. Quod ſi nullus ſit domi, tunc citatio delarabitur vicinis, ſic vt citatio talis ad ipſius citati notitiam (*d*) peruenire poſſit.

2 Et ſi citandus plures domos habeat, quas diuerſis temporis, animi recreandi gratia; aut ob alias cauſas inhabitare conſueuit, tunc ſufficit citationẽ fieri ad illam domum, quam pro maiori (*e*) parte anni inhabitat, vel in qua habeat maiorem (*f*) partem vtenſilium, aut familiæ, vel certè vbi tunc tẽpore citationis (*g*) habitat, & moratur Nam citatio quæ fit ad domum, & ad vicinos, tantum eſt vltimum refugium, vt notat Hoſtienſ. *in c. Cauſam qui extra, de dol. & contu.* De quo notatur *in l. Pleriſque ff. de in ius vocando.* & facit quod habetur *in l. dies §. Prætor ait. ff. de dã. infect.* vbi in cauſa damni infecti libellus citationis ad domum applicatur & ibi per Barto. qui dicit: Quod ſufficit citationem ad domum fieri, quando agitur de re reali, & de tali realitate, quæ domnm illam concerneret, vbi plenius materia citationis ad domum explicatur.

Quod ſi citandus vnam domum habitationis habeat intra, & alteram extra ciuitatẽ, aut ſi vnam duntaxat habitationis domum, & cum ea alibi vnã tabernam vel officinam, tunc eſt citandus ad habitationis domum, (*i*) in qua ſuam habet & alit familiam. Et ſi ſuæ familiæ domus, & domus ſuæ tabernę ferè ſint ęquales, tunc citatur ad vtramque (k) domum. 3

Pro

Proclariori huius rei intelligentia ſciendum eſt
4 quod Pariſiis hanc teneant opinionem, *(l)* quod
domicilium alicuius citati vel citandi ſit eo loco,
quo ſua vxor (quæ ab eo non ſit ſeparata, ſine di-
uortiata, aut repudiata) domum & familiam teneat
alat, quia communiter dicitur: Quod vxor facit
domicilium (vt aiunt) Et domicilium eſt vbi quis
larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummã
conſtituit. *l. Ciues. de incolis, & vbi quis domicilium
habere videtur. lib.* 10. *C. iunct. gloſ. in verbo Summã*
quæ dicit Sic ergo ſufficit alterum iſtorum, ſcilicet,
vel larem, id eſt, ſedes & tabulas & res ſuas conſti-
tuere, aut ſi habeat ibi animum habitãdi perpetuo
& tunc actu habitet: Nam facto opus eſt *l. domici-
ff. Ad municipal. & de incol. Vel. ſummam rerum
habere facit l. Sed & ſi ſuſceperit, §. ſi ea res ff. de iud. l.
Tertia, de his qui ſponte publica munera ſubeunt, lib.*
10. *C. l. in lege ff. de verbo ſignifica. & l. Prima. §.*
5 *Domum. ff. de liber. agnoſcend* Sed ſi citandus iaceret
(m) in feneſtra, aut ſtaret in anteriori parte domus
in introitu, vel veſtibulo, vbi executor commode
& honeſtè poſſit citandum alloqui, ipſe bene poſ-
ſet citationem longiuſculè facere, & ad ipſum au-
dientem referre.

6 Et ita ad ſuam perſonam citatio fuiſſet facta, ſe-
cundum ius. Si is qui litigat ſe doloſè abſentet, aut
alioqui impediat *(n)* citationem, quo minus ad ſuũ
notitiam perueniat, is de facto habendus eſt talis,
ac ſi ad ſuam perſonam citatio facta fuiſſet, quæ
tantum domi ſuæ facta fuit, ſed hoc tantum in ci-
uilibus cauſis, fictione iuris. Et ita volunt Doct.
*in cap. Finali, extrau. de eo qui mittitur, in poſſ. ff.
cauſa rei ſeruan.* Sed hæc fictio non habet locũ in
criminalibus, *(o)* per notata *in l. Abſentem ff. de pœ-
nis.*

7 Nam reus criminis perſonaliter eſt citandus.
Vagabundi, & qui nuſquam habent certum domi-
cilium, vel proprium, vel conductum, vel gratis
conceſſum, citantur per publicas proclamationes,
aut per edicta *(p)* publica, aut cum autoriſatione.
Sic etiam citantur, qui patriam plane deſeruerunt,
& in alienas regiones ſeſe moraturos tranſtulerunt,
ſed eam citationem per authoriſationem *(q)* con-
uenit fieri in loco, vbi vltimè habitarunt, aut fre-
quentarunt, debetque illis dies comparitionis inſi-
nuari in finibus patriæ, & in loco quantum fieri
poterit ipſis maximè vicino, Iaſon *in §. Rurſus, in-
ſtitut. de actionib.*

8 Si debitor quiſpiam fugeret ad cœmiterium, aut
ad templum, aut ad monaſterium, aut ad alium lo-
cum ſacrum, executor nequaquam poſſet in Eccle-
ſia, *(r)* aut cœmiterio, aut in alio loco ſacro ipſum
citare, nec mandatum ſuum exequi. Quia nullus
poteſt citari tempore, aut die feſto, *l. Prima, ff. de
feriis, & l. Finali, C. eod. tit. de feriis*, ergo nec etiam
in loco ſacro citatio fieri poteſt, conſequentia pro-
batur, quia valet argumentum à tempore ad locum,
(s) & contra *l. Vinum*, & ibi Bart. & Doct. id notant,
ff. ſi certum peta. & bonus tex. in l. final. & ibi etiam
Bart. *ff. de tritic.* Plura videre de hoc apud D Nico.
Euerardi à Middelburgo, in ſuo libello Topicorum
in d. loco, à tempore ad locum, & è contrario, & per
Claudium Cantiunculam ſimili libro & loco. Sed (vt
nonnulli dicunt) citator tunc poterit citationem à
loco ſacro retrahere, & eãdem peragere & inſinua-
re ad domum ipſius, ipſique tunc citationem factã
renunciare, ſed hoc friuolum videtur, quia ſi in lo-
co ſacro exiſtentem citare non liceat, neque eidem
citationem factam nunciare licebit.

Sed tamen praxis & conſuetudo habent & ad- 9
mittunt citationem fieri in eccleſia parochiali, aut
in eius cœmiterio potiſſimum, in pagis, propter
commoditatẽ parochianorum longius habitantiũ.

Citationis executor neque dolè, neque violen- 10
ter intrabit alicuius domum, vt ipſum perſonaliter
in materia ciuili tantum citet, quia ſufficit ſi ad ſuã
habitationis domum citetur, dummodo non facile
inueniri poterit (vt dictum eſt.) Nam ſi executio-
nis gratia ſeuerè, ac violenter *(t)* in citandi ædes
irrueret, faceret citato iniuriam, *l. Plerique, ff. de in
ius vocan.* vbi dicitur. Quod citans non debet in-
trare domum citandi ipſo inuito & nolente, vt ip-
ſum è domo ſua extrahat, quia domus vnicuique
tutiſſimum eſſe debet receptaculum, & ideo ſi ſic
intret, actio iniuriarum in citantem naſcitur, et-
iamſi tantum intraret cauſa eum vocandi in ius, *l.
Is qui in domum. ff. de iniur. & famoſ. libell. l. nemo,
ff. de regul. iur.* de quo in Speculatore, *tit. de citatio-
ne. §. Sequitur*, verſic *Sed an reo inuito* fiat ergo (in-
quit) denunciatio ſiue citatio ante fores.

Diximus ante litiſconteſtationẽ neceſſum eſſe 11
Patrem ipſam citare perſonaliter, ſiue ad ipſam per-
ſonam, *(v)* ſiue ad ipſius domicilium (vti prædictũ
eſt) præcipuè ſi citet ad comparendum in iudicio,
c. 1. de procuratoribus. Sed poſt litiſconteſtatio-
nem ſufficit citationem fieri ad perſonam procu-
ratoris, *(x)* qui in cauſa occupatus fuit *l. Si dictũ, §.
Si præſente, ff. de euictionibus.* quia poſt litem conte-
ſtatam ipſe tunc eſt magiſter & dominus cauſæ ſi-
ue litis effectus, per expreſſam, *l. Ab executore, §. Si
procurator ff. de appella. & l. Procuratoribus, Co. de
procuratoribus & c. Primo §. licet autem. de procura-
torib. lib.* 6. quod intelligendum eſt, niſi principalis
ipſe præſens adeſſet, tunc enim ambo, & Domi-
nus & Procurator eſſent citandi, non quidem ex
omnimoda neceſſitate, ſed quia hoc vtile videtur
& expediens.

In Flandria praxis habet, vt poſt litiſconteſta- 12
tionem citentur ambæ principales partes perſona-
liter, ad hoc vt ambo videant procedi cum infor-
matione (vulgò enqueſta) dummodo ambæ partes
ſunt præſentes.

Nam

Digitized by Google

13 Nam ſi eſſent abſentes extra patriam, eo caſu fieret citatio cum authorizatione Iudicis. In Parlamento ſtatutum (z) eſt, quod in cauſis vbi impetrās per vnicum defectum, ſiue per vnicam non comparitionem Partis ſimul cumceret omnem cauſam, quod tunc executor tenetur citationem facere ad perſonam citandi coram duobus teſtibus præſentibus, aut ſaltem coram vno teſte ad minùs præſente.

14 In materia reali proprietaria citationes fiunt, per Bailliuos, per Magiſtratus, per Pares curiæ, per Satellites, & alios officiarios, ſecundum vniuſcuiuſque loci conſuetudinem, (a) vt prædictum eſt in præcedenti capite.

15 In materia reali poſſeſſoria, quando eſt quæſtio de re immobili ſuper proprietate (quam ſimplicem ſaiſinam (b) appellant) fit citatio in loco ipſius rei, vel vbi fundus ſitus eſt, & ea citatio poſtea parti inſinuanda erit. Et non poterit Dominus illius, in quo talis citatio fit authoritate Comitis Flandriæ, aut ex authoritate ſui conſilij vllo modo eam impedire, ſi modo ipſe Comes ibi præcipuus ſouuerenus ſit Dominus; quia huiuſmodi citationes quæ ſunt duntaxat verbales, ad iudicium præparandum, nullum adferunt præiudicium prædicto Domino, nec ſuæ iuriſdictioni. Sed ſi dictus Comes, ibidem non eſſet præcipuus aut ſi citatio de facto fieret in præiudicium ditionis, dominatus, ſiue principatus dicti domini, ipſe de illo poſſet proteſtari, appellare, aut de eo facto requeſtam ſuā exhibere.

16 In materia reformationis aut appellationis executor ſuam citationem, aut ſuam commiſſionem exequitur in Curijs ſenatorijs, prætorijs, aut in conſiſtorijs ad perſonam monitoris (vulgò *Maenhere*) & ad perſonas Magiſtratuum, aut Parium curiæ, aut ad eos iudices qui ſententiam, à qua fit appellatio protulerunt, quia ipſi ſuam ſententiam latam ſuſtinere debent. Et poſtea eandem intimationem dirigit & facit ad perſonam, aut ad domicilium illius, ad cuius profectum ſententia lata fuit.

17 Quod ſi executor tales Bailliuos, Magiſtratus, Pares curiæ, aut alios Iudices nequaquam reperiat ſimul congregatos (c) nec eoſdem ſimul congregare poterit in conſiſtorijs, curijs, aut (vulgò *Vierſcharin*) tum poterit executor illos citare ante domum ſenatoriam, aut in plateis particulariter, aut alio in loco, vbi illos aut ſeparatim, aut coniūctim, binos aut ternos repeniet per nomina & cognomina.

18 In Francia vſurpatum eſt iuxta quorundam locorum conſuetudines, vt executor in appellationis materia, ipſum iudicem citet ſolum, ſcilicet, ipſum Conſulem, & eam citationem parti aut partibus poſtea inſinuet. In regionibus verò, & in locis in quibus iure ſcripto proceditur: Executor in materia appellationis primò citat ipſam partem, deinde eam citationem intimat Iudici. Et huius cauſa eſt, quia Iudices ſuas ſententias latas iuxta receptas patriæ conſuetudines verificare, approbare, & ſuſtinere debent, ſub periculo certæ pœnæ & emendæ ad hoc conſtitutæ. Sed ſententias ſuas latas ſecundum iura ſcripta, non ſic ſuſtinere debēt. Ideoque talis appellationis citatio facienda eſt parti, cuius periculo tunc appellatio ad reformationem inſtituitur.

Ad ſimilitudinem citationis Magiſtratus apparet, 19 quomodo citandum erit Capitulum aut Conuentus, aut ſimilis conſocietas, pro quo ſciendum eſt, quod Capitulum citatur ad perſonas capitulantium in Capitulo ſimul congregatas, & exiſtentes.

Et ſimili modo etiam citantur religioſi, Ab- 20 bas, & Conuentus, in quantum executor illos congregatos reperiat. Vel ſic nuncius citat Capitulum aut vniuerſitatem ſimul congregatam, (d) ſi haberi ſimul poſſit. Aut citat ſingulos, non ſingulatim pro maiori parte, non tamen vt ſingulas perſonas, ſcilicet, vt Ioannem, Petrum, &c. ſed vt partes & membra Capituli, cum reliquis vniuerſis totum Capitulum conſtituentes, *cap. Bona, extra de elect.* Aliter enim talis citatio ſi fieret, non valeret.

Nam quod Capitulo vel Conuentui, aut alicui 21 multitudini ſimul faciendum eſt, id non ſingulis ſingulariter, ſed toti Capitulo, totique multitudini ſimul faciendum eſt, coniunctim, vel diuiſim, non quidem per ſe, ſed vt coniunctæ multitudinis mēbris, vt copioſè meminit Specula. *libr. 2 par. 1. titulo de Citatione*, Vel ſi executor ſic ſingulatim Capitulum citare nolit, nec eos congregare poſſet ſimul, congregabit eos per ſonum alicuius campanulæ.

Quod ſi neque hoc modo conuenire capitulan- 22 tes, aut conuentuales velit in Capitulum, tunc executor ſuam citationem exequetur in perſonam abbatis, (e) præpoſiti, prioris, aut decani, abbatiſſæ, prioriſſæ, vbicunque eos repererit, ſiue in templo, ſiue in ipſorum cubiculo, aut cella, ſed id modeſtè, & cum modo honeſto, cum reſpectu perſonarum & locorum. Atque hoc modo citantur ſinguli, non tanquam ſinguli, ſed tāquam membra capituli, ex quibus totum capitulum conſtituitur, niſi enim ita citaret, ſcilicet, vt capitulantes, citatio non valeret (vt dixi) quia cauſa capituli, non eſt cauſa ſingulorum, nec contra, vt in *d. cap. Bona, extra de electio.*

Communitates, & particulares ſocietates, & 23 contubernia citantur ad perſonas gubernatorum & regentium.

Communitas vero totius ciuitatis (quod raro fit) 24

citatio

Digitized by Google

citatio dirigitur ad perſonam Prætoris, Præfecti & Magiſtratus eiuſdem ciuitatis.

25 Citatio verò pupilli fit ad perſonas (*f*) ſuorum tutorum. Sicuti ſi citandi eſſent amentes, furioſi, muti, aut prodigi, citatio facienda erit in perſonam ſuorum curatorum, & ita de ſimilibus.

26 Porro in materia reductionis ad arbitrium boni viri, citatur is ad cuius profectum ſententia arbitralis lata fuit, & arbitris tantum intimatur citatio, non fit executio, quia arbitri non ſunt iudices ordinarij, & ideo non obligantur ſuam ſententiam fulminere.

27 In materia verò nouitatis fiunt duæ citationes, vna ante executionem ad comparendum in loco contentioſo, & altera poſt executionem, vt veniat ad reſpondẽdum & procedendũ ſuper oppoſitione, & ad reſpondendum & ad cauſam oppoſitionis, & ad confirmationem defectuum ſiue non comparitionum, datorum per executorem eodem loco, quo defectus datus eſt. Quæ omnia vt clarius intelligantur, ſubmittam hic modum, & ſtylum quibus Complaintain materia nouitatis executioni mandetur, ad inſtructiones iuuenũ ſiue oſtiariorum nouiciorum.

Ex iam dictis colligitur differẽtia inter Citare & Intimare, quod Citatio fit ſimpliciter, & Intimatio (*g*) fit conditionaliter, ſcilicet, quatenus ſibi actori id ſic expedire videatur, & quatenus putabit ſe ex ijs aliquod damnum conſecuturum. 28

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LIX.

a. *SI inueniri.*) Alberic. (vidiſſe tamen vbique communiter ſeruari aſſerens, quod etiamſi citandus ſit præſens, citetur nihilominus ad domum) *in l. vlt. perfectius, verſ. item not. quod citatio, ff de annal. except.* Socin. declarando latiſſ. *in tract. de cit. art. 17 princ num 3, & 22 cum ſeqq.* Marant. *de ord. iud. part. 6. memb. 1 ſub num. 124.* Roman declarando *conſ. 454 ſub num. 4 cum ſeqq.* Rebuff. ex com. (vbique in Francia in Hiſpania & Italia ſeruari atteſtatus ad conſtit. reg *tom. 2. tract. de citat. art. 2. gl 1. num 2. cum ſeq.* & extendendo *gl. 2 n. 2. cum ſeqq.* Card. Put *dec. 355.* præſertim *in fin. lib. 3.* Mynſing. *centur. 6. obſ 10. num. 6.* Gail *lib. 1. obſ. 49. ſub num 8.* Buſ ad *l. plerique 18. nu 1 cum ſeq. ff. de in ius vocand.* & inibi Coſtal. in princip. declarando & limitando, late Merul. *ex instruct. curia ſuarum, prax Holl. lib. 4 diſt. 4 ſec. 1 tit. 4. cap. 15. ſub n. 1. cum ſeqq.* VVameſ declarando *conſ. 80. nu 5 cum ſeq.* Aſin. declarando ad ſtatut. Flor. *de modo proc. part. 1. §. 6. cap. 1. ſub nu. 1. cum ſeqq.* vbi *cap. 2.* enumerat 10. caſus, in quibus à principio, reiecta perſonali citatione ad domum fieri poſſit.

b. *Suæ habitationis.*) Non valere extra territoriũ citationem Marc *dec. 723 ſub num 1 lib. 1.* Mar *d. memb. 1. n 40 cum ſeq.* VVeſenbec. *conſ. 30 nu 21.* Buſ *ad l. 1. num. 21 cum ſeq ff. de in ius vocan.* Gail. exacte limitando. *lib 1. obſ 56.* tota Rebuff *d art. 2. glo. 1. num 8,* vbi *glo. 3. num 5.* neque citari poſſe in loco rei vel originis menoch. copioſe *conſ. 746 nu. 22. cum ſeqq.* vbi ſecus in reperto in loco originis; Burſat. ex com. declarando & limitando *conſ. 74. n 2. & 35. ad fin cum ſeq* rurſus *n. 100. ad fin. cum ſeq.* (& vtrobique an dicatur repertus ſi procuratorẽ ibidem habeat) & poſt Boër. *dec 11 num. 1.* Merul. *d. tit. 4. cap. 15. num. 7.* addens tamen apud nos non eſſe in vſu.

c. *Ad domum*) Bald *conſ. 147. num. 1. in fin libr. 4.* Alex. *conſ. 2. ſub num. 2.* cum apoſt *lib. 3.* Guid. *conſ. 121. nu 6.* Boër copioſè ad conſuetud. Bitur. *de iuriſdict. omn. iud. §. 19.* Reb. *d artic 2 gloſſ 3 num. 1. 2 3 8. & ſeq* Tiraq. de retr proxim. *§. 9 gl. 2. nu. 1. & §. 2. cum ſeq* Mynſing cent. *2 obſer 96. & cent. 5. obſ. 51.* Viu. declarando *dec. 274 num 1 cum ſeqq.* Caſ de Graſſ *dec. 100. n. 2.* Creſcen. *lectiſ 9 n 1. tit. de dol. & cont.* Odd. declarando, *conſ 72 num 12. cum ſeq.* Ant. Fab. *C. lib. 2. tit. 2. defin. 1 num. 1, 6. & ſeqq.* VVameſ declarando latiſſ *conſ. 88 num. 1. cum ſeqq* Aſin *ex com. copioſiſſ. declarando d. § 6, ca. 1 n. 1. cum ſeq.* rurſus *num 9.* vbi poſt alex. *conſ. 120 n. 11 ad fin lib. 7* alioſque, ex com. id etiam in criminalibus locum habere. ibidemque *cap. 6.* toto, requiſita in citatione ad domum enumerat

d. *Notitiam.*) Non tamen neceſſarium, citationẽ domi factam, veniſſe ad notitiam citati, tãquam ſit in culpa quod procuratorem non reliquerit, aut alium qui nunciare poſſit, per tex *in l. vt perfectius vbi gl. & doct C. de annal except.* Tiraq. *d gl. 2. nu. 39 cum ſeqq.* Kirckh. *in com. opin. cent. 1. v. rò citationem domi factam* Aſin (idem in criminalibus, & in citatione quæ fit per edictum aſſerens) *in d. §. 6. cap. 6. in 11. declaratione num. 1. & 2.* (Idemque noſtris moribus ſeruatur; obſeruata citandi forma tradita *art. 386.* ad fin. ordinationis ſenatus Brab.) Cæterum ex huiuſmodi citatione induci præſumptam tantum ſcientiam, Bald. *conſ. 235 num. 2. verſ. præterea quando, lib. 3. & conſ. 128. num. 1 libr. 4.* ſentitque Burſ. *conſ 74. num. 146.* & non veram ſicut nec veram contumaciam Tiraq. *d praxi* ibidem *num 42.* ſentitque Reb. *d art. 2 gl 2 ſub n. 4.* vbi tamen è praxi, non audiri volentes poſteà probare non veniſſe in notitiã ſuam, licet aliud ſentiat etiam Aſin *d. 6. in 11 declar. n. 1. in fin. cum ſeqq*

e. *Matris.*

e. *Maiori.*) Affliċt. *dec.* 3°4 *num.* 11. Tiraq. *d.* §. 9. *num.* 29 Merul. *d. lib.* 2. *diſt.* 4 *ſect.* 1. *tit.* 4 *c.* 15. *n.* 5.

f. *Maiorem.*) Bald. *conſ* 4·1 *num.* 1. verſus fi... *li.* 1. *conſ* 50 *ſub num.* 3. *&* *conſ* 224. *nu* 1 *verſ.* ex hoc apparet. *lib.* 4. Tiraq. *de retr prox.* § 36 *gl.* 3. *num.* 7. Merul qui ſupra. Alc. *conſ* 55 *cuius init.* domina Caſtora, *ſub num.* 7. vbi *num* 6 *&* *ſub num* 10: attendi ad forum principalius: Dec. limitando, *conſ* 283 *ſub* 11. Burſ. d. *conſ* 74 *ſub num.* 37. ſentitque latiùs declarando Merul. vbi ſupra *nu.* 6.

g. *Citationis.* Roman. *d. conſ.* 454 *num* 7 *in fin cum ſeq.* Dec. *conſ.* 460. *num* 27. Reb. declarando *d art.* 2. *gl.* 3. *num.* 22. *cum ſeqq.* & Poſt Pariſ *conſ* 45. *num.* 37. *lib.* 1. alioſque Aſin copiosè *d* §. 6. *cap.* 4. *num.* 3 *cum ſeqq.* Burſ declarando, *conſ.* 309. *nu.* 11 Odd. *d. conſ.* 72 *num.* 13 Idque cum non ignoratur vbi tempore citationis habitet: nam tunc ibidem citari debere, etiamſi maiori anni parte habitare alibi conſueuerit Tiraq. *d. gloſſ.* 2 *num.* 27. *cum ſeqq.* Aſin. diſtinguendo, *d. cap.* 4. *num.* 4. *cum ſeqq.* vbi vtrobique, id procedere etiamſi per tres dies ibidem nondum habitaſſet.

h. *Refugium.*) Neque fieri vnquã poteſt niſi quãdo expreſſum ſit in iure, vt poſt Inno. in *c. ſignificaſti. de teſt* reſpondit Dec. *conſ* 460 *num.* 30. & citationem ad domum ſubſidiariam, & ſtriċtiſſ. interpretandam, dicere Doċt. poſt Vant. *d. tit de null. ex def. citat. num* 90. alioſque, Odd *conſ.* 72. *nu* 11.

i. *Demum.*) Aſin. declarando, *d* §. 6. *cap.* 5 *num.* 5. *cum ſeqq.* Ant. Fab. *C. lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 7. *num* 1. Sic citationem faċtam ad ſtationem, hoſpitium, vel domum, vbi quis per breue aliquod tempus, & occaſione alicuius negotij vel temporalis officij, commoratur, non valere, latè poſt Burſ. *conſ.* 74 *n.* 12 alioſque, Odd. *d. conſ.* 72 *num.* 14. *cum ſeq.* addẽs ſub *num.* 16. poſt Menoch. *conſ.* 2 8. *num.* 11. Oſaſ. *dec.* 71 *ſub num* 18 *cum ſeqq.* rationem, quia ibi dicitur quis habere ſolitam habitationem vbi familiam habet. Et hæc quidem ſi non in officina mueniatur, Reb *d. art.* 2 *gl* 3 *nu* 14. *cum ſeqq* limitando quoque ſi in officina ſeu ſtatione citandus habitaret, qua de re & *d tom* 2. *traċt. de merc. & negotiat art* vlt *gloſſ. vnic. num.* 20 Sed & Strach. de mercat *tit quom. in cauſ. merc. proced. ſit in* 2. *part.* vlt *part. princ. num* 18. poſt Bald. *in l. hæres abſens,* § *ſi quis tutelam, ff. de iud.* tradit, extraneum mercatorem qui, finge Anconæ, tabernam, pergulam, ſiue menſam habeat, in ea cauſa eſſe, vt ratione contraċtus vel quaſi, Anconæ etſi domicilium non habeat, conueniri tamen poſſit, in his quæ ad mercaturam attinent, tam coram prætore quam mercatorum conſulibus.

k. *Ad vtramque.*) Vt in habente plura domicilia Fab. *d. defin.* 1 *ſub num.* 1. & ante eum Bald *conſ* 234. *num* 2. *lib.* 1

l. *Teneant opinionem*) Pariſijs non ſolum, ſed & de iure com. maritus cenſetur habere domicilium in domo, in qua vxor & familia ipſius habitat, Rebuff. *d art.* 2. *gloſſ.* 3 *num.* 7. Menoch *lib.* 2 *præſumpt* 27. *num* 1. *cum ſeq* poſt Tiraq *de retr. prox.* §. 9 *gloſſ.* 1 *num* 7. alioſque per adduċtam, *l* 1. §. *domum, in verb.* vbi larem matrimonio collocarant *ff. de lib agnoſc.* vbi etiamſi maritus tunc abſit ab ea domo, adhuc ibi citari poſſe. Verùm citationem in perſonam vxoris faċtam non valere, vt contra maritum tanquam contra contumacem procedatur, niſi fiat in perſonam vxoris in domo habitationis viri, Reb *d. gloſſ.* 3 *num.* 9. *in fin.* Imbert. *inſtit. for lib* 1. *cap.* 5. *gloſſ. verb. adhibeat. in fin.* Fab. *d. def.* 1. *num.* 5 *cum ſeq. & d defin.* 7. *num.* 1. *Aſin d.* §. 6. *num.* 7. tunc enim ſuſtineri, præſertim ſi veriſimiliter venerit in notitiam mariti, nec de magno eius præiudicio agatur, Mynſ. ex S C. *cent.* 3. *obſer.* 37 poſt Guid. (licet corruptè citatum) *dec.* 445. *num.* 1. idemque Guid. *conſ.* 121 *ſub num.* 5. Sed & mulierem ad domum mariti citandam Fab. extendendo & declarando *defin.* 5 *d tit.* 2. *lib.* 2. cum ibi habitare præſumatur Rebuff. *d. gloſſ* 3. *num.* 7. *in fin* Menoch *d. præſumpt.* 27 *nu.* 2. poſt Alc. quoque *reg.* 1 *præſ.* 25 *in fin.*

m. *Faceret*) Zaſ. in adduċta *l plerique, poſt princ.* Idem ſi cum ſeruiens ſiue apparitor pulſauerit oſtium, immiſſo capite per feneſtram proſpiciat Rebuff, *d gloſſ.* 3. *num* 19 *cum ſeq.* vbi, ſi tum dicatur abeſſe citabitur dominus in perſonam huiuſmodi domeſtici.

n. *Impedimenti*) Iaſ in *l. ſi ſeruus plurium,* § *ſi quis, num* 8. *de leg* 1. Tiraquel. *tr. ant. tr. es inter alios* 37 *limit.* 12. Roland declarando *conſ.* 47. *num.* 39. *cum ſeq lib.* 2. Aſin. *d. part* §. 7. *cap.* 5 *num* 76. Gail. declarando, *lib.* 1. *obſer.* 55. *nu.* 4. Et paria eſſe, quem perſonaliter eſſe citatum, vel per eum ſtare quo minus ad eum citatio perueniat, ſcribit Socin. *d traċt. de cit art* 20. *quæſtion. princ.* 12, *ſub num* 20. *per tex. in clem* 11 & ibi *not.* vt. *lit. pend. & in clem.* 1. *de iud. & c. om.* 1. *de for comp.* Sed & tunc ſufficere, ſi per fraudem curans ne citari poſſit, per ediċtum citetur Maran *d part.* 6. *memb.* 1 *num.* 84 VVurmſer. *tit.* 6. *de citat obſer* 8. Gail. *d obſ.* 55 *num.* 2. *& obſ.* 57. *num* 1 *& poſt Bart. in extr. auag.* ad reprimendum, in verb. *per ediċtum, num.* 3. *Fel. in cap. quoniam frequenter,* § *porro num.* 14 *&* 15. *vt lit. non conteſt.* alioſque Menoch. *recuper. poſſeſſ remed.* *d. quaſt.* 13. *n.* 115. Carceratum quoque fortè ob maleficium, in domo ſolitæ habitationis citandum, poſt *gloſſ & Doct. in l* 1. *C. quib ex cauſ maior in integr reſtitut.* Tiraq. *de retr proxim* §. 9 *gloſſ.* 1. *num.* 38. Aſin. *d.* § 6. *cap* 5. *num* 11. & citationem tanquam ad domum faċtam valere, citato alibi ſua culpa detẽto & incarcerato Mynſing. *ex SC. obſ.* 69. *in princ. cent.* 2.

o. *In criminalibus.*) Quomodo contra abſentem de cri-

Digitized by Google

de crimine accuſatum procedatur, etiam in foro ſpirituali, Gaid. *dec.* 429. *num.* 1. *cum ſeq* quem probat & Imbert. inſtit forenſ. *lib.* 1. *c.* 6 *poſt pr n.* & quomodo inſuper cõtumaciam ſua præſentia purgare. & damnationem reuocare poſſit, Annæ Reb. *rerum di* . *lib.* 1. *cap* 10. ſed ea de re dictum eſt alioquoties & alibi.

p *Aut prædicta.*) Innoc. *in c. quia propter.* 42 *ſub num* 10 *de elect & in c. ſi aduerſarius* 4 *ſub num.* 6. *de eo qui mit. t. in poſſeſſ.* Clar. *recept ſen.* *l b* 5. §. *fin. quæſt* 31 *num* 21 Imbert inſtit forenſ *d. lib.* 1 *cap.* 6. *in princ.* & Gail. *lib.* 1. *obſer* 57. *nu.* 4. alioſque Buſi *ad l. plerique, n.* 2 *ff de in ius vocand* Tiraq remiſſiue *d.* §. 9 *gl.* 2 *num* 14. *& gloſſ* 3 *num.* 1. *in fin. cum ſeq.* & poſt Molin. *ne vſur num* 311. *a iſque* Menoch. *conſ.* 100 *num.* 113 *& de recup. poſſ d. remed.* 8 *num* 116 *cum ſeq* qui ibidem *remit l.* 10 *num* 50. Poſt Bart. *in l* 1. *nu* 2 *C de Tyron lib.* 1 *alioſque*, tradit, eum dici vagum, qui non trahit moram vno in loco, ſed modo huc, modo illuc vagatur, ſequitur poſt alios & Pegner. *dec.* 3. *ſub n.* 14. vbi tamen *num* 9. poſt auctorem noſtrum, in *prax crim. cap.* 3 *ſub num.* 5. Clar. recep. ſent. *lib.* 5. §. *fin quæſt.* 3 *nu.* 8. alioſque, paulo aliter vagabundum deſcribit ibidemque *num* 14. *in fin cum ſeq.* poſt Maſcard. *de probat. concluſ.* 1. *num* 1397. alioſque probari quem eſſe vagabundum, ſi firmum domicilium nec manſionem vſibi habeat, ſed per mundum vagando tranſgreditur.

q. *Per authoriſationem*) De literis huiuſmodi authoriſationis Reb. *d. art.* 2. *gloſ.* 1. *nu.* 9. latiuſque hac de re Fab. *C. lib.* 2. *tit.* 2 *defin.* 2. & apud nos *articu.* 389. *cum ſeq* ordinationis curiæ Brab. Merul. latius declarãdo *d. li.* 1 *diſt.* 4. *ſect.* 1. *tit.* 4 *c.* 16 *n.* 2. *cũ ſeq.*

r. *In eccleſia*) Contra Socin *de citat. art.* 17. *qu.* 5. *num* 46. *cum ſeq.* Aſin. *d.* §. 6. *cap.* 1 *nu.* 6 Peck. *ex cõ. de iur. ſiſtend. cap.* (nihil) 6 *ſub num.* 1. Quemadmodum ſufficere etiamſi ad eccleſiam citetur clericus, per *c. vlt. in fin. de dol & contu. & c ex tuæ, de cler. non reſident.* & vt vbique not. tradit Alberic. *in l. vt perfectius, verſ ſufficit etiam annal except* Imo nulla etiam præcedente perquiſitione; tanquam nõ repertus in loco vbi adeſſe deberet, latitare præſumatur, Aſin. *d.* §. 6. *ca* 2. *limitat.* 3. *nu* 1 reſtringendo *num.* 2 cum de ea eccleſia agitur, ſecus ſi de cauſa prorſus extranea qua de re etiam Socin. qui ſupra Tiraq. remiſſiue *de retract. proxim d.* §. 9. *gloſſ* 2. *nu.* 37. elegãter Imb. *inſti forens l* 1. *c.* 5 *ad verb. edeum.*

ſ. *Ad locum*) Latè Alciat *num* 19 *cum ſeq.* Zaſ. *n.* 9 *in adduct. l. vinum.* Rebuff *ad conſtit reg. tom.* 2. *tract. de mercat. & negot. art. vlt gl. vni. ſub nu* 16 *appoſitè* Couar. decl. *var reſ. lib.* 2. *c.* 20. *ſub n* 14.

t. *Violenter.*) Socin. poſt alios *in adducta, l. plerique in* 2 *not. num.* 11 limitando *num.* 12. vt & Zaſ ibidẽ poſt princ. niſi ianuæ ſint apertæ, & nullus prohibeat, Rebuff. *d. art.* 2. *gl.* 3 *n.* 10 *cum ſeqq. & è prax. num.* 21. Cæterum ſpeciali iudicis permiſſione opus eſſe, vt liceat effractis foribus domum eius ingredi contra quem executio facienda eſt argumento *l. quæ mulis* 11. *& l generaliter,* 13 *ff. de in ius vocand. cum ſimil* etiamſi alibi quam in domo fieri executio non poſſit, vt ſi quid occultum ſit perquirendum, aut deſcribendum aut ſequeſtrandum Ant. Fab *ex SC. d. li.* 2 *tit.* 2. *defin* 9. *n.* 5 *cum ſeqq.* vbi tamen ſi his caſibus fores apertæ ſint non opus eſſe ſpeciali permiſſione, vt liceat domum ingredi ad faciendum id, quod non niſi in domo fieri poſſit, *per l. binas,* 9. *& l ſi. vt it ut* 1 19. *ff. de ſeruit. vrb. præd.* vt inibi de his per eum latius. Et de reliquis huc ſpectantibus dicemus, *infr. c.* 64. *nu.* 28. *cum ſeq.*

v. *Partem ipſam*) Poſſe tamen citationem primã incipere à procuratore Villal. *in com opin. lit C. nu* 53. poſt Iaſ. *ex com. in l. et mqui* 3 *n* 1. *C. de procur.* limitando, 1. ſi dominus eſt abſens, ſecus ſi in ciuitate præſens, ſecundo, in his quæ ſunt parui præiudicij, in quibus contumacia procuratoris poteſt nocere domino, qua tamen de re latiùs Socin. diſtinguendo, *in d tract. de citat art. princ.* 5. *qu. ſt.* 4. *num* 4 *cum ſeq* ex cuius ſententia, quam vt com. & à nemine improbatam approbare dicit Boër. *dec.* 285. *num.* 5. tradit Turza. *in com. opin verb citandus eſt procurator, ſub initio*, ſi nõdum procurator litem fuit conteſtatus, vtrumque ipſorum citari poſſe. Regulariter tamen & in dubio meliùs, tutiùs, & ciuiliùs eſſe, citare primò dominum quàm procuratorem, poſt Bart *in d. l. eum qui* 3. *num* 2 Ant. Fab *C li.* 2. *tit* 2 *defin.* 4 *n.* 2. *in fin. & defin.* 12 *n* 4.

x. *Procuratores.*) Felin. poſt alios, *ex com. in cap. ij. ſub num.* 33. *cum ſeqq. de teſt* Boër, ex com. declarando & limitando, latiſſ. *d. d. c.* 285 *nu* 1. *cum ſeqq.* Turſan. *in com opin verb citandus eſt procurator, in princ* Soar. *rec ſent. theſ in lit C num.* 76 Marant. *d. part.* 4 *d. ſt. nct.* 16. *nu.* 40. vbi, ſi aliter fiat, vt quia citetur dominus, non valere proceſſum; Mynſing. *cent.* 2. *obſer.* 39. limitando, niſi procurator eſſet impeditus, vel abſentia, vel infirmitate; tunc enim poſſe citari dominum; Boër. *d. dec.* 285 *ſub num.* 5. vbi idem, ſi ſe nolle comparere declaraſſet, Turz. *in d. verb citandus eſt procurator.* Citationem quæ in domicilio procuratoris valere Rebuff. *è praxi d. art.* 2. *gloſſ.* 1 *ſub num.* 5.

z. *Statutũ*) Eſt & in Frãcia cõſtitutio regis Ludouici XII quã commẽtatus eſt Reb. *d. art.* 1. *&* 2.

a. *Conſuetudinem*) Principem vel legem municipalem ſtatuere poſſe certũ citationis modũ Menoch *conſ.* 260. *n.* 28. poſt Bald *in l.* 1. *n.* 7. *C qu modo & quand iud.* formamq. citationis præter ius cõ. poſſe à ſtatuto vel ſtylo iudici, poſt eundem Bald. *in d l.* 1. *n.* alioſq. Aſin *d* §. 6. *c.* 4. *n* 1. *&* § 7. *c.* 5 *limit.* 80. *&* §. 10. *c.* 1 *ſub n* 2. *verſ in fin* Alex *cõſ.* 65. *n.* 9 *in fin. &* 101 *b.* 1. Bened. *in repet. ca. Raynut. part.* 2 *ad verb. mortuo itaque teſtatore,* 1 *n inter.* 151.

Caput.

Capyc. *dec.* 101, *num.* 2. multoque fortiùs à lege regia, Rebuff *d.tract.de citat. art.* 2.*gloſſ.* 1 *ſub nu.* 1. *&* *tract. de cont. & defect. art.* 2, *gloſſ.* 1 *ſub num.* 6. vbi in concernentibus ordinem procedendi, ſeruã-dam conſuetudinem loci in quo iudicium agitatur. Proinde quoque attendẽdum ſtatutum loci in quo facta fuit citatio, poſt Alex. *conſ.* 2. *num* 9 *libr.* 2. alioſque Aſin. *d.* §. 6 *cap.* 10. *toto.* *Baro* à Fautem. *tit. de milit. vaſall qui cont. eſt ſub num.* 1. *poſt princ. in vſ feud.* Et ſtatuti forma non ſeruata citationem non valere, idem Aſin. *d.* §. 6. *cap.* 9. *ſub numer.* 2. *&* copioſiùs *cap.* 4. *ſub numer.* 1. *poſt Ang. conſ.* 186. *&* *petito conſ.* 216. vtrobique *num* 2. *fel. in cap. ex parte* 2. *num.* 9. *limita.* 8. *de offic. deleg.* Alex. *conſ* 137 *num.* 15 *cum ſeq. lib.* 2. Socin. limitando, *in l.* 1. *nu* 7. *cum ſeqq. ff. ne quis eum.* Tiraquell. *de retr. prox.* §. 8. *gl.* 3. *tota &* §. 36. *glo.* 2. *num* 27. *in fin.* Neq; citatum, non comparentem, dici contumacem, ſi non citaretur ſecundum ſtylum curiæ Boër. *dec.* 235 *in fin.* Imbert. *inſtit. forens lib.* 1. *c.* 5. *ad glo.* 1 *ad verb. indiget in fin* Roland. *conſ* 9. *num* 28 *lib.* 1. *& conſ.* 47. *num* 54 *lib.* 2. Peck. *ad reg ea quæ* 26. *nu* 6. *verſ.* 6 *amplia de reg iur. in* 6.

b. *Saiſinam.*) Reb ex SC *d. art* 2. *gl.* 2. *nu* 8, *in fin.*

c. *Congregatos.*) Citationem primam, in vniuerſitate, fieri debere in collegio ſeu vniuerſitate. Villal. *in com. opin. lit.* C. *nu.* 51. Item *in lit* V. *nu.* 45. vniuerſitatem non conſtitui contumacem, vel in dolo, ex contumacia ſyndici, ſed debere fieri in collegio, vel in vniuerſitate citationem, qua de re latè Socin *in d tract. de citat. art.* 1. *q.* 70. *n.* 24. Bart. *in l. vlt. ff quod cuiuſque vniuerſ & in extrauag. ad reprimend. verb. citatum corpus* Bald. eleganter *conſ* 203. *num.* 3 *lib.* 1. Quomodo apud Batauos ciuitates aut communitates citentur, Merul. *d. lib.* 4. *diſt.* 4 *ſect.* 1. *tit* 4 *cap.* 12. *num.* 16 *cum ſeq.*

d. *Congregatam*) Tunc ingredi apparitorem poſſe, & ſic citare Reb. *d. art* 2. *glo.* 3 *num.* 13. Verum ex citatione contra capitulum facta, non affici omnes ſingulares de capitulo, Cardin. Put. declarando, *dec.* 10 *num* 2. *lib* 1.

e. *In perſonam.*) In cauſis tangentibus alicuius eccleſiæ capitulum ſufficere ſi citetur œconomus, per *tex. in l omnes* §. hoc nihilominus, *C. de epiſ. & cler.* Guid. *è prax.* 1 *& ſtylo, dec.* 321. *in princ.* vbi idem in guardiano (quem vocat) fratrum minorum; idemq; in procuratore fratrum prædicatorum. Item ſi citetur Abbas & prior talis monaſterij; Decanus & capitulum talis eccleſiæ, Gaill. *libr.* 1 *obſer.* 49 *num* 6. *cum ſeq.* Quinimo ſufficere ſi citetur vniuerſitas, per edictum propoſitum in loco conſuetæ congregationis, Menoch. *de recuper. poſſeſſ remed.* 8. *num* 119. poſt Marant. *d. part.* 6. *memb.* 1. *num.* 94. alioſque, vt & præconis proclamatione in ius eos vocari receptum eſſe, qui ex vniuerſitate & collegio conſtant, ſcriptum reliquit Imbert. *inſtit. forenſ. libr.* 1. *cap.* 6.

f. *Ad perſonas*) Si ad ſint, aut ſi abſint in domicilio proprio, ac ſi tutores ipſi eſſent qui in ius vocarẽtur, Fab. C. *lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 3 *num.* 2. *cum ſeqq.* & quamuis ille ibidem, poſt Bart. *in l.* 1. §. *ſufficit, nu.* 2. *ff. de adminiſtr. tut.* vbi & poſt alios Muſcatel. *prax ciuil. part.* 2. *ſub nu.* 37. *cum ſeqq.* velit ſufficere citatum eſſe ipſum pupillum, ſi modo non ſit infans tamen infante etiam maiorem ſine tutore in ius nõ vocari, Pinel. *in l.* 1. *part.* 2. *ſub n.* 67. *verſ cauendum magis C. de bon. mater.* Tiraq copioſe, *de retr. prox.* §. 1. *gl.* 13. *num.* 16. *cum ſeqq.* Soar. *recept. ſent. theſ. lit.* P *n.* 361. Mynſing. *cent.* 2 *obſ.* 35 *in princ* Card. Put. ex SC *dec.* 95 *lib.* 3. Creſcent. ex communiori *dec.* 10. *num.* 2. *&* 4 *in fin. de dol & cont.* Achil. de Graſſ. ex communiori *dec.* 133. *num.* 7. *reſtringendo ibidem n.* 1 *& ſeqq.* vti & Put. *d. dec.* 95. *poſt princ.* Sed & minoris, ſub regimine curatoris ſui, citationem nullam eſſe, Menoch. *conſ.* 962. *q. cui in c. cauſa iſta, illuſtriſſ ſub num.* 33. Si tutores non habeat pupillus, citandos eius coniunctos Bald *conſ.* 340. *ad fin, lib.* 2 Crauet *conſ.* 215. *ſub num.* 1. *&* 6. Mynſ. *d. obſ.* 35 Gail *lib.* 2. *obſ.* 107. *ſub num.* 7. vinicos & amicos Creſc. *d. dec.* 10. *num.* 3. Olaſc. ex SC *dec.* 89. *num.* 6. *cum ſeqq.* vt infantem defendant, vel tutorẽ ei dari curent, Marant, latè *de ord. iud. d. part.* 4. *ſub num.* 36. Fab. *c defin.* 3. *num* 6. *cum ſeqq. & def.* 29. *&* 33. *lib* 3. *tit.* 1. Muſcat extenſè *d gl. intimatio, num* 4. *cũ ſeqq.* alijque ad quos remittit Vinc. *de Ann. ſing.* 394. *cum apoſtill. nouiſſ.*

g. *Intimatio.*) Intimare idem ſignificare quod notificari, ſeu citare, Muſcat. *prax. ciuil part.* 2. *gl. intimatio. nu* 1. ſeu denunciare, Chaſſ. *ad conſ. Burgund. tit.* 11. *de cenſ* §. 4 *ad verb. Sera demine. num.* 1. *& ſeq.* vbi quomodo fieri debeat.

CA-

CAPVT LX.

De competente die.

SVMMAE.

1 *Citater debet parti conſtituere certum & competentem diem.*
2 *Dies competens* — *In communibus cauſis, eſt dies ſeptimus.*
3 *In Complaintis ſunt tres dies in loco contentioſo.*
4 *In Complaintu ſuper oppoſitione ſunt dies 7. aut 14.*
5 *In materia reali coram Iudice ſunt dies 14.*
6 *In actione perſonali ſunt dies 5. aut 6.*
7 *Citatio* — *Facta ad diem non iuridicum* — *eſt nulla.*
8 *Facta ad diem feſtum Eccleſiæ* — *eſt nulla.*
9 *Citatus ciuiliter, & non peremptoriè, tertiam Citationem expectare poteſt.*
10 *Error in citatione commiſſus purgatur propter ignorantiam comparentis.*
11 *Nimis longum terminum Iudex breuiare poteſt.*
12 *De abbreuiatione, & temporis longitudine Pars appellare poteſt.*

1 VT igitur Oſtiarij nouelli certius ſuas executiones peragant, hæc illos præſcire volui. Quod in omni citatione obligantur executores aſſignare Parti competentem *(a)* diem, breuem aut longum, ſecundum cauſæ exigentiam, & qualitatẽ perſonæ citatæ, ac ſecundum diſtantiam loci.

2 Secundum ſtylum Flandrię in communibus cauſis competensdies eſt terminus ſeptem dierum, ſed ordinarius eſt decimus quartus

3 In materia Complaintæ tres dies ſunt competentes ad comparendum in loco contentioſo, vt dictum eſt, ſed ſuper oppoſitione debent eſſe& aſſignari ſeptem aut quatuordecim dies, iuxta diſtantiam loci.

4 In materia reali dies conſtituti ad comparendũ coram magiſtratu, aut coram paribus curiæ ſunt
5 quatuordecim dies: & in actione perſonali, ſunt
6 quinque dies, aut plures, aut pauciores, ſecundum vniuſcuiuſque loci conſuetudinem.

7 Si executor aſſignet diem ad ſeruiendum, ſuper die non iuridica id eſt, quo ius non dicitur, citatio eſt nulla, iuxta aliquarum curiarum ſtylum, & etiã ſecundum iura. *(b)* Et tunc comparens poterit poſtulare licentiam curiæ, & expenſas. Attamen ſecũdum ſtylum Cameræ ſiue con ſilij Flandriæ, ac etiam magni Conſilij, is dies ſeipſum continuat vſque ad proximum *(c)* diem iuridicum, ita vt ſi dies iuridicus conſtitutus fuerit die indebito, dies debitus erit illi proximus. Quod ſi executor omni citaſſet ſine diei aſſignatione, citatio eſt bona & valida, ſecundum opinionem nonnullorum, quia intelligitur quod citatus ſit citatus ad comparendum, quam primum poteſt *(d)* Sed talis citatio non valet ad hoc, vt per contumaciam Partem remoueat & condemnet.

Citationes factæ diebus feſtis Eccleſiæ, nullius *(e)* 8
ſunt momenti, *l. 1. ff. de fer. l. finali, c. eo tit. & c. Finali eo tit.* & ibi Ioan. And. & Panorm. Iſta eſt ſententia Oldradi, quam ſequitur Bart. in *leg. Prima*, §. *nunciatio: ff de oper. no. nunciat.* Sed ipſa citatio eſt valida, quæ facta eſt diebus feſtis particularibus inſtitutis, non ab Eccleſia vniuerſali, ſed à primoribus quarundam ciuitatum, ob certas quaſdam neceſſitates, ſcilicet, tempore peſtis, famis, ſterilitatis, belli, aut tempeſtatis, &c.

Si executor aliquem ciuiliter *(f)* & non perem- 9
ptorie citauit ad comparendum intra duos aut tres dies, citatus nõn tenetur cum ſecunda citatione comparere, quia poterit tertiam citationem expectare quæ tota eſt ipſius. Vltimus enim dies in citatione expreſſus cedit pro dilatione, *leg. Eum qui k. lenuis. ff. de verb. obligat.* Nam licet ſit appellandum idſta decem dies, vltima tamen in hoc numero comprehenditur, vt notatur, 2. *quæſt. 6.* quaſi per totum.

Et hic ſciendum eſt, quod defectus aut errata in citatione commiſſa purgãtur, ſi citatus compareat, & eos defectus aut errata neſciat, aut ſaltem in iudicio non incuſat, aut pro facto crimine deponat, & conqueratur, priuſquam aliquid reſpondere incipiat.

Si executor diem nimis longum conſtituiſſet, 11
quodque partes ea de cauſa conquererentur. Iudex ex cauſa eum abbreuiare *(g)* poterit.

Sed de talibus abbreuiatis diebus poterit citatus 12
appellare *(h)* ſicut etiam appellare poterit de termino dictum nimis longo, ſi modo ex eo termino nimis longo aliquid damni conſequeretur.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT LX.

a. Competentem) Text in clem 1 poſt princ. vbi Boniſ. de vital. in 6. not. de iud, Afflict. dec. 124. ſub n. 2. & poſt Roman conſ 497. num. 5. alioſque Rubuff. latè è praxi in concordat. Franc. titul. de conſtitut. ad verb. terminum. Grauat ad prax. Veſtr. cap. vlt. lib. 7. num. 28 Gail. lib 1 obſeru. 53. num. 19. vbi ſub num. 20 in camera Imp hoc tempus eſſe arbitrarium, conſiderari loci propinquitatem vel longinquitatem, Eſtque in eam rem artic. 286. poſt princ ordinat. ſenat. Brab. Et articu. 14. inſtruct cur. Holl. quæ declarat. Merul d. lib 4. diſt. 4. ſec. 1. tit. . cap. 14 num. 4 & ſeqq

b. Secundum iura.) Citationem ad diem feriatum factam nullam eſſe, vt ab ea non ſit neceſſe appellare, neque ad eam citatus cōparere tenetur nouaque vocatio ſit neceſſaria, Caſtrenſ. in l 1. per illum textum n. 1 cum ſeq. ibidemque Coſtal. verſ. fin. & Buſi, n. 15. ff de fer. Imbert. inſt. forenſ lib. 1. cap. 17. gloſſ. verb. iuſtitium vbi tamen tutius eſſe docet iudicium in legitimum tempus prorogandum petere.

c. Ad proximum) Boër. dec. 235. num 3. verſ. ſicut, dicimus Imbert latè Inſtitut. for. libr. 1 cap. 13. in apoſt. verſus Fin. verſ atqui nō prorſus & hoc tenere pontificios aduerſus legum interpretes, aſſerit poſt Felin in c. 4. quod ad conſultationem, n. 3. & 4. de re iud. Vant. de null pro eff. tit. de null. ſent. ex def. cit. citat, n. 65. cum ſeq. Gail libr. 1. obſ. 53. num. 1 cum ſeqq. Bart. in l. 4. §. tum ſi nihil num 3 cum ſeq. ff. ſi quis in voc & Mar. de ord. iud part. 6. n. 120. diſtinguentes vtrum in citatione error ſit expreſſus, vt ſi dicatur compareas die dominico, vt tunc citatio non valeat: an verò non ſit expreſſus, ſed comparitionis dies incidat in feriatum, & valeat; quia ſequenti die non feriata procedendū, id quod voluit & Reb. ex SC. & conſuetudine generali Frāciæ tom. 3 conſtit. reg. tract de contum. & defect. artic. 1. gloſſ. 1. num. 25 & tract. de citat. in præfat n. 122. Ideoque adijci, ad tollendas cauillationes, in citatione volunt clauſulam ſolitam; compareas tali die, quod ſi illa iuridica nōn ſit, compareas iuridica ſeq. idemque poſt alios Cornazzan. dec 205. num. 4 verſus fin. Buſi. è ſtylo, ad l. 1. num. 13. & ſeqq. ff de in ius voc. Quid autem in dilatione octo dierum data, octauo die in feriatum cadente, Sichard. (aliter in eo ſentiens) in le. ſiu. part 3. num 9 Cod. de dilat Coſtal. ex SC ad fin. Buſ. num 16 in l 1. ff de fer. Sed & actum qui veniebat in feſto expediendus, in diem ſequentem transferrri poſt Bald, in d. l. 4 ſub nu. 10. verſ. au: loquimur in dilatatione ff ſi quis in ius voc. non ier. alioſque Viu. è ſtylo & SC. dec. 11 ſub num. 10. cum ſeq ſentitque Cornazz d dec. 205. num 4. verſ. ſiu autem dubium, late etiam hac de re Merul d. c. 14 num. 11. vbi differentiam eiuſmodi ab oſtiarijs curiarum ſuarum non ſeruari, nihil penſi habentib. quo die fieri oporteat citationem. ſed tamen è praxi ſeruari, vt ſi oſtiarij reo comparitionis diem nō iuridicum conſtituerint, dies tunc è ſtylo cōtinuetur in proximum diem iuridicum.

d. Quàm primùm poteſt.) Alex. poſt alios declarando, in l. in exemplo, 118. § decem hodie, num er. 5. ibidemque Iaſon ſub num. 7. cum ſeq ff de verb. obligat Vant. ex com. d titu. de null. ex defect citat. num 71. Grauat. ex communi ad prax. Veſtr. libr. 4 cap. 2 num. 10 cum ſeq. & libr 7. cap. v 1. ſub nu. 30. Cardin. Put. ex SC. dec. 212. lib. 2. Soar. recept. ſent. theſ in liter. C num. 68 cum ſeq. Kirchou. com. opin cent. 1, concl. 67. verb citationem non continentem, Mar. de ord. in l part. 6 membr. 1. numer 65. diſtinguendo tamen (& vt hîc) vt citato non comparente quàm primùm poteſt, non poſſit ad ſententiam, vel ad alios actus, in contumaciam procedi, poſſit tamen mulctari tanquam inobediens; late Socin. d tract de citat. artic. 19. quæſt princ. 6. num. 18. Aliter diſtinguit Caſtrenſ. conſ. 254. num. 4 libr. 2 quòd aut citatur quis ad actum expediendum per iudicem, vt ad ſententiam audiendam, & tunc debeat continere certum diem, quo dicat velle ſententiam ferre; ad eundemque diem & horam, debeat pars citari, alioqui non valeret; quia certa non redderetur quando comparendum eſſet, per l aut qui aliter, §. 1. ff. quod vi aut clam, aut verò citatur ad actum expediendum per ipſummet citatum, vt ad excuſandum ſeſe, vel reſpondendum petitioni vel articulis, & tunc poſſit valere citatio non continens certum diem; cenſeaturque citatus vt quam primum poſſit, infra paucos tamen dies, compareat. Aliter quoque diſtinguit poſt Dec. in cap. cum parati, num. (mihi) 17. cum ſ qq de appellat. Boër. dec 235. num. 3. vbi pulchrè verſu fin De ſtylo & com. obſeruantia curiarum Franciæ, non ſolere in literis citatorijs apponi diem neque horam, quibus citatus comparere debeat, ſed per ipſas mandari nuncio, vt citet ad certum & competentem diem; ipſumque ſeruientem, ad requiſitionem partis impetrantis, eidem citato aſſignare diem coram iudice mandate (vel, vt hoc illi addas delegato) loco & hora curiam teneri & cauſas expediri conſuetis: (vt hoc voluit,

Digitized by Google

voluit & Rebuff. *in concor l. Franciæ, ad verb. terminum, v. r. ſall. in literis tit. de conſlit.* Etſi per errore non expreſſerit in ipſa aſſignatione diem certum, nihilominus quod citius comparere teneatur loco & hora curiam teneri & cauſas expediri conſuetis, ne in defectum & contumaciam cadat, quia nuncius credens certum reo aſſignaſſe diem conſuetū, illum in relatione expletorum inſertum deliberet; & tradat actori. Eſtque horum vſus apud nos vbique notior, quam vt latius hic aſtrui debeat. Sed & horam & locum facilè prætermitti, ſi ad ſtatum ordinariumque iuris dicendi diem quis vocetur, Imbert. *inſtitut. forenſ lib. 1. ca. 5 ſub init.* vbi *in gl ſſ. verb. hora & loco.* citatum ad actum aliquem, hora nulla expreſſa, debere comparere ea hora qualis actus fieri ſolet, poſt Felin. *in cap. 1. de iud* aliosque; latè his idem etiam Imbert. *d lib. 1. cap. 13. in apoſt. a l verb. iubetur. verſus Fin. verſ nam. ſicut.* Boër. limitando in iudice delegato à ſede apoſtolica, *d. d. c ſ 135. num. 2 verſ. & idem eſt* Blarer in repetit. *l. diffamari cap 6. nu 132. cum ſeq. C. de ingenu. manum.* & Merul *d. ca. 14 numero 12.*

c *Nullius.*) Socin poſt alios, *in l. ij. num. 14. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* Guid declarando, *dec. 56. num. 1. cum ſeqq.* Marant. *d. part. 6. memb. 1 numer. 119* & poſt eum aliosque Mucatell. declaran- *in prax. ciuil. part. 2. gloſſ. verb intimatio, ſub nu. 19. cum ſeqq.* Grauat. ex com. limitando, ad prax. Veſtr. *cap 3. num. 13.* Viu. *ex com. & SC dec. 274. num 13. & 18.* Soar. *in recept. ſent. theſ. lit. C. numer 46.* Licet contrà Guid. *dec 115. numer. 1 verſus Fin.* Gail. *d obſ. 53 num 5. cum ſeqq* Oſaſ *conſ. 6. n. 28.* aliique quos accumulat. Tiraq. *de retr. proxim. in fin num. 78. cum ſeqq.* Sed & commiſſionem de citando non tenere factam die feriata; verum nuncij actum, ſeu inſinuationem citationis, & relationem, vt compareat die non feriata, valere, & ita practicari, tradit, poſt Bald. *in leg vlt. poſt princ. verſ. 3. ergo. ſunt, C. de fer.* Sarayn. ad Matthæſill, *ſingul. 9 num. 15.* addens tamen commiſſionem, de capiendo delinquentem, fieri poſſe quocunque tempore feriato, ſecundum Bald. *in l 1. C. de exhib. reis,* aliosque. Adhæc declarationem ab auctore hîc ſubiectam, poſt Barr. *in ad lud. l 1 §. 1 un iat. num. 20.* ſequitur nouiſſ. quoque Merul. *d libr 4. diſtinct. 4 ſect. 1. tit 4 cap 13.*

f. *Ciuiliter.*) Puto legendum ſimpliciter: Pulchrè Guid. *conſ. 121. verſ plus dico.*

g. *Abbreuiare.*) E diuerſo, licet quando citatio ad certam diem & horam fit, vt actus eadem die & hora expediatur neceſſarium ſit, alioqui ſi ante vel poſt, non valeat actus, tanquam parte non citata factus, Bart. *in l. aut qui aliter,* per illum text. vbi & Alex. *& in l. ſi ciuem, ſiue vltim. §. ſi is qui ff. quod vi aut clam.* idemque Alex. *conſ. 213. numer. 8 libr. 2.* Ferrar. *in form. reſponſ. rei con. ad verb. in termino, ſub num 6.* Gramm. *conſ. 78. num. 12. in ciu l* Grauet, *conſ. 122. numer. 17.* Imbert. *inſt. iur. forenſ. libr. 1. cap. 5. ad verb. hora & loco,* poſſe tamen iudicem, in termino citationis illam ad aliam diem & horam prorogare, illoque tempore prorogato, abſque alia citatione, dummodo abſenti prorogatio intimetur, actum expedire, Aſin. *ad ſtat. Florent. d. mod. proced. part. 1. §. cap. 5. limitat. 91.* Boër. *d. dec. 235. ad fin.* Dec. poſt alios latiſſ. *in cap. conſuluit, numer.* (*mihi*) *17. cum ſeqq. de offic. del g.*

h. *Appellare.*) Iudicem congruum tempus in citatione præfigere debere; alioqui citationem reddi nullam, nec arctare ad comparendum, poſt Bartol. *in d l. aut qui aliter, in princ.* Afflict. *dec. 124. ſub num. 3.* aliosque Vant. *d. titul. de nullit. ſent. ex defect. cit. num. r. 67. & 70.* Roland. *conſ. 39 num. 27. libr. 1.* Verall *dec. 261. numer 8. part. 2.* Gaill. *d. obſeru. 53 ſub numer. 19.* Burſat. *conſ. 74. numer. 14.* Viu. (ita in curiis ſuis iudicatum referens, annullando varias contumacias, tam contractas ex termino non congruo ad comparendum in citationibus appoſito; quam ex breui quoque dilatione ad notificandum conceſſa) *dec 361. num. 1. cum ſeqq.* Odd. latè *conſ. 72. num. 26. cum ſeqq.* Grauat. *d. libr. 7. cap. vltim. num. 29. vbi ſub num. 30.* ſi ſine cauſa breuis à iudice detur dilatio, contradicendum eſſe; alioqui ſi ſponte recipiatur, iuri ſuo quemque renunciare videri: intelligendo tamen, niſi breuis adeò præſtitueretur dilatio, vt fieri impoſſibile eſſet, tunc enim nulla illa redderetur, ſic etiam ad diem arctam nimis præfinitam ſe ſiſtendo, quem amplius queri non poſſe, Imbert. *inſt. forenſ. libr. 1. cap 17. gloſſ. verb. iuſtitium.* Sed & quando nimis breuis dilatio aſſignatur, vel peremptorium nimis acceleratur, appellari poſſe, Aſin. *d part. 1. §. 7. cap. 2. num 3. & §. 21 cap. 1. num. 6.* Guid. remiſſiue, *dec 429 ſub numer 4.* Card. Put. latè *dec 150. libr. 3.* declarando *ſub numer. 2. cum ſeqq.* quando appellandum, vel non, Merul. *d. libr 4. diſtinct. 4 ſect. 1. titul 4 cap. 14. ſub numer. 9. cum ſeq.* vbi tamen ſecundum ſtylum, *& art. 217. inſtructionum curiarum ſuarum*, non permitti appellationem à citatione huiuſmodi perſonali vel alia.

Digitized by Google

Capvt LXI.

Quando Executor ceſſat à Citatione.

SVMMAE.

1 Executio non fit ante oppoſitionem vel contradictionem.
2 In cauſa defectus lucroſi, citatur pars obediens ad locum Curiæ.
3 Commiſſio non mandatur executioni, ſi Commiſſio annalis fuerit.
4 Commiſſio non mandatur executioni, ſi Commiſſio ante mortem partis non executa ſit.
5 Commiſſio non mandatur executioni, ſi Releuamentum poſt tertium menſem dilatum ſit.
6 Citatio non eſt neceſſaria, ſi pars vltrò comparere velit.
7 Citatio non eſt neceſſaria, ſi pars in iudicio prius fuerit.
8 In iudicio exiſtens non citatus, diem deliberationis petere poteſt.
9 Pars non citata comparere non tenetur.

1 IN mandatis (vulgò Mandamentis) Curiæ exequendis, Oſtiarius executor non citat partem ad locum contentioſum, vel Curię, ſi ea prius citationem præueniat, & dicat ſe velle obedire, & dicat quod ſe non opponat, nec contradicat, nec neget, nec obedire recuſet. Sed quod ilico executoris iuſſis ſiue mandatis obedire velit, tunc enim à citando abſtinet, & eam obedientiam in ſuæ relationis dorſo inſerit, & de illa obedientia, creditur nuncio.

2 In cauſis tamen vnde defectus adferret lucrum cauſæ, conſueuerunt nonnulli executores ad maiorem ſecuritatem citare, partem ad illam obedientiam declarandam in iudicio, ſed hoc expenſis impetrantis.

3 Executor vel oſtiarius nullam commiſſionem, aut citationem annalem ad executionem parat, nec exequi poteſt, quia omnis commiſſio poſt annum ſeruata, & non executa, eſt nulla, & extincta.

4 Sic etiam nulla, & extincta eſt ea commiſſio, quam aliquis à Principe impetrauit, & ſi pars exequenda aut citanda, (a) ante executionem factam moriatur. Ideoque nec executor talem commiſſionem in mortuum exequi poteſt. Sed hic notandum eſt quod de ſtylo omnia reſcripta ſunt annalia, (b) iuxta Theoricam, *c. Plerumque. extra, de reſcript.* & contra Theoricam, *l. Falſo, C. de diue ſ. reſcript.*

5 Reſtitutiones in integrum aut releuamenta, in caſu appellationis non mandantur etiam execuexecutioni, quando tres menſes à die releuamenti impetrati effluxerunt. Sic etiam commiſſiones in cauſa ſiue caſu reformationis cum annus elapſus eſt, exequi non poſſunt, quod earum vis cum prædicto tempore euanuerit.

Quod ſi contingeret, vt aliquis ſuapte ſponte compareret, aut comparere vellet in iudicio & coram iudice, citatio præuia (c) tunc non eſſet neceſſaria, quia per comparitionem & præſentiam citandi, habetur finis & effectus citationis; ſcilicet, ipſa comparitio. Citatio enim eſt cauſa comparitionis, & comparitio eſt citationis effectus, ſicuti tenent Bald. & Angel. *in leg. Prima. ff. de in ius vocand.* 6

Sunt etiam nihilominus cauſæ, (d) in quibus aliquis ſuam partem cogere poteſt, ad ſeſe præſentādam ſine citatione, nempe quando Pars ſuum aduerſarium repetit in Conſiſtorio, aut in vel iuxta *Vierſcharum*, & ſi tunc ſit cauſa talis, quæ celeritatem vel certificationem poſcat, nempè ſi aut crimen, aut iniuriam, aut arreſtum bonorum, quæ perire poſſint, aut detentionem perſonarum, aut exceſſum vel erratum in officio, & id genus alia cōcerneret, arg. *c. Ab extra d. reſcriptis.* 7

Sed ſi ea pars, ſic impræmeditate coacta, dicat quod nundum parata ſit ad reſpondendum, quodq; diem requirat ad deliberandum, tunc debet ipſi ad hoc dari certus dies deliberationis (e) quod eſt æquiſſimum, *vt d. l. Prima, ff. de in ius vocan.* 8

In omnibus autem alijs cauſis non tenetur pars non citata comparere, ſed habet ius reuocandi domum, poteſtque dicere, quod ibi ipſi non ſit aſſignatus dies, neque comparitionis terminus, *c. Expoſuit, extra d. dilationibus l. 2 ff. de iudic. c. Fina. extra de foro compet.* Et reuocare domum, eſt allegare & dicere ſe non poſſe compelli eo loco, cum & vbi conuenitur ad litem ſuſcipiendam, ſed debere remitti ad locum vbi domicilium habet, vt habetur in *d. c. Expoſuit, extra de dilationibus.* 9

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXI.

a. C*itanda*) Bald. *conſ.*340. *num.*1.*libr.*2. vbi, idem quando citatus interim dum debebat comparere mortuus erat; Zaſ. *in l in ſumma, verſ. item colliga ex textu*, poſt Caſtrenſ. ibidem *in* §. *vlt. in fin.* alioſque *ff. de re iudic.* Rebuff. *ex com tom* 3. *conſtit. reg. tract. de ſent. exec. artic. vltim. gloſſ.* vn. *num.* 18. Idemque ſi inter actorem & reum pendente termino comparendi tranſigatur, ipſo iure circunducitur edictum, quoad reum, qui amplius non arctatur ad comparendum; quia cum cauſa ſit finita, lex videtur eum licentiare & dimittere, Mynſing. *cent.* 4. *obſeru* 47 *numer.* 1. poſt Bald. *in lect. antiq.* & Alex. *in l. ij. in fin ff. ſi quis in ius voc.* ibidemque Socin. *ſub n.* 13.

b. *Annalia.*) Dixi ſuprà copioſè *cap.* 51. *ad verb. iuſtitia prouiſiones*. Sic quoque reſcripti quod à Principe, & edicti quod à regio iudice conceditur, quod vulgo de debitis præceptum nuncupatur, vim tolli anni & diei lapſu à tempore impetrationis, docet Imbert. *inſtit. forenſ. lib.* 1, *cap* 4. *poſt princ.*

c. *Prenia.*) Vant. *de null proceſſ. tit. qualit. ſent. null. repar. poſſ ſub num.* 116. Rebuff. *ad conſtitut. reg tom* 3. *tractat. de def.* & *contum. artic* 2. *gloſſ* 1. *num* 4. & poſt Doct. *in rubr ff.* & C. *de in ius voc.* Aſin. declarando *ad ſtatu Flor. de mod. proced part.* 1. §. 6. *cap.* 8 *toto*, & §. 7. *cap.* 5. *limit.* 50. *numer.* 1. *cum ſeqq.* Soar *recept. ſentent. theſ in lit. P. num.* 227. Merul. *d. libr.* 4. *diſtinct.* 4. *ſec.* 1. *tit.* 4 *cap.* 12. *num.* 18. Villal. *in com opin. lit. P. num.* 288. & *lit. C. num.* 57. *vbi num* 56. citationem inualidam ex partis comparitione conualidari; Zaſ. *conſ.* 7. *ſub numer.* 29. *libr.* 2. Gaill. *libr* 1. *obſeru* 48. *num* 4. & *latiùs obſeru* 58. *tota.* Mynſing. ex SC. *obſ.* 18. *num* 3. *cum ſeqq. cent.* 2. & *obſ* 90. *numer.* 1. *cum ſeq. cent.* 3. Rebuff. *in l hæc verba*, 124. *verſ.* idem in his, *de verb. ſignific.* & *tom.* 3. *conſtit. reg. tract. de citat. in d. præfat. ſub num.* 113. Aſin. § 7. *cap.* 5. *limit.* 90. *ſub num.* 1. Magon. Lucenſ. *dec.* 62. *ſub numer.* 27. Verall. ex SC *dec.* & limitando, *dec.* 116. *num.* 8. *part.* 1. & *dec.* 294. *numer.* 2. *cum ſeq part* 3. Cæſ. de Graſſ. *dec.* 84. *num.* 6. & *dec.* 133. *num.* 7. Meichſner. *dec.* 6. *num.* 47 *part.* 3. Viu. *dec.* 175. *num.* 16. vbi *num.* 17. comparentem citatum præſumi, licet citatio non probetur; Socin. *in tract. de citat. art.* 5. *quæſt.* 16 *ſub num.* 23. Menoch. *libr.* 2. *præſumpt.* 22. *num.* 2. & *præſumpt.* 24. *num.* 13. *cum ſeq.* vbi etiam mandato iudicis citatum præſumi: quia ſpontanea comparitio purget omne vicium, qua de re dixi copioſiſſ. ad Damhoud. *in loc. com. par tit. eſſe inualidum, ad verb citatio*, vbi itidem annotaui (declarando) citationem illegitimam vnà cum notitia ſubſecuta ligare perinde ac legitimam, ſecundum Romanum *conſ.* 410. *num.* 2. & Boër. *d. dec* 235. *ſub num.* 3. alioſque, quibus adde Menoch. *conſ.* 100. *num.* 112. & *conſ.* 746 *num.* 20. Adeo vt ſtatuto expreſſe in aliquo actu citationem exigente, partibus præſentibus eum actum, ſine citatione, expediri poſſe, addat Aſin. vbi ſupra *num.* 5. poſt Bald. *in Authent. ſi omnes*, C. *ſi vt ab hered. ſe abſtin.* alioſque Iaſ. *in d. rubr.* C. *de in ius voc. ſub num* 4. Limitat autem ibidem Aſin. *num* 9. *cum ſeqq.* poſt Capyc. *dec.* 34. *num.* 8. alioſque; licet reclamante Iaſ. *in d. rubr. num.* 5. *in fin. cum ſeq.* vbicunque præſens per iudicem moneatur quid fiat, ſeu ad quem actum, ne fortè animo abſit, vt ibi latiſſ. Item niſi ille qui præſens eſt, aliam ob cauſam ſe præſentem eſſe idemque Iaſ. *in d. rubr. ſub num.* 5. licet contrà Paul. Buſ. *ad l.* 1. *num.* 9 *cum ſeqq. de in ius voc* meminiſſe iudicatum, in cauſa quadam magni momenti referens, præſentem ad aliquam cauſam citatum, ad aliam quæ inſinuata ipſi non eſt reſpondere teneri, allegans adducta per Mynſing. & Gaill. vbi ſuprà; qui tamen non loquuntur in terminis huiuſmodi limitationis Iaſ. & aliorum.

d. *Cauſa.*) De quibus per Merul. *d. cap.* 12. *ſub num.* 18. poſt Marant. *de ord. iud. part.* 6. *de citat. num.* 5. & *ſeqq.* Mynſing. *cent.* 2. *obſeru.* 91. *num.* 2. *cum ſeqq.*

e. *Deliberationis.*) Neque reſpondere compellendus eſt, vt poſt Lanfranc. *in prax. cap.* 1 *num.* 8. *de citat.* Aſin. *d limit* 90. *num.* 15. Buſ. (licet aliter in cauſis exiguis ſentiens) *ad d. l.* 1. *num* 11. *cum ſeqq.* Atque ita hac in re & quæſt. propoſita, concludit tandem Socin. *in tract. de citat. d. art.* 5. *princ. quæſt.* 16. *num.* 21. *cum ſeqq.* quod præſens teneatur reſpondere; vel terminum petere ad deliberandum, vel probandum, vel quid ſimile faciendum, neque ad hoc requiratur noua citatio, quem ſequitur & Gaill. *d obſ.* 58. *num.* 5. Sed latius hac de re infrà *cap.* 114. *ad verb. negare.*

CAPUT LXII.

De informatione præcedente.

SUMMAE.

1 *Executor commiſſi exequi non poteſt, ſine informatione prauia.*
2 *Executor & informationem & executionem ſtatim ad Curiam mittere debet.*
3 *Ad informationem præparatoriam & ad teſtium iuramenta Pars vocari non debet.*
4 *Ad informationes quibus proceditur ad condemnationem, citari non debet Pars.*

1 QVando Mandatum (aut vulgò Mandamentum) oneratum eſt cum articulo probationis faciẽdæ, executori non licet illud mandatum executioni committere, neque etiam aliquas iuſſiones, neque citationes vllas facere ſine debita informatione præuia ſiue præcedente. *(a)* Præterea niſi per talem informationem ipſi ſic de præmiſſis veritas conſtiterit. Nam tunc demum ſuam commiſſionem cum citatione & emiſſione exequetur.

2 Et ſuam informationem habitam, ſimul cum ſua executione facta tranſmittet *(b)* ad Curiam, probè ſigillatam (vt decet) & in tãto tempore, vt nec partes, nec Iuſtitia ob hæc, vel per ipſius incuriam, vel negligentiam, aliquod damnum vel intereſſe accipiant. Et talem informationem (ſi quæ fuerit) non poterit diu apud ſe retinere, ſed eam ſtatim debebit portare aut mittere ad manus graphiarii, vt tempori adſit ad conſtitutum diem, et cauſæ ſeruientem.

Sed hoc iſto loco de informatione præcedente habenda ſciendum eſt, quod Pars non debeat citari ad hoc, vt videat talem informationem fieri, aut vt videat teſtes iurare, qui ſtylus eſt, & regula generalis habet, quod in omni inquiſitione, quam Iudex facit aut iubet facere ex officio, non ſit neceſſe Partem vocare. 3

Atque ita etiam habet vſus & Conſuetudo, quia in præcedente informatione non proceditur, niſi ad inquiſitionem veritatis, ſed in informationibus ſequentibus, per quas procederetur ad condemnationem *(d)* in iis eſſet neceſſaria Partis citatio. *l. Si quando. C. de teſtibus.* 4

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXII.

a. PRæcedente.) De huiuſmodi informatione Capyc *dec* 13. *tota*. Et apud nos *art.* 385 *in fin.* & *art.* 393 *ordin. it. curia Trab.*

b. *Tranſmittet.*) Nam ſi mandetur aliquid fieri, & in caſu quo pars ſe opponeret, retinetur cognitio pœnes mandantem, executor ille non cognoſcet de ſurrectione, ſed remittet, inquit Io. Fab. *ad l. etſi non cognitio, 4 ſub init. C. ſi contra ius vel vtil. public.* addens ſic ſeruare curiam Franciæ.

c. *Regula generalis.*) In his quæ poteſt iudex facere ex officio, non requiri partis citationem, Marſil. *in repetit. l. de vnoquoque, n.* 65 *ff. de re iud.* poſt Bald. *in l. non dubium, ſub n.* 11. *C. de legib. in l. neque natale n.* 10. *C. de probat.* & alibi; Aſin. ad ſtatutũ Floręt. *de mod. proced.* §. 7. *cap.* 5. *limit.* 94 *n.* 1. vbi *n.* 2. iudicem inquirentem ad ſuam informationem tantùm, parte non citata teſtes recipere poſſe; Marſ. *in d. l. de vnoquoque n.* 59. *in fin.* & *ſub d. n.* 65. Alioqui idem Marſ. *ad l.* 1 *n.* 4. *ff. de quæſt.* poſt Alex. *conſ.* 65 *n.* 9. *ad fin. lib.* 1. aliosque, declarat non ſufficere vt iudex recipiat indicia, & examinet teſtes ipſorum indiciorũ; ſed neceſſe eſſe vt ex indiciis deueniatur ad torturam, vt quando examinat teſtes citetur captiuus vt præſens ſit iuramento teſtibus deferendo, alioqui teſtes examinati nullam contra eum facerẽt fidem, idemque Clar. *ex com. ſent. lib.* 5. § *fin. quæſt.* 11 *n.* 2. poſt Blanc. *in prax. crim. poſt princ. num.* 33. Gomez. *var. reſol. tom.* 3. *c.* 12. *ſub num.* 18. aliosque; addens tamẽ, poſt Alex. *d. conſ.* 65. *n.* 9 *in fin.* Blanc. *d. n.* 33. & *ſeq.* Caſon, *in tract. de indic.* & *tortu. c.* 4. *ſub n.* 1. *cum ſeq.* & alios, quidquid ſit de iure, cõtrarium ſeruari de conſuetudine; vt apud eũ latiùs.

d. *Ad condemnationem.*) Sic doct. diſſidentes *in c. qualiter & quando,* 24. *de accuſat.* appoſitiſſ. conciliat Berber. ex vſu, conſuetudine & ſtylo, *in viator. iur. part.* 4. *tit. de ind. ſub n.* 123. vt opinio tenẽtium, quòd debeat pars citari, quando teſtes examinantur per modum inquiſitionis; intelligatur quando iudex intẽdit procedere ex illorum depoſitione, ad condemnationem iuxta adductã l. ſi quãdo, aliorum verò opinio procedat, quando teſtes recipit ad fines non condemnandi, ſed inquirendi tantùm, pro veritate habẽda; tunc enim ſufficit ipſos examinari parte non vocata; quia licet non faciant plenã fidem ad condemnationẽ, faciunt tamẽ talem qualẽ probationem ad inquiſitionẽ ſufficiẽtem, *arg. l.* & *not. per gl.* & *doct. in l. poſt legatum,* 5. § *de eo verò ff. de his quib. vt ind.* & *in d. l. ſi quando.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXIII.

De Relatione.

SVMMAE.

1 *Relatio commiſſionis apertis verbis eſt pronunci
anda.*
2 *Relatio commiſſionis narrata parti requirenti eſt permittenda.*
3 *Relatio facta executori notandi omnes dies ſuæ executionis.*
4 *Relatio informationis ſpecificatim eſt notanda.*
5 *Executoris eſt fideiuſſionem ſufficienter accipere.*
6 *Executoris eſt nomina, & cognomina citatorum in relatione facta exprimere.*
7 *Citatus ad actum non conformem cum citatione, vt non citatus habetur.*

1 EXecutor tenetur Commiſſionem ſuam non ſcripto exhibere, ſed apertis verbis pronūciare referre, aut (vt ita dicam) per relationem facere, & de tali commiſſione, relatione, (*a*) & executione in ciuilibus cauſis obligatur dare copiam, (*b*) ſed non priùs quàm ſua executio perfecta, & executioni mandata, & plenè peracta fuerit, nec eam requiſitus vllo modo recuſare poterit, dummodo ſuum ſalarium ad hoc conſtitutum & ordinatum offeratur, (*c*) quod tunc etiam accipere poterit.

2 Executor præterea poſt factam ſuæ commiſſionis relationem tenetur diligenter, iuſtè, & diſtinctè ſcribere in dorſo commiſſionis, * vel in alia ſchedula annexa, 3 omnes dies quos in commiſſionis ſuę executione impendit, ſcilicet, eundo, reuertendo, aut aliquid agendo, etiam annotando locum, à quo executurus ſuam commiſſionem abceſſit, & ad quē locum poſt executionem factam ſit reuerſus. Hæc enim facere tenetur, vt taxatio (*d*) ſui ſalarij æquius, melius, & rationabilius fieri poſſit, cum exhibenda omnium expenſarum ſchedula, & ne magis vel minus Pars taxetur in expenſis, quam æquum eſt.

4 Et quando Executoris commiſſio onerata eſt ad probationem, officium ipſius tunc erit poſt informationem habitam, non ſimpliciter, ſed diligenter referre, & narrare, quomodo præmiſſa ipſi conſtiterint, an per literas, an per inſtrumenta, an per alia quædam monimenta, aut apertæ teſtimonia. Atque hanc ſuam notitiam ad literas ſuæ relationis adiunget.

5 Officium quoque executoris eſt expreſſe referre fideiuſſionē aut cautionem, (*e*) quam accepit ad perſonam relaxandam, aut ad auferendam ſuam manum de bonis. Atque illa bene ſpecificare, cum bona declaratione & intelligentia. Item affirmare, illos fideiuſſores eſſe dignos, & ſoluendo ſufficiētes. Quod niſi faceret, is qui damnum & intereſſe pateretur, poſſet tandem illud damnum optimo iure ab eo executore repoſcere (*f*) & recuperare, ſecundum inſtitutionem Ducis Philippi, anni milleſimi, quadringenteſimi ſexageſimi tertij.

Obligatur etiā executor ſpecificatim ponere in ſua relatione nomina, cognomina, (*g*) & qualitates illorum, quos citauit, ſcilicet, an ſint Magiſtratus, Senatores, an Pares curiæ, an collegia, an hæredes an tutores, ſiue curatores, an ædiles, an magiſtri fabricæ, an menſæ ſancti Spiritus prouiſores, an hoſpitalium rectores, & ita de reliquis. Neque hic ſufficit, ſi dicat, citaui Decuriones ſiue (vulgò) Scabinos Brugenſes, aut Hyprenſes, aut Pares Curiæ caſtri Gandenſis, aut citaui Capitulum ſancti Donatiani Brugenſis, aut hæredes (*h*) Ioannis Damhouderij. Sed nominatim & expreſſe debet dicere Ego citaui Ioannem, aut Petrum de Smit, Burgimagiſtrum (*i*) ciuitatis Brugenſis, cum ſuis conſenatoribus, conſortibus, & conſodalibus, etiam admonitis, &c. Ita etiam nominatim & clare debet citatio fieri vt in illa, nulla oriatur obſcuritas, *l. Aut qui aliter in principio ff. Quod vi aut clam.* Quam quidem legem ait Bartolus debere ſcribi literis aureis, ad hunc potiſſimum effectum. 6

Quod vbi aliquis citatur, ad aliquem actum, ſi ille actus aliter agatur, (*k*) vel in qualitate, vel in ſubſtantia, quam fuerat dictum in citatione, ea citatio non valet, & is actus cenſetur factus tanquā parte non citata. Speculator expreſsè ponit formam inſtrumenti, de iſto, in titu. Citatio qualiter fit per literas facta vel facienda, quem per ocium lector conſulere poterit. 7

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. LXIII.

a. RElatione) Nuncij hanc renunciationem de forma ſubſtantiali citationis eſſe, poſt Gram. *Aſin. d. tit. ſtatutum Flor* Roland. *conſ. 47. num 63 li. 2. vbi ſub num. 64. & ſeqq* proinde in actis de ea apparere debere, Guid. *conſ. 36. ſub num. 5.* alioqui citationem, neque ſententiam, nec totum denique proceſſum, in contumaciam habitum valere, Marant. *de ordin. iud. part. 6. membr. 1. num. 54 & 124. cum ſeq.* & poſt alios quoque Gail *lib. 1. obſer. 46 n. 7.* Gram. *conſ. 71. num 10. & ſub num. 14 in crim* Buſi. *ad l. 1 num 19. ff. de in ius voc.* Menoch. *conſ. 74 6. n. 19. per l. hæc autem* § 1. vbi Bart. *n. 1. cum ſeq. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Citationemque non præceſſiſſe copioſo probari quod in actis ſcripta non ſit. VVamel. *conſ. 89. num 3. per cap. quoniam contra, de probat.* Si tamen relatione actis non inſerta, aliunde conſtet citationem peremptoriam tranſlatam, ſententiam in contumaciam latam non eſſe nullam, de facto reſpondiſſe teſtatur Buſ. *ad d. l. 1. ſub num. 18. arg. cap. bonæ memoriæ, 2. §. contra de elect. & elect. poteſt.*

b. *Dare copiam.*) Ant. Fab *lib. 2. tit. 2. definit. 7. num. 1.* Rebuff *conſtit. ut reg tom. 3. tract. de citat. art. 5. gl. 1. cum ſeqq. & art. 2. gl. 3 num. 9 ſub num. 21. & n. 23. 25. 26. & ſeq.* vbi inſuper quomodo relatio facienda: de quo & *d. defin. 7. n. 3.* & poſt Alex. *conſ. 2. ſub nu. 2. cum ſeqq. lib. 3.* aliosque Tiraq. *de retract. proxim. §. 8 gl. 9. num. 24 cum ſeqq & §. 9. gl. 2 nu. 25* latiùs Gram. *d. conſ 71 num 3. cum ſeqq.* Eſtque apud nos *art. 383. & 384. ordinat ſenat. Brab. Et art 97. inſtruct. cur. Holl* quem declarat Merul. *d. lib. 4. diſt. 4. ſec. 2. tit. 5. cap. 1 num. 1. cum ſeq. & c. 2. ſeq. cũ ſeq. 3.*

c. *Offeratur.*) Noſtris verò moribus, *ex d. ſtylo ſenatus Brab. art. 386 ad fin.* tenentur apparitores exemplum mandati, prouiſioniſque, citatis eorum famulis, & domeſticis tradere; aut id affixam, cum inſertione dictæ prioris diei, pro citati foribus relinquere, quamuis exemplum non poſtuletur: Idque ſumptibus eorum quorum poſtulatu fit citatio, à quibus ea expenſa tamen in litis exitu recuperari poſſit. Id quod in ſimili declarat Rebuff. *d. art. 5 gloſſ 4 & ſeqq* Fab *d. lib. 2. tit. 2. defin. 1. num. 2.* & Imbert. *inſtit for. l b 1. cap 5. gl. verb adhibeat,* ibidemque *cap. 1. gloſſ verb. præbuerit, vbi tamen in fin.* ſi exemplum non relinquatur, citationem aliũde actum non tamen propterea nullius effici momenti: quum id conſtitutum ſit potiùs, vt ex his exemplis reus deliberet, cederene an contendere debeat, interim dum cedit dies; quàm cauſa neceſſariæ ſolemnitatis; ut ſatis declarari ait ex conſtitutionum in eam rem Franciæ verbis, quemadmodũ nec apud nos *in d. art. 386.* additur clauſula arbitraria correctionis. Verumtamen ſi citationis ſchedula poſtquam affixa eſt, ſtatim aut incontinenti poſt, amoueatur, legitimè factam citationem non videri Martil. *in l. de vnoquoque, num. 41. ff. de re iud.* Aſin *d. part. §. 8. cap 1. num 9 cum ſeqq.* poſt Felin. *in cap. ex parte de cap. ſub num 7. de reſcript.* vbi tamen hoc intelligit arbitrio iudicis; ſufficere enim quod inducatur notorium, ita vt veriſimiliter ſciatur per totam ciuitatem. Quanquam de iure com. exemplum, niſi poſtuletur, tradendum non putent, *per tex. in clem. cauſam. 3. in verb porrecto* videlicet ſibi *ſub ſcriptura authentica*, vel perlecto illius tenore & copia modo conſimili, ſi petita fuerit, inde facta, *de elect.* vt poſt alios cõmemoratos Vãt. *d. tit. de null. ſent. ex def. cit. num.* 151. vbi quò ad ſumptus pulchrè diſtinguendo; Et intellige (inquit) copiam expenſis petentis conſignari, ſcilicet poſtquam executor adimplendo officium ſuum, tenorem citationis legerit: quia ex quo tunc officio ſuo legendo & intimando ſatisfeciſſe videtur, non eſt vlteriùs ad reliqua obligatus; idcircò ſi pars pro conſulendis aduocatis, aliáve ſua commoditate, vltra lecturam, dimitti ſibi copiam petierit, executor non tenebitur gratis dare: quia aliter legitimè munus ſuum adimpleuerat. Si verò (ſubiungit) voluerit, exonerãdo ſe à lectura, citationem ipſam prout ſcripta reperitur, parti porrigere; hoc vere fieri non poterit ſine tranſlato; cum porrectio re ipſa, lectio autem fiat verbis; vnde ſi per iſtum modũ nuncius citare voluerit, neceſſe erit, vt propria vel intimantis impenſa, tranſlatum citato conſignet, & hoc caſu procedet (ait) oppoſitio *gl. in verb. porrecto. in d. clem. cauſam,* quæ ſimpliciter dixit, porrectionem fieri expenſis intimantis, eamque diſtinctionem (ſubdit) ſenſit ibidem Imol, licet poſtea teneat gl.

d. *Vt taxatio.*) Hæc atque alia proximè hic ſubſequentia, latiùs etiam traduntur *art. 384. ordinat ſenat Brab.* & de ſubſequentibus etiam, *ex art. 95. inſtruct. Cur Holland. Merul. d. ſect. 2. tit. 4. cap 8. & tit. 5. cap. 5.*

e *Aut cautionem.*) Rouill. *in tract. de iuſtit lib. 3. cap. 9. verſus fin. verſ. de officio.* Et declaratur *art. 391 ordin* ſupra ſcriptæ *& ex art. 93 inſtr. Curiar. Holl Merul. d. tit. 5 cap 4.* Quod ſi facta fuerit executio ſententiæ, antequam præſtetur cautio non

conua-

conualeſcere executionem nullam per cautionem poſteà præſtitam, Guid. dec. 50. ſub num 1. Rebuff. ex SC. declarando, tom. 1. conſtit reg. tract. de ſentent. executor. art. 1 gloſſ. 15. num. 1 cum ſeqq. & gloſſ. 16. num 40. cum ſeq vbi debere cum qui præſtare tenetur cautionem, offerre antequam petat executionem.

f. *Repoſcere.*) Gail. in non abſimili, d. obſer. 56. n. 8. Et ad idem ſcribit Rebuff. d. gloſſ. 16. num. 41. & ſub. num. 45. iudicem non recipientem cautionem, vel non bonam, teneri in ſubſidium; ſicut in ſatiſdatione ſcribitur in §. pœnalis inſt. de ſatiſd. tutor. & in l. ff. de magiſtr. conuen. referens (licet corruptè) Bal. in Authent. h. generaliter, num. 3. in fin C. de epiſc. & cler. dicentem, iudices malos fideiuſſores recipientes obligari ad intereſſe partis, vel reip. ſi lædatur. Traditque in notario, iudicis mandato exequente, Ioſeph Ludouic. Luc. dec. 33. num. 2. & 3. poſt Parid. tract. ſyndic. cap. 3. cui initium, ſi iudex. in princ. aliosque, quòd licet ſupra ſcripta iura & leges loquantur in fideiuſſore pupilli, habeant tamen locũ & in fideiuſſore reip. addens è praxi com. totiûs mundi, non ſolùm leges illas obtinere in illis duobus caſibus, ſed & in omnibus alijs tam ciuilibus quàm criminalibus, in quibus etiam perſonæ priuatæ læderentur ex facto notarij; quia non poſſit in hoc conſiderari rationis diuerſitas. Limitando ex SC. n. 12. cum ſeqq. poſt Parid. d. c. 3. n. 3. & ſeqq. tripliciter; ſi notarius de mãdato iudicis (quod illũ excuſat) acciperet hũc vel illũ minus idoneũ, ſi principalis ſatis ſit idoneus, ſi deniq; minus idoneũ reciperent in pręſentia partis non reclamantis. Sed & ſiquid vltrà debitũ extorſerit executor ſiue ſeruiẽs quod teneatur de crimine cõcuſſionis, Rouill. d. c. 9 verſus fin vbi itidem qualis ſit pœna relationẽ falſam renunciantis; Guid remiſſiuè dec. 44. n. 3. Aſin. latius diſtinguendo, d. part. 1. §. 9. cap. 14. Boër. dec. 235. num 2 in fin. vbi in verſ. & ideo. poſt Rom. conſ. 246. ad fin. (valere citationem, nomine ſeruientis in relatione non appoſito, ſed ſigillo duntaxat) & de his quoque latè Merul. d. lib. 4. diſt. 4. ſect. 1. tit. 5. cap. 7.

g. *Nomina, cognomina.*) Text. in capitum in multis 2. §. illis. vbi gloſſ in verb. quorum, & in verb. nomina, & Ancharan. num. 4 de reſcript. in 6. Zaſ. conſ 7. num 21 lib. 2. Rebuff. latè d. art. 5. gloſſ. 5. numer. 2. Mynſing. ex SC. cent. 5. obſer. 10 nu 1. cum ſeq Gail. obſ. 49. num. 1 cum ſeqq. lib. 1. vbi ſub num 2. quando alter citatur pro altero, quòd plures ſint eiuſdẽ nominis, ſi compareat is qui non erat citandus, cõdemnari citantem in expenſis, tanquam temerariũ litigatorẽ per tex. in l. eum quẽ temere, 79. vbi gl in verb. eum quẽ verſ. vel pene hic caſum. Angel. in l. ſi in iudicis. 80. nu 4. ff. de iud. Socin. tract. de citat. art. 20. quæſt. princ. 9 num. 14 & art. 22 quæſt. 3. princ. ſub num. 3. apud quos quando falſa demonſtratio vitiet latiſſ.

h. *Hæredes.*) Sic in Camera Imp. nunquam decerni citationes contra N. & N. Hæredes Titij. & ſi libellus ſupplex eo modo conceptus ſit, decretum dari hoc pacto: ſi ſupplicans hæredum nomina expreſſerit, fieri debet quod iuris eſt, Gail d. obſ 49. nu. 5. in fin.

i. *Burgimagiſtrum*) Imò ſufficere ſi citentur cõſules vniuerſitatis, Guid. è praxi & ſtylo dec. 321. ſub init. aut generaliter hoc modo: citamus ad inſtantiam talis, conſules & ſenatores talis ciuitatis; Item ſchultetum & communitatem talis pagi, Gail d. obſ. 49. num. cum ſeq Mynſing. d. obſ. 50. num. 3. cum ſeq. cent. 5. addentes rationem poſt Oldrad. conſ. 100. toto, aliosque; quia huiuſmodi collectiua nomina certam iuris determinationem habeant, certumque corpus repræſentent. Veruntamen ſecuriùs eſſe exiſtimat Socin. d. tract. de citat. art 17. quæſt. 10. ſub num. 54. ſi citatio fiat ſecundum ea quæ diximus hic ſuperiùs cap. 59 ad verb. congregates.

h. *Aliter agatur.*) Ferrar. in forma reſponſ. rei conuent. ad verb. in termino, num 6 Zaſ. d. conſ. 7. ſub numer. 24. Roland. copioſè conſil. 94. numer. 25. lib. 2.

Digitized by Google

CAPVT LXIV.

De Citatione reali, id eſt Captura.

S V M M AE.

1 *Officiario non licet ſemper quemuis capere.*

2 *Ad capturæ ciuilis executionem prænotanda ſunt quatuor.* { *Debitum arreſtandi. Perſonæ qualitas. Executoris officium. Locus.* }

3 *Debitum debet eſſe certum & liquidum.*

4 *Perſonarum qualitates in arreſto ciuili quæ obſeruandæ.*

Nec capi, nec arreſtari ciuiliter poſſunt. {
5 *Pupilli, Prodigi, Filij familias.*
6 *Doctores, Medici, Profeſſores.*
7 *Nulli pro debito crudo.*
8 *Qui ſoluendo ſunt potentes.*
9 *Fideiuſſor ante principalem.*
10 *Vlla mulier honeſta, & nupta.*
11 *Attamen pro* { *debito fiſcali, &c.*
12 *tutela pupillorum, &c.* } *capi poteſt.*
13 *Mulier nupta licet inhoneſta.* }

Ciuiliter capi poteſt {
14 *Maritata inhoneſta, quæ à Marito defecit, vt ad Maritum reducatur, non ad carcerem.*
&
15 *Quæuis mulier improba & meretricula.* }

16 *Ciuiliter arreſtantur (in ciuitatibus Flandriæ) aut perſona, aut bona.*

17 *In conſilio Flandriæ non arreſtantur perſonæ, niſi* { *Inſufficientes, aut De fuga ſuſpecti.* }

Executori officiario ante capturam, debent conſtare ſex {
18 *An debitum certum ſit, ob quod aliquem caperet.*
19 *An debitor ſit de fuga ſuſpectus.*
20 *An ea ſuſpicio ſit recens nata.*
21 *An debitor nulla bona immobilia habeat in Flandria.*
22 *An ſuſpectus de fuga, poſt contractum extra Flandriam migrauit.*
23 *An tempore debiti contracti, fuerat pauper, an ſoluendo.* }

24 *Creditor captiuum debitorem vſque ad ſolutionem, vel ceſſionem bonorum in carcere ſeruare poteſt.*

25 *Captum ex manibus Officiarij extorquens,*
26 *Executor captum ſimulanter effugere ſinens* } *pro liberali debito reſpondere debet.*

27 *Creditor debitorem fugientem apprehendere poteſt.*

28 *Nemo debiti cauſa ex ædibus ſuis, aut à loco ſacro extrahi debet.*

29 *Debitores Principum, & Reip. & Bancarotæ, nuſquam tuti eſſe debent.*

1 HOc loco de captiuitate præmittendum eſt, & notandum, quod Officiario prætorio non ſtatim liceat, (*a*) quamuis perſonam pro ſuo arbitrio vel ad requiſitionem partis capere, aut arreſtare, & per talem capturam, vel arreſtationem cuiuis viro bono (quod fieri ſolet) infamiæ notam inurere.

2 Sed antequam capiat vel arreſtat, inter multa ipſi potiſſimum quatuor ſunt obſeruanda, (*b*) ſcilicet, debitum, perſonæ capiendæ qualitas, & ſuum officium, & locus.

3 Pro quibus omnibus ſciendum eſt, primo debito, ſcilicet, quod primo omnium officiario prætorio, qui ad executionem pro debito pecuniario requiritur, debeat certo conſtare (*c*) de debito, ſcilicet, quod debitum tale ſit clarum, reliquidum, & indubitatum.

4 Secundò de qualitate perſonarum conſideranda ſunt

ſunt multa, ſcilicet an vir, an mulier ſit Si vir, an in dignitate (e) conſtitutus, an diues, an pauper, an ſui iuris, an alieni iuris, an extraneus, an incola an ciuis, an fugitiuus, an de fuga ſuſpectus. Si mulier, an honeſta, an inhoneſta, nupta, an innupta. &c. de qua perſonarum qualitate hoc obſeruandum erit, quod pupilli (f) & prodigi capi non poſſint.

5 Filij quoque familias capi non poſſunt, niſi ad ætatem peruenerint virilem, qua bonorũ ceſſionẽ (g) facere poſſint, tũc enim (licet ſint in poteſtate parentum) capi poterunt. *l. Cum & l. lis, C. famil.* las *C. Qui bo. cede* poſſunt. Hi & capi, & incarcerari poſſunt.

6 Doctores (h) quoque Medici, & Profeſſores de iure capi non poſſunt, pro ciuilibus aut pecuniariis debitis, ſed puto hæc iura non obſeruari, ſed per conſuetudinem paſſim eſſe infracta.

7 Nemo etiam pro crudo inuicto, aut (vt ita dicã) pro iniuſtitiatio debito capi aut incarcerari poteſt, ſed tantum poſt (i) ſententiam latam, aut poſt expiratum tempus obligationis, ſi iuſtitiaria (k) aliqua præceſſerit obligatio, aut huic æquiualens ſcedula obligatoria manu ipſius capiendi, tanquam iuridica ſubſignata, & actui iudiciario conformis potiſſimum cum ſit cõciuis, aut incola Nam de exteris ſecus habet, vti infra dicetur, *l. 1. conſentaneum C. Quomodo & quando iu. ex.*

8 Nemo etiam qui potens eſt ſoluendo, (l) quique talis eſt, vt dignam (m) cautionem conſtituere poſſit, eamque offerat, (n) capi aut incarcerari debet, teſte Iaſone *in §. Si quis in fraudem. inſtitut. de actionib.* Niſi is eſſet extraneus impotens, aut intraneus de fuga ſuſpectus, quo caſu capi poterit, donec dignam cautionem cõſtituerit. Porro ſi bonis tum mobilibus tum immobilibus in eadem iuriſdictione potens eſſe, non is primò eſſet apprehendendus, ſed prius bonorum ſuorum excuſſio & apprehenſio fieri debet, antequam perueniretur (o) ad ipſius perſonę capturã, aut incarcerationem, teſte Bart. *in l. 3. §. Tutores numero 3 ff de ſuſpect. tutoribus.*

9 Nullus fidei iuſſor capi poteſt, nec executari, aut etiam conueniri, niſi poſt principalem inſufficientem factum, per vulgatam & omnibus notam Authẽticam *Præſentes C de fideiuſſoribus* Item niſi is fideiuſſor & ſe ſimul conſtituiſſet, & fideiuſſorẽ & principalẽ, quo caſu etiam vt principalis (p) capi poſſet, ſi eſſet exterus impotens, aut incola de fuga ſuſpectus. Quæ addenda ſunt non temere Nam ſi & fideiuſſor & principalis eſſet exterus potens illius bona prius arreſtari poſſint, donec cautionẽ conſtituiſſet. Si incola probus, & de fuga non ſuſpectus, ipſius perſona prius conueniri deberet, & non caperetur, niſi poſt ſententiam, vt dictum.

10 Mulier quoque honeſta (q) non debet incarcerari pro debito ciuili ſiue pecuniario, (r) quantũuis etiã magno, & etiã ſi nulla bona haberet, ſed debet fieri in bonis eius miſſio, vt in *Authẽ. Hodie nouo iure, C. de cuſtod. reor.* qui eſt textus formalis, & ibi Bald. & hæc eadẽ Authentica ponitur in *tit. de offic. diuerſ. iud. C. & Authẽt. vt nulli iudicũ, §. Neceſſariũ colla. 9. conſtitut.* vnde dictæ Authenticæ deprom-ptæ ſunt, Vbi textus dicit. Hodie nouo iure nullam mulierem pro pecunia fiſcali, ſeu pro priuata: aut etiam pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut cuſtodiri concedimus.

Sed ſi pro fiſcali aut priuato debito pulſetur, per virum ſuum, aut quem alium legitimè reſpondeat. 11

Quod ſi noluerit vel reſpondere vel proſequi litem ſuaam legitimè in rebus ſuis, executio procedat. Sic quoque ſi honeſta mulier ſuarum prolium tutelam aſſumpſiſſet, & ſic obligata eſſet pro adminiſtratione tutelæ earundem, & ſi in ea aſſumptione tutelæ renunciaſſet omnib. priuilegiis, exceptionibus, & iuribus pro ſe conſtitutis, *vt leg. Si quis in conſcribendo, C. de pa. & l. Si quis in conſcribendo, Co. de Epiſc. & cleri.* quæ leges verbotenus eædem ſunt, eo certè caſu aut ſimili poſſet apprehendi (f) & incarcerari, vt ſuis pupillis dignè ſatiſfaciat, vti notat Bartto. *in Authẽtica, Matri & auiæ C. quando mulier. tutel. offic. fung. & in leg. Si quis ſub cõditione,* & ibi etiam Bar. *ff te teſtamenta tutel.* 12

Sed & prædicta de mulieribus honeſtis non capiendis etiam vera ſunt de inhoneſtis mulieribus nuptis, (t) Nam ſi mulier quæpiam maritata inhoneſte viueret, propter honorem tamen matrimonij cenſetur honeſta, & ob id incarcerari nõ debet, vt notatum voluit Ioan. And. *in tit. de iniur. in princip, in Addit. Spec. Arg. l. Si vxor. in §. I iutus, ff ad l. Iul. de adult notat,* Rom. *in l. Si vero §. de viro nu. 2. ff. Solut. matrim.* Alex *in d. l. P. eriſque, ff. de in ius vocand.* 13

Sed fallit hæc libertatis ratio, ſi ea mulier tam ſit libidinoſa, aut, etiam tam procax & mala, vt maritum deſerat, & ap ipſum redire recuſet, eo enim caſu capi, & ex ædibus extrahi poteſt, non quidem vt incarceretur, ſed vt ad maritum ſuum vel hoc modo reducatur, vt notabiliter tradit Abb. poſt Cardi. *in c. l. te ae. col. m, ſi ext. d. reſtit. ſpolia* Horũ & ſimilium etiam meminit D. Philippus Decius, *in l fine regula Fœmina. in ſua lectura ſup. titulo, ff. de regul iur.* Et tunc Maritus pro vxoris receptæ dibitis conueniri poterit. 14

Meretrices vero innuptæ, quæque nullum maritum habent, ſed quæ libidinoſæ ſunt & infames illæ pro debito ciuili in carcerem duci, & ſeruari poſſunt, vt notat Ang. poſt Pet. *in l. Quoniam. C. de cuſtod. reor.* & idem not. Bald *in l Conſentaneum col. Fin. C quomodo & quando iu. ex. al ega tex. in argu. in §. Fin. & in Authẽtico. de reſtit,* & ea quæ parit in XI. menſe poſt mortem viri. His ſeruit ratio legis. *C. Ad l. Iul. de adul.* 15

Sed

16 Sed pro his & haſtenus dictis, de iure capiendi vel arreſtandi hoc vnicuique notandũ eſt quod ius eſt in Flandria, (v) & cõſuetudo recepta, potiſſimũ in ciuitatibus arreſtorũ, vt procedatur contra extraneum, nẽpe non ciuẽ per arreſtũ, aut perſonæ, aut per arreſtum bonorum ſuorum, quæ in ea ciuitate actor reperiet. Et hoc modo ad iuſtitiam primum introitum ſiue ingreſſum actor parat, tenens illam perſonam, aut ipſius bona in arreſtum, donec & quouſque is arreſtatus cautionem de ſe in iudiciũ ſiſtendi, (x) & de iudicato ſoluendo dederit & præſtiterit.

17 Sed in Concilio Flandriæ non amplius vtuntur arreſtis, niſi in vno duntaxat caſu, ſcilicet, quãdo pars de fuga habetur ſuſpecta, & præterea quãdo nihil bonorum immobilium poſſidet in Flandria. In hoc enim ſolo caſu expediuntur commiſſiones in alicuius perſonam capiendam, aut arreſtandam, donec cautionem conſtituerit de ſe ſiſtẽdo in iudicium, & de ſoluendo iudicandis.

18 Quantum verò ad officium executoris ſpectat (quanquam dicta omnia prænouiſſe debet) ſex (z) tamen ſunt quæ ipſi in hoc negotio poſtremo cõpetere debent, antequam aliquem capiat. Primò (vt dictum eſt certitudo debiti, ſcilicet, vt ante appræhenſionem illi debitum appareat, & conſtet eſſe certum & liquidum, cuius cauſa aliquem apprehẽderet.

19 Secundò, debet ipſi conſtare, quod debitor ſit de fuga ſuſpectus, (b) ad quod ipſi opus eſt habere ad minus duos teſtes, (c) quia in ea captura ſæpe nomen, & bona fama perſonæ perit, quæ cum pecunia non eſt conferenda, ideoque multę pecunię, quam famæ diſpendium pati mallent. Et certè ob pecuniam non cito alicui viro bono inurenda eſt nota infamiæ, quæ capturam conſequitur, (d) teſte Iacob. Butriga. & Bald. & Bartol. *in d. l. Conſentaneum, C. qui m. do & quando iudex.*

20 Tertio, nouiſſe debet, quod iſta ſuſpitio fugæ iam recenter ſit orta (e) ſcilicet, poſt debitum, vel propter debitum, quia ſi ipſa ſuſpitio de fuga fuiſſet aut tempore debiti, aut ante debitum, ipſa non eſſet æſtimanda, neque in conſideratione huius rei habenda. Iſtud tamen limitat (f) notabiliter. Paul. de caſt *in l. etiam § Primo, ff. Solut. matrimonio.*

21 Quarto, executori conſtare debet, quod debitor nulla bona immobilia (g) in Flandria habeat aut poſſideat.

22 Quintò prænoſſe debet, quod debitor ſit tunc extraneus: quodq; ideo de fuga ſit ſuſpectus, quod à tempore contractus aut obligationis transmigrauerit in aliam patriam, ſiue ditionem, & extra Cameræ ſiue conſilij Flandriæ iuriſdictionem.

23 Sexto ipſi conſtare debet, quod debitor tẽpore debiti cõtracti optimè fuerat ſoluẽdo, & quod nunc demum pauper & egenus effectus eſt. Nam ſi tempore debiti contracti tam egenus fuerat, vt nunc eſt, ſuſpitio de fuga eſſet nulla, & nõ veniret in huius rei conſiderationẽ, (h) Dirigitur de iſtis, vt habetur apud Angel. de Aret. *in Repetitione, l. Nemo carcer. m, C. de exactio, tribu. lib. 10.*

Quod ſi iuxta prædictos modos aliquis creditor 24 ſuum debitorem in carcere captiuum habeat, illi licitum eſt debitorem ſuum captiuum tam diu detinere captiuum ſeu incarceratum, pro cauſa aut debito ciuili, donec & quouſque debitor ipſi ſatisfecerit, aut certè donec mortem obierit, vel ſaltem (i) miſerabilem bonorum ceſſionem fecerit, *l. e. Prima, C. Qui bo ced poſſ.* idque expenſis ſui creditoris, dummodo captiuus tantum non habeat, quo ſeipſum alat (k) aut ſuſtentet. Sed hæc immititas viro Chriſtiano an digna ſit commonſtrat Euangelium, & Chriſtiana charitas, quam nobis Chriſtus toties, & tam diligenter vbique commendauit. Sed iſtud de iure diuino.

Quiſquis autem ab executore aliquem ciuiliter 25 captum, vi eripit, is capi poteſt, pro illo ipſo debito, pro quo ille captus fuerat, non ſecus, quam ſi ipſius fideiuſſor eſſet.

Sic etiam executor ipſe capi poterit, ſi captiuum 26 ſuum, quem in manibus habet, ipſiuſque potens ſit ſimulanter, aut aſtutè, aut muneribus corruptus ſinat aufugere. Eo enim facto, eidem debito capti, fit obnoxius. Idem quoque dicendum eſt de carcerario, (m) qui ſimulanter captiuum effugere ſinit.

Cæterum hoc loco notandum vel potius repe- 27 tendum eſt, quod ſuprà diximus, *c 4 ſcilicet.* Quod creditor ipſe aliquando capere poteſt. Nam ſi hic videret debitorem ſuum fugere, poterit tunc eundem propria manu apprehendere. Et eo facto propria authoritate ſibiipſi iuſtitiæ vices attribuit, quod in prædicto caſu eſſe licitum ſuperius quoq; diximus. Sed quamuis liceat eum apprehendere, non tamen (n) licet eundem fugientem vulnerare, nec male tractare. Nam ſic puniendus eſſet, nõ ſolum de illato vulnere, ſed etiam de indebitè apprahendendi audacia. & interim captus relaxaretur, & in priſtinam ſuam libertatem, tanquam malè captus reſtitueretur, *arg. l. Extat.* & ibi Bart. *n. 6. ff. eo quod met. cauſ.*

De loco autem hoc ſciendum eſt, quod nemo in 28 ſua domo, (o) aut in naui (p) ſua, aut in molendino (q) aut in taberna, (r) aut in officina ſua capi, aut etiam extrahi debet pro ciuili (ſ) cauſa, aut pro debito pecuniario, vt ita extractus carceri mancipetur aut conijciatur in carcerem, *l. Nemo domo, ff. de reg. iur. & l. Sed & ſi is ff de in ius vocan.* cum bona gloſ. *in Clementi.* Cauſam *ſuper verbo. in domo, de elect.* quia domus, nauis, aut molendinum vnicuique tutiſſimum refugium & receptaculum eſſe debet, iuxta vulgatam *l. Pleriique* & ibi Bald. & Ludo. Rom. & poſt eos Iaſon. *ff. de in ius vocand.* Sic etiam debito.

Digitized by Google

bitores ex templis aut ab alijs locis ſacris extrahend (*t*) non ſunt, ſed ibi tutela loci ſacri proteguntur.

Verùm iſthæc intelligenda ſunt de debito priuato, & non de debito Principis aut Reipub. ob quod nec domus, nec templum, (*v*) nec nauis, & c talibus debitoribus præſidio eſſe poſſunt. Sicut etiam nec domus, nec templum. (*x*) nec vllus locus ſacer præſidio eſſe debet malicioſis illis fraudatoribus, imò veriùs furibus illis rapaciſſimis, quos (vulgò Bancarotas vocamus) qui non ex voluntate Dei, aut ex infortunio vere depauperantur, ſed mendaciter ſeſe fractos, ac planè perditos eſſe ſimulant, & ad aliquot menſes domi latitant, donec cum creditoribus doloſè tranſegerint (*z*) & poſteà non minus ſplendide, ac pompoſè prodeunt, quam prius, & ad intermiſſam negotiationem, denuò ita fraudatis & illuſis creditoribus multò audacius redeunt. Hi profectò digni ſunt, in quos iuſtitiæ rigor & ſeueritas acerrimè animaduertat, ipſos vndecunque locorum (qui nuſquam tuti eſſe debent) ocius extrahat, & in exemplum aliorum, ſine diſſimulatione ſeueriſſiuè puniat, juxta decretum Caroli V. Imperatoris, anno 1531 in Octobri. & anno 1540. (*a*) etiam in Octobri. Sed de his fortaſſis aliquando latius.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXIV.

a. NOn ſtatim liceat.) Nonenim ab executione incipiendum. *l*, 1. *C de execut. rei iud.* Viu. *dec* 517 *num.* 1. vbi poſt Salyc *in d. l.* 1. executionem ordine iuris prætermiſſo non valere. Iudice quoque à præcepto executiuo incipiente niſi ſit clauſula iuſtificatoria, actum ipſo iure nullum eſſe, Gribald. *in com opin. verb executio.* Villal. *in com. opin. lit. I. num* 98. poſt Iaſ. ex communiori, *in l nec quidquam num* 6. *ff de offic prætor.* Neque iudicem à citatione reali poſſe incipere in ciuilibus, Bald. *n.* 13 *&* 32. & alij in *l. conſentaneum C. quomod. & quan. iud* latè Zaſ. *conſ* 19. *nu.* 23. *& ſeqq. lib* 1. Neque magiſtratum remedijs illis realibus procedere, niſi contra contumacem, poſſe VVeſenbec. *conſ.* 30 *ſub num.* 22 *poſt doct. in l. vnic. ff ſi quis ius dic. non obtemp* Et ad regulam illam, quod in ciuilibus ſiue pecuniarijs debiti priuati non fiat citatio realis; de qua etiam Socin. ex com. de citat. *quæſt.* 24. *princ. num.* 57. *art.* 10. Gail *lib.* 1. *obſer.* 26. *numer.* 1. Marc *dec.* 396. *num.* 2. *lib.* 1. *& eod. lib. dec.* 449. *ſub num.* 1. Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *quæſt.* 88. *num.* 6. hanc 1. limitationem, in contumace (inter alias, de quibus etiam hic inferiùs) tradit Marant. *de ord. iud. membr.* 1. *num.* 58. eamque inter contumaciæ pœnas enu nerat ibidem *mem b.* 2. *num.* 16. & poſt Bart. *num* 7. Iaſ. *num.* 25. *in d. l. vnic.* Roman. *conſ.* 120. *ſub num.* 4 *conſ* 224 *num* 3. *cum apoſt. & conſ.* 310 *num.* 1. Marſil. *in l. de vnoquoque, ſub num.* 24. *ff. de re iud.* Neque realem citationem fieri poſſe, niſi à maioribus iudicibus, mixtum ſaltem imperiũ habentibus, & ordinariam iuriſdictionem, Gail *lib.* 1. *obſer.* 48. *num.* 13. *per tex. in adducta authent. qui ſemel.*

b. *Obſeruanda*) Quæ requirantur legitima ut ſit captura, Bald *conſ.* 285. *l b.* 1. *& conſ.* 177. *li.* 2. Rom. *conſ.* 241. *cum apoſt.* Socin. declarando & limitando vbertimè, *d. quæſt* 24 *art.* 10 *n* 58. *cum ſeqq.* Burſat. *con.* 345. *præſertim num.* 36. *cum ſeqq.* Boſſ. *in prax. crim. tit de captur, & tit de carcer.* Clar. *ſent. lib.* 5. *§ fin. q* 23. *vbi in crim.* Sed & capturam remediũ eſſe ſubſidiarium, ad quam tum demum peruenitur cũ alio remedio locus eſſe non poteſt, § *quod autem, in authent. de fide iuſſ* Roman. *d conſ.* 141 *num* 9. & poſt alios quoque Peck. *de iu ſiſtend. c.* 31 *ſub n* 5.

c. *Conſtare.* Socin. limitando *d art.* 10 *quæſt.* 24. *ſub num.* 58. *& ſeq.* Roman *d c. conſ* 220. *ſub n.* 2 *, rigum. l* 2. *C. vbi in rem act. & l cum proponas, cum authent. ſeq. C. de bon auctor. iud. poſſidend* vbi non cõceditur miſſio in poſſeſſionem rerum, niſi facta fide de debito: vnd. ſi res non poteſt capi non probato debito, multo minus perſona, quum rebus quibuſcunque anteferatur, Natt. *conſ* 430. *num.* 9. & ante hos Bald. *conſ.* 318. *cuius init iſta captura num.* 2. *lib.* 4. Et quod maioris præiudicij ſit captura perſonæ quã rerum Bald. *conſ* 285 *ſ. b. num.* 3 *lib* 1. *& in d. l. conſentaneum ſub num.* 13 *&* 3.

d. *Liquidum*) Executionis via non procedi antequam omnia liquido conſtent, Soar *in rec ſent. lit. E. nu* 197. poſt Boër, *dec.* 52 *num.* 8. Capyc. *dec* 17. *tota & Craues conſ.* 231. *ſub nu.* 7 *cum ſeqq annotatis ad loc. com. Damhoud. tit. inſtrumentum,* 1.

e. *In dignitate.*) Cum agitur de carcerando hominem fide dignum, ciuiliter procedendum eſſe, Cornazzan. *dec* 59. *n.* 13 *vbi n* 14 ſatis fore quando ciuitas vel locus habitationis pro carcere aſſignaretur, qua de re & Peck *de iur ſiſtend. cap* (*mihi*) 31 *ſub num.* 5. Menoh *de arbitr. iud. lib.* 2 *caſu* 205. *ſub num* 6. Fichard. *conſ.* 66 *num* 9. *verſ non obſtat. lib* 2 VVeſenb. *conſ.* 50 *ſub num.* 20. latè Suarez in diſput. *de fideiuſſ. in cauſ. crim. ſub n* 7 *cum ſeqq.* Tiraq. *tract de nobilit. cap* 20. *num* 28. *cum ſeqq. & de pœn temper cauſ* 51. *ind.* 6 *& cauſ.* 31 *num.* 10. *cum ſeqq.* vbi numer 14. & d. cap. 20 numer. 22. limitat poſt Alexand. *in l. ſi ſecus. in* , §. *vlt. verſ. limitat tamen* , *ff. de condiction . ob cauſ.* aliosque, niſi is nobilis ſemel aufugerit à pala-

tio,

Digitized by Google

tio, carceris loco ei aſſignato; nam debere poſtea in vinculis detineri, nec datis fideiuſſoribus relaxari. Quanquam autem viri illuſtres cogi non poſſint ad præſtandam fideiuſſionem in criminalibus, ſed dimittantur cautioni iuratoriæ, ſecundum *l. quoties, C. de dignitat lib.* 12. tamen l. illa receſſit ab aula, contrariumque ſeruat conſuetudo, vt non modo cogantur fideiuſſores dare, ſed & in carceres detrudantur, vt tradit Clar. *ſent lib* 5 *fin cap.* 46. *num.* 16. de quo latiùs etiam Bonacoſſ *in com opin. verb carcerantur viri illuſtres, cum ſeq.*

f. *Pupil.*) Text. *in l. ne, que impuberes.* vbi Bart. *n.* 1 *ff. de in ius vocand.* Gail. *lib* 1 *obſ* 48 *ſub num.* 6. Fab *C. lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 3. *num.* 1 *in fin.* Sed neque minorem pro priuato debito carcerari poſſe, Socin. fallent. 13. *reg.* 7. *in liter. C.* Roman *conſ.* 110 *num.* 2. *cum ſeq.* vbi, ex com Mandoſ. allegans & Pariſ. *conſ.* 94. *num* 40. *cum ſeq. lib* 1. vbi declaratur latiùs.

g. *Ceſſionem.*) Zaſ. poſt alios *in §. vlt ſub verſ. pro complemento, inſtit. de action.* Strach. declarando *tract de decoct. part.* 4. *num* 11. *cum ſeq.*

h. *Doctores.*) Clar diſtinguendo *ſent. lib* 5. § *fin. q.* 28 *num.* 4. VVeſenbec. *conſ.* 50 *ſub nu.* 20. Menoch. *d. quæſt.* 88. *num.* 7. *lib. de arbitr.* 1. Gail *d. obſer.* 48. *ſub num* 16. Peck eleganter, *de iur. ſiſtend. c.* 5. *num* 9. Cornatzian. diſtinguendo, *dec* 47 *num.* 2. *ſeqq.* poſt Ludouic. Luc. *dec.* 6. Damhou *in l. c. com. tit. arreſtatio verſ at* 8.

i. *Sed tantum poſt* (Zaſ. *conſ.* 19. *num.* 25. *libr.* 1. Aſin *ad ſtatut. Flor part.* 1. §. 13 *ca* 1. *n.* 2. VVurmſer è praxi latè declarando, *obſer.* 8. *tit.* 28. *de creditor. & debitor.* Gomez appoſitiſſ. declarando, *var. reſol. tom.* 2. *c.* 9. 11. *num* 51. Meichſner. *dec.* 20. *num.* 63. *in fin. tom* 3. *& dec.* 27. *num.* 32. *part.* 4. Raudenſ. declarando *dec.* 13. *num.* 127. *cum ſeq.*

k. *Iuſtitiaria.*) Inſtrumenta publica manu etiam notarij confecta, non habere executionem paratam ſed ſolemnem requiri libellum, alium que proceſſum iudiciarium, tex. eſt & inibi doct. *in l. minor. 25. annis,* 41 *ff. de minor. & in l. ſi pacto quo pœnam,* vbi Alciat. *in verb more iudiciorum, C. de pact.* Marc. *dec.* 393 *in princ. lib* 1. Cott. memorabil *verb. inſtrumenta publica.* Soar. *recept ſent. theſ in lit. I. nu.* 342. Vinc de Franc *dec.* 118. *num.* 5. *cum ſeq.* Viu. *dec.* 517. *num.* 2. Teſſaur. *dec.* 26 *tota,* vbi poſt Oſaſc. *dec.* 129 *num.* 3. Boër *dec.* 295 *num* 5, aliosque, hâc com. regulam dicit, quam poſt plures extenſiones limitat, & declarat exactis. Quibus addantur annotata noſtra *ad loc. com. pat* Damhoud *ſub tit. inſtrumentum,* 1. vbi itidem verſus fin quæ habeant executionem paratam, quia de re & Teſſau, *d. dec.* 26. *num præſertim* 13. *& dec.* 186 *num.* 7.

l. *Soluendo.*) Couarr. copioſè ex com, *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1 *num* 2 fideiuſſore quoque bona habente, non eſſe capiendum principalem; ſicut nec ipſum principalem bona habentem Valaſc. *ex SC. con-ſ. l. at* 13. quia (inquit) bona fideiuſſoris computantur cum bonis principalis *l. ſi plures §. præterea, ii. ff. de fideiuſſ.* cuius meminit Bald. *in l. mulier. ib fin. C de iur. dot. & in authent. ſed hodie, in* 1. *not. C. de action. & oblig.* Alex & Bart *in adducta l. ii. §. interes ceſſiſſe tatut.* Roman, *conſ.* 320 *ſub num.* 2. vbi ait, vt ad carcerationem perueniri poſſit, neceſſariam eſſe excuſſionem bonorum non ſolùm debitoris, ſed & fideiuſſoris eius, cum & fideiuſſoris facultates, quoad effectum ſolutionis eius debiti pro quo fideiuſſit, facultatibus debitoris aggregatæ cenſeantur, *per d. § præterea, ii.* ſequiturque ibidem Mandoſ. poſt Marſil. *in prax. crim. §. attingam, nu.* 56. *& in rubr de fideiuſſ ſub num.* 179. *& ſingul.* 3. *cui init ad hoc vt ad carcerationem.*

m. *Legnan.*) Imo quando principalis eſſet multum diues admittitur fideiuſſor quantumuis pauper ſeu non idoneus facultatibus *d. l. mulier, vbi gl. ff. in verb. praeſtiteſſe, C. de iur. dot.* Socin *num.* 4. poſt Alex. *nu.* 4. Iaſ. *num.* 5. & alios, *in l. ii. ff qui ſat. ſ cogant* Marſil. *ex com.* aliter etiam limitando regulam, quòd fideiuſſor debeat eſſe idoneus facultatibus *ad rubr. ff de fideiuſſ nu. m.* 128 *cum ſeqq.* Viu *com. opin lib* 2. *verb fideiuſſ. r. non eſt idoneus, nu m* 4.

n. *Eamque offerat.*) Marant *de ordin. iud. part.* 6. *memb* 8. *ind. num* 4 *cum ſeqq.* Zaſ. latè *conſ* 19 *num.* 27. *cum ſeq. lib.* 1. Gomez. *var reſol. tom.* 3 *cap* 9 *n.* 8. Clar. *ſent. li.* 5 § *fin* (*q. eſt* 46 *num* 7 Soar *recept. ſent. lit. C. num* 17. Menoch extendendo & reſtringendo accuratiſſ. *de arbitrar. iud lib.* 2. *caſu* 303. declarantes tamen quando pœna eſt corporalis, defenſionem rei in carceribus fieri debere; adeoque locum non eſſe relaxationi datis fideiuſſoribus; vt & Bald. *conſ* 337. *num.* 3. *lib.* 2. Capyc *dec.* 30. *num.* 2. *&* 7. *& dec.* 153. *num* 2. Tichard. *conſ.* 66 *num.* 5. *cum ſeqq. & conſ.* 70. *num* 33 *lib.* 2. Amat. *ex SC. dec.* 100. *num.* 9 *cum ſeq.* Oſaſc *dec.* 18. *num.* 4. poſt Bald. *in l. data opera, num* 15. *C. de iis qui accuſare non poſſ. & in l. reos. ſub n* 9. *C. de accuſ.* quem ſequitur & Socin. *in cap. veniens ſub num* 32 *de accuſ.* Neque in atrocioribus regulariter reum fideiuſſoribus relaxari, *iuxta not in l. penult. §. ad crimen, de publ. iudic.* Decian *tract. crim. lib* 5. *cap.* 33. *num* 2. *vbi num.* 3. quando ſuſpectus eſt de fuga carcerari poſſe, etiam antequam citetur, poſt Bart. *in l. vlt, num.* 2. *ff. ad l. iul. pecul. & in l.* 1 *num.* 1 *ff. de cuſtod. reor.* & Salyc. *in l. ii ſub num.* 1. *C. de exhib. re.* (latiùs diſtinguentes) quinimò in domo propria capi poſſe, ſecundũ not. *in adducta l. plerique.*

o. *Antequam perueniretur.*) Text. eſt *in l.* 1. vbi Bart. & alij *C. qui bon. ced. poſſ.* Bald *conſ.* 338. *ad fin. in add. t. lib.* 4. Alex. latè *conſ.* 159. *num* 9. *cum ſeq. lib* 2 Roman *conſ.* 110 *ſub num.* 4 vbi Mandoſ. ex com. copioſè, *ad verb excuſſio, conſ.* 224. *num.* 8. *& conſ* 320. *num* 2 Socin. declarando & limitando, *de ſtat. art. c.* 20. *d. quæſt. princ.* 24. *num.* 61. Marſil. *in l. de*

Digitized by Google

de vnoquoque, ſub num. 24. de re iudic. Marant. d. ord. iud part. 6 membr. 1. ſub num 58. & tit. de execut. ſent. num. 9. Capyc declarando dec. 165. ſub num 2. cum ſeqq. Gomez. d. cap. 11. ſub nu. 51. Valaſc. d. in conſult 13. ad fin.

p. *Vt principalis.*) Iudicatur enim per omnia vt principalis, vt poſt doct. in adducta authent. præſente, aliosque, Durant de art. teſtand. tit. de l gat. cautel 30. ſub num. 2 Alex conſ. 19. nu 37. cum apoſt. lib. 7. Natt. declarando, conſ 52 nu. 1. & 7. poſt Rom. conſ. 1 4 num 3 cum apoſt. vbi omnes eſſe in obligatione principales, licet ad vnum tantùm ex ijs pecunia peruenerit, vel negotium pertinuerit. Neque dari eis beneficia fideiuſſorum, excuſſionis, diuiſionis &c. VVeſenbec c n. 14 nu n. 11. Licet aliter ſentiant quos ille refert & Euerard conſ. 240. ſub n. 12. Molin. tract. de contract vſur. q. 7. n. 122.

q. *Hinc, &c.*) Socin. ſub nu 58 cum ſeqq. poſt Bart. nu. 7. & alios in l. plerique ff. de in ius voc. Guid. ex SC. declarando & limitando dec. 256. ſub num. 1. Couarr. d cap. 1. num. 3. Gail. lib. 1. obſer. 4. ſub num. 14. & limitando lib 2. obſ. 90 num. 3. cum ſeqq. Viu. com. opin verb. carcerari num 1. lib. 2 Vaſqu. illuſt. controuerſ. lib 3. cap. 97 num. 2. Teſſaur. dec. 153 nu. 8. Surd. deciſ. 164. num. 5 Annæ Rob. rerum iud. libr. 2. cap. 6. præſertim in verſ mitior circa eas, Dixi cum Damhoud in l. ecomstar. tit. arreſtatio, ad verb mulieribus, licet aliud de conſuetudine Bonacoſſ in com. op in verb. carcerentur.

r. *Sine pecuniaris.*) Quid ſi de leui vel graui crimine agatur? latè Boër. dec. 349. num. 5. verſ. & ita aliqui, cum ſeqq. & num. 11. verſ. reſpectu verò mulieris, Gramm. dec. 33. num 9 cum ſeqq Viu. d. verb. cap. carcerari, num. 2. & poſt Clar ſent lib 5. §. fin. qu 28. n. 3. aliosque Menoch. d. quæſt. 88. nu. 19 cum ſeqq.

ſ. *Poſſet apprehendi.*) Boer. d. dec. 349. ſub num. 11. Gomez ad Taur. l. 62 num. 2. vbi copiosè apoſtill. Sed contrà ſolidioribus rationibus Menoch. d. qu. 88 num. 12. poſt Marſil in prax. crim §. attingam num. 65. Couarru. in cap. quamuis, in 2 part. relect. in init. num. 7 de pact. lib. 6. & d. cap. 1. ſub num. 3. aliosque, & poſt alios itidem accuratiſſ. Vaſq. d. cap. 97. toto illuſtr. contr. lib. 3 licet aliter quoque ſentiat Peck d cap. 5. ſub nu. 7. & aſſeueranter ex com Viu. d. verb. carcerari, num. 2.

t. *Nuptis.*) Socin. reg. 12. in lit. L. in 2. fallent. Dec. in adducta l. fœminæ, num. 73. licet aliter ſentiat in cap. paſtoralis, ſub num (mihi) 27. cum ſeqq. de iudic. Marſil. in d §. attigam. num. 67. Capyc dec 44 num. 1 cũ ſeqq Gom ad d l. 62. ſub n. 1. & inibi latè apoſt. Men. d. qu 88. n. 18. intelligendo tamen quò ad ſolã apprehenſionẽ, ſi vir ignoret vxoris turpitudinẽ; ſecus ſi ſit conſcius, vt ibidẽ n. 14. cum ſeqq. id quod ante Menoch, ſenſit & Socin in d. plerisq. nu 41. in fin. & aſſerit poſt alios Couarr. in epit. de ſponſal. part. 2 cap. 8. §. 11. in fin.

v. *In Flandria.*) Vt & in Brabantia, imò in pleriſque regionibus his tranſmontanis vt not. Maſcard l b. de probat. 1. concluſ. 266 ſub num 12 dum poſt Guid. dec. 253. probat arreſtatum hic dici carceratum, ſequitur & Menoch de arbitr. iud. caſu 301. ſub n. 0.

x. *Si, eadi.*) Diximus ſupra c. 53 ad verb. cautionem De iure tamen com debere conueniri debitorem forenſem in loco ſui fori, quamuis debeat ſatiſdare poſt doct. in l. vlt Co. vbi in r. m act. & alibi Dec. conſ. 75. num. 1. verſ. 2 hoc videtur, vbi hoc procedere in dubitabilioribus terminis, quando reperitur forenſis cum re mea quam ego repeto; vt liberetur præſtando cautionem de reſpondendo in foro ſuo, in quo tamen alij diſtingunt, vt poſt Anchor. conſ. 140. verſus Fin. verſ ex quo ſequitur, Marian i 2 c ſane 3. ſub num 4 de for comp. Boër copiosè dec. 218. num 1 cum ſeqq. Socin poſt alios ſub num. 2. & Iaſ nu 1. in l. ſi fideiuſſ r. §. vlt ff. qui ſatiſd c g.

y. *Suſpecta.*) Quis dicatur ſuſpectus è Parif. conſ. 99. num 18. cum ſeqq l. b 3 late Dec conſ 75. num. 1. verſ. & non quilibet mutatio reddi. ſuſpectũ, & verſ. 8. & vlt. conſiderandum Peck de iur. ſiſtend. cap. (mihi) 11. num. 2. Quis item fugitiuus è Bald. conſ. 250. nu 8. li. 1. & duplicatio conſ. 382 num 9. lib. 5. text in l. fugitiuus, 225. vbi Alciat. & Reb. de verb. ſignific. Dec. ad l rogaſti §. ſi fugitiuus ſub num. r. 1. ff. ſi cert. petat. Natt. conſ. 430 num. 21.

z. *Sex.*) Quæ requirantur vt captura ob fugæ ſuſpicionem valeat, poſt Iaſ in d. l. ſi ab arbitro, ſub n. 3. Parif. conſ 101. num. 6. lib. 3. aliosque Maſcard. di. concluſ. 823. num. 8. & concl. 455. tota Cornazz remiſſiue, dict dec. 59 num 11.

a. *Et liquidum.*) Teſſaur. dec. 223 nu. 2. Natt. conſ. 430. nu ſub 8. & conſ. 29. nu. 2. vbi poſt Bald. in l. apertiſſimi in fin. C. de iudic. aliosque, in ſuſpecto de fuga, ſi veriſimiles ſint cauſę ſuſpicionis, poſſe procedi ad capturam occaſione debiti liquidi nõ verò incerti; quia nõ debeat incipi ab executione ſuper debito incerto, vt ille inibi latius, & Sichard. in d. l. aper iſſ. ſub n. 24. Maſcard. le probat. li 2 concl. 823. ſub n. 15. Sed nec modicum ſit debitum neceſſariũ eſſe; quod ratione modici non dicatur quis ſuſpectus, Socin. n. 22. Iaſ. n. 5. in fin. in l. ſi quis ab arbitro. cogn. Rom in conſ. 220. ſub n. 3. verſ. vlt. neceſſariũ eſt, vbi apoſt. Mandoſ. poſt Gramm. conſ. ciuil 17. num 12. aliosque, Menoch. d. caſu 87 n. 21. vbi arbitrarium eſſe quod debitum paruum ſit.

b. *De fuga ſuſpectus.*) Non iuramento, ſed aliter ſummatim probandum, Bald. conſ. 28 num. 3 lib. cũ ſeqq. Dec. latè ex communiori, conſ. 75. num. 1. verſ. 4. hoc deducitur, Menoch. d caſu 78. num 5. Bonacoſſ. in cõ op. in verb. fugæ ſuſpicio. Peck de iur. ſiſtẽd. c. 1 nu 4. verſ tamen cum debitor, Maſcard. de probat. concluſ. 823. num. 1. & 2 lib. 1. & nouiſſ. Cornazz. ex com. & SC. dec 59. n. 4. & 12. Neque tamen pars in ſuſpicio-

Digitized by Google

ſuſpicione probanda neceſſario citanda erit. Bald. in *l.conſentaneum, num 32.in fin C.quomod.& quād* iu *l.*Marſil *in l de vnoquoque,numer 50.ff de re ind.* Ignæ,*in l.in cognitione,num 69 ff. de SC* Syllan. Tiraq *in tract.res int.alios act. in 3. limitat princ.* Suar.*ad l.y.for.lib 2 tit.de cōperendin .tioni.ſection. ſiue part.vlt num 54.verſus ſi.*Aſin.*ad ſtat Florent. de mod.proc.part 1.§.7 cap.5.in 12.limit.*Cæterùm Natt.*d conſ.29 num.* 10.reſpondet, quòd quamuis ſufficeret iuramentum creditoris iurantis debitorē ſuſpectum de fuga,ad obtinendam commiſſionem capturæ;poſt capturam tamen debere iuſtificari, ſuſpicionemque probationibus apertiſſ. oſtendi, vt latiùs apud eum,& Alex.*conſ 19.num. 1. libr.3.* Dec *d.conſ.75.num 1 verſ 7.*aduertendum, *Pariſ.* declarando conſ.10. *num.1 cum ſeqq. lib. 3.* & ex communiori Mandoſ.ad Rom.*conſ. 141. in princ.* ſentitque Socin in *d l ſi ab arbitrio num 9,cū ſeqq.* Verùm an ſufficiet iuramentum creditoris arbitrarium eſſe vt poſſit iudex ſi velit,iuſtumque ſibi videatur,credere iuramento creditoris, voluerunt nouiſſ Menoch.*d caſu 87 numer 6.* & Maſcard.*d. concluſ.823 ſub num.6 cum ſeqq.*extendendo & reſtringendo latiſſ. Sed & q òd non allegatum ante capturam non poſſit allegari poſteà ad confirmandam capturam ſi iniurioſa fuit Bald *conſ.318 num. 4.libr.4* Maſcar.copioſè *d.concluſ 823.num 18 cum ſeqq.*limitando & intelligendo in debito liquidando ante capturam,ſecus in ſuſpicionum cauſis dilucidandis,vt ille latiùs,ſentitque Teſſaur. *d dec. 210 num 3.*poſt Natt.latiùs explicātem *d conſ.430. num 6.16 & ſeqq* alioſque.

c. *Duo teſtes.*)Burſat poſt alios quoſdam *conſil. 423.num 23.*

d. *Conſequitur*)Bald.*conſil.285 ſub num 3.libr. 1.*Natta. *d conſ.430.num.8* Menoch.*d. caſu 87. num.2.*

e. *Sit oρta*)Bald.*d.conſ.285.num.1.ad fin libr.1.* & declarando *conſ 228.verſ.a obſtat.l b 4* Alex.*d. conſ.19 ſub num 1. cum apoſt lib. 3.* Roman.cum apoſt.*d.conſ. 20.ſub num.3* Iaſ *in d.l.ſi ab arbitro, ſub nu 2. & num.5.ff.qui ſatiſd. cogant.* ibidemque Caſtal *poſt princ* Dec *conſ 75.num 1.1. verſ.3.* quia Natt.*d.conſ.430.nu . 12.*Teſſ *d dec 210.num. 4* Maſcard.*d.concluſ 823.num.9* Peck *de iur ſiſtēd. cap.4 num 7 & cap 11. ſub num 4, verſ. ſunt et: m.* Menoch. *d caſu 87 ſub numer 13.verſi ſi vero non cum numer.ſeqq.* Cornazz. *d.dec 59. numer.5. 8. & ſeqq.*

f. *Limitat.*)Quando ſcilicet debitor induxit creditorem, vel creditor ab eo falsò perſuaſus, credidit eum tempore contracti debiti multa mobilia poſſidere,omnique ſuſpicione carere, id quod volunt & Caſtal.*in d l.ſi ab arbitro* & poſt Caſtrenſ. in addu cto § 1.*num 3 ad fin.*Alex.*ſub num. 6* Iaſ *ſub num 5.in d.l. ſi ab arbitr.* alioſque ſequutur & Menoch.*d caſu 87 num.16.in fin.vbi num 17.*poſt Iaſ.in *d.l.ſi ab arbitro,ſub num.15.*Socin.*numer 16.* alioſque,limitat quoque,ſi creditore, cum ſequitur fidem debitoris,probabiliter ignorante eius conditionem,poſteà ſuperueniat ſcientia debitorem ſoluendo non eſſe;Maſcard.*d.concluſ.823 num.10. cum ſeq.*

g. *Immobilia*)Suar.plura accumulans, *l. 2. for. leg.lib 2.tit de com.perend.cap. 1.num. 3.* Si tamen alibi poſſideat in loco vicino, non dici ſuſpectum Bald.*d.conſ.285.num.2.*Marſ.in *prax.crim.§ attingam,num.57.* Peck.exactè,*de iur.ſiſt.cap.31. num. 7* poſt Suar.ex com.declarando dum ſit ſub eadem iuriſdictione,*ad d.l.2 cap.*cui init.*vlterius quæritur num.1.cum ſeq.* Socin. ex com. aſſerens ſufficere quòd ſit ſub eodem præſide,ad *l.ſciendum,15.num. 13.*(vbi & apoſt de his latiùs)*ff.qui ſatiſd cog.* Natt. *d.conſ 430.ſub num 15.*ſentitque Alex.*conſ.160.in fin lib.5.*Sed neque hoc ſolum,ſcilicet non poſſidere immobilia,arguere debitorem ſuſpectum ; verū iudicis arbitrio relinquendum,poſt Bald.*in l ſi. fideiuſſor.7.§ vlt.*per illum tex.*ff.qui ſatiſd cog* alioſque Menoch.*d.caſu 87.num 9.cum ſeqq.*Maſcat.declarando.prax.ciuil *part 3 gloſſ.verb.expenſis,num. 21 cum ſeqq.*Probationem verò huiuſmodi,cum ſit fundamentum petentis incarcerationem,ei incumbere, Bald *conſ.338 cuius it. 1.*allegatur poſt princ. *lib 4* Natt.*d conſ.430.num 14.*

h. *Conſiderationem*)Pariſ declarando & limitando *conſ.107.num.55 cum ſeq lib.3.*Imputatur enim creditori malum debitoris conditionem ſcienti, quod fidem eius,cum eo contrahendo,ſecutus fuerit,vt de aduerſo eius ſtatu excipere non poſſit. Iaſ *in d.l.ſi ab arbitro ſub num 3. ff. qui ſatiſd. cog.* Rom *conſ.320 ſub nu 3.* Dec. *d conſ.75.ſub d. verſ. 3* quia Menoch *d.caſu 87 num. 15.cum ſeq* Maſc. *d. concluſ 823 num 9.in* fin Cornazz *d.dec.59 num 6 cum ſeqq.*Monte. *dec 36 num 91* vbi *num 92. cū ſeqq* diſtinguendo latiſſ an ſcire præſumatur malam debitoris conditionem ? de quo & Pariſ. affirmatiuam aſtruens,*d conſ 107 num 57 cum ſeq.*

i. *Vel ſaltem*)Iaſ.in adducto §.*item ſi quis in fraudem num.92 inſtitut de act.* Gomez,*ad l Tauri 79. ſub num.1.*Peck è praxi, declarando, de iur.*ſiſtend. cap.4 num.1.*

k *Seipſum a'a*)Vergl.in *l vlt.in ver. Agnoſcere, C.de erogat militar ann.lib 12* Guid.è ſtylo generali *dec 211.num 2* Peck declarando, *de iure ſiſtend cap* (mihi)28 *num 5.*Fab.*ad § vlt rum. 4.inſtit d actiõ.*vbi,alioqui iudicem (niſi poſſit ali de eleēmoſynis)poſſe cum iubere relaxari, idemque poſt Ang.ibid. *ad fin* VVurmbſer.*obſ 8 in fin tit. 28 de credit.r & deb* Corſet *in ſing.verb expenſa 3.* Felin *in cap.1.num 9.de lib & obl.* Boër. *dec. 303. nu.2 & ex SC* poſt Gamm.diſtinguendo,*dec. 261. t.ta,* alioſque exactiſſ. Valaſc. extendendo & reſtringendo

ſtringendo *dec.1.num* 8.licet contrà, vt creditore non ſuppeditante, non poſſit tamen iudex pauperem liberare, abſque fideiuſſione; etiamſi non inueniat: ſed poſſe debitorem implorare beneficium ceſſionis, Viu.accuratè, *ex SC.dec.*529 *num.*1. *cum ſeqq.* poſt Afflict *dec.*71.*tota* aliosque Cæterum & Vinc.Ann.*è praxi,ſingul* 279.*cum apoſt* etiam nouiſſ.& Laurent. Auenion.*ex SC. dec.* 112 *num.* 5. tradant, non licere pro expenſis carceratum retinere; quamuis pro pœna exſoluenda liceat, qua de re latiùs etiam Peck. *de iur.ſiſtend cap.* 34 *fin: penult.*

l. *Fideiuſſor eſſet.*) Guid *dec.*579.*ſub num* 2 Caſſian.remiſſiuè.tamen pulchrè limitando, in com. opin.*verb.carcerandum*, Iaſ.*in* §.*pœnale, num.*102. *inſtitut de act.*& poſt eum aliósque Strach. *tract. de decoct. pa t.*2.*vlt.part.num.*10.vbi *num.* 11.poſt Anchar.*conſ.*340.*ad fin.verſ* 4.pro hac marſil. *ſingul* 137.aliosque, eum qui ſciens prudensq́ue debitorem fecerit fugere, quem capiendum creditores præparauerant, creditoribus ad reſarciendum damnum, & debitum ſoluendum teneri, quod ob fugam conſequi nequiuerunt. Idemq́ue apoſtill. ad Socin in Rubr.*ff ne quis eum qu in ius voc ad verb. occultat, num,* 2. dum diſputat Soc.an occultans debitorem fugientem eodem modo teneatur, in quo idem iuris eſſe aſſerit & Strach.*d part* 2.*partis vlt. num.*12.

m. *De carcerario.*) Anchar.*d.conſ*340.*in fin.* Imò ſi per miſericordiam alleuiat aliquando captiuos, teneri creditoribus ad intereſſe ſi aufugiant, poſt Aretin.*in* §.*cæterum num.*1.*inſtit. de leg.* Aquil. Bonacoſſ.*in com opin verb.carceris cuſtos*, vbi limitando, copioſè quando teneatur. Dixi ad locos com.Damh.tit *culpa lata* ad verb. *caſtrorúmque.*

n. *Non tamen.*) Sed neque poſſe verbaliter fugientem citare; ita vt neceſſitetur comparere, vtque vigore talis citationis non comparens dicatur contumax, & poſſit contumax mulctari, Marian. in *c. propoſuiſti, num.*3.per illum.*tex.de for. comp.* Poſſe aliòqui capere etiam die feriata in honorem Dei ſi ſit periculum in mora, vt *poſt gloſſ ij. in l. vlt. C. de fer ampliatam à Bald.in cap vlt.verſus fin. de fer.* inferijs, etiam ſolemniſſ. Iaſ.*in l* 1.*ſub nu.* 71.*ff.de offic.*eius cui mand.eſt iuriſdict.& in *l de pupillo*, §. *ſi quis riuos,num.*1 *in fin.ff de oper.no.nunc* idemque (dicens gl.illam ſequi Alber.& omnes *in l.ſi feriatis,ff.de fer*) *in l ij.ſub num.*15. ibidemque Socin. *ſub num.*18.*ff.de iuriſd. om. iud.*dum poſt Anchor. *conſ.*191.*tenent*, ſuſpectum de fuga, ad impugnandam capturam, nunquam opponere in competentiæ exceptionem, idemque reſpōdit & Rom. *conſ.* 242.*num.*1.vbi copioſiſſ.Mand.poſt Alex *conſ.*25. *num* 7 *lib.*6 Chaſſ *conſ.*1.*in* 2 *part.num.*3.aliosque & voluit Dec *in cap.prudentiam,num.*(mihi) 52.*de off.d.leg.*licèt dubius *in d. l.ii.num.*17.*cum ſeqq.*

o. *Domo.*) Siue ſit propria, ſiue conducta quam inhabitet. Socin *d.tract de citat artic.*17.*quæſt.* 2. *n.* 5. Coſtal.poſt Alber,*num* 1.*in fin.* Iaſ. *numer* 4. Socin *num.*28 *in fin.& num.*33.*&* alios, in adducta *l plerique*, verſus fin. Gabriel.*lib.*7.*concluſ.*10. *nu.* 2 Gail *lib.*1.*obſer.*48 *ſub num.*14. Myniſng. *cent.* 4. *obſ.*69.*num.*3.vbi *num* 4.idem in domo adiudicata ex primo decreto, poſt Bald *in authent,ei qui C. de bon.auct.iud poſſ.* qui tamen contrarium tenet, vt probat Gabr. *d.concluſ.*10.*num* 3.*&* 4. licet Bald. ita quoque intelligat Iaſ.*in d l.plerique, poſt princ.* Idemque in caſa paſtorali, & ſtabulo quod coniunctum eſt, Mynſ.inibi *num.*5.Gabr.*d.concl.* 10. *num.* 5.6.*&* 7.Peck *de iur.ſiſtend cap.*6.*ſub num.*3. Socin.tamen *d.art.*17 *quæſt.*2.*num.*6.*in fin.* aliud putat in huiuſmodi caſu ad fœnum, vinum, vel beſtias deſtinata; ſentitque, Ignæ,ad *l.* 1 §.*domini.ij ſub n.* 71.*ff.ad Syllan.* Socin.latiſſ.*in d l plerique,num.*50. *& ſub num.*59 licet idem quoque quòd in domo, in horto qui è domo aditetur vel contiguus eſt, voluerit ibidem Mynſ.*num.*7 *cum ſeqq.* Peck.*d. cap* 6 *ſub num.*3.Socin.diſtinguendo, *in d l. plerique num* 49.

p. *Naui.*) Tiraquel.*de retract proxim.*§.1.*gl.*7.*ſub num.*88 Gabr.*d.concl.*10.*num* 8. Strach.*de mercat. tit.de nauib.part.*2.*num.*5.Peck *d.cap.*6.*nu.*3. verſ. *quin imo etiam* Buſ.*ex com,ad d.l.plerique, num.*5. licet ibidem aliter ſentiat etiam Socin. *n* 51 *&* Coſtal *ad fin.* Dixi quoque hac de re, *in loc. com.par. tit.*bona immobilia, ad fin. Limitat autem Peck qui ſuprà, niſi debitor in naui, tanquam viator exiſtat, quia quando quis ſit in hoſpitio publico (niſi priuilegium aliquod ciuitatis repugnet) poſſit ibi capi; præterquam ſi ad annum, longumque aliquod tempus, habitanda cauſa cubiculum ibi cōduxiſſet, iuxta *l* 1 §.*habitare.& l pœnult* § *in factum.ff. nau. p cup.ſtap.* ſentitque Buſ.*ad d.l. plerique, in fin.* vbi Coſtal. idem quoque hoſpitio tradit. & latiùs Gab. *d.concl.*10.*num.*16.20 *& ſeqq.*

q. *Molendino.*) Gabr.*d.conc.*10.*n.*10. Peck.*d c* 6. *ſub n.*3. Dec *in l.nemo de domo*,103.*nu* 2.*in fin. cum apoſt de reg iu.*

r. *Taberna.*) Socin *de citat.d artic.*17.*n.*6.*verſ.*3. videtur, ſed contrà Caſtr. pleno *conſ.*211.*li.*1.& poſt eundem, aliosque Coſtal. in adducta *l plerique, ad fin.*vbi exactè Socin.fil diſtinguendo, *quæſt.*16.*nu.* 55 *cum ſeqq.*latè Gabr *d concl.*10.*num.* 18.*cū ſeqq.*

b. *Miſerabile.*) Quod nimirum homines miſerabiles faciat, vt poſt Bald. *in l. vltim.* poſt princ. *C. qui bon ced poſſ.* Tiraq. *ad le. ſi vnquam verb. bona, ſub n. 1. C. de reuoc. donat.* Et in *l. pœnult C. qui bon. ced. poſſ.* dicitur ceſſionis flebile adiutorium, Item *in auth. vt determin. ſit. num cler. § ſi quis autem adiecerit. collat. 1.* nominatur infeliciſſ. cauſa ceſſionis qua de re latè Roland. *conſ. 7. nu. 1 cum ſeqq. lib. 2.*

c. *Perpetuis.*) Boër. *dec. 349. ſub. nu 7. verſ tum ſi pro ememinda.* vbi iudicem cauere debere ne ſic detentus moriatur in carceribus. qua de re, poſt Gomez. *var. reſol. lib. 3. cap 9 num. 7.* ad fin. aliosq; Clar. *var. reſol. lib. 5. §. fin. quæſt. 46 num 4.* Sed & quod offerens bonorum ceſſionem effugiat carcerem, communiter teneri à doct. *in d l. 1.* & à Fab. *in d. §. vlt num. 1. verſus Fin. inſtit. de act.* Fichard. *dict. conſ. 31. num. 2.* vbi hanc incarcerati ſupplicationē, & iuri & æquitati eſſe conſonam. Hinc Bald. *in le. 1. ſub nu. 3. C. qui bo. ced poſſ* quem poſt alios ſequitur & Alex *conſ. 62. num 2. li. 2.* ſtatuto diſponente quod inſtrumenta guarentigiæ mandentur executioni per carcerem, aliaque quauis via quæ magis placuerit creditori, non habere locum aduerſus debitorem volentem cedere bonis.

d. *Iuraſſent*) Guid. ex SC. *dec. 211.* Villal. *in com. op. n lit. I. nume. 146* & in *lit. O. numer. 7.* Couar. *di. cap. 1. ſub num. 7* Molinæ, *tract. de vſur. qu. 36 num. 27.* verſus Fin. Viu *d. lib. 1. com opin. verb. debitor non poteſt per pactum*, ad fin. Soar *in rec. ſent. th. ſ. lit C num 41.* Teſſaur. exactiſſ *dec. 36. num 1*, cum ſeqq licet contra Toloſan. *dec. 61.* declarando tamē *dec. 210.*

e. *Dicat cedo*) Suar *ad d. l. ij ſub num. 15. titul de ceſſ. bon. for ll. lib. 3.*

f. *Cogn. cat.*) *conſ. 124. ſub num. 9.* Zaſ. *in dict. §. vlt. verſ. hocque non eſt inſtit. de action.* Ant. Fab. *C. lib. 7. tit. 31. diſfinit. 2. num. 1.* vbi è SC. *num. 2. cum ſeqq.* ſi tamen ſolutionē alleget, ſiue totius, ſiue partis debiti, non ideo arcendum à beneficio ceſſionis. Idemque *num. 5.* & facta ceſſione liberum eſſe creditori cum ſuo debitore agere hactenus vt liquido conſtare poſsit, quid ſit in debito; quò paratum habeat in bonis debitoris actionem.

g. *Iudicet.*) Fab in *d. §. vlt ſub num. 1. ibidemque* Zaſ. *verſus Fin verſ. hæc doctrina fallit.* Guid *d. conſ. 124. nume. 9. in fin. Apoſtill.* ad Tholoſan. *deciſ. 28* Rebuff. *tom. 2. conſtitut. reg tract. de mor. at. & negot. art. vlt. glo. 1. ſub nu. 3.* Natt. declarando *d conſ. 361. num. 8.* Roland. *d conſ 7 num 6.* Soar. in *rec. ſent. theſ. lit. C num. 44.* Fichard *d conſ. 31. num. 3.* Viu *lib. 1. com. opin verb. debitor ceſſionis.* limitādo ſi errore ductus non omnia iudicaſſet; vel ſi modica ſit res non demonſtrata.

h. *Sine fraude.*) Alioqui non cōpetere hoc beneficiū vbi cōſtat de fraude vel dolo debitoris, Fab. *in d. §. vlt. ſub n. 1. & 2.* Nat. *d conſ. 361 n 2.* Tir. *ad dict. leg. ſi vnqua, verb. bona, ſub n. 5. verſ. illud autem* Gomez *ad l. Taur 79 ſub num 2* Verall. ex SC. *dec 183 part. 3.* Magon. Luc *dec. 88. nu 24.* Viu. copioſe, *dec. 529. num. 8. cum ſeqq* Hinc talitos propter dolum ſuum, non habere beneficium ceſſionis; quod eſt ſubſidium miſerorum, non præſidium doloſorum, Bald. *conſ. 249 nu 1. verſus Fin. lib. 1.* quod duplicatur *conſ. 99. nu. 4. lib. 5.* Boër. *dec. 215. n. 6.* Tiraq. *ad. d. verb. bona ſub num. 5.* Natt. extendendo *d. conſ. 361. nu 7.* Stracch latiſſ. in tract. *de decoct. r. part. 3* præſertim *num. 1 & 9.*

i. *Alere.*) Neque enim teneri niſi in quantum facere poſsit, Socin limitando, *in fallent. reg. 47* Zaſ. poſt alios declarando *in d § vl. in prin. inſtitut. de action.* Gom. limitando, *var. reſol. tom. 2 c. 11 n 52. & ad leg. Taur. 72. n. 2.* Couar. *in d. cap. peccatum par 2. lib. 2. verſ. Hinc etiam de reg. iur. lib 6.* Veſtes quoque quibus quotidie vtitur ei relinqui, Fab. *in d. §. vlt n 8.* Apoſt. Aufrer. *ad decis.* Tholoſ. 28 Couar *ex com d. cap 1 num. 5 verſ is autem* Soar (tamen poſtea ab hæreticis eius extorqueri poſſe aſſerens) *in recep. ſen th. l. tr. C num. 8.*

Roland.

Roland. d. conſ. 7. ſub num. 18. lib. 2. Peck. de iur. ſiſt. cap. 31. ſub num. 8. Gomez ad d. l. Taur. 89. ſub num. 1. & d. cap. 11. ſub num. 51. cum apoſt. vbi & artis quoque inſtrumenta, quibus victum quæritat, relinquenda.

k. Vt iuret.) Couarr. declarando, d. cap. nu. 5. in fin. cum ſeq.

l. Bancarotti) Verùm de his ſuperiùs, ad verb. ſine fraude, & latiùs cap. 64. verſus fin.

m. Incarceratus.) Neque ceſſionem fieri poſſe niſi eo tempore quo creditores inſtent, petantque debitorem detrudi vel excommunicari Fab. in d. §. vlt. ſub num. 7. inſtitut. de action. Suar. ad d. l. ij ſub num. 13. Boër. dec. 349. num. 8. & ſub nu. 10. verſ. 16. ſiceriá, Socin. in fallent. 17. reg. 46. vel quo in carcere, ad requiſitionem creditorum cuſtoditur, Couarr. ex com. var. reſ. libr. 2. d. cap. 1. ſub numer. 5. vbi poſt Guid. conſ. 124. ſub num. 9. aliosque, ſufficere debitorem in carcerem miſſum fuiſſe, ad petitioné vnius e pluribus creditoribus; ceſſionem tunc factam cæteris præiudicare; vt id voluit & Peck. de iure ſiſt. cap. 31. ſub num. 8. Atque adeo debitorem bonis cedere non poſſe, quando creditor renunciat iuri in carcerem illum detrudendi, poſt Bald. in addit. ad l. 1. num. 17. C. qui bon. ced. poſſ. Socin. d. reg. 46. fallent. 17. Viu. lib. 1. com. opin. verb. debitor non poteſt, & poſt eum Soar. in recept. ſent. theſ. in lit. C. num. 43.

n. Relaxari) Boër. d. dec. 349. num. 7. ad fin. Couarr. d. cap. 1. num. 5. Peck. de iur. ſiſt. cap. 31. num. 8. Gaill lib. 1. obſer. 45. num. 6. Inuitis etiam creditoribus. Bald. d. conſ. 301. num. 4. lib. 5. vbi etiam num. ſeq. quo iudiciorum ordine fiat, relaxatio. Neque impediri ceſſionem etiamſi paratum ſe dicat creditor pati vt carceribus debitor eximatur, niſi quinquennales inducias ſimul indulgere velit, & quidem ſine omni onere debitoris, Fab. è SC. d. libr. 7. tit. 71. definit. 3. num. 1. iuxta l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ. Debitore tamen debitum non confitente, non admitti inuito creditore ceſſionem; cum iura relinquant electioni creditoris, an admittat debitorem ad ceſſionem ante recognitionem vel poſt. Afflict. dec. 279. ſub num. 2. cum ſeqq. & latè hac de re Roland. d. conſ. 7. num. 5. cum ſeqq. Iterim verò dum litigatur an ceſſionis beneficio gaudere debeat, necne, in carcere detineri Peck. d. tract. de iur. ſiſtend. cap. 31. ſub numer. 8. vbi itidem an ſecundum dec. Tholoſ. 28. executio lite pendente fieri aduerſus eum debeat.

o. A debito.) Gail. li. 1. obſer. 43. nu. 20. Fab. defin. 2. num. 6. lib. 7. tit. 31. Ceſſionemque neque naturalem neque ciuilem obligationem tollere, ſed tantùm exceptionem præſtare, Soar. in recept. ſent. theſ. lit. C. num. 40. Villal. in com. opin. lit. C. nu. 32.

p. Fideiuſſor) Gomez d. cap. 11. ſub num. 51. verſ. item adde & ad d. l. Taur. 79. ſub num. 2. per tex. vnic. in l. heres à debitore, §. quod ſi ſtipulator in fin. vbi doct. ff. de fideiuſſ. fideiubentem tamen pro reo criminis de præſentando eum, neque præſentantem, adeoque contra eum accuſata pœna fideiuſſionis, admitti ad ceſſionem, Vinc. ex SC. d. dec. 507. num. 3. cum ſeqq.

q Contra fiſcum) Guid. dec. 211. num. 3. Aufrer. ad Tholoſ. dec. 28. Gomez. d. cap. 11. ſub numer. 51. Teſſaur. copioſè dec. 182. num. 1. & dec. 232. in fin. Fab. C. lib. 7. tit. 31. defin. 7. num. 1. Socin eo caſu quo paupertas excuſat limitans, d. reg. 46. fallent. 8. vbi fall. 9. neque ex delicto debitorem (etiamſi priuati ſit) gaudere beneficio ceſſionis; Fab. in d. §. vlt. n. 3. & inibi Zaſ. verſ. 3. fall. 1. inſt. de act. Aufrer. diſtinguendo, ad Tholoſan. dec. 61. ad fin. Boër. idem & in clerico aſſerens. dec. 349. ſub num. 8. & poſt Cepoll. ex com. conſ. crim. 9. toto. aliosque Couarr. d. c. 1. num. 8. præſertim in verſ. hac igitur. Gomez. ex com. d. cap. 11. ſub num. 52. verſ. item adde quod ſi. Clar. ſent. lib. 5. §. fin. queſt. 95. num. 5. Natt. d. conſ. 361. num. 9. Soar. rec. ſent. theſ. in lit. C. num. 45. cum ſeq. & lit. I. num. 82. Viu. lib. 1. com. opin. verb. cedere volens, & limitando, dec. 529. num. 16. & 19. Vinc. de Franc. declarando, dec. 358. num. 1. cum ſeq. & dec. 507. num. 1. cum ſeqq. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 447. in fin. Fab. C. lib. 7. d. tit. 31. defin. 1. num. 3. cum ſeqq. & defin. 4. num. 1. cum ſeqq. vbi poſt Teſſ. d. dec. 182. præſertim, num. 3. cum ſeqq. vbi & apoſt. exactè ex SC. intelligit de pœna quæ parti adiudicata eſt tanquam pœna, non de ea quæ tanquam intereſſe, id quod poſt alios ſentit & Couarr. d. cap. 1. num. 8. verſus fin. verſ. at ea pœna licet in diuerſam ſententiam allegetur ibidem à Teſſ. Item d. defin. 4. num. 5. cum ſeqq. ex SC. ſi pluribus eiuſdem delicti ſocijs, eadem ſententia ſic condemnatis vt à quolibet in ſolidum pœna exigi poſſit locupletior conſentiat vt pauperior ad ceſſionis beneficium admittatur, nullam aut fiſco aut accuſatori fieri iniuriam ſi ceſſio recipiatur, vt ibidem & defin. ſeqq. latiùs.

r. Collectas) Tex. in l. incola. 34. vbi gl. ff. ad municip. Socin. fallent. 4. d. reg. 46. Aufrer. ad d. dec. Tholoſ. 28. in fin. Zaſ. in d. §. vlt. verſ. 4. fall. inſtitut. de act.

ſ. Diſſipant.) Socin. d. reg. 46. fallent. 5. Tiraq. copioſè ad d. l. ſi vnquam, verb. bona ſub num. 5. Peck. de iur. ſiſten. cap. 4. num. 2. Sed & priuilegium perdere, ſi bona ita alienauit in fraudem, vt recuperari per reſciſſoriam non poſſent, quia alienatio fraudulenter nimis facta fuit, fortaſſe in potentem, rixoſum, vel qui timori ſit vt poſt Iaſ. nu. 9. & 18. alioſque Zaſ. in d. § vlt. verſ. 2. coll. inſt. de act. Soar. rec. ſent. theſ. in lit. C. numer. 42. Gomez. d. cap. 11. ſub num. 52.

t. In diuitibus.) Socin. d. reg. 46. fallent. 11. poſt Iaſ. in d. §. vlt. num. 21. inſt. de act.

v Factum.)

Digitized by Google

v. *Factum*) Fab. limitando *in d. §. vlt ſub num. 2* ibidemque Zaſ. declarando, *verſus fin. verſ 2 fallit.* Socin *d. reg. 46 fall. 6* Suar. *in d. l. ÿ ſub num 9. tit. de ceſſi n. bonor. for. ll. lib. 3.*

x. *Nulli recuſari.*) Zaſ. declarando *in d §. vlt. verſ. pro c malemento*, Teſſaur. *d. dec 182 num 4.* Et ceſſionis beneficium fauorabile eſſe Magon. Luc. *dec. 88. num. 6 cum ſeqq.* ideoque pleniſſ. interpretandũ, Fab *d. lib. C. 7. tit 31. defin. 3. num. 3.*

z. *Renunciari*) Alex. poſt alios, in adducto §. *eleganter, & conſ. 37. ſub num. 6.* cum apoſt. *lib. 2* Couarr. *ad cap. quamuis, part. 2. num. 6. de pact libr. 6.* Vinc. de Franc. *de praxi dec. 81. num. 8.* Teſſaur. ex com. & SC *dec. 153. ſub num 12.* Magon. ex com. limitando remiſſiuè *d. dec 88. numer. 9.* alijque relati ſuperius *ad verb. iuraſſent.*

a. *Vel per nuncium,*) Guid. *d conſ. 124 ſub num. 8.* Suar *in d l. ÿ. ſub nu. 15* Roland. copioſè *d. conſ. 7 nu. 14. cum ſeqq. lib. 2.*

b. *Per procuratorem.*) Idque ex conſtitutione Ludouici duodecimi Regis Francorum; cuius meminit Baro, *ad d §. vltim. in comment. partic. 2. verſus fin inſtit, de act.* Eſtque ſimilis fere conſtitutio Imp. Caroli V. in his prouinciis inferioribus anno 1541. promulgata, *art. 39. vbi & art. ſeqq.* hac de re latiùs cuius etiam meminit Peck. *de iur. ſiſtend. cap. (n. ib.) 31. ſub num. 8.*

* *Statuti,*) Conſuetudinem huiuſmodi ſeruandam, Guid. *d. conſ. 124. num. 9.* licet contra Suar. *ad d. l. ÿ. ſub num. 15.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 4. §. videamus modò, ſub numer. 42.* vbi in fin. poſt Bald. *conſ. 301. ſub num 3. libr. 5.* ex ſimplici principis reſcripto ceſſionem hanc admittente, ignominioſæ ceſſioni derogatum cenſeri, ſequiturque poſt alios Roland. *d. conſ. 7. num. 9. cum ſeqq.* ſed reprobat Teſſaur. *d. dec. 36. ſub num. 4.* Cedentem tamen ſecundum conſuetudinem actibus huiuſmodi ignominioſis, non teneri ſoluere debitum, quamuis pinguiorem nactus fuerit fortunam, Guid. *dec. 343.* Boër *dec 349. ſub num 4.* & poſt Rom. *ſing. 24.* alioſque Couarr. *d cap. 1. ſub num 6.*

c. *Diſſimiles modis,*) De quibus etiam Suar. latè *ad d l. ÿ. ſub num. 15. & num. 21. tit. de ceſſ bonor. for. ll lib. 3* Magon. *d. dec. 88.* in princ.

CAPVT LXXII.

De conſignatione, vulgò, Nantiſatione.

SVMMAE.

1 *Qui ciuiliter capi nolit, pignora deponat oportet.*
2 *Conſignatio non eſt iuris, ſed conſuetudinis contra perfidos.*
3 *Conſignationes* { *Fieri debent, cum Auro vel argento, &c.*
ſed
4 *Fieri non debent cum rebus immobilibus.* }

1 QVisquis recuſabit capi, ſuique capturæ, & priuilegiatæ arreſtationi ſe opponere volet, huic iſtud vnicum datur remedium, vt tantum pecuniæ in iudicio conſignet & deponat, quantum controuerſia poſcit. Atque idem etiam dicendum eſt de eo, qui capiendus eſſet ob debita priuilegiata, qualia ſunt debita Principis & Republic. ab illa enim captiuitate, ſeipſum liberabit ſola conſignatione, vel nantiſatione.

2 De hac autem conſignatione aut depoſitione (vulgo nantiſatione) iura nihil prorſus loquuntur, ſed conſignare ſeu nantiſare tantum ex cauſa, (a) ſtylo, & conſuetudine introductum eſt, contra perfidos fraudatores & doloſos impoſteros inuitè numerantes, ac malè ſoluentes, quorumque verbis aut promiſſis, aut perfidis cautionibus, & fucatis blandicijs, non eſt fidendum, nec initendum.

Omnes conſignationes ſiue nantiſationes (b) ſiue nantiſamenta debent fieri in auro, aut in argento, ſiue monetato, ſiue non monetato, in margaritis, in monilibus, aut in alijs lapidibus precioſis, & non in vtenſilibus, ſiue bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, niſi Pars talium bonorum depoſitione contenta eſſet. 3

Neque etiam legitima conſignatio (c) fieri poteſt, fundis, terris, aut alijs bonis immobilibus (d) niſi id permiſſum eſſet ex Principis gratia. Similiter nõ fit nantiſatio per vtenſilia, aut per alia mobilia, niſi (vt dictum eſt) pars iis cõtentata eſſet, aut niſi per Principis aperta diplomata, ſiue per ſuas apertas literas ita permiſſum eſſe conſtaret. 4

Digitized by Google

ANNOTATIONES N. IC. THVLDAENI

IN CAP. LXXI.

a. *TAntùm ex cauſa.*) Clauſulam in contractibus, denegandæ audientię non facto pecuniæ depoſito, eſſe licitam, & ſeruari quotidie apud omnia tribunalia Hiſpanica; quia non contineat quid turpe, aut iuri contrarium, *l.* 1. §. *ſi conueniat, ff. depoſ. cum ſimil.* Valaſc. Luſit. *dec* 85. præſertim *num.* 7. Sed neque audiri debitorem impugnantem vitioſas ſubhaſtationes, ſi modo pro debito factæ ſint, quin offerat, & ſimul obſignet debitum, recuſante creditore accipere, Ant. Fab. ex ſtylo ſenatus ſui, *lib.* 3. *C. tit* 11. *n.* 3. facit (inquiens) *leg. fundus* 9. *ff. de reſcind. vend.*

b. *Sine namptiſatione.*) De iure com. enim requiritur vt deponantur pecuniæ numeratæ, nec ſuffecerit ſi alia bona deponantur; veluti vaſa argentea, aurea, & ſimiles res precioſæ, vt poſt Iaſ. *conſ.* 44 *num.* 7. *ad fin lib.* 4. alioſque Viu. *dec.* 526. *num.* 2. *ad fin.* Meno. *de arbitr. iud. l.* 2. *caſu* 232. *ſub n.* 5.

c. *Legitima conſignatio*) Cum oblatio & conſignatio ſit loco ſolutionis, per *l. oblig. C. de ſolut.* fieri alia in re quam debita nequit, *l. ij.* §. 1. *ff. ſi cert. petat l. cum à quo & l. manifeſti d. tit. C. de ſolut.* Ideoque debitorem pecuniæ (non facta prius fide, quod ſolui non poſſit in pecunia) non poſſe offerre bona immobilia, ex ſententia Roman. *conſ.* 163. *num.* 13. *& ſeq.* Iaſ. *d. conſ.* 44. *num.* 7. *in fin.* & latiùs *conſ.* 9. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 1. *Dec. in d. leg. ij.* § 1. *nu.* 35. Menoch. *de arb. iud lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 232. *n.* 6. *& conſ.* 952. *num.* 12. *cum ſeqq.* Plura de huiuſmodi oblatione & conſignatione ſuperius, *cap.* 16.

d. *Immobilibus.*) Sufficere tamen ſolam oblationem quando in ſolutione eſt res immobilis, quæ offerri non poteſt realiter; quia impoſſibile ſit eam loco transferri, Sichard. poſt alios, *in l. acceptam,* 19. *numer.* 3. *C. de vſur.* Molinæ *conſ.* 57. *num.* 9.

CAPVT LXXII.

De Sequæſtratione.

SVMMAE.

1 *Sequeſtratio quid ſit.*

2 *Sequeſtratio fit* { *à multis, aut ab vno, mandante Iudice.* }

3 *Sequæſtrationes in Iure ſunt prohibitæ.*

4 *Nemo à ſua poſſeſſione ſequeſtrandus ante ſententiam.*

5 *Sequeſtratio eſt triplex,* {
Caſualis, quæ ob certos tantum permittitur caſus.
Neceſſaria vel { *animo priuandi, vel animo non priuandi,* } *ſcilicet, à Iudice.*
Voluntaria, ſcilicet, per conſenſum partium. }

Sequeſtratio caſualis permittitur in multis caſibus, {
6 *Quando timetur dilapidatio bonorum.*
7 *Quando poſſeſſor ſuſpectus eſt de fuga.*
8 *In rebus mobilibus appellante parte de executione.*
9 *Quando maritus depauperatur, ſequeſtratur dos vxoris.*
10 *Quando poſſeſſor citatus non comparet.*
11 *Quando timentur pugna, & cædes Partium.*
12 *Hæ VI. conditiones ſeruantur in nouitatibus & manutenentijs.*
13 *Iura tantum permittunt ſequeſtrationem in bonis ſine poſſeſſore.*
14 *Quando vxor à marito diſiuncta diuortiari cupit.*
15 *Quando Dominus cum Vaſallo de feudo contendit.*
16 *Quando pars ſequeſtrationi futuræ conſenſit.*
17 *Quando villicus proprietatem agri ſibi arrogat.*
18 *Quando coharedes non poſſunt conſtituere cautionem dandi, & accipiendi.* }

91 In

19 *In ſequeſtratione bonorum quæ citò pereunt, venduntur bona, & ſequeſtratur pecunia.*
20 *Sequeſtratio ſæpe præpeditur per cautionem fideiuſſoriam, ſed ante ſententiam.*
21 *Neceſſaria ſequeſtratio fit à iudice ex officio animo priuandi.*
22 *Voluntaria ſequeſtratio fit à partibus, & poſſeſſione priuat.*
23 *Quamuis bonorum ſequeſtratio ſit prohibita, conſcriptio tamen eorum non eſt prohibita.*

1 SEqueſtratio (*a*) eſt rei; de qua agitur vel controuerſia eſt, ſeparatio, vel depoſitio, vel poſſeſſionis interdictio. Interim enim dum res apud ſequæſtrum depoſita manet, eam nec actor, nec reus poſſidet, *l. libertus. ff. de ſta. homi.*

2 Non poteſt autem illa depoſitio, quæ ſequæſtratio dicitur, fieri niſi à pluribus, (*b*) quamuis aliquãdo, & vnus, & plures deponere poſſint, *vt l. licet, ff. de poſ.* Nam plures rem litigioſam deponunt, quando id cum voluntate partium fit. Etiam vnus deponere poteſt, quãdo hoc ex mandato iudicis facit, *vt in gloſſ. c. Examinata, de iudic.* & ibi per docto.

3 Omnes autem ſequeſtrationes ante ſententiam ſunt odioſæ. Imò quod magis eſt, tam iure ciuili, quàm canonico, omnes ſunt prohibitæ, (*c*) *l. Vnica, C. de prohibi. ſequeſt. pecu.* & ibi clara & expreſſa gloſſa, in verbo. *Sequeſtrationis. Et extra. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruct.* iuncta etiam bona gloſſa in verbo. In quibus duabus gloſſis ponuntur caſus (*d*) in quibus ſequeſtratio fieri conſueuit.

4 Sed poſſeſſor lite pendente non debet remoueri à poſſeſſione, nec ab ea ſequeſtrari, *vt c. 1. extra, de ſequeſtra. poſſ. & fruct. c. Volumus, 16 q. 4 c. Nonne, 8 qu. 4 l. 2. C. de probat. & toto titulo extra, vt lite penden. nihil innoue. & d. l. vnica* Imò nemo aliter ſua poſſeſſione priuari debet, quàm per ſententiam, niſi fortaſſis caſualiter, & ſic ſequæſtratio cẽſetur permiſſa caſualiter, vt in caſibus ſpecialibus ſubſequentibus. Pro quibus prius notandum eſt, quod triplex ſit ſequeſtratio, ſcilicet, caſualis (*e*) neceſſaria & voluntaria.

5 Caſualis eſt quæ tantum permiſſa eſt in certis caſibus mox ſequentibus, de qua caſuali ſequeſtratione Bartolus non meminit, quod ea in iure parum fundata ſit, ſed quod tantum in quibuſdam caſibus à iudice permittatur.

6 Primò, quando ex probabili ſuſpicione timetur, ne poſſeſſor bona, aut mobilia, aut immobilia (de quibus lis eſt & contentio) dilapidet, aut diſſipet, (*f*) ſimul cum ipſorum fructibus, ob id quod ſit homo non admodum frugi, ſed prodigus, aut aleator, &c. *c. Dilectus, & c. ſeq. extra, de ſequ. ſt. poſſ. & fruct. l. Si cum dotem, §. in autem. ff. Solut. matri. & l. Imperatores, in fine, ff. de appellat. & l. Ab executione, C. Quorum appell. non recip.*

7 Secundò, quando poſſeſſor ſuſpectus (*g*) eſt de fuga, *l. Si fideiuſſor, § Finali, ff. Qui ſatiſda cogan. l. Senatuſco. ſulto. §. Finali ff. d. offic. præſid. & l. Iubemus, C. de agri. & cenſit. libr. 11.* Intelligitur (*h*) autem aliquis de fuga ſuſpectus, quando in ea iuriſdictione vel circa domum ſuam nulla bona immobilia poſſidet, aut ſi quæ habet, ea non ſunt paria, aut æquiualentia cum bonis de quibus lis eſt & contentio.

Tertiò, quando quæſtio, & lis orta eſt, de rebus mobilibus, aut de vtenſilibus, atque executus captus vel arreſtatus appellat (*i*) ab ea executione. Nam in eo caſu, illa bona litigioſa ac contentioſa ſequæſtrantur, *d. l. Ab executione. ff. Quor. appell. non recip.* 8

Quartò, ſi maritus aut malo regimine, aut per aleam, vel per infortunia ſua culpa nata, paulatim deſcendit ad miſeriam, aut inopiam, (*k*) tunc in gratiam vxoris ſequeſtrantur bona, ad conſeruationẽ dotis vxoriæ, vt vel ipſi relinquatur vnde tandem viuat, ſicut clarè docet, *d. l. Si cum dotem. § Si autem. ff Solut. matrim. & l. In rebus in fine. C. de iure dot. & in Autent. de æqua dot. §. Illud quoque, coll. 7.* Sic etiam ſequeſtrantur mariti bona, quando maritus demens & furioſus eſt. 9

Quintò, quando poſſeſſor in ius vocatur, & ſe ipſum contumaciter ab eo abſentando remouet, hoc eſt, quando per contumaciam recuſat conſtituere cautionem, decollatione, (*l*) importatione facienda, tunc illa bona, de quibus oritur quæſtio, & recuſatur cautio, ſequeſtranda ſunt *l. Prima, §. Si frater. ff. de collat. bono.* 10

Sextò, quando timetur periculum contentionis, ſcilicet, ne Partes eorum bonorum cauſa rixentur, aut ne in graues inimicitias peruenire, aut ad arma, (*m*) aut ad cædes concurrere poſſint, vt in *Spec. eod. tit. verſ. it. Sed nunquid de ſequeſt. poſſ. & fructu. Et l. Æquiſſimum, in principio ibi* Cur enim, inquit Iulianus, ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere? *& c. ff. de vſufructu concord. textus in ca. Placuit. & in ca. Si quis. & in c. Finali, 90. diſt.* Ad Aul. Gell. 13 *cap. 3. l. emeti m concor. at text. & ibi gloſſa, in cap. Primo extra, de mutuis petit. & l. Communi diuidundo, §. Cum de vſu fruct. ff. de communi diuidun. & l. In venditione, §. 1. ff. de bo. auto. iudi. poſſid.* Multa enim fiunt cauſa ſedandi tumulus partium, *l. Ordinata. ff. de liber. cauſ. & l. ite. C. eodem, & ne partes perueniant ad rixas & ad arma, de l. Æquiſſimum.* Quæ ſex rationes hactenus dictæ ſunt fundamentum ſequeſtrationum, quæ fiunt in materia nouitatis & manutenentiæ, (*n*) ſecundum ſtylum ac Franciæ praxim, quantumuis tamẽ ipſa parum firmiter fundata eſſe videtur. Nam vnuſquiſque facilè poſſet ſe ſimulare, & fingere ſe velle rixari, aut ad arma conuolare, vt hoc figmento ſuum aduerſarium ſua poſſeſ- 11 12

poſſeſſione, ſuiſque fructibus & emolumentis lepidè priuaret.

13 Et ideo iura volunt duntaxat ſequeſtrationes fieri de bonis quæ nullum poſſeſſorem certum habent, & de quorum poſſeſſione ambæ partes contendunt, eorumque fructus ambo colligere volunt. *l. Si vſufr. legatus, §. Finali & l. Æquiſſimum ff. de vſufruct.* Sed quando vnus eſt in poſſeſſione, (o) & alter non, tunc non poteſt Iudex illam poſſeſſionem ſequeſtare, etiam ſi euidenter videret quod partes ea de gratia mox eſſent pugnaturæ (p) & ad arma prouolaturæ, *d. l. Æquiſſimum in exord.*

14 Septimo, quando vxor ob mariti intolerabilem ſæuitiam maritum ipſum deſerit, & ad eundem vt redeat nullo modo perſuaderi poteſt, ſed potius diuortium quærit, & rē litigioſam facit de nō amplius redeundo ad maritum, cuius ſæuitiam experta nimium timet, nullamque emendationem ſperat. In eo caſu talis vxor ſequeſtratur (q) & apud ſuos parentes & amicos collocatur, quod mulieri trepidanti non poſſit ſufficiens ſecuritas prouideri, *c. literas, extra, de reſtit ſpoliat.* Ad hunc modum etiam ſequeſtratur ſpōſa, (r) quādo metus eſt, ne ipſa abducatur, rapiatur, vel corrumpatur, *cap. Cum locum, extra, de ſponſalibus.*

15 Octauo, quando Dominus feudi ſuum vaſallum pro vaſallo non vult agnoſcere, eo enim caſu feudum (ſ) ipſum ſequeſtratur.

16 Nonò, quando Pars in ſequeſtrationem ſub cōditione conſenſit, dicens hoc modo: Si tibi tali die non ſoluero aut ſatisfecero, placet, & in hoc conſentio, quod bona ſequeſtrentur.

17 Decimò, quando villicus, colonus, (t) agricola, cenſuarius, aut alij vſufructuarij ad ſe trahere, ſibique arrogare volunt & nituntur ipſam fundi proprietatem, ita vt ea de cauſa, lis & cōtrouerſia oriatur, tunc fructus illi ſequeſtrantur.

18 Vndecimò, quando cohæredes in ſucceſſione aut hæreditate, ſiue in domo aliqua mortuaria, non poſſunt conſtituere cautionem ad partem vnam acceptandam, & ad partem alteram dandam, vel relinquendam eo caſu bona eadem ſequæſtrantur.

19 Si ſequeſtratio facta ſit bonorum, quæ cito pereunt, veluti pomorum, pirorum, aut aliorum fructuum vel bonorum, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, tum Iudex facit & iubet illa vendi, (u) & pecuniam ex iis collectam ſequeſtrari mandat. Alios autem plures caſus in quibus ſequeſtratio fieri cōſueuit, videre licebit, *tit. de prohibit. ſequeſtra. pecul.* apud Ioan. Fabrum, *in ſuo Breuiario ſuper, Co. ſatis ſuccinctè.* In multis caſibus (x) ſequæſtratio aufertur & præoccupatur per cautionem fideiuſſoriam, ſed id ante ſententiam latam. Poſt ſententiam verò latam, minimè. (z)

Sed hactenus de caſuali ſequeſtratione, qua Iu- 20
dex neminem ſua poſſeſſione priuat, (a) nec ſuam poſſeſſionem amittit aliquis per iudicem aut per ſuperiorem ſequeſtratam.

Sequeſtratio verò neceſſaria eſt, quæ ex certa 21
cauſa fit per iudicem, ex ſuo officio, hæc in multis caſibus in iure eſt permiſſa, *vt C. per totum titulum de prohib. ſequeſt pecuniæ.* Hæc ſequeſtrat. iudicis, ſi eo animo (b) ab ipſo fiat, vt priuet aliquem ſua poſſeſſione certè ea efficax eſt, & talem poſſeſſorem ex ſua poſſeſſione eiicit. Quod nec mirum, nec inſolitum videri debet. Quia ſi Iudex aliquem ſua proprietate priuare poteſt (quod eſt omnibus notiſſimum) multò magis eundē ſua poſſeſſione priuare poteſt. Sed ſi iudicis ſequeſtratio non eo tendat, vt aliquem poſſeſſione priuet, tum etiam illa ſequeſtratio neminem ſua poſſeſſione exuit, ſicuti diximus de poſſeſſione caſuali. Et ſi dubitetur de animo iudicis, an eam ſequeſtrationem priuandi gratia, an non priuandi cauſa faciat, tunc nec illa ſequeſtratio aliquem ſua poſſeſſione extrudit. Sequeſtratio verò voluntaria eſt, quę fit à Partibus & de voluntate Partium.

Et iſta ſequeſtratio in iure permiſſa eſt, quia li- 22
citum eſt vnicuique iuri ſuo renunciare, *l. Si quis in conſcribendo, C. d. de pact.* Ideoq; hæc voluntaria (c) ſequeſtratio poſſeſſorem ſua poſſeſſione priuat, & eximit.

Sed hic obſeruandum eſt, ſecundum Bartol. *in l.* 23
Vnica, Cod. eodem titul. de prohibi. ſequaſtr. pecul.

Quod licet regulariter in iure non admittatur ſequeſtratio, *vt in dict. leg. Vnica*, tamen permittitur bene permutatio, & perſcriptio (d) omnium rerum in domo exiſtentium, & omnium fructuum, qui ibi percipiuntur, de quo eſt textus notabil. (ſecundum Bart. *in d. l. Vnica*) *in l. 1 §. penultim. ff. de vent. in poſſ. mit. tend.* vbi hoc etiam notat, quod notabiliter limitat Bald *in d. l. Vnica*, niſi ea deſcriptio fieret cum iniuria, vt in deſcriptione ſuppellectiliū. Scio multò plura ſuper hac ſequęſtrationis materia dici poſſe: ſed quia breuitati ſtudere voluimus, reliqua ſtudioſis permittimus.

A XI.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXII.

a. SEqueſtratio eſt.) Azo in ſumma, ad tit. *de proh. ſeq. per poſt princ.* Ant. Fab. aliter paulò definiendo *lib. 4. C tit. 3 definit. 1. ſub num. 5.* Buſi aliter quoque definiendo, *ad l. licet 17, num. 3 ff de poſ.* Sequeſtrationemque Hiſpanos interim, Gallos recredentiam, Belgas prouiſionale remedium, ſiue fiduciariam poſſeſſionem, alios proceſſum informatiuum appellare ſolere, Gail *lib 1. obſer. 5. n. 3* qua de re & Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. 3 nu 9. cum ſeqq.* vbi tamen poſt Reb. *tom. 3. conſt. reg tractat. de mater. poſſ. ff art. 1. gl. 1. n* 10. tunc dici recredentiam cum poſſeſſio, cuſtodiæ cauſa, vni partium conceditur: ſequeſtrum verò, cum apud tertium res cuſtodienda præcipitur Quid verò ſit ſequeſter, vnde dicatur, & à depoſitario differat, Iaſo *in d. l. ſi fideiuſſ. r. §. ſi ſatiſdatum, ſiue vlt. ſub num 2 ff. qui ſatiſd. cog.* remittēdo *ad tex in l ſequeſter, 109. de verb. ſignif. ad l. et apud quem, 5. 6. vlt. cum l ſeq. & d l licet, 17 ff de poſ.* latè Coral *miſcellane. iur lib 3. c. 2.*

b. *Niſi à pluribus*) Idque in ſequeſtratione voluntaria, aliter atque in neceſſaria, Reb *tomo 3. cōſtit. reg. tract. de ſequeſt., art. 1. gloſſ 1. n. 14. cum ſeq.* dum hanc inter differentias 5. inter ſequeſtrum & ſimplicem depoſitarium commemorat, De quibus itidem poſt Caſtrenſ. *n. 1 & ſeqq* Coſtal *in princ. in adducta l licet.*

* *Odioſa.*) Marc. Mant. *ſing* 288. *n.* 2. & latius VVeſenbec *conſ. 7 n. 4 verſ deinde etiam.*

c. *Prohibita*) Guid. *dec.* 246 *num.* 1. Ferrarienſ. in form. ſequeſtr. ad verb. ſapiens vir. *nu.* 1. *cum ſeq. ſt.* Franc. Marc *dec.* 321. *n* 1 *lib* 2. Iaſ. limitando *n.* 27. & Coſtal. in princ. poſt alios *in d. l. ſi fideiuſſor. 7. 6. ſi ſatiſdatum ff qui ſatiſd. cog* Reb. *d art* 1 *gl* 2 *n.* 3. Schurpf declarando *conſ 6 num. 4 cum ſeqq. & conſ.* 15 *num.* 1. *cum ſeqq cent.* 2. Mynſing. *conſ* 61. *num* 19. *conſ.* 66. *num* 14. *conſ* 82 *ſub n* 3. & *obſ.* 35 *n.* 2. *cent.* 5. VVeſenbec latiſſ. *d. conſ* 7. *ſub num.* 7 Gail. *lib* 1. *obſ* 148. *n.* 1. & 10. Fab. *d def.* 1 *ſub num.* 1. & ibidem *defin 7 n.* 1. Burſat copioſè extendendo & reſtringendo *conſ.* 183. *n.* 2. & *conſ.* 421. *nu.* 14 & 25. *cum ſeq.* VVameſ *conſ.* 216 *nu.* 2 licet contrariam regulam latiſſ. quibuſdam aduerſus varias aliorum prægnantes rationes, aſſerat Robert. Aurel *ſentent. iur. lib* 1. *cap* 5. eiuſque opinionem comprobatā com. reprobare viſus eſt & Buſ *ad. l. et apud quem, 5. §. 1. & 2 cum l ſeq. n. 2 cum ſeqq ff depoſ.*

d. *Caſus.*) De quibus itidem VVeſenbec. *d conſ* 7. *n.* 7 *verſ. ex quibus & verſ deinde etiā* Decem refert Ferrar. *in d. form de ſequeſtr. n* 1 *in fi. cum ſeqq.* plures alij, *vt remiſſiuè* Viu. com. opin. *lib.* 1. *verb* ſequeſtrum regulariter, *verſ ſimiliterque nota.* Mynſ. *d obſ* 35. *n* 6. & *d conſ* 66. *ſub n* 12. & *d. conſ.* 82. *ſub n.* 3. Gai. *lib.* 1. *obſ.* 147 *ſub n* 7. & *d. obſ.* 148. *n.* 1 *in ſ. n.* Fab. *d def.* 1 *n.* 6. Rebuff *d art.* 1. *gl.* 2 *n.* 7 *vbi in 6. in fin.* quòd quando æquitas vel cauſa debet mouere iudicem ad ſequeſtrandum, poteſt fieri ſequeſtratio; & ſic iſta limitatio, poſſit extendi ad alios caſus & eos comprehendere.

e. *Caſualis.*) Alij aliter diuidunt, vt pro caſuali mixtam ponant, Rebuff. declarando *d. gloſſ.* 1. *num.* 6. *cum ſeq. & ad l. ſequeſter.* 109. *verſ.* quo loco ſciēdum, *de verb. ſignif.* Quid autem differat voluntaria à iudiciali ſiue neceſſaria diſtinguit pulchre Menoch. *d. remed.* 3. *n* 87. & 94 & latiùs Buſ. *ad d. l. licet, n.* 4. *cum ſeq.*

f. *Diſſicet*)Socin. *in d. §. ſi ſatiſdatum nu.* 1 *cum ſeq.* Ferrar. declarando, *in d form. ſequeſtr. num* 1. *in fin cum ſeq.* Schurph *d. conſ.* 15 *ſub nu* 5. *c. n.* 3. Burſ. *conſ.* 423 *num.* 1 & *ſub num* 12 Maſcard *de probat. concl.* 1298 *n.* 4. Mynſing. *d. obſ.* 35 *ſub num.* 4. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 145. *num.* 5 *obſ.* 147 *nu.* 3. *cum ſeqq.* & *obſ.* 148 *num* 2 Verall diſtinguendo, ex SC *dec.* 158. *part.* 3. *tota* VVameſ. *d conſ.* 216. *ſub num.* 7.

Licet autem res immobiles non ſequeſtretur, fructus tamen ſequeſtrari poſſunt, etiam pendentes, tametſi pars ſoli dicantur. *l.* 1 *§. vlt vbi* Bart. *ff. de requir. reis,* Iaſ. *in d. §. ſi ſatiſdatum, n.* 6. *in fin.*

g. *Suſpectus*)Socin. *numer.* 1. & *ſub num.* 7. Iaſ. *in princ. & ſub num.* 8. & Coſtal *ſubiit in d. §. ſi ſatiſdatum,* Pariſ. declarando, *conſ.* 107. *numer.* 15. cum ſeqq *lib* 3. Guid *d. dec.* 246. *verſ.* 4. requiritur Schurpf. *d conſ.* 15. *ſub num.* 5. Burſat. *d conſ.* 423. *n.* 12 *cum ſeq* Menoch. *de arbitr. iud cent.* 1. *caſu* 87 *ſub num* 1. & 2.

h. *Intelligitur.*) Latè Iaſ. *in d. § ſi ſatiſdatum num.* 1. 25. & *ſeq* Gail *d obſer.* 148. *num* 7. Menoch. *d. caſu* 87. *n.* 9 Diximus ſuprà, *c 64 ad verb ſuſpecta ad verb de fuga ſuſpectus, & ad verb. immobilia.*

i. *Appellat.*)Ferr *d form. ſequeſtrat ſub n* 2 *verſ.* 2. principaliter Schurp. *d. cōſ.* 15. *ſub n.* 1. Myn *d. obſ* 35 *n* 5. Gail. *d. obſ.* 147 *n* 8. VVaſ. *d. conſ* 216. *ſub nu.* 7.

k. *Inopiam*)Ferrar *in d form ſeq. n* 2 *verſ.* 5 *fallit.*

l. *De collatione.*)Schurpf. *d. conſ.* 15. *ſub n.* 5 Mynſ. *d. obſ* 35 *n.* 4. *verſ. quid item ſi contumax.*

m. *Ad arma*)Fab. *in § ratione, n* 24 *verſus fin. inſtit. de interd* And *conſ.* 107. *ad fin* Guid. *d. dec.* 246. *n.* 1 *verſ. vbi autem, & def.* 528. *verſus fin* Iaſ. *in d § ſi ſatiſdatum. ſub n.* 27 Ferrar. *d. form ſeq. n* 2 *ad fin. cū ſeq* Boër. *dec* 171 *n.* 1. *in fi.* Capyc *dec* 13. *in addit.* & *dec* 55 *n* 1 Gail. copioſè *lib.* 1 *obſ* 5. *ſub n* 2 Mynſ. *cent.* 2. *obſer.* 11. *verſ. vlt obſ* 96. *adde n. d obſ.* 35 *n* 2. Soar *recept ſent. theſ. in lit* S *nu* 101. Men. concedi multa vt euitētur ſcādala docēs, *recuper poſſ. rem.* 1 *q.* 29. *n* 323. Burſ. *conſ* 88. *n.* 5. VVam. *d. conſ* 216. *ſub n.* 7. Buſ. è praxi *ad l et apud quem* 5 § 1. & 2. *cum l. ſeq. n.* 6. *ff depoſ.*

Digitized by Google

n. *Manutenentiæ.*) Sic conſentaneum eſſe, id quod moribus inualuit, in interdicti retinendæ poſſeſſionis iudicio, ſequeſtrationis neceſſitatem regulariter incumbere (id quod voluit & Imbert. *inſtitut.* Forenſ. *lib.* 1. *cap.* 9 *poſt princ.*) ſiue de ſpiritualibus, ſiue prophanæ rei poſſeſſione controuerſia ſit; nec aliter eam detrectare iure quem poſſit, quàm ſi docuerit eam à ſe per triennium liberè & quietè fuiſſe poſſeſſam, iuxta *Clement. vnic. de ſequeſtr. poſſ. in pragm. tit. ſ. n.* tradit Aurel. *d. cap.* 5. *ad fin.* cum forenſem vſum Galliæ, iuri minimè repugnare, atteſtatum quoque referens Fab. *in d.* §. *retinendæ*. Aliqui de iure com. nequidem poſt ſententiam contra poſſeſſorem ordine latam, dari ſequeſtrationem, quando ſupra triennium poſſedit, per *d. Clem. vnic.* ibidem ſique Z ib. *num.* 3. & 12. VVeſenbec. *d. conſ.* 7. *num* 7 *verſ. quando verò, in fin.*

o. *Eſt in poſſeſſione.*) Quando enim incertum eſt quis poſſideat, in interdicto vti poſſidetis, tunc demum res ſequeſtratur Reb. *d. art.* 1. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 5. aliter atque ſi conſtet, VVeſenb. *conſ.* 7. *num* 7. *verſ. quando verò illud* & appoſitè *verſ. & cum nullum dubium verſ. itaque non debuit.* Et quod ob poſſeſſionem aduerſarij ad ſequeſtrationem fructuum deueniri non poſſit, niſi plumbeis pedibus, hoc eſt, niſi adhibita cauſæ cognitione, VVameſ. *conſ.* 216 *ſub num.* 5. *vbi num.* 3. & *ſeqq.* poſt Rebuff. *in d. l. ſequeſter. verſ.* 2. *concluſio.* & *d. art* 1. *gloſſ.* 1. *num* 12. 21. & *ſeqq.* (latiùs ex SC. docentem quæ interuenire debeant ad ſequeſtrationē, poſt Guid. *dec* 246. *num.* 1. quem ſequitur & Gail. *lib* 1. *obſ* 148. *num.* 7.) nunquam fieri poſſe ſequeſtrationem, niſi citato & audito poſſeſſore, legitimaque cauſæ cognitione adhibita, ſi modo poſſeſſor contumaciter non abfuit, vel ſaltem ſummaria cognitione, & ſic probatione, alioqui ipſo iure nullam eſſe Angel. *conſ.* 107 *ſub num.* 1 *cum ſeq.* Alex *conſ.* 6 *num.* 9. *lib.* 4. *conſ.* 183. *num* 3. *lib* 6 Socin. *num.* 7. *cum ſeq.* Iaſ. *num.* 8. cum ſeq limitando. & Coſtal in fin. (cauſa non cognita factam ſequeſtrationem curiam Pariſ. improbaſſe atteſtatus) in *d.* §. *ſi ſatiſdatum.* Viu. *com. opin. lib.* 1. verb. *ſequeſtrum regulariter*, Mynſ. *d. obſ.* 15. *verſus fin.* VVeſenb. latiſſ. *d. conſ.* 7 *num.* 7. præſertim verſ. *alterum fundamentum*, Burſ. *d. conſ.* 433. *ſub num.* 1 & *num.* 15. cum ſeqq Fab. limitando *d. tit.* 3. *def.* 2. *nu.* 1. & *def* 6. *num* 1. & ſeqq. vbi *def.* 5 *num* 1. cum ſeqq ſequeſtrationem etiam nullo iure factam, non tolli in audito eo qui impetrauit de quo poſt Ferrar *in d. form ſequeſt ad verb. audiat vel p reſumat num.* 6. latius Veſenbec. *d. conſ* 7. *num.* 7 *verſ. ſi ſequeſtrum* (dum tractat, quanam actione ſequeſtra reuocatio petitur.) Nam & poſtquam ſequeſter voluntariè accepit, non poteſt propria auctoritate relaxare, niſi ex iuſta cauſa vt docet itidem Iaſ. *in d.* §. *ſi ſatiſdatum, num.* 4. *per tex. in l. 1. apud quem*, 5. §. *vlt ff. depoſ.*

p. *Eſſent pugnaturæ*) Capyc. *dec.* 96. *nu.* 11. Gail. *d. obſ.* 5 *num.* 5 *cum ſeqq.*

q. *Vxor ſequeſtr. tur.*) Iaſ. *in d.* §. *ſi ſatiſdatum, n.* 27 *in fin.* Ferrar. *in d. form. ſequeſtr. n.* 2. *verſ.* 7. fallit. Schurpf. *d. conſ.* 15. *n.* 5. *in fin.*

r. *Sequeſtratum ſpon. a.* Natt. *conſ.* 250. *nu.* 9. Gail. *ex SC l. b.* 1 *obſ* 112 *num.* 5 *cum ſeq.* & *li.* 2 *obſ.* 45. *n.* 7.

ſ. *Feudū.*) Ferra. *in d. form. ſequeſt. n.* 2. *verſ* 3 *fallit.*

t. *Colonus.*) Ferrar. *in d form. ſequeſtr. ſub n.* 2. *verſ.* 4 *fallit* Imbert. pulchrè ex SC. *in enchir. iur.* Gall. *verb. conductor.*

v. *Vendi.*) Ferrar. *in d form. ſequeſtr. nu.* 6. Gail. *ex SC d. obſ.* 148 *num.* 3. & *tract. de arreſt. imp. cap* 4. *ſub num.* 17.

x. *In multis caſibus.*) Imò regulariter. Iaſ. latè declarando & limitando, *in d.* §. *ſi ſatiſdatum, num.* 17. voluitque ibidem Socin. limitando *nu.* 9 *cum ſeqq.* Guid cum apoſt. *d. dec.* 246. *in fin.* Marſil. *in prax. crim* §. *attingam n.* 58 Ferrar. limitando, *in d. forma ſequeſtr. num.* 5. Marant. *de ord. iud. part.* 6 *tit. de ſatiſd num* 18 Rebuff. declarando & remiſſiuè limitando *d. tract. de ſequeſtr. art.* 7 *gloſſ* 1. *num.* 7 cum ſeqq. Gram. *vot.* 12. *num.* 26. Schurpf. declarando *d. conſ.* 15. *num.* 15. *cum ſeq. cent.* 3. Marc. Mant. latè declarādo *ſing.* 160. & *ſing.* 188. *toto.* Villa. *in com. opin. lit. S num.* 50. Soar. *recept. ſent. theſ. in lit. S. nu.* 105. Viu. appoſitè declarando & remiſſiuè limitando *lib* 1. *com. opin verb. ſequeſtrum regulariter*, Mynſ. limitando *d obſ.* 15 *n.* 7. *cum ſeq.* Men. *conſ* 521. *n.* 10. Ant. Fab. (obſeruandum monens, iudicem illo etiā caſu, quo ex cauſa permittit ſequeſtrationē, debere ſemper exceptionem ſubijcere, niſi aduerſarius ſatiſdare paratus ſit) *d tit.* 3. def. 5 *n.* 3. & *n.* 5. *in fin.* & *def.* 6. *n* 7 cū ſeq. VVameſ. *d conſ* 177 *ſub n.* 5. Burſ. *d. conſ.* 188 *n.* 3 *vbi n.* 4. poſt Loffred *dec.* 6. per cautionem itidem iuratoriam tolli, dummodo ſit debitor perſona honeſta, & non ſuſpecta. Mynſ. ex SC. *cent.* 2. *obſ* 10. Gail. ex SC. *d. obſ* 148 *nu.* 6. licet nunquam remoueri per iuratoriam, niſi quis ſatiſdet, Reb *tom.* 1. *conſtit. reg. tract. de ſentent. execut. art.* 1 *gl.* 16 *ſub n.* 13. poſt Alber. & Iaſ. *n.* 18 *in d.* §. *ſi ſatiſdatum* Neque alioqui debere quenquam vincere ob id ſolum quod ſatiſdare paratus ſit, ſi aliam vincendi cauſam nullam habeat, Fab. *d tit* 3. *defin.* 3. *n.* 5 *per l teſtam.* 17. §. *non omnimodo ff. de teſtam. tut* & *l. quia ſatiſdatio* 6 *ff. de ſuſpect tut.*

z *Minimè.*) Sententiam parere effectum, etiā pendente appellatione, vt fructus ſequeſtrari poſſint, Men *l* 0. 2 *præſ.* 67. *n.* 42. poſt Alc *de præſ reg.* 3. *præſ.* 9. *ſub n.* 5. aliosque; per tex. *in d. Clem.* 1. *de ſequeſtr. poſſ.* & *fruct.*

a. *Fructus.*) Villal *in com. opin. lit. P. n.* 155. & *lit. S. n.* 50 Boër *dec.* 172 *n.* 1. Soar. *rec. ſent. theſ. in lit. S. n.* 106 Gramm. declarando *dec.* 51 *n.* 1. Viu. *libr* 1. *com. opin verb ſequeſtrum abſque*, Men. *retin. poſſeſſ. rem.* 3. *quæſt.* 11 *n.* 88. Ant. Fab. *d tit.* 3 *def.* 2. *num.* 2.

b. Si

Digitized by Google

b. *Si eo animo.*) VVeſenb. *ex com. d. conſ. 7 ſub n.* 3. Puta ſi tale ſtatuat (quod poſſeſſori eripiat commodum poſſeſſionis: & tunc appellari poteſt ab ea ſequeſtratione, vt poſt Bart. in *d. l. intereſſe. 39 ſub num. 4 de acquir. poſſ.* Fab. declarando, *d def. 2. nu 3.* cum ſeqq.

c. *Hæc voluntarium.*) Ferrar. *in d. form ſequeſtr. ad verb. audeat num.* 1. VVeſenbec. ex com. declarando *d. conſ. 7. ſub n 3. & ſeq* Gail. *d. obſ. 5. n.* 10. *& d. obſ.* 148 *num.* 9 & de arreſt. Imp *cap. 12. numer.* 6. Burſ. *ad d. l. licet, n.* 6. & inibi pulchre Coſtal. poſt princ. vbi ex com. ſecus ſi Iudex rem deponi penes ſequeſtrem edixerit; & ita fere intelligi *tex. in leg. intereſſe 39. ff de acquir poſſ.* idemque & alij ſuperius præſertim *ad verb. priuat. adducti* licet aliter Sentiat & Ang. *d conſ.* 107. *num.* 2 Zaſ *in auctt nom. diſſolut. part.* 2. *cap.* 4. *verſ ex diametro.* Coraſ. *d cap. 2. num.* 14. cum ſeq. Menoch. *conſ.* 2. *nu.* 146. *& d. remed. 3 qu. 11. num.* 88. cum ſeqq.

d. *Deſcriptio.*) Socin. *in d. §. ſi ſatiſdatum, num.* 4. Ferrar. *in d. form ſequeſtr. num.* 1. Reb. *d. art.* 1 *gloſſ.* 2 *num.* 9 *cum ſeq. & in d. l. ſequeſter, verſ.* 15. *in quibus.* Gail. remiſſiuè de arreſt. Imp. *cap.* 4. *n.* 17. Burſ. (maximè procedere docens, quando fructuum deſcriptio petitur ad probandum, non ad incorporandum) *d. conſ.* 188. *n.* 7. late Iaſ. *in d. §. ſi ſatiſdatũ. n.* 28. *cũ ſeq.* vbi eleganter *n.* 31. tria eſſe inter ſe differẽtia ſequeſtrationẽ quæ propriè cadat in re mobili, deſcriptionẽ, quia in omnibus caſibus in quibus prohibetur ſequeſtratio, fieri poſſit; item in inhibitionem de alienando, nam licet res immobilis ſequeſtrari non poſſint, tamen in iis fieri poſſit præceptum à iudice ne alienentur: eaque inhibitio tantum importet quantum ſequeſtratio in mobilibus, ſecundum Bartol. in de pollicitationibus, *in fin ff. de pollic.* voluitque Socin. *in d. §. ſi ſatiſdatum num.* 5. & inibi Coſtal. in *ver. Rem autem.* Sed & inhibitionem, qua creditor hypothecarius prohibet debitori ſui debitoris ne ei ſoluat, iuxta *l. 5. non en 4. C. quæ res pign. obli.* poſt differre à ſequeſtro; quia ſequeſtrum non ſit prohibitio finalis & cũ effectu; quia reſoluatur præſtita ſatiſdatione, per *d. §. ſi ſatiſdatum*, ſed inhibitio iſta ſit finalis cum effectu, Parif *conſ.* 107. *n.* 71. *li.* 3. *vbi* 6 *cum ſeqq.* de huiuſmodi inhibitione ſiue denũciatone latius, & apud Ferrar. *in form lib. ll declinat. iuriſdiction. alit. iud. verb. proteſtans, n.* 13. *verſ. aut ſit.* Mudæ. *de pign. tit. quæ res obligent. n.* 20. Eueraad. *conſ.* 146. *ſub num.* 9. Hier. Laur. *dec.* 149. *nu* 5. Neque hoc caſu quando nomen debitoris fuit hypothecatum, neceſſe eſſe debitorem eſſe ſuſpectum, vel quod ſuperuenerit cauſa ſuſpicionis poſt contractum, Parif. *d. cõſ.* 107. *n.* 83 Alioqui quando perſona eſt ſuſpecta, inhibitiones quæ quotidie fiunt per curiales, quæ prohibent debitorum debitoribus ne iis ſoluant, valere Guid. *ſing.* 651. *&* 865. vbi nec dici inhibitionem iſtã ſequeſtrationẽ, quia non ponatur penes certum, ſed tamen cum cautione per debitorẽ præſtanda, inhibitionem, quæ ſaiſina appellatur, debere tolli, addens & cauſas ob quas iudex ad talem prohibitionem, quæ ſaiſina appellatur, procedere poſſit, allegando vbique Bart. *in l. mulier. ff. de leg. commiſſ.* qui mihi in locis inibi per eum demonſtratis, hæc non dicit, vti nec alius quiſquam. Eoque ſaiſinæ remedio vtimur apud nos in patria Brabantiæ, perinde vt in Delphinatus ac Burgundiæ, ſecundum Chaſſen. etiam ad conſuet. Burgund. *tit. 5. de redit. §. 2 num.* 5.

Capvt LXXIII.

De Arreſtis.

SVMMAE.

1 *Arreſtare quid ſit.*
2 *In proceſſibus de fundis, & feudis, non arreſtatur ante ſententiam.*
3 *In proceſſibus rerum mobilium fit arreſtatio, vſque ad cautionis conſtitutionem.*

1 Arreſtare (a) vel potius, aliquem ſiſtere, eſt ipſum facere ſtare, & impedire, ne progrediatur vlterius. Sic ſiſtere gradum, eſt progreſſum ſtatuere & manere. Siſtimus virum, quem arctamus ne progrediatur, hoc eſt, quem capimus. (b) Siſtere aliquem iudici, eſt eum coram iudice præſentare. Arreſtare bona. (c) eſt ea capere, & poſſeſſionem eorum impedire.

2 De his igitur arreſtis ſciendum eſt, quod in Flandria in omnibus proceſſibus, quos inſtituunt ſuper fundis, aut feudis, arreſtum non habet locum, (d) nec ſequaſtratio ( ) ante ſententiam iudicis, ideoque tunc poſſeſſor non eſt priuandus, nec turbandus in ſua poſſeſſione, ſed remanet in ea, & ea vtitur, donec ea per ſententiam iudicis priuetur, aut exuatur, vti prędictum eſt pręcedenti capite, & alibi.

Sed in proceſſibus qui fiunt per arreſtum, ſuper vtenſilibus aut mobilibus bonis, habet locum arreſtum, donec pars cautionem (f) dederit, de reſtituendo aut iudicato ſoluendo, niſi eſſet ſoluendo, quia eo caſu arreſtum poſſet releuari ac ſolui, ſuper ſua fide ac promiſſione, ſine pluribus, in quantum iudici ita placeat. 3

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LXXIII.

a. ARreſtare.) Peck. *de iur. ſiſtend. ca. 1. n. 4. ad fin.* vbi itidem poſt Molinæ, ad conſuet. Pariſ. *tit. 1 §. 52. gloſſ. 1. ſub n* 1. alioſque quid ſit arreſtum, quid arreſtatio, qua de re & Gaill. tractat. *de arreſt. imper ca. 1. n. 1 cum ſeqq.* & rurſus, *num* 15.

b. *Capimus.*) Arreſtationem tamen abſq; manuũ iniectione fieri; prehenſionem verò ſine iniectione fieri non poſſe, Peck. *d. c. ip. 1. n. 5.* poſt Molinæ, latiùs explicantem, *d. gloſſ. 1. num.* 3. alioſque.

c. *Bona.*) Arreſtum tam rebus quam perſonæ cõuenire, Gail. *tract. de arreſt. imper. c. 1 nu. 2.*

d. *Non habet locum.*) Regulariter prohibitam arreſtationem, Mynſing *conſ 66. n 14 & ſeqq.* Schurp. *conſ. 15. nu 1 cum ſeqq & conſ. 27. cum ſeqq. cent. 3.* VVameſ. *conſ. 65 n. 22 & conſ. 267. n. 4.* niſi quatenus iure, conſuetudine, aut priuilegio apparet permiſſam. Peck. *de iur ſiſtend c 2. n 5.* poſt Molin. *d. gl. 1. n. 2. per l. negantes, 9. C. de act. & oblig* latè Gail. *d. c 1. n 7. cum ſeqq* præſertim *n* 12 vbi ſecus in arreſtis conuentionalibus ſiue voluntariis, quæ ex partium cõuentione conceduntur; quia huiuſmodi conuentiones in pacta venire poſſint; qua de re copioſius ibidem *c. 2. ſub n 2. c. 3. n. 1. cum ſeqq. & ſub n. 13. cum ſeqq. c. 11. n. 24 c. 12 n. 10. cum ſeqq & cap. 14. n. 12. verſ. 7 arreſtum.* Licet contra etiam Mynſ. *d. conſ 66 in 3. qu ſub nu. 13 cum ſeqq.*

e *Nec ſequeſtratio*) Arreſtum bonorum ſpeciem eſſe ſequeſtri, VVameſ. *d conſ. 65 n. 21.* qua de re latius Molinæ, *d gl. 1. n 3. ad fi. & n 11 cum ſeqq.* quẽ ſequitur, poſt alios, & Peck *d. c. 1. ad fi.* Dixi remiſſiuè ad Damhoud *in l. c com. tit. arreſtatio*, ad verb. *executionis.*

f. *Cautionem.*) VVameſ. *conſ. 177. nu. 5.* vbi data cautione arreſtum in ſimplicẽ citationem cõuerti. Diximus ſupra, *tit. 53. in verb. cautionem.* Alioqui ſi res aliqua ponatur in arreſto (quod vulgariter dicitur ſequeſtrum) per iudicẽ ex aliqua cauſa, ſi fiat interim alienatio, nulla eſt, vt docet Guid *ſing. 651.* ad fin. ibidemq; *& ſing 865. poſt princ.* durãte arreſto facto in pecunia per me debita (quod ſaiſina appellatur) in poſſit conuenire à creditore meo.

CAPVT LXXIV.

De Comparitione & Contumacia.

SVMMAE.

1 *Citatus coram iudice ordinario primum comparere debet.*
2 *Iudex ordinarius, omnes ſue iuriſdictionis indifferenter citare poteſt.*
3 *Qui manifeſtè alterius eſt iuriſdictionis, obedire non debet.*
4 *In Parlamento omnes citati comparere debent.*
5 *Citatus comparebit per ſe aut per procuratorem.*
6 *Partibus coram iudice comparentibus, iudicium conſtituitur & proceditur.*
7 *Contra non comparentem proceditur ad contumaciam, & defectum.*
8 *Si neutra partium compareat, non proceditur.*
9 *In citatione colluſoria, fiſcus procedit ad defectum iuſtitia.*

1 QVicunque in iudicium citatus eſt, is debet cõparere coram eo iudice ordinatio, ſub quo, aut ſub cuius iuriſdictione tunc reſidet, & ad quem citatus fuit, etiamſi alterius eſſet fori. Comparere enim tunc debet, ſaltem ad hoc, vt eo Iudice excipiat & declinet, & ſuũ priuilegiũ alterius fori prævia prolocutione commonſtret, de quo fuit dubiũ.

2 Quia quilibet iudex ordinarius poteſt vocare, & facere citare coram ſe, omnes qui habitant aut reſident ſub ſua iuriſdictione, ſiue illi extranei, ſiue ſubditi ſint, Sed quando clarum & omnibus notum eſt, quod citatus non ſit ſuæ iuriſdictionis, citatus non obligatur comparere.

3 Sicuti ſacerdos citatus ad tribunal iudicis ſecularis, non tenetur (*c*) illi citationi obedire.

4 In Parlamento tamen Pariſienſi vtuntur, quod omnes citati ſub corona, tam priuilegiati quàm alij debent & obligantur comparere in eodem Parlamento, quatenus petitionis mandatum ſiue libellus in commiſſione citationis ita ſit inſertus.

Eo enim caſu debent comparere, & allegare ſua priuilegia aut exceptiones. Et omnis citatus in materia ciuili, debet aut in perſona propria comparere, aut per procuratorem, (*d*) eius nomine. 5

Quum ambæ partes comparent, Iudex ordinat & mandat actorem procedere, & petitionem facere, quia tunc iudicium fundatum (*e*) eſſe cenſetur. 6

Sed ſi vnus compareat & alter non, tunc procedit contra non comparentem per contumaciam, ad talem profectum, vt poſtea hic videbitis. 7

Et ſi neuter compareat, tunc nulla (*f*) cenſetur eſſe cauſa, quia Iudex ſuum officium non poteſt impartiri non requiſitus. (*g*) 8

Si citatio contigiſſet, & ſi pars non compareret per mutuam colluſionem factam, tantum vt fiſcum ſua emenda, aut alia pœna fraudaret, fiſcus poſſet perquirere, & informare ſuper ea colluſione, aut cauſa non comparitionis, & tunc poſt colluſionem cognitam, contra alterum, aut contra vtrumq; procedere (*h*) pro damno & intereſſe iuſtitiæ. 9

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXIV.

a. *DEbet.*) Text eſt in l ſi quis ex aliena, 5. ff. de iud & in l. ex quacunque, 2. vbi poſt alios Socin. latè diſtinguendo, præſertim n. 115. & ſeqq. rurſus n 32. cũ ſeqq. Iaſ. præſertim n. 1. ff. 17. in fin. cum ſeqq. ff. ſi quis in ius voc. alter Socin. latiſſ. quoque diſtinguendo. in c. ſi clericus, num. 5. cum ſeqq. de for. comp. Dec. poſt alios, in cap cum ordinem, n. (mihi) 15. cum ſeqq. & in c ſuper literis, nu 40. cum ſeqq. ibidemque Felin. latiſſ. limitando n. 18. & ſeqq. de reſcript. Alex. limitando conſ. 101. num. 6. lib 5. Corſet. latiſſ. limitando in ſing verb. iuriſdictio. 1. Muſcat. limitando prax. ciuil. part 2 gl. verb. intimatio, n. 27. cum ſeqq Gail lib 1. obſ 48. nu. 8. Alioqui poſſe mulctari ab illo iudice, etiamſi incompetens eſſet. Socin in d. l ex quacunque in princ. & ſub n. 3. ibidemque Iaſ. ex com. ſub n. 12. ſeq. Marſil in l. quis no quæſtio. n. 98. ff. de quæſt. vbi itidem cõtumacem non poſſe declinare iudicem; Marant. de ordin. iud part. 6 memb 2 n. 25. Vinc. de Ann. ſingul 120 Muſcat declarando & limitando, prax. ciuil part. 2. gl verb. veniens n. 5. Afflict. dec. 133. ſub n. 2. vbi perdere priuilegiũ fori; Reb. ad conſt. reg. tom. 3. tract. de contu. & defect. ar 13. nu 24. & art. 8 gloſſ. 1. ſub num. 1.

b. *Notum eſt.*) Socin. n. 28. Iaſ. latiſſ. declarando n. 31. cum ſeqq. in d. l. ex quacunque, & plerique hic in princ. adducti, Dec. poſt gloſſ & alios, declarando & limitando. in c. ſi duobus, n 16 cum ſeqq. de appellat. Alex. conſ. 77. verſus ſi. li. 3. Mar. dec. 724. n. 1. li. 1 & dec. 119. n. 8. cum dec. 120. n 1 cũ ſeqq. li 2. in nouib. Zaſ. ibid. Buſ. (ſententiam latam ob contumaciã eius, quem manifeſtum erat iuriſdictioni non ſubeſſe, nullam reſpondiſſe referens) nu 6. de iuriſdict. omn. iud Gail ex com. lib. 1. obſ. 48 n 9 cũ ſeq. VVameſ, conſ. 65 ſub. n 2. Reb. latiſſ. limitando. d tract. de contum. & def. art. 8. gl. 1. n. 6. cum ſeqq. vbi nu. 8. & ſeq ex SC. poſt Dec. n. 5 cum ſeq. & alios in d. cap. ſi duobus, nũquam fieri prorogationem ipſo iure per contumaciam in iudicem incompetẽtem, neque citationem talem arctare citatum; niſi quando iudex eſſet competens, ſed remoueri poſſit per exceptionẽ: quia tunc non excipiendo valeat proceſſus. Sed & data nullitate citationis, reddi cõtumaciam nullam, per l. vir probus. ff in lic. ſol. poſt Bald. in l 1. in fin. ff. ſi quis ius dicent, non obtemp. Gramm conſ. 71. n. 7. in fin. in cr. m. Rol. conſ. 68. ſub n 29. libr. 2. & vtrobique, poſt eundem Bald. in authen. ſi omnes, C. vt ſe ab hæred. abſtin vitiata prima citatione non tenere proceſſum in contumaciam factum.

c. *Non tenetur.*) Socin ſub n. 40 cum ſeqq. Iaſ ſub n 39. cum ſeqq in d. l. ex quacunque, Gramm. latiſſ. extendendo dec. 29. nu. 4. cum ſeqq. Marc. limitando latiſſ. dec. 119. & inibi apoſt. n. 1, cum ſeqq. lib. 2. in nouis. Muſcat. extendendo, in prax. ciuil. part. 2 gloſſ. verb. intimatio, n. 28. vbi nu 29. cum ſeq. ſecus ſi dubium ſit de clericatu; Dec. in d c. ſi duobus, n. 17. & d. c cum ordine, n. 16. cum ſeqq. Benedict. in c Raynutius, part. 1 in verb. & vxorem nomine Andel. in 2. deciſ ſub n 16. de teſtam. Plures etiam limitationes apud Gram. qui ſupra.

d. *Aut in perſona.*) Eſt hac de re artic. 45. inſtr. uction. cur. Holland. quem longè lateque declarat Merul. dicens ex ſtylo nemini (quamuis præſenti) propriam cauſam agere permitti; idque reip. bono, d. lib. 4. diſt. 4 ſect 2. tit. 11. cap. 1.

e. *Aut per procuratorem.*) Etiam ſi ſimpliciter citaretur, Reb. tom. 3 conſtit. reg. tract. de excuſ. nu. 69. in fin. per l. vlt. vbi Iaſ. C. de procur. Socin. de citat. art. 5. quæſt. 28 n. 50. verſ. quod procedit. Sicque citatum reum intelligendum eſſe, etiamſi dictum non fuerit, vt cõpareat legitimè, per l. vlt. & inibi Bald. C. de procur. Afflict. dec. 2. n. 8. Muſc. prax. ciuil. part. 2. gl. verb veniens, n. 15. Et citatum vt legitimè compareat, videri citatũ vt compareat quomodo de iure poteſt comparere, Bald. conſ. 149 n. 1. verſ. in contrarium, lib. 5. De petitione autem vtrobique comparente facienda (vt hic ſequitur) Imbert. inſtit. forenſ lib. 1. cap. 15.

f. *Fundatum.*) Etiamſi, ſine expreſſa prorogatione nihil præter depoſitam apud acta præſentiam agatur, nõ tamen circũdictũ haberi eductũ, Imber. inſt. for. lib. 1. c. 13 gl. verb iubetur, verſ ſin autẽ vterque.

g. *Nulla cenſetur.*) Ant Fab. C. lib. 3. tit. 1. defin. 30. Imbert. inſtit for. d. lib. 1 ca. 13. in gl. verb. iubetur, verſ cæterum ſi neuter, vbi neque citationem illam facere vt lis pendeat, poſt Felin. in c. illud nu 5. de præſcript. Ideoque ſi velit actor inſtaurare actionem de integro agendum, conueniendusq; reus. Marant. de ord iud. part 6. memb. 2 n. 1. verſ aliàs autẽ. Reb. tom. 3. conſtit reg. tract. de contum. & def. in præfat. n. 2 poſt doct in l. conſentaneum, & authent. qui ſemel, C. quom & quand. iud.

h. *Non requiſitus.*) Tex. in l. 4. § hoc autẽ iudicium vbi not ff. de d. mn infect. Reb. d tract. de contum. & def. art. 1. gl. 1. n. 7. n 13 in fin & n. 26. vbi omnes actus iudiciales fieri debere ad partis petitionem & inſtantiam ſecundum gl. & doct in l. ſi curatoris, de iur. delib. & alib.

i. *Procedere.*) Etiam coram non iudice rei; fiſcus enim agit coram ſuo, etiamſi rei iudex non ſit, per l. 1. & 2. vbi cauſ. fiſcal Gilman. dec 40. n. 3. lib 2. vbi poſt Socin. fallent 3 reg. 10 alioſq; e, fiſcũ actorẽ non ſequi forũ rei. Sed neque teneri procuratorem fiſcalem curiæ ſupremæ, vel alterius inferioris, facere fidem de ſua poteſtate, quum ſatis ſit nota, neque ſi non probauerit in proceſſu nullus erit, Marc. dec. 356. in fin. lib. 1. poſt Guid. è praxi dec. 259. ſub n 1, per not. Bart. in l. 1. C. qui & aduerſ. quos.

CAPVT LXXV.

De Excuſatione non Comparitionis, vulgò, Exoniatione.

SVMMAE.

1 *Citatus ſeſe de non comparitione excuſare poteſt, per quem velit.*
2 *Exoniatio competit parti citatæ, non citanti.*

A non comparitione excuſant
3 *Morbi, pericula mortis.*
4 *Inundationes, Nuptiæ, Exequiæ, Pericula.*
5 *Meſsis, tempus ſeminandi.*
6 *Occupatio in Rep. aut in negotio Principis.*
7 *Studium, Mercatura, Peregrinatio.*
8 *Impregnatio aut puerperium mulieris.*
9 *Gelu, Nix, Pluuia, Exundatio, Hyemis aſperitas.*

10 *Exoniator debet* *Cum iuramento affirmare ſuam commiſsionem,* *vel*
11 *Cum literis probare commiſsionis ſuæ veritatem.*
12 *Qui citat, exoniantis probationes confutare poteſt.*
13 *Exoniatio ſine literis probationum in Francia eſt nulla.*

Iudex per ſe citatum exoniare debet
14 *In caſibus qui per ſe excuſationem merentur.*
15 *Et contumaciam differre.*
16 *Contumaciam decernere cum clauſula Exoniationis faciendæ.*

17 *Non eſt opus exoniatione, vel citatione*
In rebus afflictis, ſcilicet, in bello, peſte, &c.
Quando in citatione non exprimitur cauſa citationis.
Quando citatio facta eſt die feſto.
Quando locus citato eſt ſuſpectus, aut Iudex inimicus.
Quando citatio non eſt coram iudice competente.
Quando executor excedit commiſsionem.
Quando pater citatur à filio, Patronus à liberto.

18 *Ad citationem quantumuis inualidam primò comparere debet, & reſpondere vel excipere.*

1 QVi ciuiliter citatus, comparere ex cauſis non poteſt, hic ſeſe à non comparitione excuſare vulgo exoniare (*a*) poteſt, per eum, quem velit, cuique quam optimè fidit, ſi quidem legitima exoniandi ſubfuerit cauſa, modo id faciat ante conſiſtorij (*b*) ſolutionem, aut diſceſſum. Atque ad hanc excuſationem faciendam idonei ſunt, & admittuntur non ſolum procuratores, ſed & quiuis alij, etiam procuratorio munere indigniſſimi, quales ſunt, vxor, liberi infra viginti quinque annorum ætatem, equites aurati, religioſi, & ſimiles, (*c*) quos tamen, quorundam iudicio, eam exoniandi cauſam habere in mandatis (*d*) oportet. Sunt tamen qui afferant hanc exoniationis commiſſionem cum cauſa non eſſe neceſſariam. Sed praxis & vſus ipſam recepit, ſic vt per hanc exoniationem dicant ſe habere id in mandatis ab abſente, idque iuramẽto veriſſimum eſſe firment.

2 Et quamuis hæc exoniatio competat parti citatæ, non tamen competit impetranti, qui citationem fieri iuſſit, quod hic ipſe aut perſonaliter comparere, aut procuratores (*e*) conſtituere, & ſeſe nullo modo à non comparitione excuſare debeat.

Caſus autem qui à non comparitione excuſant, ſunt morbus (*f*) patris, aut matris, filij, aut patrui, aut auunculi, aut aliorum proximorum parentum ſiue amicorum, potiſſimum quando timor, ſeu metus aut periculum mortis apparet. Item ſi vxor ſit partui proxima, aut ſi iam iam peperiſſet, aut ſi non ita dudum è puerperio eſſet libera, & ita in ſimilibus, ob quas cauſas in cauſa ciuili merito ſunt excuſabiles. 3

Eruptio littorum, riparum, & exundatio aquarum, fluminum (*g*) tempeſtates, (*h*) pontium effractio, metus inimicorum (*i*) capitalium, timor peſtis (*k*) metus carceris abſque fraude & ſine dolo, nuptiæ (*l*) propriæ, aut ſuorum filiorum ſeu prolium ſuarum exequiæ, aut hæredes parentum exequiis (*m*) implicati, & ſimiles ob legitimas cauſas facile à comparitione excuſantur, ſuntque tales cauſæ exoniandi digniſſimæ, ſecundum ſtylum curiæ ſecularis quando nulla fictio, nec dolus vllus ſubeſt. 4

Sic

Digitized by Google

5 Sic exoniat etiam, & ſuam abſentiam purgat, qui dicit, quod debeat ſeminare, aut ſuum triticum ex agro in horreum vehere, aut quod alibi, & ad maiorem (*m*) curiam ſit citatus, & inuitatus, aut quod ſit citatus ad teſtimonium (*o*) ferendum & ſimilia.

6 Quiſquis abeſt in negotio Principis aut Reipu. (*p*) aut ob mandatum Principis, aut in ipſius delegatione, aut cõmiſſionibus aliis, aut in bello, is eſt exoniandus & expurgandus.

7 Sic etiam eſt exoniandus, qui ſtudij cauſa Louanij, mercaturæ gratia, Antwerpiæ, Brugis, aut Francoforti reſidet.

8 Item etiam excuſatur, religionis cauſa, aut ex voto adiuit Romã, Hieruſalem, aut ad alias lõginquas peregrinationes. (*r*) Sed qui ſeſe abſentat oblectationis, aut propriæ voluptatis (*s*) cauſa, aut eo animo vt iudicium fugiat, is nequaquam eſt exoniandus. Mulieres quoque inprægnatæ, (*t*) aut non ita dudum è puerperio leuatę non eſt quod ſe exoniandas curent, quia ad eam non tenentur, nec etiã comparere debent, quod ob eam teneritatem, & ob periculum omnino ſint excuſandæ, *l* 2. §. *Si non ff. Si quis caution. b.*

9 Magnum item gelu, niuis magna copia, dies pluuioſi, hyems aſpera, fluminum exundatio, per quæ citato faciendum eſſet iter, & his ſimilia (*v*) per ſe in cauſis ciuilibus ſatis excuſant, & exoniationem efficiunt, ſi nullus eam verbis declarat.

10 Exoniationis autem dictæ ſiue talis excuſationis nuncius, debet iuramento ſuo aſſerere, (ſi id impetranti actori placeat) quod habeat ſpeciale mandatum à reo ad ſeſe excuſandum. & exoniandũ, & quod teſtę ſua conſcientia res excuſabilis (*z*) ita ſit & vera ſit, quemadmodum excuſando pronunciat.

11 Et ſi exoniationis nuncius vel excuſator id iurare recuſet, debet excuſator pede ſtante docere (*b*) exoniationem ſuam commiſſam eſſe veram, ad hũc modum. Si ſit propter morbum, docebit id per literas curati aut medici, (*c*) Si ſit propter incarcerationem, docebit id per literas commentarienſis ſiue cuſtodis carceris, aut rectius Domini officiarij vel iuſtitiæ aut iuſticiariorum. Si ſit propter belli ſeruitium, docebit per literas Capitanei ſui Et ſi excuſatio ſit ob alias neceſſarias excuſationes, ſcilicet, infortunij aut homicidij illæ probandæ erunt per Iuſtitiæ certificationes, vt res contigit. Si maritus ſit abſens extra patriam, vxor (*e*) poteſt eum exoniare, dicendo ipſum eſſe abſentem & tunc petet dilationẽ trium quindenarum, & ſupra has vnam dilationem quatuordecim dierum ſuperabundantem, iuxta ſtylum quarundam Curiarum, atque ita obſeruatur in Francia.

21 Sed ſi impetrans, hoc eſt, ſi citatus velit impugnare exoniantis probationes, & offerre & præſentare probationes in contrarium, tunc iudex decernet, & dabit contumaciam, ſalua exoniatione. Et ſi poſt modum reperiatur exoniationem non eſſe veram, contumacia procedit, & effectum ſortitur, ad profectum talis reprobantis, vti decet.

In Francia quãdo exoniationis nũcius, ſiue exonians literas adfert, aut aliã probationẽ. Iudex nõ decernit, ſiue non dat defectum ſiue contumaciam. Sed ſi literas non adferat, tunc defectus ſiue contumacia decernitur (*g*) & datur, ſed ſalua exoniatione (*h*) facienda. Eodem etiam modo decernitur contumacia in magno Concilio. 13

Et ſicut omnes citatum cum commiſſione de nõ comparitione excuſare poſſunt, ita & Iudex ipſe, ex ſeipſo, & ex ſuo officio, partem citatam exoniare & excuſare debet, etiamſi nullus eam exoniationẽ faciendam in mandatis accepiſſet, præcipuè quando incidunt tales caſus, ob quos citatus optima cũ ratione excuſari debet, ſc. quando Iudex videt & conſiderat aëris intemperiem, aut viarum incommoditatem, aut quod itinera non ſint tuta, & ſecura Si videat intenſiſſimum gelu, niuis copiam, hyemis aſperitatem, & his ſimilia, tamẽtſi nemo compareat, qui exoniet. Quocirca Iudex in dictis & ſimilibus caſibus abſentem citatum ex ſuo officio excuſabit, & nullam contumaciam decernet, ſed cauſam diſſimulanter continuabit, & extendet. Et quamuis hyemis aſperitas excuſet, non tamen ſimili ratione excuſat æſtatis intenſus calor. 14

Iudex præterea poteſt ex æquitate, & pro ſuo arbitrio contumaciam ſiue defectum decernendum non decernere, ſed differre vſque in proximum diẽ iuridicũ, quando ad hoc cauſam habet ipſum mouentem: Aut certè poterit dare defectum cum adiuncto, ſc. ſaluo quod citatus certo die cõſtituto eũ defectũ purgare poterit, ſine cauſæ præcipitatione. 15

Atque iſtud totum in ſua iudicis diſcretione cõſiſtit Quin etiam ſunt nonnulli iudices, adeo prudentes & diſcreti, vt etiam in commiſſione ſecũdæ citationis ponant, & addant hanc clauſulam., ſaluis ſuis legitimis excuſationibus. 16

In omnibus quoque cauſis, vbi citatio in ſeipſa eſt nulla, (*i*) in iis etiam nulla opus eſt exoniatione aut etiam comparitione (*k*) Partis citatæ. Si. u i quando citatio facta eſt infelicibus temporibus, & rebus afflictis, vtpote tẽpore belli, aut peſtilẽtiæ (*l*) in loco citati. Huiuſmodi enim afflictiones merito vnumquemque excuſant, teſte D Mattheo, de Afflictis, *in ſuis deciſionib Neapolitanis, dec.* 50 *nu n* 2. *&* 4 *cap. ex part.* 1. & ibi Doctores Bald. Albert. Philip. *extra de appell t* Aut quando in commiſſione citationis non exprimitur cauſa citationis. Item quando facta eſt ſolennibus ac feſtis diebus. Item, ſi dies ſit conſtituta ad comparendum alio loco, quam eo loco in quo conſuetus eſt Iudex ſuum conſiſtorium (vulgo virſchariam) tenere. Aut 17

 ſi lo-

Digitized by Google

ſi locus ſit citato ſuſpectus. Aut quando omnibus manifeſtum eſt, & notorium, quod Iudex ſit Parti citatæ inimicus. *(m)* Item, quando Iudex non eſt competens. Item, quando Executor exceſſit ſuam commiſſionem, & non obſeruauit normam & ordinem ſuæ commiſſionis. Item, quando pater citatus eſt ad filij ſui requiſitionem, *(n)* Aut patronus ad liberti ſui requiſitionem. Poſtremo in omnibus caſibus, & cauſis in quibus citatus cum debita & euidenti ratione, à tali iuriſdictione ſeſe eximere & excuſare poteſt: Sed ſi dubium eſſet de excuſationis cauſa, tunc citatus obligaretur comparere, aut alium eò mittere, qui ſuum priuilegium aut exceptionem allegaret.

Sed hoc ſciendum eſt, quod quamuis citatio (vt 18 dictum eſt. in ſeipſa ſit nulla, Iudex tamen nihilominus procedet vlterius, quando citatus aut non comparet, aut ſe non facit defendi, vbi defenſio requiritur, & feruit: ſicuti de his quoque memini in mea rerum criminalium praxi recognita. *Cap. 15. de Exoniando in materia criminum, per totum.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXV.

E*Xoniare,)* Quid ſit, quid item excuſatio, quid excuſator, Rebuff. *tom 3. conſtit reg tra. de excuſ. n. 25. & 9. & in l. morbus,* 113. poſt princ. *verſ. 1 eſt ff. de verb ſignif.*

b. *Conſiſtorij.)* Excuſationem iudici fieri debere vt iudici, non tanquam priuato, puta in domo vbi non reddit ius, vel in eccleſia, Reb *d tract. de excuſ. num. 22. in fi* vbi proinde in Francia fieri iudici pro tribunali ſedenti.

c. *Similes)* Dum tamen ad annos diſcretionis peruenerint, Reb. *d tra. de excuſ n 7 cum ſeq.* poſt Bart. *in l. penu s. §. ad crimen n. 15. ff. de public iud.*

d. *In mandatis* Text. *in c. bonæ 23* vbi glo. *in verb. nuncium, de elect. & in c. prudentiam, 21. vbi* Dec. *n (mihi)* 107. *de offic deleg* late Reb. *d. tract. de excuſ n 24 99. & ſeq* vbi è praxi, iudicem alioqui non admittere excuſatorem, niſi ad hoc ſe dicat expreſſe miſſum. Cæterum excuſatorem ſine mandato poſſe allegare cauſas abſentiæ facti, putà infirmitatis vel alterius impedimenti, ſed non iuris, putà exceptiones, Socin. *in l. ij n. 7. ff. ſi quis in ius vocand.* Muſcat, declarando, *prax ciuil. part. 1. glo. verb. veniens num 17. cum ſeq.*

e. *Procuratores.)* Zaſ. latè *ad le. quæſitum, in 2. collect. verſ hæc concluſio fall 1 ff. de re iud.* Et ſi Merul. *d. lib. 4. diſt. 4. ſect. 2. tit. 9. ca 3. n 1.* Etſi actor excuſatorem mittat, poſſe reum ab obſeruatione iudicij abſolui, cum expenſis, poſt *gloſſ. & Bart. in l 1 ff de diuerſ. & tempor. præſc.* alioſque, Rebuff. *d. tract. de excuſ* 16.

f. *Sunt morbus.)* Royz, exactiſſ Lituan. *deciſ. 4. n.* 517. cum ſeqq. Reb. (plures huiuſmodi caſus referens *tom. 3. conſtit. reg tract de contum & def. in præfat. n 9.* cum ſeqq. & in *d. l. morbus dict. verſ 1 eſt & ſeqq* ruſſus in *d. tract. de excuſ. nu. 29.* cum ſeq. Marant. declarando, limitando, & ſimiles itidem caſus referendo, *de ord. iud part. 6. membr. 2. num 2. & 3.* vbi infirmitatem etiam ſuorum excuſare, vbi ſuos dici ad quartum vſque gradum. Secus tamen ſi morbus (vt & aliud impedimentum) ſit perpetuus Mynſing. *obſeru. 58. num. 3. cent. 4 dum latius.* limitant regulam, quod morbo vel alio impedimento impeditus procuratorem mittere non teneatur, de qua pulchrè diſtinguendo Coſtal. *ad l. vlt. ff. de in integr. reſtit.* & quæ quidem quæſtio difficilis eſt, & valde intricata, vt per Magon. Luc. *dec. 24.* adeo vt Reb. *d. tract. de excuſ num.* 68. cum ſeqq regulam contrariam figendam putet, vt procuratorem mittere teneatur, extendendo & reſtringendo latiſſ. vbi tamen *n. 97. in ſ. n.* in Francia ex vſu curiarum, & ſtylo, vix excuſari quenquam in ciuilibus, qui non mittat procuratorem; ideo nō recipi excuſatorē, vt latius infra, *ad verb. decernitur.*

g. *Fluminum.)* Reb. *d. tract. de. excuſ. num.* 42 limitando ſi per alium locū, etiam longiorem, tranſiri non poſſit alioqui ſecus, per tex. in adducta, *leg. ii § vim fluminis ff. ſi quis caution.* exactiſ. Royz. d. Lituan, *dec. 4 num. 308. cum ſeqq* merul. *d ſect. 2. tit. 9. cap. n 3. num 3.* vbi iudicem, in huiuſmodi tempeſtate, poſſe ex officio, etiam nulla excuſatione præuia, diem diffindere, aut cauſam differre, & cōtinuare, probat è ſtylo ſuo.

h. *Tempeſtas)* Reb. declarando, *d. tract. de excuſ. num.* 47. cum ſeqq. vbi poſt Iaſ. *ex com. in d l. ii. §. quod diximus, n 4* cum ſeqq. *ff. ſi quis caut.* alioſque, non ſufficere quod probetur tempeſtas in mari, vel fluminis, niſi ſimul probetur, quod domo receſſerit (diſtinguendo tamen latius) vel quod aggreſſus ſit, ſed adimplere non potuerit, Boër. declarando *dec. 40. n. 4.* cum ſeqq. Crauett. *conſ 151 n. 22. & cōſ. 179. n. 6.* Villal. *in com. opin. lit. C. n.* 58. cum ſeq. Vant. *de nullit. proceſſ. de null. ex defec. iuriſd. ord ſub n. 166. verſ. & erit* Gail. *li 1. obſ. 143. ſub n. 2.* cū ſeq. Maſc. *li. 1 probat. conclu* 293. *n. 2.* cum ſeqq. *& li. 2. conclu. 884. n. 9.* cum ſeq. limitando quando notorium eſſet fruſtaneam fuiſſe omnem diligentiam, Villal. *in d lit. C. n. 59.* latè Boër. *d dec. 46 n 7.*

i. *Inimicorū)* Vant. *de null. proceſſ. tit. de null. ſent. ex def. iuriſ. ordin ſub n.* 165. Nemo enim ſe ſuis inimicis exponere debet, *cap. accedens, 4.* vt lite non conteſt,

Digitized by Google

conteſt. *Clement.paſtoralis,ij. §. verum quia,de re iud.& cap cum perſonæ*,ibidemque gloſſ *in ve b ſecuro,de pri ei lib.6* latè Gail.extendendo *obſ. 52. num.7.* in fin.cum ſeqq.*l b.1.* & Merul declarando, *d.tit.9.num 6.c.3.& poſt* Bart *in l.recuſare, §.vlt. num.2* vbi & Alex. latiſſ.*num* 5.cum ſeqq. *ff.ad Trabell.* Afflict.*dec.289.num.24.* Marſil, (corruptè citatum)*conſ.81 num.43*,cum ſeqq.*& ſingul. 261. num.1.* Pariſ.*conſ.28 numer.4. vol.4.* aliosque Rol. *conſ.68 ſub num. 20.* cum ſeq. *libr.2.* & (in eadem hypotheſi conſultus) Cephal.*conſ. 304 num. 8. & 111.* Menoch.exactiſſ *conſ.100.num.183.* & vtrobique poſt Bart.qui ſuprà,aliosque , adeo nullam eſſe citationem ad locum notoriè nō tutum,vt neceſſe non ſit appellare;idemque Menoch declarando & limitando, *conſ.466.num.3*,cum ſeqq. rurſus *ſub num 17.* cum ſeqq. Decian.*conſ.18.num. 103.& 106.in fin.lib.1.vbi num 107*,nec mittere excuſatorem,excipere nec allegare de loco non tuto, vt per. Rol.*d conſ 68 ſub num 21*.cum ſeq.poſt Felin.*in c. olim num.2.de except.*& vtrobique quòd dicunt domini de rota *de dol & contum dec.5.in antiquis*.citatum ad locum non tutum,teneri mittere excuſatorem,fallere in loco notoriè non tuto. Alioqui citatum ad locum minimè tutum, poſſe non venire,ſatiſque eſſe appellare,docet & Coſtal.*in l. vlt.* verſus fin.*ff de iuriſd.om.n.iud.* poſt Panorm. aliosque, *in cap.ex parte tua,de appell. & latiſſ.* hac de re declarando & diſtinguēdo, Mynſ.remiſſiuè cent. 2. *obſ.73.* Gail latè *lib 1.obſ 52 num.3.*cum ſeqq. Valaſc.*dec.81. ſub num 3*, Creſcent.declarando,*dec.43. ſiue 2 num.4.cum ſeqq.de dol.& cont.* Burſ.latè declarando *conſ.225.num 6.& ſeqq.* Cæterum eo caſu excuſatorem mandatum habere,& iudicem ſaluum conductum offerre ei debere,neque tum excuſare quò minus compareat, Reb.*d.tract. de excuſ. num.35.* & quamuis dicatur,quod nō teneatur credere quis literis huiuſmodi ſalui cōductus, per *tex. in d.cap.accidens*,vbi Felin. *num 2* Dec.*poſt gl.* & alios *in d cap ex parte,17.num.15.de appell.* Vant. copioſè *d tit.de nullitat ſent ex.def.iuriſ ordin nu. 165.verſ.*& in præmiſſis,& poſt Afflict.*d.dec.289. num.12* aliosque Rol.*d.con 68.num.23*,cum ſeqq. & copioſius Menoch.*d conſ.100 n.185*.cum ſeqq. contrà tamen ibidem Menoch.ex communiori,accuratiſſ.declarando,*num 196*.cum ſeqq.& *de arbit. iu l.caſu 337 num 5.* poſt Bald.*conſ.490.ſub num 2. verſ.item ex quo data,lib.1.* Alex.*in d. l. recuſare §. vlt.num. 6.* ſaluo conductui fidendum; vel ſaltem excuſatorem mittendum, De quo latè itidem Cephal.*d conſ.304.num.101*.cum ſeqq.Gail *d. obſ.52. num.4*.cum ſeqq.Burſ limitando.*d conſ.225.ſub n. 8*.cum ſeqq. Decian,*d.conſ.18.n.106*.cum ſeqq.*lib. 1.* præſertim *n.128.* ad fin vbi itidem *n.129.* poſt Felin.*in d.c accidens,n 9 & 13.* fidendum ſaluoconducti, dummodo ſoleat in illlo loco ſeruari, idēque poſt Gail.*d obſ.52.num.4.*& alios,Merul.*prax. Holland.lib 4 diſt 4 ſect.3.tit.4.cap.11.n 3.*aliique commemorati.

k. *Peſtis*)Maria.*in c.veniens.n.68*.verſ. & per *prædicta de accuſ.* Vant *d tit,de null.ex def iuriſd.ordin. 165.verſ.& quod de bello.* Blarer.*in repetit l.diffamari,cap.6.n.111.C.de ingen. manumiſſ.* Merul.*d.ſect. 2.tit.9.cap.3.n 8.* Gail.*d obſ.52.n.11.* Reb.*d. tract. de excuſ n.36.* vbi etiamſi inſtrumento cautum eſſet,quod poſſit vbique conueniri;quia non intelligatur de loci non tuto, Dec.*in d.c.ex parte , nu. 2.* Marſil.*d.ſing. 16.n.2* cum ſeq.Rip.*in tract.de peſte partic.3 part.2.princip.de priu.l.iud ſub n.* Gail. *d. obſer.52.n.10.* Idque procedere quando ius nō redderetur illo in loco,Reb.ibidem.& latiſſ. hac de re Rip. *in d.tract.in 2 part princ partic. 1.* de priuil. contr *ſub num 151*.cum ſeqq

l. *Nuptiæ*)Tex *in l.ij.*vbi poſt alios Socin *n 4.*Zaſ. in verſ.*6 coll ff.de in ius voc.* Reb.extēdendo *d. tra. de excuſ.n 40.* Royz *d.dec 4 n 427.431.& 455* Merul.*d ſect 2,tit 9.c.3 n.11.& ſub n.19.*

m. *Exequus.*)Tex.*in d.l.ij in fin*,vbi poſt alios Socin *n.7.*Zaſ.*verſus fin.in verſ coll.præterea*.Reb.declarando *d.tract.de excuſ.n.29* Royz.exactiſſ. *d.dec. 4.n 430*.cum ſeqq.*& 445*.cum ſeqq.Merul. *d.ſect. 2.tit.9.cap.3.num 12.& ſub num 19.*ibidemque *nu. 2.& 17.* de proximè hic ſubſequentibus.

n. *Ad maiorem*)Marſ.extendendo & reſtringendo remiſſiuè,ad *l.de vnoquoque,n 147*.cum ſeq.*de re iud.* Socin. poſt alios,*n.6.* Iaſ.*in verſ.8,coll & noviſſ.* Buſio *n 13*,cum ſeq.*in d.l.ij.* Iaſ.*in l ij.§. 1. n.3.ff ſi quis caut.* Guid. *ex SC.* declarando *dec. 276. & dec. 443.* Marant.*de ord.iud part.6.memb.2 n.4.* Rol. limitando,*conſ 47.li.2.n.37.* Vant.latè declarando *d. tit.de null.ex d.f.iuriſd ord.n.162*.cum ſeq. Mynſing. *cent.6 obſ.6.* Royz.*d.dec.4 n.1.& 7*.cū ſeqq. *Fab C. lib.3 tit,1.defin 3 ſub n.1.*Merul.*d.tit.9,cap 3. n.13.* Reb.*d.tract de excuſ.n 38.*limitando,quando vtrobique citaretur perſonaliter;ſecus ſi ad alterū potuerit mittere procuratorem;poſt Marſil *in d.l. de vnoquoque,n.118 de re iud.*aliosque,latius Vāt. vbi ſuprà,*num.163.ad fin.*

o. *Ad teſtimonium.*)Socin *in d.l ij.n.6.in fin.de in ius voc.* Merul.*d.tit 9 cap 3.num.15.*

p. *Reip ub* Socin.*de citat art 5 quæſt 28.n.51.* Royz. latiſſ.*d.dec.4.n.398*.cum ſeqq.Merul.*d cap.3.n. 12.* Reb.*d tract.de excuſ ſub n.97.& n.43.*vbi in Frācia literas ſtatus impetrari,vt cauſa vſque ad abſentis aduentū differatur;de quibus etiā ibi *n 92. in fin.*Sed neque cauſa Reip.abſentē,expedito negotio ſi in morbum inciderit,deſinere abeſſe. Rebuff *in d.l.morbus,verſ.30 cauſa re p.per l ſi qui.38 §. vlt. ff.ex quibus cauſ maior.*

q. *Aut in bello.*)Vāt *d.tit de null ex d f iu ord.ſub n.165*, Royz.*d.dect 4.n.47.* Reb *d.tra.exc n.:7.*vbi ante diſceſſum de literis ſtatus prouideri oportere.

r. I.te-

Digitized by Google

r. *Peregrinationes.)* Royz.accuratiſſ.*d.dec.4.num.391.cum ſeqq.*

ſ. *Vol ptat.s cauſa.)* Et ſic impedimento voluntario, Socin.*de citat art.5.quæſt 28.numer.50. verſ. aut impedimentum erit.* Zaſ. *a i d. l. quæſitum in 2. collect verſ.3.fallit.ff.de re iud.* Neque excuſari ob impedimentum quod ſua ſibi culpa parauit, Menoch.*d.conſ.10).num 114.* & de arbitr iud.*libr. 2. caſu 127.num 20.per l.ſi fideiuſſor.7. §.ſi neceſſaria, ff qui ſat. ſiar.cog.* Ibidemque *d conſ 11 num. 116.* & de *arbitr iud caſu 18 num 7.* impedimentum nõ excuſare cum remoueri potuit; & poſt Alex. *conſ. 72.num 13.lib.3.* alioſque. Pinel *in au hen niſi tricennale,num.48,verſ.& conſequen er,C.de b n m ter.* Cephal *conſ.304 num.125 & conſ 769 cui init. diffi ultas, eſt num.37* Decian.*conſ.18 num.191.cũ ſeq lib 1.* eſt enim propriè impedimentum cum euitari non potuit, & non econtra, *d.conſ.190 nu. 117.* & vtrobique hac de re latius. In qua tamen re diſtinguit, poſt Guil.de Cun.*in l.u.§.ſi quis in iu licio,* & inibi Bald *num.3.verſ* & ideo dic.*ff ſi quis caut.* Molin *conſ.19.num,20,* quod aut culpa ordinatur ad impedimentum, & non execuſatur quis ob impedimentum, vtpote procuratum & colluſorium vt in *l item hi,& in l. & qui data opera,* ex quibus *cauſ.mat r* & ita(inquit) dicunt loqui & debere intelligi *l.Papinianus, 21.ff.de minor.* aut verò culpa non ordinatur ad impedimentum, & tunc nihilominus excuſatur quis ob impedimentum culpa incurſum; idemque expreſsè decidit Caſtrenſ. *in l. ſed et ſi quis,4.in princ. per illum text ff.ſi quis caut.* Marian.*d.tract.de citat art.18.quæſt 5.ſub numer 8.* alijque per Molin.adducti, & poſt Iaſ.*in §.rurſus n. 26.inſtit.de act.* Ignæ,*in l.iii.§.ſi conditioni ſub num, 85.ff.ad ſyll.* Chaſſen.*ad conſuet.Burg.rubr. 11. §. 2 num.38.* Pinell.copioſè ad authent, niſi tricennalè,*num 45.C.de bon.mater,* Couarr.*in epit.de ſponſ. part.2 cap.3.§.5 ſub num 7.* alioſque, Soar *in com. opin.lit.I.num.10.*

t. *Impregnat c.)* Vant.*d.tit.de null.ex def.iuriſdict. ordin num.161.in fin.* Royz.*d.dec 4 num. 308* cum ſeqq & poſt Guid dec.256.*n 1.* alioſq; Reb.*d.tract. de excuſ nu 41.* cum ſeq.& nouiſſ. Merul. *d.tit.9 c. 3.in fin.* Coſtal.*in add.d.l.ii. §.ſi quis municipalis, ad fin.ff.ſi quis caut.* in hoc genere placitum curiæ Pariſienſis extare atteſtatus, quo ſententia contra mulierem grauidam lata, quæ ſe excuſarat eo nomine irrita & inutilis facta eſt Sed & puerpera ferè priuilegijs competentibus valetudinarijs & infirmis, ſi poſſint ei conuenire, vtetur, vt ſcribit Reb. *in l illa verb.161.§ pueri.v rſ vt.l tas eſt.ff de verb. ſignif* illa priuilegia, ſubdit, ſcripſi ſupra in *l morbus* & poſt partum decumbentem iuuari priuilegio ne comparere teneatur, tradit etiam *in l. parium, 26. verſ 14 mulier eod.tit.*

v. *Nimis)* Reb.*d.tract de excuſ.num. 46.* vbi his caſibus non mitti excuſatorem; quia ſi is ad ius ire poſſet, ergo & pars ipſa debebat.

x. *His ſimilia.)* Royz.*d.dec.4.num 496.* cum ſeqq. Reb *d tract.de centum & def.art.5 gloſſ.1.num.15.* cum ſeqq *art 8 num.11.& art.10.num.13.* & tract. *de excuſ.num.29* vbi *num 50.* alia impedimenta an ſint iuſta arbitrio iudicis relinqui (vt voluit & Merul *d cap.3 in fin.*) cum numerari non poſſint, ſecundum *gloſſ in cap.* ſi quis iuſto, *in verb.iuſt.de elect. lib.6.* Ibidemque ſub *num 31.* addit Reb. non ſolũ morbos, ſed & quodlibet aliud impedimentum excuſare; verum hoc in Francia vix recipi Sed & Vant.*d.tit.de null ex def.iuriſd.ord.num.161.* verſus fin. communiter teneri ait, quòd dicitur de impedimento infirmitatis, idem dicendum eſſe de alio quolibet legitimo impedimento, ex identitate rationis.

z. *excuſ bilis)* Rebuff.*d tract.de excuſ num.98.* vbi hoc ſeruari in omnibus paſſim curijs.

a. *Et vera ſit.)* Impedimentum probari iuramento, concurrente perſonæ iurantis qualitate, arbitrio iudicis, Guid. è praxi & SC.*dec.64.num.1.dec. 105. ſub num.1.& dec.426.num 27.* Boër *dec 294. num. 16.* Afflict. *dec.79 num 2* Soar. *rec.ſent theſ in lit. I. numer. 11.* Coſtal. poſt alios, *in l.ii §.ſi quis municipalis, ſub init. ff. ſi quis caut.* Viu. *libr. com.opin.2. verb. impedimentum,* voluitque Oſaſ. *dec. 70.num 5* cum ſeq.Gail.*lib.1.obſ.143 ſub num. 4.* vbi & teſtibus probari impedimentũ; vt & apud pleroſque commemoratos, & Magon. Luc *dec.49. num.23.* quum in facto conſiſtat, Amat. *dec.32.num 19.* Vnde ſi veriſimiliter teſtibus probari poſſit, euidentes probationes requiri, Iaſ.*in d.l.ii.§ quod diximus, nu. ſeq* Reb *d.tract.de excuſ.num 61.* Men.*de arbitr.iud cent.2.caſu 128.ſub num.1.* Maſcard *libr. 2.de probat.concluſ 834 nu.1.*cum ſeqq.apud quos, ſi impedimentum ſit eiuſmodi, quòd per teſtes nequeat veriſimiliter probari; per iuramentum probari, ſi de magno non agitur præiudicio, & perſonæ qualitas concurrat; limitando tamen latiſſ. vt & hoc pro reſolutione totius quæſt. voluit Zaſ. *ad d. l.quæſitum,in 2 coll.verſ.ſed hic de re iud.* Myſing. *ex SC.cent.3 obſ.92.num 2.*cum ſeq.*& cent. 4. obſ. 57.num 7.*cum ſeqq

b. *Docere)* Si nolit iudex excuſatori credere, debere offerre excuſatorem probaturum ſe cauſas allegatas; & nolente iudice admittere, non valere poſteà proceſſum; quia habeatur pro certiorato, *l.ait prætor.10.§.ſi quis particeps ff quæ in fraud. credit & poſt Bart.in l.quæſitum num 5.ff.de re iud.* quem & alij ſequuntur, Molin, *d.conſ 19. numer 3.* Reb.*d.tract de excuſ num.25* vbi probato poſteà impedimento vincere partem in cauſa nullitatis ideoque iudicem debere excuſatori dare terminũ, vt doceat de impedimento, *l inter . excuſatorem, & l.ſex.§.ad crimen,ff.de publ iu l.vti per* Reb.latiùs.

c. *Medici.*

c. *Medici.*) Luc. de penn. in *l. ſi nel.* 6. *in verb. medicis C. de re mil. l.* 12. vbi pulchrè in *verſ. ex præmiſſis*, vſum iudiciorum æquitate, ſuadente ſeruare vt ſufficiat publicum inſtrumentum, continens teſtimonium medicorum vel medici (cum non poſſunt plures haberi) iuramento ſuo aſſerentium, coram tabellione ac teſtibus, citatum pati, vt ad iudicium citantis ire non poſſit, latius etiam Rebuff. *d. tract. de recuſ. nu.* 101. *&* 25. cum ſeqq. vbi quomodo aliter quoque probatur infirmitas.

d. *Iuſtitiariorum*) Reb. *d. tract. de excuſ. num.* 34. *& ſub num.* 101. Et proceſſum factum, ſententiam, que latam contra carceratũ, aut alium impedimẽto neceſſario & probabili impeditum, ipſo iure nõ valere, ſi ſciuit iudex impedimentum: alioqui per reſtitutionem in integrum reſcindi, poſt Bart. *in l.* 1. *ff. de diuerſ. & temp. præſcr.* Socin. *de citat. art.* 5. *quæſt.* 28. *num.* 51. Afflict. *dec.* 29. *ſub num.* 3. & voluit nouiſſ. Buſ. in *l. diuus, poſt princ. ff. de in integr. reſtit.* latius poſt eundem Bart. *in l. ij. in fin.* ibidemque Caſtr. *ſub num.* 6. Iaſ. *num.* 10. aliosque *ff. de in ius voc.* Molin. *dict. conſ.* 19. præſertim, *num.* 9. & ſeqq. vbi *num.* 12. adducit hac in re Caſtr. *num.* 2. *in d. l. quæſitum* (vbi eum probat, & Zaſ. *in* 2. *coll. verſ. deinde ſi ſit ff.* de re iudic. pulchrè concordantem & ad praxin deducentẽ dicta Bart. *in d. l. is qui reus, ad fin. ff. de pub. iud.* quod imputet ſibi impeditus quare procuratorem non miſerit: vt locũ habeat duobus concurrentibus, videlicet quod reus iuſtè in carceribus detineatur, & facultatẽ habeat mittendi procuratorem: quorum altero deficiente, decidit locum habere ſententiam eiuſdem Bart. *in d. l. ij. in fin. & in d. l. quæſitum.* vt iudicium, latũ à ſciente impedimentum, nullum ſit ipſo iure, alioqui per reſtitutionem annullandum, declarando latius; vt & Socin. *in d. l. ij. ſub num.* 9. aliam quoque Imol. *in d. l. is qui reus.* concordiam referens. Eandemque diſtinctionem ſentit & Angel. *conſ.* 65. *ad fin.* Afflict. *tract. de iur. protomiſ.* § *vt infra* 30 *dies* 11 *ſub num.* 34. & Tiraq. *de retract. proxim. paragr.* 9. *gloſſ.* 2. *ſub. num.* 38.

e. *Vxor.*) Rebuff. è ſtylo, *d. tract. de excuſ. nu.* 60. *in fin. & ſub n.* 100.

f. *Salua exoniatione.*) Reb. *d. tract. de excuſ. ſub n.* 26. vbi dari quoque dilationem parti aduerſæ, ſanum illum probare volenti & vtrunque probare intentionem ſi velit & poſſit: vt & latius ibidem *num.* 28. vbi ſi probatum fuerit ſanum eum, poſſe iudicem reuocare dilationem expectatoriam iam conceſſam, ſecundum notat. in *l. ſiue pars, Co. de dilat.* Sed & quod, licet impedimentum iuramento probetur, poſſit tamen contrarium probari, voluit poſt Innocent. *in c. quia propter, num.* 12. *verſ. item videtur* (vbi & alij) *de elect.* Tiraq. *retr. prox. d.* 4. *gl. num.* 7. Menoch. *d. caſu.* 118. *nu.* 2. *in fin.* Maſcard. *d. concl.* 884. *num.* 14.

g. *Decernitur.*) Nullo autem comparente datur defectus, & iterum in ius vocatur contumax ad videndum adiudicari defectus vtilitatem, qui ſi comparet, & iſta probet, inducitur primum edictum, ad hoc vt ad nullas expenſas primæ contumaciæ teneatur, ad quas non probans condemnabitur. Reb. *d. tract. de excuſ. num.* 104. & ſub *num.* 23. diuerſum docens in criminalibus, vti & *art.* 12. & ſeq. *in d. tract. de contum. & def.* & apud nos *art.* 565. *ordinat. ſ. natus Brab.* Idemque Rebuff. *dict. tract. de excuſ. numer.* 60. teſtatur vidiſſe in iudicio ſeruari quod hodie iſta excuſatio in Francia tantum recipiatur in criminalibus, quando debet reus perſonaliter comparere: in ciuilibus vero procuratorem quis mittere debeat, alioqui contumax reputetur: tamen ſi iuſto aliquo impedimento fuerit obſtrictus pœnam contumacis non patietur per *l. contumacia paragrapho pœnam Digeſtis, de re iudic.* vt ille latius.

h. *Salua exoniatione.*) Reb. *dict. tract. de excuſ. ſub n.* 25. poſt doct. in *cap. querelam de procurat.* aliosq; alibi.

i. *Nulla.*) Non arctare citatum ad comparendum, nec ad deliberandum nec quidquam per eam amitti, Reb. *d. tract. de contum. & defec. art.* 1. *gl.* 8. *nu.* 13. allegando etiam Rom. *conſ.* 42. *ſub n.* 2. & Dec. *conſ.* 360. *num.* 1. ſed melius probat idem Dec. *in ca. prudentiam, n.* (mihi) 91. *de offic. deleg.* & latius Gramm. *dec.* 29. *nu.* 2. *ſub n.* 3. *& ſeq.* vt & proceſſum, vigore eiuſmodi citationis factum, ipſo iure nullum eſſe, nouiſſ. VVameſ. *conſ.* 87. *nu.* 14. *& conſ.* 89. *num.* 12. voluitque Roland *conſil.* 39. præſertim *n.* 11. *lib.* 1.

k. *Comparitione.*) Idem quando citatio prima facie apparet ſecundum regulam iniuſta licet in alioquo caſu iuſtificari poſſit, Dec. poſt alios *in ar. cap. prudentiam, num.* 19. voluitque Mattheſill. *ſing.* 19. *nu.* 4. vbi apoſt Sarayn. declarando *n.* 23. *cum ſeqq.*

l. *Aut peſtilentia*) Sic intelligi locum non tutum ſiue propter inimicitias, ſiue propter peſtem, vel bella, tradit ex ſententia Afflict. *d. dec.* 29. aliorumque Marant. *de ordin. iud. part.* 6. *tit. de citat. nu.* 131. *verſ. & intelligitur.*

m. *In minus.* Menoch. declarando, *conſ.* 466. *ſub num.* 5. *& ſub nu.* 29. cum ſeqq. de quo diximus ſuis locis latius; vt & de reliquis ſimilibus hic præcedentibus & ſubſequentibus.

n. *Filij ſui requiſitionem.*) Eſt enim hæc citatio ſine prætoris permiſſu nulla, *l.* 1. *in fin. Cod. de in ius voc.* Alex. *in l. vlt. ſub num.* 2. *C. de in ius vocan.* vbi contra patrem non comparentem proceſſum eſſe nullum; aliter atque contra comparentem, nec tamẽ opponentem, Capyc. *ex com. dec.* 56. *nu.* 6. Viu. *com. opin. li.* 2. *verb. filius vocare n.* 3. cum ſeqq. licet contra *lib.* 1. *verb. emancipationis, ad fin.* Diximus hac de re vberrime ſuperius *cap.* 27. *ſub num.* 12. *&* 13. *ad verb. ſine naturalet*, & ſeqq.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXVI.

De Defectibus & Contumaciis.

SVMMAE.

1 *Contumacia decernitur, vel* { *Ob non comparitionem.* / *Ob non reſponſionem.* / *Ob non reſtitutionem.* / *Ob non reparationem.* / *Ob non exhibitionem.* / *Ob id quod iuſtitiam retardat.* }

2 *Contumacia punitur multis modis.*

1 Contumacia ob multas cauſas decernitur, datur enim nonnunquam & decernitur ob id quod non compareat. Aliquando ob id quod non reſpondeat. (a) nonnunquam ob non reſtitutionem, Aliquando ob non factam reparationem, nonnunquam propter non exhibitionem. (b) Aliquando ob id quod iuſtitiā impediat, aut retardet.

Contumacia autem quomodo in praxi puniatur, 2 (c) multis ac diuerſis modis, infra declaratum reperietis.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LXXVI.

a. Non reſpondeat.) Reb. declarando, *conſtit. reg. tom. 2. tract. de contum. & def in praf. nu. 17.* Eumque reputari contumacem, qui per aduerſariū accuſata contumacia, per iudicem iuſſus reſpondere detrectat ſine cauſa, VVameſ *conſ. 87.* poſt Batt. *in l. de ætate §. qui tacuit in fin. ff. de interrog. action.* aliosque Propriè tamen dici contumaciam in non comparente, nec ſui præſentiam faciente; quaſi verò contumaciam in comparente, ſed reſpondere nolente. Dec *conſ. 14. ſub nu. 2. verſ. & propriè* ſed reprobat Reb. *in d. præfat. tract. de cont. & def n. 5.* per allegatum ab ipſomet Dec. *tex in d. §. qui tacuit. in verb. qui omnino non reſpondit contumax eſt.* Adeoque ſiue quis non compareat, ſiue non reſpondeat, vel non pareat iudici quid præcipienti, contumacem eſſe, pœnamque contumacis pati adſtruit ibidem Rebuff. licet idem quod in *d. ſuo conſ. 14* teneatur etiam Dec. *in cap. 1. de iud. in 1. lect. nu.* (mihi) 57. dum ibidem contra Arct. latiſſ. quoque ex *num. 53. & in 2. lect. ex num. 53.* ſuſtinet maiorem reputari contumaciam in non comparendo, quam non parendo commiſſam, id quod ibidem voluit & Rip. *num. 32.* Socin. *in l. 1. §. ſi procurator, num. 12 ff. ſi quis ius dicent. non ob emp.* mihi tamen nunquam ſolidum viſum eſt, præſertim quod huiuſmodi in non parendo contumacia adeo odioſa in iure habeatur, vt in odium contumacis ſemper accipiatur quod illi nocet: ideo qui hæres eſt ex parte, & interrogatus an ſit hæres, tacet, pro negante habetur, vt ſic ex quaſi mendatio teneatur: nec habeatur pro confitente, quia magis ſibi hoc prodeſſet, vt eleganter docet, & ſimilibus exemplis illuſtrat Coſtal. *ad d. §. qui tacuit, poſt princ. verſ. hic aut. m.* Atque adeo maiorem eſſe contumaciam præſentis quam abſentis, probat etiam Bald. *in l. 1. ſub nu. 13. C. quomodo & quando iud.* quibus addantur & ea quæ annotabimus infrà *cap. 79. ad verb. confeſſi.*

b. *Non exhibitionem.*) Reb. *in d. præf. ſub n. 17. vbi n. ſeq.* idem in non reſtituente: & generaliter quoties quis, quauis in parte litis, iudici non parere deprehenditur, licet Zaſ. *in l. contumacia, 53 ſub init. de re iud.* colligat ex illo textu, ex ſententia *gloſſ. 1. ibidem*, contumaciam poſſe euenire quintupliciter: aliquando enim eſſe contumaciam non venientis; aliquando non reſtituentis; tertio non reſpondentis; quarto recedentis, cum comparens ſine iudicis licentia receſſerit; quinto non exhibentis, contra quem tanquam contumacem iurari in litem addit, *per tex. in l. creditor. § iuſſu, ff. de appell.*

c. *Puniatur.*) Zaſ. *in d. l. contumacia, verſ. nunc ergo tractantes, ff. de re iud.* Oldendorp. in progymnaſ. *claſſ. 1. art. 2. in fin. remed. puniend.* contra Marant. latiſſ. *de ordin. iud. part. 6. mem. b. 2 num. 9.* cum ſeqq. Rebuff. latè *d. tract. de cont. & def art. 12. gloſſ. 1. nu. 5.* cum ſeqq. Gail. è praxi, *libr. 1 obſ. 60 num. 1.* cum ſeqq. Roland. *conſ. 47.* præſertim *num. 44.* cum ſeqq. *libr. 2.* Viu. *dec. 138.* præſertim *num. 3 dec. 252 nu. 1.* cum ſeqq. & *dec. 272. num. 1* cum ſeqq. Merul. latà prax ſuæ *libr. 4. diſt. 4 ſect. 2. tit. 10. cap. 1. & cap. 2. num. 1.* cum ſeqq. vbi *num. 6.* & ſeqq. quomodo inſuper in emendam fiſco applicandam condemnentur contumaces, *ex c. 122. inſtruct. Holland.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXVII.

Defectus contra Impetrantem in non veniendo.

SVMMAE.

Quando actor citatus non comparet:

1 *Reus habet licentiam curiæ, & expenſas.*
2 *Contumacia Actoris, grauior eſt, quàm Rei.*
3 *In actione perſonali, Reus habet licentiam curiæ & expenſas, & citans perdit omnes ſuas prouiſiones.*
4 *In materia nouitatis, ca litat impetratione, poſſeſſione, cauſa, & damnatur in expenſis & intereſſe.*
5 *In manutenentiis reijcitur, & citatus comparens manutenetur.*
6 *In ſimplici Saiſina citatus, habet licentiam curiæ & expenſas.*
7 *In euocationibus perdit ius euocationis, & cauſa remittitur ad locum vnde venit euocata.*
8 *In reformationibus Citatus, habet licentiam Curiæ, expenſas, & ſententiam.*
9 *Appellans damnatur 60. libr. & Reo comparenti, confirmatur ſententiam cum expenſis.*
10 *In appellantibus, nec etiam compareat citatus, decernitur defectus, contra appellantem, finitur proceſſus cum expenſis pro citato.*
11 *In appellationibus cum proceſſu ſcripto, perdit appellationem cum expenſis.*
12 *In interceptationibus citatus appellans, habet licentiam Curiæ, expenſas, & ſua fatalia.*
13 *In deſertionibus appellationis, appellans habet licentiam Curiæ, & expenſas, ſed fiſco ſoluere debet.*
14 *In euictionibus perdit euictionis litem & expenſas.*
15 *In inſpectione loci perdit cauſam & expenſas.*
16 *In arramenis, perdit litem & expenſas.*
17 *In remiſſionibus perdit cauſam, litem & expenſas.*
18 *In taxatione expenſarum, perdit Curiæ licentiam & expenſas.*
19 *In executione, & decreto, perdit actum executionis, & expenſas.*

20 *Si actor poſt litiſ-conteſtationem in aliquo actu deſit, ab eodem detruditur.*
21 *Actor qui in cauſa concludere debet, ſi non compareat, nihil amplius probare poterit.*

1 IN Flandria, & etiam inſupremò conſilio Mechlinienſi, quando ipſe impetrās non comparet, tum ſecundum ſtylum reus comparens habet licētiam Curiæ, (a) ſiue à Curia & expenſas, inquantum doceat citationem aut de citatione, & de copia exploti in ſe facti. Et intelligitur, quod in eo caſu licentia Curiæ cum expenſis ſit abſolutio ab inſtantia. (b) Quod ſi reus non doceat, (c) tum habet ipſe verbum (comparuit) & commiſſionem ad Actorem citari faciendum cum intimatione ad videndum ſibi adiudicari dictam licentiam & expenſas, (d) & ſi tum actor non compareat, (e) tunc adiudicantur ipſi reo ipſa curiæ licentia, & expenſæ, & etiam expenſę defectus, ſiue non comparitionis Aut poteſt reus petere Actorem citari cum intimatione, ad videndum & audiendum petitionem ſibi faciendam, ſiue ad actionem ſibi intentandam in principali. Quod ſi præfixo die ita Citatus non compareat, tunc vlterius proceditur per defectum, aut alio modo, vt decet, & neceſſum eſt (f)

Contumacia in actore lōnge grauior eſt, (g) quam in Reo, & omnes contumaciæ interpretantur & decernuntur ad grauius, onus contumacis effectu. 2

In materia quoque perſonali ciuili, ſi Impetrans non compareat. Citatus habet & nanciſcitur licentiam curiæ & expenſas (vt dictum eſt) & præterea reuocantur & pereunt (h) omnes prouiſiones quas per ſuam impetrationem nactus fuerat, ſicuti prouiſiones conſignationis faciendæ (vulgo nantiſamenti) prouiſio poſſe facere arreſtum bonorum prouiſio manus garnitæ, prouiſio mandatorum efficacium & locum tenentium, & ſimiles, & ſupra hæc impetrans condemnatur in omnibus expenſis damnis, & intereſſe. 3

In ma-

Digitized by Google

4 In materia item nouitatis ſi Impetrās non compareat, cadit à ſua impetratione, & à poſſeſſione quam prætendebat, & quodammodo remouet manum ſuam à cauſa contentioſa, vt non ad ſuum, ſed ad commodum & profectum citati comparentis, ea non comparitio, decernatur. Et is Impetrans deficiens ſiue non comparens, condemnatur in omnibus expenſis, damnis & intereſſe.

5 Idem quoque contingit in materia Manutenentiæ, (*i*) & Citatus comparens manutenetur, docendo ſuum titulum & inſtitutionem canonicam. Et citans non comparens reiicitur.

6 In materia verò ſimplicis Saiſinæ, ſi Citans non compareat, Citato conceditur licentia Curiæ, & eidem expenſæ adiudicantur.

7 Sic etiam contingit in materia Euocationis, Citante non comparente, euocatio perit & reuocatur, & cauſa remittitur (*k*) ad locum, vel quo euocata deuenerat.

8 In materia autem Reformationis ſi Citans non compareat, tunc Citatus comparens, obtinet & impetrat licentiam curiæ, & expenſas. Et etiam ſortitur prior ſententia ſuum effectum ad commodum & vtilitatem intimati comparentis.

9 In materia appellationis ſi Appellans non compareat, appellatio declaratur deſerta, & prior ſententia confirmatur, & Appellans deficiens condemnatur in emenda ſiue mulcta ſexaginta librarum, & in expenſis.

10 In materia verò Appellationis, ſi nec Appellans ex vna parte, nec Citatus ex altera parte comparerent, Curia tanquam ad inſtantiam & requiſitionem intimati cōparentis, daret & decerneret defectum contra Appellantem, & declararet appellationem deſertam per minus ſufficientem proſequutionem, & confirmaret iudicatum ſiue priorem ſententiam latam, deinde condemnaret Appellantem in mulcta ſexaginta librarum, & in expenſis ipſius intimati, litemq; finit, ſine vlteriore proceſſu, idque ex ſuo officio, quod ibi non adſint Partes, quæ defectum peterent.

11 Quum Appellans aut reformans eſt in defectu, aut negligit adferri ad curiam, die ipſi præfixo & ordinato, totum proceſſum, qui ſcripto receptus fuerat, tunc d. Curia per eum defectum ius dicit, & confirmat, approbatque ſententiam exhibitam, & porrectam per intimatum, ſine vlteriori expectatione proceſſus.

12 In materia anticipationis, ſi ipſemet Anticipans non compareat, habet & obtinet licentiam curiæ, & expenſas, & ſuis vtitur fatalibus, id eſt, trium menſium tempore, quos curia ordinariè ad releuandum, & ad exequendum permittere ſolet.

In materia ſimiliter deſertionis appellationis, ſi ipſe Anticipans non compareat, Appellans habet licentiam Curiæ, & expenſas, ſed obligatur reſpondere, & ſoluere Procuratori generali quantum ſpectat ad Emendam ſeu mulctam deſertionis. 13

In materia euictionis (vulgò guarandæ) ſi Actor ipſe non compareat, citatus habet licentiam curiæ cum expenſis, & poſtea Citatus non tenetur ad Euictionem, aut (vt vulgò) ad guarandam faciendā. 14

In materia inſpectionis loci, ſi Actor, qui eandē inſpectionem fieri popoſcit, non compareat, ipſe decidit à principali, & ſoluit expenſas. 15

In materia Arramentorum, hoc eſt, quando hæredes debent ſuſcipere, & producere proceſſum relictum, & non conſummatum à mortuo, ſi Impetrans contra citatos hæredes non compareat, Rei hæres vel hæredes habent licentiam curiæ & expenſas: ſic etiam facit, quando impetrans ſuo tempore ac die compareat, ſed minimè inſtructus, aut paratus oſtendere ſuos contractus. 16

Si Actor obligatus reſpondere in materia remiſſionis non compareat, nec reſpondeat, is decidit ab inſtantia, & cauſa remittitur, & deficiens condemnatur in expenſis. 17

In materia taxationis expenſarum, ſi Actor ipſe non compareat, citatus habet licentiam Curiæ & expenſas, & principales expenſæ non taxabuntur, ſine noua citatione. 18

In materia executionis, & etiam decreti, ſi Actor permittat ſe contumacē reddere, executio & quicquid actum fuit reuocatur, perit & annihilatur, & Actor in omnibus condemnatur expenſis, ſententia tamen manente in ſuo vigore, vt ipſa de nouo ad executionem mandandā committatur, in quantum non fuerit renouata, nec annalis, nec diei. 19

Si Actor poſt litiſconteſtationem (*l*) in aliquo actu deficiat, ipſe detruditur ab eo, quod illo eodē die ipſi agendum fuerat, & non ab aliis, ſicut reiicitur aut à replicando aut à ſcripturis ſeruiendo, aut informationes, aut productiones faciendo, & ſic à ſimilibus 20

Si Actor debeat concludere in cauſa, & non cōpareat, proceſſus ob defectum retinetur, & poſtea deficiens non poterit aliquid amplius ſeruire aut exhibere in ipſo eodem proceſſu. 21

A N-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LXXVII.

a. H*Abet licentiam curiæ.*) Quod relaxare appellat Imp. in *l. properandum, §. & ſiquidem, C. de iu d.* ſecundum Rebuff. *tom. 3. conſtit. reg. tract. de contum. & def. in præfat. nu 5. vbi n. 6. & artic. 3. gloſſ. 1. num 4.* vſum forenſem vti his tanquam diuerſis vocabulis, defaulx & congez, vt primum obtineat actor contra reum non comparentem aut non parentem, ſecundum obtineat reus actore non comparente ibidemque remiſſiuè remedia quę dantur reo comparenti contra actorem contumacem, & per Felin. *in cap. conſul ut. ſub numer. 7. de offic. de leg.*

b. *Abſolutio ab inſtantia.*) Vel ab obſeruatione iudicij, pulchrè per Bartol Bald. & clariùs Caſtr. & exactè Sichar. præſertim *n 20.* cum ſeqq. *in authent. qui ſemel. C. quom. & qu. iud. iud.* & *in d. §.* & ſiquidem. Felin. poſt alios *in d. cap. conſuluit,* præſertim *n. 7.* & Dec. *n* (mihi) 51. cum ſeqq. Marant. *de ord. iud. part 5. ſub n 49 num 52.* & ſeqq. *& part. 6. membr. 2. n 35.* VVurmſer. enucleate è ſtylo obſer. *2 tit. 7.* Gail è praxi, *lib. 1. obſ 59.* in princ. *num. 1.* & ſeq rurſus *n 4.* cum ſeqq. vbi ſi actor in iudicio ſemel comparuit, & libellum exhibuit: deinde lite nondum conteſtata, incipiat eſſe contumax, & litem mori patiatur, in arbitrio rei eſſe, poſt factum proclama, & tres inſequentes iuridicas elapſas, aut petere abſolutionem à citatione, aut in contumaciam actoris litem negatiuè conteſtari, & demum in cauſa principali procedere. Neque de conſuetudine opus eſſe expectare finem triennij, vel prope finem, vt abſolatur ab obſeruatione iudicij tradit etiam VVurmſ. *d obſ. 2. in fin.*

c. *Non doceat.*) Si pronunciauerit iudex contra quempiam tanquam contra contumacem, cum cōtumacia ipſius non eſſet iudici nota, proceſſum eſſe nullum, atque contumacia in alioſque actus factos ante relationem nuncij, licet verè contumax eſſet, Bart. *in l multum intereſt. in fin* ibidemque Socin. limitando *num. 11. ff. de con dit & demonſtr.* Calder. *conſ. 6 de dilat.* Roman. *cu apoſt* Mandoſ *conſ. 454 n. 14.* Felin. limitando *in cap. eccleſia S. Mariæ ſub n. 14. de conſt t.* Dec. limitando *in c. quoniam contra, n.* (mihi) 97. cum ſeqq. de probat. *& in c. prudentiam, ſub n 118. de offic. delegat.* Marſil *in l. de vnoquoque, n. 119. ff de re iud.* & limitando *in l. patre vel marito. n 44.* cum ſeqq. *ff. de quæſt.* vbi eũ ſequitur Viu. *d dec. 138 n. 28.* Reb. limitando *d. tract. de contum. & def. art. 2. gl. 1. n. 2.* cum ſeqq. vbi *n. 11* cum ſeqq. poſſe iudicem reo præſenti, abſente actore, commeatum (ſiue licentiam) dare, ſub conditione ſi ſit dies aſſignata.

d. *Et expenſas.*) Hæc ferè ſtatuuntur quoque in ordin. ſenatus Brab. *artic. 517. & 518.* Et de huiuſmodi expenſis tractat poſt alios Sichard. latè, *in d. authent qui ſemel, n. 20.* cum ſeq. Mynſing. *cent. 4. obſer. 67. tota.* Ant. Fab. *C. lib 3. tit. 1. def. n. 23. n. 1.*

e. *Actor non compareat.*) Idq; in Frãcia, ſolummodò in hoc caſu obſeruari, indicare videtur Imbert. *inſtit. forenſ. lib. 1. c. 13.* cum ait, ſi die dicto præſto non ſit actor, edictum à iudicio abſolutorium reo præſenti cõceditur; eique litis ſumptus abſens reddere iubetur: verùm dies (inquiens) indulgetur, intra quam edictũ circumduci poſſit. Sed hæc preſſius & appoſitè magis complectitur *artic. 111. inſt. curiar. Holl* quem declarat Merul. in prax. *lib. 4. diſt. 4 ſect 2. tit. 7. c. 1.*

f. *Et neceſſe eſt*) Ad hoc videatur *d. authent. qui ſemel,* Et apud nos *artic. 519. de ordin ſenatus Brab.*

g. *Grauior*) Iaſ. in *l 1 §. ſi procurator, in fin. ſi quis ius dic non obtem.* Dec poſt alios *in d c conſuluit, n* (mihi) 50. Reb *d. tractat de cont. & defect. art 2 gl 1 ſub n 11.* Imb. explicando, *d c. 13* in princ. Natt. *conſ 364 n 3.* Merul. declarando, *d. ſect. 2. tit. 6. cap 1. n. 3 poſt* Gail. *lib 1. obſ 59. n 6.* latè Tiraq. *de retract. proxim § 8. gloſſ. 2 ſub n. 12.* vbi propterea difficilius moram purgare Men *de arbitr iud lib. 2. caſu 45. n. 1. cum ſeq.*

h. *Pereunt.*) Reſpondet art. 520. *ordin. curiæ Brab.*

i. *Manutenenti c.*) Eſt hac de re artic. 521. *d. or. ſ. ſenatus Brab.*

k. *Remittitur*) Idem latiùs *art. 527. d. ordin. curiæ Brab.* vbi in articul. ſeqq. & quibuſdam quoque præcedentibus, ſub eodem hoc tit. De defectibus (ſcilicet) contra impetrantem; agitur (vernaculis verbis) de defectibus in materijs iiſdem in quibus & hic, quid cõueniat aut differat nihil attinet latiùs hic referre.

l. *Poſt litiſconteſtationem.*) Licet tunc de iure codicis abſente actore deberet reus abſolui ab obſeruatione iudicij, iuxta *d. §. & ſiquidẽ,* iure tamen nouiſſimo procedere poterit & iuſtificare ſuas exceptiones, & abſoluetur non ſolum ab obſeruatione iudicij, ſed & diffinitiuè procedetur, ſecundum *d. authen. qui ſemel,* idque teſte Reb. *d. tract. de contum. & def art. 9. n. 6.* in curijs Franciæ ſeruatur, ſi velit reus probare; alioqui abſoluetur ab obſeruatione iudicij. Scribit tamen Iaſ *ex con in d. §. & ſiquidem ſub n. 15.* ſi ſe actor lite conteſtata abſentauit, antequam à iudice ſtatuerentur ſibi termini ad probandum, non debere dici nihil fuiſſe probatum, ſed nihil fuiſſe actitatum; vnde reus ſolum poſſit abſolui ab inſtantia præſentis cauſæ, & ſic ab obſeruatione

iudicij; & ita propriè loqui tex. illum: ſi autem fuerint actori ſtatuti termini ad probandum, eo non probante, reum debere abſolui diffinitiuè, ex qua abſolutoria oriatur exceptio rei iudicatæ; & ſic loqui text. *in l. qui accuſare, C. de edend* ſequiturque Villal. *in com. opin. lit. R. num. 61. cum ſeq* extendendo adeo verum eſſe, vt abſolutus reus, quia non probauit actor, amplius de delicto illo non poſſit accuſari, nec per actorem, nec per alium; poſt Couarr. *ex com. var reſol lib. 1. cap. 8 verſus fin.* Apud nos ferè obſeruantur tradita hic in contextu ab auctore, vt in *art. 522. d. ordin. ſenat. Brab.* quæ latius etiam ſecundum praxin Galliæ, explicantur apud Imbert *d. libr. inſt. for. 1. cap. 14. toto.* Et facit regula quam exornauimus hic infra cap. ſeq. ad *verb. vocatis.*

CAPVT LXXVIII.

De Defectibus & Contumaciis contra citatum.

SVMMAE.

1 *Citatus non condemnatur Contumax, niſi de citatione facta conſtet.*
2 *In Flandria literæ citatoriæ leguntur per Grafbiarium.*
2 *In Parlamento Mechliniensi, poſt duos dies à viſis literis citatorijs, contumacia decernitur.*
4 *In perſonalibus & realibus petitoriis non comparens, cum defectu.*
- *Primò, reijcitur à declinatoria, & damnatur expenſis.*
- *Secundò reijcitur à declinatoria, & damnatur expenſis.*
- *Tertio, reijcitur à peremptoria, except. & defend. & damnatur expenſis.*

5 *In Parlamento Citatus non comparens, tantùm exoluit expenſas.*
6 *In aliis Curiis Citatus non comparens, repellitur ab omnibus exceptionibus.*
7 *Citatus*
- *Perſonaliter & non comparens, ſoluet expenſas antequam audiatur.*
- *Ad domum ſuam* / *Ad Procuratorem* — *licet compareat, expenſa differuntur ad diffinitiuam.*

Citato non comparente
8 *Ante litis-conteſtationem Actor aſſeritur in poſſeſſione.*
9 *Poſt litis-conteſtationem Actor contumacem repellit ab actione eiuſdem diei.*
10 *In poſſeſſione ſimplicis Saiſinæ, poſſeſſio adiudicatur Actori cum tertio defectu.*
11 *In nouitatibus Impetrans manutenetur in poſſeſ.*
12 *In Curia poſt explotum ipſe cadit à principali, & damnatur decem libr.*
13 *In manutenentia ipſe damnatur expenſis, & actor manutenetur.*
14 *Pragmatica ſanctio nullum locum obtinet in Flandria.*
15 *In manutenentia anticipationis, vel deſertionis, appellant quomodo puniatur.*
16 *In feudalibus ipſe reijcitur cum tertio defectu.*
17 *Ad taxationem expenſarum, ipſe reijcitur à diminutione.*
18 *Ad arramenta, proceſſus habetur ipſe pro aſſumpto.*
19 *In euictionibus, quomodo ipſe puniendus.*
10 *In remiſſione proſequenda, ipſe remiſſionis ius perdit.*
21 *In inſpectionibus ad locum contentioſum damnatur ipſe in principali, & in expenſis.*
22 *Ad videndum iudicari ſchedulam executorialem, damnatur ipſe expenſis, & executoria decernitur.*
23 *Ad diem ab ipſe acceptum, habetur is plenè contumax.*

24 *Citatus perſonaliter, ſi neget ſe non obediſſe eum, declaratur plenè contumax.*
25, 29 *Contumacia eſt triplex,*
- *Vera.*
- *Ficta.*
- *Præſumptitia.*

26 *Verè* / 27 *Fictè* / 28 *Præſumptè* — *Contumax dicitur,*
Qui ſe venturum negat, vel veniens recedit ſine licentia.
Qui non eſt citatus perſonaliter, ſed tantum ad domum.
Qui executori aut nihil reſpondet, aut ſe venturum dicit, quod non facit.

30 *Verè Contumax in appellationibus non eſt audiendus.*
31 *Fictè Contumax in appellationibus eſt audiendus.*
32 *Ter citatus Contumax, plenè Contumax habetur, & in omnibus actibus repellitur.*
33 *In materia perſonali citatus, decidit à defenſione cum ſecundo defectu.*

Citato non comparente
34 *Ad chirographum fatendum vel negandum, damnatur in* — *Parlamento ad nantiſationem.* / *Flandria poſt tertiam citationem.*
35 *Ad chirographum Patris agnoſcendum, damnatur expenſis & defectu.*
36 *Ad iurandum de veritate iuramentum defertur actori.*
37 *In euocationibus, euocatio interinatur, &c.*
38 *In reformationibus & appellationibus, quid decernatur.*
40 *In magno Concilio citati, non ſuſtinent ſuam ſententiam.*
41 *Bailliuus, ſi velit extra iudicium permanes.*
42 *In iudicatione Decreti, ſi opponentes non compareant, primo damnantur expenſis, ſecundo repelluntur.*

SIcuti monſtrauimus citantem non rarò à iudiciis abeſſe, & deficere: ita quoque & citatus aliquando non compareat, vel ex contemptu, vel ex negligentia, vel per obliuionem. Et tunc de non comparitione, & contumacia (*a*) condemnatur.

1 Sed hoc præmittendum eſt. Quod nemo citatus declarandus ſit contumax, niſi prius conſtet (*b*) citationem fuiſſe factam, hæc autem conſtabit per commiſſionem, relationem & executionem ipſius executoris citantis, propterea ne quis dolus, aut iniquitas ſuboriri poſſit.

2 In Flandria pro more, & conſuetudine obſeruatum eſt, vt Iudex per Graphiarium legi iubeat relationem executoris, priuſquam contumaciam decernat & iudicet.

3 Sed in magno Concilio Mechlinienſi, vt tempori parceretur, non iubent legi relationem executionis, quia ipſis ſufficit eaſdē literas vidiſſe, quas tūc pro lectis habēt, & tamē defectū nō ſtatim decernunt, ſed de eo adiudicādo ad duos dies differunt, quibus expletis defectū, & contumaciā decernunt.

4 In Flandria, & in Concilio Flandriæ, & etiam in Parlamento Mechlinienſi, ſi citatus in materia ciuili perſonali, ac etiam in materia reali petitoria non compareat, ipſe cum primo defectu detruditur & repellitur à declinatoria, (*c*) & ſoluit expenſas, Item cum ſecundo defectu, ſiue cum ſecunda non comparitione, etiam repellitur à declinatoria, & ſoluit expenſas. Sed cum tertio defectu (*d*) detruditur & repellitur à peremptoria, & ab omnibus exceptionibus ac defenſionibus, ſoluitque præterea expenſas. Deinde mādatur Actori, vt ſuā petitionē exhibeat per intēdit, ſiue per modū & formā intēdit, atq; vt illud intendit verificet, parte aut partib. cū debita intimatione ad eā verificationē vocatis.

5 In aliis autem curiis, ſicut etiam in Parlamento citatus non comparens, ſolas ſoluit expenſas, & non amplius, quas vbi perſoluerit, (*f*) auditur in omnibus ſuis exceptionibus.

6 Sed in alijs curiis particularibus citatus non cōparens, ſed deficiens, repellitur ab omnibus exceptionibus, ſed expēſæ reſeruentur vſq; ad definitiuam. Atq; ita olim in Flādria vti ſolebant. Sed paucis ab hinc annis ibi introductum eſt, vt ad vnumquemque defectum (*g*) expenſas ſoluere cogantur.

7 Nonnulli iudices ante decernendum defectum, primò vtuntur hac duplici diſtinctione, & conſideratione, aut ex literis, aut ex relatione executoris, quia ſi ex iis literis reperiant citatum, eſſe citatum perſonaliter, tunc iubent eum exoluere expenſas, antequam vlterius audiatur. (*h*) Et ſi reperiant eum duntaxat ad domicilium citatum fuiſſe, aut ad perſonam ſui procuratoris, (*i*) tunc differunt & poſtponunt expenſas vſque ad definitiuam.

8 Secundum iura pœna citati non comparentis ante litem conteſtatā, in actione, aut in actionib. perſonalib. hæc eſt. Quod Actor tūc mittitur (*k*) & aſſeritur in poſſeſſione bonorum pro rata debiti, ex primo decreto, ſed id non eſt in praxi (*l*) vſitatum.

9 Reus qui ſeſe dimittit declarari contumacem poſt litiſcōteſtationem, ille duntaxat repellitur (*m*) ab eo, quod eodem die habet agere, ſcilicet, à duplica, à ſcripturis ſeruiendis, à productione faciēda, & ſimilibus.

10 In materia reali poſſeſſoria ſimplicis Saiſinæ, ſi citatus non compareat, tunc poſſeſſio ſecundum ſtylum prædictæ Curiæ cum tertio defectu, ſiue cū tertia comparitione citati, datur & adiudicatur Actori, quatenus de poſſeſſione ipſius cōſtet & appareat.
11 In materia quoque nouitatis, ſi citatus non compareat in loco contentioſo, impetrans ſecundum eundem ſtylum tenetur & manutenetur in ſua poſſeſſione, & omnia impedimenta tolluntur & auferuntur.

Digitized by Google

12 Et ſi citatus non compareat in Curia, poſt Explotum factum, ad dicendum & allegandum cauſam ſuæ oppoſitionis, tunc cum primo, & vnico defectu, ſiue cum vnica non comparitione, à principali decidit, & incidit in mulctã decem librarũ pro facto. Actione tamen ſua ſemper ſalua in petitorio.

13 In materia Manutenentiæ beneficialis, ſi citatus non compareat, Actor (docendo de ſuo titulo, & inſtitutione canonica) manutenetur, & citatus condemnatur in expenſis.

14 In Flãdria regulariter nõ admittunt titulũ pragmaticæ Sãctionis, quemadmodũ etiã nõ admittunt denominationes Pariſienſium, quia Flandriæ clericus ſe tenet exemptum ab Eccleſia Galicana.

15 In Manutenentiis anticipationis vel deſertionis appellationum, vtuntur in magno Concilio, ſi Appellans nõ compareat, quod is ſoluat expenſis pro primo defectu, & cum ſecundo defectu, quod ſua appellatio iudicetur deſerta, & ipſe condemnatur in emenda, & in expenſis ſimul.

16 In Curijs feudalium, in materia reali vtuntur, vt repellãt Reum, cum tertia cõtumacia, à poſſeſſione rei litigioſæ, & cum quarta contumacia (quam ponunt de anno & die) ipſum in perpetuum proprietate priuant.

17 In materia taxationis expenſarum, ſi citatus non compareat, ipſe cum vnico defectu, (n) ſiue cum vnica non comparitione repellitur, & detruditur à diminutionibus, & expenſæ taxantur, dummodo de condemnatione conſtet.

18 Qui citatus eſt ad capienda, aut reſumenda proceſſus Arramenta, & non comparet, is proceſſus cum vnico defectu habetur pro aſſumpto, & deficiens iterum citatur, vt compareat ad procedendũ ſecundum retroactam: & ſi tum nõ compareat, ius redditur ſuper illo, quod in Curia eſt, aut quod curia habet. Vtuntur in Flandriæ concilio, ſiue Flandria in materia Arramentorum, ſi citatus non cõpareat, quod cum vnico defectu ab Arramentis repellitur, & actor requirens exhibet ſuum commodum per Intendit, & ipſius defectum docet & verificat, ſi ſit ante Informationem (vulgò enqueſtã) & ſi ſit poſt informationẽ, tunc curat proceſſum deportari ad Curiã, partemq; citari ad contradicendũ aut ad contradictiones exhibendum. Quod ſi nec tunc compareat, cauſa habetur & cenſetur tanquã in Iuſtitia concluſa.

19 In materiis Euictionis, ſiue Garandiæ, aut aſſiſtentiæ ſiue adiunctionis, ſi citatus non veniat, aut non compareat primò die (quę citatio etiam eſt cũ intimatione partis) iuxta Flandriæ ſtylum, Actor tunc poteſtatur, facitque eam Proteſtationem poni ſuper rotula, capitque de ea actam, quam exhibeat, ac ſeruiat tempore & loco congruis. Sed deficiens non ſoluit expenſas, quia nemo de euictione promittit, nec aſſiſtit, nec ſe adiungit, niſi velit. In magno autem Concilio vtuntur ipſi duobus defectib. ſiue contumacijs in euictionis, ſiue guarandiæ materia, quorum ſecundus ſemper eſt cum intimatione, & eſt ratio, quod defectus ſint magni momenti, contra eum qui guarandiſare debet.

20 In materia Remiſſionis vel Reuocationis (ſcilicet, quando aliquis ſuam cauſam non vult coram alieno Iudice peragi, ſed cupit eam retrahi & reuocari ad ſuum Iudicem) ſi reus ſuam remiſſionem petitam non proſequatur, ſed eam cum ſilentio negligit, tunc cauſa eadem ob non proſecutionẽ mandatur hærere fixa, & non poſſe remitti.

21 In materia inſpectionis loci, ſi Reus in loco cõtentioſo non veniat, ſiue non compareat, à principali ſuccumbit, & ſoluit expenſas. Sic etiam eandem condemnationem & mulctam ſuſtinet, quando poſt loci inſpectionem factam, non venit, vt in cauſa procedat vlterius.

22 Quando aliquis citatur in magno Concilio, pro aliqua ſententia annali, aut pro ſchedula aliqua obligatoria, executioni obnoxia, aut in ſe executionẽ continente, vt veniat viſurus iudicari ſententiam executoriam, tunc ſi is citatus non compareat, ſed deficiat, condemnatur in expenſis. In Flandria tamen non condemnatur in illo caſu deficiens in expenſis propter negligẽtiam Actoris, qui cum executionem habuit, eandem tamen executionem diſtulit, ſed tantum literæ ipſius executoriales confirmantur, & ad nouam executionem decernuntur, & traduntur. Verum poſtquam talis citatio facta eſt contra Dominum, aut contra hęredem obligati aut condemnati, in eo caſu debent quo defectus eſſe, priuſquam executoria decernatur, & hoc ſecundum magni Concilij ſtylum. Sed in Flandriæ Concilijs procedunt iſta cum vnico defectu, ſiue cum vnica non comparitione. Qui verò citatus eſt ad videndum, & ad audiendum interpretari aliquã ſententiam aut tranſactionem obſcuram aut dubiã & ſi non veniat, aut non compareat, illa interpretatio fit rata cum vnico ipſius citati defectu, ſiue cum vnica non comparitione, & citatus condemnatur in expenſis.

23 Reus poſtquam petitionem Actoris audiuit, & deinde accepit diem & terminum ad reſpondendũ ad cauſam principalem, ſi illo accepto & præfixo die non reſpondeat, declaratur contumax cum plena contumacia, ita vt cauſam principalem perdat, & reiectetur ab omni vlteriori productione, vel interpoſitione facienda Atque ita vtuntur in Flandriæ Concilio, quod ex ipſo Parlamento proceſſit Pariſienſi. Sed in Parlamento Meclinienſi, Reus cũ tali defectu duntaxat repellitur ab omnibus exceptionibus (o) & defenſionibus, & actor admittitur ad ſcribendum per intendit, & ad illud verificandum parte vocata.

24 Quando aliquis citatus eſt perſonaliter, ſiue ad ſuam

Digitized by Google

ſuam perſonam, & executori reſpondet ſe non venturum, & non velle (*p*) venire, & ſi de tali reſponſo conſtet, & appareat per excutoris relationem, tunc citatus ille non comparens ſuo præfixo die, redditur & declaratur Contumax, cum plena contumacia, non ſecus, quam ſi peremptoriè, & ſub pœna contumaciæ citatus fuiſſet, quia ob non cõcomparitionem citati, iudex cẽſet relationem executoris, de citati reſponſo eſſe veram, & eandem habet pro vera. Attamen propter plurimorum Oſtiariorum leuitatem, quibus aliquando non ſatis tutò creditur (*q*) ideo ordinatur & mandatur in magno Concilio, vt fiat & altera citatio cum intimatione (*r*)

25 Iura ſpiritualia ſiue canonica, hanc diſtinctionẽ contumaciarum faciunt, qua vna dicitur Cõtumacia vera, altera ficta (*ſ*) Contumacia, & tertia contumacia præſumptitia.

26 Citatus, verus Contumax dicitur aliquis dupliciter, vel qui citatus executori audacter & expreſſe reſpondet ſe ipſius execution nõ obediturũ, neque in iudicium, aut coram iudice venturum, (*t*) neque pedem ſeeò moturum, idque re, & non cõparitione declarat. Vel qui citatus comparet quidam, ſed ſeſe iudici non præſentat, nec ipſum audit nec obedit, ſed ſine licentia (*v*) tacite recedit. Tales autem Contumaces in iure admodum ſuſpecti habẽtur, vt adeò cõtra ipſos procedatur ſine vlla alia vlteriori citatione facienda, *l. Fulcinius, §. Finali, ad eo.um notabili & frequenter allegato, Digeſtis Quibus ex caſ. poſſeſſ. eatur.* Nec talis poteſt appellare, (*x*) *leg. Diuus., in fine, & leg. ſequenti Digeſtis de reſtitut. in integr. in quibus tractatur & notatur, & leg. Et poſt §. Finali. ff. de iudic. & leg. Ab eo l. C. quomodo & quando iudex, & l. Si is quem C. deliber cauſ & c. de illicita, 24 q. 3.* Quæ intelligenda ſunt, niſi ita reſpondens, aut recedens pœniteat, & rediens compareat, iudice adhuc pro tribunali (*z*) ſedente, vt in *d. l. Diuus.*

27 Contumax autem ficte is dicitur, non fuit citatus perſonaliter, ſed ad cuius demum (*a*) citatio ſolum facta fuit. Ius enim præſumit talem citationem ad notitiam citati non perueniſſe Ideoque ad hunc etiam debet ter mitti citatio. Et poſt tertiam citationem, ſi non compareat, contra ipſum tunc proceditur, tametſi nullibi appareat, & continue abfuerit. Sed ſi poſtea comparuerit, & iuſtam abſentiæ cauſam docuerit, ſtatim abſque vlla difficultate reſtituitur.

28 Huic ſententiæ magis accedit Specul, *Tit de Cõtumacia*, Sed citatus præſumptè Contumax dicitur is, qui Executori aut nihil reſpondet, aut reſpondet ſe quidem venturum, ſed tamen comparet, nec venit. Hic cum primo defectu non iudicatur Contumax, Ideoq́ue & ſecundo tertio citandus erit, *leg. Contumacia Paragrapho Contumax ff. de re iudic. Praxis ciuil.*

Ius enim præſumit talem citatum aliquod impedimentum habuiſſe, & ob id venire nõ potuiſſe. Speculator, *d. Tit. de contumacia.*

29 Sic contumaciam diſtinguit (*b*) & dicit: Quod Contumacia alia ſit euidens ſiue notoria, vt cum citatus inuentus reſpondet ſe non venturum. Alia vera vt cum citatur, & nil dicit, vel ſi dicat ſe velle venire: non tamen venit, vt *in l. Ex conſenſu. §. Finali. ff de appellat.* Et tunc maximè nota, certa, & vera citatio dicitur, ſi ne poſt ſecundam, (*c*) imò ne poſt tertiam quidem citationem veniat, aut compareat, neque vllam ſuæ non comparitionis excuſationem proponat, aut declarat. Alia Contumacia dicitur ficta ſiue interpretatiua, ſcilicet, quando citatio non eſt facta in perſonam citati: Nam ſicut vera citatio dicitur, quę facta eſt ab homine in hominem, ita ficta, ſeu interpretatiua citatio dicitur quæ non fit ab homine, ſed à iure, vt notatur *in ca. ſtatuimus, de elect. lib. 6.*

30 Sed de his contumaciis ſciendum eſt, quod ſicut is qui verè contumax eſt, non auditur Appellans, ita multo minus in appellationibus audiendus eſt, qui notorie cõtumax eſt, vt & ſupra monſtratũ eſt.

31 Qui autem ſolum ficte, (*d*) vel interpretatiuè cõtumax habetur, huic appellare intra decendium licet, ſi interea temporis reſciſcat ſententiam contra ſe fuiſſe latam *l. Ab eod. C. Quomodo & quando iudex.* Sic etiam is Contumax notorius in appellationibus audiri poterit, ſi iuſta cauſa eum venire prohibuerit, quam iudex certam eſſe cognoſcit, vel ex narratione non comparentis, vel ex aëris affectionibus; aut ex aliis periculoſis obſtaculis *per dict. leg. Ex conſenſu paragrapho. Eum qui vli de hoc Digeſtis de re iudica leg. Contumacia, ff. eodem, cap. Cum Bertoldus, extra eodem titulo, de ſenten. & re iudica.* Item, etiam ſi tantum ſit contumax in non exhibendo (*e*) *l. ... re...itor. §. iuſſu. ff. de appellat* Si autem Procurator ( ) quiſpiam Contumax fuiſſet, adeo vt per ſententiam fuiſſet condemnatus, quæritur an tunc Domino appellare non licebit. Ad hanc quæſtionem reſpondet Speculator, *§. 1. tit. de appell. t.*

32 Sed ter citatus, etiam perſonaliter, & non comparens, is certe habendus eſt (*g*) magnopere, & plenè Contumax, & ab omnibus actibus, & etiam appellationibus reiiciendus. Vide per eundem Speculatorem, *titul. de citati. ne §. Viſo. verb. Quid ergo.*

33 In materia perſonali, & etiam in materia criminali ciuiliter intentata, vſitatum eſt in quibuſdã Franciæ Curiis, quod quando commiſſio libellum continet (*h*) citatus decidit cum ſecundo defectu à ſua defenſione. Sed ſi commiſſio nullum libellum contineat, debent eſſe tres defectus iuxta ſtylum. Sed de his nuſquam in Flandria, nec in magno Cõcilio vſitatum eſt.

34 In magno Concilio, quando aliquis citatur ad agnoſcendum, vel fatendum, aut ad negandum ſuum chirographum, vel ſignum manuale, aut ſuum ſigillum, & ſi tunc non compareat, chirographum & ſigillum habentur pro cognitis & confeſſis, & contumax condemnatur cum primo defectu (i) ad cõſignandum vel ad nantiſandum pecuniam, in chirographo contentam, & inſcriptam & hoc ſi tale chirographum ſimplex & purum fuerit, non autem conditionatum, & ſi præterea non contineat res aut cauſas maiorem cognitionem requirentes. Quod ſi ne cum ſecunda quidem citatione compareat, aut veniat conſignatum vel nantiſatum, actori traditur ſub cautione. Et contumax deficiens iterũ vel ſecundò citatur, vt procedat in principali. Ad quam ſecundam citationem, ſi nec tunc citatus Cõtumax compareat, tum fideiuſſor aut cautionarius abſoluitur & exoneratur, atque actori ſuum principale cum expenſis adiudicatur.

35 Sed in ciuitatibus Flandriæ vtuntur, quod tantum poſt tertiam contumaciam debeant citati chirohraphum aut ſigillum fateri, aut negare vel verificare, idque parte ad hoc vocata. Et quod ſuper eadem verificatione ſententiam tunc expectare debeant, ſine vlla pecuniarum conſignatione vel nantiſatione. Vtuntur etiam ibidem, vt qui citatus ad fatendum ſiue negandum ſuum chirographum aut ſigillum, admittatur ad illa cum ſuis exceptionibus quas tunc proponere poterit, (k) ſine vlla conſignatione, niſi fortaſſis id cauſarum cognitio diſſuaſerit.

36 In Flandria, & in magno Concilio, quando aliquis citatus eſt, aut ad fatendum, aut ad negandum chirographum aut ſigillum, ſui Patris aut cuiuſcũque (l) alterius, & ſi ſic citatus non compareat, impetrans obtinet notã defectus, & expenſas, & prçterea alias commiſſiones, ſed nullã conſignationem ſiue nantiſationem.

37 Quando autem aliquis citatur ad iurandum de veritate aut ad referendum veritatis iuramentum, & ſi tunc non veniat, aut non compareat, tum cum primo vnicoque ipſius defectu iuramentum quod is requirit defertur ad partem, vt ipſa ſuum iuramentum præſtet.

38 In euocationis materia, ſi citatus non compareat, euocatio interinatur, & citatus iterum citatur, vt compareat ad procedendum in cauſa, ſecundum retro acta.

39 In materia autem reformationis, aut Appellationis, ſi citatus magiſtratus non veniat, aut non compareat ad ſe prçſentandum, nec etiam intimatus cõpareat, tunc Curia dat, & decernit defectum contra intimatum, & ordinat magiſtratui citato, vt ſuum iudicatum ſuſtineat, quia id ſine ſuo Emendæ periculo ſemper iudicat. Et ſi quæ ſit Emenda, ea non contra magiſtratum, ſed contra intimatum decernitur, niſi ipſe magiſtratus per contumaciam in Emendam condemnetur. Sed ſi contingat, vt intimatus ſeſe præſentet, & Magiſtratus citatus non, tunc citatus mulctatur expenſis: & cum ſecundo defectu decidunt ipſi, ſcilicet, magiſtratus, & intimatus à ſuis iudicatis, & condemnantur ratione ſuorum abuſuum in Emenda ſiue mulcta ſexaginta librarum, & in expenſis Sed ſi Intimatus velit proceſſum ſiue iudicium ſuſtinere, & (vt vulgo dicitur) ſi velit ſeſe manutenere quod bene fuerat pro ſe iudicatum, id quidem ipſi facere licebit. Sed ſi id ſuſtinere nolit, quin potius ſinat ſeſe Contumacem declarari, tunc Appellans aut Reformans, ſuam obtinet concluſionẽ. Et in contrarium ſi velint citati (ſæpe magiſtratus) ſuſtinere ſuũ iudicatũ, aut latã ſententiã, & intimatus nõ intimatus primi defectus ratione ſoluit expenſas, & ſecundi defectus ratione, iudicati beneficium amittit, ita vt ex eo nullum commodũ aut emolumẽtum conſequatur, nec etiã executionem habeat, eodem iudicio ſeu proceſſu durante Et ſi poſtea dictum ſit, bene iudicatum, & malè appellatum, Appellans ſoluit Emendam, ac ipſius magiſtratus citati exenſas. Sed Intimatus, ob id quod factus eſt Contumax, nihil commodi ex ea ſententia conſequitur, niſi ipſe, iudicio aut proceſſu Appellationis durante, & ante eiuſdem ſententiam, ſuam purgaſſet contumaciam.

In magno autem Concilio, ſiue in Parlamento 40
Mechlinienſi, citati non ſuſtinent ſuum iudicium, ſiue à ſe latam ſententiam, ſed obligatur id facere Pars intimata, dummodo in illo iudicatum obtinere velit: quia omnes Senatus ſiue Magiſtratus Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ, & reliquarum regionũ, quæ ſub magno ſortiũtur Cõcilio (excepta ſola Flandria) non iudicant ab Emendæ periculo liberi.

In Flandria Balliuus, aut Monitor iuſtitiarius 41
ſemper ex iudicio ſiue proceſſu deletur, quoties deleri poſtulat. Et quãuis nihil aliud faciat, quam moneat, tamen ſi non veniret, contra ipſum decernetur contumacia, ad cõmodum eius cui competit,

In materia adiudicationis decreti, ſi opponentes 42
non compareant ſoluunt expenſas, cum primo defectu, & cum ſecundo defectu repelluntur à ſuis oppoſitionibus, & decretum contra ipſos interponitur. Tamen poſſunt & ipſi, & omnes alij venire & comparere ad emptionis precium augendum, donec & quouſque ſigillum decreti literis appoſitũ & appenſum à cera detractum fuerit. In Flandria verò ſiue in Flandriæ Concilio, decreti interpoſitio adiudicatur cum vnico defectu, ſed abſque cõdemnatione Partis in expenſis. Tamen poſſunt deficientes ad inuicem augere precium, iuxta præcedentem articulum.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXVIII.

a. *Contumacia.*) Reb. *ad conſtit. reg. tom. 3. tract. de contum. & defect. in præfat. num. 4.*

b. *Conſtet.*) Tex. eſt *in l. hac autem, 5. §. non defendi.* vbi Bart. not. *ff ex qu. b. cauſ. in poſſeſſ. eat.* Zaſ. *conſ. 7. n. 24. lib. 2.* Roland. latè *conſ. 47. num 63.* cum ſeqq. *lib 2.* Neque ex prima citatione contumacem poſſe mulctari, abſque noua vocatione Iaſ *in l. ſancimus, num. 11. C. de iudic.* & poſt Doct. *in cap 1. de iud.* Rebuff. latè *ad l. aliud eſt fraus, 131. §. inter mulctam. verſ. & ſic notabis, de verb ſign. f.* Diximus alibi quoque latius.

c. *Declinatoria.*) Etſi omnia hic exemplaria ſint conformia, reponendum tamen puto dilatoria, ſecundum latiùs in ſimili tradita per Reb. *d. tra. l. de contum. & defect art. 7 gl. vn. & art. 8.* vbi declarantur & limitantur latiſſ. vti & in criminalibus apud Benedict *in repet. t. cap. Raynut part. 2. ad verb. m. riuo itaque teſtatore, 1 num. 152 de teſtam* Eſtque apud nos in eam ſen. *art. 561. cum art. ſeq ordin. cur. Brab.* Et creſcente contumacia, creſcere debet & pœna, *cap. vlt. in fin vt lit. non cont. ſtat. & l. relegati, 4. in pri. ff. de pen.*

d. *Cum tertio defectu.*) Ita de ſtylo curiarum Franciæ ſeruari, vt vbi quis nunquam comparuit, & agatur de reali, perſonali, vel criminali, quòd requirantur quatuor, defectus ſeu contumaciæ, & ſic quarta dilectio ad audiendam ſententiam, demonſtrat Boër, *dec 255.* præſertim *n. 11.* quem probat & Blarer in repet. *l. diffamari, in 6. c. ſub n. 39. C. de ingen. manum.*

e. *Vocatis.*) Qui ſi compareant cauſam proſequi debet in eo ſtatu in quo eam reperiunt, vt poſt doct. *in cap. ceſſante, de appell.* Reb. *d. art 8 gl. 2 num. 1* vbi *num. 2.* addit, hæc probari regula (quam extendit & reſtringit latiſſ. quòd in vno art. contumax, in alijs ſit citandus: quæ regula probatur etiā per *l. aut qui aliter, ff. quòd vi aut clam,* ſecundum Bart *in l. conſentaneum, n. 16. C. quom. & quand. iud.* Bald. *conſ. 4. num. 1 lib. 5.* Caſtr. *conſ. 316. nu. 2 lib. 1. & in l. ad peremptorium, verſus fin de iud.* Alex. *conſ. 137. n. 12. lib. 2.* Marſ *ad l. de vnoquoque, num. 181. de re iud.* Ant. Fab. *C. lib 2. tit. 2 defin 11 n. 2* latè Vant. *de nul. l. proceſſ. tit. de nullit. ex defect. citat. n 98.* vbi id procedere etiamſi dixerit citatus ſe nolle comparere, intelligatur enim ad illum actum, vt ad alios nihilominus citandus ſit; Alex. *conſ. 81. ſub n. 4. lib. 4.* Reb. *d. gl. 2. n. 28.* licèt contra Zaſ. poſt alios *in l. contumacia, verſ. 3. fall. ſi abſens de re iud.* Sed late hæc & appoſitè magis explicantur *art. 108. & 109. inſtruct. cur. Holland.* quos tractat Merul. prax. ſuæ *lib. 4. diſt. 4 ſect 2. tit 8. cap. 1.*

f. *Vbi perſoluerit.*) Contumacem in non comparendo, ſiue actorem ſiue reum, non audiri, vel agēdo vel excipiendo, niſi prius contumaciam purget id eſt refundat aduerſario expenſas, *l. ſancimus,* vbi poſt alios Iaſ. extendendo & reſtringendo *n. 5. & ſeqq.* Sichard. declarando *n. 4. C. de iud.* Guid. *dec. 66. ſub n. 1.* Dec diclarando *conſ. 34. n. 9.* Reb. extendendo & reſtringendo *tom. 3. conſtit. reg. tract. de expenſ. damn. & intereſſe art. 5. gl. vnic. nu. 37.* cum ſeqq. Verall. *dec. 58. n. 10 part. 3.* Merul. *d. ſect. 2. tit. 10. c. 1.* Vin, etiamſi deficeret vnus nummus audientiā denegandam aſtruens, *dec 11 n. 1.* cum ſeqq. Marſil. (de his & ſimilibus extenſionibus agens latiſſ. *ad d. l. de vnoquoque, n. 197.* cū ſeqq. Idque ſiue verus ſiue fictus ſit contumax. Iaſ. è praxi & com. *in d. l. ſancimus, n. 15. & ſeq.* Olaſc. limitando dec. *9. nu. 2.* cum ſeqq. Cephal. exactè pleno *conſ. 709. cui inti.* difficultas eſt. Menoch extendendo & limitando, de arbitrar. *iud. lib. 1. quæſt. 36 n. 1. & 2.* vbi *n. 6 ex com.* poſt Bart. *n. 4.* Dec *n. 31* aliosque *in l ij C. de edend.* abſenti contumaci reuerſo, refectis expenſis, copiam actorum faciendam, vnà cum termino ad opponendum, ibidemque *n 7.* poſt Aret. *conſ. 133. verſus fin.* aliosque contumacem qui expenſis refectis in iudicio auditur, in eo ſtatu & gradu audiri, in quo cauſa reperitur ante aſſignationem termini ad opponendum.

g. *Ad vnumquemque defectum*) Et rectè quidem, Non enim expectari finem litis, ad condemnationem expenſarum, ratione contumaciæ & inobedientiæ; quam condemnationem poſſe ſtatim fieri notat, poſt alios Socin. *in l. vnic. §. hoc iudiciū, n. 2. ff ſi quis ius dicent. nō obt. mp.* referens Odofred. inibi ex illo text tradentem, quod errabant aduocati Gallici, dicentes, quod iure cautum non reperiebatur, quod quis teneretur ad expenſas aduerſario, ratione contumaciæ admiſſę ante litis conteſtationem; ſed tātum quòd victus victori condemnaretur in expenſas, vt in *l. properandum, §. ſin autem, C. de iud.* quum eorum opinio confundatur per tex. illū, & in *§. is videtur, in eadem l. vnic. per quem ſecundū com intellectum* concluſum fuerit, quòd inobedientia in quacunque iudicij parte ſit punienda, ſicque etiam poſt litem conteſtatā; vt latiùs per eundem etiam Socin. *in d. §. is videtur num. 1. cum ſeqq.* & Iaſ. *ſub numer. 9. & num. 12.* ſentitque ibidem Zaſ. *in eleganti gloſſ ad d. l. vnic. in ver. extremum, ad fin.* licet contrà inibi quoque Alciat. *in d. §. hoc iudicium, ſub num. 6. & 13.*

Digitized by Google

h. *Vlterius audiatur.*) Poſſe iudicem, donec refician tur expenſæ, audientiam denegare, non ſolùm parte inſtante; ſed & ea non petente, ex ſuo officio quia per contumaciam offendatur iudex, & lædatur maieſtas prætoris, per tex. *in c. cum dilecti*, & inibi Bald. *verſ. in fin. verſ.* vltimo vides, *de dolo & cont. & in l. ſanc. in ſu.* ibidemque cõmuniter doct. *C. de iud.* Viu. *dec.* 11. *n.* 4. Eſt quippe iudicij arbitrariũ, Vinc. de Franc. *dec.* 271 *num* 5. licèt debere denegari ſcribat Teſſaur. *dec.* 255 *ſub n.* 2. & Viu. *d. dec.* 11. *n.* 2. vbi *n.* 3. debere denegari non tantum in illa cauſa; verùm etiam quo ad omnes lites, quę coram eodem iudice vertuntur, inter eaſdem tamen perſonas; Iaſ. in *d. l. vnic. §. hoc iudicium, ſub n.* 21. Marãt. declarando, de ord. iud. *d. part. 6. in membr.* 1. *num.* 15. Vinc. *d. dec.* 271. *n.* 1. 2. & 6. Adeoque verum non videtur abſolutè & generaliter, quod ſcribit Merul. *d. ſect.* 2. *tit.* 10. *cap.* 2. *n.* 2. ſtylum hæc non obſeruare.

i. *Procuratoris.*) Contumaciam tamen procuratoris, dici fictam contumaciam domini: & ad comdẽnationem expenſarum ſufficere fictam contumaciã tradit. poſt doct. communiter in *d. l. ſancimus & in c. finem litibus, de dol. & cont.* Soc. *in d. l. vnic. §. procurator. ſub n.* 1. proinde aſtruẽs contra Bart. ibidẽ, cui is opinionem communiter tenere modernos ait propter contumaciã procuratoris in vno articulo, & ſic ratione retardati proceſſus, dominum in expenſas condemnandum, & hanc partẽ contra Bart. ſibi magis placere, & in praxi ſeruari tradit ibidem Iaſ. *num.* 15.

k. *Mittitur.*) Iuxta *c. vlt. §. in alijs*, vt lit. non conteſt. tractat Bart. & alij *in l. ſi finita §. ſi plures, & §. ſeq. ff. de damn. inf. gl.* & doct. *in c. conſultatio ibus de offic. deleg.* Oldendo. in progymnaſ. *claſſ.* 1. *act.* 1. *in aſſi. remed.* 3. Reb. *d. tract. de contum. & def. art.* 13. *gl.* 1. *n.* 38 cum ſeq. Marant. *d. membr.* 2. *n.* 10. cũ ſeqq. Cantiunc. *conſ.* 27. *n.* 1. cum ſeqq. & *n.* 37. cum ſeqq. rurſus *ſub n.* 64. cum ſeqq. VVameſ. *conſ.* 90. *nu.* 1. & *ſub num.* 12. vbi itidem contumaciam rei ante litem conteſtatam coërceri alijs pœnis, idque arbitrio iudicis, vt tradit Mynſing. *cen.* 4. *obſer.* 66. *ſub init.*

l. *Non eſt in praxi.*) Idẽ apud Gallos teſtatur Reb. *d. tract. de cont. & def. art.* 9 *gl.* 1. *n.* 4. *in fi.* & pulchrè Imbert. *inſtit. for. lib.* 1 *cap.* 14. *ad fin. gloſſ.* 1 ſed dicemus hac de re etiam inferius *c.* 148.

m. *Repellitur.*) Vt & ſuprà c. præcedente, in verb. poſt litiſcõteſtationem, in actore diximus, cũ Imb. d. c. 14. & declaratur latiùs apud nos *artic.* 564. *ord. curiæ Brab.* vbi art. 542. in manutenentiæ materia poſſeſſoria, de qua hic ſubſequitur, in qua itidẽ *art.* 112 *inſtruct. Holl.* quem tractat. Merul. *d. ſect.* 2 *tit.* 8 *c.* 4. vbi actori in cauſa ſimplicis poſſeſſionis ſufficere duos obtinuiſſe defectus; eoſque perinde profuturos, atque obtentos in cauſa reali petitoria quatuor, iuxta *art.* 110. inibi præcedentem; quẽ tractat etiam Merul. *d. tit.* 8 *c.* 2.

n. *Vnico defectu.* Vnicam citationem, etiam minimè peremptoriam, ſufficere quò ad expenſas, Coſt. *in l. ad peremptorium.* 68 verſus fin. *de iud.* poſt Panorm. in *c. vlt. verſ. ſus fin. de dol. & cont.* aliosque Eſtque apud nos *artic.* 555. *d. ordin. cur. Brab.* (licet cũ peremptorio citari dicat Imb. *d. libr.* 1. *c.* 7 verſus fin ſed & in materia reſumptionis armamento. ũ proceſſus, de qua hic ſubſequitur, ſunt *art. ſeqq.* 556. & 557. ibidem in ordin. *cur. Brab. vbi & art.* 553. in materia euictionis ſiue guarandiæ, de qua deinceps hic quoque ſequitur, in qua itidẽ ſunt *ar.* 115. & 116 *inſtruct. cur. Holl.* quos declarat Merul. *d. ſect.* 2. *tit.* 8. *c.* 5. ibidemque *in inſtru. Holland. & ord. Brab. art.* pauló pręcedentibus, & ſeqq. in alijs materijs quoque de quibus hic ſubſequenter.

o. *Ab omnibus exceptionibus.*) Idque apud nos quoque ſeruatur, vt in *artic.* 563 *d. ordin. cur. Brab.*

p. *Non velle.*) Semel citatum, etiam non peremptorie, dicentem, nolo comparere, vel id apud iudicem vltrò conteſtantem, non ampliùs citandum, ſed contumacem reputandum, Bartol. *in l. in. or minores. ſub n.* 11. *de in int. reſtitut.* Zaſ. *ad l. contumacia poſt princ. verſ.* 3. *ſalict. ff. de re iud.* Coſtal *in l. ad peremptor. num.* 68. *verſ. al. ai ſi res, ff. de iud.* Burſat. *conſ.* 225. *nu.* 7. Baro à Tauten. *tit. de milit. vaſal. qui contumax eſt poſt princ. ſub n.* 1. *in vſib. feu l.* voluitque Tiraq. in tract. *res int. alios act. limitat.* 9. & Aſin. ad ſtatutum Florent. *de mod. proced. part.* 1 § 7. *c.* 5 *limit.* 123. Viu. *d. dec.* 138 *ſub n.* 19. Quanquã verò Tiraq. ibidem aſſerat, nemine reclamante hoc procedere, citato expreſſè dicẽte ſine cauſa, nolle ſe ampliùs, vel nunquam comparere, ita quod verbis extenſius loqueretur, quum alioqui Alex. in *d. l. contumacia, ſub n.* 4. aliud doceat ſi verbis ſimplicibus hoc diceret: attamen differẽtiam non faciendam quibuſcunque verbis iudicem de hoc certificet, voluit poſt Imol. *in l. ex conſenſu, §. vlt. de appell.* alioſque Zaſ. vbi ſupra. Licet in verbis diſtinguat ex com. Gabr. etiam *lib.* 2. *concl.* 1. *n.* 429 & ſeqq. *tit. de citat.* & alij quoque diſtinguant, an hoc dixerit, in vel extrà iudicium, vt per *Alex. & Imol* vbi ſuprà Aſin. *in d. c.* 5 *limit.* 77. Sed neque vlterius citandum, qui facto declarat nolle comparere, Marſil. *in l. de vnoquoque, n.* 56. de re iud. Boër *dec.* 205. *n.* 6. cum ſeq. Tiraq. *d. tract. res int. alios act. limit.* 10. vt & ſi ſe occultet vel citationem impediat citandus, Blarer *in repetit. l. diffamari, cap.* 6. *num.* 32.

q. *Creditur.*) Zaſ. *conſ.* 7. *ſub n.* 28. *lib.* 2. Dixi remiſſiuè ſuprà *c.* 58. *ad verb. in manibus.*

r. *Altera citatio cum incitatione.*) Hoc eſt, cũ peremptorij cõminatione, vt explicat Imb. *d. c.* 7. Idẽque noſtris moribus obtinere patet in *artic.* 541. *d. ord. cur. Brab.* Idque ſecũdum v am opinionem de

qua

Digitized by Google

qua per Muſcatell. *prax. ciuil c. 2. glo.* verb. *veniens, ſub n.* 10. vbi tamen è praxi *nu* 16. ſuperiorem opinionem contrariam veriorem, vt nō ſit de nouo citandus; quam magis com. eſſe tradit & Aſin. *d. limit.* 77 *in princ.*

ſ. *Altera ficta.* Bart. ſubdiſtinguendo, in *l. vlt ſub n.* 10. *&* 11 *de in integr. reſt.* Bald *conſ.* 338 *nu* 1 *lib.* 1. Reb. *d tract. de contum. & def. art.* 10. *gl.* 1. *n.* 3. cū ſeqq. & *in præfat. n.* 14. Angel. *conſ.* 186 *ſub n.* 1 Marant. declarando *d. membr.* 2 *n.* 8. Cantiunc. *conſ.* 27. *ſub n.* 168. Od l. *tract. de reſtit. pars* 2. *qu. ſt.* 82. *art* 7 *n.* 51 *& ſeq.* licet aliter contumaciam diuidat Zaſ. *in d. l. contumacia verſ. quæ autem ſit pœna.* Viu *d. dec.* 138. *n.* 14. *&* 17. cum ſeq.

t. *Venturum.*) Bart *in d. l. vlt. n.* 11. *& in l. Diuus.* 7. *ſub init.* ibidemque poſt alios & Coſtal. *in fin d e in integr. reſt* Boër *dec.* 206. *ſub n.* 6 *& ſeq* Gram. *conſ.* 45 *n* 27. *in crim* Men. *conſ* 100 *n.* 13. Viu. *d. dec.* 138. *ſub n.* 18. *& n.* ſeq. & *dec.* 273. *ſub n* 4 Matt. dicēs tūc minorem nec reſtitui nec appellare. *conſ* 17. *ſub n* 4. Burſ. copioſè, quis aliter etiā verus contumax dicatur docens, *conſ* 225. *n.* 151. cum ſeq. Merul. idem quoque docens vernaculè, *prax Holl. lib* 4. *diſtinct.* 4. *ſect.* 2. *tit* 6 *c.* 1. *n* 4 cum ſeq.

v. *Sine licentia.* Bald. *conſ.* 338. *ſub n.* 1. *lib.* 1. Dec. *in c.* 1 *in.* 1. *lect ſub n.* 34. *de iud.* Viu. *d dec.* 138. *n.* 18. *in fi* Cantiunc. extēdendo & reſtringēdo *d. conſ.* 27. *n.* 78. cum ſeq Boër. declarando, *dec.* 64. *nu.* 5. & ſeq *con um & def art.* 5. *n.* 22. *& in præfat. ſub n.* 15. limitando niſi ob iuſtum impedimētum recedat. Sed & licet perſonaliter citatus non niſi dimiſſus recedere debeat, ſecundum Bart. *in l. quæſitum n.* 1. *ff. de re iud* tamen ſi ad fines tantùm ciuiles citatus, vt perſonaliter & ex ore de accuſatione reſpondeat, paruerit iudici, & reponderit, poſſe impunè abire, nec expectare cogi vt à iudice dimittatur, Fab. *C. li.* 2. *tit.* 2. *definit.* 11.

x. *Appellare*) Socin. *in l. vnica* §. *ſi procurator, ſub n.* 12. *ff ſi quis ius dic. non obtemp* idemque Soc. limitando, in fall. *reg.* 73 Guid. *dec* 439. *n.* 69 Dec. extēdendo & reſtringendo *conſ* 34. *n* 1. *& ſub n.* 2 Boër. idē in reſtitutione & ſupplicatione docēs, *dec.* 206. *ſub n.* 8. Marant. *de ordin. iud. part.* 6 *d. memb.* 2. *n.* 17. *& de appell. n.* 273. Capyc. declarando *de* 139 *nu.* 2. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 132. *n* 5. in fin. *& num.* 7. Teſſaur. *dec.* 265. *n* 3. Viu. remiſſiuè (aliud docēs quando noluit iurare de calumnia; vel reſpondere poſitionibus: item in ruſticis contumacibus) *dec.* 138. *n.* 30. 35. *&* 40. Amat. (aliud de æquitate canonica probans) *dec.* 35. *n* 1. 4. & ſeqq Burſa. *conſ.* 225. *n.* 123. Meichſner. *dec.* 4. *n.* 9. *part.* 4. Reb. (aliud è praxi docens) *tom.* 3. *conſtit. reg. tract. de expenſ. damn. & inter. art.* 5. *gl. vn. nu.* 57. & declarando latiſſi. *d. tract. de contum. & def. art.* 10. *n.* 1. *cum ſeqq.* vbi *nu.* 15 ſicut non auditur appellans, ita nec opponens, niſi per literas conceditur, aut purgata fuerit contumacia, Ibidēque *nu.* 15 & ſeqq. quando in integrum reſtitutionē petere, & ſupplicare poſſit.

z. *Pro tribunali* Bart. *in d. l. vlt. n* 1. *verſ. vbi atque autem, de in in. reſt.* Reb. *d. tract. de cont & def. art.* 10. *num.* 4.

2 *Dom. ni*) Dec. *d conſ.* 34 *n* 4. Marant *d. membr.* 2 *n* 8 *in fin* Gram *d. conſ* 45. *nu* 26 *in crim.* Rol. *d. conſ* 46. *n* 19 *in fin. lib.* 2. Cephal *d. conſ.* 769. *cui difficultas eſt n.* 1. Viu *d dec.* 138 *n* 12. in fin. Merul. *d. ſect.* 2. *tit.* 6. *cap.* 1. *n.* 6. *in fin* vbi quis itidem præſumptus contumax, *& n.* 7. de materia defectuū remiſſiuè De ficto contumace agitur etiam *art.* 562. *ord. ſenat. Brab.*

b. *Diſtinguit*) Zaſ. declarando, *ad d. l. contumacia verſ. quæ autem ſit de re iud.*

c. *Poſt ſecundam.*) Bis citatum pro vero contumace habendum: quia obrepetitam citationem, ignorantiam emiſſæ citationis allegare nequeat. per not. *in d l. vlt. ff. de in integr. reſt.* Imol adductal. *ex c. non ſu.* §. *cum qui n* 21. *ff. de appell.* aliorumque Gail *lib.* 1. *obſ.* 132. *n* 6.

d. *Fictè.* Marant. declarando, *d. tit. de appell. n.* 277. *cum ſeq.* Amat. *ex SC. d. dec* 38. *n.* 2. 3. *&* 8. Burſ. *d. conſ* 225 *ſub num.* 133. vbi ex com. poſt Rol. *conſ.* 47. *num.* 30. *libr.* 3 alioſque procedere etiam ſtatuto diſponente, quod contumax habeatur pro confeſſo.

e. *Non exhibendo.*) vel in non reſpondendo, vel nō iurando, Soci. *in d. l.* 1. §. *ſi procurator. n.* 12. *ff. ſi quis ius dicent,* non obtemp. Dec latè *d. conſ.* 34. *ſub n.* 2. VVam. *conſ.* 87. *n* 9. Reb. *d. tract. de contum. & def. art.* 11. *ſub n.* 2. addens diuerſitatis rationem, quòd contumax in non veniendo non rectè prouocet; quia in eius poteſtate fuerit ante diem præſtitutum pro tribunali reſpōdentem aut defenſum edicti denunciationem rumpere, *d l ex conſenſu* §. *vlt ff. de appell.* ſed iuſſus exhibere fortè nō poſſit quod iuſſus eſt exhibere; tamen iudex non iure condemnauit eundem, ideoque appellare poſſit.

f. *Procurator.*) Poſſe dominum aduerſus procuratoris contumaciam in integrum reſtitui, impetratis literis regijs, vt non obſtante contumacia procuratoris iuſtitia miniſtretur, poſt Bald. *conſ* 121 *toto lib.* 1. Reb *in d. præfat. tract. de contum. & def. num.* 27. vbi ex *num.* 20. quando procuratoris contumacia noceat domino. Et tam ante quàm poſt litem conteſtatam nocere poſſe; VVameſ. *conſ.* 86. *num* 1. *in fin.* poſt Franc. *in cap ſi poſt. num* 6. *verſ. at tamen debeat, de confeſſ libr.* 6. Diſtinguit hac in re, poſt Bart. *in l. vn.* § *ſi procurator ff ſi quis ius dic. non obtemp.* Buſi ſed latius ibidem Socin. *num* 1. *cum ſeqq.* Iaſ *num.* 8. *cum ſeqq.* & mihi *in* §. *ſeq fine vlt num* 19. *in fin. cum ſeq.* Socin in fallent *reg.* 321. vbi regulariter non nocere, limitando, 5. modis.

g. *Habendus eſt.*) Latè in hanc rem è praxi diſſerit Imbert. *i inſtit. forenſ. libr* 1, *cap.* 12. Sed tamen qui tribus editis, per diuerſa temporum interualla, eſt euocatus, ſi comparet in vltimo, damnatur duntaxat in expenſis pro duobus primis, Coſtal. ad *l. eum quem,* 79 *poſt princ. ff. de iud per Auth nt. qui ſemel,* & inibi Bart. *quomodo & quando iud & gloſſ. in verb. rationabili, in c.* 1 *de proc.*

h. *Commiſſio libellum continet.* Latius de hac re, ex nouiſſ. conſtitut. Franciæ, Imbert *d. li.* 1 *inſti. Forenſ cap.* 7 *gloſſ. verb ſcriptura, ad fin.*

i. *Primo defectu*) Extat apud Gallos in hanc rem conſtitutio, quam commentarijs illuſtrauit Rebuff. *tom.* 1 *c. inſtit. reg. tract. de chirog. & ſched. recognit. art.* 2. præſertim *ſub num.* 1. *verſ.* 6. *ſi non comparuit, & num* 40. Et apud nos itidem conſtitutio Caroli V. Imp. promulgata in Martio, anno M D.xxxvi. Item *artic.* 574. *& ſeqq. d. ordin. cur. Brab.* vbi & in præcedentibus *art ſub eodem hoc tit.* de defectibus contra citatos, *cap.* 18. (vt dictum eſt) agitur de defectibus in materiis iidem, de quibus & hic, cui cordi eſt cum his conferre, ſatis habeat voluminis ordinem eſſe monſtratum. Et addatur hic declaratio Merul. *d. ſect.* 2, *tit.* 8. *cap.* 3. *ex art.* 119. *inſtruct. Holland.*

k. *Proponere poterit.*) Rebuff *d art.* 1 *num.* 23. vbi ſolere ſic citatos recognoſcere, ſaluis meis defenſionibus ſiue exceptionibus recognoſco, additurque apud nos vbique, proponendis ad primam (ſcilicet diem iuridicam) vel infra qua die plerunque poſtulat terminum condemnatis concedi conſuetum, iuxta *l. debitoribus,* 31 *ff. de re iud.*

l. *Patris aut cuiuſcunque.* Ioan. Gall. declarando, *dec.* 234. *& dec.* 333. Rebuff. *d. art.* 1. *num* 4. Boër. *dec.* 295. *num* 49. vbi citato perſonaliter ad recognitionem cedulæ manu ſua ſignatæ, ad diem non comparente, dari actori defectum; virtute cuiuis munienda ſit manus regia, quia cedula habeatur pro agnita, ſecus ſi actor dicat cedulam eſſe ſcriptam manu prædeceſſoris ipſius rei; tunc neceſſarium eſſe ſecundum defectum; quia non conſtet ipſum eſſe hæredem defuncti, & procedi vlteriùs, vt apud eum latius.

CAPVT LXXIX.

Alij defectus contra vnam, aut alteram partium.

SVMMAE.

1 *Citatus non comparens coram* { *Commiſſario* / *Curijs* / *Parlamento* } *ad fatendum, vel negandum, articuli habentur* { *Confeſſi cum* 2. *defectu.*
2 *Negati* } *cum primo defectu.*
3 *Negati* }
4 *Citato non comparente,* { *In Francia, ad reſponſiua articula habentur negati.*
5 *In Flandria, ad reſponſiua, Commiſſarius procedit cum informatione.*
6 *Coram Commiſſario per rurſum (licet per præſentiam) decernitur defectus, &c.*
7 *Coram Commiſſario, ad iuramenta teſtium, ipſe à confutatione repellitur.*
8 *Ad videndum product. titul. tituli procedunt, & ita à refutando repellitur.*
9 *Ad concludendum in cauſa, proceſſus habetur pro concluſo.*
10 *Ad acceptum diem prouiſionis impetrandæ, ab altera parte prouiſio conceditur.*
11 *Ad videndum relaxationem fieri, captiuus, cum ſolutione dimittitur.*
12 *Defectus commoda perdit, qui* { *Ea non petens, ſilenter procedit.*
13 *Ea ſibi intra annum adiudicari negligit.*
14 *Aut alia, aut maiora commoda petiti.*
15 *Iudex alium actum, quam qui citationis ſeruit, inſerens, perperam facit.*

1 QVando vna aut altera Partium, ſcilicet, aut Actor, aut Reus citatur coram Commiſſario ad reſpondendum, per credit vel non credit. (a) ſi ea pars nō compareat, ipſa ob defectum ſiue ob nō comparitionem, ſoluit expenſas illius diei, & tunc eadem denuo citatur, & ſi tunc adhuc non compareat, ſic articuli factorum, ſecundum iura habentur tanquam confeſſi. (b)

In

2 In omnibus autem Curijs cum vnico defectu, ſiue cum vnica non comparitione, articuli habentur vt negati, ob denegationem in fine ſcripturatarum poſitam. Et hoc modo vtuntur in Flandriæ Concilio.

3 Sic in magno quoque Concilio tenentur, & habentur etiam articuli, tanquam negati cum vnico defectu, ſiue non comparitione, ſed producens poteſt proteſtari, quod ſi in viſitatione proceſſus poſtmodum reperiatur, quod ob defectum reſponſionis, coactus fuerit facere ſuperfluas probationes, poſſit exigere expenſas à deficiente, iuxta taxationem Curiæ, etiam ſi amitteret principale. Sed ab huiuſmodi proteſtatione parum commodi naſcitur.

4 Vtuntur in Francia, quod quando citatus ſuper reſponſiuis non comparet, quod tunc articuli factorum habeantur pro negatis, & Commiſſarij ſummariè talibus leuibus probationibus contenti, eſſe debent, qualis productor facere poterit, ob id quod cum tali defectu, deficiens repellatur ab omnibus contradictionibus producendis.

5 In Flandria verò per talem detruſionem, à reſponſiuis ob non comparitionem producens, nihil aliud commodi conſequitur, quàm quod Commiſſarij procedant vlterius cum informatione facienda quia in Flandria, pars (licet repulſa) manet tamen integra in ſuo iure, & nõ repellitur à Contradictionibus, & Saluationibus faciendis, quas facere poterit, quando ipſi commodum videbitur.

6 Vtuntur quoque in Flandria, quod quando ipſa pars citata, coram Commiſſario præſens adeſt, & tamen reſpondere non vult, quod tunc Commiſſarius det & decernat defectum, in ſua citati præſentia, *(c)* ipſumque proceſſum verbalem, de hoc confectum tranſmittat, & ſeruet, & ſine vlteriori informatione ſiue enquæſta facienda procedat. Deinde & curia, viſo eo proceſſu verbali, iudicat ſuper illo defectu ad principale, aut condemnando aut abſoluẽdo.

7 Quum vna aut altera Partium citata eſt coram Commiſſario, ad videndum teſtes iurare, & ſi non compareat, teſtes nihilominus audiuntur & examinantur, in ipſius partis abſentia, & deficiens repellitur à confutationibus ſiue à contradictionibus, niſi partes eſſent de ijs teſtibus audiendis concordes.

Idem quoque dici poſſet, quod quando Pars citata eſt, ad videndum fieri productiones titulorum

8 quia ſi is citatus non cõpareat, productio procedit, & peragitur, & literæ titulorũ, conferuntur (vulgò collationãtur) in ipſius citati abſentia, & is ob defectum à contradicẽdo repellitur, niſi fortaſſis partes procedendo eſſent concordes. Cæterùm hic ſciendum eſt, quod neque Curijs Flandriæ, neque etiam in magno Concilio, coram Commiſſarijs cõceduntur confutationes, ſiue contradictiones teſtium, neque aliquis à teſtimonio ferendo reijcitur, niſi is apertè in proceſſu contineretur eſſe Pars aduerſa.

Quando alterutra partium citata eſt ad concludendum in cauſa, & ipſe non compareat, proceſſus habetur pro concluſo, vt eum Curia concludat ad ſuam ipſius commoditatem, quando maximè erit commodum. 9

Quando vna aut altera partium, deſiderauit aut petijt, in iudicio aliquam prouiſionem, & ſi pars aduerſa acceptaſſet diem certum, ad reſpondẽdum tali prouiſioni, eodem tamen die accepto, & conſtituto, non compareret, prouiſio talis petita, vt decet, ſupplicanti adiudicatur, vel abiudicatur cum vnico defectu, ſine vlla citatione ampliori facienda. 10

Quando captus in ciuili cauſa, facit citare partem ſuam ad videndum ſe relaxari, & ſi pars eadem nõ compareat, captiuus quidem cum expenſis carceris relaxabitur, ſed de primo citati defectu, & cũ perſolutione ſuis expenſis, damnis, & intereſſe nihil conqueri, nihilque conſequi poterit, niſi poſt tres defectus. 11

Sed ſciendum eſt Actori, quod qui defectum, aut non comparitionem nactus eſt, & non facit ſibi ſtatim illius defectus commoda, & vtilitatem adiudicari, antequam vlterius procedat, is Actor negligens ſtatim cum ſua productione, & ſilentio, ipſum vtilitatis effectum, & rem perdit, quia per hoc quod ſilenter procedit, videtur ab eo commodo velle recedere, niſi cum proteſtatione ſui iuris, & commodi non perdendi ſe procedere declaraſſet. 12

Similiter amittitur, & perditur commodum defectus ſiue non comparitionis, quando illud impetrans ſibi adiudicari *(d)* intra annum & diem negligit. 13

Similiter is qui petit, aut aliud, aut maius commodum defectus, ſiue non comparitionis, quàm quod iuxta ſtylum habere debet, is male petendo ſuum commodum perdit. Et ideo ſemper prudentes Aduocati conſulunt, vt tale commodum defectus adiudicetur, quale de iure & ſtylo conuenit, ſine illius commodi certa ſpecificatione. 14

Sed hic ſciendum eſt, quod in omnibus prædictis contumacijs, ſi Iudex aliquem alium actum inferat quàm ad quem citatus fuerat, is actus eſſet inualidus, verbi gratia: Si citatus, fuiſſet citatus ad videndum teſtes produci, aut ad videndum iurare teſtes, &c. iudexque recepiſſet literarum productiones, aut ſimiles, illa acta productionum eſſent inualida & nulla, quod Iudex ea facit, non vt iuſtitiæ ratio & ordo poſtulat, quia ea alia hora alioque loco, (e) quàm dies præfixus fuit, producit. 15

ANNO-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT LXXIX.

a. *Vel non credit.*) Tantum valere confeſſionem factam per verbum credit (ſine de credulitate) quantum factam de veritate, vt per *gloſſ. fin. in cap. ex literis de iureiura. not.* poſt Panorm. Dec. *in cap. cum venerabilis, nu.* (mihi) 26. *de except.* Rebuff. *ad conſtit. reg. tom 3. tract. de reſponſ. per credit. art. 2. gloſſ. vnic ſub n* 2 vbi de his latius.

b. *Confeſſi.*) Sic pro confeſſis habitos articulos; citato quodam ad iis reſpondendum, qui non comparuit, tradit Rebuff. ex SC. *dict. tract. de reſponſ. artic. 5. gloſſ. vn. numer. 4. per cap. ij. de confeſſ. in cap. 6* Verum tex. *in d. cap. ij.* (vt & inibi gloſſ. & doct.) requirit, vt pro confeſſo quis habeatur, quod interrogatus, iuſſuſque à iudice reſpondere recuſet vti & latius declarat Dec. *in cap. 1. in 1. lectur. ſub num.* 53. *& num.* 58. *de iud.* Vt & eum contumacem reputari qui, contumacia per aduerſarium accuſata, per iudicem iuſſus reſpondere detrectat ſine cauſa, reſpondit poſt alios VVameſ. *conſ.* 87. *num.* 7. *vbi num.* 8. in criminali cauſa, contumaciam non facere reum haberi pro confeſſo, ſed magis pro negante, poſt Bald. *in leg. 1. ſub num.* 13. *Cod. quomodo & quando iu l. alioſque* voluitque Alex. *conſ.* 70. *num* 9. *lib.* 1. Marſ. *ad leg. de vnoquoque num.* 182 *de re iudic.* Ideoque ſtatuta diſponentia, quod contumax in non comparendo habeatur pro confeſſo. eſſe contra ius commune, reſpondit Aretin. *conſil.* 146. *nume.* 1. & Menoch. *dict. conſ.* 100. *num.* 126. *eo quod ius com.* ſolum puniat contumacem in expenſis litis (vel ſimili pœna) non autem in amiſſione totius cauſæ, vt eſt gloſſ. magna *in l* 1. §. *vlt.* vbi poſt alios Socin. *num.* 11. *ff.* ſi quis *ius dicent. non optemp.* Dec. *in l. is apud quem ſub num* 30. *C. de edend & in cap. 1 num.* 327 *de probat.* Crauet. *conſ.* 103. *num.* 8. Et in hoc quaſi omnes doct. concordare, quod contumacia ſine fuga non inducat veram probationem, ſed ſuſpicionem vel probationem ſemiplenam, tradit Oldendorp. *conſil.* 65. *num.* 1. *in fin.*

c. *Citati præſentia.*) Idem apud nos *artic.* 36. *ordinat curiæ Brab.* in princ. vbi pro commodo edicti, quod defectum nominamus, articuli habentur tanquam confeſſi.

d. *Adiudicari.*) Debet enim contumacia accuſari Rebuff. *d. tract. de contum. & def. artic.* 7. *num.* 9. (Et hoc ex ſtylo Franciæ eſſe aſſerens, vt quis vtilitatem defectus intra annum petat, *arti. ſeq. nu.* 14. Marant, *d. part. 6. memb. 2. ſub num.* 1. Imbert. *inſtit. for. lib* 1. *c.* 7. ſub init. Cephal. *conſ.* 304 *nu.* 31. Roland. *conſ.* 47. *num.* 5. *l. b.* 2. Cantiun. *conſ.* 27. *num.* 5. Crauett. *conſ.* 254. *ſub num.* 2. VVameſ. *conſ.* 9. *num.* 12. *in fin.* Burſ. *conſ.* 225 *num.* 26. Viu *dec.* 273 *nu.* 7. neque ipſo iure datur, neque regulariter ex iudicis officio, niſi pars requirat contumaciam, Rebuff. extendendo & reſtringendo latiſſ. *dict. tract de cōt. & def. art. 1. gloſſ* 1. *num.* 7. & ſeqq. per tex. & doct. *in l. properandum* §. *& ſi quidem, Co. de iud. cum concord.* additque rationem, quod pendente citationis dilatione poſſit inita fuiſſe concordia aut ſolutum debitum; quia tunc intelligagatur permiſſum vt reus in termino non compareat Limitat autem, poſt Iaſ *in l. properandum,* §. & ſiquidem *in 6 not C. de iud.* alioſque, Cephal. *di. conſ.* 304 *num.* 169. vbi iudex ex officio procedit, abſque accuſatore quem ipſe repræſentet, ibidemque *nu.* 173. poſt eundem Iaſ. vbi ſupra, in 5. not. alioſque, obtinente ſtatuto quod contumax habeatur pro confeſſo, cōtumaciam non neceſſario accuſandam, ſed contra Burſat. *ex com conſ.* 225 *nu.* 155. *ad fin.* & late Natt. *conſ* 364. *num.* 1. cum ſeqq. & ſentit Clar. ſent. *lib* 5. §. *fin queſt.* 44. *ſub num.* 7. licet addat, in ducatu Mediolanenſi ſeruari contrarium; cum hodie in criminalibus iudex ſuppleat defectum partis; & ita (inquiens) de facto obſeruari atteſtatur Imol *in l. inter accuſatorem nu.* 3 *ff. de publ. iud* & Boſſ *de bann null. n.* 7. ſequiturque Menoch. *conſ.* 100. *ſub n.* 269. cum ſeq.

e. *Alioque loco.*) Felin. latè in *c. conſuluit num.* 3. *de offic. deleg.* Roland, latè *conſ* 94 *num.* 24. cum ſeqq. *lib.* 1. Diximus ſupra, *cap.* 63 *ad verb. aliter agatur.*

CA-

Digitized by Google

Capvt LXXX.

De tempore dandi defectum.

Svmmae.

1 *Iudex defectus iudicationem in tertium vſque di m deferre poteſt.*
2 *Citatus ad praſixum tempus non comparens, declarari poteſt contumax.*

3 *Defectus in* *Parlamento*
4 *Flandria* — *decernuntur poſt euocationem Rotulæ.*
5 *&* *Vierſcharis*
6 *&* *Feudorum curiis* — *decernuntur* — *ante prandium ante 12.* / *poſt prandium ante* *Veſperas* *vel* *Occaſum ſolis.*

IVdex ſecundum iura non tenetur ſtatim dare,
1 decernere, aut adiudicare defectum ſi nolit. Imò ſi velit, poterit pro ſua prudentia de eo decernendo expectare (*a*) ad duos aut tres dies, vt videat, certiuſque diiudicet, an deficiens ſiue Contumax in ſua contumacia perſeuerabit (*b*) Sed non poteſt talis contumax declaratus arripere ad ſuum commodum, quod defectus contra ipſum non datus ſit in termino, quia id factum eſt in ſuum fauorem, & gratiam ſui (*c*)

2 Quocirca quando in citatione continetur vt certa & præfixa hora compareat, ſi hora eadem adueniente non compareat, defectus (*d*) ſtatim dari, & adiudicari poterit. Sed ſi hora non ſit præfixa, tum deberet iudex expectare totum diem, de iure, & de gratia vſque ad alterum ſiue in tertium diem vſque.

In magno Concilio, conſuetudinis & ſtyli eſt,
3 vt ſtatim defectus decernatur, poſtquam perſona ſiue cauſa iuxta turnum ſiue ordinem Rotulæ vocata fuit, & proclamatum fuerit (defectus) ſi dies ſit appoſitus, ſi quidem is dies fuerit iuridicus & debitus. Tamen ſi Pars veniret ſeſeque præſentaret (vt ſupra diximus) ante Curiæ deceſſum, (*e*) defectus reuocaretur, ſed poſt diſceſſum minime, niſi fortaſſis cum cauſæ cognitione. (*f*)

In Flandria quoque dant etiam defectum poſt 4
perſonam vel cauſam vocatam ad turnum, ſiue iuxta ordinem rotulæ, & poſt executoris relationem lectam.

In vierſchariis verò, & in feudalium curiis variè
decernuntur defectus, varioque tempore. 5

Nam vbi litigatur ante prandium, defectus datur 6
ante horam duodecimam, & vbi à prandio litigatur in materia pecuniaria, defectus datur à veſperis, & in materia reali poſt occaſum Solis. Atque ita ſingulæ Curiæ pro ſuo modo & conſuetudine.

Annotationes Nic. Thvldaeni in Capvt LXXX.

a. EXpectare) Text. *in ca. cum dilecti*, 6. in verb. *diu vltra terminum duximus expectandum de dol. & cont. in cap. conſuluit*, vbi poſt alios Felin. *num.* 1. Dec. *in* 2. *not. num.* 13. *de offic. deleg. in l. non quidquid*, 12. *ff. de iud.* Marſil declarando, *in l. de vno quoque, num.* 195. *cum ſeqq. de re iud.* Rebuff. *tom.* 3. *conſtit. reg. tract. de cont. & def. art.* 4. *num.* 2 *cum ſeq.* Cephal. *conſ.* 304. *numer.* 182. cum ſeqq Menoch *conſ.* 100. *num.* 273. & copioſè *libr.* 1 *de arbitr. iudic. quæſt* 63. *num.* 1. cum ſeqq. vbi tamen è praxi, aduerſus communiorem, ſecus de iure ciuili. Ibidemque *libr.* 2 *cent.* 1. *caſu* 45 *num* 2 cum ſeqq poſt Tiraq. *de retr. proxim.* §. 8. *gloſſ* 2 *num.* 10. *cum ſeqq.* alioſque, idem è contra, vt iudex facere poſſit, vt citatus citatorem expectet. Verùm limitat hæc Tiraq. *d. gloſſ* 2. *num.* 13. *cum ſeqq.*, vt & Rebuff. vbi ſupra, ſi per ſtylum aut fori conſuetudinem in eo prouiſum eſſet, tunc iudicem denegare ei non poſſe, nec ius quæſitum parti auferre, per gloſ. & Doct. in *cap. ſæpe de appell.* Sed & differre dilationem expectatoriam ad comparendum, quæ non requirat cauſæ cognitionem, quòd fiat parte etiam abſente; à probatoria, quæ cognitionem requirat, Felin. *in d. c. conſuluit, num* 3 *ad fin.* voluitque Menoch. *d. conſ.* 100. *num.* 275. vt cum (inquit) citatur quis, vt intra decendium, vel illa die & hora habeat probaſſe, quod probare intendit, ea die elapſa, quod poſt factum eſt nihil prodeſt, iuxta Bartol.

in l. diem

Digitized by Google

in l. di m;roſerre, in princ. ff de arb. act. quando (au) dilatio eſt expectatoria, factum poſt illud tempus, & tenet prodeſt, ſecundũ Bart. *in l. Labeo, ff. de iureiurand.* quem ſic declarat Rui. *conſ. 61. n. 5. li. 5.*

b. *Perſeuerabit.*) Contumacem non eſſe, quiſquis in contumacia non perſeuerat, per *l. 1. §. 1.* vbi Roma *ff ſi quis ius dic n n optemp.* VVam. *conſ. 87. n. 6.*

c. *Et gratiam ſui.*) Caſtr. *conſ 254. n. 5. ad fin. cum ſeq li. 2.* Felin. *ſub n. 3.* Dec *ſub n. 8. in di. c. conſuluit.* Menoch. *d. conſ. 100 ſub nu. 273.* cum ſeq. vbi *d. nu. 272. in fin.* ſecus ſi alia de cauſa iudex diſtuliſſet, vt vt quia fuiſſet impeditus, tunc enim alia die non debet procedere ſine noua citatione, Fel *in c. cõſuluit. n. 3. verſus fin.* Dec. *ſub num. 17.*

d. *Defectus.*) Non enim veniſſe dicitur qui hora nõ debita venit, *l. 1. quid ergo ff. quãd. appell ſit.* Reb. *d tract de cont & def. in præfat. n. 16 & art. 5. gl. 1. ſub n. 15.* declarat tamen *Fel. in d. c. conſuluit. n. 4.* vt quando eſt aſſignata certa diei hora, puta compareas in aurora, tunc inuito actore, non poſſit iudex in gratiam rei, differre in diẽ ſequentem, poſſit tamen in horas ſequentes cũ plures horę ſuperſunt, poſt Bald. *in l. cum non eſt neceſſ.* ſentitque Imb. *inſt. forenſ lib. cap. 8 in gl. verb. benigne dies, ſub init.* atteſtatus nihilominus, à curia Pari. fuiſſe iudicatum, vt tum etiam abſens totum illum diem debeat expectari. Ibidemque in fin. eleganter tradit, benignitatẽ hanc ſucceſſiſſe in locum citationis, qua abſens, poſtquam perẽptorij dies ſuperuenerat, iterum citabatur, ex vrbanitate tamen non neceſſitate vt notat. in *l. & poſt edictum,* vbi Bar. in princ. *ff. de iud.* idque illud eſſe, quod ibi dicit Bar. iudicẽ poſt diem peremptorij ſolere abſentem expectare idẽque declarat poſt Bald. *in d. l. & poſt edictũ in princ.* Marſil. *in d. l. de vnoquoque, n. 196.*

e. *Deceſſum.*) Text. eſt in *l. Diuus 8. in verb. confeſtim autem pro tribunali te ſedentem adiit. ff de reſtit. in integr.* Reb. extendendo & reſtringendo, *d. art 5 gloſſ. 1. n 1.* cum ſeqq.

f. *Cauſa cognitione*) Reb. *d. art. 5. glo. 1. num 25.* cum ſeqq.

CAPVT LXXXI.

De Contumacia purganda.

SVMMAE.

1 *Contumacia purgatur ante litis-conteſtationem, proximo die iuridico, ſi, &c.*
2 *Contumacia data contra excuſatum per Morbum, Bellum, Periculum, eſt reuocanda.*
3 *Contumacia poſt litem conteſtatam, non reuocatur, niſi per Releuamentum.*
4 *Contumacia orta Procuratoris culpa, in ipſum Procuratorem redundat.*
5 *Contumacia auferens lucrum cauſæ, difficulter reuocatur.*

1 QVisquis Contumax factus eſt ante litiſconteſtationem, (*a*) per eam contumaciam, quæ nullum lucrum cauſę auferre poteſt, ſed potius dãnum adfert, is Contumax proximo die iuridico, ſuam purgare contumaciam poterit, ſiquidem ad eam purgationem ſatis iuſtam, & rationabilem cauſam prætendere (*b*) poterit.

2 Quocirca ea Contumacia, quæ data eſt contra incarceratum (*c*) aut contra nõ audentẽ venire (*d*) propter bella, peſtilentias, graues morbos & periculoſos, &c. (vti dictum eſt ſupra) ea omnino reuocanda eſt, ſine vlla reſtitutione in integrum, aut abſque vllo releuamento neceſſario. Sic etiam Contumacia reuocatur, quæ datur contra noctu incarceratum, aut qui diebus Dominicis, & feſtis, aut in Feriis ſeu (vulgo Vacantiis) quando ius non redditur, citatus fuit, aut ad eum locum aut iudicem, ad quem locum aut iudicem citari non conſueuit, nec debuit.

Poſt litem verò conteſtatam non admittitur contumaciarum purgatio, niſi ex certa, & legitima cauſa, & niſi per reſtitutionem in integrum, aut per Releuamentum, aut Requeſtam ciuilem, idq; propter varias cauſas, & præcipue propter procuratorum mutationes, quibus omnibus res defendendę debent eſſe notiſſimæ. 3

Et contingit vt partes procuratores conſtituant & illi procuratores vlterius ſubſtitutos conſtituant qui omnes lite conteſtata effecti ſunt cauſarum magiſtri, & tamen cauſarum cognitiones non æque perſpectas habeant, vti primi. Nihilominus ſi eorundem Procuratorum aut inſcitia, aut iniuria, vel negli- 4

negligentia vlla decreta eſſet contumacia, imò ſi quid peccatum, erratum, *(ſ)* aut delictum eſſet, id minimè præiudicaret ipſis magiſtris, ſed id omne redundaret in capita procuratorum, qui talis contumaciæ, errati aut delicti pœnã ſufferre debebunt.

Sed illæ contumaciæ quæ auferunt lucrum cauſarum, ſunt difficilis reuocationis, præcipuè, ſi ſint confortatæ aut confirmatæ per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT LXXXI.

a. ANte litiſconteſtationem *)* In pręparatorijs iudiciorum (quæ pertinent ad litis ordinationem, vt citare reum, comparere in eadẽ cauſa, aliaq́ue quæ fiunt ante litiſcõteſtationem) quamuis ſit pœna & dies, tamen admittitur more purgati; concurrẽtibus his duobus, quod modico tempore exceſſerit, & quod ius actoris non ſit factum deterius aliter atque in deciſorijs (quę litis reſpiciunt ſentẽtiam) per *l. etſi poſt tres*, 8. vbi poſt alios pulchrè Coſtal *ſub princ. ff. ſiquis caut.* Zaſ. poſt alios, ſolidè explicando, in *l. ſi inſulam*, 84 *ff. de verb. obligat.* & ante eum latè itidem Salicet. *in l. ſi pacto quo pœnam n. 39. cum ſeq. C. de pact. vbi ſub n.* 38. contumacem, In reſpondendo poſitionibus, poſſe purgare morã niſi iudex, comminatus quod eo non reſpondente habebuntur tanquam confeſſi, ita eo in contumacia perſeuerante pronunciauerit; Alex. in *d. l. ſi inſulam, n.* 36. reſponditq́ue poſt alios quoque Natr. *conſ.* 364. *n.* 10. cum ſeqq. declarando latiùs. Sed & contumacem, poſt contumaciam incontinenti cõparentem, purgare contumaciam, aſſerit, aduerſus Caſtr. & alios, Iaſ. in *l. ſancimus, n. 7. verſ. limita iſtã l. ff. de iud.* per regulam, quod paria ſint, fieri ante vel incontinenti poſt. de qua diximus in *loc. com. par. tit. incontinenter*, Eſtque in eam rem apud nos *art.* 582. *ordin. cur. Brab.*

b. *Prætendere.)* Quando enim in iudicio allegantur huiuſmodi impedimenta, debet allegans probationem ſaltem offerre, vt poſt Innoc. in cap. quærelam, in verb. deſtinauerit, *n. 2. de procur.* alioſq; docet Vant. *de null. proceſſ. tit. de nullit. ex defec. iuriſd. ordin ſub n*, 161. *vbi n.* 166. ſi notoria fuerint impedimenta, probatione aliqua non indigere, ſed allegari per quemquam ſufficere, aliter atque ſi notoria non ſint, poſt Afflict. ex SC dec. 29. *præſertim n. 3. in fin.* alioſque, neque enim præſumi fuiſſe abſentem ex impedimento allegare niſi illud probet, Cephal. *conſ. 769. n. 36. per l. qui commeatus*, vbi Bart. not. *ff. de re milit.* Alex. *conſ* 49 *nu. 5. vbi apoſt. lib. 2.* Dec. *excom. conſ.* 454. *num. 6. & in cap. ex ratione num.* (mihi) 98. *de appel.* qui tamen addunt, hoc non ſufficere, niſi ſimul probet ſe diligentiam adhibuiſſe, neque tamen actum potuiſſe perficere; vt & Felin. *ex cap. ex tranſmiſſa, num.* 1 *de præſcript*, qua de re dix ſuprà *cap. 75. ad verb. tempeſtas.*

c. *Incarceratum)* In integrum reſtitui text. eſt in *l. ſuccurritur, 9. cum §. ſeq ff. ex quib. c. maior.* vbi nouiſſ. Buſi. ad eos etiam referri qui ob delictum in cuſtodia ſunt: idq́ue etiamſi tempore læſionis iam condemnati ſint. Latè quoque hac de re Vant. *d. tit. de null. ex def iuriſdict. n.* 161. verſ. *ſiquis igitur.* vbi inſuper poſt Afflict. *dec.* 182. *num.* 7. alioſque, ſententiam contra carceratum latam eſſe nullam, quæ tamen exaudienda erunt ſecundum declarationem & diſtinctionem quam adduximus ſupra *c.* 75. ad verb *iuſtitiariorum.*

d. *Non audentem venire)* Neminem contumacẽ effici, qui citatus aliqua de cauſa comparere non arctatur, vtpote ob impedimenta, ſcribit ex ſententia Roland. *conſ. 47 num.* 21. cum ſeqq. *lib.* 2. Burſ *conſ.* 225. *num.* 151. *lib.* 2. vbi *num.* 156. poſt collegium doct. Ingolſtadienſ. apud Cantiunc. *conſ.* 27. *num.* 143. alioſque, quamlibet cauſam etiam leuem excuſare à contumacia. Ibidemque, & *ſub num.* 159. etiam illegitimam cauſam excuſare; namque leuem occaſionem, cauſam, metum, & rationem quem à pœna contumaciæ pro delicto liberare, poſt Roman. *conſ.* 224. *num. 3. in fin. cum ſeqq.* & Crauett. *conſ* 254 *num. 2 verſ. 3. vt contumacia*, vbi tamen (poſt commemorationem contrà ſentientium) rectiùs hac in re diſtinguit; quod aut loquimur de pœna contumaciæ quò ad expenſas litis aut aliud intereſſe ſuſtentum ob contumaciam, & tunc cauſam leuem aut iniuſtam non excuſare: aut de mera pœna, & tunc ſecus. Et ſecundum hanc diſtinctionem exaudiendnm erit, quòd poſt gl. in *l. ex conſenſu. ff. de appell.* tradit Marſil. *in repet. l. de vnoquoque ſub num. 192. ff. de re iud* citatum qui non comparuit, excuſari à contumacia, ſi dicat citationem miſiſſe obliuioni, vel non comparuiſſe quia non credebat iudicem ita feſtinare. Alioqui citatum, impeditum comparere abſque culpa, ſecundum veram opinionem, non eſſe contumacem, neque teneri reficere expenſas, Afflict. *dec. 29. nu.* 3 & probat poſt alios latiùs Iaſ. *in l. ſancimus, num. 7. verſ. 2. limita, C. de iud.*

e. *De-*

e. *Debuit*)Text.eſt in *l.contumacia.*53.§. contumaces non videntur, niſi qui cum obedire deberent, non obſequuntur, vbi poſt alios Zaſ. diſtinguendo, *verſus fin ff. de re iud.* collegium Ingolſtad. apud Cant. *d. conſ.27. ſub num.*116.*cum ſeq. & num.*165.*in fin cum ſeq.* & poſt alios quoque Burſat *d. conſ* 225.*ſub num.*153. vbi de ſimilibus etiam cauſis quibus à contumacia quis excuſatur, vt & apud Zaſ. *in d.l. contumacia, verſus fin. verſ pro complemēto*. In expenſis tamen puniri contumacem etiamſi non eſſet iudex competens is coram quo conuentus eſt, Rebuff. *tom.*3. *conſtitut. reg. tract de cont. & def. art* 13. *gloſſ.*1. *num.*36. vbi *num. ſeq* poſt Bart. *in l. ſi pignore, num.*2. *ff. de pign. act.* aliosque, ſi idem contumax poſtea in principali obtineat, non recuperare expenſas ratione contumaciæ ſolutas, per *l. damni*.43 §.1. *cum parentem, ff. de damn. infect.* Quæ tamen intelligenda exiſtimauerim, niſi notorium fuerit aliquem citari ab incompetenti iudice, ſecundum diſtinctionem Zaſij & aliorum, *in d.l. contumacia*.

f. *Erratum*) Quatenus noceat domino procuratoris contumacia, annotatum eſt ſuperiùs, *cap.*78. *ad verb. procuratoris, & ad verb procurator.* & quatenus præiudicet confeſſio procuratoris, dicemus infra *cap* 173.*num.*16 *cum ſeq. ad verb & detrimentum, & ad verb. aliquando.*

Capvt LXXXII.

De ſe præſentando in Rotula.

SVMMAE.

Actor debet cauſam ſuam præſentare
1 *In Parlamento pridiè diei iuridici.*
2 *In Flandria, eodem die quo ſeruit.*
3 *Contra omnes citatos nominatim.*
4 *In ſuis Curijs, & eandem continuare in Rotulis.*
5 *Vnaquæque cauſa debet præſentari ſeorſum.*
6 *Præſentare ſeipſum, & recedere, eſt non præſentare.*
7 *Quando aut Actor, aut Reus, cauſæ progreſſum deſiderat, nulla oritur interruptio.*
8 *Quando vtraque Pars ſuam cauſam præſentat, reijcitur præſentatio non neceſſaria.*
9 *Reus ſeſe repræſentat, ſed ipſius comparitio notatur.*

1 IN magno Concilio debet Actor ſeipſum præſentare pridie diei iuridici coram graphiario: & curare, vt eadem ſua præſentatio inſcribatur in Rotula, id enim niſi faceret, cauſa ſua poſtridie non ſeruiretur, neque ipſe vocaretur: ſed ipſe citatus haberet & obtineret licentiam Curiæ, & expenſas.

2 In Flandria ſufficit, quod impetrans præſentet ſuam cauſam in Rotula, non pridie, ſed eodem die ſeruiente, ſic vt ipſe ante receſſum Curiæ euocetur.

3 Actor debet ſeipſum præſentare contra omnes, quos fecit citari, & eoſdem ſingulatim per nomina & cognomina euocare, & cōpellare, alioqui enim illi quos non nominando omitteret, haberent & obtinerent licentiam Curiæ & Expenſas, & ſentētia ſortiretur effectum, & Appellans condemnaretur in Emenda, & in Expenſis.

4 In Flandria moris eſt, & praxis habet, quod ipſe Actor ſemper cauſam repræſentet, & eandem ſemper in rotula continuet, in quocunque ea ſit ſtatu. Alioqui enim ipſa decideret interrupta, ſi reus vellet, ob quam interruptionem ipſe Actor non poſſet amplius quicquam rotulæ inſerere, niſi prius in integrum eſſet reſtitutus per Parlamentum, aut per partis conſenſum.

5 Sed hic notandū eſt, quod vnaquæq; cauſa debeat per ſe ſeorſum præſentari, diſtinctè & ſeparatim.

6 Verùm ſi vna Partium ſe præſentaſſet in perſona ſeu perſonaliter, & tum recederet antequam cauſa vocaretur ſine licentia Curiæ, ea perinde faceret, (a) ac ſi ſeipſam non præſentaſſet, niſi fortaſſis is ipſe ibidem reliquiſſet procuratorem, ad ſuam cauſam cuſtodiendam & tuendam.

7 In magno Concilio, ſi Actor cauſam prima vice, aut cum prima inſtantia repræſentet, & poſtea præſentet eam illa partium, quæ cauſæ progreſſum deſiderat, ſiue ea ſit actor, ſiue reus, ſic non cadet ob defectum præſentationis vlla interruptio, niſi ea ipſa eadem cauſa toto anno quieuiſſet, (b) abſque vllius perſonæ præſentatione.

8 Quando vtraq: Partiū cauſam præſentat, aut exhibere facit, Curia tūc illius præſentationem iubet deleri, qui ea opus non habet, & trāſigit ſuper altera præſentatione, quando ita ſuo ordine euenit.

9 Reus non facit ſe præſentare ſuper rotula. Sed cū cauſa vocata eſt, & poſtquam ſe præſentauit, Graphiarius ipſius comparitionem connotat,

AN ..

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LXXXII.

a. PErinde Text eſt in *l. ſcire autem*, 15. §. *ſufficit, verſ. ideoque, ff. de excuſat. tut. e certum eſt*, q. 3. Boër. *dec. 64. nu. 7. in fin. & dec.* 215. *n.* v1 *in fi.* Viui. plura eiuſmodi ſimilia congerendo, *dec.* 605. *præſertim n.* 5. Dixi poſt Royz. limitando Lituan. *dec* 4 *n.* 355. cum ſeqq. aliofque, cum Damhoud. in *loc. com par. tit. venire ad iudicium*, & traditur etiam à practicis noſtris, vt apud Merul. *prax. libr.* 4. *diſtinct.* 4 *ſect.* 2. *tit* 6. *cap.* 1. *n.* 4. verſus fin vbi hũc quoque verum contumacem dici id quod diximus limitando & ſuperius, *cap.* 78. *nu.* 26 *verb ſine licentia.*

b. *Quieuiſſet.*) Pulchrè in hanc rebuff. *ad conſtit. reg tom*, 2. *tract. de reſtitut. & releuam. art.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 15, impetrant quidam (ait) in hac patria literas releuamenti ad interruptione proceſſus, qui per annum fuit intermiſſus, & diſcõtinuatus; alioqui poſt interruptionem lata ſententia non valeret, *l. ſcire* §. *conſequenti. & ſeq. ff. de excuſ. tutor. cum ſimil.* Intellige (inquit) ſi annus tantum fuerit lapſus; ſecus triennium; quia tunc princeps non ſolet literas concedere poſt peremtam inſtantiam, licet ex cauſa poſſit, vt inibi copioſius. Ibidemque in procem. *gloſſ.* 5. *n.* 51. *in fin.* tamen etiã in hoc regno (inquit) perimitur inſtantia per triennium, computandũ à die vltimi termini, & non proſequitur quis poſt, illum proceſſum ſine literis regiis, vt non obſtãte peremptione liceat proſequi proceſſum, Latius autem de his ibidem *tom.* 3. *in tract.* De præſentationibus. Et apud nos *artic.* 490. *& ſeqq. ordinat. curiæ Braban. & art.* 45. cum ſeqq. *inſtruct. curiar. Holl.* quos declarat Merul. *d. lib.* 4. *diſt.* 4. *ſect.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. & ſeqq. *cum tit. ſeqq. vbi titu.* 5. de ſequentib. hic cap. ſeq. 84 *in princ.*

CAPVT LXXXIII.

De cauſa vocanda coram Iudice.

SVMMAE.

1 *In cauſarum vel perſonarum vocatione vocantur.*
- *Primò. cauſæ procuratoris generalis.*
- *Secundò, cauſæ miſerabilium.*
- *Tertiò. cauſæ citatorum perſonaliter.*
- *Quartò. Partium cauſa præſentata per rotulam.*

2 *Citati præſentant ſe ſub ea qualitate perſona, qua citati fuerunt.*

1 DIximus ſupra, nullam contumaciam eſſe decernendam ante euocationem cauſæ, aut perſonæ, iuxta ordinem rotulæ. Quomodo autem talis Euocatio fiat, quóve ordine peragatur, nunc accipe. In vocanda itaque cauſa ad Rotulæ ordinem, principio præferuntur cauſæ Procuratoris generalis, ſeu Fiſci, poſtea cauſæ miſerabilium, deinde cauſæ illorum, quibus dies perſonaliter comparendi conſtitutus & aſſignatus fuit, aut qui eam ob cauſam citati in propria perſona comparuerunt, & poſtremò aliarum partium cauſæ omnes ſicuti præſentatæ fuerunt in Rotula, ſine ordinis perturbatione, niſi fortaſſis curia ob certas rationes, de eo Rotulæ ordine aliter ordinaret, & peculiares cauſas contra ordinem rotulæ in iudiciis præferret.

Et omnes citati & vocati poſſunt ſeipſos præſentare, tales quales ſunt, neque ſuas perſonas in iudiciis formare (*a*) debent (hoc eſt, an per ſe, an nomine procuratorio (*b*) an loco hæredũ (*c*) & c. cõpareant) ſed ſunt formati cum eo ipſo, quod ſunt citati ſub certa quadam perſonarum qualitate; iuxta quam ipſimet tunc reſpondere, & ſic ſeſe, aut ſuam cauſam defendere poſſunt. 2

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THULDAENI

IN CAP. LXXXIII.

a. *Formare*.) Sic Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 32. *ſub num.* 3. ſcribit eum ſatis præſumi habilem, cũ ſic ab actore, qui eum in ius vocauit, approbatus fuerit. Imo perſonam rei in ius vocati per citationem actoris, adeo habilem effici, vt nulla poſtea in iudicio contra eius perſonam exceptio admittur; quia non ſponte vt actor, ſed neceſſario vt defenſor veniat, aſſerit Gail *l b* 2. *de pac. pub cap.* 12. *ſub num.* 17. quanquam aliter ſentiat Muſcat. diſtinguendo, *prax. ciuil part.* 3. *gloſ. verb comparentis num.* 51. cum ſeq.

b. *Procuratorio*.) Si citatur quis vt procurator, cenſetur perſona eius legitimata, redditurque habilis vt impugnari amplius non poſſit, vt poſt Felin. in *cap ſuper his, num.* 15. *verſ.* 2. *limita, de accuſat.* alioſque, Maſc. extendendo & reſtringendo, *li.* 2. *concluſ.* 1011. *num.* 1 quem ſequitur nouiſſ. & Monter. *dec.* 43. *ſub num.* 19. Admiſſum quoque procuratorem vſque ad litiſconteſtationem, videri poſitum in quaſi poſſeſſione officij procuratoris & iſtam talem quaſi poſſeſſionem transferre onus probandi in admittentem eum, Felin. poſt alios, in *cap. quoniam contra nu.* 53. *de probat* Alex *conſ.* 152. *num* 3 *lib.* 5. Boër. *dec* 281. *ſub num.* 11. Vant declarando de null proceſſ. *de null ex defect. inhab. ſeu mand. compar. num.* 63. Natt. *conſ.* 126 *numer.* 8. *& conſ.* 142 *num.* 8. Maſcard. *d. lib.* 2. *de proba. concluſ.* 1006. *num.* 13. & nouiſſ. Surd. *dec* 133 *ſub num.* 18. VVameſ. *conſ.* 90. *num.* 9. *ad fin.*

c. *Loco hæredum*.) Si aliquis, petit, vel, aliquem actum facit cum aliquo tanquam cum hærede, videtur eum approbare vt hæredem, Bald. *conſ.* 498. *num.* 1. *ad fin. lib.* 2. *per l. ſi ponas,* 23. §. *ſi hæreditatẽ ff. de in officioſ. teſt.*

d. *Sunt formati*.) Reus ſimpliciter citatus fit habilis, vt poſt Felin *in ca. cum inter num.* 11. *verſ. unde generaliter, de excep.* alioſque Maſ. *d. concluſ.* 1011. *num.* 2. Hartman. *tit.* 5. *de actor. obſ.* 10. *fine vlt.* poſt princ addẽs poſt Aret. *in* §. *quadrupli inſtitut. de actione* elegantẽ cautelam, quando nolit quiſpiã habilitare perſonã contradictoris, vt nõ ſimplius, ſed ſub conditione, ſi ſua intereſſe putauerit, citari curet & eſt cautela Cepoll. 205. *cui init. ſi facis* & voluit Marſil. pluribus etiam exemplis illuſtrando, *ad l. qui ignorans. nu.* 5. *cum ſeqq ff. ad leg. Corn. de falſ.* Rebuff. *in concordat Franc. tit. de conſtitu. ad verb. intereſſe putantes* verſ *notandum eſt.* vbi itidẽ *in verſ.* 3. *licet* Dec *in d. c. cum inter. num* (mihi) 35. cum ſeqq. alioſque, quod licet excommunicatus reus poſſit eſſe in iudicio, quãdo citatur ſpecialiter ſecus tamen ſit, ſi citetur cum illa clauſula, ſi ſua intereſſe putauerit, cum voluntarius ſit defenſor. ibidemque *in verſ.* ex quo infertur in conſuetudine retractus, ſi lapſo anno, emptor ſolicitauerit non conſanguineum ad retrahendum, non poſſe venienti emptorem opponere id tempus eſſe tranſactum: quia ex quo fuerit citatus cenſeatur habilitatus idemque Cepoll *d. cautell* 205. *num* 2. *& cautel.* 68. cui init. *ſi petens poſt princ.* Tiraquel. latius tamen declarando *de retract. proxim* §. 1 *gloſſ* 10. *num.* 10 cum ſeqq plura quoque eiuſmodi apud Rebuff. vbi ſupra videre eſt.

CAPUT LXXXIV.

De ſeipſo præſentando per Procuratores.

SUMMAE.

1 *Partes præſentant ſe per ſe, aut per Procuratores.*
2 *Inlex Partibus Procuratorem, & Aduocatum attribuere debet.*
3 *Mulieres, pupilli, & c. præſentant ſe per Procuratores.*
4 *In Parlamento Franciæ, olim nulli licuit ſe præſentare per Procuratorem.*
5 *Turingia, anno* 1448. *conſtitutum fuit, vt comparerent omnes per Procuratores.*

IN

Digitized by Google

CAPVT LXXXIV.

1 IN ciuilibus cauſis vtralibet Partium, nempe tam Actor, quàm Reus poteſt ſeſe præſentare in Iudiciis per ſe (*a*) (vt dictum eſt) vt per Procuratorem. (*b*)

2 Quod ſi alterutra Procuratorem non habeant, aut neutra habeat, Iudex tunc ex officio ipſi deficienti Procuratorem conſtituere & dare debet, dummodo eum petit, (*c*) Similiter & ipſi adiungere Aduocatum vnum debet, ſi quidem eum velit. Atque idem faciet etiam alteri parti, ſi nec ea Procuratorem, (*e*) aut Aduocatum habeat. Sed Procuratores & Aduocati ab eo onere ſuſcipiendo ſeſe purgare poſſunt, & illud onus detrectare ſi iurent, quod teſte conſcientia, ipſorum cauſa non videatur ipſis defenſibilis.

3 Mulieribus, item Pupillis, Minoribus, Prodigis, Dementibus, Furioſis, Mutis, & aliis miſerabilibus, dantur Procuratores & Aduocati per diſtributionem Concilij. Item etiam (*f*) ijs, qui ex timore partis aduerſæ nullum conſilium conſequi aut habere poſſunt.

4 In Francia in Parlamento olim non admiſerunt, vt Actor in Iudicijs compareret per Procuratorem, niſi ad hoc ſpeciales haberet literas gratiæ ab ipſo Rege. Atque iſtud peculiari quadam ex cauſa ſic à Rege tunc inſtitutum fuiſſe ferunt. Videbat enim Rex, quod plerique ſuorum nobilium quotidie multa haberent agenda in curia Parlamenti, quodque cauſarum ſuarum defenſiones omnes committerent Procuratoribus, & ipſi interim à Curia manerent abſentes, ob quod Parlamentum ferè nobilibus relinquebatur vacuum, quod Rex Pipinus in prima Parlamenti inſtitutione (ſcilicet, anno Chriſti 757.) fieri noluit, ſed illud potius quotidie frequentari, & exonerari voluit multitudine nobilium, Ducum, Comitum, Baronum, & ſimilium, qui ibi ſuas habebant agendas, quoſque ob id volebat ibidem adeſſe præſentes, & cauſas proprias ſine Procuratore defendere, (*g*) aut ſaltem Procuratori defendenti coram adſtare iuſſit. Sed illa inſtitutio poſtea abrogata, reuocata, & extincta fuit per aliam inſtitutionem factam, per ſtatus & Comitia Franciæ.

Habita Turingiæ, anno M.CCCC.LXXXIII. 5
vbi tunc ordinatum, & decretum fuit, quod omnes Actores in materiis ciuilibus poſſint occupare & comparere per Procuratores, (*k*) abſque gratia Regis ad hoc impetranda.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LXXXIV.

a. PEr ſe) Quando tamen videt iudex ruſticum quempiam imperitum, qui côram ſe velit ſibimet poſtulare, cauſamque ore proprio proponere, neque ſciat, ſed ſeipſum negligat; poſſe tunc cogere eum vt procuratorem accipiat, VVurmbſer. *tit.* 5. *de procur. obſ.* 16. poſt Lancfran. *in repet. cap. quoniam contra, num.* 10 *verſ. finaliter non omitto de probat.* alioſque. Plures caſus, in quibus cogitur quis conſtituere procuratorem, habentur, per gloſſ. & doct. in *cap. paſtoralis, de iud.*

b. *Aut per procuratorem*) Text. eſt. *in cap. querelam,* 2. *de procur. iuncta l* 1. *ff. de procur.* Marian. extendendo & reſtringendo latiſſ. tractat. *de citat. art.* 20. *quæſt. princ.* 15 *num.* 25. cum ſeqq. Rebuff *tom* 3 *conſtit. reg. tract. de cont.* & def. *artic.* 1 *gloſſ* 1. *num.* 17. *& art.* 3 *gloſſ.* 1. *nu* 1. Chaſſen. ad conſuet. Burgund. *tit.* 4. §. 5. *num.* 6. *&* 7. Schurpf. *cent.* 1. *conſ.* 76 *in* 1 *quæſt.* VVameſ. *conſ.* 90. *num.* 10. Muſcat. declarando, prax. ciuil. *part.* 3. *gloſſ. verb. comparentis num.* 8. *cum ſeq. & ſub num.* 51. *& part.* 2 *gloſſ. verb. venientis, numer.* 1. Item *d art.* 3. *gl. ſſ* 1. *ſub num.* 4. *& ſeqq.* partem teneri aliquando per ſe præciſè comparere & quando de quo text. *in c.* 1. *ubi gloſ. verb iudicem delegatum de iud. lib.* 6. & Pa[illegible]orm. *in cap. cum dilectus, n.* 4. *ad fin. de procur.* Pariſ. *conſ.* 120. *num.* 2. *cum ſeqq. li.* 4 Socin. latè *ad qu.* 15 *nu.* 28. cum ſeqq. Citationemque in illis caſibus ad comparendum, non perſonaliter factam, non valere ſentitque Guid. *conſ.* 121. *num.* 7 Imo licet quis expreſſe citetur vt perſonaliter compareat, non tamē teneri perſonaliter comparere niſi iuſta cauſa inſerta, probat Iaſo. *in vlt. n.* 3. *C de proc.* vbi de his quoque latiſſ. Sed etſi quis mittat procuratorem cum mandato inſufficiēti, quamuis compareat, tamen quia non legitimè comparet, neque poteſt in cauſa recte reſpondere ideo ſemiplena illius præſentia, ob defectum mandati habetur pro contumacia, & debet ſoluerere expenſas, vt poſt Bar. *in l.* §. *vſur ff. de procu.* alioſq; Iaſ. *num.* 6. *in fin* Sichard. *num* 7. *in l. Sancimus,* 13. *Cod. de iud.* & vtrobique; procuratorem hunc non modo contumacem, ſed & falſum dici; ſicque illam exceptionem poſſe ſemper opponi, ſecūdum Bald. *in c. ex parte decani de reſcr.* late Vant. *de null. proc. ſ. tit de nul. ex def. inhab. ſeu mandat. n.* 74. cum ſeqq. rurſus *n* 121. collegium doct. Ingolſt. inter conſ. Cantiunc. declarando, *conſil.* 27. *numer.* 8. 9. *& ſub numer.* 80. Dixi cum Damh. *in 'ee. compar. articul ſimil. tit. mand. t. inefficax* Cæterum iis caſibus quibus ex iure, propter ſingularem aliquam rationem, per procuratorem

 quis

quis agere aut defendere non poteſt, poſſe tamen ſi egregia ſit perſona reſpondit VVameſ. *d. conſ. 92. n. 21. per l. vlt. C. de iniur. vbi gl. ord.* de quo latiùs Gomez limitando *ex com. var. reſol. tom. 3. cap. 1. ſub n. 15 verſ. & poſtremo.* Plura etiam huc ſpectantia indicabimus infrà *c. 128. n. 33. ad verb. inſtitor & verb. perſonaliter comparere.*

c. *Eum petit.*) Inuitus enim nemo conſtituere cogitur, Turzan. limitando, *com. opin. 69. & o. in 126.* quem ſequitur Zoar. *recept. ſent. theſ. in lit. P. n 293.*

d. *Alligere aduocatum.*) Tex. *in l. 1 § ait prætor. vbi nouiſſ. Buſi ff. de poſtu.* Gail *lib. 1. obſeruat. 43. ſub n.* vbi compelli poſſe per iudicem, etiam delegatum, ad præſtandum patrocinium; Viu. *com. opin. lib 2.* verb. *aduocatus, n. 1.* Soar. *recept. ſent. theſ. in lit. A. n 93.* Mynſing. *cent. 4 obſer. 32.* Couarr. *var. reſol. lib. 3. c. 14 ſub n. 1.* declarando, dummodo congrua ei ſalaria miniſtrentur, Ibidemque ex ſententia Rom. *ſing. 259.* ſi non pareat poſſe iudicem, ad certum tempus aduocationis ei officium interdicere; Tholoſan. *dec. 481 ad fin.* Mynſing. *d. ob. 32 in fin.* Gail. *d. obſ. 43 num. 1 in fin.* vbi é ſtylo *num. 11.* pauperibus gratis inſeruire debere, & ad hoc compelli poſſe, ſub pœna, non ſolùm pecuniaria, ſed & priuationis officij, allegans inter alia *text. in l. 1. §. & verbo, ff de offic. præſ. verb.* latè poſt Mynſ. qui ſuprà, Couarr. *d. cap. 14 num. 1. verſ. quibus expreſſim.* & in pract. *quæſt. cap. 16. ſub num. 4.* aliosque Menoch. *de arbit. iud. centur. 4 caſu 369. num. 3.* cum ſeqq. & Buſi. *ad d. §. ait prætor. numer. 4.* aſſerens moribus Germaniæ & harum regionum id obtinuiſſe, allegando inſtructionem cur. Holland. *art. 25. in fin.* & eſt art. magis appoſitus eiuſdem inſtruct. 78. & apud nos *art 292. ordin. cur. Brab.* addit tamē Buſi. æquius & tutius fore, vt tantò fidelior opera miſerabilibus perſonis præſtetur, ſingularibus aduocatis in defenſionem pauperum, annuum ſalarium ex publico conſtitui: quod ipſum quoque hodie non paucis in locis receptum ait.

e. *Procuratorem*) Inuitus tamen procurationem ſuſcipere nemo cogitur, vt habet tex. *in l. inuitus, 17. C. de procur.* latè Gail. *d. obſ. 43. nu. 2.* cum ſeqq. vbi ſub *num. 8.* poſt Caſtr. *num. 2.* & Iaſ. *num. 2. in d. l. inuitus*, non procedere in procuratoribus palatij, operas ſuas clientulis locare ſolitis; qui largo modo dicuntur aduocati; Dec. *in reg. inuitus. 199. ſub num. 2. ff de reg. iu.*, Mynſ. *d. obſ. 32.* Et hoc illud eſt quod nouiſſ. ſcriptum reliquit Ant. Fab. *C. libr. 3. tit. 1. defin. 29 nu. 3.* qui publicum procurandi officium in aliquo tribunali excercent, maximè differre ab antiquis illis procuratoribus de quibus *in tit. ff. & C. de procur.* qui non poterant inuiti conſtitui vt hi noſtri, ad quod ante eum latiùs demonſtrauit Imbert. Inſtitut. forenſ. *libr. 1 cap. 12. gloſſ. verb. ſignificatione, verſus fin. verſ etſi profeſſò.* ſentitque Gail. & Mynſ. vbi ſuprà qui poſt alios quoque limitant, niſi excuſare ſe (vt & hic ſequitur) ex legitimis cauſis poſſit. Quemadmodum *& d. l. inuitus*, poſt Iaſ. *ibidem numer. 6. C. de proc.* limitat Menoch. *conſil. 270. numer. 17.* in principe, qui procuratores cogere poſſit.

f. *Item diem.*) His omnibus, etſi non petant, de aduocato prouidendum, *d. dec. Tholoſ. 481.* Gail. *d. dec. 43. ſub n. 1. & n. 10.*

g. *Sine procuratore defendere.*) Quæ quidem rationes quàm fuerint vanæ, cum ex eo conſtare poteſt, quod contra Impp. *in l quicunque, 25. C. de procur.* ſancierint, huiuſmodi perſonas illuſtres, non poſſe per ſe litigare in iudicijs, ſed debere hoc facere per procuratorem; ſi ſecus factum eſſet, punirentur tam ipſi illuſtres litigantes, quam iudex qui illos coram ſe paſſus eſſet litigare: vel ea potiſſ. ratione, ne per illum actuum illuſtres dignitatis ſuæ iacturam facerent; vel alijs etiam rationibus, quas poſt gloſſ. & alios, ad eam *l.* adducit Sichard. *ſub numer. 3 cum ſeq.* Vant. *de nullit. proc. tit. de null. ex defect. inhabil. ſiu. mand. ſub num. 58.* qua de re dixi latius *infra cap. 96 ad verb. Epiſcopi.* tum ex ijs quoque facilè idem conſtiterit, quæ annotauimus ſuprà ad verb. aut per procuratorem in fin.

h. *Per procuratores.*) Apud Gallos hodie priuati, neque per ſe, neque per procuratores, cauſam ſuam agere in foro vel iudicio poſſunt, niſi ſelectis quibuſdam forenſibus procuratoribus negotium mādent, inquit Baro ad inſtitut. *tit. de ijs per quos ager. poſſ. comment. part. 2.* in princ.

CA

Digitized by Google

CAPVT LXXXV.

De Procuratoribus.

SVMMAE.

1 *Procuratores qui dicantur.*
2 *Differentia inter Procuratorem & Adminiſtratorem.*
3 *Procuratores* { *Ad lites proceſſum aſſumunt, proſequuntur, & Sententiam expectant.* & *Ad negotia, pecuniam accipiunt, dant quietanciam, transferunt dominium, obligant, &c.*

Item.

4 *Procuratores* { *Ad lites non poſſunt ſubſtituere ante litis-conteſtationem.* & *Ad negotia ſemper licet ſubſtituere.*
5 *Procuratores* { *Ad lites debent eſſe maiores 25. annis.* & *Ad negotia debent eſſe maiores 17. annis.*

Item.

6 *Procuratores* { *Ad negotia agunt, exercent, & omnibus ſe immiſcent.* *ſed* *Ad lites iſta efficere non poſſunt.*
7 *Procurator conſtitutus ad agendum, cenſetur etiam conſtitutus ad defendendum, non contrà.*

1 OMnes adminiſtratores in cauſis alienis dicuntur procuratores: procurator enim eſt nomen generale ad quemlibet adminiſtratorem, *c. Saluator, 1. qu. 3.*

2 Et nulla eſt alia differentia, aut diſcrimen, inter procuratorem, & negotiorum geſtorem, ſiue adminiſtratorem, quàm quod procurator non ex ſe, ſed ex mandato domini ſui cauſam adminiſtret, *l. Prima, ff. de Procuratoribus, & c. quia Epiſcopus, 5. qu. 3. & l. 3. §. Negotiorum. ff. de nego. geſt.* Negotiorum autem alienorum geſtor ſiue adminiſtrator, ſine mandato cauſam aſſumptam adminiſtrat & tractat, *§. Primo, inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſcunt.*

3 Procuratorum, *(a)* duæ ſunt ſpecies, nempe ad lites ſiue iudicia, & ad negotia, vel cauſas Procuratores, ad lites, ſiue ad iudicia aſſumuntur ad occupandum in iudicio, ad iudicium (vulgò) proceſſum proſequendum, & inſtruendum, & ad iudicium, ſiue ſententiam ſuper illo expectandum. Procuratores ad negotia inſtituuntur ad pecuniam recipiendam, ad liberationem, ſiue quietanciam dandam, ad ſe diſueſtiendum, ad ſe obligandum, & ad eius generis ſimilia.

Eſt præterea differentia inter iſtas duas ſpecies procuratorum, quia procuratori ad lites, ſiue ad iudicia non licet ſubſtituere alios procuratores, niſi poſt litem conteſtatam. Nam prius is procurator non cenſetur eſſe magiſter cauſæ, *cap. Primo, §. Licet, de procuratoribus, li. 6.* Sed Procuratori ad negotia licet ſemper, & quandocunq; volet, liberè alium deputare, & ſubſtituere, *d. c. Primo, §. Procurator, de procurat. eod lib. 6.* 4

Item procurator ad lites, ſiue ad iudicia, debet eſſe maior 25. *(b)* annis, hoc eſt, non datur niſi maior ſit 25. annis. Et procuratori ad negotia ſufficit, quod 17. excedat annum, id eſt, iſte poteſt dari poſt 17. *(c)* annum, *ca. Generaliter de procurator. lib 6.* 5

Præterea qui generaliter conſtitutus eſt Procurator ad negotia, is poteſt agere ac experiri, & ſe omnibus cauſis immiſcere, exceptis his caſibus, qui mandatum exigunt ſpeciale, *d. c. Generaliter, de procurat. lib. 6.* Sed id Procurator ad iudicia ſiue ad lites efficere non poteſt. 6

Procurator qui conſtitutus eſt ad agendum, intelligitur etiam conſtitutus ad defendendum: *(d)* ſed minimè contra. 7

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXXV.

a. PRocuratorum)Sichard *ad l. neque*, 11. *ſub n.* 2 *C. de procur.* Differunt itidem hi procuratores de quibus loquitur ius ciuile, ab iјs qui modo publicum procurandi officium in tribunalibus exercent; quod nimirum à iure vocentur procuratores, qui non ſolum lites, verum etiam rei familiaris negotia curabant, cuiuſmodi hodie receptores nominantur, vt patet in l. iij. C. de procur. & alijs hic adductis: nunc verò procuratores eos appellemus, qui nullis ferè negotijs prӕterquam forenſibus diſceptationibus tractandis vacant, quos olim priſco vocabulo cognitores appellatos aſſerit latè Budæ. *ad l. moris*, 9. § *ſolent. verſ. cæterum qui cognitores*, rurſus verſ. *quod de cognitore*, *ff. de pæn.* quem ſequitur & Imbert. *inſtitut. for. lib.* 1. *cap.* 12 *gloſſ.* 1. verſus fin. *verſ. etſi præfecto* licet Manut. ad Cicer. in diuinatione, *in verb. cognitorem iuris ſui* aſtruat, quòd procurator abſentem, cognitor præſentem defenderit: & vide in quacunque re, maxima, minima, procuratorem fuiſſe; cognitorem in maiore tantùm. Alias quoque differentias indicauimus cap. præced. 84. *ad verb procuratorem*: licet nō parum alioqui iјs conueniat vt ait Imb. qui ſupra; & hic demonſtrabitur. Eo quoque pertinet quod ſcribit Baro *ad tit. inſtit. de mand comment. part.* 2 poſt princ. de mandato (inquiens) quod forenſes procuratores apud nos ſuſcipiunt, idem ius moribus quibuſdam conſtitutum fuit, quod Romani tulerunt ferè. Sed Ludouici xij. huius nominis, lege, id ſtatutum eſt, vt certos duntaxat procuratores à magiſtratibus per ſingulas iuriſdictiones creatos, priuati litigatores conſtituerent: quod & noſtra ætate regis edicto paſſim fere per territoria omnia, regio imperio & iuriſdictioni ſubdita, conſtitutum eſt, dignitatis forenſis tuendæ cauſa: ne rerum forenſiū omnino imperiti negotia priuatorum apud magiſtratus defendāt. Itéque ad tit de his per quos agere poſſe comment *part.* 2 breuioribus verbis aſſerit.

b *Minor* 25) ſex in *l. minor*. 51. vbi poſt alios Coſt. declarando, de minor. Alex. *ex com n.* 23. Iaſ. *ex com. n.* 15. Sich. *n.* 16. cum ſeq. *in l. exigendi*, 12 *de procur.* Merul. ex ſtylo inferioris German. prax. Hollan. *li.* 4. *diſt.* 3. *tit.* 13 *cap.* 1. *nu.* 5. Ant. Fab. *C. lib.* 2. *tit.* 6. *definit.* 30. *n.* 1. *cum ſeqq.* Contra verò alterius procuratorem recte conſtitui, ſuſtinet poſt Cuiac *lib.* 22. *obſ.* 16. alioſque Buſi. *ad d. l minor.* 51. *ff. de procur.* ſed ergo nolim huiuſmodi opinationibus hic iuniores præſertim, onerare; quum ſint (vt illi ipſi fatentur) non ſolum contra *com. doct opin.* vt per Alex. *ſub n.* 23. & Iaſ. *ſub num* 19. cum ſeqq *in d. l exigendi*, ſed apertam quoque pontificum conſtitutionem in adducto *c. qui generaliter*, §. *vlt. de procur. in* 6. In noſtris vero procuratoribus requiritur ætas, 20. annorum, vt in art. 322. *ordin. cur. Brab.*

c. *Poſt.* 17) Alex. Iaſ. Sichard. Villal. & *c.* 1. vbi ſupra, Fab. *d. def.* 30. *nu.* 15. vbi tamen nec impuberem repelli. cuiuſmodi ſententiam com. fatetur, aliter ipſe ſentiens, Couarr *ad. c. tua.* 17. *n* 4. de teſtam. & indiſcuſſam relinquit ibidem Sichard.

d. *Ad defendendum.*) Per. *l mutus*, 43. §. *pœna*, *vbi gl. ad ver.* , *denegetur*, in fin. & alij *ff. de procur.* Rom. *ſingul.* 115. cui init 2. *procurator*, VVurmbſer. *tit.* 5. *obſer* 1. *verſ. item. procurator.* Merul. *prax. Holland. lib.* 4. *tit.* 13. *cap.* 3. *ſub n.* 3. intelligentes in procuratore actoris, non etiam in procuratore rei; qui conſtitutus ad agendum, nunquam intelligatur conſtitutus ad defendendum, *iuxta c. conſtitutus, de procur.* Quando autem cogantur præcisè defendere, latè, poſt gloſſ. & alios, Coſtal. *ad l. ſed ea* 35. §. *præter. de procur.* VVurmbſ. *d. tit.* 5. *obſ.* 6.

CAPVT LXXXVI.

De Procuratoribus in proprijs cauſis.

SVMMAE.

1 *Procuratores in rem ſuam, qui dicantur.*
2 *Procuratores in rem ſuam, in quibus locum habeant.*
Procuratio in rem ſuam non valet
3 *In ceſſionibus Actionum litigioſarum.*
4 *In rebus partim venditis, partim donatis.*
5 *In ceſſionibus factis potentioribus.*
6 *In ceſſionibus factis ab iis qui ſunt inhabiles.*
7 *In ceſſionibus ſimulatis.*
8 *In ceſſionibus Tutori factis contra Pupillum, &c.*
9 *In ceſſionibus ſine titulo.*
10 *Procurator in rem ſuam poteſt facere quiduis, & etiam ſe obligare.*
11 *Procurator in rem ſuam, an propriè dicatur Procurator.*

Sicuti

Digitized by Google

1 SIcuti Procuratores aliorum cauſas defendunt, ita & ſuas quoque priuatas cauſas per ſe defendere poſſunt, & dicuntur tunc Procuratores(*a*) in cauſa propria, vel Procuratores in rem ſuam, vt habet *procuratore ff. de Procuratoribus, & l. Iuſiurandum, in fine, ff. de iureiuran.* Cauſa autem ipſis propria dicitur, quę prouenit ipſis, vel ex propriis bonis, vel ex alienis bonis ipſis ceſſis, (*b*) aut tranſlatis, quæ tuenda aſſumpſerunt, vel quando ipſi ſunt Procuratores conſtituti ad litem, ſiue ad iudicia nominibus propriis, & ad ſuum proprium commodum, & vtilitatem proſequendam.

2 Et huiuſmodi procuratoria, ſiue procurationes aut literæ procuratoriæ ſunt validæ, obtinentque locum in omnibus ceſſionibus, tranſlationibus, vel (vt vulgo) in Tranſportis, quæ de iure fieri poſſunt (*c*) quæque prout decet, factæ ſunt.

3 Sed in actionum litigioſarum ceſſionibus, quando actiones ceſſæ, ſunt debitæ, id eſt, in iudicium deductæ, ceſſiones non tenent, *l. 2. & fina. C. de litigioſ. c. 2. extra de aliena. iudic. mutan. cau. facta, & ibi Lona. & amplius gl. ff. in verb. Sanctionis.*

4 Item nec valent procurationes in rebus partim venditis, & partim donatis, *vulgata, l. Ab Anaſtaſio C. mandat.*

5 Item nec valent in actionum ceſſionibus, quæ in potentiorum manus ceduntur. Rationē potentiæ, vel dignitatis, cenſentur terribiles, carentque ob id tales procurationes vel ceſſiones ſuo debito effectu, *vt l. Primo, §. 1. & l. fina. C. ne lic. t potent. patro litigant. præſta. d. c. ſecund. ext. de alienat. iudic mutan cauſ. facta.*

6 Item nec valent ceſſiones factæ, ab iis qui eas faciendi ſunt inhabiles, vel impotentes. Prohibētur autē minores cedere ſine tutorū vel curatorū authoritate. Itē Tutores & curatores nihil pręſtare poſſunt ſine pupillis, aut Minoribus, niſi iſti abſentes ſint, vel fari non poſſint, *l. Reſtituta, §. Pupillus, ff Ad S.C. Trebel.* Itē, furioſis & prodigis, prohibetur ceſſio vt *l. Is cui, ff. de verbo. obligat.* Item Patres filiis cedere non poſſunt, *l. ſecund. ff. de contrahend. emp.* Sic quoque nec Brugis Flandriæ, nec in aliis locis. Tutores, Curatores, Pupilli, Minores, Prodigi vel furioſi quicquam abſq; ſuperiorum, Tutorū, nempe magiſtratuum authoritate preſtare valent.

7 Item prohibitæ ſunt roboreque carent omnes ceſſiones ſimulatæ. *Co. ſ lu. valere quod agitur, per totum. & c per tuas, ext. Qui filii ſint legit.*

8 Item, nec valent ceſſiones factæ Tutori vel Curatori contra Minorem adminiſtratione durante, *Autent. Minoris, C. Qui dare tut. r, vel curat poſſ.*

9 In prædictis enim omnibus nullæ procurationes in rem ſuam vllum locum habere poſſunt. quemadmodum nec locum habent, quando in procuratorio nullus inſeritur titulus, vel ceſſionis cauſa, quare ipſa facta ſit. Nam nuda traditio, & ſine cauſa facta, in rebus corporalibus non trāsfert dominium, *l. Nunquam nuda. ff. de acquire. rer. domin.*

10 Sed hoc loco notandum eſt, Procuratorem in rē ſuam poſſe facere quæcunque volet. Item, ſe obligare poſſe, ad quod actionem habet.

11 Sed an Procurator in rem ſuam, proprie (*d*) dicendus ſit procurator, vide gloſſam, *in l. 1. in verbo aliena, ff. de procuratoribus*, quam Baldus ſequitur & commendat. Prædictæ enim & ſimiles Exceptiones poſſunt obiici & opponi contra Procuratorem in rem ſuam conſtitutum Videte latius Speculat *li. 1. Primo, part. 3. tit. de Procuratore in rem ſuam conſtituto*, qui aliqua pulchra dubia reſoluit circa hanc materiam, & bonas deſcribit annotationes.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. LXXXVI.

a PRocuratores.) Qui dicantur in rem ſuam, glo. *in c. 1. §. 1 in verb. in rem ſuam de procur. li. 6.* quam probat & Felin. *in c. licet nu. 3. de offic. deleg.* vbi in materia ſtricta iſtos appellatione procuratoris non venire. de quo latius hic in fin. Quomodo autem conſtituatur ab actore, & à reo, in rem ſuam procurator, pulchrē Zaſ. *in l. ſi ſe non obtulit, verſ. 2.* præmitto *& verſ 4 fall. ff de re iudic* de quo ibi quoque Alex. *num. 2* Et Iaſ. *num. 9.*

b. *Ceſſis.*) Sic procuratorem in rem ſuam dici, cui ceſſæ ſunt actiones, Iaſ. declarando, *in d. l. ſi ſe non obtulit. n 8* Rebuff *ad. l res appellatio, 5. de verb. ſignif.* ideo (inquiens) in vtilitatem ſuam agit, quamuis Luc. de penn. in *l. defenſionis facultas, C. de iur. fiſc. lib. 10.* exponat rem pro lite. Sed & verba quæ apponuntur in contractibus, ponens eum in locum ſuum, importare ceſsionem iurium, tranſlationem vtilium actionum, & conſtitutionem procuratoris in rem ſuam notat poſt alios Iaſ. *in l. qui quadraginta, 3 num. 7. ff. ad SC. Trebell. & in l ſi procurator. 10. ſub num 11. C. de procur.*

c. *Fieri poſſunt.*) Quæ cedi non poſsint 39. *enumerat.* Tiraqu. *de retract. proxim. § 26 gloſſ. 1. n. 45.* cum ſeqq.

d. *Proprie.*) Improprie dici, Sichard. poſt alios *nu. 3. in fin.* ad Rub. *C de procur.* Anch *in c. 1. ſub n 4 de procur. lib. 6.* Iaſ. *in d. l ſi ſe non obtulit ſub n. 6. ff. de re iud.* vbi poſt gloſſ. ordin. *in l. 1 in princ. in gl ff. magna.* ibidemque Bart. *ff. de procu.* aliosque, in rem ſuam procuratorem proinde nō cadere in ſtatuto, de procuratore mentionem faciente.

CAPVT LXXXVII.

De Procurationibus generalibus.

SVMMAE.

1 *Omne procuratorium continet*
- *Nomen conſtituentis.*
- *Nomina conſtitutorum.*
- *Nomen Iudicis, Notarii, vel Scribæ.*
- *Cauſam procuratorii facti.*
- *Obligationem ad ſolutionem iudicati.*
- *Diem conſtitutionis.*

2 *Omnia procuratoria ad lites, ſunt generalia ad quoſuis actus.*
3 *Procuratoria generalia, tam ſunt de futuris, quam de præſentibus.*
4 *Procuratoria generalia, non extendunt ſuam generalitatem ad criminalia.*
5 *Procuratoria ad negotia, dicuntur ſpecialia.*
6 *Contra procuratorem rem ſuam, opponitur*
- *Ratio ſui, & cauſæ.*
- *Ratio conſtituentis.*
- *Ratio formæ conſtitutionis.*

1 OMnia procuratoria continent communiter *(a)* ſex puncta, ſcilicet, nomen conſtituentis, nomina conſtitutorum, nomen iudicis, nomen tabellionis, aut eius notarij, qui procuratorium recipit & conficit, ad quas cauſas procuratorium conſtituatur, literis mandat. Item, obligatorium ad ſoluendum, aut adimplendum iudicanda, & poſtremò conſtitutionis diem.

2 Omnia procuratoria ad lites ſiue ad iudicia, ſunt generalia, *(b)* ſcilicet, ad iudicia ſiue proceſſus, tam ſpirituales quam ſeculares ſuſtinendos, proſequendos, & ad faciendum in eis omne id, quod conſtituens ipſe poſſet facere, ſi ipſemet coram & præſens adeſſet. Pro cauſa ſpirituali *(c)* eſt, *c. cum veniſſent extr. de in integ. reſtit.* Pro pecuniaria & ciuili eſt. *l. licet C. de procuratoribus*, & vbicūque non prohibetur. Et conſtituitur in omnibus cauſis, & in vna, *(d)* & præſentialiter, *(e)* & abſens per nunciū, vel per epiſtolam *(f)* dum tamen certus ſit *(g)* ad litem præſentem & futuram in die, & vſque ad diem *(h)* & ſub conditione *(i)* & in perpetuum, & ad generales cauſſas & ſpeciales, *l. 1. 2. & 3. ff. de procuratoribus & l. Prima, ff. mandat.*

Quando paocuratorium eſt generale ad omnes cauſas, id intelligitur ęquè benè de futuris, *(k)* quā præſentibus, quamuis etiam in procuratorio, de futuris non ſit facta mentio. 3

Sed hoc notandum eſt, quod quamuis dixerim, quod procuratoria ad lites ſint generalia ad omnia, aut ad omnes cauſas, ſine vlla exceptione, tamen id non vlterius intelligendum eſt, quàm ad ciuiles cauſas, quia ad proponenda criminalia, *(l)* etiamſi eſſent ad excipiendum, procurator debet ad hoc habere ſpeciale mandatum, & permiſſum. 4

Procuratoria autē ad negotia ſunt ſpecialia, quia ad cauſas ſpeciales, ſcilicet, in procuratorio expreſſas pertinent. 5

Contra Pocuratorem autem conſtitutum in rem ſeu cauſam alienam, opponitur trifariam, ſcilicet, ratione & ſui, & cauſę. Secundò ratione conſtituentis. Tertiò, ratione formæ conſtitutionis. Videte latius Specula. *lib. 1 part. 3.* Titulo. *de procuratore.* Hæc autem vt omnia clariora euadant, non temerè me facturum putaui, ſi hic generalis procuratorij formale *(m)* exemplar tibi præſcripſero, quale erit iſtud. 6

Procurationes generalis ſub ſigillo ad cauſas forma communis.

NOs Burgimagiſtri, Senatores, & Conſiliarii ciuitatis Brugenſis, notum facimus omnibus & ſingulis quod hodie ſub data iſtarum, coram nobis perſonaliter conſtitutus comparuit N qui authoriſauit, cōſtituit, & in locum ſuum poſuit, & per has præſentes literas authoritatem præbet, conſtituit, & in locum ſuum [illegible]it veluti procuratores generales. & vicarios ſuos ſpeciales N.N.N. & ipſorum quemlibet, & præcipuè

què præſentium literarum exhibitorem, in omnibus negotiis, quæſtionibus, quere lis, cauſis, & actionibus, quas hic comparens nunc habet, & poſtea ſe habiturum putabit, tam agendo, quàm defendendo, & contra in omnibus Curiis, coram omnibus iudicibus & prætoriis, tam ſpiritualibus, quàm ſecularibus. Præterea tum exigendo, recipiendo, perſequendo, quàm reſtaurando, aut recolligendo vbicunque decebit, & opus erit omnia credita, omnesque ſummas pecuniarias, quæ huic cōparenti nunc debentur, & poſt hæc debebuntur, ſiue ea ex reditibus, ſiue ex cenſibus feudorum, ſiue ex domorum locationibus, ſiue ex mercimoniis, aut ex negotiationibus, ſiue ex mutuata pecunia, vel ex quacūque alia occaſione, & cauſa iam præſente, præterita, aut futura, vt ipſi in his omnibus liceat appointtemētum ſiue tranſactionem conficere, pecuniam ex dictis cauſis, profectam recipere, iis apochas tradere, rationis, demonſtrationis, & reliqua exhibendi iure ſemper ſaluo. Atque ideo, ſi opus erit, contra eum in quem id competet, & res poſcet, iuridicè procedere proceſſum inſtituere, eundemque ad finem vſq; producere. Quasuis actiones reales, perſonales & mixtas, atque etiam complaintas in cauſa nouitatis inſtituere, intentare, & ad locum contentionis comparere, reſtabiliſare, reſtabiliſationē videre. Præterea delationes, proceſſuum remiſſiones, defectus, licētiam Curiæ, & quasuis alias iudiciales cauſas, aut petere, aut refellere. Omnes citationes efficere, eaſdem notare, petitiones conficere, expetere, & ad aduerſariorum petitiones efficere, iuridicè reſpondere, eaſq; refellere, inceſſere, lædere, & deſtruere. Quasuis iudiciales arreſtationes, & quæ ad eas pertineōnt, facere, aut iis obſiſtere. In replicis, duplicis, triplicis, quadruplicis, &c. omnia quæ opus erunt, peragere, eas perſequi, & finire. Item iuramentū omne offerre, & præſtare quod ius, & rationis æquitas expoſcet. Quasuis probationes producere, & probationes ab aduerſario factas, audire & videre. Confutationes & ſaluationes recipere, eaſq; exhibere. Sententias audire, à ſententiis appellare, appellationes aſſumere, appellationes inſinuare, eaſdemq; producere & iiſdem (ſi ipſi id expedire videatur) iterum renunciare. Alios procuratores, vnum aut plures in locum ſuum ſubſtituere, qui, aut eādem, aut limitatam poteſtatem habebunt. Et generaliter, & ſpecialiter in omnibus tam prædictis, cum omnibus ipſorū appendētiis facere omnia quæ præſens, conſtituens & comparens ipſe conſtituere, & per ſe facere poſſet, quandocunque & vbicunq; is præſens adeſſet. etiam ſi cauſa ſpecialiorem poteſtatem, quam iſthæc eſt, expoſceret. Promittens ſe perpetuo ſeruaturum bonum, firmum, & ratum, quicquid per prædictos ſuos procuratores, aut per ipſorum ſubſtitutos, aut per vnumquemque ipſorum, præcipuè in dictis cauſis, & in eorum appendentiis faciendum, & factum erit, abſque eo quod vnquam his contradicturus, aut vllomodo obſtiturus erit. Et præterea quod iudicata, ſi opus erit, exoluet. In ſignum veritatis nos ſigillum ad cauſas ciuitatis noſtræ Brugenſis his appenſum iri iuſſimus, Datū & ſic factū Brugis, Anno Domini 1565. primo Iulij.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXXVII.

a. Continent communiter) De his quoque Merul *prax. Holl. lib. 4 tit 13 ca. 2 nu 4.* Quæ tamen potiſſ. ſubſtantialia, ſiue requiſita ad mandatum ſufficiant ſuſtinendum, poſt Spec. *tit. de procur. § ratione autem form. c. nu.* 20. Mynſing. *ex SC. cent 5. obſer 99.*

b. *Sunt generalia*) Latè hac de re Vant. *d. t. tu de mand. de null ex inhab.* ſeu *defect. mand. num.* 89. vbi inſuper poſt Bart. (corruptè citatum) in *l. Seo* 10. §. *medico. in fin. ff. de anni leg* Dec. *conſ.* 430. *num* 7. cum ſeq. & *conſ.* 441 *num* 9 10. 12. & ſeq. aliosque, data generali commiſſione procuratori, intelligi de ſolitis fieri ordinariè per ipſum conſtituentem, non autem de inſolitis aut extraordinariis; quia talia ſpecificatione indigeant. voluitque ferrarienſ. in praxi, *in form re ponſ. rei conuent, ad verb. Simonius* Spelta *num. 6, ad fin.* Roman, latè *conſ.* 114 *in 2 quæſtion ſub numer.* 4 *eum. apoſt. Mandoſ.*

c. *Spirituali.*) Vant. *d. tit. de null. ex def. inhabilit. ſeu mand. num* 93. poſt Bellamer. latè declarando. *dec.* 5 *tota*, aliosque.

d. *Et in vna* Vant. vbi ſupra *num.* 100. In Camera tamen Imp. non admitti mandata procuratorum ad vnicum actum iudiciarium, putà in competentiæ tantum, ſed ad totam cauſam exhibenda eſſe Gail. *lib. 1 obſer.* 51 *num.* 11. Mynſ. *ex SC. & ſtylo centur* 1. *obſ* 46. licet de iure contrarium ſuſtineat etiam collegium Ingolſtad. apud Cantiunc. *conſ.* 27. *ſub num* 80. cum ſeq Et in aliis ſpecialibus huiuſmodi actibus aut ſpeciebus obſeruantia, demonſtratur etiam hic inferius, *ca.* 123 *num.* 37. *ad verb. limitatum cauſam.*

Digitized by Google

c. *Præſenti liter.*) Si dominus videt cauſam ſuam ſuo nomine agi per procuratorem, neque contradicit, ex voluntate ſua creditur agere, inquit Innoc. *in c. ex parte Decani*, 33. *n.* 2 *de reſcript.* ſequitur Bald. *in l.* ... *n.* ... *n. C. ſi ex falſ. inſtrum. & in l.* ... *ij ff. de neg geſt.* Angel. *ad inſtit. tit. de his per quos ager poſſ. verſ. & pro perfectione*, Roman *in conſ.* 170 *in princ.* vbi apoſt Mandoſ. com. probat) Alexand. *conſ.* 157. *n.* 12. *lib.* 2. *& conſ* 80. *n* 9. *ſub n.* 11. *& n. m.* 14. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 437. *n.* 1. cum ſeq. *& in c. cæterum, ſub nu.* (mihi) 35. *de iudic.* Afflict. *dec.* 308 *ſub num* 6. Boër. *dec.* 281. *ſub n.* 11. *verſ hoc verum*, Tiraq. latiſſ. *de retract. prox. in* §. 9 *gl* 3. *& vlt. in num.* 11. cum ſeqq. Vant. *de null. proceſſ. tit. quib. mod. ſent. null. defend. poſſit, n* 94. Natt. declarando *conſ.* 126. *n.* 1. Vallar, declarando *dec.* 100. *verſus fin. verſ.* 3. *quia, inter dec.* Luc. Oſaſc. *conſ.* 1. *ſub n.* 58. cum ſeqq. Menoch. *libr.* 2 *præſumpt.* 23 *n.* 7. *& præſ.* 39. *n.* 9. Gabriel. *lib.* 2 *concluſ.* 1. *n.* 12. *tit. de procur.* Maſcar. *de probat. lib.* 2 *concluſion.* 1006. *num.* 18 cum ſeqq *& lib* 3. *concluſion.* 1255 *n.* 30. Guid. latè *conſ.* 84. *ſub n.* 1. *& dec.* 40. *tota*, vtrobique tamen in curia parlamenti Delphin. ſeruari, quòd præſentia domini, comparentis cum aſſerto procuratore, non operatur vt videatur eum procuratorem ſuum in illa cauſa conſtituiſſe, niſi diſertè conſtituat, iuxta opinionem Salycet. *in l. nihilominus, C. de procur.* præſertim propter ſtatuta Delphinalia, diſponentia quòd procuratores, per publica inſtrumenta fidem faciant de ſuis poteſtatibus, ſiue procuratorijs. Id quod & apud nos hac in re aſtruendum erit; vbi diſtrictè, comminata pœna pecuniaria, correctione arbitraria, & edicti ſiue defectus, iubentur procuratores prima die comparitionis ſuæ edere, & apud acta conſignare ſua procuratoria ſiue eorum exempla, vt latius *art.* 325. *cum ſeqq. ord. n. cur. Brab.* & ſimilium ferè conſtitutionem Franciæ meminit Imb. *inſtit. forenſ. lib.* 1. *c.* 30. *gl.* 2. *verſ ſanè non.*

f. *Per epiſtolam.*) Verall. *dec.* 394 *part.* 2 Achill. de Graff. ex SC. *dec.* 76. *n.* 1 cum ſeqq. Viu. *dec.* 467 *n.* 100 Item *dec.* 15. *n.* 6 cum ſeq. poſt Caſtrenſ. *in l. cũ furioſus, ſub n.* 4. *& in l.* 1. *ſub init. ff. de procur.* procuratorem abſentem, vltrà mandati exhibitionem, debere à domino certiorem eſſe factam per nuncium, vel epiſtolam. Et inibi mandatum alioqui nõ recipere effectum ex ſolâ conſtitutione, ſed ex præſentatione & acceptione, adeoque communi conſenſu: proinde actum ante impletum contractũ mandati non tenere. Et hac in re comparari literas priuatas, & publica inſtrumenta; vt ex his nemo dici poſſit procurator ante mandatum ſibi præſentatum, VVameſ. *conſ* 55 *ſub n.* 15 Qua de re latiſſ. Muſcat limitando *prax. ciuil. part.* 3. *gl. verb. comparentis n.* 42. cum ſeqq. latè etiam Vant. de *null. proceſſ. tit. de null. ex defect. n. habilit. ſ. u mand. comparent, n.* 115. *cum ſeqq.* & Boër. *dec.* 348. *n.* 7. verſ. *& ille text.* & *dec.* 274. *n.* 1. vbi in fin. contra. Et nos dicemus hic inferius *cap* 93. *ad verb. aut partes.*

g. *Certus ſit.*) Tex. eſt in adducta *l. ij. vbi doct. de procur.* Boër. *dec.* 274. *ſub num.* 3.

h. *Ad diem.*) Si lapſus ſit dies, ſed nondum finita cauſa, poſſe nihilominus procuratorem cauſam perficere, ſi generalis ſit; aliter atque ſi ad vnam cauſam, vt poſt Bart. & alios Coſtal. in adducta *l. iij.* vbi in poteſtate actoris eſſe, non admittere procuratorem eo modo conſtitutum, cum in eo damnum facere poſſit, per *l. ij. ad fin. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

i. *Et ſub conditione.*) Alex. *ſub n* 9. Iaſ. *ſub n.* 20 *in l. more maiorum*, 5. *ff. de iur. omn. iud.*

k. *De futuris.*) Natt. *conſ.* 160 *ſub n.* 23. Coſtal. *in l. omnium.* 37. *ff. de procur. per l. iij.* §. *vlt.* vbi diſtinguendo Dyn *ff. de tutel.* Grauat. ad prax. Veſtr. *lib.* 4. *tit.* 5 *n* 38. ſed contra Bart. ibidem, in *d.* § *vlt. in fin. & gloſſ. in d. l. omnium, in verb. n. n d. ntur*, & inibi Bart. *num.* 1. *& gl. in l. damni.* 18. §. *ſi is qui vnas, in verb. augeri.* in fin. *ff. de damn. infect.* Marc. *dec.* 486. *lib.* 2. *in nouis*, Vant. *d. tit. de null. ex inhabil. ſine def. mand. ſub nu.* 97. *& ſeq.* Turzan. *in com. opin.* 53. cui init. ex *tex. n.* 3. Ideoque in procuratorijs cautiùs additur clauſula, ad lites notas vel mouendas. Sed actorem vniuerſitatis, ſiue ſyndicũ, ad lites futuras dari non poſſe, Coſtal. *in d. l. omnium, verſus fin. per l. item*, 5. §. *ii. ff. quòd cu. iuſ. vniuer. nom.* vbi tamen hæc, ſecundum locorum conſuetudinem, explicari. Interim verò ſyndicos, ad ſingulas lites vel mouendas vel excipiendas, decreto ordinis municipalis opus habere, Buſ. *ad l. iii. in fin. ff. de procur.*

l. *Criminalia*) Bald. *conſ.* 110. *n.* 1. *verſ ſed his non obſtantibus, lib.* 1. *conſ.* 13. *ſub n.* 1. *& conſ.* 181. *ſ. b n.* 1. *lib.* 5. Capyc. latè *dec.* 67. *n.* 3 cum ſeqq. Soc. in fall. limitando, *reg.* 320 Vant. *d. tit. de null. ex inhabil. ſeu def. mand. n.* 91. Tiraq. *ad l. connub. gl.* 7. *verb. expreſ. n.* 138. & poſt gl. *in l. ſi quis iniquum.* 3. §. 1. *in verb. me ſolum* & inibi Ang *n.* 2. *ff. quod quiſ. iur.* Ludouic. Luc. *dec* 44. *n.* 3. Surd. *dec.* 89. *n.* 19. Merul *prax. Holl. lib.* 4 *tit.* 13. *c.* 4. *ſub nu.* 2. Menoch. declarando, *de arbitr. iud. libr* 2. *caſu* 315. *num.* 25. cum ſeq Neque procuratorem conſtitutum videri ad iniuriam inferendam, Vant. *d. tit. de null. ex inhabil. ſine def. mand. num.* 89. *in fin.* Rebuff. *conſtitut. reg. tom.* 1. *tractat. de recuſ. art.* 1. *gloſſ.* 1 *ſub num.* 2. vbi ex SC. proinde ad recuſandum iudicem ſpeciale mandatum requiri, Pariſ. *conſ.* 31. *num.* 72. *&* 115. *libr.* 1. Roland. *conſ.* 19. *num.* 2. *lib.* 3. Burſat. *conſ.* 265. *num.* 10. Cephal. *conſ.* 749. *cui init. facta fuit, numer.* 15. Quomodo autem accipiatur, quòd in generali mandato non veniat illicitum, iuxta *l. ſi debitor*, 6 *ff. de condict. indeb.* declarat latè Euerard. *conſ.* 4. *præſertim n.* (mihi) 9.

m. *Formale.*) Similes mandati formæ apud Spec. *tit. de form. procur.* §. *vt autem*, Gail. *lib.* 1 *obſ.* 131. *num* 3.

Digitized by Google

num. 3. Mynſ. *cent.* 1 *obſeru.* 76. *& cent.* 5. *obſerua.* 84. *num.* 3. addatur & Vant. declarando latiſſ. *de null. proceſſ. tit. de null. ex defec. inhab. ſeu mandat. num.* 76. cum ſeqq. Merul. vernaculis verbis & ſuccincte, *d. prax. Holl. lib. 4. tit. 13. cap. 2. nu.* 4. *& cap* 3. *num.* 3.

CAPVT LXXXVIII.

De Procurationibus ſpecialibus.

SVMMAE.

1 *Procuratorium ſpeciale eſt quod ad cauſas proprias conceditur.*

Procuratorium ſpeciale requiritur

2 *Ad compoſitiones, & tranſactiones faciendas.*
3 *Ad contractus ratificandos.*
4 *Ad iuramentum acceptandum, & ſe ſubmittendum arbitris.*
5 *Ad matrimonium tractandum, & concludendum: ſic de ſponſalibus.*
6 *Ad aliquid fatendum contra praiudicium Domini ſui.*
7 *Ad vetuſtas literas reſtituendas.*
8 *Ad iuramentum de calumnia, & veritate.*
9 *Ad exceptionem proponendam contra aduerſarium.*
10 *Ad reſtitutionem in integrum petendam.*
11 *Ad petendam remiſſionem, & à iudice declinationem.*

12 *Vbicunque procuratorium ſeruit, illic procurator ſibi de rato cauere debet.*
13 *Quando duo procuratores in una cauſa conſtituuntur, alter ſine altero nihil efficere poteſt.*

1 PRocuratorium ſpeciale eſſe diximus, quod ad cauſas ſpeciales tantum conſtituitur. Cauſæ autem illæ, ad quas ſpeciale Procuratorium requiritur ſunt variæ. (*a*)

2 Primò enim procuratorium ſpeciale habendum eſt, ad compoſitionem vel tranſactionem faciendam, quia continet in ſe remiſſionem (*b*) & alienationem, (*c*) quæ requirit ſpeciale mandatum *l. mandato generali ff procuratoribus, & c. Qui ad agendũ in fine extra, de procurat. lib. 6. & l. Tranſigentis placitũ, C. de tranſactio, & Specul. in tit. de procurat.* §. *Ratione igitur, verſic, quintus.* & Ioann. à Graſsis in ſuo tractatu excellentiſsimo *de ſubſtantialibus procuratorii,* & de his quæ contra eum obiici poſſunt folio lib. meo 82. *in verbis, tranſigentes. nu.* 2 Quæ intelligenda ſunt, niſi procurator ipſe prius haberet Procuratorium generale, (*d*) ad omnium bonorum generalem diſpoſitionem & adminiſtrationem.

3 Sic etiam oportet habere Procuratorium ſpeciale, vt aliquis contractus factos iuridicè confirmandos (*e*) curet coram magiſtratu, aut paſſandos coram conſiliariis. Et eo caſu debet iſtud ſpeciale procuratorium inſeri literis contractus, aut condemnationis, de verbo ad verbum (*f*) vel ſaltem ſigillo annecti.

4 Requiritur etiam, Procuratorium ſpeciale ad iuramentum acceptandum, aut ad referendum, (*g*) quemadmodum etiam requiritur ad ſe ſubmittendum (*h*) arbitris.

5 Item requiritur ſpeciale procuratorium, aut ſpeciale mandatum ad matrimonium (*i*) aliquod tractandum aut concludendum, aut ad ſponſalia facienda, *c. Accedens, extra, de procuratoribus. & ibi Scrib. & c. Procurator de procuratorib. lib. 6.*

Item, ad aliquid fatendum, quod ſuum Magiſtrũ aut Dominum obligaret, quodque ipſi præiudicaret, debet eſſe procuratorium (*k*) ſpeciale, quod idem etiam requiritur in pace facienda, (*l*) ſeu ineunda. 6

Ad antiquas quoque, vetuſtas, & penè extritas literas renouandas & reſtituendas, requiritur ſpeciale mandatum. 7

Ad iurandum, item de calumnia requiritur procuratorium ſpeciale, quod idem etiam requiritur (*m*) ad iurandum de veritate *c. ſi. extra, de iuramen. calum. libr. 6. & cap. 1. extra de confeſſ eo lib. 6.* quæ iuramenta procuratorum referuntur ad animas dominorum, (*n*) *Querelam, & c. in noſtra de procura. & l. Finali. C. de feriis.* 8

Ad proponendam, & allegandam, exceptionem famoſam criminalem (*o*) contra aduerſam partem, requiritur etiam procuratorium ſpeciale. Aut ſaltem tale procuratorium, quod ſine ſpeciali mãdato ex ſeſe quis egit, debet is curare (*p*) vt id per partem cui ſeruit, confirmetur, approbetur, ratumque habeatur, quod barbari auoiare dicunt. 9

Debet quoque eſſe procuratorium ſpeciale, vt aliquis petat reſtitutionẽ (*q*) in integrum, *l. Illud* §. *Si talis, ff. de minorib. c. coram, extra, de in integr. reſtitut.* 10

Item, vt aliquis petat remiſſionem, & à iudice decli- 11

declinandi poteſtatem requiritur, vt procurator procuratorium ſpeciale habeat.

12 Sed in his omnibus ſciendum eſt, quod vbicūque ſpeciale procuratorium ſeruit, illic procurator poteſt cauere de rato, (*) id eſt, cauere, vt Dominus cui ſeruit, ſit habiturus ratum, quicquam per tale ſpeciale mandatum acturus erit.

13 Quando autem contingit, vt duo procuratores in vna cauſa generaliter conſtituantur, tunc nō poteſt vnus ſine altero (*) quicquam exigere, ſine ſpeciali mandato, ad hoc ipſi vni conceſſo, *l Cum alicuius ff. de negot. geſt.* Sed quia præcedenti capite lectori præſcripſeram formale exemplar procuratorij generalis, ideo viciſſim & hoc loco exemplar procuratorij ſpecialis tibi ob oculos ſcriptum, exhibere volui.

Forma procurationis ſpecialis ſub ſigillo ad cauſas.

Nos Burgimagiſtri, Senatores, & Conſiliarij ciuitatis Brugenſis notum facimus omnibus & ſingulis, quod hodie, ſub data præſentium, coram nobis perſonaliter conſtitutus comparuit. N. qui authoriſauit, conſtituit, & denominauit N. N. N. vnumquemlibet ipſorum, & præcipuè iſtarum exhibitorem tribuendo ipſis, & vnicuique ipſorum plenam poteſtatem, expreſſum & abſolutum mandatum, & commiſſionem irreuocabilem ſine alia latiori commiſſione ab iis per verbum, aut per ſcriptum, quam per hanc præſentem expectanda, vt ipſi, & ipſorum quilibet pro præſente conſtituente, & ipſius nomine reſignent & tradant Dominium, ac veram proprietatem, veramq́ue poſſeſſionem vnius domus cum ſuis adhærentiis; ſitæ in platea lapidea proferentiſq́ue ſignum cerui volantis. Item, vt ipſius conſtituentis nomine proprietatem agri trium iugerum ſiti, &c. & onuſti, &c. vendant, dictorum emptori, vel emptoribus iuridice tradant, & in verum Dominium, veramq́ue poſſeſſionem ad proprietatem iuridice conſtituant, & iuridicam traditionē conferant, & vt horam effectū coram eo iudice aut iudicibus, cum opus erit, & vt decebit compareant, ſub cuius territorio dicta domus, dictusq́ue ager ſitæ ſunt, aut coram aliis iudicibus, vbi erit neceſſarium, & vt coram iis iudicibus, aut iudice has literas procuratorias primò exhibeant, deinde vt coram ipſis confiteatur, quod virtute eius procuratorij exhibiti talem domum, talemq́ue fundum, tali loco ſitum, tali que onere grauatū vendiderint N. quo deinſdem domus, ac fundi verum dominium, veramquo proprietatem ac poſſeſſionem eidem N. tradant, & tranſportent iuxta cauſarum & appendentium exigentiam, cum cautione guarandiæ, cumque reliquis omnibus ſolennitatibus ad hæc neceſſariis, vt de his appellant, tranſactionem faciant, pecunias ex hac venditione natas recipiant, apochas ita dant rationis, & reliqua præſtandi iure ſemper ſaluo Et generaliter, &c. Promittendo, &c. vt in exemplari præcedentis capitis. Sed in his prædictis duobus procuratoriis, hoc vnum tibi candide lector obſeruatum iri cupio, illud procuratoriorum vltimum, ſcilicet. In ſignum veritatis nos ſigillum ad cauſas ciuitatis noſtræ Brugenſis, &c.

Hoc enim ſigillum (quod vocatur ibidem ſigillū ad cauſas) nunquam appenditur procuratoriis, aut aliis cauſarum literis, niſi illa Procuratoria illæque cauſæ aliæ exhibitæ, cognitæ, & in pleno magiſtratus collegio permiſſæ fuerint. Eis enim ſolis literis ſigillum ad cauſas appēditur, & non aliis, valetque illud ſigillum, & cognitum eſt per totam Europam, adeò vt quiſquis literas eo ad cauſas ſigillo obſignatas exhibuerit, non opus habebit vlteriorem probationem ac certificationem de eo ſigillo producere, quin id ipſum ſit, verum, ratum, cognitum, & probatum ſigillum ciuitatis Brugenſis. Idcirco quicquid in iis literis continetur, per ratificationē eius ſigilli pariter certum, & ratum habetur. Cæterum ſunt Brugis alia ſigilla, quæ non vocantur ſigillum ad cauſas, ſed tantum ſigilla ſenatoria. Ea quoque omnibus procuratoriis tam generalibus, quam ſpecialibus, omniumque cauſarum litteris bina apponuntur, ſeruata prædictorum procuratoriorum expreſſa formula, mutatis duntaxat mutādis tum in principio, tum in fine. In principio enim non habent huiuſmodi procuratoria, cum ſigillis ſenatoriis,

Nos Burgimagiſtri, Senatores, & conſiliarii ciuitatis Brugenſis, &c. Sed tantum ſic habent: *Nos Ioannes Damhauderius, & Iaſpar VVinkelmannus, Senatores hoc tempore Brugenſes, notum facimus omnibus iſtas literas lecturis, quod hodie coram nobis comparuit N qui authoriſauit & conſtituit, &c.*

Porro in medio conueniunt, vt ex prædictis exemplaribus. In fine vero differūt, vt in principio procuratoria enim ad cauſas in fine habent: *In ſignum veritatis nos ſigillum ad cauſas ciuitatis noſtræ Brugenſis his appenſum iri iuſſimus, &c.*

Procuratoria vero ſenatoria in fine ſic habent: *In ſignum veritatis Nos (ſcilicet, Ioannes Damhouderius, & Iaſpar VVinkelmannus) ſigilla noſtra his appenſa iri iuſſimus, &c.* In illis procuratoriis vnū ſigillum totius ciuitatis, quod ſemper idē eſt, apponitur, & in ſe totius Magiſtratus conſenſum refert. Ad hæc procuratoria ſenatoria, appedduntur duo minuta ſigilla, ſcilicet, duorum Senatorum

Digitized by Google

rum, qui ea procuratoria ſub ſuis proprijs ſigillis expediunt. Verum hic quiſquam interrogauerit, an ambo huiuſmodi procuratoria, ſcilicet, cum ſigillo ad cauſas, & cum ſigillis ſenatorijs, vbique parem efficaciam obtineant. Ad quod ſic reſpondeo, quod ambo eandem afficaciam, quantum in ſe eſt, habeant. Verùm quia per principum, finem, & ſigillũ ſummopere differunt, ideo non pariter vbique noſcuntur, nec etiam pariter vbique recipiuntur, nec parem efficaciam vbique cum prima exhibitione pręferunt. Sigillum enim & ad cauſas, quia per vniuerſam Europam (vt diximus) cognitum, & ratũ eſt & validum, ideo & per conſequens procuratorium quod eo ſigillo munitum eſt, vbique etiam notum eſt & ratum, & vlteriori probatione ſui, tale ſigillum non indiget. Sed quia ſigilla ſenatoria propria ſunt, & quę tannis variantur, ideo extra territorium vix etiam innoteſcunt, ideoq́ue etiam procuratoria cum ſigillis ſenatorijs munita, non vbique parem fidem faciunt, adeo vt vix alibi noſcantur, aut recipiantur, quàm in ipſa ciuitate Brugenſi, aut in ipſius territorio. In quibus ſolis parem cum illis procuratorijs authoritatem & efficaciam habent, ſic vt ſui probatione & verificatione, in eo territorio Brugenſi non opus habeant. Extra verò territorium Brugenſe, ſi huiuſmodi ſenatoria procuratoria exhibeantur, & à parte negentur, egent noua probatione, qua probetur & verificetur, quod ea appenſa bina ſigilla, ſint ſigilla tunc Senatorem Brugenſium, non ſecus quàm inſtrumenta notariorum extra ſui notitiam, indigens noua certificatione, quod talis notarius, legitimus fuerit notarius, probatus, & admiſſus, cuiuſmodi inſtrumentorum formale exemplar mox ſubiecero. Quocirca ſuaſerim omnibus, qui aliquid in cauſa procuratorij, aut in alijs cauſis coram magiſtratibus expeditum cupiunt, aut Brugis, aut alibi, vt id expediri curent coram vniuerſo Senatu, & ſub ſigillo ad cauſas alicuius ciuitatis celebris, id enim procuratorium vbique erit ratum, & validum, & nuſquã ampliori certificatione ſui indiguerit. Sed nunc accipere formale exemplar inſtrumenti notariorum, quum formale exẽplar procuratorij ſenatorij particularis ex ſuperioribus ſatis elici poſſit.

Forma Procuratorij ſpecialis per Notarium.

IN Nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, die vero decima quinta menſis Nouembris. Conſtitutus coram me Ioanne le Begghe, Notario publico, & teſtibus infra ſcriptis, prouidus ac diſcretus Dominus Magiſter, Nicolaus de Leugaigne, Clericus Cameracenſis diœceſis: Qui omnibus melioribus, modo, via, iure, cauſa & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit poteſtque & debet per præſentes conſtituit, creauit, nominauit, ac deputauit ſuos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque infra ſcriptorum geſtores, ac nuncios ſpeciales & generales, ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra, videlicet Dominos, ac Magiſtros Guilhelmum Goutier, Petrum le Pipre, & Ioannem Mouſcron, abſentes tanquam præſentes, & eorũ quemlibet in ſolidum, præcipuè & ſpecialiter ad accipiendum ipſius Domini conſtituentis nomine, & pro eo, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem parochialis Eccleſiæ beati Petri in Ruſbroucq, Morinenſis diœceſis, & ad in eãdem poſſeſſionem intrandũ, & in eadem manendum, adhibitis ad hæc ſolennitatibus ſolitis & conſuetis. Deinde ad ſibi de fructibus redditibus, prouentibus & emolumentis reſpondere, ac ab alijs reſponderi facere, & mandare, prædictam ue parochialem Eccleſiam in diuinis deſeruiri faciendum & procurandum, nec non ad fructus, redditus, prouentus, & emolumenta eiuſdem parochialis Eccleſiæ arrendandum, ac in firmam, ac annuam penſionem ſiue canonem dandum, & ad tantum tempus, ac pro tali precio, ſicuti ſuis procuratoribus, aut ipſorum alicui expediens videbitur. Saluo computu, ratione, & reliqua. Promittens præfatus Dominus conſtituens in, ſeu ad manus mei notarij ritè ſtipulantis, & ad prædicta ſeſe obligans in forma debita. Sic actum Bruxellæ, dictæ Cameracenſis diœceſis, anno, menſe, & die præſcripti. Præſentibus honeſtis ac diſcretis perſonis Magiſtro Andrea van Weſenbeke, V. I. Licentiato ac aduocato Concilij Brabant. & Laurentio Vereycken clerico dictæ Cameracenſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

Ita eſt le Begghe Notarius Apoſtolicus & Imperialis, per conſilium Brabant. authoriſatus, ac Capituli Eccleſiæ collegiatæ diuæ Gudilæ Bruxellenſis ſcriba iuratus, ad præmiſſa requiſitus.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT LXXXVIII.

a. S*Vnt varia.*) Quæ ſint enumerat *gl. in adducto c. qui ad agendum, in verb. vel pacifci.* ibidemque ad eam late Io. And. & Phil. Franc. Ang. *ad tit. inſt. de his per quos ag. r. poſſ. poſt princ. verſ. ſunt & multi,* Rebuff. accuratè, *in tract. concordat, franc. tit. de elect. derogat. a l verb. ſpeciale.* vbi 48 ſiue vlt. caſum tradit, poſt Fabr *in §. procurator ſub num. 2. inſtit d. t. t.* per quos agere poſſ. alioſque, in omni arduo & ponderoſo negotio, & in alijs caſibus in quibus requiritur tanta vel maior ratio, affirmans nuſquam inueniſſe ita planè deductos huiuſmodi caſus.

b. *Vel tranſactionem.*) Marſil appoſitè *conſ. 67. n. 65.* Alex. *conſ. 129. n. 2. lib. 1.* Roland. *conſ. 26. nu. 11. lib 2.* Merul. *prax. Holl. lib 4. tit. 12. cap. 4 num. 2.* Et tunc dici ſpeciale mandatum ſi dicatur ſimpliciter ad compromittendum vel tranſigendum, quamuis cauſa in indiuiduo non exprimatur, neque res de qua fieri debeat, Bart. *in l filiusfam. §. vlt. ff. de donat.* Alex. *conſ 189. num. 8. lib. 7.* Dec. *conſ. 20. num. 4 conſ. 27. num. 5. verſ. ſi ergo. conſ. 36. num. 8. verſ. 4 principaliter, & conſ. 60 ſub num. 1.* Crauett *conſ. 116 num 6.* Vant. *ex com. tit. de null. ex inhabilit. ſeu def. mand. num 96.* Roland. *ex com. & praxi d. conſ. 26. num 9. cum ſeq. ſub num. 11. & 19.* Tiraq. *de retr. proxim ad fin. tit. num. 97.* & limitando *ad l. connub gloſſ 7. verb. expres, num. 109. 111. & 112.* vbi tamen, ſi quis conſtituat procuratorem in omnibus caſibus in quibus requiritur ſpeciale & expreſſum mandatum, non ſufficere ad hoc, vt poſſit quidquã facere requirens mandatum ſpeciale. Veruntamen ſat eſſe in mandato aliquot exprimi, quæ mandatum exigunt ſpeciale, adiecta clauſula generali in hunc ſanè modum; & ad omnia alia requirentia ſpeciale mandatum; *per cap. qui ad agendum, de proc in 6. Couarr. var. reſol. libr. 1. cap. 6. numer. 2. verſ. 4* manifeſtè, poſt Caſſad. *dec. 1. de procur.* alioſque.

c. *Alienationem*) Tex. *in l. procuratorem, 16. C. de procur. & l. procurator, totorum, 63. ff. de procur.* vel ſaltem requiritur ad alienandum generale cum libera, *l procurator cui. 58. ff de procur.* Alex. declarando *conſ. 90. num. 4. in fin libr. 2.* Couarr. *d. cap. 6. num. 3.* Roland. *d. conſ. 26. num. 9.* vbi *num. 12 per l. ſolutum §. fin. ff de pignor. act.* ad pignorandum quoque ſpeciale requiri. Ibidemque *num. 14.* etiam ad donandum; Alex. *conſ. 115. ſub. num. 1. lib. 5.* Menoch. *conſ. 675. num. 2.* Reb. *tom 3. conſtit. reg. tract. de dilat. art. 2. gloſſ. 1 ſub num. 14.* vbi procuratorem cõſtitutum non poſſe nominare in iudicio, ſine ſpeciali, alium tertium, quàm conſtituente; ſicut nec renunciare exceptioni peremptoriæ, poſt Bart. *in l. vltim. in princ. ff. quæ in fraud. credit.* alioſque; Alex. *d. conſ. 115. ſub num. 3. lib. 5.* Tiraq. *ad l. ſi vnquã verb. donatione largitus. ſub num. 175. C. de reuoc. donat.* Conſtitutum tamen ad vendendum vel donãdum, poſſe in inſtrumento adiicere omnia pacta etiam pœnalia, in ſimilibus inſtrumentis apponi ſolita, licet ſpeciale ad hoc mandatum non habeat, Euer. *in loc leg 104. loc. ab vſitat. ſiue ſolit. verſ. hinc etiam eſt quòd procurator.* poſt Ang *in l. bene à Zenone.* per illum tex. *C. de quad. præſcr.* alioſque latius comprobando,

d. *Generale*) Imò procurator ſine libera, generaliter datus, nec tranſigit, nec vendit, nec alienat, Coſtal. poſt Bart. & alios *in l procurator cui 58. in princ ff. de procur. per l. mandato, 60 & l. procurator totorum, 63. eod. c. per tuas, de arbit. & l. procuratorem, 16. C. de procur.* vbi Alex. & Sichard. in princ. addẽs pro clariore intellectu triplicia eſſe genera mandatorum: quoddam enim generale eſſe, ſi dicatur, conſtituo te procuratorem, actorem, & factorem omnium rerum mearum; ſub qua generalitate, quamuis videatur habere facultatem omnium rerum gerendarum, tantùm includantur non requirentia ſpeciale mandatum, *d. l. procurator totorum*, ſecũdò eſſe mandatum ſpeciale, quando expreſſim datur alicui poteſtas alicuius rei adminiſtrandæ; vt dicendo cõſtituo te procuratorem, dans tibi poteſtatem petẽdi reſtitutionem in integrum: tertiò eſſe mandatum generale adiuncta ei libera, id eſt, vt omnia agit noſtro loco perinde ac ſi nos ipſi ſimus præſentes; illud (inquit) æquipollet ſpeciali, vt poſſit omnia facere, ac ſi ſpecialiter omnia eſſent expreſſa. Id quod reſpondit & Alex. *conſ. 22 ſub num. 8. lib. 1. conſ. 44. num 2. lib. 2.* & apertius *conſ. 133. num. 4* cum ſeqq. *lib. 6.* Dec. *conſ. 690. num. 5.* Iaſ. limitando latiſſ. *in l. iuſiurandum quod ex conuentione. 17. §. vltim. ff. de iureiur.* Vant. *de null. proceſſ. tit. de null. ex inh. b. ſeu defec mand numer. 87.* Tiraq *de retract. proxim. §. 1. gloſſ. 13. num. 32* cum ſeqq. Couarr. *d. cap. 6 ſub n. 3.* Magon. declarando, dec. Luc. 51. *num 7* cum ſeq. Coſtal. limitando *in d. l. procurator cui.* poſt princ. vbi item poſt Bart. *num. 2. & alios* plenam poteſtatem liberę æqualem eſſe, per *l. ſi procurator. 10.* vbi poſt alios Alex. *num. 2.* Iaſ. *num. 11.* Sichard. *nu. 12.* C.

12. *C. de procur.* Couarr. *d. cap. 6. num. 3 in fin.* apud quos idem quoque, ſi permiſerit dominus procuratori ſuo facere, quæcunque ipſe dominus gereret, idemque, apud Iaſ. præſertim, in ſimilibus clauſulis; quum non ſpeciatim tantùm, ſed & per æquipollens libera concedatur, vt & Coſtal. *in d. l. procurator cui. in fin.* & Buſi. *ad l. nulli procuratorum, 13. ff. de tranſact. n. 3. in fin* dum (diſtinguendo ipſe) refert Duaren. & Donell. tranſigendi poteſtatem tribuere etiam procuratori generali, ſiue cui totorum bonorum adminiſtratio conceſſa eſt, ſed hoc quàm ſit alienum, non ſolùm à comm. doct. traditionibus, ſed & à ratione iuris, quia ex ſuperioribus, iam ſatis intelligi poteſt, nihil attinet nos latius hic demonſtrare; licet idē quoque auctor hic noſter ſentire videatur.

c. *Confirmandos.*) Sed & vt interpellatio, & oblatio retractus, emptoris procuratori fieri poſſit, oportere vt ſit ſpecialis, vel generalis cum libera, *per l. procuratoris, 5. in princ. & inibi gloſſ. 1. ff. de tribut. act. & d. l. procurator cui.* Tiraq. latè de retract. *prox. §. 1. gloſſ. 13. num. 31. & §. 9. gloſſ. 3.* & vlt. *num. 7 cum ſeqq.* ibidemque *§. 36 gloſſ. 1. num. 12.* cum ſeq. ad acquiſitionis notificationem apud acta, requiri etiam mandatum ſpeciale, ſequitur Menoch. *conſ. 756. num. 14.* Sed neque procuratorem, ſine ſpeciali mandato, poſſe præſtare iuramentum confirmatorium contractus, Marc. declarādo, *dec. 480. lib. 2 in nonis.*

f. *Ad verbum.*) Latè hac de re Boër. *dec. 281. ſub n. 3.* cum ſeqq.

g. *Ad referendum.*) Tex. *in l. alias, 18. ff. de iureiur.* Merul. *d. lib. 4. tit. 13. cap. 4. ſub nu. 2.* Imbert. in enchirid. iur. Gall. *verb. procurator qui poſt princ.* vbi ex SC. cum procurator, qui generale duntaxat haberet mandatum, quidquam quod ſpeciale exigeret in iudicio fecerit, puta iuſiurandum aduerſario detulerit, id nocere domino; niſi expreſſim dominus profiteatur, ſe ratum nullo modo habere quod ille fecit, id quod Galli dicunt *deſadvouer*; nec ſufficere ſi inficietur id mandaſſe. Cæterum longè tutiùs hac in re (vt ex ſub ſequentibus, & SC. ibidem quoque relato patet) obſeruatur, quod idem Imb. *Inſt. forenſ. lib. 1. cap. 30 gl. 2. verb. conſtituere,* poſt princ. ſcriptum reliquit; vt ſi quid ſpeciale exigat mandatum; licet procurator quidem forenſis mandatum generale ad lites ſolùm habeat: ad id tamen gerendum ea lege admittatur, vt niſi intra certum diem dominum doceat ratum habuiſſe quod geſſit, irritum maneat: aut ſtatuatur vt intra certum tempus dominum curet ratum habiturum: alioqui quanti inter erit aduerſarij procurator condemnetur. De iure quippe poſſe ſemper opponi de inhabilitate perſonæ quæ detulit iuramentum: quamuis etiam iuramentum habeat executionem paratam, vt intelligatur omnis exceptio excluſa, Iaſ. *per illū t. xt. in l. tutor num. 2 ff. de iureiur.* & poſt alios quoque Granet. *conſ. 104 ſub num. 2.*

h. *Ad ſe ſubmittendum.*) Tex. *in cap. per tuas, de arbitr.* Dec. *d. conſ. 6. ſub num. 1.* Roland. *d. conſ. 26. num. 11* Mer. *d. lib. 4 tit. 13. c. 4. ſub n. 2.*

i. *Ad matrimonium.*) Tam ſpirituale quàm carnale VVameſ. *conſ. 55. num. 1.* Neque ſufficere mādatum ad contrahendum matrimonium: ſed requiri vt nominatim exprimatur cum tali, *per l. generali ff. de rit. nupt. c. vlt. vbi gloſſ. & doct. de procur. libr. 6.* Alexand. *conſ. 146 num. 1. lib. 5.* Roland. declarando, *d. conſ. 25. num. 4. & 22.* Tiraq. *c. gloſſ. 7 ſub num. 111.* Mynſing. *centur. 2 obſer. 26. ſub num. 6* vbi idē in caſu adeundæ hæreditatis, per *l. apud Iulianum 3. ff. cuib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

k. *Procuratorium.*) Speciale requiri vt ea agat, per quæ incidat dominus in pœnam *l. ſi procurator* vbi Bart. & Iaſ. multis ſimilibus comprobando, *num. 7 ff. de condict. indeb.* Alexand. *conſil. 73. num 8. & conſil 17. numer. 3. libr. 6.* Rebuff. *tom. 1. conſtitut. reg.* tractat. *de ſent. execut. artic. 7 gloſſ. 13. ſub numer. 9. & tom. 3. tractat. de recuſat. art. 1. gloſſ. 1. ſub numer. 3.* Socin. *conſil. 120. numer. 6. ad fin. cum ſeq. libr. 1. & in l. cum filiumfam 49. §. in hac, ſub numer. 2. cum apoſt. ad verb. incidere in pœnam, ff. de verb. oblig.* Crauet. *conſ. 235. ſub nu. 2.* Vant. latiſſ. *de inull. ex inhabil. ſeu defect. mandat. numer. 49.* Roland. *conſ. 42. numer. 11.* & latiùs *conſ. 71. numer. 41. in fin. cum ſeq. libr. 1.* Menoch. *conſ. 675. numer. 3. conſ. 718. ſub numer. 2.* & latiùs *conſ. 894. numer. 20,* cum ſeq. Magon. ex com. latè declarando, Luc. *dec. 51 num. 1. cum ſeqq.* VVameſ. *conſ. 152. ſub num. 3.*

l. *In pace facienda.*) Idemque in treuga ineunda, & ſimilibus, Fab. *ad §. procurator. ſub num. 2. inſtitut. de his per quos agere poſſ.* legatos tamen ad ineundam pacem ſimpliciter miſſos, poſſe adiecta pœna obligare mittentem vel conſtituentem, ad geſtorum obſeruantiam, licet mandatum expreſſum ad pœnam adijciendam non habeant, eò quod ita fieri ſit conſuetum, vt poſt Panorm. *in cap. ij in ſecundo notabi. de procur.* Euerard. *conſil. 5. ſub numer. 7. & conſil. 244. numero 1.* in fin. idemque *in loc. legal. in loco ab vſitat. ſeu à ſolit. 104. verſ. hinc etiam eſt quod legati.* vbi tamen addit ſuadere, ſe vt de hoc adducatur ſpeciale mandatum, adijciens & interim ſimilia eiuſmodi plura.

m. *Etiam requiritur.*) Tholoſan. *dec. 224 cum apoſtill.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 99.* ad fin. Burſat. idem in uerſis iuramenti ſpeciebus tractans, *conſ. 185* præſertim *num. 5 ycum ſeqq.*

Marc.

Digitized by Google

Marc. latè declarando, *dec.* 1213. *lib.* 1. *& libr.* 2. *dec.* 442. *& dec.* 477. cum ſeqq (vbi itidem quid in ſyndico vniuerſitatis, œconomo eccleſiæ, tutore, aut alio adminiſtratore, quid item in procuratore generali ad cauſas, aut coniuncta perſona abſente principali, quid in procuratore teſtis, & ſimilibus.) Et generaliter, ea quæ latent in animo, non poſſe explicari per procuratorem non habentem mandatum ſpeciale, Alex. *conſ* 78. *n.* 14 *lib.* 5. Pariſ. *conſ* 31. *n.* 112. *l.* 4. t. copioſè Surd. *dec.* 89. *n* 20.

n. *Ad animos dominorum*) Ideoque non mirum, ſi mandatum indiuiduum requiratur, vt ſpeciatim dicatur in tali cauſa, vti poſt doct. *in l. ii*, §. 5. *in autē C. de iureiur. propt calum.* Cott. *in mem r verb. procurator poteſt.* abſque latiùs Couarr *var. reſol lib* 1. *cap.* 6 *n* 2. *verſ. ex eadem* & Roland. *d. conſ* 26. *n.* 5. *&*
22 Procurator tamen in animam propriam de calumnia iurare tenetur; verum ſi ſpeciale habet mandatum, in animā domini, alias minimè, vt poſt Bart. *in d.* §. *ſin autem n* 2. Grauat. ad prax. Veſtr. *libr.* 5. *cap.* 2 *nu.* 15. Kuch. *in com. opin. verb procurator. in anima* vbi quid curia Rom. obſeruet, in hoc iuramento.

o. *Criminalem.*) Text. *in l. non ſolum*, 39. § *ſed nō facile per procuratorem quis ſuſpectus accuſabitur* quoniā famę cauſa eſt: niſi conſtet ei à tutore mandatum nominatim, *ff. de procur.* Guid. *dec* 338. *nu.* 6. Fab. declarando, *d.* §. *procurator n.* 2. *verſus fin.* Rol. *d. conſ* 26. *n.* 17. vbi tamen ſufficere procuratorem in genere conſtituere, ad obijciendos vel proponendos defectus vel crimina, per Clem. *ii. de procur.* Plura diximus ſuprà *c.* 87. *ad verb. criminalia.*

p. *Curare*) Pulchrè in hanc rem Imbert. inſtitut. Forenſ. *lib.* 1. *cap.* 30 *gl.* 2. *ad verb conſtituere*, verſus fin. cauendum eſt (inquiens) præterea, vt cum procurator liti cedit, aut aliud quippiam gerit quod mandatum ſpeciale poſtulat, antè quàm ſuper ea re iudex ferat ſententiam, interloquatur vt procurator intra certam diem curet id abs ſe geſtum haberi à domino ratum, &c.

q. *Reſtitutionē*) *Bald. conſ* 118. *n.* 5 *lib.* 3. Dec. *in c. cum in* Ferrarienſis, *num.* (*mihi*) 45. vbi apoſtill. declarando & extendendo de conſtit. Crauett. declarando, *d. conſ* 126 *ſub n.* 6. Mynſing. declarādo, *cent.* 2 *obſ* 26. vbi ex SC. ſi principaliter petatur reſtitutio, aliter atque ſi incidenter, cum generali mandato contineatur id quod conſequens eſt. Magon. latè Luc. *dec* 67 *n.* 10. 13. *& ſeqq.* Coſtal. poſt Bart. in adducta *l. illud*, *ff. de minor.* Roland. ex *com. d conſ.* 26 *n* 1. Rebuff. *art.* 1. *gl. vlt n.* 3. *tract. de reſtit. tom.* 2. *poſt. reg.* vbi itidem ex com. *n.* 19. cum ſeqq. non requiri ſpecificationem cauſæ neque perſonæ, Mynſ. *d. obſ.* 26. *n.* 5. Couarr. de his, alijſque huc pertinentibus, exactiſſ. agens, *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 6. præſertim *n.* 1. *&* 2 ibidemque in *verſ.* 3. in eandē & apud Rol *d. conſ.* 26 *n.* 18. poſt Caſſad. *dec.* 1. *de procur.* habentem mandatum ad agendum, defendendum, & ſupplicandum, poſſe in integrum reſtitutionem petere, quaſi mandatum habeat ad id ſpeciale, ſaltem in d. clauſula ſubintellectum. Quin & tutorem, curatorem, œconomum, prælatum, cæteroſque alieni patrimonij adminiſtrationē habentes, abſque mandato ſpeciali reſtitutionem poſtulare poſſe Couarr. *d cap.* 6. *n.* 6. *verſ.* 9. *erit* Mynſing. *d. obſ.* 26. *n* 7. *cent.* 2. poſt Innoc. *verſ ſed quæritur quid ſit in ſyndico.* Panorm. *n.* 6. & alios communiter *in c. ſuſcitata. de in int. reſtit.* nam & hi (inquit) ſine mandato ſpeciali iuramentū calumniæ præſtant, tex. & ibi Bart. communiter approbatus, *in l. ii.* § *quod obſeruari*, vbi & nouiſſ. Sichard. *ſub n.* 2. *C de iureiur prop. cal.* idemque Couarr. (à quo è commemoratis quidam ſua mutuati non obſcurè videntur) *in d. verſ.* 9. *erit. ad fin.* vbi in ſeq. *verſ* 10. annotandum, non eſſe neceſſarium ſpeciale mandatum ad defendendum aliquem in cauſa reſtitutionis in integrum, poſt eundē Innocent. & Panor. *n.* 5. *in d. c ſuſcitata.* Caſſad *tit. de proc. dec.* 2. *n* 2. *verſ & per eundem text.* alioſque *per l. qui proprio.* 46. §. *item quæritur ff. de procur.* Sed & in Francia reſtitutionem per quemcunque impetrari: tamen iudici non poſſe offerri, neque approbationem eius peti, niſi ab eo qui mādatum habeat, non tamen vt id ſpeciale ſit neceſſe eſſe, teſtatum reliquit Imbert. *inſtit. forenſ. lib.* 1. *cap* 34. *in gl. verb ſpecialiter*, vti neque apud nos mandatum hic ſpeciale requiſitum ſcimus.

r. *Derato.*) Text. *in l. illud*, 26. §. *vlt. cum l. ſeq.* vbi Bart. *ff. de minor.* Coſtal. *in l. non ſolum*, § *qui alieno in fin.* & inibi Bart. *in l. ſeq.* §. 1. *ff de procur.* Merul. *prax. Holl. d. lib.* 4. *tit.* 13. *cap.* 4. *n* 2. *in fin.*

ſ. *Sine altero.* VVurmbſer, *tit.* 38. *de tut. & cur. obſer.* 12. ſiue vlt. ad fin. Vant. declarando & limitando *d. tit. de null. ex inhabil. ſeu def. mand. num.* 78. cum ſeqq. Sic procuratores, & priuatos adminiſtratores officium à lege non habentis, non ſeorſim, ſed ſimul omnes gerere debere, niſi inſolidum dati eſſent, docet latè Coſtal. *ad l. vn. ff de offic conſ*, tunc enim pluribus ſimul inſolidū datis, occupantis melior eſt conditio, vt habet tex. *in l pluribus*, 32. *ff. de procur.* vbi nouiſſ. Buſi. declarando, qui poſt Mynſing *cent.* 1. *obſ* 47. tota, alioſque, è praxi aſſerit, ſi quis plures ac ſingulos aut è duobus vtrunque eorum conſtituat, licet non dicatur inſolidum, tamen ſingulos inſolidum conſtituros intelligi. Idēmque etſi non habeatur clauſula, & quemlibet eorum inſolidum, tamen ſit clauſula, promittens habere ratum & gratum quidquid ab ijs ſeu eorum altero factum fuerit, voluit Cardinalis Put. ex SC. *dec.* 98. *lib.* 3.

Capvt LXXXIX.

De Subſtitutionibus.

S V M M AE.

1 *Subſtitutio fieri non poteſt*
  - *Niſi in procuratorio exprimatur.*
  - *& niſi*
  - *Ante litem conteſtatam.*

2 *Subſtitutio fieri poteſt*
  - *Poſt litiſ-conteſtationem.*
  - *&*
  - *Ad negotia, ſemper, & liberè.*

3 *Subſtitutio non extenditur vltra curiam primi procuratoris.*

4 *Subſtitutio omnis inſcribi debet*
  - *In dorſo principalis procuratorij.*
  - *In noua membrana procuratoria annexa.*
  - *In noua membrana continente principale procuratorium.*

5 *Qui ſemel ſubſtituit, is eam ſubſtitutionem reuocare non poteſt.*

1 QVando conſtituta procuratoria ad lites tam ſunt ſimplicia, vt in ſe non contineant hanc particulam (cum ſubſtitutione) hoc eſt, quod non contineant expreſſam poteſtatem ſubſtituendi, alios vlteriores procuratores in ſuum locum, tunc is prior Procurator non poterit alios Procuratores ſubſtituere ante litiſ-conteſtationem, (a) quod ad hoc ipſi tantum competat ſpeciale mandatum.

2 Verùm id ipſi licitum erit poſt litiſ-conteſtationem, quod tunc is Procurator & dicatur, & ſit factus magiſter cauſæ, (b) *cap. 2 de Procuratoribus, libr. 6.* Idem quoque Procurator alios in locum ſuum ſubſtituere poterit, quando factus eſt Procurator ad negotia, (c) aut procurator in rem ſuam. (d) Huiuſmodi enim Procuratores quouis tempore ſubſtituere poſſunt, & liberè, *c. Primo, § licet autem de procuratoribus, lib. 6.* & poteſt dari Procurator ad negotia, poſt 17. annos.

3 Verùm hoc ſciendum eſt quod prædicta procuratorum ſubſtitutio non extendat ſe vlterius, quàm in ea Curia, in qua ipſe Procurator conſtitutus fuit. Ideoque ſubſtitutio, quam procuratorum aliquis facit in magiſtratibus, aut Curiis Flandriæ, ea non admittitur in magno Concilio, nec contra.

4 Omnis autem procurationis ſubſtitutio debet inſcribi in dorſo principalis Procurarorij. Aut debet inſcribi in noua membrana, eaque annecti, imò & transfigi per procuratorium principale. Aut certe ipſum principale Procuratorium debet totum ad verbum inſcribi in nouis literis ſubſtitutionis, alioqui inualida haberetur ſubſtitutio, & in nulla Curia foret acceptanda.

5 Neque igitur valent illa Procuratoria generalia aut ſpecialia, in quibus relinqui ſolent loca vacua, vt in iis poſtea inſcribantur alij ſubſtituendi Procuratores. Nam huiuſmodi Procuratoria ſuſpecta habentur, & dolo committendo (e) ſunt accommodatiſſima, quod repertum ſit in talibus locis vacuis inſertos fuiſſe procuratores partiales, & impoſtores, qui ſuæ procurationis vi, multis honeſtis viris ex ſimultate, aut malitia negotium faceſſerunt, eoſque apprehenderunt, & multum diſpendij intulerunt. Sunt igitur in Procuratoriis generalibus aut ſpecialibus omnia, & ſingula nomina inſcribenda, quæ quis volet, & nullus locus relinquendus vacuus. Quod ſi ſubſtitutio facienda fuerit, ea fiet iuxta modum prædictum. Quiſquis præterea talem ſubſtitutionem ſemel fecit, is eandem nullo modo poſtea reuocare (f) poterit, niſi ad hoc ſpecialem commiſſionem, & peculiare mandatum impetrauerit, iuribus prællegatis. Nonnulla huic materiæ ſeruientia videbitis per D. Ioann. à Graſſis, in ſuo excellentiſſimo tractatu. *De ſubſtantialibus Procuratorij:* & de his quæ contra eum obiici poſſunt, *folio libr. meo 86. colum. 1.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT LXXXIX.

a. *ANte litiſconteſtationem.*) Tex. *in l. quod quis* 8. vbi Iaſ. *n* 1. *& ſeqq.* & nouiſſ. Sichard. latè quoque limitando, *in l. neque tutores.* 11. *§. vlt. C. de procu. & in l. ſi procuratorem, §. ſi quis mandauerit,* vbi Bart. *num.* 1. & eleganter diſtinguendo Coſtal. *ff. mandat.* Chaſſen. extendendo, ad conſuetud. Burgund. *tit.* 4. *§.* 5 *num* 9. Grauat. ad prax. Veſtr. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 34. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 74 *num.* 11. Muſcat. declarando *prax ciuil. part.* 1. *gloſſ. verb. veniens, ſub num.* 46 cum ſeqq. Menoch. *lib.* 2 *præſumpt* 38. *num.* 1, vbi declarando *num.* 2. *poſt* Iaſ. *in d. l. quod quis, in fin,* neque ſubſtituere poſſe; quando negotium eſt graue, ſicuti cauſę criminalis: neque cuius electa fuit induſtria: vt id voluit & Coſtal. *in d. §. ſi quis mandauerit,* ad fin.

b. *Magiſter cauſæ.* Tex. in *l. nulla* 23. *C. de procur.* VVurmbſ. *tit.* 5. *obſer.* 1. in princ. Hartman. *tit.* 7. *obſer.* 3. *in princ.* Grauat. ad prax. Veſtr. *d. libr.* 4. *cap.* 5. *nu.* 36. Surd. *dec.* 89. *nu* 1. 6. *&* 17. Merul prax. Holl. *lib.* 4. *tit.* 13. *cap.* 5. *num.* 2. Sichard. *in d. l. quod quis, num.* 23. limitando in criminalibus ſi poſſit interuenire procurator, vt & Socin. *reg.* 41. *fallēt.* 2. Adeo vt ipſemet ſubſtitutus poſt litiſconteſtationem alium ſubſtituere poſſit, Vant. late declarando *de null. proceſſ tit. de null. ex def. inhabilitatis ſeu mand. comp. num.* 109. & ſeqq. VVurmbſ. *d. tit.* 5. *obſ.* 14. Muſcat. *prax. ciuil. part.* 2. *gloſſ. verb. veniens, num.* 51. Mynſing *ex SC centur.* 1. *obſ* 42. poſt DD. de rot. Rom. dec. 122. *&* 146. in nouis. Verùm hęc ſubſtituendi licentia, procuratoribus de iure com. competens apud nos reſtricta apparet *artic.* 338. ordinat. curiæ Brabant. vt non niſi in caſu infirmitatis vel cauſæ neceſſariæ, admittatur præuio conſenſu curię, quemadmodum & in curijs ſuis, idem conſtitutū docet Mer *prax. Holl. lib* 4. *tit.* 13. *c.* 12. *toto.*

c. *Ad negotia.*) Fel declarando & limitando, in *c. quoniā n.* 7. *&* 8. *de offic. deleg.* Vumr. *d tit.* 5 *obſ. poſt princ.* Hart. *d. tit.* 7. *obſ.* 3. *verſ ſi.* Coſt. diſtinguendo *in d. § ſi quis mandauerit, verſus fin.* Sich. poſt alios, latè limitando, *in d. l. quod quis, num.* 11. cum ſeqq. vbi rationem reddit quare magis quàm procurator ad iudicia, vt & Anchar. in adducto *cap.* 1. *num.* 6. *de procur lib.* 6. *vbi ſub num.* 4. *&* 7. refert & alios, qui ante litem conteſtatam ſubſtituere poſſunt, de quibus & Socin *reg* 319 *fallent.* 4 *&* 5.

d. *Interim ſ.am*) Text in *l. illam,* 33. *C. de donat.* VVurmbſ *d tit.* 5 *obſ* 1. *poſt princ.* Hartm. *d tit* 7 *obſ.* 3. *ſub init.*

e. *Dolo committendo.*) Hac ratione plures reſpondiſſe refert Chaſſen ad conſuet. Burg. *tit.* 4. *gloſſ.* 1. *Verſ. ſans procuration. num* 8, reprobanda procuratoria, in quibus relinquitur album ad deſcribendū plura procuratorum nomina. Sed contrà Boër. iuſtā *dec.* 274 præſertim *ſub num.* 5. & ad fin. vbi hoc procuratorium de ſtylo & generali conſuetudine omnium curiarum, tam ſæcularium quàm ſpiritualium, approbari; & valere, maximè ſi procurator conſtituendus alibi habitabat, longoque interuallo diſtabat à loco conſtituentis, quod veriſimiliter conſtituens ignorabat procuratoris nomen, nec audire aliundè poterat, ſequiturque nouiſſ. Maſcar. *lib. de probat.* 2. *concl.* 1008 *num.* 9. *vbi nu.* 8. poſt doct. communiter *in c.* 1. *de fid. inſtrum.* aliosque, aliud in ſcedulis vacuis ſigillatis, quas principes vel præſules dant ſuis nuncijs & procuratoribus, vt ſcribant in eis procuratorium ad eorum quibus mittuntur voluntatem, ſecundum temporum & locorū indigentiam; neque enim vllius eſſe momenti tale ſigillum nec probare, cum literæ non ſint ſcriptæ tempore ſigilli.

f. *Reuocare*) Etiamſi ſubſtitutus ſuſcepto mandato nec dum vſus fuerit, *tex. in c. is qui,* 3. *de procur. in* 6. Vanr. *d. tit. de null. ex defect inhabilit. ſeu mand. compar. ſub num.* 105. Et ex ſententia eius ibidem, & Bart. *in l vero procuratori, §. quid ergo, num.* 4. *ff. de ſolut. &* Bald. *in l. quod quis, num.* 7. *C. de procur.* tradit Muſcat. prax. ciuil. *part.* 2. *gloſſ. verb. veniens, num* 50. ſi in procuratorio non adſit clauſula ſolita cum poteſtate ſubſtituendi ac reuocandi, & toties quoties videbitur expedire onus in ſe reaſſumendi; vel mandatum non fuerit generale, ſed tantum particulare ad vnam cauſam, & cum poteſtate ſubſtituendi ſimpliciter; procuratorem ſubſtituentem deſinere eſſe procuratorē, nec poſſe amplius gerere nec ſubſtitutum reuocare; ſin in mandato fuerit hęc clauſula, vel ſit generale ſubſtituentem remanere procuratorem, ac poſſe cōparere, gerere, & reuocare, nedum expreſſè, ſed etiam tacitè, vt procedendo ipſe ſimpliciter in cauſa, voluitque Grau. ad prax. Veſtr. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 35. & Coſtal. ſub init, poſt Bart. & alios, *in l. ante litem,* 16. *ff. de procr.* vbi poſt Io. Gall. *deciſ.* 63. & SC. neque per mortem ſubſtituentis intelligi ſubſtitutum tacitè reuocatū, idque procedit quādo ſubſtituens ex facultate ſibi data à principali ſubſtituit: tunc enim non attēditur mors ſubſtituētis ſed principalis, vt poſt Felin. *n.* 9. *de* ...*n.* (mihi) 3. *&* 5. *in c. relatum, de offic. deleg* aliosque Gab *lib.* 2 *concl.* 2 *n.* 8. *&* 9. *tit. de proc.* Camill. Lepid. *ex SC.* nouiſſ. Luc. *dec.* 143. *ſub init. verſ.* 2. *quia & verſus fin. verſ nec obſtat.* 2. qui poſt Old, *conſ.* 130. aliud docent, quando ſubſtituens iure proprio ſubſtituit factus nimirum dominus litis.

C A-

Digitized by Google

CAPVT XC.

Quæ Procuratoria ſint ſufficientia in Iudiciis.

SVMMAE.

1 *In Iudiciis requiruntur procuratoria digna,& ſufficientia.*
2 *In procuratorio dubio cauendum eſt de rato.*
3 *Si procurationes ſint indebita, omnis productio erit nulla, & ſententia illuſoria.*
4 *Princeps, Pralati, Nobiles, &c. ſub ſuo ſigillo procuratores conſtituunt.*
5 *In feudalibus conſtituuntur procurationes per ſigilla Parium.*
6 *Procuratio Senatoria vbique eſt valida.*
7 *Procuratio coram Notario, non æquè ſemper eſt valida.*
8 *In Parlamento Mechlinienſi procurationes conſtituuntur ſub ſolo ſecretario.*
9 *Procuratio per teſtes verificatur per iuramentum de calumnia.*
10 *Parlamentum Pariſ. non admittit procuratoria laicorum in Curia ſpirituali conſtituta.*
11 *Procuratoria data ab Abbate & conuentu, in Parlamento valent.*
12 *Procuratorium à minorenni datum, eſt inualidum.*
13 *Procuratio morientis antè concluſionem in iudicio, etiam eſt mortua.*
14 *Procuratio noua in Arramentis, non eſt neceſſaria poſt concluſionem in indicio.*

1 QVisquis ſeſe præſentare, vti procurator, volet, aut in iudicijs tanquam procurator occupare ſtudebit, in primo oſtendere(a) debebit dignũ, legitimum, & ſufficiens procuratorium, (b) aut ſeſe obligabit ad ſolutionem iudicandi.

2 Quod ſi de ſufficientia procurationis dubitetur, cauere, debet de rato. (c) *l. Non ſolum, §. Qui alieno nomine, ff. de procurato.* Debet itaq; omnis iudex in principio inchoandi proceſſus diligenter obſeruare, & curare, (d) vt procurationes vtrinque ſint ſufficientes.

3 Nam ſi hac in parte aliquid omiſſum, aut neglectum eſſet, quominus procurationes eſſent debitæ, parumque ſufficientes, omnes productiones eſſent nullæ, & ſua iudicis ſententia haberetur illuſoria(e)

4 Procuratoria ſub Principis ſigillo alicui data, non egent atteſtatione Senatorum, ſed ſunt per ſe ſufficientia. Item, quando conſtituentes ſunt Prælati, Epiſcopi, aut præclari nobiles, aut in ea dignitate aut officio conſtituti, vt ſua ſigilla(f) omnibus ſint cognita, rata, & approbata, eorũ quoque procuratoria data, & ſigillata habentur rata & valida, ſine vlla cognitione Magiſtratuum.

5 In Curijs feudalibus conſtituuntur procurationes ſub priuatis ſigillis eorundem Parium feudalium, quorum arma, nomina, & ſigilla in eadẽ Curia ſunt cognita.

6 Procuratio autem tranſacta coram noto magiſtratu habente autenticum ſigillum, vbique eſt valida, & admittenda in Curijs, præcipuè ſecularibus Sic quoque validiſſima eſt procuratio, quæ conſtituitur in Graphiaria ad ſigillum cauſarum apud acta, & coram magiſtratibus.

7 Verùm procuratio conſtituta coram ſolo notario, & teſtibus; (g) ægrè admittitur in Curijs ſecularibus, potiſſimum quando is procurator in ea Curia non eſt perſpectè cognitus, & quando Pars aduerſa eam procurationem nõ admittit, ſed reiectat, (h) & refellit.

8 In magno Concilio, ſiue in Parlamento Mechlinienſi praxis habet, vt procurationes validæ conſtituantur ſub vno Secretario. Verùm qui huiuſmodi Secretarijs eam authoritatem attribuerit, neſcio, quod ipſi ex ſe nullam perſonam publicam conſtituant.

9 Si Procurator quiſpiam literas ſuæ procurationis per teſtes (i) verificare, ac ratificare vellet, id quidem ipſi permitteretur, dummodo prius iuramentum præſtitiſſet de calumnia.

10 In Parlamento Pariſienſi nõ admittũtur(k) procurationes conſtitutę in Curia ſpirituali inter duos ſeculares, & quæ ſunt de rebus prophanis. Sed ibidem admittuntur eę procurationes, ſi ſint de perſonis. Eccleſiaſticis, in beneficialibus, aút in alijs rebus Eccleſiaſticis.

11 Sic quoque in eodem Parlamento admittuntur procurationes datæ & cõſtitutæ ab Abbate & Conuentu (l). Atque ad hunc conuentũ dicunt ad minus debere eſſe quatuor religioſos, qui diuinas laudes quotidie in choro decantent.

12 Procurario à minorenni, hoc eſt, ab eo qui nondũ annum 25. exceſſit, conſtituta, citra authoritatem (m) ſui curatoris (ſi quem habeat) nuſquam Curiarum admittitur, *l. minor. in priu. ff. de procuratoribus l. Exigendi, in medio legis, C. eo. l. 1. & 2. C. Qui legiti. perſon. hab. ſtan. in iudicio vel non.*

Sic nec illius, qui nullum curatorem habet, niſi is minorennis ad ſanctum Euangelium ſacrè iuraſſet (*n*) ſeſe habere, & perpetuò habiturum firmum & ratum, quicquid is Procurator in eo procurationis negotio, pro ſe acturus eſſet, *d.l. Minor*, & ibi Bartol alijque ſcribentes.

13 Quando autem contingit, vt procurationem conſtituens, moriatur antequam concludatur in iudicio, ipſa quoque ipſius conſtituta procuratio ſimul commoritur, (*o*) in quoque etiam ſtatu eæ res conſtitutæ ſint. Et hæres ſucceſſor, qui tunc arramenta aſſumpturus eſt, debebit nouam conſtituere procurationem, ad progreſſum litis interruptæ, & à mortuo relictæ, idque intra annum & diem, alioqui omne negotium caderet interruptum, & extra iudicium.

Sed ſi contingeret ipſum cōſtituentem mori poſt 14
concluſionem (*p*) in iudicio, non eſt neceſſe procurationem renouare, quia tunc reſtat expectanda ſentētia. Si procurator quiſpiam acceptaſſet (*q*) procurationem, & ex ſuo proprio nomine promiſiſſet exoluere iudicanda, is quoque eo nomine poſt litiſcōteſtationem (*r*) poſſet proceſſum proſequi, & producere, & inſtruere vſque ad definitiuam, non obſtante, quod Dominus cui ſeruiuit, obierit.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT XC.

a. PRimo oſtendere.) Prac. Ferrar *in form. reſponſ. rei conuent, ad verb.* Simonius Spelta *n. 1. cum apoſt.* Boër. *dec.* 281. *ſub n.* 11. *&* 12. Rebuff. dicens tamen (vt & Boër. qui ſuprà) in forenſi iudicio dari dilationem procuratori ad oſtendendum mandatum, conſtitut. *reg. tom. 2. tract. de lit. dilat. annal. art. 3. gl. vn n 7. & tract. de donat.* inſin. *art. 3. gloſſ. 5. & tom. 3 tract. de contum. & def. art. 1. gl. vn. nu. 8. in fin.* cum ſeq. *& art. 3. gl. vn. n. 2.* Grauat. latè, ad prax Veſtr. *lib. 4. cap. 5. n. 22 & 24.* & ſeq. Fab. *C. lib 3. tit. 5 deſin. 1. n. 1.* cum ſeq. Soar. *recept. ſent. theſſ. in lit. M. n. 25. & lit. P. n. 314.* Viu. latè *dec. 11. nu. 13* cum ſeqq. *& dec. 249 nu* 1. cum ſeqq. Verall. *dec. 10 nu. 2. part. 3.* Cephal. declarando, *conſ. 304 num. 2 & 66.* cum ſeqq. Decian. declarando, *conſ. 18. num. 3.* cum ſeqq. *lib. 1.* Menoch. (in eadem cauſa cum illis conſultus) limitando *conſ. 100. ſub num. 30.* cum ſeqq. *& lib. 2 præſum. 33. n* (t. cum ſeqq. Maſcard extendendo & limitando latiſſ. de probat. *concluſ.* 1006. *nu* 1. *in fin.* cum ſeqq. *& ſub num. 59.* cum ſeqq. VVameſ. *conſ* 88. *num. 7.* vbi defectum mandati inſanabilem dici; Marc. Ant. de Amat. *dec. 8. ſub num. 2. & num.* 11. Muſcat. prax. ciuil. part. 2. *gl. verb. veniens, n.* 25. Sed & regulam, perſonam ante omnia legitimandam (tam in perſona partium quàm iudicis) multifariam ornat, extendit & reſtringit Marſil *in l. ſiquis ne quæſtio, præſertim n* 95. *ff. de quæſt* quem comprobat etiam Chaſſan. ad conſuet. Burgund. *ti. 4. gloſſ. 1. verb. ſans procuration. ſub n. 9.* Viu. *d. dec. 249. nu.* 3. & latius Oſaſc *d c 1 num* 35. cum ſeqq. Muſcat. prax. ciuil. *part. 3. gl verb. comparentis, præſertim n. 3. ad fin.* vbi ad Marſil recurrendum ſuadet, quoties in hac materia dubitatio aliqua acciderit, latè itidē de hac regula Sichard, poſt alios, *in l. licet, 24. num.* 7 & ſeqq *C de proc* Diſponiturque hac de re, apud nos, *art. 325. cum 3. ſeqq. ord. nat. curiæ Brabant.* & ſimilem diſpoſitionem ex ſtylo curiarum ſuarum interpretatur latè, Merul. *prax. Holl lib. 4. tit. 13. ca. 8. num 2. & ſeq.* Verùm quod dicatur, onus probādi ſe habere mandatum incumbere, procuratori; nō procedit poſt litem conteſtatam; tunc enim nō procuratori, ſed opponenti contra procuratorem incūbit, vt poſt *gl. & doct. in l. pomponius. §. ratihabitionis ff. de procur.* Alex. *conſ. 10. ſub init. lib. 5.* aliosque Boër, latè *dec. 281. num. 11.* Sichard. *in d. l. licet, n. 6.* Maſcard. declarando latiſſ. *d. concluſ. 1006. num. 12. cum ſeqq. &* poſt Vant. *de null. proceſſ. tit. de null. ex def. inhabilit ſeu mand comp num. 63.* Muſcat. declarando & limitando, prax. ciuil. *part. 3. gloſſ. verb. cōparentis, ſub num. 34. & part. 4. gloſſ. termini, ſub nu. 4. verſ. quidam eſt.* Quod ſi quis etiam oppoſuerit, vel proteſtatus fuerit contra procuratorem, quod non intendebat eum approbare per aliquem actum & tamen cum eo poſteà litiget, videtur perſonam eius approbare, Bald. *conſ. 498 ſub num 1. lib. 2.* poſt Bart. *in d. l. licet nu. 3.* cum ſeq. *C. de procur.* Rebuff. *d. tract. de lit. dilat. art. 3. gloſſ. vn. num.* 10. Maſcard. *d. lib. 2. concluſ.* 1011. *num 4.* cum ſeq. quid omnes intelligunt, niſi in omni actu proteſtetur quod non approbet.

b. *Procuratorium.*) Actorem verò à tutore conſtitutum non ſolùm actoriam vel mandatum, ſed & inſtrumētum tutelæ cui actoria immittitur producere ſimul & ſemel debere, poſt Bald, *in l. qui aliena §. quanquam, verſ extra collige ff. de negot geſt.* Cephal. *conſ. 382 num. 5. & 22.* Gail. limitando, *libr. 2. obſ* 107. *num. 1.* & ſeqq. Burſat. *conſil, 309. cui init. arbitror capturam, numer. 6.* voluitque VVeſenbec. *conſil. 35 numer. 2.* Quæ autem actoriæ vel actori huiuſmodi opponi poſſint, Oſaſc. *conſ. 36. numer 25* Et latiùs hac de re inferiùs *cap. 132. n. 4. ad verb finita ſit.*

c. *De*

Digitized by Google

c. *De rato.*]Dex. in l. 1. vbi poſt alios Sichard. declarando, num. 1. cum ſeqq. C. de procur. Marant. de ordin. iud. part. 6. tit. de ſatiſdat. num. 15. Grauat. ad prax. Veſtr lib. 4. cap. 5 num. 19. & ſub num. 21 Capyc dec. 5. num. 3. Viu com. opin lib. 1. verb. amicus, n. 1. & verb procurator in capitalibus, ad fin. Monter. à Cuna. decis. 14. ſub num. 77. Merul. è prax. declarando prax. Holl. lib. 4 tot. 13. cap. 8. num. 1. Et cautioni huic ita demum locum eſſe, ſi producatur mãdatum principalis, deque viribus eius addubitetur propter exceptiones rei; pro faciliori expeditione cauſarum Socin. reg. 317. & reg. ſeq fallent. 14. Viu. d dec. 249. num. 6. Quando autem dicatur dubium de mandato? latè poſt gloſſ. & alios Felin. in cap. coram, n. 9. & 10 de offic. de leg. Sichard. in d. l. 1. num. 5. in fin. cum ſeq. Et tunc dici dubium, quando aliqualiter eſt probatum non tamen plenè Caſtrenſ. latè diſtinguendo & declarando, in l. non ſolũ 39. §. qui alieno præſertim n. 8. vbi etiam Buſ. num 2. in fin. cum ſeq. ff. de procur. Maſcard. de concluſ. 1006. n. 72. cum ſeqq. vbi tunc non ſimpliciter procuratorem admitti, ſed cum cautione de rato; niſi in requirentibus ſpeciale mandatum, quando præſens eſſet dominus, alijſque caſibus, in quibus hoc non procedit, ſecundum Felin. in d. cap. coram, num. 7. de offic. deleg. alioſque Cœterum in ijs quæ ſpeciale mandatũ requirunt, cõtrà rectius ſentit Coſtal. poſt Bart. in l illud 26. § vlt in princ. cum l. ſeq. per illum tex ff de minor. vt diximus ſupra cap. 88. ad verb. de rato. Sed neque procuratorem ad exigendum & recipiendum, cum cautione, admitti, Caſtr. in d. §. qui alieno, num. 9. Soc. d. reg. 318 fallent. 2. & 16. Viu. ex com. & SC. d. dec. 249 num. 7. licet contrà etiam Felin. in d. cap. coram ſub num. 7. Sic neque admitti vbi ardua eſt cauſa, vti matrimonialis, Capyc. d. dec 5. num. 4 cum ſeq. Pariſ conſ. 61. num. 6. lib 4. Socin. d. reg. 318. fall. 3. & 20. vbi eo vſque plures huiuſmodi fallentiæ & caſus enumerantur.

d. *Et curare*)Poteritque ab hoc officio, parte etiam non petente, procuratorem arctare vt mandatũ oſtendat, vt poſt Roman. conſ. 170. num. 2. alioſque Marſil. ad d. l ſiquis ne quæſtio num. 11 cum ſeq. ff de quæſt. vbi num. 71. vt tollantur omnes huiuſmodi exceptiones, adhibet cautelam, vt iudex pronunciet perſonas eſſe legitimas, vel mandata legitima, quia propter talem interlocutoriam, non poſſit aliquid vlterius obijci quò ad perſonas, vt poſt Bart. & alios, in d. l. licet C. de procur. reſpondit & Alex. conſ 59 ſub num. 4 lib 2. & limitando conſ. 61. num 2. lib 5. Vant. de null. proceſſ. tit. quib mod. ſent. null. d. ſand. vel repar poſſ. n. 10.

e. *Illuſoria*)Oſaſc d dec. 1. ſub num. 73. Et geſta omnia nullius eſſe momenti, Soar. in rep. l. poſt rem cont. theſ. in lit. P num. 15. Maſcard. d. concl 1006. n. 5. & ſub n. 4. voluitque Sichard. in d. l. licet, ſub n. 7. cũ ſeq. C. de proc.

f. *Sigillo.*)Mandatum probari per literas obſignatas ſigillo authentico iudicis ordinarij, etiam ſine ſubſcriptione teſtiũ, aut alicuius notarij, poſt Bald. in l. ſi procuratorem, 65. ſub num. 5. ff. de procur. alioſque, dec. in cap poſt ceſſionem ſub num. (mihi) 32. de probat. & poſt Vant. tit de nullit. ex def. inhabil. ſeu mandat. compar ſub num. 70. alioſque Maſcard. limitando, de probat. lib. 2. concluſ. 1008. num. 1 cũ ſeqq. Et ſic ſufficere quòd conſtet ſigillum eſſe ipſius ſigillantis Menoch. de arbitr. iud. lib 2. caſu 113 ſub num. 6. vbi ſine difficultate hoc procedere, cum ab epiſcopo vel capitulo procurator quis conſtituitur, quum tunc ſufficiat in ſcriptura narrare quomodo conſtituatur, eamque ſcripturam ſolo ſigillo munire, idemque ſentit & Boër dec 154. num 6. Tria autem eſſe ſigilla publica, epiſcopi, ciuitatis atque vniuerſitatis Veſenbec conſ. 12. num. 45. Maſcard. d. concluſ. 1008. num. 2. ad fin. poſt Bald. in l ſi qua per calumniam in fin. C. de epiſt. & cler. alioſque. Sed & ſigillum archiepiſcopi, epiſcopi, vel alterius cuiuſlibet prælati iuriſdictionem ordinariam habentis dici authenticum Rebuff. declarando, tom. 1. conſt. reg. tract. de liter. oblig. art. 1. gloſſ. 7. num 4 poſt gloſſ. & doct. in cap. ij. de fid. inſtr. qua de re etiam, quando credatur literis epiſcoporum ac prælatorum, latè Franc. Marc. dec. 988. ſub num. 8. cum ſeqq lib. 1. & dec. 692 in princ. lib. 2. Præterea ſicuti creditur literis ſigillatis epiſcopi, ita alicuius principis ſecularis, de generali conſuetudine, per cap. cum dilectus de fid. inſtrum. Schurpf. conſ. 7 num. 6. & latiùs conſ. 39. num. 1. cum ſeq. cent 1. VVeſenbec. conſ. 2. num. 77. verſ. magis enim creditur. & conſ. 35. num. 8. cũ ſeq. Sic autenticum dici ſigillum epiſcopi, capituli, & principis ſecularis, cui credatur de conſuetudine tradit & gloſſ. vlt. in cap. ii. de fid. inſtr. Adeoque ſi conſtitutioni, ſeu inſtrumento ſigillum vniuerſitatis apponeretur, etiamſi nomina conſtituentium non exprimerentur, valeret, & ab omnibus ſeu maiori parte facta præſumeretur, Vant. d tit. de nullit ex inhab. ſeu def. mand num. 151. verſ. ſi tamen, quem ſequitur & nouiſſ. Meichſner. deciſ. 4 ſub num. 184, tom. 2. lib. 2 addens, quod quamuis plerique loquantur in capitulo, vt Oldrad. conſ. 100. ſub num. 5 idem tamen eſſe in ſenatu. Eaque apud nos ferè obſeruantur, vt colligitur ex art. 326. in fin. & art. ſeq ord. curiæ Brab. & in ordinatione non ab ſimili curiæ ſuæ demonſtrat Merul. prax Holl. d. lib. 4. tit. 13. cap. 9. num 2. Vt proinde nimis generaliter ſcripſerit Buſi. ad d. l. ſi procuratorem indignum quæſtione eſſe, an literis domini ſtetur ſigillo adiuncto, cum penitus in facto conſtet, an & quatenus literæ alicuius ſint. Nam dici id non poteſt in commemoratis, licet in alijs priuatis perſonis obtinere poſſit: in quibus tunc fieret collatio, cum alijs illarum ſigillis, ſi habeantur, ſicut fit collatio literarum per comparationes, vt docet

Marc. *dict. dec* 988. *num.* 15. & inibi *num.*4. *&* *dec. ſeq. præſertim ſub num. ſeq per cap. quod ſuper eis, de fide inſtrum.* debere ſigilla recognoſci eamque recognitionem; perinde vt in ſcriptura propria, plene probare, dixi *ad loc. com. par. Damhoud. t.t. ſubſcribere verſus Fin vbi de his copioſius*

g. *Notario & teſtibus*) Per inſtrumentum procuratori factum à tabellione publico probari mandatum, Maſcard. extendendo & limitando Iaſ. *lib.* 2. *de probation. concluſ.* 1007. *num.* 1. vbi ſi habeat ſolennia requiſita, dici clare conſtare de mandato, nec cautionem rati exigi: dicique tunc teſtimonium habere, ſecundum publicum Bart. *in l. ſi pr. curatorem ff de procur.* etiamſi (inquit) eſſet notarius apoſtolicus, & eſſemus in terris imperij; licet (iti) ſecus à curia parlamenti Franciæ fuerit ſtatutum, ſecundum Boër. *dec.* 241, *præſertim num.* 4, Rebuff. ad *conſtitut. reg. tom.* 1. *tractat. de lit. obligat. art. gl. vnic n.* 40. cum ſeqq. *num.* 43. idem ſeruari dicit in Hiſpania, quamuis ſit contra ius ſecundum Bellamer. *conſ.* 42. *num.* 1. *&* 8. cum ſeqq. & Luc de penn. *in l. vlt.* verſus fin. *verſ. ex his infertur ad* 4. *quæſt. C de locat. prædior ciuil. lib.* 11. cuius opinionem non teneri in regno Neap. ſed contrarium dicit etiam Aſflic. *deciſ.* 455. *num.* in fin.

h. *Releuat*) Procuratorium debere eſſe confectũ per tabellionem, ſub præſentia teſtium, cum appoſitione eorum quæ de iure vel cõſuetudine in publicis inſtrumentis apponi conſueuerunt, vt *in c.* 1. *in fin. de procu. & c.* 1. *&* 2. *de fid. inſtrum.* Vant. declarando, *de null. proceſſ. tit. de null. ex defect. inhab. ſeu mand compar. n.* 138. cum ſeq. quem ſequitur & Muſcat prax. ciuil. *part.* 2. *gloſſ verb. venien. nu.* 44. cum ſeq.

i. *Per teſtes.*) Procuratoris mandatum etiam teſtibus probari, Sichard *ex com. poſt ali. in l.* 1. *n.* 7. *in fin. C. de procur.* Angel. *conſ.* 292. *ſub num.* 3 *Pariſ. conſ.* 61. *num* 5 *lib.* 4. Vant. *dict. tit de null. ex def. inhab. ſeu mand compar. num.* 70. Boër. declarãdo *dec.* 154 *n.* 8. *& dec.* 281. *n.* 1. cum ſeqq. Soar. *in recept. ſent. theſ. lit. P. num.* 316. Rebuff. *tom.* 2. *conſtit. reg. tract. de lit. dilat. annal art.* 3 *glo* 1. *num* 8. *&* 9. limitando, poſt Cremenſ. *ſing.* 138. alioſque, ſi fuerit procurator ad exigendum & recipiendum pecuniam; quia iſtud debeat probari per inſtrumentum; cum debeat dare acceptilationem ſcriptam ſoluenti, ſicque mandatum per ſcripturam probare, Boër. *d. dec* 281 *num.* 2. Sed & reuocationem procuratoris teſtibus probari, Maſcard. *de probat lib.* 2. *concluſ.* 1015. *n.* 17. *&* 18 vbi, etiamſi per inſtrumentum vel literas fuerit conſtitutus.

k. *Pariſien. non admittuntur.*) Rebuf. Ex SC. *d. tract. de lit. oblig. ar.* 2 *gl.* 1. *n* 41.

l. *Conuentu*) Idemque & apud nos, vt colligitur etiam *artic.* 327 *in fin. ord. n. curiæ Brab.*

m. *Citra auctoritatem.*) Viu. limitando, *dec.* 86. *nu.* 3. cum ſeq. Hartman. *tit.* 5 *de actore, obſer.* 6. *verſ. vnde excipitur*, vbi ad fin. cum auctoritete tutoris vel curatoris, pupillum infante maiorem vel adultum, bene poſſe, ante litiſconteſtationem, conſtituere procuratorem; Maran. *de ord. iud. part.* 4. *diſtinct.* 16. *num.* 34. *in fin.* VVurmbſer. *tit.* 5. *obſer.* 19. *ſine vlt. ad fin.* Mynſing. *ex SC centur.* 2 *obſer.* 38. *in fin.* Viu. *d. dec.* 86 *ſub num.* 3. per tex. *in l. neque,* 11. *C. de procur.* vbi poſt alios Sichard. præſertim *num.* 10. colligens ibi eſſe caſum, vbi quis auctoretur actui licet actum facere non poſſit: tutorem enim auctoritatem dare pupillo faciendi procuratorem, lite nondum conteſtata, cum tamen procuratorem facere ipſe non poſſit; idemque Hartm. *d. obſ.* 6. *ad fin.* neque enim, vt ibidem in princ. tradit Hartm. tutores aut curatores ex ſua perſona poſſunt conſtituere procuratorem, ante litem conteſtatam, ſed actorem, in quo requiritur decretum iudicis, vt in *d. l. neque*, vbi poſt alios Sichard. *num.* 2. *Mar. d. diſt.* 16. *nu.* 34. Mynſ. *d. obſ.* 38 in princ. Gail. *l. b.* 2. *obſer.* 107. *num.* 6. Creſcent. *dec.* 8. *num.* 1. *tit. de ſent.* VVeſenbec. latè *conſ.* 35. *ſub num.* 11. cum ſeqq. vbi tamen arbitratur in eo non magnam eſſe vim, nec multum intereſſe vero nomine mandatarius appelletur, iuxta *cap petitio,* 9. *de procur.* diciq́ue poſſe, etiam ſine magiſtratus ſcitu, talem conſtitutionem valere, ſecundum *gl in d. l. neque, verb debent. verſ. vel poteſt* dici quod ipſe tutor ordinabit actorem, & licet in Camera Imp. ſeruari huiuſmodi differentiam teſtetur Mynſ. *d. obſ.* 38 tamen in curijs ſuis, quæ magis æquitatem ſequantur, hoc exile diſcrimen non putauerit attendendum, Quemadmodum nec noſtris moribus attenditur, vt in *art.* 447. *ordin. cur. Brab.* vbi tutoribus vel curatoribus permittitur indiſcriminatim procuratores, per ſeipſos conſtituere, qui per eos conſtituti, in ius ibidem recipiuntur. Eſſe tamen caſum dare, vbi minor ſine auctoritate tutoris vel curatoris, per ſe ſolum poſſit conſtituere procuratorem, vt quando minor legitimam perſonam ſtandi in iudicio habet, id quod poſſit fieri certis caſibus enumeratis *in gloſſ. verb. quamuis, in cap. ex parte,* 14. *de reſtitut. ſpol at.* tradit Sichard. *in d. l. neque, num.* 11. Sic & annis 14. maiorem in ſpiritualibus ac decimis, habilem ad conſtituendum procuratorem Creſcent. nouiſſ. *ex SC. tit. de ſent dec.* 1 *n* 6.

n. *Iuraſſet.*) Viu. *d. dec.* 86. *num* 3 in fin. Et ſic mirabilem cautelam & practicam notat, poſt alios, Iaſ. *ſub num* 77. *&* Sichard. *num.* 35. *in authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. venditien* vt obliges tibi minorem, in iudicio comparentem ſine curatore, vt non poſſit elabi, aut contra acta iudiciaria reſtitui, cures eum iurare contra acta ſe non ventu-

Digitized by Google

venturum: proindeque quidquid actum fuerit perpetuo valebit.

o. *Commoritur.*] Per mortem enim conſtituentis expirat mandatum, *l. mandatum*, 15. vbi Bald. & alij *C. mal.* & poſt eundem Bald, *conſ.* 340. *verſ. præterea mandatum, lib.* 2. Rebuff. *tom.* 3. *conſtitut. reg. tractat. de ſent. art. vlt. gloſſ. vnic n.* 7. VVurmbſer. (aliud docens caſu quo dominus ſatiſdedit, conſentiente procuratore, iudicatum ſolui) *tit.* 5. *obſ.* 15 *tota.* Mynſing. (eodem quoque illo caſu aliud docens ex SC.) *dec.* 84. *cent.* 2. Maſcard. *de probat. libr.* 2 *concluſ.* 1015. *num.* 6. *cum ſeqq.* Menoch. *conſ* 984. *num.* 1. Gabr. extendendo & reſtringendo *latiſſ. tit. de procur. libr.* 2. *concluſ* 2. Merul. *prax. Holl. lib.* 4 *tit.* 13 *cap.* 7 *num.* 1. Idque etiam poſt litem conteſtatam in caſu *Clement. vlt. de procur.* Muſcat. *prax ciuil part* 2. *gloſſ. verb. veniens ſub numer.* 43. VVurmbſer. *d. obſ.* 15. *in fin.* Buſi. *ad l. ſi defunctus* 15. *num,* 6. *de proc.* Menoch. extendendo, *d. conſil.* 984. *ſub num.* 8. *cum ſeqq.* Gabr. extendendo & reſtringendo latiſſ. *d. tit. de procur. concluſ.* 3. *numer.* 2. cum ſeqq. Guid. *dec.* 113. *ſub init.* vbi ſecus de iure ciuili, & è praxi; quia domino mortuo, & re non integra non dicatur reuocatum mandatum: & procuratorem litis dominum poſſe ſemper procedere vſque ad diffinitiuam, *per d. l. ſi defunctus*, 15. vbi nouiſſ. *Buſ. num.* 3. *de procur.* Hartman. *tit.* 7. *obſ.* 2. *ſub init.* Capyc. *dec.* 185. *tota.* Rebuff. *d. gloſſ. vnic. num.* 8. Oſaſc. *dec.* 149. *numer.* 1. Cephal. *conſil.* 382. *numer.* 6. 7. 9. & ſeqq. Vinc. de Ann, *ſing* 329 *cum apoſt.* etiam nouiſſ. Maſcard. *d. concluſ.* 1015. *numer.* 9. Menoch. *d. conſil* 984 *numer.* 2. Surd. copioſè declarando *dec.* 89 *num.* 6. 17. & 18. Quod intelligit Zaſ. *ad l. in ſumma, verſ. quid autem in caſibus.* poſt Caſtr. *ibidem in* §. *vlt. numer.* 2. *ff. de re iud.* citato tamen hærede; vt pote in quem iudicium transfertur; quo caſu procurator, tanquam dominus litis, in cauſa procedere poteſt, nec nouo mandato ab hæredibus eget: niſi fortaſſis hæredes iuſtam reuocandi cauſam haberent, *arg. l. quæ omnia, ff. de procur.* nam vt ibidem poſt Caſtr. docet Zaſ. inſtantia litis non finitæ in hæredem transfertur, ita quod hæres ſuccedere in lite poſſit & debeat, *l. ſi cum hom nem, ff. de fideiuſſ.* Bald. *conſil.* 217. *ſub numer.* 4. *libr.* 3. Socin. *conſil.* 31. *numer.* 8 *libr.* 1. Debet autem hæres (inquit Zaſ.) de nouo citari, nempe ad cauſam reaſſumendam, & ità procedi, vno verbo omnia acta & actitata præhabita iudicij repetendo, ita quod non inſtituatur nouus proceſſus cum hærede, eſt practica ait Bart. *in l. Lucius, ff. ad SC.* Trebell. quam & ipſe vidiſſe ſæpe ſeruari atteſtatur, ſequiturque totidem ferè verbis Mynſing. *conſil.* 51. *numer.* 20. cum ſeqq. declarando Ant. Fab. *C. libr.* 2. *tit* 6. *defin.* 4 *num.* 5. cum ſeqq, voluitque idem Zaſ. (addens ſi hæredes mortui non compareant, vel moreretur in cauſa, tunc veram eſſe doctrinam quòd procurator poſſit cogi vt ad finem procedat) *in l. ſi cum procuratore*, 23. *verſ. coll. etiam, ff. de re iud.* eumque ſequitur Hartman. (addens procuratorem nouo mandato ab hæredibus non egere, niſi fortaſſis hæredes iuſtam reuocandi cauſam haberent, tutiſſ. tamen eſſe, vt hæredes mandent, confirment vel reuocent) *d. tit.* 7. *obſer.* 2. ſentitque Rebuff. latiùs declarando *d. tractat. de ſent. gloſſ. vnic, artic. vlt. numer.* 20. cum ſeqq. licet ibidem *numer.* 9. ſcribat, vt & hic in contextu ſequitur in Francia tamen exigi ſolere nouum mandatum ab hæredibus, licet itidem poſt alios Card. Creſcent. *dec* 11. *ſubnumer.* 1. cum ſeq. *tit. de ſent. & re iud.* ſcripſerit, quòd tunc citato illo procuratore, bene potuiſſet ſententia etiam contra hæredem promulgari: quia talis procurator hæredis quoque procurator fuiſſet: citatoque procuratore poſſit principalis condemnari, & quamuis etiam Buſi. *ad d. l. ſi defunctus, numer.* 4. atteſtetur, hoc in Germania nec vbique receptum eſſe, nec neceſſaria ratione admiſſum, allegans Gail. *libr.* 1. *obſ.* 109. *numer.* 6 & 7. dum melius fore, magiſque litigantibus expedire contendit ſi contra procuratorem, tanquam dominum litis eſt inſtantiæ: vſque ad concluſionem procederetur, & in eum ſententia publicaretur. Non tamen, vt tradit Rebuff. *in d. art. vlt. gloſſ. vn. numer.* 11. (per text. illius art.) curatur de ſubtilitatibus iuris ciuilis *in l.* 1. *C. de ſentent.* vt condemnetur procurator: ſed ſiue condemnetur dominus, ſiue procurator, valet ſententia de iure canonico, vt in *gloſſ.* 1. *in cap. ſuſcitata, de in integ. reſtitut.* idque in curia Delphin. ſeruari Guid. *dec.* 86. *numer.* 3. *ad fin. & dec.* 431. verſus fin. verum de conſuetudine, & ſtylo curiarum Franciæ (vt & noſtrarum) condemnari dominus miniſterio ſui procuratoris ſolet, ſententiaque in dominum ferri, non in procuratorem, docente Imbert. *inſtitut. forenſ. libr.* 1. §. *nunc de his qui eſt cap.* 50. *ſub initium*, tradit quæ latè Boër. limitando *dec.* 285. *num.* 2. & ſeq, idemque in camera Imp. indiſtinctè teſtatur Gail. *libr.* 1. *obſ.* 111. *numer.* 2. & in tranſiſulania ſua Buſi. *ad l. Paulus*, 69. *numer.* 3, *de procur.* Ex contrario quoque, ſi deceſſerit procurator ante ſententiam facta aſſignatione ad definiendum, ferri ſententiam in perſonam domini cauſæ, abſque alia citatione, iuxta *l.* 4. *C. quomod. & quand. iud.* Guid ex SC. *dec.* 86. *numer.* 1. licet contra Imber. *inſtitut. forenſ. libr.* 1 *cap.* 30. *gloſſ.* 2. *verb. conſtituere, verſ. ſed & poſt & Fab. d. defin.* 4. *numer.* 8. vbi *defin.* 6.

Digitized by Google

quomodo ad nouum procuratorem, in locum demortui, ſubſtituendum citandus ſit dominus, & cõdemnandus. In Hiſpaniis verò nouiſſ. Peguer. ex SC. *dec.* 172. nulla horum habita mentione, definit indiſcriminatim, quòd cum lex regia dederit formam, quòd mortuo procuratore litis, citetur principalis ad continuandum iudicium iam inchoatum, & quod dicta citatio inſeratur in proceſſu tanquam illius ſubſtantialis pars, ſi dicta forma deficiat, procedementa inde ſequuta, eſſe omnino nulla. Verum ſi poſt litem conteſtatam moriatur procurator, dominum vocari in ius debere, vt alium det procuratorem, eoque non comparente, quomodo in contumaciam eius, vel vnico edicto, ſuccurratur. Imbert. latè *d. cap.* 30. *gl. ſſ* 2. *verb. conſtituere.* poſt princ. *verſ. ceterum ſi poſt litẽ.* Merul. eleganter è ſtylo curiarum ſuarum, *d. prax. Holland lib* 4 *tit.* 13. *cap* 7. *n.* 2. *cum ſeqq.*

p. *Poſt concluſionem.*) Fab. limitando, *d. libr.* 2. *tit.* 6. *defin* 4 *num.* 1 *cum ſeqq.* Eſtque in hanc rem conſtitutio Franciæ Regis Franciſci, quam commentatus eſt Rebuff. *d. tract. de ſent. art. vlt. vbi gloſſ.* 1. *nu.* 2. *& ſub num.* 13. quòd licet de iure tantum fauore libertatis valeat ſententia contra mortuum, *l. cum qua, ſi. ff. de fidei commiſſar. libert.* hodie etiam ex iure com. Gallorum ſententia contra mortuum valeat. Ibidemque *num.* 3 *cum ſeqq.* aliud in criminalibus, declarando etiam vlteriùs. Diſtinguit verò hac in re. Guid. è praxi. *d. dec.* 8, *num.* 2. quem ſequitur & Rebuff. *d. art. vlt. num.* 19. vt ſi ex iiſdem actis non conſtet de morte, proferatur ſententia, valeat: ſi verò conſtet, non proferatur in perſonam mortui, ſed conſueuerint citari hæredes; non ad reaſſumendam cauſam, ſed audiendam ſententiam, parte hoc petente, vt latius declarat Guid. *d. obſ* 109. *num* 4. addens ita ſingulariter limitari, *d. l. in ſumma.* §. *vlt. de re iud. cum ſimul.* quod ſententia contra mortuum lata non valeat, quia procedat quando iudici, vt iudici, de morte partis conſtaret.

q. *Acceptaſſet.*) Licet de iure ciuili expreſſum acceptare teneatur, iuxta *l. filiuſf.* 8. §. *inuitus. ff. de proc.* tamen tacitè acceptare iure pontificio ſufficere, per *clem.* 1. *de procur.* Grauat. *in annotat. ad prax. Veſtr. libr* 4 *cap.* 5. *num.* 33.

r. *Poſt litiſ-conteſtationem.*) De iure verò, ſi ſatiſdatum fuerit iudicatum ſolui pro procuratore, etiam ante litem conteſtatam, morte domini non finiri mandatum, text. eſt in *l. ſi defunctus,* 15. vbi poſt alios nouiſſ. Buſ. *num.* 2. *ff. de procurat.* Rebuff. *d. art. vlt. gloſſ. vn. ſub num.* 9. addens tutius eſſe, ab hæredibus mandatum conſequi, cùm ſatiſdatio in Francia vix detur.

CAPVT XCI.

De Procuratione reuocanda.

SVMMAE.

1 *Procuratio reuocatur ante litiſ-conteſtationem.*

2 *Procurationem reuocant*
- *Contumelia.*
- *Morbus procuratoris.*
- *Amicitia procuratoris alterius.*
- *Negligentia prioris procuratoris.*
- *Nimia iuuentus.*
- *Si ipſe Dominus litem proſequi velit.*
- *Conſenſu procuratoris.*

3 *Reuocatio procuratoris ad quem, vel ad quos peruenire debet.*

1 ANte litiſ-conteſtationem vnicuique fas eſt reuocare procurationem (*a*) datam, ſicut ipſi placet, abſque cauſa ad hoc denominanda, *l. Ante litem, ff. de procuratoribus,* huic ſeruiunt notata *in ca. In cauſis, in gloſſ. in verb. Cum res non eſſet integra extra, de elect.* Verùm id poſt litem conteſtatam (*b*) ipſi minimè eſt licitum, *l. Mutari, & ibi Bart. ff. de procur.* niſi certè cum cognitione cauſæ, (*c*) & ex ratione notabili id ſuadente. *l. ante litem,* & *l. Mutare praeallegatis.*

Huiuſmodi autem rationes, quæ procurationis reuocationem poſt litiſ conteſtationem magnopere ſuadent, ſunt contumeliæ, (*d*) morbi procuratoris, ob quos is procurator cauſæ aſſumptæ non ſatis diligenter inuigilare (*e*) poteſt. Aut ſi ſumma, cum alio procuratore aſſumendo, interceſſerit amicitiæ coniunctio, cui magis tunc fideret. (*f*) Aut ſi res per priorem illum Procuratorem non ſatis diligenter, ſed negligenter productæ fuerint. Item, Procuratio à Procuratore conſtituto reuocari po- 2

teſt

Digitized by Google

reſt ob ipſius procuratoris iuuentutem. Item, quando Dominus litis ipſemet ſuum proceſſum proſequi velit. Aut quando ipſe Procurator, in eam reuocationem conſentit, aut ſi non contradicat (g) Nam quoties Dominus litis ſiue ante, ſiue poſt litiſ-conteſtationem in præſentia ſui procuratoris cauſam ſuam proſequitur, (h) & defendit, actaque confici iubet ſub ſuo nomine, tum apparet quod tacitè, & facto ipſo procurationem procuratori datam reuocet, & remittatur potiſſimum, ſi nullam proteſtationem faciat in contrarium, & contra Domini ſui facta. Reuocatio autem Procuratoris debet peruenire ad aduerſarium, (i) vel ad iudicem, quod ſi non fiat, valet nihilominus quod poſtea fit cum eo. Secus ſi perueniat, (k) *c. Ex inſinuatione, & c. in noſtra præſentia*, extra de procuratoribus, *& c. Ex parte de reſcript.* Et hoc poſt litem conteſtatam. Nam ſi ante, non eſt neceſſe quod perueniat ad aduerſarium vel iudicem, dum tamen perueniat ad ipſum procuratorem. (l) Vide Specula. cui non ex æquo omnia hæc placent.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT XCI.

a. PRocurationem. Buſi. declarando & limitando in adducta *l. ante 16. num. 1. 3. & 4. & in leg. Paulus 66. num. 4. & 5. de procur.* Ludouic Luc. *dec. 44. num. 26.* Etiamſi datum mandatum cum pacto de non reuocando, veluti ſubſtantiæ & naturæ mandati contrario, *le. cum precario, 12.* vbi Bart. *in princ. ff. de prec.* Ang. exactè declarãdo, nec naturalẽ quidẽ naſci ſuſtinẽs, *conſ. 225. toto.* Alex. *conſ. 18. n. 7 li. 2. & conſ. 29. n 18 li. 5.* Ferrar. in prax. form. lib. quo agit. *vt pact ſeru. gl. verb. pacta, nu. 7.* Rebuff. *ad l. Labeo 14 verſ. 5. non valet, ff. de verb. ſignif.* Dec. latè declarando conſ. 265. *num. 4. verſ. capio 3. pactũ & ſub num. 5. conſ. 293. num. 2. & ſub num. 6. conſ. 305. num. 5. ad fin. conſ. 475. nu. 17.* & ſeq. *conſ. 521. ſub num. 12.* Boër. *dec. 207.* præſertim *ſub nu. 2.* Pariſ. *conſ. 8. n 23.* & ſeqq *li. 4* Crauett. *conſ. 191. ſub num 6.* Vant. *de null.* proceſſ *tit. de null. ex inhab ſe def. mand. compar. num. 158.* Buſi. nouiſſ. in addu. *l. ante 16 num. 5. cum ſeqq. de proc.* qui omnes idem tradunt, etiamſi pacto eiuſmodi iuramentum acceſſerit; gl. communiter probata *in c vlt. de procu in 6.* Dec. *in c. ad noſtram. n. (mihi) 20. de confir. vtil. vel inut.* Kirckho. latè limitando, *in com opi. verb procuratorium mandatum tamdiu durat.* Magon. ex com. Luc. *dec. 25. num. 70* Gabriel. ex com. extendendo & reſtringẽdo, de iureiur. *li. 2 concl. 1. nu. 9.* cum ſeqq. & poſt eundem Gabr. *ibidem nu 37. 17.* & ſeq. alioſque commemoratos Burſat ex com. diſtinguendo *conſ. 379. num. 13.* VVameſ. ex com declarando *conſ 55. num. 2.* cum ſeqq. vbi ſub *num. 6. ex com.* hoc nominatim receptum eſſe in procuratore conſtituto ad renunciandum beneficio, ſeu illud reſignandum, eamque opinionem in practica præualere, quod voluit & Boë ex com. *d. dec. 207. præſertim num. 2. & Vant d num. 158 in fin* Villal. *in com. opin. lit. P. num 322.* Kirch. *d verb. Procuratorium mandatum tamdiu*; & com fatetur, aliter tamen ſentiens. Dec. *in c. cum acceſſiſſent ſub nume. (mihi) 34 de conſtit.* & Gabriel. *d. conclu. 1. num. 12.* cum ſeq. Et licet reuocatione eiuſmodi; periurium committi velint, non tamen committi ſubſiſtente iuſta reuocandi cauſa. *per l. vl. ff. qui ſatiſd. cogant.* poſt Freder. de Sen. *conſ. (mihi). 100. ad fi.* verſ. poſtremo reſtat alioſque Boër. *d. dec. 207. nu 3. verſ. tamen aduertendum*, ſequiturque Kirch. *dict. verb. procuratorium* Buſ. moribus receptum atteſtatus, *in d. l. ante num. 7.*

b. *Poſt litem conteſtatam*) Coſtal. poſt Bart. idem in caſibus in quibus conteſtatio neceſſaria non eſt, poſtquam de meritis cauſę tractari receptũ erit docens vt Caſtrenſ. *n. 3.* in adducta *l. ante litẽ.* in princip. *& in l. ſi quis, 31. §.* Iulianus verſus *Fin. de proc.* VVurmbſer. *tit. 5 obſ. 3. in princ. obſ. 6. ad fin.* VVeſenbec. *conſ Vant. de null. proc. tit de null. ex def. inh. ſeu mand, compar. numer. 161. in fin. cum ſeq.* Maſcard. declarando *lib. 2. de prob. concl. 1015. num. 29.* Muſcat. prax ciuil. *part. 2 gloſſ. verb. veniens. nu. 43.* Gail. *lib. 1. obſ 46. n. 8. & obſ. 74 n. 10.*

c. *Cognitione cauſa.*) Felin. poſt gloſſ. *in c. ex parte* Decani. *numer. 27. de reſcript.* vbi poſt Anchar. *in 5. not in c. ij. de procur. in 6.* quando ſit reuocatio poſt litiſcõteſtationem, non ſufficere quod fiat volente procuratore, ſed requiri etiam conſenſum aduerſarij, latius quoque Mynſing. *cent. 5. obſer. 44. num. 4.* & ſeq. Tholoſ. *dec. 276.* Soar *rec. ſent. theſ. in l. t. P. num. 292.* Buſi diſtinguendo è praxi, *in d. l. Paulus, 69. num 7. cum ſeq.* voluitque VVeſenbec. *dict. conſ. 35 ſub n. 18. & 21.* Adeoq; præuia citatione, ad videndum fieri reuocationẽ cognoſcendũ docet latius Gail. *d. obſ 46. n. 8.* in fin. cum ſeqq Buſ *in d. l. Paulus n, 6.* Idque ſummarie, vt ibidem Gail. *nu. 10. in fin* Mynſ. *d. centur. 5. obſer. 44 nu. 1. in fin.* & ſine vlla iudicij ſolennitate Roman. *ſingul.* (mihi) 366. cui init. *Tu ſcay.* dum tamen iuſta cauſa probetur, VVeſenbec *d. conſ. 35. num 21. in fin per gloſſ in l. item ſi 19 ff. de procur. & d cap. ij. verb. ſuſpectum, eod. tit. libr 6.*

d. *Contumeliæ.*) Etiamſi inimicitiæ capitales non intercedant, vt contra text. *in l. filiusfamil. as, 8. §. procuratorem, in verb vtputa ſi inimicitia capitales* inter-

interuenerint, ff de procur. tradit ibidem *n.6.* Caſtr. quem ſequitur & Ludouic. Luc *dec. 44. n. 33. per c. ij vbi gl ad verb. inimicum* (diſſoluens antinomiã) *eod. tit. li. 6.* vbi de huiuſmodi cauſis, ex quibus licita ſit reuocatio; & habetur latius *in d. § procuratorem, cum multis ll ſeqq.* & apud Magon. Luc. *dec. 25. nu. 73.* (poſt Bald. quoque, *in l. mandat um, 15. n 14. C. mand. enumerantem* pulchre ſex cauſas finiendi mandatum, & nouiſſ. apud Merul. prax. Holl. *li 4. tit. 13 cap. 5. ſub nu. 1. & cap. 6. num. 2.* cum ſeqq.

e. *Inimiciti...*) Ludouic. *d. dec. 44. n. 30.* cum ſeqq. vbi idem quando procurator aduerſus dominum inſidias excogitat iiſque caſibus cenſeri reuocatum à iure, abſque expreſſa reuocatione; vt & in morum, ſtatus aut fortunæ mutatione, VVeſenbec. *d. conſ 35. n. 20.* poſt Bald. *in l. mandatum, 15. n. 14. C. mand.* Feli. *in c. ex parte decani n. 22. de reſcr.* aliosq.

f. *Magis tunc fideret.*) Vbicunque enim dominus iuſte titubat de fide procuratoris in negotio agendo, poſſe eum reuocare, Magon *d. dec. 25. ſub n. 73.* poſt Butr. *in c. in noſtra, n 4. de proc* volunt que, modo petat dominus his caſibus, Roman *d. ſin. 166.*

g *Aut ſi non contradicat.*) Feli. declarando, *in d c. ex parte Decani, num. 27. verſ. & not. de reſcr.* Boër. *d c. 185. ſub n. 4.* Mynſ. ex SC. *d. obſ. 5 n 2. verſ. inter cæteras.* Card. Put. ex SC *dec. 109* tota, *lib. 2. & eo. lib. dec. 203. n. 1.* vbi proinde abſentem & ignorantem reuocari non poſſe, poſt Caſtr. *in d. l. ante n. 4. de procu* aliosque.

h. *Proſequitur.*) Tex. *in c ſi quem 8. de procu. in 6.* Fel. declarando *in d c. ex parte Decani n. 27. verſ.* & nota quod ſi Socin. *ſen. conſ. 24. n. 32 verſ. 2. quia li. 1.* & declarando *conſ 17. ſub n. 9. & n ſeq. lib. 3.* Vãt. declarando *d. tit. de nullit. ex def. inhab ſeu mand. comp. n. 167.* VVurmbſer *d tit. 5. obſ. 3. ſub init.* Menoch. declarando *lib 2 præſumpt. 36. n. 5.* Maſcard. limitando, *d. concl. 1015. nu 32.* cum ſeqq. Roman. *conſ 76. n. 1. ad fi.* cum ſeq. vbi inſuper ſi poſt reuocationem procurator cauſam aſſumpſerit, ſciẽte & & patiente domino, mandatum eius renouatum videri ſequitur Alex. *conſ. 128. ſub n 6. lib. 6.* Boër. *dec. 347. num. 18* Tiraq. *de retract. prox. §. 9 gloſſ. 3. n. 15.* Crau. *conſ 379. n. 13. in fi.* & nouiſſ. Mont. regni Aragon, *dec. 43. n. 17.* cum ſeq. vbi tamen, *& nu. 27.* & ſeqq. in hanc rem latius.

i *Ad aduerſarium*) Alex. cum apoſt. declarando, *conſ 83. n. 6.* ad fin cum ſeqq *lib 7.* Fel extendendo, reſtingendo, & declarando, vberrimè, dicẽs materiam alibi ita ordinatam non inuenire, *in d cap.* ex parte Decani *n. 7.* cum ſeqq præſertim *n. 34.* Capr. limitando, *com. opin liter. G. num. 1. & in lite. M. n. 1. lit. P. n. 41 44. & ſeqq. & lit. R. n. 18* cum ſeqq. Coſtal. poſt alios, pulchrè diſtinguendo, in l. ſi procuratorem. *65 ff. de proc.* Vant. *di. tit. de null. ex def. inhab. ſeu mãd comp. n. 159* cum ſeqq. Maſcard. *diſt. concluſ.* 1015. *n. 5.* Monter. *dec. 43. ſub num. 41* Rom. *ſingul. 312.* limitando, niſi poſt concluſionem in cauſa reuocatio ad notitiam partis vel iudicis peruenerit, quia tunc valeat ſentẽtia cum eodem procuratore Rebuff *tom 3 conſtit. reg. tract de ſent. art. vlt. gloſſ vn. n. 5. per tex ſing in c. auditis de procur.*

k. *Secus ſi peruenit*) Boër. *dec 274 n. 6.* VVameſ. latè *conſ. 55. n. 14. & 19. ad fin.* Imbert inſtit. forenſ. *lib. 1. cap. 30 gl. 2. verb. conſtituere verſ. porro ſecundum ius com.* vbi tamen ex recentioribus ſupremę Pariſ curiæ conſtitutionibus, aliud prætereà neceſſarium eſſe, vt alter detur loco reuocati procuratoris eiuſque nomen aduerſario declaretur, alioqui acta cum procuratore reuocato vires obtinere. Attamen in præiudicium reuocantis diſtinctè tenere reuocationem Felin. *in d. c.* ex parte Decani. *nu 18. & 24.* Card. Put. ex SC. *d. dec. 110. nu. 1. & dec 303. n 2 lib. 2.* poſt Panorm. *in c. mandato, 13. in 2. not. de proc* Caſtr. extendendo (corruptè citatum) *in d. l. e. ſi procuratorem, 65. n. 7.* aliosq. Monter exactiſſ. *ex eo. & SC. d. dec. 43.* præſertim *n. 22.* cũ ſeqq licet ibi. *n. 42. cum ſeq.* hac in re ſuo more, noue diſtinguat.

l. *Ad ipſum procuratorem.*) Si tamen reuocatio fiat apud acta, non requiri intimationem, ſed ſcientiam eius præſumi, poſt Caſtrenſ. *in l. 1. C. de ſatiſd.* Cardin. Pur. *ex SC. d. deciſi. 110. in prin. c. libr. 2.* Quanquam ad reuocationem in concilio, præſentibus ciuibus publicè factam, neceſſariam nihilominus eſſe intimationem, ne præſumatur delictum in reuocato procuratore poſt reuocationem gerẽte, Hier. Laurent. *ex SC. Auenion. dec 13. ſub n. 2.* cum ſeq poſt Felin. *in d c. ex parte Decani. ſub n. 25 vbi itidem & n 7.* quomodo intimatio reuocati procuratoris facienda ſit, Iaſ. poſt alios, *in l. non ſolum, §. morte n. 15. ff. de nou. oper. nunc.* Alciat, extendendo, *in l. de teſtatis, 40 num 55. ff. de verb. ſignific.* latiſſ. VVameſ. *d conſ. 55. n. 8. verſ. ſed dubitatio cum ſeqq.* poſt. Boër. *dec. 347. n. 14.* cum ſeqq. Rolan *conſ. 46. n. 31. lib. 1.* aliosque, Rebuff. ad concordata Franc. *tit. de ſublatione clement. literis gl. vlt ad verb. reſignatione, verſ imprimis figenda* cum ſeqq. & in prax. benefic. *d. tit. de reuocat. procur. quomodo & quando fier. p. ff. n. 2. cum ſeqq. vbi n. 15. reuocationis* intimationem iſtam fieri debere coram notario & duob. teſtibus, aut duobus notariis, iuxta clem. cauſam, *de elect.* qui tamen *in d. tit. de ſublat. clem. literis.* admittit intimationem fieri poſſe verbis, coram teſtibus, dum notificata ſit ei cui fieri poteſt ſentitque Vant *d tit. de nullit. ex def. in habil. ſeu mand compa. n. 156.* & ſeq. dum tradit, nihil tã naturale eſſe quã eodem genere quidquam diſſolui quo colligatum eſt, iuxta regulã nihil tam naturale *ff de reg. iur.* Et regulare eſſe, quod modus obſeruatus in concedẽdo, obſeruari itidem debeat in tollendo & derogãdo, ſecundum Alex. *in conſ. 209 nu. 17. in fi. n. libr. 2. & conſ. 47. nu. 1. li 7 per Auth ent.* econtra ſi filij, vbi doct. *C. de repud.* cum ſimilibus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XCII.

De falſo Procuratore.

SVMMAE.

1 *Procurator ſine ſufficienti procuratione pro falſo procuratore habendus eſt.*
2 *Dominus procuratoris, facta probare poteſt vſque ad concluſionem in iudicium.*
3 *Domini ratificatio poſt ſententiam eſt inualida.*
4 *Ratificatio poſt factum eſt ſera.*
5 *Si Iudex declaret procurationem eſſe inſufficientem, ratificatio eſt inualida.*
6 *Procurator ſine procuratione cauere debet de rato, & ſoluendo iudicatis.*
7 *Procuratorem oportet de cauſis eſſe probè inſtructum.*

1 DIximus Procuratorem, qui in iudicio occupare volet, ſufficiēti procuratione debere eſſe inſtructum. Nam quiſquis procurator ſeſe in iudicium præſentare velit, & pro alio occupare ſine debita & ſufficienti procuratione, & authoritate, is non eſt admittendus, ſed pro falſo procuratore habendus, (*a*) eoque facto ſeipſum exponit iudicato ſoluendi periculo. (*b*) *cap. Ex inſinuatione, cap. In noſtra, extra. de procurato.* niſi certè Dominus ſuus, cui ſeruit, ipſius facta, & facienda approbaret, & ratificaret, (*c*) *cap. Ratihabitionem, de regul. iur. libr. 6.*

2 Dominus autem Procuratoris talis facta ratificare, & approbare poterit, vſque ad concluſionem (*d*) in iudicium, ſicuti nunc vſitatur, & hactenus vſitatum fuit in magno Concilio Mechlinienſi.

3 Verùm poſt ſententiam latam eam approbationem Dominus non poteſt efficere, niſi in proprium damnum id facere, ſibique ipſi ita præiudicare vellet.

4 Omnis enim ratificatio quæ poſt factum euenit, ea ſera eſt, (*e*) & inutilis. Attamen iuxta ſtylum quarundam Curiarum, talis ratificatio etiam poſt ſententiam admittitur, ex quadam æquitate, cui ſeruire videtur.

Verùm ſi Iudex ipſe declararet aliquam procurationem eſſe inualidam (*f*) & inſufficientem, tunc Dominus non poſſet contra decretum Iudicis ratificare aut approbare, quicquid procurator ſub titulo & vi illius inualidæ procurationis tentaſſet, & egiſſet. 5

Quando Procurator pro Actore occupare vult, eoque tempore nondum procurationem ſuam expeditam, aut paratam habeat, is de raro cauere poteſt, *l. 1. C. de procuratoribus*, atque tunc etiam promittere ſe ſoluturum iudicandis, & rem eam aſſumere pro ſua. 6

Nullus Procurator debet aſſumere procurationem ad alterius cauſam defendendam, niſi prius inſtructus (*g*) fuerit de cauſa aſſumpta, vel per memorialia, vel per inſtructionem verbalem, aut ſcripto exceptā, ita vt ſi interrogaretur in iudicio, facilè ad rem, & ad cauſam aſſumptam appoſitè, & ex tēpore ſine receſſu reſpondere poſſet. Nam ſi interrogatus de rebus præcipuis ad cauſam pertinentibus, pertinenter reſpondere neſciret, is tunc condemnandus (*h*) eſſet in expenſis, idque de iure. 7

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XCII.

a. H*Abendus.*) Falſum procuratorem quatuor modis dici, poſt Bald. ſub *num. 2 cum ſeq.* Alex. *ſub num. 1.* Iaſ. *num. 4.* aliosque Sichard. *num. 3. in l. licet, C. de procur.* primò ſi mandatum non habeat, vel habeat ſed inſufficiens, & quod ſe ad præſentem litem non extendat, eoque priore caſu dici ſimplicius ſeu propriiſſimè falſum procuratorem; quia falſum & nullum conuertantur, Bald. *in l. falſus, num. 1. C de furt.* Merul *prax. Holl libr 4. tit. 13. cap 8. num. 4.* Boër. *dec. 274. num. 5. in fin.* Secundò quando mandatum habuit ſufficiens, ſed à domino fuit reuocatum; Rebuff. quoque, *in l. verum eſt, 216. verſ. vero procuratori*, & latiùs *in l. Paulus, 21. verſ. item falſus, ff. de verb. ſignific.* Buli. *ad l. ſi procurator, 28, §. gen. ſub n. 6. ff. de procur.* Merul. *d cap. 8. ſub n. 4.* Monter. *dec. 41. n 77. & dec. 43. n. 13 & ſeq.* vbi ſupra, hunc propriè dici falſum, interdum tamen ſecundum quid haberi pro vero procuratore; id quod declarat latiùs. Tertio ſi mandatum habeat ab eo, qui mandare non poteſt,

vt à

vt à pupillo;licet enim cum tali procedatur, tamen ſi liquidatum fuerit eum nulliter conſtitutum, acta ſunt ipſo iure nulla;Gaill lib.1.obſ.47.num.1. Quartò ſi generale tantum habeat mandatum, in cauſa ſpeciale requirente; Felin. (de his rémiſſiue etiam agens in c.ex parte Decani,ſub n.4.de reſcri. Iaſ.in d.l.licet, ſub num.4. Rebuff.conſil 80.verſ.nec me mouet ad fin.Grauat.in annot.ad prax.veſtr lib 4.ca.5. num.21. & ſub nu. 26.

b. *Soluendi periculo.*) Si geſtor ſeu procurator falſus ſtipulationem iudicatum ſolui interpoſuerit, iudicatum quodammodo reſpectu eius conſtare, per l.Plautius, 61 ff de procur. ideoque nec mirum eſſe ratificari ab eo geſtum indiſtinctè poſſe Buſ.ad d.l.ſi procurator,num.7. Cæterum (inquiens) ſi nec ſtipulatio acceſſerit, nec ratificatio etiam, verum manet,quod geſtum,indiſtinctè nullum eſſe, per l. licet 24. C.de proc. proinde (ſubiungens) ſi durante proceſſu procuratorij exceptio omiſſa ſit, vel nullitas ob defectum mandati non ſit mota, iudicati vim vtrinque deficere doct. perhibent. in leg. licet 56 de iud. magis tamen eſſe (addens) actionem in factum prætoriam vel de dolo ei eſſe contra quem ſine mandato fuit actum,qua nimirum & litium expenſæ, & quod alias intereſt,à temerario litigatore repetantur. In quam ſententiam (quæ mihi omnino placet) reſpondit & Alex conſ. 32. num.5. & conſ. 126.nume. 1.libr.6. procuratorem teneri oſtendere ſemper mandatum, aut alioqui ad omne damnum & intereſſe; Socin. late in l. Iulianus, 11. ſub nu.7. ff qui ſatiſd.cog Maſcard.de proba.concl.1006. nu 6 vbi nume 7.etiam in eum pœna falſi poſſe animaduerti; Vant.latè de null.proceſſ.tit.ſi e null.ex def. inhab.mandat.compar.num.66.cum ſeqq. Si quis tamen ſciens omiſerit huiuſmodi exceptionẽ falſi procuratoris, ſibi præiudicat quia procurator ille falſus,quem ſciens approbauit (quod in ſe erat non tenebitur amplius ei ad intereſſe, ad quod alias ei teneretur; quia manuì ſumptu cum vexaſſet ſine mandato, vt pulhrè Sichard.in l. licet num.11.C.de proc.

c. *Ratiſcaret.* Tex. vbi nouiſſ.Coſtal. in leg.licet 56.ff de iudic. Iaſ.poſt alios limitando, in d.l.licet ſub num.10.C.de procu. Alex.conſil.146.num.33.& 34. ad fin.cum apoſt.lib.5.Natt.conſ 126.numer.4.& 6 conſ 142 num.1.& 4. & exactius conſ 261.nume 9. cum ſeqq.Soar.recep. ſenten.theſ.in lit P num.32. Monter.d.dec.43.num.27.34. & ſeq. Menoch.conſ. 100.n.42 Decia.conſ.18.præſertim n.24.& nouiſſ. Buſ.ad d l procurat.§.pen num.5.cum ſeq. ff.de proc. Idque etiamſi tacite per text. in l.cum minor. §.falſus ff rem rat.hab. Vant tit qualiter ſent.& proceſſ. qui dicunt.null defend. & rep. poſſ num.100.& 103. cum ſeqq. Fab.declarando,lib.8.C.tit.23.definit.40. num.2.cum ſeqq. Teſſaur. ex SC.dec.7.num.1. vbi poſt Batt (corruptè citatum) in l.procurator,4 ad fi. ff.rem ratihab ſemper dominum videri geſta procuratoris rata habere, quando facit id quod ſine hac ratihabitione facere non poſſet, ideoque (inquiens) Caſtrenſ. in l.Paulus reſpondit,5 ff. de procur.tex. illum ſummat, ratihabitionem tacitam expreſſe comparari,id quod dixi copioſius cum Dihoud.in loc com.part tit conſentire facto, verb.ratihabitio. Sic qui mandat lite pendente ratificare inchoata videri, per l. Iulianus, 11.vbi poſt gloſſ. & alios Socin. num.3. cum ſeqq.ff.qui ſatiſ cog. Alex. conſ 112.num 5.cum Apoſt.& conſ.146 num.9. & 14 libr.5.Pariſ conſ.143 num.31.libr.4 Natt d.conſ. 126.num.3.& conſ.142.num.6.cum ſeq. Gabr.limitando l.br 2 concluſ.3 num.16. cum ſeqq. tit.de iud. Vant.d.tit.qualit ſent. & proceſſus null rep.poſſ ſub num.103. verſ.idem foret. vbi itidem, ſi vtor actu geſto ab aliquo tanquam procuratore meo, videor habere eum pro procuratore,etiam in his quæ nocere mihi poſſent in illa materia;Roman. conſ.331. num 2 cum apoſt Felin.in c.cum inter,num.11.verſ. poſſet tamen à partibus,de except. Maſcard. d.libr.2. concluſ 1010. num 3.& libr.3. concl.1255.num.46. vbi plura vtrobique huiuſmodi ratificationis exempla,vt & apud Vant d.num.103. Menoch. libr.3. præſumpt 39 num.5. cum ſeqq. In auditorio tamen Principis per falſum procuratorem geſta, ratificatione non coaleſcere, Bald. in l.falſus procurator. num 2.C.de furt. Coſtal. in d.l licet 56. in princ.ff. ff.de iud. Boër.dec 281.num 4. Mynſing.d. obſ.44.in fin cent.1.Gabr.ex com.diſtinguendo,lib.2.concluſ.4. tota,tit de iud.

d. *Ad concluſionem.*) Etiamſi anteà procuratoris exceptio fuerit oppoſita,vt aduerſus Iaſ.in d l licet ſub num. 10. de procur. Natt late è ſtylo & praxi d. conſ.126.num 7.licet contra quoque Soarez.in recept.ſent theſaur.lit.P num. 319. Quin & poſt renunciationem & concluſionem in cauſa poſſe fieri talem ratificationem,Guid dec.320.num.1 ita quoque ſeruari in ſua curia atteſtatus.

e. *Sera eſt.*) Text. in l. bonorum.24 ff. rem rat.hab. Merul.de ordine iudic.part.6.nu.207.Villal.in com. opi.lit.P num 2,Viu com.opin lib.2.verb.ratificatio.Soar.rec.ſent.theſ.in l.R.num.6.Gomez lib. 1.c. 1 ſub num.3. & lib.2.c.p.11.num 30.verſ ex quib. inſero Imbert li.1.inſtit. forenſ.c. 30.gl 2 ad fi.atq; ita hac in re fuit hęc ſententia vltra montanorum & Ferrar.in form.reſponſ.161.conuent.in gloſſ verb. Simonius ſpelta,Fachin.contr lib.8.cap 61. late.itidem Card.Put dec.283 lib.1.Contrà tamen, quod ſententiam in fauorem ſuum latam, poſſit ratam habere dominus,Felin.ex communiori, limitando 12.modis,in c.cauſam.1.num.9 de iud. Iaſon. 13.modis limitando,in l.licet,num.10.C.de procur.Guid.ex SC.ita quoque communiter pertranſire iudices inferiores patriæ Delphin. ex quadam æquitate atteſtatus,aliter tamẽ ſentiens,dec.330.num.3.Bellon.

conſ.26

*conſ.26.ſub n.11.*Aufrer.*in apoſt ad Tholoſ.dec* 271. Nat.*d.conſ* 126.*ſub n.* 4.cum ſeqq.*& conſ.*142.*n* 1. cum ſeqq.Vant.*ex com.d tit.qualit.ſent. & proceſſ. qui nulli dic. def-ſeu repar.poſſ nu.*102.& 105.Grauat.in annotat.ad *prax.Veſtr.lib.* 4. *cap.* 5 *nu.*30 ,*in fin.*Kirchoui *in com.opin. verb. procurator ſi falſus* Gail.ex. *SC.lib.*1.*obſ.*47.*num.*3. & ſeqq. Mynſing. licet aliter ſentiens,*cent.*1.*obſ.*44.Teſſaur.*dec.* 7.*ſub num.* 2.nouiſſ.Luc *dec.*100.*in fin.*VVameſ.*conſ.*90. *ſub num* 9.ſentitque Ant. Fab. *lib.* 8.*Cod.tit.*23 *def.* 40.*num.*2.dixi, poſt Menoch. *conſ.* 366. *num.* 32. *& conſ.ſeq.num* 10.aliosque;*ad loc.com.par.*Damh. *tit.sud male in fin.*

f. *Inualidum.*) Aufrer.*ad.d.Tholoſ dec.*171.*poſt princ.* Roman,*ſingul.*278. Socin.*reg.*40.*fallent.*9. Econtra pronũciationem ſuper legitimatione procuratoris,quæ tranſiuit in iudicatum,repellere opponentẽ,tu nõ es procurator,Bal *in d.l.licet,n* 12. *C.de proc. & poſt* Bart.Iaſ *n* 8 *in l* 1.*C.eo.*Alex.*cõſ.* 72.*n.*3. *in fi.li.*4. *cõſ* 59.*ſub n.*4.*li.*2.Soci.*d.reg.*40. *fall.*13.Muſca. limitando prax.ciuil.*part.*3.*gl.verb. comparentis,nu.*33.Magon.*Luc.dec.*6.*n.*16.*& ſeqq.* Maſcard.*lib.*2.*de prob.conclu.*1013.*num.*1.*cum ſeq.* limitando quoad dominum, quia illi abſenti non præiudicet huiuſmodi pronunciatio idemque *conclu.*1006.*num.*17.Bald.in *d.l.licet ſub.nu.*12.Alex. conſ. 80.*num* .4 *& conſ.* 103. *num.*10.*libr.*1.*& conſ.*61.*num.*2. cum ſeq *lib.*5.Vant.*d.tit.qualit.& ſent.null.de re ſeu repart. poſſ num* .8. *&* 36.

g. *Inſtructus*)Rebuff.*tom.*3.*conſt.*1.*reg.tracta.de appell.art.*1.*gloſſ* 3.*n* 1. *& art:*18. cum ſeq.*gl.vnic.num,* 3. *in fin.* Viu.*dec.*384.*ſub num.*2. vbi debere ad hoc habere dilationem de quo idem quoque Viu.*dec.* 37.*n.* 4 Sed & poſſe procuratorẽ nominare dominum, ſi ipſe non ſit inſtructus, vt eum inſtruat,Reb.*d tom.*3.*tract.de dilat.art.* 2.*gl.*1.*n.*13.

h. *Condemnandus.*) Iudicem poſſe etiam procedere tanquam in contumacem, contra mittentem procuratorem non inſtructum,poſt Bart.*in le. prætor.ait.§.defendi.ſub num.* 1 *ff.quib.ex cauſ. in poſſ. eat.* & Panorm.*in c.conſtitutis,n.*3.*de procur.*Rebu. *tom* 3.*conſtitut. reg. tract de contum.& defect.art.*3. *gl.vnic ſub num.*3.Dixi quoq; hac de re cum Damhoaud.*in loc.com.par tit.comparere inſufficient.r.*

CAPVT XCIIII.

De exhibendis Procuratoriis.

S V M M AE.

Procuratoria exhibentur
1 *Olim in magno Concilio poſt litiſ-conteſtationem.*
2 *Poſt in magno Concilio ſtatim in principio proceſſus.*
3 *Hodie in magno Concilio, quando concludendum eſt in cauſa.*
4 *In Flandria, quando Iudex, aut partes requirunt.*
5 *In Parlamento Pariſienſi ſtatim Graphiario.*

1 POſt tempore Caroli Duci Burgundionis parũ diligenter fuit obſeruata ipſius cõſtitutio, qua conſtituit, vt procuratores in magno ipſius tunc inſtituto Mechliniæ Cõcilio, ſtatim poſt litiſconteſtationẽ deberent exhibere autenticam copiã ſui procuratorij,ſub chirographo ipſius Graphiarij,& poſtea vbi cõcluſa eſſet in iudicio,originale,atque adeo principale(*a*)procuratoriũ exhibere debebãt

2 Poſtea verò anno 1513.in Nouembri inſtitutum fuit in magno Concilio Meclinienſi, quod nullus procurator ibidem in iudiciis pro aliquo occupare poterit,niſi prius ac ſtatim commonſtret, & exhibeat ſuam procurationem Et tunc parti ſtatim (*b*) mandatur, vt à Graphiario autenticam copiam ex ex ea excipiat,ſub pæna 22.flor.ſcil.toties quoties contigerit,vt ea copia in iudicio exhibeatur, quoties pars aduerſa permiſerit ſe reiici per excluſionem, aut per defectum omnium productionum. Hæc enim ni fierent, ſententia inualido innitetur fundamento,ob id quod condemnatus tunc facilè poſſet ipſius procuratorium negare.

Hoc autem noſtro tempore in magno prædicto 3
Concilio vſurpatur, vt principale procuratorium, aut ſaltem ex eo autenticam copiam exhibeant, quando concludunt in iudicio.

Sed in Curiis Flandriæ, nuſquam exhibentur 4
procuratoria,niſi aut Iudex, (*d*)aut partes(*e*)ea videre vellent,ſed ſufficit ipſas procurationes eſſe inſcriptas, & conſignatas ad Acta(*f*)in rotula, aut in regiſtro Graphiario.

Sic quoq; ex inſtitutione Regis Franciæ Ludo- 5
uici 12.anno 1499 procuratores in Parlamento exhibere debent ſua procuratoria in Graphiaria, vbi ipſe Graphiarius, eadem regiſtrare debet,ſiquidem procuratores ſuas eaſdem procurationes ab ipſo recipere vellẽt. Quod ſi tale procuratoriũ omnino recipere(*g*)nollent,ſed illic potius relinquere ſeruabitur quidem tunc apud Graphiarium, vt expediatur ad cauſas vbi, & quando requiretur, vt ibi opus eſſet,

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XCIII.

a *PRincipale.)* Neque ſufficere de procuratorio in prothocollo docere: ſed debere in publicam formam eſſe redactum, Chaſſen *ad conſu. Burg. tit 4 glo. 1. verb. Sans procuration nu. 7.* poſt Alex. ad Bart. *in l ſi quis inficiatur, ff. depoſ.* qua de re latè Guid. *dec. 19. num. 1. cum ſeqq. dec. 471. num. 1. ad fin. & conſ. 84. num. 3. ad fin.* latius etiam Boer. *dec. 281. num* 3. cum ſeqq.

b. *Ac ſtatim)* Eſt apud nos hac de re *art. 327. ordinat. cur. Brab.* meminitque ſimilium ferè conſtitutionum Regni Franciæ Imber. *inſtit. forenſ lib. 1. cap. 3 gl. 2. verb. conſtituere verſ ſans non.* vbi tamen ſub init. tametſi Bart. *in l. Co. de procur. ex ca l. colligat.* non admitti procuratorem ſine mãdato, vſum tamen forenſem ita hodie inualuiſſe apud inferiora regiaque tribunalia, vt quis tanquam procurator admittatur ſine mandato, ita tamen vt intra certum tempus iubeatur mandatum aut ratihabitionem oſtendere, alioqui ex eo die quo procurator ille comparuit, edictum in dominum ceu abſentem decernatur. Qua de re diximus etiam ſupra *c. 90.* ad *verb primo oſtendere.*

c. *Flandria)* Idem in curia Hollandiæ voluit Merul. *prax Holl lib. 4. tit. 13 cap. 9. num. 1.*

d. *Aut iud. x.)* Iudicem ex officio (ſi hoc pars omittat) mandatum poſſe exigere. Dec. ex communiori *nu. 11. cum ſeqq.* poſt Pan. *ſub init. & alios in c. cauſam 6 de iudic.* Grauat. ex cõmuniori latiſſ. *ad prax. Veſtr. lib. 4. c 5, n. 23. cum ſeqq.* Sichard. admonens iudicem etiamſi partes ſilentio tranſigant, vt ipſe in principiis iudiciorum perſonas legitimet quod non tam partium intereſt, quam ſuæ dignitatis) *in l licet, 24 num 7. cum ſeq. & in l. ita demum 13 num. 9. cum ſeq. C de procur.* Buſi (dicens receptam eam conſuetudinem bonam eſſe, ne iudicia illuſoria fiant) *in l ſi procurator. 28. § pen. num. 9. ff de procur.* licet contra Felin. *ex com in d. c. cauſam, ſub num. 1.* Imo iudicem lite etiam conteſtata, poſſe procuratorem compellere ad producendum mandatum, vel de rato cauendum, alioqui denegare ei audientiam, neque vlterius eum admittere, *gl in cap. 1 in verb. abſentia de elect. lib. 6.* Caſtreſ. poſt alios *in l. Pomponius 40. §. ratihabitionis num. 4. ff de proc.* Viu *dec. 149 n. 4.* vbi etiam *num. 2.* poſt Bald. *in le. ij. in fin. C de ord cogni.* ſi hoc prætermiſſo vellet iudex ad merita principalis cauſæ procedere, licitè in foro quoque poſſe appellari.

e. *Aut partes)* Mandatum parte non opponente, Neque iudice illud requirente, poſſe quandocunq; produci, ex ſent. Alex. *conſ. 78. ſub num. 11.* ex Reb. *tom 2. conſtit. reg. tract. de lit. annal. gl. vn ſub nu. 8.* ſi non fuerit oppoſitum valere geſta per procuratorem antequam receperit mandatum, Vant. qui ſupra *num* 120. Muſcat. prax. ciuil. *part. 7. gl. verb cõparentis, num. 49.* voluitque Alex. *conſ. 146. ſub nu. 34 lib. 3.* Menoch. *d. c. conſ. 100. num. 4.* Decian. *conſ. 18. num. 11. cum ſeq. lib. 1.* Monter. *dec. 14. ſub n 28.* reſponditque Bald. *conſ. 122. ſub num. 1. verſ modo videamus. lib. 3.* quod quando non opponitur exceptio, valet iudicium non facta fide de mandato: ſufficere enim doceri de mandato quando opponeretur exceptio procuratoria ſequiturque Crauet. *conſ. 108. ſub num. 1.* vbi extendit, vt productio mandati in cauſa appellationis conualidet retrogeſta in prima inſtantia. Et licet Soc. in *l. mulieri in teriſt, num 8. in fin. ff. de cond. & demonſtrat.* voluerit mandatum produci ante ſententiam debere: tamen vt ait Crauet, *d. conſ. 108. ſub nu. 1.* non negat Socin. conualidari acta ſi poſtea productio fiat. Productionem vero mandati fieri poſſe, per alium quam conſtituentem aut conſtitutũ, ſicque per tertium, pro ſuo intereſſe venientem, latiſſ. Monter. *ex SC. dec. 42, præſertim num. 92.*

f. *Ad acta)* Licet olim procurator mandati ſui exemplar, ſuis ſumptibus, aduerſario dare teneretur, vt not. Bart. *in l. 1. C. de proc.* voluitque Rolan. *conſil. 46. n. 5. li. 2.* hodie tamen id aduerſario ſufficit apud acta exhibere; cuius tunc exemplar poteſt aduerſarius ſibi, ſua impenſa, tradi poſtulare, inquit Imbert inſtit. forenſ. *lib. 1. d cap. 30. gl. 2. in verb. conſtituere. verſ. eſt quoque al. ud.* Neque tenetur procurator apud acta conſtitutus cauere de rato, vt poſt Bart *in l. 1. C. de ſatiſd* Iaſ. *in l. 1. nu 3. ad fin. C. d. de proc.* quum acta faciant notorium, *ca. ſignificauit gl. de teſt.*

g. *Recipere nollent.)* Producitur mandatum pluribus modis, ſcilicet vel producendo originale in actis dimiſſum, vel per inſertionem tenoris in iiſdem actis, quod eſt inſinuare, necnon ſi producatur cum deſcriptione principi & finis, clauſuliſq; ſubſtantialibus, vt poſt Boer. *dec. 281. nu 9. & 10.* Oſaſc. *dec. 1. num, 37.* Maſcard. *concl. 1006. n. 63* vbi *n. 64.* poſt Fel. *in c. cum in iure. ad fin. verſ. & not. de offic. delegat* Alex. *in l. licet. 24 n. 8. C. de proc.* Boër. *d. dec 281. ſub nu. 12,* alioſque, ex hac productione data copia parti cum termino ad opponendum, leuari procuratorem onere probandi mandatum, ante etiam litem conteſtatam, licet non fuerit in actis regiſtratum mandatum; idque propter patientiam partis non opponentis. Et latius hac de re *d. concl. 1006. nu. 66. cum ſeqq.*

CA-

CAPVT XCIV.

De ijs qui Procuratores eſſe non poſſunt.

SVMMAE.

1	Procuratores eſſe non poſſunt	*Amentes, pupilli, &c.*
2		*Exules, excommunicati, criminoſi.*
3		*Monachi, Epiſcopi, Sacerdotes, &c.*
4		*Medici, Baccalaurei.*
5		*Equites aurati, &c.*
6		*Vxores, ſine authoritate mariti, aut Iudicis.*
7	Mulier procuratrix eſſe poteſt	*In cauſis propriis, pro marito, filiis, &c.*
8		*In rem ſuam.*
9		*In tutela ſuarum prolium.*
10		*Pro liberatione prolium, parentum, &c.*

1 SVnt variæ perſonæ, quæ procuratores eſſe non poſſunt, quales ſunt pupilli, (*a*) *l. Prima in fine, ff. de poſtulan.* Amentes, *l 2 ff. de procurat. & d. l 1. in fine, ff. de poſtuland.* muti, & ſurdi. *l. mutus & ſurdus, ff. de procuratoribus,* furioſi *l. 2. ff. de procuratoribus, & d. l. 1. in fin. ff. de poſtulan.* Quoſque aut ætas, (*b*) aut naturæ vitium, ab eo officio arcet. Item, Excommunicati, *cap. poſt ceſſionem.* & ibi Bald. extra, de probat, *cap. Prudentiam. §. 6. extra offic delega & c. Intelleximus, extra, de iud.*

2 Exules ſiue banniti (vt vocant) *l. Seruum quoque, ff. de procurato.* videte Speculatorem (*d*) Prætera infames, (*e*) *cap. Infamis, 3 qu. 7. & ca. Quia Epiſcopus, 5. q. 3.* Et quiuis alij criminoſi, cum ipſorum ſimilibus, *l Reum, C. de procuratoribus, & l. Qui iudicio publico, ff. de accuſat.*

3 Item Monachi, Canonici, aut Regulares, (*f*) non poſſunt in iudiciis vllis procurare, aut occupare ſine conſenſu, & authoritate ſuorum ſuperiorum, niſi fortaſſis pro perſonis miſerabilibus, *cap. 3. extra, ne cleri. vel mona. & cap. 2. extra, de poſtulan. & cap. No i dicatis, 12. qu. 1.* Specula. *libr. 1 part. 4. tit. de Aduocato. num 2.* Sic nec Epiſcopi, nec Sacerdotes ſæculares, nec vlli clerici (*g*) in ſacris conſtituti, occupare poſſunt in vllis curiis ſæcularibus, niſi etiam pro perſonis miſerabilibus, aut pro ſua Eccleſia, aut pro ſuis beneficiis, *l. Placet, C. de Epiſ. & cleric. & c. Sacerdotibus, extra, ne cleri. vel monachi ſæcularib. negotijs ſe immiſceant.*

4 Medici ſeu parabolani quoque & Baccalaurei, in iudiciis occupare non poſſunt, *d. l. Placet, C. de Epiſc. & Cleric.*

5 Equites prætera aurati, ſecundum iura nõ poſſunt eſſe Procuratores propter ſui ſtatus & dignitatem, & nobilitatem, niſi id faceret in rem ſuam, aut niſi cum ipſis fuiſſet lis, *l Si militem, C. de cond. ob cauſ. dato. l militem, C. de procurat. & l. neque, ff. eod. tit. conteſtata, l. filiusfamil. §. veterani, ff. de procuratoribus.*

Mulieres etiam coniugatæ in iudicijs nec ſtare. neque occupare poſſunt, ſine authoritate mariti. (*h*) Quod ſi Maritus diu abeſſet, ipſe Iudex, vxori occupandi authoritatem largiri poſſet. 6

Sed mulieribus permittitur, (*i*) vt ſint procuratrices, ſiue cauſidicæ in cauſis propriis, & pro perſonis miſerabilibus, pro ſuis maritis captiuis, (*k*) pro ſuis ſenibus, debilibus parentibus, pro ſuis prolibus, & pauperibus amiculis, potiſſimũ quando alij procuratores haberi non poſſunt, *leg. Quia abſente te, C. de procurato. l. Nec fœmina, ff. eodem tit.* 7

Item, mulieres occupare poſſunt in iudiciis, & eſſe procuratrices in cauſis propriis, autem aut in rem ſuam, hoc eſt, quando ipſis tranſportata. & ceſſa eſt aliqua bonorum actio proſequenda, ad ſuum ipſarum profectum, *d. l. Quia abſente te. C. de procurator.* 8

Mulieres item occupare in iudiciis poſſunt, quãdo tutelam ſuarum prolium aſſumpſerunt*e. ex parte minus, extra, de appel. & l. fin. & Authen, ibi poſita. Co. quando mul tute. off. fun. poteſt.* Item, quando agitur pro libertate ſui filij, ſui Patris, Mariti, Fratris, aut alterius propinqui, aut conſanguinei, *l. Tertia, ff. de liberali cauſa.* 9

Item, quando ſuus filius condemnatus eſt perſententiam: Tunc enim ab ea ſententia appellare, & eã appellationem proſequi poteſt *l. 1 §. finali ff. de appela. recip. vel non.* 10

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XCIV.

a. *Pvpilli*) Viu. latè *lib.1.com opin.verb.pupillus præſertim.n.17.*

b. *Ætas.*) Minoris tamen pro alio procuratoris conſtituti valere conſtitutionem, niſi opponatur, Dec.in adducto *c.poſt ceſſionem,num.(mihi) 52.de probat.poſt gloſſ.* & Bart.*nu 7.cum ſeq in l. exigendi, 11.C.de procur.* Sic ſi cum eo procuratore iudicium acceptum ſit, non ob id reſcindi aut impugnari poſſe ſententiam; quam ſcilicet non eò minus verum eſt redditam eſſe cum vero procuratore, per *d.l.exigendi,* in fin. Ant. Fab.*lib.1.C.tit.6.definit.30.num.4.* Contrà tamen quòd indiſtinctè, parte etiam non opponente, proceſſus ſit nullus, Alex. *num 12.* Iaſ. *num 17 in d.l exigendi.* Vant.*dec.com. tit. de null.ex def.inhab.ſeu mand.compar.numer.133* cum ſeqq. Vill. *in com.opin.liter.P.n.319.* & poſt rotam Rom. *dec.801.in antiq.* Bella *dec.143.in princ. & dec.182* alioſque Card. Put. ex com. limitando *ex SC. dec. 155. lib.1.* quorum ſententia confirmari ex ijs quoque poterit quæ annotauimus abundè ſuprà *ca.85. ad verb maior 15.* Sed & inibi Vant.*num.132.& 134.* idem in ijs qui regulariter, nec pro ſe, nec pro alijs poſſunt iudicio intereſſe, putà ſeruus, monachus, vel religioſus: ſecus ſi per exceptionem inhabiles haberentur, putà ob aliquam qualitatem extrinſecus alicui adhærentem, vti miles, clericus, fœmina, reus criminis; quia cum regulariter ex ſeſe ſint capaces, ſi de huiuſmodi qualitate ſingulari iure inhabilitate, non exciperetur, valeret iudiciũ; cum ſaltem pro ſe in iudicio ſtare poſſint, Muſcat. prax.ciuil.*part.2.gloſſ.verb.veniens,nu.20 & part.3.gloſſ verb comparentis,ſub nu.34.* voluitque Dec. *conſ.499.num.9 & 11.*

c. *Excommunicati.*) Coſtal.*in l.1.§ eum qui verſus fin ff de poſtul.* Villalob.in *com opin.lit.D num.123. cum ſeqq.* extendendo latiùs viu.*dec 99 ſub num 2. & num.4.vbi ex SC.* procuratoris excommunicati geſta, parte etiam non opponente, nulla eſſe; aliter atque ſi poſt conſtitutionem excommunicentur. Sed ad rem etiam inferiùs *cap.128.nu.24. ad verb. excommunicatus, & cap.131.num.2.ad verb. parlamento Francia, & numer. 3. ad verb. qualibet. litis parte.*

d. *Speculatorẽ*) Scilicet, *in tit.de actore,§.1.* vbi prohibitos omnes recenſet, de quibus itidem *in l.1.2 & 3.C qui legimit.perſ ſtand in iud.* habent, vel non Vant.latiſſ.*d tit.de null.ex def.inhab.ſeu mand.comp.n.3.* cum ſeqq.

e. *Infames.*) Idque de iure pontificio; cum nulla iuris cæſarei conſtitutio interdicat, vt poſt Bart. Coſtal *in l.1.§.eum qui ff.de poſtul. & poſt* Turzan. *opin.85.* Soar.*recept.ſent.theſ.in lit.P.n.289.* cũ ſeqq. & voluit Tiraq.in tract.de nobilitat.*cap 30. nu.2.* Lib. Decian.in tract.*crim.lib.2 cap.20 nu.14.* Gail. *lib.1.obſ.43.ſub num.5* vbi ſub *num.8.* moribus, in iudicijs bene conſtitutis, infamem procuratorem eſſe non poſſe, idemque Buſi.*ad l.2.§.remouet. nu.11.ff. de poſtul.* vbi idem in ſupremo Friſiæ parlamento: & idem vtrobique, in camera Imp. Quemadmodum & Tiraq.*d.cap.30.numer. 4. ex ſententia* Bald.*in rubr.de offic iud.verſus fin.& in l.reum criminis,in fin.C.de procur.* tradit, infames poſſe procuratores eſſe, præterquam in ea curia in qua nõ poſſint infames comparere, vt in curia regis vel principis, qua de re apud Tiraqu. latius & apud Sichard.*in d.l.rerum criminis,n.2.*

f. *Regulareſ.*) Tholoſan.*dec.124.ex SC.* ibidemq; Aufrer. declarãdo quomodo & quibus caſibus poſſit religioſus eſſe procurator, vt & poſt Innocent. *num.1.cum ſeqq.* alioſque, Felin. *in cap. cum I & A.num.11.cum ſeq.* de re iud. Achill. de Graſſ. ex SC. *dec.65.num.1.cum ſeq.& 1. dec. 313.nu.1.* cum ſeq. qui licet *d. dec.65.num.3.* velit tenere iudicium cũ monacho donec opponatur; contra tamen *d. de c. Tholoſ.124.ad fin.* alijque relati ſuprà *ad verb.ætas,* in fin. quum (vt ibi diximus) nec ſuo, nec alieno nomine ſtare in iudicio poſſit, Verall.*dec.224.numer.6 part.2.* Ant. Fab.*lib.1.C.tit.3.definit.33.num.1.& 2.* latiùs etiam hac de re infra, *cap.128. ad verb.procurator eſſe.*

g. *Clerici*) Panor. diſtinguendo *in d.cap.in noſtra num.1.de procur.* & poſt Archidiac. *in princ.* Prapoſit. *latè num.1.in cap.peruenit ſiue vlt. diſtinct. 86.* Contra clericum ſecularem tamen poſt litem conteſtatam, non poſſe oponi, non eſſe procuratorem Tholoſ.*dec.131.* & inibi Auf. ex com. limitando, poſt Gaufred. ſiue collectar.*in d.cap.in noſtra, ſub nu.6.de procur.* poſt eundem ibidem ſub *num. 8. d. dec.131 in fin.* quòd quamuis in ſacris non conſtitutus, non monachus vel religioſus, non poſſit eſſe procurator generalis ad omnes cauſas, tamen poſſit eſſe ad vnam cauſam, idemque Viu.*dec,151. num.5.vbi num.4* licet prohibeatur eſſe generalis procurator in curia ſeculari; poſſe tamen, etiam in ſacris conſtitutum, pro perſonis miſerabilibus, poſtulare aut procurare; latè Roman *conſil.384.num.2.cum ſeq.* Scripſit inſuper Veſtr. in Rom aulæ actiõ ac iudic. mor. introduct.*lib 3 cap. 4.num.4.* ex tolerantia Pont. ſeruatum eſſe, vt clerici in Rom. curia aduocationis & procurationis publica munera exerceant, contra iuris regulas. Quin & clerico aduocato licere ſalarium accipere, per *text. in cap.1. & 2.*

Digitized by Google

& 2.*vbi gloſſ.* 15.*qu* 2. Dec *in l creditoris ſub num.* 3. *C de pact poſt* Panorm *in cap.* 1. *in fin ext. de poſtul.* Tiraq. *d. tract. de nobilit. c.* 29 *n* 30. *in fin.*

h. *Mariti*) Nuptam tamen, quæ moribus maritũ curatorem habet, ipſammet ad iudicium nõ ineptè citari, reſpondiſſe refert Buſi. *ad l.* 1. §. *ſecundo loco n.* 5. *in fin ff.* de poſtul quod tamen apud nos non perinde obſeruandum ſcio.

i. *Permittitur.*) Certos caſus, quibus poteſt mulier pleno officio procuratoris fungi colligit *gloſſ. vlt. in adducta l. quia abſente,* 4. *C. de procur.* quam probat, ibidem Sichard. in fin. Caſtrenſ. verò, in *l. fœminis,* 41 *ff. de procur.* ſummat illum tex. quod mulier non admittatur tanquam procuratrix ad agendum pro alio, niſi tribus concurrentibus; quòd ſit coniuncta perſona, quod impediatur per ſeipſum litigare, & quòd alium idoneum non inueniat, ſed caſus eiuſmodi, quibus mulier admittatur, ſigillatim explicat Iaſ. latiſſ. *in l. alienam,* 18 *nu.* 2. & inibi quoque Sichard *ſub num* 2. *cum ſeqq. C. de procur. Dec in l. ij. num.* 14 cum ſeqq *ff. de reg iur.* Cœterũ Buſi. *in d. l. fœminis, num.* 2. rectè ſcribit, moribus hodiernis vix eſſe vt mulier pro quoquam, aut ſeipſa etiam, ſine curatore actum expediat iudicialẽ, idemq́ue *in d. l.* 1. § *ſecundo loco, numer.* 5. teſtatur, moribus etiam Germaniæ plereque & Belgicæ, ne poſtulare quidem pro ſe fœminam poſſe; adeoque nec ſine curatore, ad actum voluntariæ iuriſdictionis, legitimam perſonam ſtandi in iudicio habere: procuratricem tamen extraiudicialium eſſe poſſe; adeoque nec ipſam vetari per curatorem aut procuratorẽ agere, vt & de iure voluit Iaſ. in *d. l. alienam, num.* 2. *in fin. & ibidem* Sichard. *ſub nu* 2. Dec. *in d l. ii. ſub num* 14.

k. *Captiuis.*) Sic in camera Imp. vxorem pro liberando marito captiuo, tanquam coniunctam perſonam, admitti Gail. *lib.* 1. *obſer.* 133. *ſub num.* 8. cum ſeqq. per adductam *l. iii. ff. de lib. cauſ* quia carcer ſpecies ſit ſeruitutis, *l. ii ff de lib hom exhib.* vt per Gail. ibidem latius *ff de liberali cauſ.* Text. eſt quoque appoſitiſ. *in l. iii* §. *ſed etſi mulier* vel pupillus hoc edictum deſideret *ff. de lib. homin. exhibend.* & ex illo tex, reſpondit Roman. *conſ.* 241. *num.* 13. huiuſmodi coniunctam perſonam, vt coniunctam admitti ad petendum cõiunctam eximi de carceribus; declarando latiùs. Dicemus etiam hac de re pleniùs, infrà *cap.* 128. *num.* 3. cum ſeqq.

CAPVT XCV.

De ſe præſentando per alium ſine procuratorio.

SVMMAE.

Sine procuratorio ſe pro alijs præſentare poſſunt

1 *Conſanguinei, & affines.* } *cauentes de rato.*
2 *Conſortes eiuſdem litis.* }
3 *Aduocati, & Procuratores* } *ſed tunc* { *cauentes de rato.*
4 *Sollicitatores cauſæ alienæ* } { *ſoluentes iudicata.*
5 *Tutores, Curatores, &c.* } *ſine* { *cautione de rato.*
6 *Factores mercatorum, &c.* } { *obligatione ſoluendi iudicata.*

1 SVnt quædam perſonæ quæ in iudicijs occupare poſſunt, non quidem pro ſe ſed pro aliis, quales ſunt Parentes, Pater, Mater, Frater, Amici, *(a)* Propinqui, Conſanguinei, Cognati, Patrueles, Conſobrini, Affines, Liberti cum ſimilibus, qui ſeſe præſentare poſſunt, & in Iudiciis *(b)* occupare pro ſuis liberis, fratribus, conſanguineis, *(c)* propinquis, & coaffinibus, quando pro ipſis agere *(d)* petere, aut defendere volunt, idque ſine vllo procuratorio, ſed cauentes de rato. *(e)* Bald. *l. Exigendi, in fine,* & ibi Bart. *in prima colum, ver. An coniuncta Cod. de procurat.* Ioan. de Pra. *in leg minor xxv. annis, eo. tit.* Doct. & Bar. *in l. Tutores qui petit,* in principio, & ibi gloſſ. *in ver. inferre, ff. de admin. tutor. & in l. Sed & hæ.* vbi Bart. in principio. *ff. de procur* Bart. *in l. Si actor. in fine,* & ibidem Pet. de ſu. *C. de appellat.*

Idem quoque efficere licet eiuſdem litis conſortibus. *(f)* Bart. *in d. l. exigendi, num.* 12 *Cod. de procuratoribus.* 2

Verum id nullus Aduocatis, nullis cauſidicis, aut procuratoribus, *(g)* nulliſque patronis aliis permiſſum eſt, nempe vt ſe in iudiciis pro aliis ſiſtant, & occupent ſine debito procuratorio: Attamen ſi id tentare vellent, ij tunc non tantum cauere *(h)* deberent de rato verùm etiam deberent ſe obligare ad ſoluendum iudicanda. *(i)* 3

Quod idem quoque præſtandum erit omnibus ſollicitatoribus, & curatoribus cauſarum alienarum. 4

Verum Tutores, Curatores, *(k)* Prouiſores, Fabricæ Magiſtri, Hoſpitalium, Menſæque ſancti Spiritus Rectores ſeu Gubernatores, Caſtellani, Domorum cuſtodes, Prætores, Executores teſtamen- 5

Digitized by Google

tarij, & ſimiles iudicis ex cauſa ſuorum officiorum occupare & ſeſe præſentare poſſunt, ſine vllo procuratorio ad hoc impetrando, & ſine cautione de rato, & ſine obligatione ad ſoluendum iudicanda.
6 Item, pro ſuis Dominis occupare poſſunt ſine procuratorio, ſine cautione de rato, & ſine obligatione ſoluendi iudicāda, omnes famuli, fores mercatorum, curatores vel magiſtri nauium, gubernatores, naucleri, & ſimiles, quos iura inſtitores vel exercitatores appellitant.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. XCV.

a. AMici.) Iaſ. in *l cum alienam, num.* 5. *C. de legat.* & in adducta *l exigendi, num.* 4. *cum ſeqq.* ibidemque Sichard declarando, *n* 7. cum ſeqq. Chaſſen. ad conſuet Burgund *tit.* 4. §. 5. *n.* 22. cum ſeqq. Contrà verò Roman. *ſingul.* 650. *cum apoſt.* Coſtal. poſt alios *in l ſed & hæc* 35. *ad fin ff. de proc.* Viu. *lib.* 1. *com. opin verb amicus, num.* 1. cum ſeqq. Gail *ex com & praxi lib* 2. *de pace publ. cap.* 10 *ſub n.* 28. & *lib.* 1 *obſ.* 133 *numer.* 2. *in fin.* Dixi ad *loc. com par* Damhoud *tit. amicitia coniunctio*, *ad verb. amico.*

b. *In iudicio.*) Non tamen in ijs quæ ſpeciale exigunt mandatum admitti coniunctos *gloſſ. in verb. non cogitur*, Iaſ. poſt alios *num* 9. Sichard *num.* 11. *in l. exigendi*, *C. de procur.* & poſt alios Socin. *in l. nō ſolum*, 3. *ſub num.* 7. *ff ſolut. matr. & conſ.* 120. *nu.* 5. *lib.* 1. Surd. *dec* 215 *num.* 1 latè Roman. declarando *conſ* 231 *num.* 12. & *ſingul.* 214. cui init & illam *l. ſub init.* 1. *cum apoſt.* Burſat. *conſ.* 21 *ſub numer.* 2. & 5. Ludouic Luc *dec.* 41. *num* 4 Magon. Luc. *dec.* 6. *nu.* 3. licet Dec. *in cap cum M Ferrarienſis, num.* (mihi) 44. cum ſeqq. *de conſtitut latiſſ.* diſcutiens dubitet, & cogitandum relinquat, quem poſt Rip. *ibidem, n.* 60 reprobat & Tiraq. *de retr. prox.* §. 1. *gl'o* 13. *n.* 34. & exactius Cou. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5.

c. *Conſanguineis.*) Gail *d. obſer* 133. *num.* 2. Surd. *d. dec.* 215, *num.* 4. Marc. Ant. de Amat. *dec.* 2. *ſub nu.* 1. Viu. limitando *dec* 249. *n* 5. & *dec.* 349 *n* 4. cum ſeq. & declarando *dec* 457. *n.* 4 & 8 vbi *nu.* 9. & 10. ſi compareret coniuncta perſona vt procurator, ſi nō tenet actus ex defectu mandati; non ſubſiſtere vt coniuncti; Marant. *de ordin. iud part.* 4. *diſtinct.* 16. *n.* 17. Chaſſ. *d. tit.* 4. §. 5. *ſub num.* 47. Sichard. poſt Iaſ. & alios aliter, etiam limitando, *in d. l. exigendi nu.* 14 Card. Put. *dec.* 383. *n* 2. & 3. *lib* 2. Creſcent. *dec.* 7 *nu n* 3 *de procur.* & *dec* 8. *n.* 12. *de reiud.* Plures quoque adduxi *in l c com par d tit. amicitia coniunctio, verb. coniuncto* Coniunctę autem perſonæ dicuntur, quæ enumerantur *in l.* 1. § *vlt ff. de poſtul.* & *in d. l* ſed & hæc, vbi poſt gloſſ. & Bart. Coſtal. in princ. Innocent. Panorm. Felin & alij, *in c nonnullis*, §. *vlt. de reſcript.* Sich *in d. l. exigendi, n.* 6. Menoch. accuratè, *de arb tr. iud. lib.* 2. *caſu* 146. præſertim *n.* 5 9 & 8.

d *Agere*) Iaſ extendendo & reſtringendo latiſſ. *in d l. exigendi, num,* 3. cum ſeqq. Burſ. *d. conſ.* 21. *num.* 1 Surd *d dec.* 215. *n* 4 vbi cum agere coniuncto & litem conteſtari ſit permiſſum, vtique ea omnia cenſeri permiſſa, quæ ex conteſtatione litis conſequuntur; quia antecens qui vult, cenſeatur etiam velle omne conſequens ab eo, *l.* 2. *ff. de iuriſd. omn. iud. cum ſimil.* vt & eodem argumento, in eadem materia vtitur oppoſituſſ. Guid. *dec.* 103. *ſub nu.* 1. & eſt text. *in l. qui proprio* 46. § *item quæritur*, & *in l. qui procuratorem*, 67 Roman. *conſ. de proc* 461 *præſertim, n.* 4. & nouiſſ. Buſi. *in l. ad legatum*, 62. *n.* 2. *de procur.* Ideo Surd. addit, Felin *in d. cap. cum M. n.* 30. dicere coniunctam perſonam poſſe eam proteſtationem facere, quæ cuicunque permiſſa eſt, qua de re apud eos latius, non tamen nocebit domino, ſi egit coniunctus, niſi ratum habuerit, Iaſ. *in d. l exigendi. n.* 10 Dec. *in d. cap. cum M.* Ferrar. *n.* 49. Coſtal. *in d l. ſed & hæc* poſt princ. Rebuff. *conſ.* 80. *verſ. nec obſtat quod nomine.* Neque poſſe coniunctum ſolutionem recipere Alex. *ex com. conſ.* 4. *ſub nu.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 36 ſub init *lib.* 3 Guid. *dec.* 526. *n.* 2. Socin. poſt alios *in d. l. non ſolum, n.* 7. Dec. limitando, *in l filius pareſcendo num.* 4 cum ſeq. *C. de pact.* & *in d cap. cum M. Ferrar. n.* 45. cum ſeq. Tiraq idem ſi offerat cautionem rati aſſerens, *d.* §. 1. *gloſſ* 12. *ſub num* 34. Coſtal. *in d. l ſed & hæc.* poſt princ. (neque enim procurator eſt, vt ibidem per Coſtal.) Burſ. *ex com d. conſ.* 21. *ſub num.* 1.

e. *De rato*) Merul. è praxi declarando, *prax. Holl. lib* 4. *diſt.* 3. *tit.* 13 *cap* 2. *n.* 1. cum ſeqq. Et coniunctum non audiendum ſine hac cautione, Alexand. *conſ.* 47. *n.* 2 *lib* 7. Socin. *d conſ.* 120. *nu* 3. *lib.* 1. Zaſ. *conſ.* 21. *n.* 5 *lib* 1. Magon Luc. *dec* 6. *ſub n.* 11. Euerard. *conſ.* 189. (*mihi*) *n.* 1. *in fin* & *ſub n* 3 vbi maritum agentem vt coniunctam perſonam, non admitti ſine cautione rati qua de re & Iaſ. in *d. l. exigendi, num.* 3. *in fin.* & latiſſ. poſt alios *in l. maritus*, 21. *C. de proc* Viu. (omnia, etiam ſpeciale mandatum requirentia, poſſe maritum agere aſſerens) *dec.* 518. *n.* 16. Mynſing. ex S.C. *cent.* 3 *obſ.* 58 *n.* 1 *cum ſeqq.* Gail. *li.* 1. *obſ.* 133. *n* 1. 2. 4. 5. & 7. nouiſſ. Buſ. *ad d. l ſed & hæc* 35. *n.* 2. *de proc.* qui intelligunt in ijs tātùm, quæ receptitia dicuntur, & quæ non tradita marito, dotalia & paraphernalia mulieri competunt: in alijs ſecus.

f. *Conſortibus.*) Idque ſi lis antè ab omnibus conſortibus ſit conteſtata, quia ante conteſtationem litis

litis conſors pro conſorte non admitteretur, ſine mandato, iuxta *l. ii C de conſort eiuſd. lit.* Sichard. in adducta *l exigendi, num. 9. in fin.* & poſt *gloſſ* 1. & alios Felin. *n.* 8. Dec. *ex com. n* (mihi) 13. cum ſeqq. Rip. *num.* 53. cum ſeqq. limitando aliter quoque Iatiſſ. *in d. c. cum M. ferrar.* de conſtitut. Bellon. *conſ.* 26. *num* 5. *& ſeq.* Couarruu. var reſol. *libr.* 1. *cap* 6 *ſub num.* 6. Grauat. *ad prax Veſtr. lib.* 3. *c.* 4. *ſub nu.* 7. Monter. *dec.* 14. *n.* 83.

g. *Procuratoribus.*) Inſtrumenta tamen cauſæ oſtendentem, cautionemque offerentem, admitti ſine mandato, Bart. *in l. vulgo, in fin ff de admini. tut.* Felin. *ex com in coram num.* 9. *de offic. deleg.* Iaſ. *ex com. in l.* 1. *ſub num.* 11. cum ſeqq *C de proc* Guid. *dec* 13 *ad fin.* Capyc. *dec.* 86 *num.* 16 *verſ. item in proceſſu.* Boër. remiſſiuè *dec.* 154. ad fin. Roman *conſ.* 446 *ſub num* 11. cum ſeqq. *& ſingul.* 6.7. *verſ aut dictorum,* Villal. *in com opin. lit.* I. *num* 81. Gribald. *in com. opin. verb procurator. reg.* 1 Soar *recept. ſent. theſ. in lit.* I *num.* 143. *& lit. M. num* 26. Roland. ex communiori & praxi, *conſ* 46. *lib.* 2. Strach. *in tract. de adie? part.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 8. Gail *lib.* 1. *obſ.* 133. *ſub num.* 4. Kirchou. *in c... opin. verb procuratoriũ mandatum non ſolum,* Maſcard. declarando de probat. *concluſ.* 1009. *num* 3 cum ſeqq Menoch. extendendo & declarando, *lib* 2. *præſumpt.* 34 *num.* 6. cum ſeqq. *vbi num.* 3 ea inſtrumenta ſibi tradita fuiſſe à domino probantem, admitti ſine aliqua cautione, idemque Euer *d. conſ.* 189 *num.* (mihi) 4. felin. *in d. c. coram, num* 9. *verſ.* 1. limita Rom *d. conſ.* 446 *ſub num* 10. *& de ſing.* 637. Decian. declarando *conſ.* 68 *num.* 11. *lib.* 3 Maſcard. *d. concluſ.* 1009. *nu.* 1. reprobata opione Alciat. *regul.* 1. *præſumpt.* 33 *ſub num* 4. cum ſeq intelligentis ſolummodo procedere quando traditio facta eſſet coniunctę tãtùm perſonæ, quam reprobat ad Alc. inibi & apoſt. Arelat vti & Strach. *d part.* 4 *quæſt.* 8. *num.* 6. cum ſeqq. vbi hac de re quoque latiùs.

h. *Non tantùm cauere.*) In curia verò Brabantiæ admittuntur procuratores, pro coniunctis ſuis, cum ſola cautione de rato, iuxta *artic.* 325. *ordin. eiuſdem cur.* Si tamen coniunctus conſtituiſſet coniũctum ſuum procuratorem ad vnam aliquam cauſam, in alijs cauſis non admitteretur quòd conſtituendo eum ad vnam cauſam in alijs cenſeatur prohibuiſſe, per *d l maritum C. de proc.* Iaſ. *in d. l. exigẽdi num* 10. *ad fin. C. ead. tit.* Quemadmodum nec aliàs ſi coniunctus dimiſiſſet alium procuratorem admitteretur cõiunctus, Iaſ *in d l. exigendi, n* 9 *verſ. l. limitat.* Magon. *d. dec* 6. *n* 11. *&* 15. Burſat. *d. conſ.* 21 n. 5. Verùm nec coniunctam perſonam pro cõiuncta abſente, poſſe conſtituere procuratorem, licet caueret de rato, Rota *dec.* (mihi) 676. cui init. *nota quod coniuncta, in antiq.* ſequitur Rebuff. *conſ.* 80. *verſ. imò licet,* quia (inquit ille) mandato domini & non alteriùs, procurator conſtituitur *l.* 1. *ff de procur,* etiam iudicis, Bart. & alij, *in l.* 1. *quod ſ. iſſ. tut auth* Sed hoc verùm eſſe ante ſolum litem cõteſtatam, non etiam poſt Rom *conſ.* 231. *n.* 10. Iaſ. *in l. quod quis, n.* 1 *verſ* 7. *fallit. C. de procur.* Vant. de nullit. *ex def. in hac il. ſeu mand. comp. n.* 129. Grauat. *ad prax. Veſtr. lib.* 3. *c* 4 *n.* 5 Burſat. *conſ* 21. *ſub nu.* 2. *cum ſeq.* Surd late *dec.* 215. *num.* 8. ſentitque Euer. *d conſil.* 189 *ſub num.* 1. vbi maritus coniuncta perſona conſtituit procuratorem.

i. *Ad ſoluendum iudicata.*) Procuratorẽ rei ſemper præſtare cautionẽ iudicatum ſolui licet de mãdato conſtet; ſecus in procuratore actoris. *l.* 1. *C de ſatiſ.* Bald. *n.* 6. & Iaſ. *n.* 5. *in l* 1. *C. de proc* Couar. *d. li.* 1. *c.* 6. *ſub n* 4 Etiamſi ſit perſona valde coniuncta, Iaſ. extendendo & reſtringendo, *in l filiusfamilias,* 14 *n.* 1. cum ſeqq. vbi etiã Socin. *n.* 2 *cum ſeqq. ff. qui ſat. cog.* *v' i n.* 7. pulchrè limitat, niſi principalis eum releuaret ab onere iſto ſatiſdandi, promittendo pro eo in inſtrumento, prout (inquit) tota die practicatur laté Marant. ibidem limitando *de ordin iud part.* 6. *membr.* 8. *de ſatiſd. n.* 11. & voluit Couarr. vbi ſuprà.

k. *Tutores curatores*) Nam & iſtos adminiſtrationẽ à iure habentes, poſſe petere in integrũ reſtitutionem. & iurare de calumnia ſine mandato ſpeciali, probatumus ſupra *c* 88. *ad verb. reſtitutionem.* Imò poſſe omnia ea quæ mandatum ſpeciale requirunt, Alex. *conſ.* 21. *ſub n.* 9 *lib.* 1. late Capyc. *d. c.* 5 *ſub n.* 1. *&* 18. Dumtamen meminerimus, *vt & c.* 50 *ad verb. procuratoriam,* tradidimus actoriam, ſimul cũ inſtrumento tutelæ vel curæ, exhibendam, ſolemniaque prius facienda; quum alioqui iudicium, cum tutore vel curatore qui non fecit ſolennia debita agitatum, ſit prorſus nullum. Afflict. *dec.* 256. *in fin.* Muſcat. laté diſtinguendo *prax ciuil part.* 3. *gl. verb. comparẽtis ſub n.* 31. Dixi ad Damh. *in loc. com. par. tit.* non conſtare, *ad verb. tutorem,* Licet nouiſſ *ſub. C lib.* 3. *tit.* 5. *de fin.* 1. exiſtimet, de inuentario priùs confecto, non docendum: cum ab ipſo die ſuſceptę tutelę, periculum adminiſtrationis ad tutorem ſpectet nec, eo minus, ac tantò magis ſi repertoriũ non fecerit Quemadmodum & Guid) quæ ſint huiuſmodi ſolennia ad quæ teneantur tutores antè quã adminiſtrent è ſtylo & praxi ſimul pulchrè explicans) *dec.* 330. *teſtatur de* ſtylo curiarum Delphin. tolerari geſta talium tutorum in iudicijs & extra, pro & contra pupillos, tametſi non conſtet de perfectione inuentarij: mihi verò hæc in re magis placet, quod tradit Capyc. (huiuſmodi quoque ſolennia exactè enumerans) *dec.* 50 *n* 3 vt tutor, qui per plura tempora non fecerat inuentarium, ſi fecerit poſteà, admittatur ad agendum. Tutorum quoque officio incumbentia enumerat Rom. *conſ* 285. *toto* Verum dicemus de his copioſius infra *c* 132 *n.* 2. *ad verb inuentarium & n.* 3. *ad verb. adminiſtra. & negotia, & verb. hypotheca.*

CAPVT XCVI.

De Aduocatis.

S V M M AE.

1 *Aduocati in iure vocantur poſtulantes.*
2 *Aduocati nouelli, dicuntur Aduocati auſcultant s.*
3 *Aduocatorum praxis non ſtudio ſed experientia paratur.*
4 *Aduocatus ſine gradu, in Parlamento aduocare non poteſt.*
5 *Adu.cati practici, ſine gradu in Concilio Prouinciali Flandriæ aduocare poſſunt.*

Aduocati eſſe non poſſunt
6 *Mulieres pueri, excommunicati, &c.*
7 *Procu atores, nec contrà.*
8 *Epiſcopi, in nullis curijs & cauſis.*
9 *Sacerdotes niſi in Curia ſpirituali.*
10 *Clerici, in ſacris conſtituti.*
11 *Monachi, Canonici, niſi cum conſenſu Prælati.*

Aduocatis obſeruanda ſunt nouem,
12 *Vt partium cauſas perfectè cognoſcant.*
13 *Vt in officio gratioſè ſe gerant.*
14 *Vt ſtatuta mercede contenti ſint.*
15 *Ne cum partibus paciſcantur.*
16 *Vt ſint in dicendo, & ſcribendo pauciloqui.*
17 *Vt ſint in omnibus veridici.*
18 *Ne falſa pro veris protrudant.*
19 *Hoc fit* { *ſi dicat Principi non licere ea iura condere.* / *ſi dicat homines talium legum conditores eſſe iniuſtos,* / *ſi ſpernit pœnas in iure ſtatutas.* }
20 *Ne alia proponat, quàm quæ materiæ ſeruiunt.*
21 *Ne ſua concluſione iudici præiudicet.*
22 *In malos Aduocatos, breuis expoſtulatio.*

1 ADuocati in iure vocantur Poſtulantes. Nam poſtulare, in iure eſt alicuius ius, & legitimam cauſam expreſſis demonſtrationibus oſtendere. firmis rationibus, authoritatibus comprobare, & ſtatutis legibus in iudicio coram iudice tueri, & defendere, quod omnium Aduocatorum debet eſſe proprium, *l. 1. §. Poſtulare. ff. de poſtulando.*

2 Et aduocare & poſtulare, & Aduocati & Poſtulantes in iure dicuntur eſſe Paria, *d. l. 1. §. Poſtulare.* Huic accedit *canon. Infames, verſic. eſt autem poſtulare, 3. qu 7.* Prædictis Gregorij noni conſtitutionem ſubiungens, *in canone. Cum ſacerdotis extra. c. de poſtulando.* Horum etiam memini in meo patricio Pupillorum. *Titulo de Tutorum & Curator. munere, Cap. 2. fol. 4. num 21.* in Poſtrema editione. Et in meo Enchiridio parium, ſimilium, aut æquiparatorum, ſub verbo. Aduocare, & ſub verbo. Poſtulare. Sunt nihilominus quidam aduocati, nomine verius quàm officio, quos paſſim in Flandria, in Concilio Gandenſi, & in Parlamento conſpicimus, quoſque aduocatos auſcultantes vocamus, nempe qui nullas Partium cauſas defendunt, neutri partium ſeruiunt, nihil in iudicijs orant, nihilque loquuntur, nilque ſcriptis corroborant, ob id quod ad hoc munus ob ætatem nondum ſint aſſumpti. Nam quamuis ſæpenumero tales iuuenes ſint Docti, & iuriſprudentia plurimum valeant, ſtylum tamen fori, experientiam, & praxim nondum ſunt conſecuti, ac procedendi modum non ſatis tenent, quem quotidiana obſeruatione & vſu, paulatim tandem aſſequuntur.

Praxis enim non ſtudio, ſed exercitio; eoque proprio *(a)* paratur, ſicuti etiam Praxim, & Habitum in omnibus opificiis per propria exercitia comparari videmus, & ab exercitio naſcitur experientia, rerum omnium (vt dici ſolet) magiſtra, ſicut habet eleganter textus in *cap. Quam ſit*, in principio, *de elect. lib. 6.* quod experientia eſt efficax rerum omnium magiſtra. & ibi vide bonam gloſſam. 3

Nullus autem practicus, quantumuis peritus & exercitatus, in prædicto Parlamēto *(b)* aduocari poteſt, niſi is fuerit aut Doctor, aut Licentiatus iuris, vel ciuilis, vel canonici, *de quo vide infra, c. 129.* 4

Verum in Concilio Flandrenſi, iſtos titulos 5
non

non tam rigoroſe morantur, vtpote in quibus etiã alij viri docti(*c*)practici conſuetudinarij, & longa peritia praxi in iure exercitatiſſimi admittuntur, etiamſi nullo promotiones gradu inſigniti fuerint, dummodo iuris notitia & praxi alioqui commendati fuerint.

6 Sicut ſupra diximus multos eſſe quibus procuratores eſſe non licet, ita quoq; multi ſunt, quos aduocare non licet, quales ſunt. Mulieres (*d*) *l. Prima, §. Sexum. ff. de poſtulan. Pueri* (*e*) *d l* 1. *§. Initiũ ff. de poſtulan, mancipia, vel ſerui* Spec. *lib.* 1. *de actore*, §. 1. *num.* 17. *Muti, & Surdi l. Prima §. Propter caſum. ſurdum, ff. de poſtulan. iamiam. bis allegata. Cæci d. l. Prima, §. Caſum dum cæcum. ff. de poſtul.* Excommunicati vel Pagani, Hæretici, Schiſmatici, Apoſtatæ, Iudæi, Sarraceni, vel alius infidelis. Aduocati enim debent eſſe Chriſtiani, & ſacroſanctis Catholicæ religionis imbuti myſteriis. Sacroſancta & Catholica *l. finali, & ibi Bartol. Cod. de poſtulan. Cardi. in Cle. Sæpe in fin principij de verb. ſignificat cap. Primo, 4. q* 1. *c. Vergenſis, & c. Excommunicamus extra, de hæretic. & D. Iaſon. May. in rubrica. ff. de iuſtit. & iure. in* 1. *col.* in quantum dicit, Quod Iudæus non poteſt eſſe Aduocatus. Infames, iam ſæpe allegata, *l.* 1 hoc ædicto, *ff. de poſtulan.* & ibi quaſi per totum, & ſimiles.

7 Nullus item Procurator, Aduocatus eſſe poteſt, ſicut nec contrà. Quia nemo poteſt ſimul eſſe & Procurator. Sed vterque debet eſſe contentus ſuo officio, quod vtroque munere nemo ſimul perfungi (*f*) nec vtrumque ſimul exercere poſſit, iuxta cõſtitutiones Caroli Ducis Burgundiæ, quæ diligentiſſimè obſeruantur in Parlamento Mechliniẽſi; ab ipſo inſtituto, anno 1473. vti ſupra diximus, *c.* 5.

8 Epiſcopi item coram nullo iudice poſtularem debent, qualiſcunque etiam is ſit, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſecularis, *c. Te quidem*, 2. *q.* 1. *c. quia Epiſc.* 3. *q.* 3. *& c. perlatum* 88. *diſtinct.*

9 Sacerdotibus quoque non licet poſtulare, neque in Curiis ſecularibus, neque in curiis Eccleſiaſticis, niſi (vt dictum eſt ſupra de procuratoribus) in cauſa propria, aut pro ſua Eccleſia, aut pro amicis, aut pro perſonis miſerabilibus, aut pro aliis rebus admodum neceſſariis. Vide latius per Spec. *tit. de aduocato, lib.* 1. *partic.* 4.

10 Clerici (*h*) item in ſacris conſtituti non poſſunt aduocare coram iudice ſeculari, niſi etiam pro cauſis propriis, pro ſuis Eccleſiis, pro perſonis miſerabilibus, *c.* 1. *in principio, extra de poſtulan.* Sed in curia ſpirituali poſtulare poſſunt pro rebus & perſonis quibuſlibet.

11 Monachi tamen, Canonici, & Regulares (*i*) poſtulare non poſſunt, nec in curiis ſpiritualibus, ſiue foro Eccleſiaſtico, niſi in cauſis quæ ſpectant ad commodum ſiue vtilitatem ſuorum Monaſteriorũ & cum authoritate ſui prælati, *c. monachi eſt*, 16. *q.* 1. *& l. Repetita C. de Epiſcopo. & cler.*

Sed hic Aduocatorũ officia, & ornamenta præcipua, quæ bonos Aduocatos plurimũ cõmendant, quæq; neceſſario ipſe obſeruare debẽt, ſi digni ſuo munere defungi velint, explicare oportet, quæ nouenario numero hic complexi ſumus. Primum eſt, 12 vt Partium cauſas exactè cognoſcere curet, (*l*) ſcilicet, vt cuius cauſa ipſis videbitur potior, in iure, & ratione iuſtior, eam amplectantur, & tuendam ſuſcipiant. Cuius verò cauſa ipſi videbitur inquior, & à iure, ac ratione remotior, illam quoque deſerant, (*m*) & nullo modo contra iurium æquitatem protegendam ſuſcipiant. Imo tunc huic Parti diligenter perſuadeant, ne litem incepꝑent, & vt incœptam deſerant potius, quam contra iura dimicare pergant, *leg. Aduocati, Cod. de Aduoca. diuerſ. iudiciorum.*

13 Secundum vt gratioſe ſe gerant. (*n*) in verbis & ſermonibus, ne falſa pro veris allegent, ſed vt tum verbis, tum ſcriptis ſint veraciſſimi.

14 Tertium; vt in ſtipendio, aut mercede recipienda ſint æqui, honeſti, ſic vt conſtitutam mercedem (*p*) non excedant, neque improba petacitate partes vrgeant aut ſollicitẽt ad indebitã laboris mercedẽ.

15 Quartum, ne ante inſtitutionem litis vllam conuentionem cum partibus ineant, aut paciſcantur cum illis de vlla bonorum participatione, (*q*) ex eo proceſſu conſequenda, *leg. Si qui aduocatorum, C. de poſtulan.* Hæc quatuor Aduocatorũ inſignia longè ornatiſſima, omnibus aduocatis & procuratoribus ex animo precor, qua ipſius ſic cohoneſtabunt, & nobilitabunt, non minus apud Deum, (*r*) quam apud homines, vt nulla res eos in tali officio præclarius decere poſſet.

16 Aduocatus præterea qui aut cauſam iudiciis verbo agit, aut qui libellũ cõſcribit, tria obſeruare debet. Primo, vt ſit pauilcoquus. Nam ob multiloquuium aduocatus quiſque diffamatur; & reiectari poteſt. Et certe præſtat pauca, bene & pertinenter dicere, quam multa (*ſ*) indebite conſeruare, & impertinentibus logis aſtantium aures oſtendere, *l. Tanta §. Contrari⁊ m, ver. Deinde C. de veter. iure enucleando. c. Cum ſit ars. extra, ne æta. & quali. & ordi. præficien* Specul *lib.* 4. *de libello concep.* §. 15. *num.* 16. *folio* 28. Qui horum ibidem in parte meminit.

17 Secundo, vt ſit veriloquus, ex ore enim Aduocati nihil merito prodire debet, quam quod verum, quodque in iure fundatum eſſe probatur. Et ſi ſua allegata & cauſas in iure ſcripto fundare velit, ſat illi fuerit, ſi citet legem aliquam, pertinenter ſuo propoſito ſeruientem. Si autem propoſito ſuo, ſuęque cauſæ nullam certam & pertinenter ſeruientẽ legem habeat, tunc allegare poterit Gloſſam ordinariam, aut doctorem aliquem in iure probatum, & receptum. Aut ſeipſum iuuare poterit texti-

Digitized by Google

texibus, gloſſis, ac doctoribus iurium Canonicorum, aut per authoritates ſacræ ſcripturæ, ad maiorem corroborationem eorundem iurium Canonicorum.

18 Tertiò ipſi hoc diligentiſſimè obſeruandum erit ne falſas allegationes doloſè pro veris protrudat, néve vlla falſa iura fraudulenter committiſcatur. Nã quiſquis hæc patrauerit, is ſicuti falſarius acerrimè puniendus erit.

19 In tribus autem modis Aduocatus deprehenditur in citandis iuribus commiſiſſe dolum & fraudem. Primo, quando dicit Imperatori aut Principi ea iura non licuiſſe aut potuiſſe cõdere, atque eo caſu puniendus eſſet de crimine læſæ Maieſtatis. Secundo, quando dicit homines eſſe iniquos, & iniuſtos, atque eo caſu puniretur vt ſacrilegus. (*t*) Tertiò, quando per propriam atque innatam ſimplicitatem, & ignorantiam vilipendit, contemnit, & non obſeruat pœnas ab iiſdem iuribus cõſtitutas. Nam eo caſu puniendus eſſet extraordinarius.

20 Quartò, ne alia proponat quàm quæ propoſito & materiæ ſeruiunt, ſic vt ſi ipſius propoſita poſtea à iudice, vel ab aduerſario examinarentur aut probarentur, ea à ſubiecta materia comperirẽtur iuxta ipſius ſententiam, nec eſſe abſurda nec aliena, ſed in ea potius pertinenter fundata.

Poſtremò & quinto, Aduocatus diligenter obſeruare debet, ne Concluſionem ſuam tam præciſè ſtatuat, vt Iudici non liceat hanc excedere, aut aliter quàm iuxta ipſius concluſionem decernere, aut iudicare, ſi quidem tamen ratio ipſum ad hoc faciendum admonuerit. 21

Sed (quod dolendum eſt) videmus hæc ornamẽta tam appetibilia in multis locis tam raro appeti, vt potius neglectui habeantur, dum & aduocati & procuratores paſſim quaſcunque cauſas etiam iniquiſſimas quoquo modo defendunt, & Partes inter ſe longis proceſſibus committunt, & falſa pro veris defendunt, & longis procraſtinationibus cuncta producunt, in mercede digna difficiles, & cum partibus in paciſcendo lucri cauſa admodum faciles, qui digni ſunt, in quos magiſtratus ſeueriſſimè animaduertat, ne quid addam (*v*) amplius, quia hunc patentiſſimum de veritate dicenda, campum altius ingredi non libet. 22

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. XCVI.

a. EOque propriis.) Conſulatur tamen hac in re Molin. *ad l. vnic. C. de ſent.* quæ pro eo quod inter *nu. 38. verſ. in fin.* & nouiſſ. Fachin. *contrau. verſ. iur lib 9. c. 103. verſ. ſed iam præcepta ſunt notanda*, eleganter Pinel. cum apoſtill Soar. in *l. ij. c. 4. part. 2. ſub num. 2, C. de reſcind vendit.* iudicium ſuum quoque interponendo, his verbis; Ego autem poſt longam legendi profeſſionem, poſtque diligentiſſ. foro nauatam, operam, in ea ſententia ſum, vt theorica ſine praxi digeſtam ſolidamq; iuris cognitionem præſtare ne queat, praxisque abſque theorica maximè periculoſa & manca euadat, & quæ ſequuntur.

b. *Parlamento*) Damhoud. in adducto patrocin. pupill. *cap. 2. num. 20. cum ſeq* Sic & apud Galliam. in cauſidicis id obſeruatum ne apud regios iudices cauſas agat qui gradu aliquo inſignitus non ſit, nec probatorias nobilis academiæ proferat Baro *ad inſtitut. tit de inſtitut. partic. 2. verſus fin.* Et *artic. 286. ordin cur. Brabant.* ſtatuitur oportere doctos eſſe aduocatos, ſaltem licentiatos iuris ciuilis aut Pontificij.

c. *Docti*) Alioqui licet illiteratus poſtulare poſſit, non tamen eſſe aduocatus, vt reſpondit Roland *conſil 35. num. 8.* cum ſeqq. *lib. 6.* poſt Bart. *in l. ij. C. de poſtul.* & Io. Monach. *in defenſ iur. cap 7. (mihi) num. 11.*

d *Mulieres*) Rouill *in inſtitut & iniuſtit. compend lib 3. cap. 3 verſ item fœmina.* Cap. limitando, *in com. opin. verb fœmina ad fin.* Dixi ſupra *cap. 94. ad verb. permittitur.*

e. *Pueri.* Rouill declarando, *d. cap. 3 verſ. item ſunt*, vbi itidem de alijs. Quatuor enim ordines hominum videmus prohibitos poſtulationibus, vt propter ſexum, mulieres: propter ætatem, adoleſcentes: propter caſum, cæcos & ſurdos: ob infamiam omnes infames. cæteri autem omnes regulariter admittuntur: cum edictum ſit prohibitorium, vt poſt Cyn. tradit pulchrè Sichard. *ad Rubr. C. de poſtul. in fin.*

f. *Perfugi*) Damhoud. *d. cap. 2 num. 18. cum ſeq.* In camera tamen Imp. quòd omnis procurator ſit quoque aduocatus, & non vice verſa, ſcriptum reliquit Gail *lib. 1 obſ. 42 ſub n 8 vbi n. 2. cũ ſeq.* cum diſtinctionem ſiue differentiam, inter aduocatum & procuratorem, de qua inibi, ceſſare in camera Imp. vt & per Mynſing. *obſ 32 cent. 4.* Quinimo procuratorum cameræ conditionem, pinguiorem quàm aduocatorum. & vberiorem eſſe. Gail. ibidem *num 8 in fin & obſ 44 num 8.* quoniam plerunque etiam aduocatorum, & ſic duplici munere funguntur, rectè vtriuſque, muneris nomine ſalaria exigere, vbi.

re, vbi ſub *num. 10. a* l*verſ. u*, et quæ hic tradit au-ctor, latiùs, quemadmodum & apud Gallos, procu-ratores aduocatis ſuperiores eſſe, demonſtrat Im-bert, inſtitut. forenſ. *lib 1. cap. 12. gloſſ. 1. verb ſigni-ficatione, verſ. hoc quoque inſtar*. Apud nos verò iu-bentur aduocati nihil ſe miſcere muneri procura-torum; & contra, *vt artic. 287. 323. 331. & 337. ord. cur. Brabant.*

g. *Epiſcopi.*) Rouill. declarando *d lib. 3. cap. 5 verſ. idem prohibentur*, Imò perſona illuſtris, in ciuili cauſa, etiamſi velit, non poteſt agere, nec ſe defen-dere perſonaliter, ſed tenetur conſtituere procura-torem per tex. *cum gloſſ. ord. in l pœnult. cum auth.* vbi poſita *C. de procur.* Vant. declarando, *tit. de nul-litat ex defect. inhibil ſeu mand num 57. & ſeq.* Go-mez *var. reſol. tom 3. cap. 1 num 15. in fin.* Gail. *libr. 1. cap. 111. num. 4* Et licet Iaſ. *in d l. penult ſub n. 1.* reprehendat & erroris arguat Caſtr. ibidem, dum explicat text iſtum, in epiſcopo agente cum epiſco-patus vel eccleſiæ debitore, coram iud ce ſeculari: tamen epiſcopos etiam illuſtribus comparat, poſt alios, Sichard *in d. l. pen num 7.* dum text. illum ad vſum forenſem apoſitiſſimè applicat, præfecto-que prætorio epiſcopum æquiparari, probauimus in *loc. com par tit ſtatuta ad verb. epiſcopi* & eſt in hanc ſententiam noſtram tex. *in cap. vlt. 5. quæſt. 2.* vbi epiſcopi in omnibus cauſis (præter criminales) iubentur habere aduocatos.

h. *Clerici.*) Aduocationis officium exercere, et-iam coram iudice ſeculari, non eſſe clericis ſimpli-citer tõſuratis, in nullo maiore ordine conſtitutis prohibitum, niſi etiam ſtipendijs eccleſiaſticis ſu-ſtententur, per *cap. 1. vbi gloſſ in verb. ſtipendijs, de poſtuland* VVameſ. *conſ 21 num 10* voluitque Io. Monach. *in defenſor iur. tit. 7. num. 3.* vbi de his iti-dem latiùs.

i. *Regulares.*) Rouill. limitando *d compend. inſtit. atque iniuſtit. lib. 3. c 5 verſ. item religioſi.*

k. *Officia*) De his quoque Hopper. *de ar iur. li. 3. c. vlt. ſub initio*, Multum verò eſſe difficilia & peri-culoſa Roland. declarando, *d. conſ 46 num. 14.* cum ſeqq *lib 3.* Rouill. *d lib. 3. c. 5.* verſus fi. n. *vt. ſ. mali vero aduocati.*

l. *Cognoſcere curent.*) Maſſ. Galleſ. *de expert. iuriſp. lib. 3. num. præſertim 11*, cum ſeqq. dum de officio iuriſperiti (cum iudicis collato) agit, pulchrè docet, in ſingulis ad ſe delatis cauſis, triplicem eſſe debere iuriſperiti curam: vt iudicet, ſuſcipiendaue ſit vna-queque cauſa, deinde vt ſuſceptam bene diſcat: po-ſtremo vt didicita cognitaque cauſa, ad agendum accedat explicando latiſſ.

m. *Deſerant*) Muſcat *prax. ciuil. part 3 gloſſ ex-penſis. ſub num. 10.* Viu. in foro conſcientiæ deſere-re teneri aſſerens *dec. 123. num. 10.* addatur & tex. *in l. rem non nouam. 12. §. patroni*, vbi poſt alios Sic-hard, *num 6. C. de iudic. & art. 287.* ordin. curiæ Brab. Præclarè etiam in hanc rem diſſerit Hopper *d. cap. vlt.* poſt *princ his verbis*, Sed eſt diligenter ab iis, qui ſe conſultoribus præbent, cauendum, ne ad gratiam eius qui conſultationem proponit reſpondeant, neue eum quem adiuuare debent, de-cipiant, & in ſumptum inanẽ conijciant & quæ ſe-quuntur.

n. *Se gerant.*) Late Rouill. *d. lib. 3. cap 5. verſ. poſt-modum videamus* qualiter ſe habere debeat. Et te-neri aduocatum niti relatione, non tumultuoſa voce, factum proponere, *per c. duodecim, in fin. cum cap ſeq. §. debet ergo 5. q. 4.* vbi pulchrè text. addit quicunque ergo in conuentu concilij hæc quæ præ-miſſa ſunt violanda crediderit, & contra hæc inter-dicta, aut tumultu, aut contumelijs vel riſibus con-cilium perturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium; cum omni dedecore de conceſſione abſtractus à communi cœtu ſecedat, & reliqua, proinde aduocato non vtendum verbis procacibus, aut im-probis per *l vltim. § in refutatoris, C. de appell.* Vin. *d. dec. 123. num. 12.* cum ſeqq. vbi aduocatum pro-cacem eſſe infamem, quod latius tractatur inferiùs *c. 119. n. 12. ad verb excipit.*

o. *Falſa pro veris*) Debet enim partes tueri legi-bus, non fraudibus, vt poſt Specul. *hoc tit. de aduoc. § pœnult num. 4.* Muſcat. *prax. ciuil. part. 3. gloſſ. verb. dilatorias, num. 11.* Et cauillantem etiam ad-uerſarium decipientem, aut iudicem quacunque techna, fallaciáue inducentem, peccare in Deum, Soarez. in *recept. ſent. theſ in lit. A. num. 98* poſt Co-uarr. *ex com var. reſ. lib. 1. cap. 2. num. 1.* ad fin. vbi ſub *num. 1.* aduocatum iuſtam cauſam in iudicio tractantem non temerè cautelis, aut malitijs ca-uillisque vti debere, nec poſſe: id enim indecens eſſe viro bono, ſed tunc demum arte quapiam decipere aduerſarium iuſtè ei licere, cum id ne-ceſſarium eſſe duxerit, ad alterius cauillationes tutè effugiendas, vel victoriam in lite conſe-quendam: dum ſic declarat & reſoluit, quod alij tradiderunt, aduocatum iuſtam fouentem cau-ſam, licitè poſſe aduerſarium decipere, *gloſſ. in cap. dominus noſter, in verb. ex inſidijs, per illum text. 2. quæſtione 1.* Anchor *conſil. 145. in fin.* Mar-ſil *ſin. 171* cui init. *malitijs hominum*, Dec. in *l. cæſt natura. 65. ſub num. 2.* cum ſeq. *de reg. iur.* Tiraq. *de retr. proxim. in præfation ſub numer. 71.* Cott. *in m morab. verb. dolum bonum*, Mynſing. *cent. 1. conſ 6.* Viu. *d dec. 123. numer. 7.* Muſcat. *d. gloſſ. dilatorias, ſub numer. 6* vbi itidem, *poſt gloſſ. in cap cupientes, in verb. malignantium, de elect libr 6.* illud quod habetur *in cap. nullus, 1. in fin. 4. quæſtione 4.* videlicet, licere reo ſubterfu-gere, intelligit dum ſubterfugiat opponendo legiti-mas & veras exceptiones, non autem malitioſas & falſas.

Digitized by Google

p *Conſtitutam mercedem*)Text. *in l ſi ſub ſpecie, 3 vbi g. eſſ in verb. certum, & in l. quiſquis, 6 C. de poſtul.* in quam rem diſſerit pulchre Fab. *inſtitut. orator. lib. 12 cap. 7.* Coraſ inter promiſcuæ eruditionis auctores eundem Fab licet corruptè citans *centur. 2 SC cap. 15.* Rouill. *d. lib. 3. cap. 5. verſ de ſalarijs*, Viu. *dec. 123. num. 1. 2, 17. 19.* & ſeqq. & *li 1. com. opin. verb. aduocati, in princ & libr. 2 verb. aduocatus, num 4. cum ſeqq.* Montea de ea tacitè cõuentum cenſeri aſſerens, *dec. 14 numer. 16 & ſub numer. 62.* Rebuff *tom 1. conſtitut reg. tractat. de expenſ. dam. & inter. 5 gloſſ. vn num 19 vbi numer. 23* etiam quæ & qualis eſſe debeat; Zaſ. poſt alios, *in § triplici ad fin. verſ quid autem, inſtitut. de action.* Tiraq. accuratè in tractat *de nobil. cap. 29. num. 20.* cum ſeqq. Menoch. latè *de arbitr. iud libr. 2. caſu 513.* Gail *d. libr. 1. obſ. 44. num. 4.* Aduocatiſque ob mercedem extraordinariè ius dici VVameſ. *conſil. 161. num. 7.* ad fin. voluitque Viu. *d. verb aduocatus, numer. 7.* Marc. *dec. 1059. tota. part. 1.* Mynſing *cent. 3. obſ. 7. num. 6.* (dum quando debeatur latiùs tractat) Monter. *d. dec. 14. numer. 19.* vbi huiuſmodi honorarium perinde vt dotem priuilegiatum.

q. *Bonorum participatione.*) Text. *in l. litem*, vbi poſt alios Sichar. *ſub num. 1. C. de procur. & in l ſi remunerandi, 6. §.* Marius Paulus, vbi Coſtal. *ff. in ind. & in l ſumptus, 54. ff de pact.* Rebuff. dicens reſcindi contractum, ſi contra fiat, impetratis literis regijs, *tom 1, conſtitut, reg. tractat de reſciſſ. contr. in præfat. ſub num. 29.* Ant. Fab. *C. lib. 2. tit. 6. defin. 21. numer. 2.* diximus ſupra *cap. 49. ſub numer. 11. ad ver. partem.* Idemque ſi pactum fiat de re certa ſiue ſiue particulari, de qua lis erat, licet non per modũ quotæ, poſt Bald. in adducta *l. ſi qui aduocatorum*, Guid. *dec. 102. ſub numer 1.* Sichard. declarando, *in d. l. litem, ſub num. 1.* Coſtal *in d. §.* Marius Paulus *verſ idem eſt.* vbi poſt Angel. *in d l. ſumptus*, alioſque, valere tamen pactum ſuper alia re, quam ea quæ controuertitur; nam & paciſci quem poſſe ſuper pecunia pro ſalario: Guid. latè *d. dec. 102. num. 2. verſ tamen poteſt.* fortuni, Garc. exactè, ex com. *in l. legitima, 6. num 32. in fin* cum ſeqq. *ff. de pact.* Fab. declarando, *d. lib. 2. tit 6 definit. 23. numer. 5.* & ſeq. Sic ratione palmarij, id eſt victoriè, pactum vel ſtipulationem valere, Sichard. *in. d. l. litem, numer. 2.* Gail. *d obſeruat. 44. num. 3.* Cæterùm pro victoria plurium cauſarum promiſſum, ſi in parte vicit, in parte ſuccubuit, pro rata cauſarum in quibus vicit, ſolui, Monter. *ex com. d. dec. 14. ſub numer. 96.* Sed & inita per clientem tranſactione integrum promiſſum aduocato deberi, Guid. *ex com. d. dec. 102.* verſus fin. vbi tamen appoſ, hac in re ſequitur diſtinctionem Specul. *in tit. de ſalar. aduocat. numer. 8.* in fin. & poſt alios Vincent. de Franc. *ex SC, deciſ. 265 ſub num. 1 & 2.* quòd aut cliens tranſegit in fraudem aduocati, & ad totum teneatur: aut bono cõſilio, quia res erat dubia, & teneatur pro rata ſeruitij, conſiderata facundia aduocati, niſi factum aliter ſe habeat. Quinimò ſi fuerit promiſſum vltrà quantitatem taxatam à iure com. vel ſtatuto, licitè exigi poſſe, ex ſententia Bald *in authent. ad hec num. 16 in. fin. C. de vſur.* Tiraq *d. tractat. de nobil. cap. 29. ſub num 38.* ſed contrà poſt alios Dec. *in l creditori, ſub num. 4. C. de pact*, intelligendo tamen niſi iuramẽtum interuenerit, ſecundum Guid. *dec. 190. tot. 1.* è cuius hac ſententia, idem quoque in pacto de quo talitis, vt valeat ſi iuratum fuerit, probat nouiſſ. Buſi *ad l. ſi vnus, 27. §. pacta quæ, ſub num. 1. cum ſeq. ff. de pact.* limitando ex ſententia aliorum, ſi quota non ſit adeo magna, vt valde excedat debitam mercedem: alioqui de magna parte ſi pactum ſit, non eſſe obligatorium iuramentum bonis moribus repugnans, vt in regula non eſt obligatorium, *libr. 6.* Verùm ego eadem illa ratione, quòd pactum de quota litis ſit bonis moribus contrarium, vt probat etiam Buſi. *in d. §. pacta quę, num 3.* exiſtimauerim, etiamſi iuratum ſit, indiſcriminatim non ſeruandum, ex ſententia quoque & diſtinctione Guid *in d. dec. 190. ſub nu.* (mihi)2. dum ſuperiorem conuentionem, ſummam à iure taxatam excedentem, iuramento firmari aſtruit, quòd prohibitio huiuſmodi iuris non ſit contra bonos mores, nec contra publicam vtilitatem principaliter: ſed propter priuatam vtilitatem, vt facilitati cliẽtulorum occuratur, vti comprobat ei Dec. *in d. l. creditori, numer. 5.* vt mirum videri poſſit, quòd in diuerſam ſententiam ſuam, Guid. qui ſupra adduxerit Buſ. *in d. §. pacta quo, vbi num. 4*, Garc. (corruptè citatum) *in d. l. legitima, numer. 35.* poſt litem finitam quoque licere de quota litis parti paciſci. Quod apud nos non perinde obtinuerit, dum in ſuſcipiendo aduocationis munere, aliud fortè (inter alia) iuretur, iuxta *artic. 288* ſenatus Brabant. 14

r. *Apud Deum.*) Rectos enim iudices & aduocatos, vtentes legibus vt debent, meliorem facere vitam quàm fratres prædicatores, vel alios religioſos, poſt Hoſtienſ. in prœm. ſuæ ſummæ 1, *§. vnde, verſ ciuili vero*, Alber. *ſub. numer. 8.* Iaſ. *numer. 8 in l. 1. ff. de iuſtitut. & iur.* Rebuff. *de priuileg. ſcholaſtic. priuileg 4. poſt princ.* Roland. *d. conſil. 36. numer. 3. vbi numer. 4.* cum ſeq. aduocationis officium eſſe meritorium apud Deum, qua de re & Rouill. *d. libr. 3. cap. 5. verſus fin. verſ. de commendatione.* adducens & illud Daniel. *12. cap.* Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates, latè etiam Odd. (de pœna offendentis aduocatum agens) *conſ. 88. n. 48.* cum ſeq. vbi Saluatorem noſtrum ab apoſtolo dici aduocatum noſtrum apud patrẽ. In quàm rem latius quoque Grauat. *ad Veſtr. prax. libr. 2. cap. 18.*

ſub

Digitized by Google

*ſub numer.*3.& Tiraquell.(aduocati officium laudabile & neceſſarium demonſtrans) *in tract. de nobilit. c.*29 *num* 19.

s. *Quam multa.*) Virtus non dicendo multa, ſed in dicendo multum conſiſtit, & veritas acquieſcit in paucis, inquiſit poſt alios VVeſenbec. *conſil.*12. *ſub init.* Doctorum enim debere loqui concluſiuè, & pauca, ſed vtilia, effundere Roland. *d. conſil.*36. *ſub num.*26. vbi boni eſſe aduocati breuiter loqui & ſummatim Rebuff. *ad concordat. reg. Franc. tit. de elect. de regat. ad verb. regium aduocatum.* Alioqui aduocatum nimis verboſum poſſe de iure com. ab officio remoueri, Roland. *d. conſ.* 36 *num.* 25. *vbi num. ſeq.* poſſe & iudicem imponere finem dictis aduocatorum. Quemadmodum & olim apud Romanos, cauſas agentibus, ſilentium clepſidra indici ſolitum, oſtendit Plin. nepos *libr.* 1. *epiſt. penult.* ad Pompeium falconem, & ſæpe alibi. Erit tamen hac in re conſulendus etiam Decian. in apologia pro iuriſprudentibus *cap.*15. *num.*22. *cum ſeqq. vbi num.* 31. inferendo comprobat, inſeruiendum tempori, vt breuitate vtamur cum peritis in iure, ac cum imperitis ſcribimus, diligentia maiore vtendum eſſe, verbiſque pluribus, ne conſulentes fiant nimia breuitate obſcuri, poſt Dec. *in l.* 1. *num.* 3. *&* 4 *ff. de reg. iur* aliosque.

t. *Vt ſacrilegus.*) Diſputari de principali iudicio non oportet, vt *text. in leg.* 3. *C. crimin. ſacrileg. & in leg. & in l. ſacrilegij*, 5. *Cod. de diverſ. reſcript.* Viu. *dec.* 275. *ſub num.* 1 Magon. Lucenſ. *dec* 60. *num.* 6. *tit.* 3. *definit.* 32. *num.* 7. Gilman. *dec.* 5. *ſub num* 15. *lib.* 2. latè limitando, conſtitut. regiar. *tom.* 3. *tract. de reſcript. art.* 2. *gloſſa* 7. *Euerard. conſ.* 58. *num.* 49 Gail. *obſeru.* 55. *n.*8. *obſ.* 56. *ſub num.* 14. *cum ſeqq. & obſ.* 58. *num.* 7. cum ſeqq. *lib.* 2. vbi quando ius tertij reſcripto principis læditur & pars læſa ſurreptionem & obreptionem allegat, tunc non de poteſtate, ſed voluntate & ſcientia principis diſputari, quod prohibitum non eſt. per *leg. facto, in princ. ff. de vulgar. & pupill.* vt ille ibidem comprobat. latiſſ. Et de ſcientia & voluntate principis diſputare licitum eſſe, princeps quandoque erat, ſcribit Gilman. *obſ.* 5. *num* 31. *lib.* 2. Imo puniuntur iudices non permittentes literas principum argui de falſitate vel ſurreptione, *per l. puniri cum* 2. *ll. ſeqq. C. ſi contrarium vel vtilitat. public.* Euerard. *conſ.* 205. *num.* 5. vbi poſt Bald. *in l.* 1 *ff de conſtit. princ.* aliosque, miſeros prælatos non debere timere, ne per hoc incurrant indignationem principis quia Deo & principi eo ipſo placeant, vt ille ibidem latius, & Reb. *d. art.* 2. *gloſſ* 7. *ad fin. cum gl. ſeqq.* vbi refert. Anch. *conſ.* 313. ſic exorſum niſi legibus & canonib. eſſet expreſſum permiſſum, nõ ſe auſurum impugnare literas Papæ Vt & pulchre exorditur Alex. *cõſ.* 216. *li.* 2. nec arguẽdi ſumus interdũ (inquiẽs) ſi de principis poteſtate diſputare contingat, cũ & imperatori & Pontifici à Deo poteſtates limitatę tributæ ſint vt plura ſunt in quibus eorum auctoritas verſari non poteſt, & quæ ſequuntur eumque ſequitur & Bellon. *conſ.* 2. *num.* 1. copioſè itidem in eam rem diſſerit Menochius *conſ.* 291. *num.* 19. cum ſeqq. Eleganter quoque eadem de re Vaſq. *illuſtr. controuerſ lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. vbi *num.* 19. *cum ſeqq.* appoſitè addit regulariter principes non poſſe leges etiam poſitiuas ſuę regionis, nouas condere: & veteres innouare: limitando & declarando latiſſ. qua de re nos alibi ſuo loco. Sed in grauibus huiuſmodi & arduis diſceptationibus, ſemper permittendum erit quòd ea quæ dicturi ſumus, non proferimus in modum diffinitionis, deciſionis, vel concluſionis; ſed per modum duntaxat collationis, pro notitia veritatis, eiuſque indagandæ gratia; quemadmodum in ſimili proteſtatur latiùs Euerard. poſt alios commemoratos, *conſ.* 31. *num* (mihi) 1. *in fin.* Et in cauſis fidem vel hæreſin concernentibus præmiſſa proteſtatione de qua *in cap. hac eſt fides* 24. *quæſtione* 1. Pariſ. *conſ.* 68. *num.* 427. *lib.* 4. vt & cautelam eiuſmodi eſſe vtilem aduocato vel procuratori, in culpatum de hæreſi defendere volenti, demonſtrat Cepoll. *cautel.* 155. *ad fin.* & nos de ea dicemus infra latiùs cap. 122. ad verb in dependẽtibus, & in omnibus, ſcriptis noſtris ſemper voluerimus cenſeri repetitam

v. *Addam.*) Similes, aduerſus improbos cauſarum patronos, expoſtulationes videre eſt apud Octau. Veſtr. poſt alios, in Rom. prax. *lib.* 5. *cap.* 14. *ſub num.* 7. & ſeq. Ibidemque Grauat. *in annot. num* 20. Muſcattel. *di gl. ff. dilatorias ſub nu.* 11. *cum ſeq.* & apud Gregor. de republ. *lib.* 2. *cap.* 6. *num* 14. *cum ſeqq.* vbi ſimul de remediis adhibendis.

Digitized by Google

CAPVT XCVII.

De portante ac exhibente literas obligatorias.

SVMMAE.

1 *Portator literarum, nulla procuratione indiget.*
2 *Portatorem literarum, nullus niſi principalis aut fiſcus accuſare poteſt.*
3 *Portator literarum totius caſe Dominus eſt.*
4 *Portator literas exhibitas apud Clericum ſuum deponet.*
5 *Portatoris literæ manent firmæ principali mortuo.*

1 a. NVlla Procuratio eſt neceſſaria *(a)* illi, qui ſchedulam obligatoriam adfert, quæ expreſſe hunc articulum continet (vel iſtarum literarum Portatori) *(b)* niſi forta ſis ſuſpitio eſſet, ipſum allatorem eas literas non iuſtè impetraſſe. Quo caſu ipſi probandum eſſet, quomodo eas literas habuiſſet, ac impetraſſet, aut ſimul cum ijs procurationem oſtendere deberet.

2 De hac iniuſta impetratione, nemo Allatorem coarguere debet, niſi ſolus Fiſcus, aut earundem literarum Proprietarius, aut ipſius Procurator, vel cauſidicus, aut ipſius cauſam, aut actionem habens. Nam iſtud ad debitorem minimè competere poteſt.

3 Huiuſmodi autem literarum Portator (qui eas literas apud ſeſe habet) is totius rei, & cauſæ Dominus eſt, & cum iis literis efficere quæcunque volet, *(c)* poterit: adeò vt ipſe principalis ea nec reuocare, nec vllo modo contrauenire poterit.

Et quicquid per Allatores inceptum erit, idipſum per eundem finiendum & abſoluendum erit. 4
Quidam iudices in principio proceſſus mandant huiuſmodi literarum Allatoribus, vt eas ſtatim deponant in manus Graphiarij, aut ſui clerici, ne eædem literæ in alterius manus deueniant, qui eaſdem denuò adferre poſſit. Abſurdum enim eſſet, ſi in iudicio vnarum, earundemque literarum bini ſeſe Allatores profiterentur.

Et quamuis contingeret principalem mori, non tamen literarum prædictarum vis cum ipſo commoritur, ſed manet integra, & efficax, ita vt earum Allator, in iudicio ſit acceptabilis, ad agendum contra obligatum, vi ſuæ allationis, nempe quod talium literarum ſit allator, ideoque ipſi obligatus reiectare non poteſt, ſed ſoli principalis hæredes, & Fiſcus. Qui ſi commonſtrare vellent ipſum (vt dixi) non iuſto titulo has impetraſſe literas, hi ſoli in iudicio audiendi eſſent. 5

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XCVII.

a. N*Eceſſaria.*) Boër *dec.* 154. *ſub n.* 8 *& dec.* 281. *ſub numer.* 6. cum ſeq. poſt Io. Gall. *dec.* 4 *vbi ap. ſ.* Molinæ Decian. *conſ.* 68. *num.* 13.

b. *Literarum portatori*) Clauſulam hanc neque de iure, neque de conſuetudine, operari circa ortũ natiuitatẽ, aut initium obligationis, ſed tantũ circa executionem & exactionem nominis rectè contracti conſtituique de iure, adferentem obligationem eius vigore adiecti loco, cui facultas ſit recipiendæ pecuniæ, iuxta § *plane vbi gl. in verb. Scio. inſtitut. de inutil. ſtipul. & l. vlt.* §. *ſi ita in verb. & mihi ſoli acquiri obligationẽ, Titio autem duntaxat rectè ſoluitur. ff. de verbor. obligat.* Leonin. *conſ.* 92 *n.* 4. *& ſub n.* 5. Decian. *d. conſ.* 68. *n.* 1. *cum ſeq. & ſub n.* 13. & ante eos Euerard. *conſ.* 219. *ſub n.* (mihi) 4. vbi quoque, conſuetudinem nihil aliud habere, quam quod tali poſſit ſolui, & ſi fiat ei ſolutio, contingat liberatio: ita in magno Mechlinienſi concilio iudicatum atteſtatus, quod literarum lator de conſuetudine mercatorum Antwerpienſium non habeat actionem: verum huiuſmodi conſuetudine hoc illi clauſulæ tributum eſſe; vt vigore illius, ſi interueniat iuſta cauſa ſeu titulus, ſine ceſſione, ius exercendæ actionis, proprio nomine & ad propriã vtilitatem, in accipientem tranſeat: vbi vero iuſta cauſa ſeu titulus non ſubſit, nihilominus tamen ius exhibendi recipiendique ſolutionem, ad vtilitatem domini, competat ſyngrapham ferenti, iure mandati quamuis præter literarum traditionem nullum aliud mandatum interueniat, quod alioqui, ſubſiſtente etiã titulo, ſine ceſſione, ex iuris com. diſpoſitione, transferri non potuiſſet, per *l.* 2 *C. quand. fiſc. vel pr. nat.* ita quod clauſulæ huius vis, quatenus per conſuetudinem pro faciliore commuta-

Digitized by Google

mutationum ſeu commerciorum exitu eſt ampliata, tantum verſetur in relaxatione ſolennitatis quæ à iure com. in exactione vel tranſactiones nominis requiritur: circa originem autem & cauſam obligationis ſeu acquiſitionis ex iure *com. nihil immutet, Leonin conſ. 13. num* 1. In mores vero patriæ ſuæ receptum, vt ex ea clauſula, & ſine mandato, petere quiuis poſſit, vt intelligatur pluſquam ad ſolutionem eam valere: & quodam genere obligationis quoque capacē eſſe qui ea nitatur Curt Brug. *li. 2 qu. ad ſi ar. c 11. c. 35 & li. 3 c 3 c. 18. & 42 & li. 1. coniectur.* ad Viuid. *c 5 & lib 2. ca 1. in diuerſis facti ſpeciebus* declarando latiſſ. Quinimo hoc caſu, ſi probetur apocham exhibenti eam, per creditorem, traditaam fuiſſe, agi poſſe de iure reſpondit Decian. *d. conſ. 68. cum ſeqq.* præſertim per doctrinam Bart. *in l. Labeo. §. vlt num. 5. ff de pact. violentis*, quod ſi tradidi tibi inſtrumentum in quo tu & alius quiſpiā mihi obligati ſimul etatis, videor remittere tibi debitum, tibique ſimul cedere actionem illam, quam in eodem inſtrumento aduerſus alium habueram. Dixi cum Damhoud. *in loc. com. par. tit. cedere & tradere.* ſequiturque eandem doctrinam nouiſſ Monter. *dec. 36. num. 57.* & Strach. *d tract. de adiect. part 4. quæſt. 8. ſub n. 3.* cum ſeqq. dum idem quod Decian. per alia etiam fundamenta voluit. Sed & Rebuff. *tom. 1. conſtit. reg tract. de liter. oblig artic. 1 gloſſ. 934* ſecundum hæc in princ. dicuntur, & poſt alios quoſdam à me ibidem relatos, ſcribit non requiri quod is, qui defert inſtrumentum, probet ſibi eſſe à creditore traditum; quia cū habeat, præſumatur ſibi traditū. Sequiturq; Peck *de iur ſiſtend. c 4 n. 5. ad fin* id quod voluit & Strach. *d. quæſtion. num. 9. cum ſeqq.* declarando & limitando latius. Ibidemque *num.* 10. in fin ſubiungit cautelam, quam probat & Rebuff. ex SC. *d. tract. de lit oblig art. 2. gloſſ. 1 nu 75.* vt debitor literas obligatorias & cautionem indemnitatis exigat, ſequiturque Peck *d. c. 3. ſub n. 5.*

c. *Quæcunque velet.*) Non poteſt tamen reddendo debitori chirographum ei acceptum ferre, vt poſt Alex *conſ. 95 in fin. libr. 3. & in l. cum qui ita §. qui ſibi in fin.* & inibi Iaſon. *ſub num. 12. ff. de verb. obligatio.* Decian. *d. conſ. 68. n 3. & ſub num. 13. vbi num. 4.* poſt Alex. *di. conſ. 95 nu. 7. cum ſeq.* & Pariſ. *conſ. 107. num. 132. lib. 3.* non poſſe aliud pro alio, ſine conſenſu creditoris, recipere in vim ſolutionis Ibidemque *num.* 5 nec poſſe fideiuſſorem admittere, per *l. ſi mihi aut Titio decem 24 ff. de fideiuſſ.* nec ei ſuo nomine conſtitui, *l ſed et ſi filiofam. 7. §. 1. ff. de conſti. pecu* neque pignora ei obligari, *l. ſi qui promiſit. de pignor.* De quibus etiam Gomez. *variar. reſol. lib. 2 cap. 11 ſub nu. 20.* & latius Strach. *d tract de adiect. ad fin part. 1. verſ poſtremò adieci, præſertim num. 49. cum ſeqq.*

CAPVT XCVIII.

De ſeſe adiungendo & immiſcendo Proceſſui.

SVMMAE.

1 *Proceſſui ſe immiſcere poteſt, qui intereſſe patitur.*
2 *Adiunctus pro ſe admittit, quæ pars, cui adhæret premiſit.*
3 *Adiunctus ſuam partem in omnibus commitat.*
4 *Adiunctus proceſſum producit, quando partem de colluſione ſuſpectum habet.*
5 *Adiuncti nomen in proceſſibus non exprimitur.*
6 *Adiunctus cum ſua parte, aut lucri, aut damni particeps erit.*
7 *Poſt ſententiam ſera erit adiunctio, niſi, &c.*
8 *Poſt ſecundam ſententiam, ignarus tertiæ appellationi, ſe immiſceri poterit.*
9 *Fiſcus ex officio ſe alterutri partium adiungit, quando, & vbi volet.*

IN Principio libri diximus in omni iudicio requiri tres perſonas, ſcilicet, Actorem, Reum, & Iudicem. Sed contingit vt alterutri priorum ſeſe adiungat (*a*) & altera perſona, non quidem alia (*b*) iuxta cauſam, ſed tantum ſecundum numerum.

1 Quiſquis igitur damnum aliquod, aut Intereſſe (*c*) ex cauſa proceſſus prætendere volet, is cum alterutra partium in iudicio ſeſe coniungere poterit, ad damnum ſuum, & intereſſe recuperandum, aut repellendum qualiſcunque (*d*) is proceſſus etiam fuerit, in qua materia, ſub quo Iudice, (*e*) & etiam poſt ſententiam latam.

Quod ſi ſe Parti coniunxerit, ſiue ante, ſiue poſt litiſ-conteſtationem. (*f*) is impendit omnia, & rata habeat. (*g*) & pro ſe dicta factaque putat, quæ pars cui adhæret, reſpondit & egit, abſque eo quod ad principalem cauſam nullam defenſionem paret, ſed quod tantum teſtimonia producat, (*h*). 2

Iuuat-

Digitized by Google

3 Iuuat quoque partem, ſuſtinere ſuam ęquitatem, idque ad maiorem confirmationem ſui damni aut intereſſe, aut reijciendi, ſi quod metueret, aut recuperandi, ſi quod paſſus fuiſſet.

4 Aut ipſemet cauſam producit, (*i*) veluti coniunctus, potiſſimum quando ipſa eadem Pars eſt ſuſpecta, aut quando obſeruat quaſdam colluſiones, aut etiam quando partem eandem non ſatis debitè & dignè cauſam producere conſpicit.

5 Sed quamuis adiunctus, ita tunc proceſſum producit & peragit, in nullis tamen locis, aut actibus, de eo adiuncto mentionem facturus erit, ſed ne in principali quidem ſententia, quia hic principalis non eſt. Deinde ipſa ſententia debet eſſe conformis cum libello, & cum nominibus partium, in principio proceſſus præmiſſarum, vt habet text. *in cap. Licet, Heli. de ſimonia, l. Vt fundus, ff. communi diuidun. l. Si preſes, cum ibi notatis, ff. de pœnis, l. finali, C. de fidei commiſſa.* quibus text. probatur. Quod ſententia debet eſſe conformis libello. Vide Socinum in tractatu ſuo fallentiarum, in regula 357. Incip. Sententia, fol. 161.

6 Nihilominus quamuis ipſius adhærentis nomen in ſententia (*k*) non exprimatur, eadem tamen ſententia per conſequentiam ipſi adhærēti aut profuerit, aut ipſi præiudicio, vel damno erit.

7 Si autem is tandem venerit, ſeſe adiuncturus poſt ſententiam latam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, (*l*) is ſerò venerit, dum prius de eo proceſſu intentato conſcius fuerit. Verùm ſi de eo non prænouiſſet, (*m*) is tunc à ſententia appellare poterit.

8 Sed ſi ſententia illa à Parte ſuſpenſa fuerit per appellationem, tunc tempori venit, vt ſeſe adiungat, (*n*) etiam ſi duæ ſententiæ (*o*) ſucceſſiuè fuiſſent prolatæ, dummodo nec de proceſſu, nec de ſententiis prius quicquam prænouiſſet.

9 Procurator generalis nunc vni, nunc alteri partium ſeſe adiungit, propter Emendam & intereſſe Iuſtitiæ, in quocunque ſtatu etiam cauſæ fuerint. Aliquando autem ſic ſe adiungit, & cauſam aſſumit, quando materia ad hoc ipſi videtur diſpoſita, (*p*) aliquando verò ſe adiungit, quando ipſi hoc ad efficiendum ab Aula commiſſum, & mandatum fuerit.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI
IN CAPVT XCVIII.

a. ADiungat.) Si enim tertius pro ſuo iure & intereſſe principaliter ingrederetur iudicium, inter duos iam collitigantes cœptum, de rei alicuius dominio, non autem ad defendendum reum, audiendus quidem erit, ſed ita, vt nullo momento impediatur litis examen, & definitio inter actorem & reum, quo ad ipſorum præiudicium & commodum, ſecundum *l. is à quo fundus, 57. ff. de rei vendit. & l penult. ff de petit. hered.* poſt Couarr. pract. *quæſt. cap. 14 num. 4. verſ nos verò,* alioſque Fachin. *controuerſ. iur. libr. 1. cap. 5. toto.* Cardin. Put. declarando, *dec. 269. & dec. 513 num. 2. libr. 2. exacte è SC.* Vinc de Franc. iuſta *dec 261.* licet contrà, poſt alios Menoch. *conſ. 488. num. 8. cum ſeq.* Conſtal. *in d. l. is à quo, in princip.* Viu. *dec. 291. num. 1.*

b. *Non quidem alia*) Adhærens enim non eſt perſona per ſe, ſed eſt adminiculum, vt declarat latiùs Bald. *in authent. hodie, numer. 9. verſ. & not. quod omnibus C. de appell.* Nam qui adhæret alteri, vnus eſt cum eo: & de connexis idem iudicium eſt habendum, vt probat Anchor. *in cap. vt circa ſub num. 5. de elect. & elect. p. in 6* Hartman. *libr. 2. obſer. 10. tit. 5. in fin.* vbi tamen, quando tertius pro ſuo intereſſe appellationem proſequitur, omnino aliam perſonam eſſe, *per c. cum ſuper, & inibi.* Pan. *num. 13 de re iudic.*

c. *Intereſſe.*) Text. *in d. cap. veniens. 38. vbi Dect. de teſtib.* Oldrad. *conſ. 255 num. 4.* Gomez, *var. reſol. tom. 2. cap. 2 ſub num. 69. verſ. confirmatur per tex.* Tiraq. *in tit. reſ. int. alios act. al. non præiud. verſ. 2.* declara hanc primam limitationem, Menoch. *de arb. iud. libr. 2 caſu 18. num. 1.* Rebuff. *ad conſtit. reg. tom. 3. tract. de adiunct. & ſubſcript. art. 1. gloſſ. 1. ſub num. 9. & art. 2 gloſſ. 1. num. 3. cum ſeqq.* Hartman. latè *tit. 5. obſeru. 10. in princ.* vbi nunquam audiri, niſi probet de ſuo intereſſe, etiam incontinenti arbitrio iudicis, *per d. c. veniens, 38.* & inibi Panorm. *de teſtibus.* Menoch declarando, *d. libr 2. cent. 3. caſ. 18 num. 4. cum ſeq.* Ludou. Lucenſ. *dec. 34. num. 16.* Idque ſummariè Bart. in *l. à Diuo Pio. § ſi ſuper rebus,* per illum text. *num. 1. ff. de re iud.* Panorm. *num. 9,* Felin. *num. 13. in d. c veniens,* idemque Felin. *in c. cum ſuper num. 16 de re iudic.* Chaſſen. *ad conſuetu. Bourg tit. 5. §. gloſſ. vlt. in verb. ſi non num. 3. ad fin.* Vant. *de nullit. proceſſ. tit. quis poſſ. dicer. de null. nu. 24.* Gomez, *d. cap. 2. ſub num. 69. verſ* aduertendum tamen quod Rebuff. *d art. 2. gloſſ. 1. ſub num. 5.* Gilman. came Impe. *dec. 43 ſub num. 168. in princ. dec. correferentis, lib 2.* Couar. *pract. quæſt. c. 16. ſub num. 1.* Oſaſc. *dec. 38. num 4. in fin. cum ſeq.* Burſat. *conſ. 362. ſub num. 29.* Mynſing. *cent. 2. obſ 1, 1. num. 3.* Viu. *dec. 291. num. 2. & 3.* Gail. *libr. 1. obſ 69. num. 4. cum ſeq. & obſ. 70 num. 23* Maſcard. latiſſ. de probat. *libr. 2. concluſ 929 num. 6. cum ſeq. vbi num 7.* poſt Bellam. *dec. 545.* ſi tamen admitteretur tertius

valere

Digitized by Google

valere proceſſum. Alioqui ferendos non eſſe in iudicio quorum non intereſt, Crauett. *conſ.* 494. *num.* 5. latiſſ. Viu. limitando *d. dec.* 291 *num.* 3, *in fin* 5. & 8. cum ſeqq.

d. *Qualiſcunque.*) Etiam criminalis, *vt poſt Bal l in authent. nunc ſi hæres num*, 2. & *ad eum apoſt.* C. *de litigioſ.* Crauett. *conſ.* 14. *n.* 2, voluitque Bellam. *d. dec.* 545.

e. *Sub quo iudice.*) Etiam delegato; ratione connexitatis, arg *tit. ff.* de quibus *reb. ad eund. iud. eat.* & ne continentia cauſæ diuidatur, *l. nulli.* vbi communiter *doct. C. de iud*, vt latiùs probat Gail. *d. obſ.* 70. *n.* 2. cum ſeq. Menoch. declarando, *d. conſ.* 483. *ſub num* 4.

f. *Siue poſt litiſconteſtationem*) Hartman. *d. obſ.* 10. *in princ.* Poſſe tertium ſe adiungere liti, in principio, medio, & fin. Gail. *d. obſ.* 70 *num.* 4. vel quolibet tempore Rebuff. *tom.* 3. *conſtitut. reg. tractat. de arreſt* & *oppoſit. art.* 1. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 12. Crauett. copioſè *d. conſ.* 14. *num.* 3 Burſat omnes in hoc cõuenire aſſerens *d. conſ.* 362. *num* 28. etiam poſt ſententiam, & in appellationis inſtantia Gilman. *d. dec.* 43 *ſub numer.* 68 *poſt princ. deciſ. correferentis, libr.* 2.

g. *Rata habet.*) Afflict. *deciſ.* 235. *numer.* 4. Chaſſen. latè *d* §. 3. *gloſſ. vltim. numer.* 5. *ad fin.* cum ſeqq.

h. *Teſtimonia producit.*) Poſſe in hac defenſione allegare & probare omnia, quæ nec allegauit nec probauit ipſe principalis, ſi ad cauſæ defenſionem conducant, poſt gloſſ. *in d. l. ſi ſuſpecta*, 29. *in verb. a leſſe, ff. de inoff. teſtam.* Gail. *lib.* 1 *obſeruat.* 71 *num.* 15 Menoch. *d. conſ.* 488 *num.* 5. Meichſner. *dec.* 6. *n.* 38. *verſ quando igitur. tom.* 3. poſt Couarr. *ex comp. pract. quæſt cap.* 13. *num.* 1. *ad fin.* vbi è praxi *num* 2. & *cap.* 14. *num.* 2. in fin. cum ſeq. ſecus ſi ſint in cauſa teſtes publicati, vel concluſum; idemque Meichſner. *ſub d. verſ. quando igitur*, & *dec.* 32 *ſub num.* 1. *eod. tom.* 3. declarando latiùs vt & Gail. *d obſ.* 71. *num.* 12. cum ſeqq. reiecta tamen diſtinctione (ſcientiæ vel ignorantiæ) Bart. *in l ſi prolixſorio, de appel* licet eam poſt Panor. *num.* 7. *Felin num.* 18. *in d cap. veniens*, & Afflict. *d. dec.* 235. *num.* 1. & *ſub nu* 4. ſequatur & Rebuff. *d. tract. de areſt.* & *oppoſit. art.* 1 *gloſſ.* 1. *num* 15. Crauett. *d. conſ.* 14 *num.* 5. Burſat. *d. conſ.* 362. *ſub num.* 28. Magon. Luc. *dec* 96. *num.* 23. *cum ſeq. vbi num.* 25. voluit etiam poſſe tertium de nouo omnia inchoare, Verùm quòd renouari nõ debeat ſtatus proceſſus, ſed admitti tertius in eo ſtatu in quo reperit cauſam poſt Alex. *conſ.* 81, *num* 6 *l. b.* 1. aliosque Crauett. declarando *d. conſ.* 14 *num.* 4. & *ſub num.* 6 7 & 8. & *conſ.* 220. *num.* 8. Rebuff. *d. tract. de adiunct.* & *ſubſcript. ar.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 15. & *d tract. de areſt.* & *oppoſit art.* 1 *gloſſ.* 1. *num.* 9. Natt. *conſ.* 457. *num.* 1. Couarr. declarando *d. conſ. cap.* 13. *num.* 2. *verſ. quorum ſententia*, Gail. *d obſ.* 71. *num.* 1. Meichſner. *d. dec* 32. *n* 1. Men. *d. conſ.* 488. *n.* 6. & *de arbit. iud. lib.* 2. *caſu* 18 *num.* 2.

i. *Producit.* Chaſſen. limitando, *d.* §. 3. *gl ſſ vlt nu.* 5. *verſ. ſi verò tertius n. lit.* Rebuff. *d. tract. de areſt.* & *oppoſit. art* 1 *gloſſ* 1. *num.* 8. *ad fin.* dum in hac materia oppoſitionum tres caſus diſtinguũt & ſubſtinguũt (licet diuerſo modo) qui præcipuè declarent totam hanc materiam vt & Hart. *d obſ.* 10. *verſ.* & *p. teſt*, Gail. *d. obſer.* 70. *num.* 19. & *ſeq.* & poſt alios Burſ *d. conſ* 362 *num.* 21. cum ſeqq. & Menoch addens 4. caſum, de quo ille ibidem reſpondet *d. conſ.* 488 *num.* 4. cum ſeqq. Neque hic omittendum, quod & curiæ Pariſienſis decreto contineri teſtatur Coſtal. *ad l eum quem* 79. *ad fin. ff. de iud.* eum qui litigantium alteri ſurrogatus eſt, ſi cadat cauſa, etiam anterioris temporis expenſas debere: cum ſua enim cauſa iudicium ſuſcepiſſe videri.

k. *Nomen in ſententia.*) In camera tamen Imp. in exordio, ſententiæ fieri ſemper mentionem tam interuenientis quam principalis, Gail. *d obſer.* 71. *n.* 20. Ex quo eius enunciato comprobat Menoch. *d. conſ* 488. *ſub num* 6. vna eademque ſententia diffiniri debere, tam cauſam huiuſmodi tertij aſſiſtentis, quam ipſorum prius collitigantium; cum ſit vna & eadem lis & cauſa, vt & noſtris moribus obſeruari notum eſt.

l. *In rem iudicatam*) Bald *conſ.* 149 *lib.* 3. toto Felin. *in d. cap. veniens*, 38. *numer.* 5 Couarr. *pract. quæſtione cap.* 15. *num.* 8. *cum ſeqq.* & *cap.* 16. toto Gail. quoque latiſſ. *d. obſ.* 70. *num.* 1. 15. cum ſeqq.

m. *Non prouenuiſſet.*) Boër. limitando, *dec* 79 *nu.* 4. Et vbi condemnatus appellare potuit, & appellare omiſit, tertius appellare iure poterit intra decem dies, à tempore quo ſciuerit ſententiam latam, Couarr *d. cap.* 15. *num.* 8. Crauett. *con.* 278. *num* 1. *verſ.* 4. dico poſito Natt. *d. conſ.* 457. *num.* 2. Hartman. *d. obſ.* 10 *verſ* & *quia in eadem*, vbi poſt Panorm. *in d. cap. cum ſuper num.* 5. *de re iud.* & alios neceſſe inſuper eſſe vt exprimatur cauſa, cur ſua ſcilicet interſit appellare, nec ſufficere ſi dicatur, appello ab iniqua ſententia; etiam ſi appelletur à deffinitiua, cuius appellatione alias cauſæ expreſſio non requiratur; Gail. declarando, *d. libr.* 1 *obſ* 122. *ſub num.* 5. Viu. *d. dec.* 291 *num* 6 vbi poſt Matheſil. cum apoſtill *ſingul* (*mihi*) 124. *cui init. not. regulam qua cauetur.* aliosque, debere etiam probari cauſam ſaltem ſemiplenè, antequam ad vlteriora procedatur.

n. *Adiungat.*) Oldrad declarando *d conſ.* 255. *ſub num.* 4. Chaſſan *d* §. 3 *gloſſ vlt. num* 6. *ſub verſ. quod autem*, Crauett *d. conſ.* 14 *num.* 4. *verſ.* 4. *dico* Gail. *d. obſ.* 70 *ſub num.* 4. *cum ſeqq* & *d. obſ.* 122. *num* 4. *in fin.*

Digitized by Google

in fin. cum ſeq. vbi hoc caſu appellare quidem intra decendium non teneri interuenientem, ſed tamen medio temporis, alterius appellationi adhærere, & interpoſitam per alium appellationem debere ratam habere, per *text. in leg. bonorum, ff. rem rat. hab. in cap. vt circa.* 4. vbi gloſ. *in verb. adhærentes, in fin. de elect. lib.* 6. Bald. *in authent hodie. num.* 9. *Cod de appellat.* Vant. *de nullit. tit. quis poſſ. dicer. de nullit at. num.* 26. aliosque. Contra tamen, ſi victus principalis ſuo nomine appellauerit, quam appellationem tertius pro ſuo intereſſe proſequi velit, vt poſſit, etiamſi infra decem dies appellationem non ratificauerit, Hartman. latè *lib.* 2. *tit.* 5. *obſerua.* 10. *verſus fin.* vbi Bald. qui ſupra opinationem veram exiſtimat, quando quis alieno nomine appellauit. quia tunc neceſſe ſit, vt is cuius nomine appellatum eſt, mox intra decem dies appellationem ratificet; ſecundum Alex. quoque *conſ.* 10. *num.* 3. *lib.* 2. idemque Alex. cod. *lib.* 2. *conſ.* 135. *num.* 6. Guid. *dec.* 13. *numer.* 1. Crauett. declarando *dict. conſ.* 278. *in princ. & num.* 1. *verſ.* 4. dico poſito. Alioqui certè tertius iſte, adiunctione vel interuentu ſuo, ſatis ratificare videtur, vt & ſupra comprobauimus.

o. *Duæ ſententiæ.*) Sic & tertium poſſe, pro ſuo intereſſe; à qualibet ſententia contra principalem lata appellare, & ſi à prima ſententia lata in cauſa principali non appellauit, poſſe à ſecunda in appellationis cauſa lata appellare: ſatis enim eſſe; quod non tranſierit in iudicatum ſententia; etiamſi præſens fuerit ille tertius, cauſamque agi permiſſerit, Hartman. *dict. obſeruat.* 10. *verſ item* 3. *poteſt.* vbi tamen, poſt Bartol. *in leg à ſententia, num.* 7. *& ſeq. Digeſtis de appellat.* Iunic. *numer.* 1. & Panormit. *numer.* 15. *cum ſeq. in dict. cap. cum ſuper. de re iud.* ſecus ſi condemnatus appellare non poſſit, eo quod ter appellare non liceat, quia nec tertius poſſit ſi ſciuerit cauſam tractari ante illam tertiam ſententiam, aliter atque ſi hoc ignorauerit, idemque Felin. *in dict. cap. cum ſuper numer.* 11. Rebuff. *dict. tracta. de arreſt. & oppoſit. articul.* 1. *gloſſ.* 2. *numer.* 2. Natt. *dict. conſ.* 457. *ſub numer.* 2. Burſat. *dict conſ.* 362. *numer.* 29. Mynſing. *conſil.* 47. *ſub numer.* 16. Gail. *libr.* 1. *obſeruation.* 72 *numer.* 2. Couarr. *dict. cap.* 15. *numer* 3 *ſub numer.* 4. *&* 8 vbi tamen damnum illud & præiudicium quod ratione ſcientiæ, ſententia inter alios lata infert aliis; omninò tolli atque euitari, ſi coram iudice proteſtatus quis fuerit, ſe conſentire minime in illius cauſæ examinationem; quodque nullum ſibi paretur præiudicium: quinimo proteſtationem etiam extra iudicialem ſufficere, dummodò iudici innoteſcat vel parti, Meichſner. limitando *dict. dec.* 32. *numer.* 1. *verſ. non puto & num. ſeqq.* poſt Bart. *in leg. ſæpè §. ſed ſcientibus in* 5. *&* 8. *quæſt.* Ibidemque Alex. *num.* 18. *ff. de re iud.* Panormit. *num* 8. Felin. *num.* 15. *in ca. quamuis ext. eod.*

p. *Videbitur diſpoſita.*) Rebuff. *dict. tractat. de adiunct. & ſubſcript. artic.* 1. *gloſſ.* 1. *vbi num.* 5. *cum ſequentibus* quæ requirantur antequam poſsit. ſe adiungere. Eſtque apud nos, in eam rem *articul.* 103. *ordinat. curi. Brabant.* & ad declarationem eorum quæ hic ſequuntur, *articul.* 78. cum ſequentibus ibidemque *articul.* 123. Fiſcalem aduocatum non debere pro priuatis poſtulare, vt & text. *eſt in leg. iij. & le. vltim. & inibi* Bald. in fin. *Cod. ne fiſc. vel reſpon* Rouil. in iuſtiti. atque iniuſtit. *compend. libr* 3. *cap* 6. *verſ. nec debet.* vbi latius de fiſci aduocato & procuratore, & qualiter ſe in officiis habere debeant. Vt & priuilegia in eorum gratiam conceſſit accuratiſſ. Rebuff. ad concordat. reg. Franc. tit. *de elect. derogat. ad verb. regium aduocatum.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XCIX.

De ſatiſdatione, aut cautione facienda.

S V M M AE.

1 *Actor conſtituet Cautionem ſic* { *Fideiuſſoriam de lite proſequenda, ſi poteſt.* *&*
2 *Iuratoriam de lite proſequenda ſi alteram non poteſt.*
3 *Reus Cautionem conſtituet.* { *Fideiuſſoriam de lite proſequenda, ſi poteſt.* *&*
4 *Iuratoriam, de lite perſequenda, ſi alteram non poteſt.*
5 *Actoris Cautio conſtituenda deſiit, quia nunc proceditur per ipſius defectum.*
6 *Actor extraneus, ſine agris & domicilijs, Cautionem conſtituere debet.*
7 *Reus extraneus, & arreſtatus tenetur ad Cautionem, niſi agros ibidem habeat.*
8 *Partes quæ fideiuſſoriam Cautionem præſtare non poſſunt, cum iuratoria ſatisfaciunt.*
9 *Mercatores de quibus nulla eſt ſuſpitio fugæ, à Cautione ſunt liberi.*
10 *Quando ante litiſconteſtationem definitiua obtineri poteſt, Cautio non eſt neceſſaria.*
11 *Cautio ante litiſconteſtationem facienda, niſi, &c.*
12 *In Curijs feudalibus, nihilante Cautionem agere licet.*

1 OLim Iuris, & receptæ conſuetudinis fuit, vt Actor qui agere, & proceſſum inſtituere vellet, primo Cautionem fideiuſſoriam conſtitueret, quod litem incipiendam producturus eſſet ad finem. *Authentica, Generaliter, Cod de Epiſcop. & cleric. & in Authentica*, vnde d. Authentica deſumpta eſt, de litigioſis, §. *Ad excludendas, colla. 8. conſtitut. 7.* Ita tenet D. And. Alciat. in ſuo compendio (a) iudiciarij proceſſus, *titulo, de ſatiſdation. ſub ver. Satiſdatio.* Actoris conſiſtit in multis, in initio *num. 1.* Et ſi poſtea compertum eſſet, ipſum, malè cum inſtituiſſe proceſſum, & iniquam fouiſſe cauſam, debebat Reo cedere decimam aut minimam partem cauſæ litigioſæ D. Andre. Alciat Loco iamiam citato, *n. 2.*

2 Verùm ſi Actor iuramento comprobaſſet ſe prædictam cautionem fideiuſſoriam inuenire, aut conſtituere non poſſe, tunc ſufficiebat, ſi per Cautionem iuratoriam affirmaret ſe iuſtam ſuã cauſam ad finem vſque producturum, idque etiam placet D. Andr. Alciat loco ſuprà allegato, *n 3.*

3 Similiter Reus poſt acceptum libellum debebat conſtituere Cautionem fideiuſſoriam, de continuando ſuam defenſionem vſq; ad finem, §. *Sed hodie, inſtit de ſatiſdationib.* Huic ſubſcribit etiam D. An. Alcia. libro & loco præallegatis, *ſub verb ſatiſdatio rei, circa quam multa conſiderantur, in exordio, n. 1.*

4 Sed ſi fortaſſis hic habuiſſet agros, aut fundos, aut poſſediſſet immobilia, ſub iuriſdictione eiuſdem Iudicis. *leg. ſciendum in principio ff. Qui ſatiſda. cogantur*, hoc modo ſuſtinet D. Andr. Alciat. paſſu immediate allegato. *numer. 2.* Aut ſi iuramento aſſeueraſſet ſe non poſſe præſtare Cautionem fideiuſſoriam, his duobus caſibus ſufficiebat ſola conſtitutio Cautionis iuratoriæ, *l. 1. §. Super peculio. ver. omnes, & verſ. ſin verò, Cod. de aſſertione tollenda.* Veruntamen ſi Reus de fuga fuiſſet ſuſpectus, debebat tria præſtare, ſcilicet, aut omnimodam & ſufficientem dare cautionem, aut tradere pignora, aut permittere ſequæſtrationem bonorum, de quibus lis intentata fuit.

Sed de hac Cautione præſtanda, potiſſimum de Cautione actoris, deſijt (*b*) illa conſuetudo. Quia ſi Actor litem intermittat, & non producat vlterius, proceditur contra ipſum per defectum, & contumaciam, ſicuti ſuprà abundè ſatis commonſtrauimus. 5

Attamen ſi Actor eſſet extraneus (*c*) aut peregrinus, aut vagis inerrans ſedibus, nullum certum habens domicilium, nullumque fundum proprium in eadem iudicis iuriſdictione poſſidens, tunc Reus citatus petere ab eo poterit ſufficientem Cautioné fideiuſſoriam, qua ſe ſubmittet, & ſtatuet Iudicio, deindevt in eadẽ iuriſdictione eligat certũ quaſi habitationis domicilių̃ (*d*) Quæ omnia tũc iudex ipſi denegare nõ poterit, ſed potius conſentire debebit niſi ibidem condignos agros, aut fundos (*e*) poſſideat, quos tunc pro Cautione opignorare (*f*) poterit. 6

Sic etiam Reus extraneus & arreſtatus, cogi poterit ad ſufficientem Cautionem fideiuſſoriam, 7
& ad

Digitized by Google

& ad domicilium eligendum, in loco (*g*) vbi aut citatus, aut arreſtatus fuerit, niſi & hic quoq; in eodẽ loco ſufficientes (*h*) agros, aut fundos habeat.

8 Sed quoties alteruter (*i*) iura (*k*) ſeſe Cautionem fideiuſſoriam præſtare non poſſe, tunc ab ea liberatur per Cautionem iuratoriam. (*l*) quæ tunc ſufficiens habetur, ne ſcilicet, ob defectum vllius cautionis conſtituendæ, à ſuo iure indignè reiectetur, aut repellatur, *d.l. Prima.* §. *Si per peculio verſ omnes, & verſ Sin verò, Cod. de ſerti o. e tollenda*: Cautio enim iuratoria ſuccedit loco fideiuſſoriæ Cautionis Bald. *in Authẽtica, Generaliter, n. 4. C. de Epiſcop. & cleric.*

9 A ſimili quoque, ſi Mercator extraneus, qui in eadem iuriſdictione, aut etiã in regione eadẽ, ſuas merces, eaſque plurimas, & bonorum mobilium ingentem copiam, & debitores (*m*) multos, per quæ apparenter conſtat, & colligitur ipſum non libenter eaſdem merces, bona mobilia, aut debitores ſuos deſerturum, tunc eo caſu non tenetur Cautionem conſtituere de ſe Iudicio ſiſtendo, neque de iudicato ſoluendo. Ita tenet D. Ioan. Baptiſta Caccialupus in ſuo vtili tractatu, de debitore ſuſpecto & fugitiuo, ſub primo quæſito, num. 10. poſt alios Scribentes, quem per ocium videre, ibi enim tractat Mercator q is de iudicio ſiſti & ſatiſdare teneatur, & quis non.

Item in quibuſdam cauſis, in quibus procedi, aut definitiua obtineri poteſt, ſine vlla litiſconteſtatione, in iis quoq; neutra partium compelli (*n*) debet ad Cautionem præſtandam. 10

Quia omnis iſthæc Cautio aut ſatiſdatio, debet ſecundum praxim peti, & conſtitui ante omnem litiſconteſtationem. (*o*) quæ ſi non fuerit neceſſaria, neque etiam ipſa Cautio aut Satiſdatio quoque neceſſaria fuerit Sed iſtud intelligendum erit, ſi qui incola fuit, iam non ſit factus extraneus, & vagabundus poſtea euaſerit, in eo enim caſu, etiam poſt litiſconteſtationem, Cautio ſiue ſatiſdatio peti poterit, ſatiſdari enim poteſt in quacunque parte iudicij, teſte D. Iohanne Bettachino, in ſuo ſingulariſſimo tractatu Gabellarum, tributorum atque Vectigalium, in tertio membro octauæ partis principalis, *fol. 72. n. 38.* 11

In Curiis autem feudalibus, praxi & iure conſuetudinario receptum eſt, vt nulli loqui liceat, aut agendo, aut defendendo, niſi prius Cautionem debitam conſtituiſſet ad arbitrium, & voluntatem Domini, & pro iudicato partium ſoluendo, & proque ſoluendis mulctis, & expenſis iuridicis, niſi is haberet aut feuda, aut alia ſufficiẽtia bona, eidem Curiæ feudali ſubiecta. 12

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT XCIX.

a. IN *ſuo compendio.*) Ne quis hic cum auctore exiſtimet, hoc compendium eſſe Andr. Alciat. de eo ipſemet ſic teſtatur in epiſtola liminari *ad tit. ff. de reb. cre. l. ſi cert. pet.* ſuperiore anno (inquiens Speculatoris epitomen ab aliquo ſtudioſo in vſum ſuum confectam, addito titulo ceu Alciat. practicam ediderũt: atqui eiuſmodi librum me cõpoſiturum nec ſomniaui vnquam & quæ ſequũtur.

b. *Deſiit*) Duplicem antiquo iure ab actore exactam fuiſſe cautionem, primam, de lite infra duos menſes conteſtanda, *vt in Authentic libellum, Cod. de litiſconteſt.* alteram, quod perſiſteret vſque ad finem litis, atque in caſu ſuccumbentiæ ſolueret decimam litis partem nomine expenſarum, vt in adducta *Authent generaliter*, & in adducto §. *ad excludendas.* quodque hodie ex cõſuetudine non ſeruentur, nec ſint in vſu, tradit *gloſſ. 1. in §. ſed hodie inſtit. & ſatiſdat.* ſequiturque inibi Fab. (atteſtatus nunquam vidiſſe alicubi ſeruari ſub *num. 1.* aliique & poſt Bart. & alios Caſtrenſ. *in d. Authentica generaliter in princ.* Viu. copioſe *dec. 11. num. 19.* Muſcat. prax. ciuil. *par 3 gloſſ. verb. expenſis, ſub num. 2.* addens tamen hoc ſe credere verum, quod non ſint in vſu quo ad primam ſatiſdationem; item quòad ſecundam, quantum ad formam datam per illam authent. ſed ipſa ſecunda cautio de per ſe, de expẽſis nimirum reficiendis in caſu ſuccumbentiæ, bene ſit in vſu, & obſeruetur in recenti practica, in quolibet tribunali, vt reo petenti hanc cautionem, actor teneatur præſtare, & quando fideiuſſores nõ inuenerit ſtetur iuratoriꝫ ſuꝫ cautioni, iuxta *d. Authent. generaliter*, & *d.* §. *ad excludendas.* Id quod neque noſtris moribus diſſonat, vt indicauimus ſupra latius, *cap. 67 ad verb. & de iudicato. ſoluendo. verſus fin.*

c. *Extraneus*) Sic actorem, ad præſtandam huiuſmodi cautionem de expẽſis in caſu ſuccumbentiæ, non teneri, niſi alterius eſſet fori, neque ſubditus iuriſdictioni iudicantis, Viu. è conſuetudine vniuerſali, & ſtylo omnium curiarum *d. dec. 11. n. 19. in fin. cum ſeq.*

d. *Domicilium*) Apud Gallos qui conuenitur, cauere non debere litem peractum iri, aut tempore ferendæ ſententiæ ad futurum ſe iudicio: ſed vterque litigatorum ritè poſtulat in exordio litis, vt alter domicilium eligat in fori territorio, vbi requiratur quoties in ius ipſe vocandus erit: vt ſi teſtes ab aduerſario producantur, vel exempla ex originalibus deducantur, &c. Baro *ad inſtit. tit. de ſatiſdat. comment partic. 2. in princ.* idemque voluit

Digitized by Google

luit poſt alios & Imbert.*inſtit.forenſ.lib.1.cap.* 30. ſub init.

e. *Fundos.*) Immobilia poſſidentem releuari à ſatiſdatione iudició ſiſti;quia ceſſet fugæ ſuſpicio. *l. ſciendum*,1 c.& inibi poſt alios Socin. princip, limitando *num* 12. & ſequent.Coſtal. declarando *ff. qui ſatiſd cog.* Aurel.noue declarãdo,*lib* 3.*ſent.iur. cap.*21 Viu.*d.dec.*11.*ſub num* 21. Menoch, *libr.*6. *præſumpt.*69.*num.*15. Marant. *de ord.iud.part* 6. *memb.*8.*num.*3.vbi ſub *num.*11. ſecus in cautione de ſoluendo iudicatum;Iaſ.*in d l.ſciendum,ſub n.*2. *& in l.filiusfam ſub num.*1 *ff qui ſatiſd.cog.* Muſcat. *d part.* 3 *gloſſ verb.expenſis,num.*14.cum ſeqq. Ediuerſo quoque regulam affirmatiuam,quòd iudicio ſiſti cauere teneatur immobilia non poſſidens colligit Iaſ.limitando *num* 3.*Socin* itidem limitando, *n* 3.*&* 11.*in d.l.ſciendum*, Idemque Soc.limitando, in fallent,*reg.*6 *in lit C.*

f. *Oppignorare*) Bart.*num* 7.& poſt alios quoque Iaſ.*ſub num.*6.*in d l ſciendum* vbi tamen nouiſſ. Buſ.*num.*5.*cum ſeqq.*contrà,ſingularem hanc immobilium oppignorationem non requiri; addens poſt Bart.rectè moribus ſeruari, ad obligationem immobilium poſſeſſores ſingularem, non teneri, idemque VVeſenbec. in parat. *ad d tit. qui ſatiſd. cog.num.*11.vbi quod alicubi receptum eſt, vt huiuſmodi poſſeſſores,hoc nomine bona ſua omnia, pignorare expreſſim cogantur,ſuperuacaneum videri.Sic neque iurato promittere cogi poſſeſſores, Bart.*num.*6.& alijs communiter, *in d. l. ſciendum*, ibidemque Buſ.declarando,*num* 3.*cum ſeq.* aſſerẽs hodie promiſcue relinqui ſuæ promiſſioni, vt ſenſit & Fab.è conſuetudine,*in d* §.*ſed hodie.ſub nume.*3. licet contra Iaſ.*num.*6.*poſt gloſſ.* & alios quoſdam *in d. l. ſciendum*, ſed neque noſtris illa moribus diſſonant.

g. *In loco.*) Si tamen ſatiſdationem neceſſariam non poſſit præſtare in loco in quo conuenitur, ad alium eiuſdem prouinciæ locum remittitur, vbi ſatiſdare poſſit,per text.*in l ſi ſatiſd iuſſer*,7.§. ſi neceſſaria *ff. qui ſatiſd cog.* Alex.*conſ.*57.*num.*5.*libr.*3. Boër.declarando *dec* 124.*ad fin.* Muſcat late praxin docendo *d part.*3 *gloſſ verb.expenſis,num.*52 *cum ſeqq.*voluitque Afflict *dec.*147.*ſub num.* 3. *& dec,* 109.*ſub num* 1. Eoque caſu non tenetur actor ſtare eius cautioni iuratoriæ:ſecus ſi eſſet in loco nõ eiuſdem territorij vel prouinciæ; tunc non remitteretur illuc ſed indiſtinctè remitteretur ſibi onus ſatiſdationis,& committeretur ſuæ iuratoriæ cautioni,Socin.poſt Caſtr.& alios *in d.* § *ſi neceſſaria, num.*5.Alex.*d.conſ* 57.*num* 7.*lib.* 3.qua de re etiã Iaſ.poſt alios,*in d.l ſciendum* §.*poſſeſſ n.*1.

h. *Sufficientes.*) Secus ſi vilia quædam poſſideat immobilia,per quæ non arbitraretur iudex ceſſare ſuſpicionem fugæ,Socin.poſt alios,*num.*17.Iaſ. ſimilibus confirmando latiſſ.*ſub num.*2.*& num* 7. *cum ſeqq in d.l ſciendum.* Tiraq de retr.proxim omnium §.1 *gloſſ.*7 *ſub num.*161. Pariſ *conſ.*99.*num* 36. *lib* 3. vbi quoq; de his alijſque huc pertinentibus latius.

i. *Actore non reo.*) Licet aliud velit Caſtrenſ.*in d authent generaliter,ſub num* 1.*in act.reo*,niſi in loco illo poſſideret immobilia.Si tamen inuenerit, præſtare tenebitur,etiamſi in loco immobilia poſſideat actor(non etiam reus) Bart.& Alex,*in l de die* §.*qui mulierem,in fin.*ibidemque *Socin.num* 5.*cum ſeq.ff. qui ſatiſd.cog.* Panor. *in cap.quoniam frequenter,* §. *in alijs num.*2 *verſus fin.* vt hic non conteſt. Marant.*de ord.iud.part* 6 *memb* 8 *n.*16. Muſcat.*d part.* 3.*gl verb expenſis,ſub n.*4.

i. *Iuret.*) Solo enim iuramento probatur impotentia præſtandi fideiuſſores, vt eſt tex.*in authent. generaliter, in verbis & tactis ſacroſanctis euangelijs affirmet ſe fideiuſſorem inuenire non poſſe,C. de epiſcop. & cler.*ibidemque Bald *num* 4,& Salyc.*num.*1.quòd iurat primo,ſe non poſſe fideiubere;deinde ſe litẽ proſecuturum;idemque poſt gloſſ. Caſtr *in l.* 1. *in fin ff.qui ſatiſd cogant* limitando, vt & poſt alios Iaſ ibidem ſub *num* 21. Bald *in l* 1.§.1.*numer.*3. & Alex.*num* 14 *C.de aſſert.tol.* Cott.in memor.verb. iuramentum probat.niſi ex veriſimilibus coniecturis aliud videatur iudici:late Surd. declarando *dec.* 141.*num.*11 vbi poſt Alex *d conſ.*57.*ſub num* 7 *lib.* 3 Guid.*dec* 189.*num.*2.Roland.*conſ.*43. *num* 5.*lib.* 2.alioſque,non eſſe præcisè iurandum, quòd non poſſit inuenire fideiuſſorem, ſed ſufficere ſi dicat credere, quod de facili nõ inueniet,voluitque Clar, *lib.*5.§.*fin qu:ſt.*46 *num.*15. Proinde iudicis arbitrio iuratoriam cautionem præſtari, Menoch. de *arbitr.iud lib.*2.*caſu*140.*ſub num* 6.ſenſitque Bald. *conſ* 176.*num.*2 *au fin.lib,*1. Viu *dec* 435. *num.* 25. Semper tamen debere aliqualem cauſę cognitionem præcedere,ſaltem ſummariam,an fuerit locus delationi huiuſmodi iuramenti,ad euitãdum fraudes quę per actores cõmitti poſſent, quum ſe ſemper excuſarent, quod fideiuſſores non inuenirent:vt rectè poſt alios Alex.*in l ſi conſtante*,§.*quoties ff. ſolut.matrim.*ſicut & Surd.copiosè *d.dec.*141.*numer.* 15.dixerit,nunquam recurri ad iuratoriam,quando poteſt alio remedio vtrique parti eſſe conſultũ Muſcat. è praxi. *d part.*3 *gloſſ. expenſis, num.*5. *cum ſeqq.* voluitque Clar.*d.quæſt.*46 *ſub num.* 15.*& add.ibi Muſ.* quod licet non ſit hæc cautio de iudicij ſubſtantia, & per partes remitti poſſit, vt per Bald.& alios in *d authent.generaliter*,& Vant. *tit.de nullit.ex def proceſſ.ſiue ordin.iud. numer.*46. quando tamen petitur debere de neceſſitate præſtari:eiuſque omiſſione cauſari nullitatem: non vt ex ea nullitate ſola annulletur proceſſus totus, ſed faciat numerum inter alias fortè nullitates.

k. *Iuratoriam.*) Nam propter impotentiam ſatiſdandi, ſtatur iuratoriæ cautioni, *Text.in authent genera-*

generaliter, vbi doct. *C. de epiſc. & cler.* Iaſ. è praxi, *poſt gloſſ. & doct. la eſſ.* limitando, *in l. 1 num. 21. ff. qui ſatiſd. cog.* *in l. ſi ne mus, num. 3 in fin. C de verb. ſign f. & in l cui relictum ſub num. 8. C. de indict. viduit. tollend.* Rom. cum apoſt. Mand. declarando, *conſ 439. num. 10.* Guid. *dec. 50 num. 3. dec. 189. ſub num. 1 & dec. 150.* Marſil. *in l 1 § præterea. nu. 83. in fin cum ſeqq. ff. de quæſt. in repetit rubr. ff. de fideiuſſ num. 166 cum ſeqq & in repet. l. vlt. num. 133. cum ſeqq. ff. de iuriſd omn iud.* Marc. *dec 8 9. ot 1. lib. 1.* Crauett. *conſ 269. nu 8 ad fin.* Natt. *conſ. 016. num 9.* Oſaſc *dec. 70. ſub num. 2. & dec. 153. nu. 4. ad fin.* Aſin. ad ſtatutum Flor *de mod proc § 31. ca. 2. ampliat, 9 num. 8.* Meichſner. ex SC. latè declarando, *dec. 15. num. 28. cum ſeqq. part. 3.* Surd. latè declarando. *d dec. 141 num. 7.* cum ſeqq. vbi *num 8. & ſub num. 13.* poſt Roland. *d. conſ 43. num 22. 36.* & ſeqq *lib. 2.* alioſque idem eſſe etiamſi ex forma ſtatuti requiratur fideiuſſio, ſequiturque nouiſſ. Fachin. *controuerſ iur, li. 12. c. 63 verſic. fundamentum.*

m. *Et debitores.*) Socin poſt alios *in d l. ſciendum. num. 5.* Strach. in tract. de mercatur. *part. 2. num. 25.* Dixi latè ſupra *cap. 67. ad verb. ant. ſupellectile.*

n. *Compelli*) Contrà Socin. poſt alios in *d. l. ſciendum, num. 10.*

o. *Litiscontestationem.*) Tex. *in l. de die, 8. § ſi ſeruus*, & inibi poſt alios Socin. declarando, *numer. 2.* Iaſ *ſub num. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* Muſcat. prax. ciuil. *part. 2. num 38* vbi quòd cum cautiones huiuſmodi debeant præſtari vbicumque imminet ſuſpitio aliqua, vt poſt Bart. *in auth. ut, niſi debitor. C. de ſolut* & alios, Afflict *dec. 170. ſub num. 3.* poſſe dici, quod ſi ſuſpitio coueniti ſuperuenerit lite pendente, vel poſt litem motam in quacunque parte iudicij, ipſi actori hoc innoteſceret, poſſit per ipſum cautio exigi, ne iudicium reddatur eluſorium, cùm ad hoc potiſſimum hic cautiones deſiderentur, ne videlicet iudicium fiat fuga ipſius conuenti, vel inopia, vel ob bonorum dilapidationem eluſorium abſque executione, atque huc pertinent tradita per Damh. *in loc. par. tit. cauſa noua*, ad fin. vbi dixi. Neque tamen cautionis petitionem reſeruari ad horam ferendæ ſententiæ Cornazzan. *dec. 153. num. 5.* Licet Tholoſ. *dec 138*, concludat cautionem de refundendis expenſis, & litem vſque ad fin. proſequendo, poſſe peti poſt litem conteſtatam.

CAPVT C.

De Actoris Petitione.

SVMMAE.

1 *Petitiones in iudicijs fiunt* { *Verbis, ſic dicuntur Petitiones,* *aut* *Scriptis, ſic dicuntur libelli.* }

2 *In iudicijs practicis, ferè cauſæ verbis aguntur.*

3 *In iudicijs ordinarijs & proceſſibus, requiruntur libelli.*

4 *Libellus tradendus eſt reo cum actoris ſumptibus.*

5 *In Parlamento Procuratores reo exponunt libelli contenta.*

1 Actorum Petitiones in iudicijs duobus modis peraguntur, ſcilicet, Aut oratione verbali, quę verè petitio dicitur. Aut ſcripto exhibentur, quod tunc libellus appellatur (*a*.)

2 In iudicijs practici ferè lites inſtituunt, & producũt ore, aut verbis, priuſquam ſcripta attentent, vt Iudex clarius, & commodius intelligat, & aſſequatur quomodo partibus diſtinctius ordinabit, & ſtatuet ſuas productiones faciendas, (*b*) aut (quod ſæpè contingit) controuerſias ſuper certo pede, & actione terminandas.

3 Secundum iura, in omnibus proceſſibus ordinarijs requiritur libellus, hoc eſt, Petitio, debet exhiberi, ſcripto. (*c*) Sed in proceſſibus ſummarijs (*d*) ſufficit ſola Petitio verbalis, niſi Iudex aliter ordinaret.

Libelli autem omnes, aut ipſorum copiæ traduntur Reo, cum ipſius Actoris ſumptibus, (*e*) & citra vllam rei requiſitionem, vt Reus habeat ſuper quo ſibi conſulere poſſet, an cedere, vel contendere velit. *Authentica. Offeratur, C. de litis conteſtat. & in Authẽtica. exhibend. & introdu. reis, §. Sancimus, coll. 5, V. conſtitut. VI.* Vnde *d. Authẽtica deſumpta eſt*, quæ Authentica Canoniſata etiam eſt in *c. Inducia. § Offeratur, 3 q 3.* 4

In concilio magno Mechlinienſi vſurpant, vt procuratores Reo tradant ſuos defectus, & ſimul ipſi exponant quid in libello exhibito contineatur. 5

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT C.

a. *TVnc libellus appellatur)* Differre libellum & petitionem, vt libellus continere debeat quaſdam partes ſubſtantiales, & aliqualem aptitudinem; petitio non requirat aptitudinem. ſed prætermiſſis iis quæ iuris formã reſpiciunt, ſufficiat ſi agentis intentionem oſtendat, quodq́ue neceſſario concludat; & poſſit in ſcriptis & ſine ſcriptis fieri poſt Zabarell. *in clement ſæpe num. 17. de verb. ſignific.* aliosque, Maria. Socin *in cap. 1. nu. 22. verſ. & etiam, de libell. oblat.* Strach. *tract. de mercat. tit de libell. & petit. num. 20.* Aſin. *ad ſtatut florin. de mod. proced. par. 1. §. 4. c. 1. n. 2* Muſcatell. prax ciuil. *part 1. gl. verb. petitur. n. 1.* Libellum autem definit Marian. latè ad rubr. *de libell. oblat. n. 1.* & nouiſſ. Maſcard. de probat. *lib. 2. conc. 978. num 1.*

b. *Productiones faciendas.)* Quando ſcilicet appunctanturpartes in factis contrarijs, vt loquitur Io. Gall. deciſ. 233. & ſæpe alibi, aut iudex litem inficialiter conſtituit, vt loquitur ornarius, Io. Imbert. in enchirid. iur. Gall. *verb. conductor.* Qua de re copioſè agemus infrà 143.

c. *Scripto.)* Doct. *in l. 1. ff. de edend. & in adducta authent. offeratur,* Hartman. *lib. 2. practic. obſer. 1.* Oſaſc. *dec. 6. num. 2. ad fin* Kirchou. limitando *cent. 5. concluſ. 35. in verb. libellus,* poſt Socin *in c. p. 1. nu. 21. de libell. oblat.* 84. modis reſtringẽtem: *vt & 21.* modis alter Socin. in fallent. *reg. 233* Si tamen notarius, ad poſtulationem alicuius in actis petitionem ſcripſerit, oblatum non dici libellum nec iure ordinario actum, ſed extra ordinem poſt gloſſ. & Bart. *in l. in ſacris ſcriniis, C. de proxim. ſacror ſcrin. lib. 12.* Iaſ. *in §. tripli num. 33 inſtit de action.* Corſet. *in ſing. verb libellus 2.* Strach. *in tract. de mercat. tit. de libell ſeu petit. num. 9.* voluitque Socin *in c ſignificantibus, 2. ſub n 69. d tit. de libell. obl* vbi hac de re quoque latius. Cæterùm ſi fiat verbalis petitio in actis, & actor inſtrumentum producat, huiuſmodi productionem cum petitione verbali habere vim libelli, & ſufficere voluit, poſt Iaſ. *in l. 1. n. 3. 11 ff. de edend.* aliosque. Oſaſc. *d dec 6. num. 3.*

d. *Summarijs.)* Bald. in adducta *authent offeratur, n. 4. in fin.* cum ſeq. dicens interdum procedi iure actionis ſummariè; neque tunc libellum de neceſſitate offerendum, ſed qualẽ qualẽ petitionẽ in actis poni debere, nec eſſe neceſſe offerri reo, ſed copiã accipiat ex actis, Signor. *conſ. 111. n. 7.* Alex. *in l. ſi finita §. Iulianus ſub n. 36. ff. de damn inſect. & conſ. 50 ſub n. 9. lib. 2* Marian. *c. 5. n. 12. verſus fin. de libell obl.* Marant. *de ord. in part. 4 diſtinct. 9. ſub nu. 12.* Guid. *dec. 564 n. 1. ad fin.* Aſin. *in d. §. 4. num. 3.* Muſcat. declarando, *d. part. 1. gl. verb. petitur.* ſub *n. 1. & 3. cum ſeqq.* Grauat. *ad prax. Veſtr. lib. 5. c. 2. ad verb quia in ſummarijs,* Dixi quoque ſuprà *c. 22. ad verb. libell.* Sic Reb. *ad conſtit. reg in præm. gl. 5. nu. 85.* in regno Franciæ ſeruari ait *l vlt. cum authent. niſi breuiores, C. de ſent. ex breui c. recitand.* vt in cauſis modicis & vilibus non debeant iudices partium ſcripta recipere: ſed procedere vt inibi docet latiùs & totidem ferè verbis Gallicis Io. Papon. *in a. reſt. Gall. lib. 9. tit 2. areſt. 1. & 2. & tit. 6. areſt. 3.* adduqueReb. modicam in hoc rem dici, quando in proceſſu & ſcriptis, plus exponerẽt partes quã res principalis valeret, per *l mediterranea.* vbi Bart. *C. de annon & tribut. lib. 10.* & alioqui arbitrio iudicis, *per c. ſtatutum, § in inſuper, vbi gl de reſcript. in 6.* & ad rem latiſſ. Tiraq *in tract. de iud. in reb exig for.* præſertim *in verſ. 90.* voluit Bart. Sed neque in ſummarijs requiri libellũ, verùm cauſam poſſe incipere à poſitionibus & articulis Marant. *part. 6. actu 4 n. 4.* vbi qualemqualem petitionem neceſſariam in quauis cauſa quouis modo tractanda. Limitat autemGrauat. *ad Veſtr. d verb quia in ſummarijs,* niſi peteretur à reo vt in ſcriptis libellus offeratur Aufrer. *ad dec Thol. ſ. 286 ad fin* Soar. *in recept. ſent. theſ. lit L n. 163.* poſt Vill. *in com. opin. lit. L. nu* 114.

e. *Actoris ſumptibus.)* Marant. aliud in tali quali petitione docens, *de ord. iud part. 4. diſt. ult 9. n. 15. & pa t. 6. memb. 3. n. 3.* Boër. *dec. 303. nu. 7.* Aſin. *d. part. 1. 5. 5. c. 3. n. 1. cum ſeqq.* Muſcat prax. ciuil. *part 1. gl. verb reus, n. 2. cum ſeq & part. 3 gl reſpondendũ ſub num. 3. cum ſeqq.* Viu. *dec. 21. n 12 & dec. 358 n. 1.* Menoch. *de arbitr. iud lib. 2. caſu 128 ſub n. 14* cũ ſeqq. contrà Bald. in adducta *authent. offeratur, & ad eum ap[o]ſt not. & n. 1. & poſt.* Rip. ex com *in l edita, n. 12. d. edend.* Soar. *in recept ſent. theſ. lit. E. n. 32.* Villal. *in com opin. lit. L. n. 21.* latè Marian. *in c. 2. n. 117. de libell. oblat.* vbi poſt Bart *in l. 1. de edend. & in d. authent. offeratur,* ſeruandam eſſe conſuetudinem loci: nam in aliquibus locis detur expenſis actoris, in aliquibus expenſis rei; ſi autem de conſuetudine non appareat, actorem non teneri ſuis expẽſis dare reo copiam: neque enim teneri ad duplicem libellum, vel rei eſſe ſcriptorem: Aufrer. *ad dec Thol. ſan. 61.* VVurmbſ. ex SC. *lib. 1. obſer. 10. tit. 9.* Menoch. vbi ſupra.

CAPVT CI.

De Petitione formanda.

SVMMAE.

1 *Omnis Petitio debet formari breuis, & clara.*

2 *Petitio clara continet quinq; { Quis, Quid, Pro quo, Quomodo, A quo } Petat.*

3 *Petitio omnis { Alternatiua, Generalis, Conditionalis } est inualida, quia obſcura.*

4 *Quicunque plus petierit { Tempore, duplo ſoluendi tempore, & expenſis damnatur.*
5 *Loco, Cauſa, Re } reijcitur, & in expenſis damnatur.*

6 *Petitiones aliæ ſunt { Trimembres, ſ. libellata.*
7 *Bimembres, ſ. ſummaria*
8 *Vnimembres, ſ. ſine forma iudicij } verbales.*

MVltum refert (*a*) quomodo, quibuſque verbis, & formis, Actoris Petitio ſit verbis enarrata, aut libellata, & exhibita.

1 Debet enim omnis Petitio exhiberi breuis, clara, (*b*) & dilucida, deinde ex præmiſſis, pertinens erit colligenda concluſio, vt Reus ex iis ſtatim, & perſpicuè intelligere poſſit, quid Actor velit, & prætendat, vt hoc cognito, videat quid ad petita reſpondere debeat, aut an à proceſſu inchoando abſtinere (*c*) conueniat. *Authent. Offeratur, C. de l. tis conteſtat.* quæ Authentica (vti prædixi) canoniſata eſt, *in c. Induciæ, §. Offeratur, 3. qu. 3.*

2 Claræ autem Petitiones habentur illæ, quæ quinque (*d*) punctis aut articulis conſtant, ſcilicet quæ continent perſonam petentem, quid petat, pro quo petat, quomodo petat, & à quo petat.

3 Nullæ Petitiones alternatiuæ, (*e*) nullæ generales (*f*) neque etiam vllæ conditionales, ſunt validæ, quod omnes huiuſmodi magnam obſcuritatem (*g*) pariant. Videte multas allegationes per D. Franciſcum Curtium in ſuo Tractatu Poſitionum & Interrogationum, & in Tractatu de iuramento Calumniæ, num. 21. incip Octauum breuiloquium eſt.

4 Quiſquis plura tempore petit, hoc eſt, qui petit ante tempus lapſum, hic duplicatione temporis ſoluendi punitur ſic, vt ſolutionis tempus conſtitutum fuiſſet Paſchæ, & ante Paſcha ſolutionem iuridice peteret, ipſe eo caſu à ſolutione recipienda reiicitur, & ſolutio facienda duplo tempore protrahitur, & in ſequentis anni Paſcha (*h*) extenſa conſtituitur, & præter hoc omnibus expenſis ſoluendis condemnatur, *§. Si quis agens, cum §. ſeq. inſtitut. de actionibus.*

Si quis autem plura petat, aliis tribus modis, ſcilicet, vel loco, vel cauſa, vel re, is declaratur non admiſſibilis, ſed & reiicitur, (*i*) & expenſas (*k*) exoluit. Intelligitur autem aliquis petere plura loco, quando petit Solutionem ſibi dari alio loco, quàm debito, & ad ſolutionem faciendam conſtituto, veluti cum quis id quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt, verbi gratia, ſi is qui ità ſtipulatus fuerit: Epheſi dare ſpondes? Romæ purè intendat dari ſibi oportere, &c. Sic plura cauſa petit, quando ſolutionem exigit ob aliam cauſam, quàm ſchedula obligatoria loquitur. Re verò plura quis petit, quando maiorem ſummam, quàm ipſi debitam, exigit, veluti ſi quis pro 10. aureis, qui ei debebantur 20. petierit. 5

Petitiones autem libellatæ, hoc eſt, ſcripto exhibitæ, plerumque ſunt trimembres, (*l*) continent enim ferè Maiorem, Minorem, & Concluſionem. Narratio particularium debiti, habetur pro maiori. Cauſa autem ex qua debitum oritur, cum eo medio quod ad concluſionem perducit, habetur pro minori. Pro concluſione verò habetur ipſa ſumma, & intentio ipſius Petitoris, & ideo Ioann. de Lig. dicit: Quod Petitio ſiue libellus, ſit Iuriſconſultorum ſyllogyſmus, 6

In

Digitized by Google

7 In petitionibus autem verbalibus, quando procedirur ſummariè, ſufficiunt duo membra, (n) ſcilicet, arrat io, & Concluſio.

8 In Petitionibus vero verbalibus, quando proceditur ſine vlla figura proceſſus, ſufficit(n) vnicum membrum, ſcilicet, clara narratio. Sicuti repetitur in iudicio Salomonis, in quo Salomon ſententiam tulit ex ſolis mulierum narrationibus, quarum vna dixit, filius tuus mortuus eſt, & filius meus viuit, & cap. 3. Reg. 3. & c. Afferte mihi gladium, extra, de præſumptionibus. Quia ex iſtarum mulierc̃ularum enarratione Salomon conſtitutus Iudex, facilè intellexit quid Partes petebant. In petitione quoque verbali non ſeruatur formalis ordo, qualis requiritur in exhibendo libello.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CI.

a. *Multum refert.*) Totum quippe iudicium & ſententia, ſuſtentatur ſuper libello, veluti fundamento, vt ait Anchor. *conſ.* 386. *ſub init. per leg. vt fundus*, 18. *ff. com. diuid.* & *cap licet* Hely. *de ſimon.* qua de re latè Marian. *in cap. ſignificantibus*, 2. *ſub num.* 12. *de libel oblat.* Vant. *de nullit. proceſſ. tit. de null. ex defect. proceſſ. ſiue ord. iud. ac ſolenn.* & *form. ipſ. ſent. num* 18. Et propter ineptitudinem, libelli abolitionem fieri, per *l. libellorum.* 3. §. *quod ſi libelli. ff. de. accuſ.* Bald. *conſ.* 54 *ſub nu.* 3 *lib.* 1. volluitque Natt. *conſ.* 153. *n.* 3. item Bald. vbi ſupra addit nec poſſe iudicé ſupplere circa iudicium ineptitudinis libelli, niſi lacerando libellum, per *l* 1. *ff. de offic aſſeſſ. cum ſimil.* vt & per Dec. *in cap. delecti filij num.* (mihi) 6. *de iudic.* & Crauett. *conſ.* 7. *ſub num.* 12. vbi poſt eundem Bald. *conſ.* 160 *ſub num.* 1. & *conſ* 238. *nu.* 1. *in fin. lib.* 2. nec eſſe neceſſariam exceptionem cōtra libellum ineptum; ſed iudicis officio, etiam nemine opponente, pellendum; idemque *conſil.* 151. *ſub num.* & poſt eum *Cephal conſ.* 100. *nu.* 14. *vbi num.* 8. & 9. poſt eundem Crauett. *d conſ.* 8. *nu.* 2. ſi ineptus eſt libellus acta omnia corruere; vt voluit & Roland, *conſ.* 94 *num.* 32. *lib.* 2. & Soar. *recept. ſent. theſ in lit. L. num* 166. vbi poſt Crauett. *d. conſ.* 151. *nu.* 3. eam ineptitudinem adeo vitiare, vt opponi poſſit etiam poſt ſententiam quæ tranſierit in iudicatum. ſequiturque Menoch. *conſ.* 693 *ſub n.* 13. Cephal. *d. conſ.* 100. *n.* 13. apud quem hac de re quoque latius vt tamen ineptitudo libelli vitiet ei accomodatam ſententiam oportere ineptitudinem eſſe expeſſam, quæ apertè reſultet ex libelli prima lectione, ſic vt non ſufficiat ſi tacitè, & per ſubauditos intellectus, aut alioqui per ſubtilem & ſcrupuloſam iuris interpretationem deprehendatur, VVameſ. *conſ.* 151. *n* 1. poſt Bald. *in l. certa ratione n.* 5 *verſ præterea, C. quand prcu. non eſt neceſſ* alioſque. Quo pertinet etiam, quod dici ſolet, libellum ineptum tolerandum, ſi quo modo defendi poſſit, & quod præſumatur aptus, atque ita interpretari debeat vt ſuſtineatur, etſi verba eſſent impropriè intelligenda, vt poſt Bald. *in l edita n.* 56. *C de eden.* Iaſ. *in l. ſed etſi poſſeſſori* §. *item ſi iuranero, n.* 25. *ff. de iureiur.* & *conſ* 2. *in fin. lib* 3. *Alex. conſ.* 138. *n.* 8. *lib.* 2. *conſ.* 55. *ſub n.* 2. & 14 *cum ſeqq.* & *conſ.* 58. *n.* 4. *lib.* 5. Gail *d. obſ* 61. *n.* 16. & *obſ.* 66. *n.* 7. *cum ſeqq. li.* 1. Benuenut Strach. tract. *de mercatu. tit. de libell. ſeu petit n.* 5. latè Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 40. Mer. prax. Holl. *lib.* 4. *diſtinct.* 4. *tit.* 4 *cap.* 12. *n.* 2. Magon. Lucenſ. *dec.* 48. *n* 12. *in fi. cum ſeqq.* Inepta verò petitio vel libellus, quis Crauetta *conſ.* 626. *n.* 7. *cum ſeq.* Mathe. *ſil. ſing* 9. copioſè Gail. *obſ.* 66 *numer.* 12. *cum ſeqq. lib.* 1.

b. *Clara.*) Tex. eſt *in* 1. *vbi not.* Marian. *n.* 7 & *in c.* ij. *n.* 7. & limitando late *n.* 71 *de libell. obl.* Dec. in *l edita num* 4. *C de edend.* Mynſing *obſ.* 41. *num.* 42. *cent.* 2

c. *Abſtinere.* Text. *in l* 1. vbi poſt alios Alex. *nu.* 1. Iaſ. *n.* 1. Coſtal. in princ. & Buſ. *n.* 2. *ff. de eden.* Socin. *in l. edita, n.* 1 *C. de ed. n l.* & alter Socin. in *d. c.* ij. præſertim *n.* 20. *verſ qualitercunque ergo* Iaſ. poſt alios, *ſub n.* 7. & Zaſ. ver. 4. *doctrina inſtit. de actio.* Marant. *de ord. iud part.* 6. *mem* 3. *n.* 2. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 61. *n.* 5. & 7. & *obſ.* 62. *n.* 2. Muſcat. late prax. ciuil. *part.* 1 *gl. verb. declarans, n.* 2. *cum ſeqq.* Coraſ. memorab. *SC. c* 29. *in princ.*

d. *Quinque*) Marant. latius declarando, *dict. part.* 6. *membr.* 3. *numer.* 5. latiſſ. autem Marian. *in dict. cap. ſignificantibus*, 2. *numer.* 12. *cum ſeqq.* dum tractat 12. *articul. princ. qualiter*, ſeu ſub qua forma ſit concipiendus libellus, quæque ſint de eius ſubſtantia.

e. *Alternatiue*) Tex. *in l prætor edixit* 7. §. *quod autem* vbi Bart. & alij. *ff. de iniur.* Marian. limitando latiſſ. *in d c. ſignificantib.* 2. *n* 73 Buſ. limitando, *ad d l* 1 *num.* 12. 15. & *ſeqq. ff de edend.* & *regulare* tradit quoque Alex. *conſ* 182. *n* 2. & *conſ.* 212. *nu.* 29. *li.* 6. *Ferrarienſ. cum appoſtil.* Manſuer. declarando & limitando, in forma reſponſ. rei conuent. ad *verò libellus incertus*, Marc. *d. c.* 868. *nume* 4. *libr.* 1. Grammat. *dec.* 68 *ſub num.* 1. Gail. limitando, exemplíſque illuſtrando latiſſ. *dict. obſeruatio.* 62. *nu.* 1. *cum ſeqq.* Schurpf *conſ* 64 *ſub n.* 4. *cum ſeqq. centur.* 3. vbi limitat etiam vt & Mynſing. *conſ.* 90. *num.* 21. & è ſtylo & praxi *obſer.* 42. *n.* 1. 4. & *ſeqq. centu.* 2. & *obſ.* 12. *centu.* 4. VVurmbſ. *tit.* 9. *obſer.* 1. vbi

vbi adductis exemplis limitatur, vt & apud Iaſ. *num.*10. & Zaſ *in verſ.*2 *doctrina, & verſ.* 3. *doctrina* poſt alios, *in d* §. *curare, inſtitut. de act.* Pinell. *ad l.* 2 *part.* 3 *cap.* 3 *nu.* 9. *cum ſeqq C de reſc. vend.* Couarr. ad Raynaldus, §. 1. *in fin de teſtam.* Gomez. *var. reſol. lib.* 2 *cap.* 11. *num* 40. *verſu fin.* Licet alij contrà *de iur. canonico, per tex in cap abbate. de re iud in* 6. *& in c. p conſtitutus, de in integ reſtit.* Gabriel *tit de act. lib.* 2. *concluſ.* 1. *n. mer.* 27. cum ſeqq. Admitti in libellum alternatiuũ, vbi ignoratur quę actio competat, propter varia opiniones, & rationes doctorũ, aliter atque ſi determinata ſit actio, Natt. *conſ.* 153 *num* 14 poſt Bart. *in l. ſiue contra*, §. *quia Plautianum, verſus fin. ff. de lib agnoſcend.*

f. *Generalis*) Marian. latè limitando, *in d. c. p. ſignificantibus, per illum tex. num.* 72 *de lib obl.* Cott. in memorab. *verb. libellus incertus & gen ralis*, ſub init. Rebuff. *in l. reg.* 23. poſt princ *verſ. gloſſ intelligit, ff. de verb. ſignif.* Buſ limitando, *in d. l.* 1 *num* 12. cum ſeqq. vbi tamen latiùs *num* 19 cum ſeqq. admitti libellum generalem ſiue obſcurum, ſi contra non opponatur à parte, idemque Marian. *d. nu.* 72. *verſ.* 4 *generalitas*, Coſtal. *in d. l.* 1. *poſt. princ.* & ibi Iaſ. limitando latiſſ. *ſub num.* 1. *cum ſeqq. ff de edend & in* §. *omnium num.* 125. *cum ſeqq inſtitut. de action* Zaſ. *ad rubr. illius tit. de act. verſus fin. verſ. quod ſi inuenerit.* Dec. declarando, *in cap. paſtoralis. num,* 40 *de excep.* & limitando, *in d cap dilecti, nu.* 64. *de iudic.* Maſuer. ad prax. Ferrar *in d verb. lib libellus incertus, verſus fin* Marant *de ord iud part.* 4. *diſtinct.* 9 *num.* 13. in fin Strach. declarando *d. tit. de libell. & petit. num.* 2 *in fin* cum ſeq. Pariſ. idem in exceptione reſpondens, *conſ* 67 *num.* 2. cum ſeqq. *lib.* 4. Crauett. *conſ.* 121. *ſub num* 4. VVeſenbec. *conſ.* 22 *ſub num.* 26. Gail. limitando in criminalibus, *d. obſ.* 62 *num.* 11. *cum ſeqq.* Viu *dec.* 41. *num* 1. *in fin.* Coraſ. limitando quoque in criminalibus, memor. *SC cap.* 29 *ſub init.* Menoch. *lib.* 1 *præſumpt.* 53. *nu.* 4. *in fin* cum ſeqq. Muſcat. declarando & diſtinguẽdo, *prax. ciuil part.* 1. *gloſſ. verb, declarans. num.* 16. cum ſeqq. & part. 3. *gloſ obſcuris, numer.* 7. cum ſeqq. Licet contra Vacon. declarat. *iur lib.* 6. *cap.* 251. Secus verò ſi pars opponeret: etiam in ſummarijs, Marant, *d. diſtinct.* 9 *ſub num.* 13. *& pars.* 6 *membr.* 3. *num,* 16. Dec *in d. cap. dilecti, num.* 68. Muſcat. *d. gloſſ. verb obſcuris num* 16. *& part.* 1. *gloſſ. verb. petitur ſub num.* 4 (licet contrà Marc. *dec.* 718. *num.* 8. *lib.* 1) etiam adiecta clauſula, petens ius & iuſtitiam adminiſtrari, *et* poſt Alex *conſ.* 121. *ſub num.* 11. *lib* 1. aliosq; Gabriel copioſè *tit. de clauſ. lib.* 6. *concluſ.* 4, *num.* 1. cum ſeqq. Vnde Cot *in d. verb. libellus incertus,* ad fin. poſt Iaſ. *in d. l. edito, in* 2. *not, C. de edend.* & alios, tradit cautelam, vt reus conuentus, contra libellum obſcurum vel incertũ, excipiat ſe non teneri reſpõdere, aliter nõ; exprimẽdo cauſam; quia ſi diceretur, obſcurum eſſe vel generalem actor citò cum declararet. Idemq; Iaſ. *in* § *omnium*, *n.* 127. *inſt de actio* Dec. *in d c. dilecti, n.* 69. *& ſeq. de iudic.* Zaſ declarando *ad rubr. inſtit. de act. verſ. expedita theorica*, hinc & illa Cepoll. *cautela* 194. *&* 195. vt reus incontinenti conteſtetur litem; quia per litiſcõteſtationem tollatur actori facultas emẽdandi vel corrigendi libellum, *per d. l. edita*, cum ibi not. Sed an cautelæ huiuſmodi ſint honeſtę aut ex fide, alij viderint. Reprobat eas certè etiam Marian. poſt hæc à me exarata viſus in d. *cap. ſignificantibus, num.* 118, licet poſt Fel. n, ibidem *num.* 5. *ad fin probet quoque Imbert.* remedium demonſtrãdo, inſtitut. Forenſ. *lib.* 1 *cap.* 17 *ad verb. ſubmonebitur, in fin* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 62. *num.* 12.

Conditionales.) Marian. declarando *in d. ca. ſignificantibu, n.* 75. vbi limitat, ſi in libello narretur cõditio quæ aſſeratur purificata & impleta: vt puta, ſi dicatur quod quis promiſerit decem, ſub tali cõditione quæ extiterit purificata: quare petat decem, *per l condit. o in præteritum,* 100 *ff. de verb. oblig cum ſimil.* Quando enim purificatur conditio, perinde eſt ac ſi contractus fuiſſet à principio purus, *l. pecuniam,* vbi poſt alios Soc, cum apoſt. Menoch. *n.* 7. *in fin. ff. ſi cert. pet.* & nouiſſ. Fab. *C. lib* 1. *tit.* 3. *defin.* 14. *num.* 3, dixi cum Damhoud *in loc. com par. tit.* actus purus, & purificatus. Limitatque Marian. *d nu* 75. *verſus fin.* poſt Bald. *in l. non* quemadmodum, 35. *ff. de iud* quãdo quid ſecundario vel acceſſoriè peteretur conditionaliter, id quod poſt Bart. *in d. l. non quemadm num.* 2. Oſaſc. *dec.* 130. *num.* 15. aliosque, latiſſ. probat & Surd, ex com, *& SC. dec.* 120 *num.* 9. 14. & ſeq. vbi ibidem *ex SC num.* 10. *in fin. & nu.* 13 *& dec.* 251 *num.* 7. *& ſub num.* 11. poſſe quem ante diem petere, declarari actionem ſibi in termino conuento competere, vel vt die adueniente ſoluatur, dixi latius ad Damhoud. *in loc. com. par. tit. actio inualida, ad verb, agit.* plures quoque limitationes apud Marian videre eſt.

g. *Obſcuritatem*) Libellum obſcurum nullius momenti eſſe Zaſ. declarando, in §. *ſi minus, verſ.* circa emendationem, *inſtit. de action* VVeſenbec. declarando *conſ.* 3. *n.* 12. 35. *in* ſeqq. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 62 *nu.* 2. *in fin vbi n* 3. poſt Mant. ſign. 293. *&* 531. *obſcurũ dici* 5. *modis.*

h. *Sequentis anni paſcha*) Si nimirum dies conuẽtionis fuerit paſchæ: Sic enim duplicandas eſſe dilationes, numerando à die conuentionis, & ſic ab initio, vt in tot dupliciter terminus, quot fuerint dies à conuentione, à partium contractu vſque ad dilationem. Zaſ. poſt alios *ex com in* §. *ſed hæc verſ. qualiter autem duplicandæ, inſtit tit. de action.* & nouiſſ. Fachin. *controuerſ. iur. lib.* 13. *c.* 70. licet Bart. *in l iuſtas, C. de iur fiſc. li.* 10 *& in l. aut damnũ,* §. *quiſquis, ff. de pœn.* Bal. & alij, *in c. vn. de plus pet.* voluerint duplicationem numerari à tempore petitionis.

i. Reijci-

i. *Reiicitur.*) Si tamen anneſteretur in libello ſalubris hæc clauſula, ſaluo iure ſuperflui, excuſari, neque puniri petentem, Iaſ. *num.* 3. Zaſ. *poſt princ. verſ.* 2. *poſſunt excuſari. in adducto*, §. *ſi quis agens*, Rebuff. *tom.* 3. *conſtitution. reg tract. de conſum. & def. artic* 2. *gloſſ. vn. num.* 27. ſentitque Marian. *ad cap. ſignificantibus, in* 13. *princ. art. num.* 95. ad fin. de lib. oblat. limitando tamen ſi actor non habebat iuſtam cauſam ſic petendi tantum, & addantur quæ dicemus infra *c.* 100. *verb add. n li.*

k. *Expenſas.*) VVameſ. declarando, *conſ.* 77. *num.* 4. Quod ſi tamen petitor, poſt litiſc onteſtationem perſeuerando, extorqueret cautionem obligatoriã, vel ſatisfactoriam à reo, tunc diceretur dolo facere, & caderet à cauſa: quo loco non eſſent immutata iura antiqua, ſecundum *l. vn. C. de plus petit.* Zaſ. *in d.* §. *ſed hæc verſ.* hoc quoque non eſt. Et vt cadat quis à iure ſuo ob pluris petitionem, duo copulatiuus requiri: primò quòd cautionẽ, ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit, ita quòd promiſſionem extorſerit debito ampliorem: ſecũdo quod illud tale promiſſum amplius debito doloſè exegerit, Alex. *conſ.* 73. *num.* 7. *& conſ* 83. *num.* 3. *lib.* 6. Crauet. *conſ.* 325. *num* 1. *in fin.* Roland. *conſ.* 71. *nu.* 17. *&* 29. *lib.* 1. Socin. *reg* 44 *vbi in* 3 *fallens in ex com.* etiam opus eſſe vt conuincatur teſtibus vel ſcriptura: ſecus ſi confeſſione propria fateatur ſe plus debito petijſſe, antequam conuincatur; quia tunc locus ſit pœnitentiæ, non verò pœnè amiſſionis iurium Crauatt. *d. conſ* 325. *num.* 2. Roland. *d. conſ.* 71 *num* 44

l. *Trimembres.*) Iaſ. *in* §. *omnium, num.* 115. *inſtit. de action & in d. l.* 1. *ſub nu* 13. *ff. de edend.* ibidemque enucleatè Zaſ. ſub init. & ad rubr. *inſt. tit. de act. verſus fin. verſ expedita theorica.* Gomez. *var. reſ. tom.* 3. *cap.* 11. *ſub num.* 3. *verſ. confirmatur quia pulchrè* Baro ad *d tit. inſtit. de action. comm. ni part.* 2. *verſ regulam de concipiendo libello*, & nouiſſ. Buſi. *in d. l.* 1. *num.* 8. vbi membra huiuſmodi ſiue partes priores interdum tranſponi, ita vt ſecunda prius, & prior ſecundò ponatur.

m. *Duo membra.*) Gail. *d. obſ.* 61 *ſub num.* 14. Buſi *in d l.* 1. *n.* 8. *in fin.*

n. *Sufficit* Marian. *in d. ca* 1. *nu.* 22 *verſ. vnde coram Salomone*, de libello obl. Iaſ. *in d. l.* 1. *ſub nu* 25. ibidemque Zaſ. *poſt prin. verſ. ſic in cauſis. ff. de edẽd.*

CAPVT CII.

De Concluſione facienda.

SVMMAE.

1 *Actoris eſt* { *Iudici exhibere ſuam concluſionem.*
2 *Actoris eſt* { *Concludere pertinenter ex præmiſſis.*
3 *Actor qui impertinenter concludit, impertinentem ſententiam expectet.*
4 *Reo non eſt neceſſaria Concluſio ſecundum iura.*
5 *Qui pro poſſeſſione agit.* } *ſecundum iura Concluſione non indiget.*
6 *In materia criminali nemo* } *ſecundum iura Concluſione non indiget.*
7 *Qui libellum præſentat Principi* } *ſecundum iura Concluſione non indiget.*
8 *Concluſio formanda iuxta ſtylum vniuſcuiuſque Curiæ.*
9 *Concluſionis formale apud Concilium Flandr. & in Parlament.*
10 *Iudicij vis in Concluſione verſatur.*
11 *Concluſio præpoſtera non curanda, modò pertinens & clara.*
12 *Concluſio ſecundum* { *Iura non poteſt* / *Praxim poteſt* } *præmiſſa præcedere.*
13 *Gerondia an in Concluſione ponenda.*

1 IN omni iudicio, Actoris eſt ſuam formatam exhibere concluſionẽ, (*a*) ſi velit Iudicem pronunciare ex æquo ſententiam. Quia iudex ſuam ſentẽtiam interponere nõ poteſt, niſi res ab Actori prius per Concluſionem petita fuerit.

2 Actoris quoque eſt diligenter obſeruare, vt Cõcluſio debitè concludat, & pertinenter (*b*) ex præmiſſis deducatur, quia Concluſio in ſe virtualiter præmiſſa continet, ſic vt quæ prius amplè & longis narrationibus præmiſſa ſunt, ea cõtractius in concluſione tegantur, Vnde & iure Concluſio vocatur quod ſcilicet præmiſſa in ſe ſtrictè concludat. (*c*)

Quocirca ſi actor aliter narraret in præmiſſis, & aliter & impertinenter concluderet, Iudex poſſet ſe regulare, accommodare, & ſententiam pronunciare ſecundum teenorem Concluſionis. (*d*) 3

4 Reo autem in ſua defenſione, non eſt in iure vſ-
que adeò neceſſaria (e) Concluſionis obſeruatio,
ſicut eſt Actoris, quia Reo ſufficere debent Actoris
præmiſſa, prænarrata, & petita factorum, vt contra
ea ſuas exceptiones formare, & allegare poſſit. At-
tamen Praxis habet, & mandat, vt & Reus ſuam
quoque Concluſionem ex defenſionis præmiſſis
formet.

5 Actor qui agit poſſeſſorio retinendæ, hoc eſt, ad
retinendam † ſuam Poſſeſſionem, hic nullam Con-
cluſionem ſecundum iura format, idque in odium
violenti perturbatoris vel inuaſoris.

6 Sed vſus & Praxis, habet contrarium. In mate-
ria quoque criminali, (*f*) non eſt opus vlla Con-
cluſione, ſecundum iura. Sed Praxis, & conſuetu-
do etiam eſt in contrarium.

7 Item, quando Actor petitionis libellum præſen-
tat perſonæ Principis, (*g*) tunc ſatis eſt ipſi cauſam,
& facta narrare, & ſuper iiſdem narratis prouiſio-
nam quandam implorare, ſine vlla particulari Con-
cluſione ſuper iis formanda.

8 Libelli, & Concluſiones formandæ ſunt ſecun-
dum varietatem regionum, & conſuetudinem loci,
vbi quæſtio, & lis controuertitur. Ideoque non
poteſt de his certa præſcribi forma. Sed iuxta
Curiarum diuerſitatem, ſinguli ſuam peculiarem
conſuetudinem ſeruant & ſtylum. (*h*) Nos autem
hanc rem, ne eam prorſus neglexiſſe videamur,
paucis authoritatibus explicatam dabimus. Nam
de ea primo videre licebit Speculato *lib. 4. part. 1.*
titul. de libell. conceptio §. Iam nunc videndum, vbi
aliquot Concluſionis formandæ formulas præſcri-
bit, tametſi illæ in omnibus non conueniant. Et
propterea Actoris Aduocatus ſemper debet eſſe
cautus, & prouidus, vt ſecundum regionis mo-
rem, in qua degit, libellos componat, teſte D. Andr.
Alciat. in ſua vtriuſque Iuris Praxi, de cautelis cir-
ca Libellum adhibendis, *num.* 1.

9 In Concilio verò Flandriæ, & etiam in ſupre-
mo Concilio Mechlinienſi, Aduocati vtuntur mo-
do & forma quadam ſolenni, qua plerumque ſo-
lenniter concludunt, hoc modo. Ad eum autem fi-
nem Actor concludit, vt per te eximium, nobilem,
potentem Dominum, & Iudicem æquiſſimum, &c.
tandem dicatur, declaretur, & iudicetur hunc ſe
Actorem bona & iuſta cauſa conquæſtum eſſe, bo-
naque & iuſta cauſa, ſuam impetrationem nactum
fuiſſe, quodque mandata in ea contenta legitimè
fieri curauerit. Et quod contrà, reus mala ex cauſa
ſeſe contra Actorem oppoſuerit, quodque ob id ab
omnibus ſuis cauſis ac propoſitionibus meritò de-
cidere debeat, & vt veſtra domini Iudicis ſenten-
tia definitiua reum condemnet, Actori prædictam
ſummam ſoluere, aut iſtud, aut illud facere, &c.
Quæ quidem forma mirificè probanda, & imitan-
da eſt.

Tota enim vis iudicij ac cauſæ conſiſtit in eo, 10
vt libelli benè & debitè conficiantur, & vt Con-
cluſiones, (*i*) benè aptè, & pertinenter formentur.
Quocirca pauci Aduocati reperiuntur, qui hic non
impingant, quique in his non aliquando fallantur,
niſi admodum in his periti fuerint & cauti.

Quod ſi Actor, vel per incuriam, vel per errorem 11
Concluſionem ſuam inuertiſſet, ordineque præpo-
ſtero exhibuiſſet, ſcilicet, præponendo, poſtponē-
do, & contrà, Iudex ad eum errorem non acutè in-
tenderet, neque eum magni æſtimaret, dummodo
ipſa Concluſio alioqui appoſitè, clarè, & pertinen-
ter eſſe concepta. Veluti, ſi quis ſic diceret: Ego
contendo, ſuſtineo, & requiro, vt Nicolaus Tile-
tanus compellatur mihi exoluere centum libras
groſſorum monetæ Flandriæ, & vt in hoc con-
demnetur. Hæc Concluſio eſt præpoſtera & inuer-
ſa, quia in ea petitur & exigitur executio ante con-
demnationem. Iudex tamen eam præpoſteritatem
non obſeruare (*k*) debet, ſed negligere, & ad illam
non animaduertere, quandoquidem ipſa Conclu-
ſio pertinens ſit, & euidens.

De iure autem Concluſio non poteſt præcedere 12
(*l*) præmiſſa, ſed contrà, quia ex præmiſſis ſemper
elicitur Concluſio. In Praxi verò iſtud non obſer-
uatur. Nam in ea Concluſio antè, aut pòſt ponitur,
ſicuti Aduocato placet, & expedire videtur.

Sunt nonnulli Aduocati qui dicant: Quod in 13
concluſionibus, non ſit vtendum gerundiis, veluti
ſi quis ſic diceret: Ego contendo ad reſtitutionem
togæ meæ, quam ipſe reus latrocinando, & depræ-
dando mihi eripuit, &c. Nam gerundia (vt aiunt)
nihil ponunt. Alij verò contrarium ſuſtinent, &
dicunt rectius, quod gerundia maximè ponant,
quodque idem ſit dicere: Is latrocinando & de-
prædando mihi meam eripuit togam, & is togam
mihi eripuit latrociniter, & deprædatoriè, vel to-
gam meam mihi deprædatus eſt. De gerundiis vi-
dete gloſſam & Doctores *in Rubric. ff. C. de Eden-*
do, & de in ius vocando, Bald. in l. Si ex cautione, §.
quæ ex C. de non num. pecu. Iacob Butrig. & Sali *in l.*
Prima, C de his qui latro. occulta. Specul. *de libell.*
concept. §. Iam nunc videndum, in exordio, &
D. Iaſo. May. *in Rubric. de actionibus inſtitut. nu. 27.*
cum ſeq. Sed de his omnium optimè iudicat Gram-
matici, & potiſſimum doctiſſimus Auguſt. Satur-
nius in ſuo Mercurio maiori.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CII.

a. *Conclusionem.)* Marian. latè *ex com. in ca. 1. num. 52. verſ. & ex prædictis. de litiſconteſt. & in cap. ſignificantibus 2. num. 64. de libelli obla.* Rebuff. *ad l. verbum oportelit. 8 §. actionis verbo. verſ. 5. in actione ff. de verb. ſignific.* & concluſionem in ciuilibus pro forma requiri, per *l. vt fundus ff. com. diuidund. & le. vlt. Cod. de fideicomiſ. libert.* poſt Bart. *numer. 6.* & alios Iaſ. *numer. 13. in leg. 1. ff. de edend.* Socin. limitando *7. modis, in fallent. reg. 231. cum ſeqq.* Zaſ. *in dict. leg. 1. poſt princ. verſ. addit.* Bart. *& in rubric. inſtitut. de action. verſu fin. verſ. circa concluſionem* ibidemque *in § omnium* Iaſ. *ex com. num. 128. & 135.* Clar. *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 12. ſub num. 21.* Gail. limitando, *lib. 1. obſer. 61. nu. 14.*

b. *Et pertinenter.)* Sufficere tamen libellum præſumptiuè concludere, Felin. late *in cap. vlti. nu. 2. de libell. oblat. &* poſt Panorm. & alios Dec. *in cap. dilecti num* (mihi) 49. *de iud.* Rom. *idem in criminalibus aſſerens, conſ. 105. numer. 1 in fin.* Alex. declarando, *conſ. 1. ſub nu. 42. lib. 5.* Zaſ. *in rubr. tit. de act. in inſtit. verſ.* expedita theorica Gail. *d. obſ. 61 n 17 lib. 1.*

c. *Concludat.)* In concluſione ſtat effectus; eſt enim exitus & determinatio totius orationis, vt ait Bald. *conſ. 357. num. 1. verſus fin. lib. 3. per leg. contractus, & Cod. de fid. inſtrum. & leg. ſi cum fundum 126. ff. de verb. ſignif.* ſequitur Crauett. *conſ. 415. ſub num. 18* vbi poſt Iaſ. *in di. leg. 1. ſub num. 14 ff. de edend.* concluſionem propterea reſtringere narrata ad ea quæ in ipſa ponuntur, Gail. *dict obſ. 61. ſub num. 15.* vbi poſt Bald. *in l g. edita num. 23 Cod. de edend.* propterea D. ... concluſionem libelli conceptio principaliter conſiſtat in concluſione, vt tradit etiam Marian. *in dict. cap. ſignificantibus num. 64. verſ. 1. caſu.*

d. *Et num iuxta tenorem)* Euerard *conſ. 126. num.* (*mihi*) 3. Gomez *var. reſol tom. 3. cap. 11 ſub num. 3. verſ. item etiam quia quando* VVurmbſer. *tit. 9. obſer. 6.* VVameſ. *conſ. 73. num. 1.* vbi poſt Bart. *in l. Aurelius, §. Sticho num. 3. de liberat. leg.* qualitatem libelli detegi ex ſubiecta illi concluſione, Iaſ *in l. 1. num 14 in fin ff. de edend.* Zaſ. poſt alios in *rubr. inſtit. de action. verſus fin, verſ. & dicit.* Bart. quum concluſio, addit VVameſ. ſit libelli & totius proceſſus velut clauius Attendi quippe ſolam concluſionem libelli, Alex. latè *conſ. 121. num. 2. & 10. lib. 1.* vt vel rectus cenſeatur vel ineptus, vt poſt Bart *in leg. certi conditio. numer. 2. ff ſi cert. petat.* Dec. *in cap 1. not. 1. de offic. delegat. conſ. 57 in princ conſ. 62. num. 1. & conſ 188. in princ.* Cephal. *conſ. 100. n. 15.* Gail. *d obſ. 61 n. 15.* Mynſ *conſ. 7. nu. 3.* Rol. *conſ. 41. n. 7. in fin. & 10 lib. 3.* Dec. *conſ. 139. n. 3. lib. 3.* Soar. *recept. ſent. theſ. in lit. L. nu. 167* Men. declarando, recuper. poſſeſſ. *remed. 15 quæſt. 21. num. 248. cum ſeq.* vt & ad conſiderandam vim libelli, attendi concluſionem non narrata, *per cap. litera de dilat.* cum à ſimil. ſcribit Crauett. *conſ. 151. ſub nu. 1. & conſ 415. num. 17.* & præualere narratis Magon *Luc. dec. 96. num. 2.* voluitque Gilman *dec. 43. num. 1. 2. & 3. lib. 1.* neque alterari concluſionem ex narratione; Dec. *in cap. ex parte 2. in 3 not. num. 10. cum apoſt. de reſcript. cioſ. 28. num. 3. & 7. & conſ. 156 poſt princ.* Adeò vt ſi etiam ineptè fuerit narratum, & cauſa petendi fuerit inepta, tamen ſi concluſio aptè ponatur, ita quòd iudex intentionem actoris intelligere poſſit, ſufficere bene eſſe petitum vel concluſum: quia concluſio regulat, ampliat reſtringit, & determinat totam actionem, poſt Iaſ. *num. 129. cum ſeqq.* & alios, *in §. omnium. inſtit. de action.* Gilman, Cameræ Imp. *deciſ. 10. numer 3. cum ſeqq. lib. 1.* Natt *conſ. 28. num. 1.* Gail. *d. obſ. 61. num. 13.* ideoque iudex in litis progreſſu conſpiciat aliquid quòd alia iudicij facie conſtituta aliam poſtularet ſententiam, non poſſe eò manus ſuas extendere, ſed præcisè cogatur ius dicere tantùm vſque & infra fines propoſitæ concluſionis, reſeruato alterius viæ remedio poſt peractam litem propoſitam, VVameſ. vbi ſupra, per *l. Lebius* Marcellus *de pact. dot* ibidemque Bald. *& in authent. ſed etſi quis, C de ſecund. nupt.*

e. *Neceſſaria)* Bart *in l 1. ſub init.* Socin. *num. 3. cum ſeq. & alij ff. de except.* Rebuff. *in d § actionis verbo. verſ. 5 in actione,* Iaſ. *in d. § omnium, numer. 138. & in l. 1 num. 15 ff. de edend.* vbi tamen *numer. 15.* concluſionem libelli attendi etiam in exceptionibus, ſecundum Bald *in l. cum vltra, C de non numer. pec.* Sic & Rebuff. *in d verſ. 5. in actione, in fin,* practicos Franciæ ſolere rei concluſionem deſcribere vt videlicet abſoluatur cum expenſis.

Digitized by Google

† Retinendæ.) Voluit dixiſſe, opinor, recuperandæ, in quo quippe poſſeſſorio procedere libellū ſine concluſione Marian ex com in d. c. ſignificantibus, 2 num 64. verſus, fin. verſ. aduerte tamen Iaſ. poſt alios in dict. §. omnium, ſub num. 125. & in dict. leg. 1. num. 18. Ibidemque Zaſ. poſt prin. verſ denique & omnino. In omnibus autem iudiciis poſſeſſoriis ſiue interdictis, libellum offerri ſolere Marian in dict. cap. 1. num. 72 de libell. oblat. Menoch. declarando, adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. queſtion. 57. numer. 470. cum ſeq

f. Criminali.) Marian. ex com. in repetit. cap qualiter & quando, num. 211. Iaſ. latè in dict. leg. 1. num. 23. ff. de edend. & in dict. §. omnium. num 135. Gomez. dict. cap. 11. num. 3. Soar. recept. ſent. theſ. in lit. L. num. 162. Mynſing. late centur. 4. obſ 8. poſt princ. Gail. declarando. lib. 1. obſ. 61. num. 18 cum ſeq. Clar. declarando, ſent. lib. 5. §. fin. queſt. 12. num. 22. Zaſ. poſt alios ex com. in rubr. de act. ad fin. verſ. 3. eſt caſus & in leg. 1. poſt princ. verſ. porro perpetuum eſt.

g. Principis.) Aufrer. ad Tholoſ. dec. 286. Afflict. (idem quoad ius pontificium aſſerens) dec. 3. num. 1. in fin. cum ſeq. Iaſ. in dict. leg 1. num. 19. cum ſeqq. de edend. & in dict. §. omnium num. 136. inſtit. de act. Ibidemque Zaſ. in rubric. ad fin. verſ. 2. caſus, & in dict. leg. 1. poſt princ. verſ. tu pro auctario, vbi eò amplius, & in totum poſſe libellum obmitti, in cauſis arduis etiam de quo latius Marian. in dict. cap. 1. num. 29.

h. Stylum) Poſſe iudicem reijcere libellum contra ſtylum & curiæ conſuetudinem, Angel. in leg 1. in princ. ff. de offic. aſſ, Dec. in leg. edita. num. 2. C. de edend. in cap. dilecti filij num. (mihi) 58. in fin. & ſeq. de iudic. & in cap. ex parte, 1. num (mihi) 38. de reſcr. ibidemque Felin. num 17. Roland. conſ. 39. num. 31. lib. 1. & conſ. 47. num. 55. lib. 2. ſentitque Zaſ. ad §. ſi minus, ſub verſ. circa emendationem. inſtitu. de act. Vant. de nullitat. proceſſ. tit. de null. ſent. ex defect proceſſ. ſub num. 21. Menoch. lib. 2. præſumpt. 40. num. 14. Sed & ſufficere libellum iuxta ſtylum ac morem vſitatum eſſe conceptum VVeſenbec. conſ. 3. num. 37. in fin.

i. Vt concluſiones.) Gail. d. obſ. 61. nu. 13. in fin. Gilman. d. dec. 10. ſub num. 4. poſt Zaſ. nu. 21. & alios d. §. omnium.) Dixi latè ſupra in princ. & ad verb. & non iuxta tenorem.

k. Non obſeruare.) Alex. ad leg moribus, §. vlti. n. 17. ff. de vulg & pupill. Marian. in di. c. libel. obl. Felin. in c. 1. n. 19. verſ. valet. etiam de litiſcont. & in c. cum dilecta & ſub nu 4. de reſcript. & ex com. in c. qualiter & in cap. ſane 2. ſub n. 2. ibidemque Dec. ex com. num. 10. de offic. deleg. Iaſ. in dict. §. omnium. num. 144. inſtit. de action. Alciat. in cap. 1. num. 18. de offic. ordin. Villal. in com. opin. lit. L. num. 117. Soar. in recept. theſ. lit. L. num 161. Muſcat. latè. prax. ciuil. part. 1 gloſſ. verb. libellus, num. 10 cum. ſeqq. poſt Bald. in l 1. num. 8. C. de except. rei iud. vbi videri hoc peti ſuo tempore fieri, videlicet condemnati tempore rei iudicandæ, & compelli tempore rei exequendæ: verbis enim libelli accomodandum intellectum ſanum, vt valeat & non pareat, id quod probat latius Capyc. dec. 96. num. 6. cum ſeqq. Iaſ. conſ. 112. num. 8. lib. 4. Roland. conſ 41. 21. lib. 3. VVeſenbec. conſ. 3 nu. 19. cum ſeq. Fichard. conſ. 53. num. 6. lib. 1. Mynſing. centur. 4. obſerua. 5. tota. Gail. lib. 1. dict. obſeru. 61. num. 16. & obſeru. 66. num. 6. cum. ſeqq. Menoch. de præſumpt lib. 1. quæſt. 53. num. 4. & 6. Zaſ. ad leg. ſi cum nulla. verſus fin. verſ. porro ex doctrina, ff. de re iud. vbi contra Bart. ibidem, procedere etiam libellum ſiquis petierit tantum cogi & compelli, neque peteret ſimul condemnari, eò quod alioqui peti non poſſit cog. Iaſ. latè poſt Angel. & alios ex communiori, ad dict. §. omnium num. 139. cum ſeqq. Alex. in d. §. vlt. n. 17. in fin. cum ſeq. Dec. vbi ſuprà, & in cap. ij. cum apoſt. num (mihi. 19. de reſcript. Marant. de ord. iud. part. 4. diſtinct. 9. num. 16. & (inter mercatores) Strach. de mercat. tit. de libell. & pet. num. 13.

l. Procedere.) Non tamen ea de cauſa viciari libellum, ſi prius fiat concluſio quam narratio, per text. in cap. literas & in cap. cum ad ſedem de reſtitut. ſpoliat. & quod not. in cap. cum dilectus, in princ. de fid. inſtrum. cum ſimil. Marian. in d. cap ſignificantibus num. 34. in fin. latius n. 68. de libell. oblat. id quod apud nos vbique vſitatius eſt, quam vt pluribus perſuaderi aut confirmari debeat. Verum de hac materia ordinis præpoſterati agemus abunde infra cap. 129. ad verb. admitteret.

Digitized by Google

CAPVT CIII.

De Prouiſione petenda.

SVMMAE.

1	*Vidua vſufructuaria*		*alimentorum, & pecuniæ ad litem.*
2	*Filius hæreditarius*		*alimentorum, & pecunia ad litem.*
3	*Soror pauper, à fratre*		*alimentorum.*
4	*Teſtamentarius*		*pecuniæ ad lites proſequendas.*
5	*Vxor à Marito exacta*		*alimentorum ſuper bona mariti.*
6	*Spoliatus à ſuis*	*Prouiſionem*	*vt reſtituatur.*
7	*In vendicatione arreſtorum*	*petere poteſt*	*ad manus remotionem.*
8	*In vendicatione proprietatis*		*ad manendum in poſſeſſorio.*
9	*In attentatis actori licet*		*vt attentata reparentur.*
10	*In Complainta nouitatis*		*vt ante omnia fiat reſtabilitio.*
11	*In nantizato duplicato*		*vt ſibi adiudicetur recredentia.*
12	*In nantizato priuilegiato*		*vt à reo fiat conſignatio.*

13 *In omnibus Prouiſionibus Actoris, eſt procedere ſummariè.*

1 IN multis cauſis ac litibus, Actori licitum eſt ſuam Petitionem ſiue Libellum formare in cauſa principali, (a) & ſimul etiam petere Prouiſionem, (b) verbigratia, vt exemplis commonſtremus: Si Vidua in proceſſu petat ſuum vſumfructum, ea ſimul quoque petere poteſt (c) Prouiſionem ſuorum alimentorum, & etiam Prouiſionem pecuniæ ad eandem litem proſequendam.

2 Sic etiam: Si Filius petat hæreditatem, (d) & ſucceſſionem ſui Patris, is quoque ſimul petere poterit Prouiſionem ſuorum alimentorum, dum is proceſſus durabit, & præterea petere pecuniam ad hunc eundem ſuum proceſſum (qui eſt de hæreditate obtinenda) proſequendum, & continuandum.

3 Soror item paupercula contendens cum fratre ſuo de hęreditatis diuiſione, aut de feudorum aſſecutione, poteſt petere Prouiſionem alimentorum à fratre, (e) ſiquidem ambo ab vno eodemque patre progeniti fuerint, nempe, vt is frater qui patris bona & feuda ferè omnia ſolus obtinuerit, ſuæ ſorori, quæ nihil, aut admodum parum hæreditatis paternæ conſecuta ſit, prouideat de honeſta alimentatione, qua honeſtè, & iuxta ſtatum paternæ originis viuat, dum ſine hac Prouiſione, alioqui honeſtè viuere non poſſet. Atque ita dicendum eſt in ſimilibus (f) caſibus. Sed hanc poſtremam clauſulam (dummodo, &c.) non temerè addidi, quia nullæ perſonæ, quibus aut vſusfructus, aut alimenta ex diſpoſitione iuris, ſtatuti, conſuetudinis, aut ex officio Iudicis aliquo modo debentur, petere poſſunt Prouiſionem prædictam, imò nihil ratione illorum ſtatutorum petere & exigere poſſunt, quoties ipſis aliunde (g) ſatis prouiſum fuerit, ex quibus commodè, & honeſte viuere poſſint. Verum illi quibus alimenta debentur ratione cenſus, illi poſſunt Prouiſionem ab illo cenſu petere & exigere, etiamſi alia eſſent ſatis diuites, ac opulenti.

Executores quoque Teſtamentorum, ſi Teſtamenti cauſa, proceſſus aliquis inciderit, hi poterunt etiam Prouiſionem petere, ad eundem proceſſum proſequendum. (h) 4

Vxores quoque quæ à ſuis Maritis exactæ & profligatæ fuerint, & nondum per curiam ſpiritualem ſeu Eccleſiaſticam diuortiatæ, aut ſeparatæ à ſuis Maritis fuerint, iſtæ optimo iure & ratione naturali petere poterunt prouiſionem (i) alimentorum, ſuper bona ſuorum maritorum. Sed Bald. hac de re debita diſtinctione vtitur, *l. Quod in vxorem, C. de negot. geſt.* ſcilicet, ſi Maritus expuliſſet Vxorē ex ædibus ſuis, propter ſuam ipſius mariti culpam, (k) tunc tenetur ipſam alimentare. Si vero propter culpam, & intolerabilia vxoris vitia expuliſſet, tūc nequaquam tenetur ad eiuſdem alimentionem, ſecundum Iac. de Aret. & Cynum. Verum ſi ob neutrius, neque Mariti, neque Vxoris culpam exactā fuiſſet, ſed ob culpam alicuius tertij, ſcilicet, cauſa Fratris, aut Patris Vxoris, qui promiſit pro ea dotem, quam non ſoluit, atque Maritus ob hanc cauſam Vxorem ablegat, & ad paternam, aut fratris domum indignabundè remittit, tunc Maritus non tenetur eam alere ſiue alimentare: iuſtè enim talis Maritus Vxorem propter hanc cauſam expellere cenſetur, vt innuit gloſ. *in Auten. de non eligen. ſecundo nubent. §. Fi.* 5

Qui vi ſpoliatus, aut amotus eſt à ſuo, is poteſt petare, vt ante omnia reſtituatur. Spoliatus enim ante 6

Digitized by Google

ante omnia debet reſtitui, *c. 2 & c. in literis, extra, de reſtitut. ſpoliat, & l. Si quis ad fundum. C. Ad l. Iul. de vi pub. & priua.* Vide de hoc Socynum, in regula CCCLXXIX. incip. Spoliatus, folio lib. meo CLXX. in ſuo tractatu fallentiarum.

7 In materia rei vendicationis ſuper vtenſilibus arreſtatis, (*l*) poteſt Reus ante omnia petere manus remotionem, ſiue leuationem, ſub cautione, hoc eſt, vt Iudex manum arreſtantem ab arreſtatis remoueat, & vt Reus ſub cautione arreſtata leuare, & ſibi arripere poſſit.

8 In materia verò rei vendicationis proprietatis, aut rerum immobilium, is qui eſt in poſſeſſione, debet in eadem, durante proceſſu, permanere, & contra talem poſſeſſionem, non ſeruit prouiſio in contrarium.

9 In materia attentatorum, actori licet petere & exigere, vt ante omnia attentata reparentur.

10 In materia nouitatis, in qua Complainta non eſt confirmata, neque præſtita, aut (vt Barbari) neque ſatis furnita, in ea poteſt Actor petere, vt (antequam in principali procedatur) Complainta firmetur, præſtetur, & furnetur, de reſtabiliſamento & ſequeſtro.

In materia verò nouitatis, aut nantiſſamenti ſeu 11
conſignationis, in qua interdictum conduplicatum eſt, vnuſquiſque tendit ad recredentiam cauſæ cõtentioſæ, vt ea durante, proceſſu vtatur.

In materia priuilegiatorum nummorum, Actor 12
primo omnium petere poterit, vt à Reo fiat nantiſſamentum, ſeu conſignatio pecuniæ, & tunc ſuper illo petet ſibi ius dici.

Super iſtis ac alijs prouiſionibus, debet per Acto- 13
rem ius accipi ſummariè, priuſquam (*m*) tendat ad principale, alioqui poſſet Iudex illud tranſilire, & præterire, non dicendo, aut faciendo ſuper illo ius aliquod.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. CIII.

a. **P**Rincipali) Quis dicatur principalis proceſſus vel cauſa Rebuff *conſtit. reg tom. 1. art 1 gl. 6. tract. de ſent prouiſ.*

b. *Prouiſionem.*) Quid ſit prouiſio, Boër. *dec. 324. num. 2.* Rebuff. latiſſ. *d. tom. 1 conſtit. reg in præfat. tract. de ſent prouiſ n. 11, cum ſeqq.*

c. *Petere poteſt.*) Quando agit ad dotem vel donationem propter nuptias, Couar. *pract. quæſt. cap. 6. ſub num 6.* Ioann. Gall. *dec. 215. & 219.* Rebuff. declarando, *d. tract. de ſent. prouiſ. art. 3. gloſſ 1. num. 1. 4.* & ſeqq. Mynſinger. *cent 6. obſ 21. num. 6.* Menoch declarando, de præſumpt *lib. 1, quæſt. 35. ſub nu. 18. cum ſeqq.*

d. *Petat hæreditatem.* Aufrer, limitando, in addit. Tholoſ. *dec. 77* Io. Gall. *ex SC. dec. 233.* Afflict, *dec. 152 num 4* in fin. Boër. *d dec. 324. num. 4.* Couarr. declarando, pract. quæſt. *cap. 6. nu. 6. & 8.* Mynſing. *d. obſ. 21. num 3.* Decian. *conſ 66. num. 1. lib. 2.* Men. *de præſ lib. 1. quæſt 35. ſub num. 1.* cum ſeqq extendendo & reſtringendo latiſſ. vt & Rebuff *d. tract. de ſent. prouiſ. art. 1. gloſſ. 2 ſub num. 1.* cum ſeqq *vbi num. 2. & 18.* faciendam prouiſionem filio, ſiue agat ipſe, ſiue conueniatur hæreditatem non poſſidens, vt ſingulis annis quibus litigabit, detur ei è bonis paternis certa pecunia, per *l ſi inſtituta, 27. §. de inofficioſo ff. de inoff. teſtam* Et quamuis in ſpecie illius C tria interuenerunt quæ deciſioni iuriſconſulti dederunt cauſam; nempe quòd exhæredatus erat nepos vel filius, quodque obtinuit in querela, & quòd inopia premebatur: nouiores tamen interpretes extenderunt illam deciſionem ad pronepotes, & alios quoſuis deſcendentes à teſtatore, ſimul & ad patrem, atque alios aſcendentes, prout fecerunt Couarr. & Rebuff. vbi ſuprà, inquit Valaſc *dec. 1 num. 10. ad fin cum ſeq.* addens illis indubitanter ſe accedere.

e. *A fratre.*) Guid. *dec. 439. num 7.* Afflict. *ex SC. dec. 11.* Cephal. *conſ 127. num. 7.* Mynſing. *d. cent. 6. obſ 21 num. 4.* voluitque Rebuff. ex SC. *d. art 1. gloſſ. 2. ſub num. 10 & 20.* Secus tamen ſi collateralis ab inteſtato hæreditatem fratris aut conſobrini petat: quia fratris non perinde cenſeatur hæreditas quaſi debito ſicut patris, Rebuff. *d art. 1. gloſſ 2. num. 23.* *Couarr. d. cap. 6. ſub num. 6* Menoch. *d. quæſt. 35. ſub num. 17.* Valaſc. *d. dec. 1. ſub num. 11.*

f. *In ſimilibus.*) Alijs ex iuſtis cauſis prouiſionem fieri, per text. *in l aut prætor. §. vlt. de iur. deliber.* Rebuff. *in d præfat tract de ſent. prouiſion. numer. 19. & 22, 23. & ſub num. 127.* vbi iuſtam cauſam deſcendere ex iudicis arbitrio, qui prouiſionem arbitretur quando rēs dilationem non recipit, per *l. vlt ff. de appell. recipiend. cum ſimil.* Ibidemque *num. 140.* poſt relatos 40. caſus in quibus de iure conſuetudine, & ſtylo curiarum ſoleat fieri prouiſio; vltimum addit quando reperiretur alia iuſta cauſa, & ſimilis vel maior prædictis, per text. *in §. porro,* quæ fuit *prin. cauſ. b. neſ. amitt. in vſ. feud.* Idque operari præſumptionem, vt is contrà quem eſt præ-

Digitized by Google

præſumptio vrgens teneatur ſubminiſtrare litis expenſas, & alimenta certis in caſibus ſuo aduerſario alioqui non habenti vnde ſe alat, & cauſam defendat, Menoch. declarando *d. quæſt.* 35. *nu* 1. *& ſeqq. & lib.* 2. *præſumpt.* 67. *ſub num.* 41. Soar. *recep. ſent. theſ. in lit. P. num.* 58. Mynſing. *d. obſ.* 12 *num.* 1 Decian. *ex com. d. conſ.* 66 *num.* 2. Licet contra Valaſc. (de his quoque latiſſ. tractans) *d. dec.* 1, *num* 9. *&* 12. aſſerens extra caſum *d.* §. *de inofficioſo* nunquam hoc de litis ſumptibus miniſtrandis, vidiſſe receptum apud Hiſpaniarum regia prætoria neque exiſtimare, præſumptionem ortam ex ſententia à qua fuit prouocatum, ſufficere ad litis ſumptus à reo adminiſtrãdos: neque vidiſſe vnquam in Hiſpaniarum regno, in prima iuſtantia, antequam aliqua ferretur ſententia, pro litigante alimenta cuiquam decerni, etiamſi euidenter de paupertate doceret.

g. *Aliunde.*) Rebuff. è praxi docens, *d art.* 1. *gloſ.* 2. *num.* 22. *in fin. &* 23, Couarr ex com. *d. cap.* 6. *nu.* 6. *in fin.* Menoch. *d qu.* 35. *nu.* 4. ſentitque ex SC. Io. Gall. *dec.* 147. Quodque non conſtituantur alimenta aliunde habenti vnde ſe alat, Alex. *conſ.* 48. *num.* 2 *lib.* 3. *& conſ.* 72. *numer* 9. *lib.* 5. *Felin. in cap. cum dilecta ſub num.* 16. *de reſcript.* Affliẜ. *dec.* 10. *num* 4. Natt. declarando *conſ.* 269. *ſub num.* 3 *& conſ.* 643. *num.* 8. VVameſ. *conſ.* 89 *num.* 8. *in fin. & conſ.* 276. *ſub nu.* 10. vbi in pẽſione contra id, quod hic de ſenſu ſubſequitur.

h. *Proceſſum proſequendum.*) Et ad ſoluenda pia legata, Rebuff. ex SC. declarando latiſſ. *in d præfat. tract. de ſentent. prouiſ num* 69 *cum ſeqq. vbi numer.* 87. inter alia horrenda exempla, teſtimonium ceu teſtis oculatus perhibet, notarium quendam voluntatem vxoris defunctæ, etiam monitum, non ẽ ſequentem, fato quodam, nocte, per vmbram verberatum adeò fuiſſe, vt ante triduum, profeſſus ei ſe damnatum, obierit, & reliqua.

i. *Prouiſionem.*) Guid. *dec* 439 *num* 4. Afflict. 152. *num* 2 *in fin. cum ſeqq.* Rebuff declarando, *d. tract. de ſent. prouiſ art.* 3 *gloſſ* 1. *numer.* 6 *cum ſeqq* Couarr. *pract quæſt cap.* 6. *ſub numer.* 6. *verſ idem erit.* Mynſing. *d obſ* 21. *num* 2. *&* 5. Cephal. *d. conſ.* 127. *num.* 6 Menoch. *d. quæſt.* 35. *num.* 18.

k. *Mariti culpam.*) Angel. *in* §. *fuerat numer.* 19. *inſtit. de action.* Affliẜ. ex SC. declarando, *deciſ.* 10. *num.* 1. *cum ſeqq.* Guid. *d. dec.* 439. *numer.* 6. Rebuff. *d. art.* 3 *gloſſ* 1. *num.* 16. voluitque Bald. *conſ* 176. *num.* 4. *lib.* 1. vbi vxorem, etiamſi adulterium commiſiſſet, debere ali à viro, ex fructibus dotis, donec condemnetur, Valaſc. è praxi *d. dec.* 1. *num.* 4. poſt. Alber. *in l ſi quando, vlt, n.* 1. *verſ. item ſi mulier C. de ord cogn. alioſque.*

l. *Arreſtatis.*) Diximus ſuprà *cap.* 64. *ad verb. ſiſtendi, & cap* 73 *ad verb. cautionem.* Sed & mercatori extero, bonis eius alicubi arreſtatis, prouiſionem lite pendente fieri, vt ex bonis alatur, ſi aliunde ali facilè non poſſit, *arg. d. l. ſi neget. ff. de lib. agnoſc.* Rebuff. *in d. præf. tract. de ſent. prouiſ numer.* 116. vbi ſecus ſi diceretur mercatorem vel alium, bona illa ſurripuiſſe, vel in ijs deliquiſſe, quia delictum omne excludat priuilegium. *l.* 1. *C. vbi ſ. nat. vel clariſſ.* vel ſi alia bona, præter pauca arreſtata, haberet. Ibidemq́ue *numer.* 117. *& ſeq.* idem in ſimilibus.

m. *Priuſquam.*) Rebuff *d art.* 1. *gloſſ.* 6. vbi tamen poſt Bellamer *dec.* 85. *verſus fin* nũquam fieri prouiſionem debere, niſi aliqualis ſummaria cognitione præcedente, per tex. *in cap.* 1. *&* 2. 8. *quæſtione* 2. Ibidemque poſt Molin. *ad conſuet. Pariſ tit.* 1. §. 42 *num.* 51. ſi proceſſus principalis poſſit incontinenti definiri, ceſſare prouiſiones quæ lite pendente fiunt. VVameſ. declarando *conſ.* 276. *num.* 1. *per l. ſi is à quo in princ ff vt in poſſ. leg.* cum ſimul Alioqui locum habere in quocunque ſtatu litis: etiam ſententia deciſæ in cauſa appellationis, Rebuff. *in d. præf. tractat de ſentent prouiſ. numer.* 25. cum ſeqq. Molin. vbi ſupra. VVameſ. *conſ.* 272. *numer.* 5. & ante eos Ioan. Gall. *dec.* 253. Sed tamen ſententia prouiſionalis veritati præiudiciam non facit, nec ei aduerſus quem illa fertur, eripit poteſtatem propius de iure ſuo experiundi & docendi, VVameſ. *conſil.* 294. *numer* 8 *& numer.* 11. *verſ. quæ etiam ratio, per l. ſi quis à liberis.* §. *meminiſſe. &* §. *volent. & l. ſi neget. ff. de lib. agnoſcend.* latiùs quoque de his Papon. *eod. tit.* 1. *lib.* 18 *arreſt.*

CA-

CAPVT CIV.

De Fructibus, aut Vſufructibus petendis, & de eorundem reſtitutione.

S V M M AE.

1 *Fructus generaliter qui dicantur.*

Fructus alij ſunt
2 *Naturales, qui.*
3 *Induſtriales, qui*
4 *Partim naturales, partim induſtriales.*
5 *Ciuiles, qui.*

6 *Fructus naturales, & induſtriales, alij ſunt*
- *Percepti*
  - *A bonæ fidei poſſeſſore.* aut *A malæ fidei poſſeſſore.*
  - *Extant vel in* { *Agro,* vel *Horreo.* } aut
  - *Non extant, ſed conſumpti ſunt.*
- *Non percepti*
  - *Quod immaturi fuerint.* vel
  - *Quod maturi non ſint auecti.* vel
  - *Quod per negligentiam perierint.* vel
  - *Quod auehi non potuerint.*

7 *Fructus percepti*
8 *Fructus percipiendi* } *qui dicatur.*

Nullus poſſeſſor { … } *ſuos facere poteſt.*
9 *Fructus naturales, vllo modo* ——
10 *Fructus naturales* { *Pendentes*
11 *Remotos* { *Extantes,*
12 vel
13 *Conſumptos*

Poſſeſſor bonæ fidei { … } *ſuos facit.*
14 *Cum titul. fructus naturales* ——
15 *Cum, & ſine titul. fructus induſtr.*
16 *Ex voluntate domini poſſidens fructus*
17 *Si fiat poſtea malæ fidei, fructus tempore bonæ fidei perceptos, ſuos facit. Et contra.*

18 *Poſſeſſor malæ fidei*
Sine titulo { *Extantes, & conſumptos* Item, *Quos percipere potuit* } *reſtituere tenetur.*
19 *Cum titulo, excuſatur à reſtitutione fructuum percipiendorum, propter titulum.*

20 *Poſſeſſor malæ fidei à fructuum percipiẽdorum*
21 *reſtitutione non excuſatur, propter titulum*
22 *emptionis*
23
- *Si emat ab eo, quem ſcit vendere in fraudem creditorum.*
- *Si emat ab eo, qui metu compulſus vendidit.*
- *Si ſcien. emit contra interdicta legum.*
- *Si emit à fiſco non vendente ſolenniter.*

24 *Vſusfructuarius moriens ante fructuum maturationem, eoſdem perdit.*
25 *Vſusfructuarius, & colonus fructus ante mortem perceptos, ſuos faciunt.*
26 *Prælatus Eccleſiæ moriens, aut migrans fructus immaturos ſucceſſori relinquat.*

Sed

Digitized by Google

SEd quia præter expenſas (de quibus paulo ante diximus, & mox infra latius dicemus) plerunque etiam fructus rei petitæ, imò & Damnum, & intereſſe eorundem non raro petantur: Ideo de iſtis fructibus atque de ipſorum reſtitutione hic ſeorſum nunc quædam non inutilia præmittemus. Atque primò de Fructibus, & mox de ipſo Damno, & Intereſſe.

1 Fructus itaque de quibus hic loquimur, dicuntur, qui ſuperſunt, (a) deductis omnibus expenſis fructuũ quærendorum, colligendorum, & conſeruandorum gratia factis. Quæruntur autem fructus arando & ſeminando, colliguntur metẽdo, ex agris euehendo, conſeruantur verò in horrea vehendo, triturando, & debitè recondendo, idque tam à bonæ, quam à malæ fidei poſſeſſoribus, imò etiam à prædonibus, *vt l. Si à Domino, Paragrapho, fructus ff. de petitio hered. & l. Prima, C. de fructibus & lit. expenſ. & l. Fructus, ff. Solut. matri.* Fructus autem hi omnes triplici (b) ſpecie in iure diſtinguuntur. Sunt enim fructuum alij naturales, alij induſtriales, & alij Ciuiles.

2 Fructus naturales ſunt, Poma, Pyra, Nuces, Pruna, Ceraſa, Ficus, Dactyli, Amigdala, Orangiæ, Cytrones, Melones, Pepones, Cucurbitæ, & ſimiles. Dicti quidem naturales, quod ab ipſa natura, ſine magna hominis induſtria ferè proueniant: Vel (vt alijs placet) quod ſola natura ſine hominis facto excreſcant, hos Fructus nullus poſſeſſor quantumuis bonæ fidei, (c) ſuos vnquam fecit. *l. Sequitur, § fructus, ff. de vſucap.* Sed & hi quoque bifariè conſiderantur, Aut enim hi extant aut nõ extant. Si extant, tunc per rei vendicationem iidem Fructus petuntur, ſicut res ipſa, aut fundus ipſe, & nullus quantumuis bonæ fidei poſſeſſor eos ſuos facit vt iã dictum eſt. Si non extant, tunc etiam nõ tenetur reddere eos fructus, quod eos non habeat, nec doloſo fecit, quo minus haberet, ſed cõdictione ſine cauſa talium conſumptorum Fructuũ æſtimatio tantum debetur, *l. Si & me. ff. Si cert. petat.*

3 Fructus Induſtriales ſunt, in quibus plus operatur humana induſtria, quàm ipſa natura, (d) quantumuis etiamnum ipſa cooperetur. Vel (vt alij volunt) Fructus Induſtriales ſunt, qui ſine hominis facto & induſtria non poſſunt prouenire, neque perpetuò aut diu excreſcere, vt Vinum, Oleum, (e) Seges, Triticum, Frumentum, Mel, Cera, Auena, Faba, Piſum, Milium, Cucumer, & ſimiles fructus, gl. magna, *in l. Et ex diuerſo ff. de rei vend. gloſſ. & doct. in l. Certum, C. eod. tit.* Quin & Lac, Pilus, Lana, & Fœtus computantur inter Fructus Induſtriales, gl. vnica & ſola, & quæ ſemper ad hoc allegatur, in verb. Et cura, in vulgato, *§. Si quis à non Domino, inſtitut. de rerum diuiſ.* Bart *in l. Et ex diuerſo, nu. 2. ff. de rei vendic.* vbi adiungit oliuam, & D. Panor. *in c. Grauis, extra. de reſtitut. ſpoliat.*

Sunt autem & Fructus, de quibus non poteſt dari certa doctrina (f) an ſint Induſtriales, an Naturales, veluti Fructus Nemorum, Ligna, Fœnum, & ſimiles. De Fœno tamen, licet D. Angel. Aret. in *§. is verò ad quem. n. 2. inſtitut. de rer. diuiſ.* per notabilem *l. Si vſufructuarius. meſſem. ff. Quibus modis vſufr. amitta.* ibi Fœno ſciſſo, & c. putat quod Fœnum computandum ſit inter fructus induſtriales, quod probatur, primò ab authoritate, ſcilicet, quia ibi ponitur inter omnes fructus induſtriales, ſecundo, quia ſi Fœnum computaretur inter Fructus naturales, & extantes, tunc bonæ fidei poſſeſſor nullo modo id fœnum efficeret ſuum, quod tamen in Fœno contingit, quod tamen contingere non poſſet, ſi Fructus eſſent Naturales, & extarent, ſicuti idem Angel. dixit in *d. §. Si quis à non Domino, inſti. de rerum vendit.* 4

Fructus verò Ciuiles ſunt, (g) quos non natura nobis, ſed humana induſtria, labor, & diligens exercitium comparat, ſine vllo ferè naturæ adminiculo, quales ſunt locationes ſeu penſiones Domorum, Equorum, Vecturæ nauium, & reliqui fructus manuarij. Ita Bartol. *in d. Ex diuerſo num. 1. ff. de rei vendic. textus, in l. Si nauis, ff. eodem titul.* Sed de his fructibus non erit nobis hic ſermo, quod hi in controuerſiam non cadant, ſed vnicuique poſſeſſori ſiue operario propriè debentur, Domino igitur alij fructus, ſcilicet, Naturales, & Induſtriales, & (ſub quibus etiam continentur omnia bonorum genera, quæ aliquo modo hominum vſui apta ſunt & commoda) de quibus non raro oriuntur controuerſiæ, alius conſiderãdi ſunt: Hi enim aut percepti ſunt, aut non percepti. Si percepti ſunt, percepti ſunt à bonæ fidei Poſſeſſore, aut malæ fidei Poſſeſſore. 5

Item aut extant, ſcilicet, in Agro, aut in Horreo, aut cõſumpti ſunt. Si nõ percepti ſunt, id accidit aut propter immaturitatẽ, aut non ſeparationẽ, aut quod perierint, aut quod auehi non potuerint. 6

Fructus igitur percepti dicuntur, qui aliquo modo à ſolo, aut fundo ſunt ſeparati, auecti, & in horreum reconditi. (h) Item, quos bonæ fidei poſſeſſor percipere potuit, non conuentus ratione dominij, hoc, eſt & ab alio quam à Domino. Nam ſi ab ipſo Domino cõueniretur, tunc fructus percepti dicerẽtur, quos actor aut petitor petere potuiſſet, nõ quos Reus. (i) *leg. Si nauis §. generaliter. ff. de rei vendicat.* Atq; hæc eſt deciſio Innocentij & Pan. in *c. Grauis extra de reſtitut. ſpoliat.* 7

Fructus autem percipiendi (k) ſunt, quos bonæ fidei Poſſeſſor percipere debuit, aut qui nondum maturuerũt, aut ſi maturuerũt, adhuc tamẽ in agro hærent, & nondum ſunt reconditi: de quib. omnibus has concluſiones accipe. Prima, Fructus naturales nullus ſuos facere, aut lucrari poteſt, iuxta text. *in l. Fructus, ff. de vſur. & fructib. m.* 8

Quæ

Quæ Concluſio verificatur, primò de poſſeſſori-
9. bus malæ fidei, qui nullo modo, nec vnquam fructus naturales ſuos facere poſſunt *l. demum, & leg. Certum, C. de re. vend. cat. & ibi doct. & c. Grauis cum g[l]oſſa ſuper verbo Fructus, ext. de reſtitut. ſpoliat.* Secundò de Poſſeſſore bonæ fidei, qui etiam fructus naturales ſuos (e) non facit, iuxta gloſſam, in verbo. Fructus, *& gloſ. in verbo cog[n]itum reſtitu. in quotidianæ, §. Si quis à non Domino, inſtit. de rer. ū diuiſi & tex. in di. le Fructus, de vſur.* & fructibus gloſ. in verbo. Non habendam, quam approbat Bart. *in l. Et ex diuerſo ff. de rei vendicat.*

10 Secunda Concluſio, nullus Poſſeſſor Fructus naturales pendentes aut adhuc in agro hærentes ſuos facere poteſt, ſed per rei vēdicationem eoſdem reſtituere tenetur *l. Fructus pendentes, ff. de rei vendicat.* Tales enim Fructus pendentes, fundoque adhærentes, ſunt pars fundi. Ideoque ſi poſtea tenebitur ipſum fundum reſtituere per rei vendicationem, etiam Fructus adhærentes (qui ſunt pars fundi) ſub vna, eademque rerum vendicatione propter vnitatem, & coniunctionem reſtituere tenebitur *d. l. Fructus pendentes, iuncta gloſſa in verbo. Pars fundi l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de a[c]tionib. empt.* Vbi text. Si Fructibus iam maturis ager diſtractus aut venditus ſit, etiā Fructus (ſcilicet eiuſdem agri) emptori cedere (niſi aliud conuenit) exploratum eſt. *& c. l. ſi Filius, §. Dominus, ff. de legat. 2. & leg. Si ſeruum cōmuni[s] ... §. ... qui eſt, §. ſolemnis*, ſecūdum Bart. *ff. de furt.*

11 Tertia Concluſio, Nullus Poſſeſſor Fructus à fundo remotos, & adhuc extantes ſuos facere poteſt, ſed eos reſtituere tenetur. Cynus, Bald. & Salicet. *in l. Certum, C. de rei vendicat. & d. inſigni glo. in verbo, non habendam, in leg. Et ex diuerſo, ff. de rei vendicat.*

12 Quarta Concluſio, nullus Poſſeſſor Fructus Naturales conſumptos, ſuos facere poteſt, ſed eos quoque reſtituere tenetur, potiſſimum ſi ex iis locupletior ſit effectus, non quidem eoſdem qui aſſumpti ſunt, ſed alios, aut precium, per condictionem ſine cauſa, *l. Si & me, & Titium, ff. Si certum petat.* Intelligitur autem aliquis ex Fructibus locupletior factus, qui eorundem pecuniam habet, aut qui eos in vſum neceſſarium expendit, vnde ditatus eſt, iuxta text. *in leg. Pupillo, iuncta, l. In Pupillo, ff. de ſ[ti]lat. & libera.* Vbi etiam dicitur aliquis locupletior factus, hoc ipſo, quod non ſit per eos factus pauperior. *(m)*

13 Quinta concluſio, Poſſeſſor tamen bonæ fidei cum titulo (*n*) Fructus omnes naturales (*o*) ſuos facere poteſt, & ratione tituli eos reſtituere non tenetur, iuxta tex. *in l. Bonæ fidei poſſeſſor. ff. de acquir. rerum domi.* Quæ quidem lex diligenter eſt notanda, propter Doctores ſuper ea variè ſcribentes, quod contrà eam nulla ſit ſolutio admittenda contraria, propterea quod verba eius ſint aperta, & clariſſima.

Sexta concluſio, Poſſeſſor bonæ fidei, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo, ſcilicet, vel emptionis, vel donationis, vel hæreditatis, Fructus Induſtriales ſeparatos & perceptos ſibi lucratur, ſuoſq; facit, & ſibi vendicat, potiſſimū vſq; ad litiſconteſtationē, tū ratione curæ, tū ſeminis iacti, tū culturæ factæ cauſa. Ideoque eos reſtituere non tenetur, (p) iuxta gloſ. in verb. *Non habendam, in l. Et ex diuerſo.* quam Bart. ibi ſolennem aſſerit, ita textus & glo. in verbo fructus, ibi ampliſſimè, in *d. c. Grauis, extra, de reſtit. ſpoliat. & l. ... vſuſfructuarius, ff. Quib. mod. vſuſfru. amitta, & l. 4. poſt litem, ff. finium regund.* Minus autem conſumptos reſtituere tenetur, iuxta gloſſam in verbo. Fructus *in d. §. Si quis à non Domino, inſtit. de rerum diuiſi*, & gloſſa *in l. Item, veniunt, §. Eos, ff. de petit. hæred.* Porrò ſi eos à fundo non abſtulerit, tunc ipſius fundi eſſe cenſentur *l. Fructus, de rei vendic. Et §. ſi hæreditas, in verbo.* Si verò bonæ fidei, inſtitu. de offic. iudic. Sed huic opinioni refragatur Bartolus, (q) qui dicit Poſſeſſorem bonæ fidei teneri ad reſtitutionem fructuum induſtrialium, ex quibus factus eſt locupletior, ſed condictione ſine cauſa, *per d. l. leg. Si & me, & Titium.* Sed Bartolo aduerſatur Panorm. *in d. c. Grauis*, & plures alij, qui aſſerunt Fructus perceptos, non eſſe Petitoris, ſed Perceptoris, qui per conſumptionem eos ſuos fecit, & ſic potius, debentur Domino fundi, ſiue Poſſeſſori quod patet ex eo, quod Domino ſiue Poſſeſſori adiudicantur per officium Iudicis. Quod autē per Iudicis officium reſtituitur vel adiudicatur, id verè debitum dicitur, iuxta gloſſam, & Bartol. *in l. Cum poſtulaſſem, ff. de damno infec. & l. Item ſi verberatum, ff. de rei vendica.* Dixi paulo antè, vſque ad Litiſconteſtationem, quia poſt litem conteſtatam (r) nullus Poſſeſſor, quantumuis bonæ fidei, vllos Fructus perceptos, aut percipiendos ſuos facere poteſt, *d. l. Certum, §. bonæ fidei.* Quinimo ſi quiſpiā ante Litiſconteſtationem fuerit bonæ fidei, is poſt Litiſconteſtationem ſit Poſſeſſor malæ fidei, (ſ) ſi à ſua defenſione decidat, *l. Prima, C. de petit. hære.* Et hic ſequenda eſt diſtinctio, quæ habetur *in le. Et ex diuerſo, in principio, in glo. incip.* Etiam perceptorum. *ff. de rei vendicat.* Quocirca ſi poſt Litiſconteſtationem adhuc in agro exiſtant, & nondum ſint ſeparati, licet eos ſuos fecerit, eoſdem tamen reſtituere tenetur Iudicis officio, non rei vendica, quod tales ſint percipiendi, *§. Et ſi in rem. inſtit. de offic. iudic. & leg. Certum, §. Bonæ fidei. Cod. de rei vendica.*

Si autem conſumpti fuerint, non tenetur reſtituere, *§. Et ſi hæreditas, in verbo. bonæ fidei, inſtit. de offic. iudic.* Vide ſpeculatorem, Septima concluſio, 15
Poſſeſſor quoque bonæ fidei, aut qui ex Domini volun-

Digitized by Google

voluntate poſſidet. ſi moriatur maturis Fructibus, nondum tamen collectis aut perceptis, ſed adhuc in agro relictis, eoſdem ſimiliter ſuos ſtatim facit, ſicuti ad ipſius mortui ſtatum ilico ſuccedunt hæredes *l. Apud antiquos, C de furt. Et text. in d l. Certū C. de rei vend. ca.* Ita Bald. *in l licet. C. de acqui poſſ. ſ.* Secus autem dicendum eſt, de vſufructuario moriente maturis Fructibus, & in agro relictis, vti mox infra. Et ratio iſtius diuerſitatis eſt, quod vſufructuarius tantum habeat poſſeſſionem naturalē, quæ non ſatis eſt efficax, vt efficiatur Dominus fructuum non perceptorum ante morte, ſed opus eſt illi alio adminiculo. Poſſeſſor verò bonæ fidei habet poſſeſſionem ciuilem, qua ex voluntate Domini poſſidet: & ideo eos, licet nondum ante mortem perceptos, facit ſuos.

Octaua concluſio, Poſſeſſor bonæ fidei, ſi
16 poſt perceptos fructus fiat malæ fidei, lucratur tamen, & ſuos facit illos fructus, quos tempore bonæ fidei percepit, & eos reſtituere non tenetur Sic contra: (t) Poſſeſſor malæ fidei, cui poſtea accreſcit bona fides, fructus malæ fidei tempore perceptos, reſtituere tenetur, iuxta gloſſ. *in l Qui ſcit. §. bon. fidei, ff. de vſurp. & fructibus* Sed hæc intellige de eo Poſſeſſore, qui aliquanto tempore cum titulo poſſedit. Nam ſi perpetuo cum mala fide, & ſine titulo poſſediſſet, is tunc teneretur ad reſtitutionem. Sed hic opus eſt limitatione, quia in iudicio vniuerſali Poſſeſſor non facit Fructus Induſtriales ſuos *l non eſt ambiguum, C. fam. hercīſcun.* & ibi Cy *gl. in l ſi & rē, & pre ium. ff. de peti hæred.* Et Bart. *in d l Ex diuerſo* & Bal. *in l 2 C de petit hæred.* Et Pan *in Rep. c. cum eſſ s, extra, de teſtam nt.*

17 Nona concluſio. Poſſeſſor autem malæ fidei ſine titulo, Fructus Naturales (v) lucrari non poteſt, ſed eos reſtituere tenetur, tam conſumptos, quàm extantes. Extantes enim reſtituere tenetur, rei vēdicatione, iuxta *l. Certum. C. de rei vendica* non autem ea vēdicatione, qua tenetur rem principalem, ſed alia, *vt l. vn. ff. de condic. ex l.* Conſumptos verò tenetur reſtituere condictione ſine cauſa, & officio Iudicis poſt Litiſconteſtationem, glo *in l Mala fide. C de condict ex lege,* nam quia talium fructuum nunquam verum adeptus fuit Dominium, & ob id eos dolo potius poſſedit. ideo eoſdem malè poſſeſſos reſtituere tenetur per rei vendica. Et conſumptos (quod magis eſt) per condictionem furtiuam reſtituere tenetur, potiſſimum ſi eos fructus mala ex fide, & dolo, non autem ex neceſſitate, aut bona fide conſumpſiſſet, qua putaſſet eoſdem fuiſſe ſuos. Nam tunc tantum teneretur eos reſtituere condictione ſine cauſa. *d l. mala fide. Cod. de condict. ex lege,* & ibi gloſsa Bald & Salicet. De percipiendis autem is Poſseſsor malæ fidei (quod verus Poſſeſſor eos percipere potuiſſet) tenetur iudicis officio, *l g. si nauis, ff de rei vendica, & Praxis ciuil.*

d. §. Et ſi hereditas, in verbo; Illorum autem, inſtitu. de offic iudic.

Decima concluſio, Si autem Poſſeſſor malæ ſi- 18
dei, & ſine titulo, eos fructus percepiſſet, poterit tunc Actor contendere, & concludere, vt is indignus Poſseſsor eos omnes fructus reddat, & reſtituat, tam Induſtriales, (x) quàm Naturales, tamque conſumptos. (z) quàm extantes, imò etiā quos percipere potuit, (a) & tamen per negligentiā non percepit, *l. Fructus, ff. de rei vendic. l. Si nauis §. Generaliter. ff. eodem titu. l. 1. Poſt litem, C. de petit. hæred. §. Et ſi hereditas in* verbo illorum autem, *inſtitu. de offi. iudic.* Ad quod item facit l. *Certum, C. de rei vendica.* Poſseſsor enim malę fidei tenetur omnes fructus reſtituere, quos mala fide ſua durante percepit, ſiquidem illi in rerum natura fuerint, per *d l. Certum:* Si autem conſumpti fuerint, tenetur eorūdem fructuum reſtituere precium, & æſtimationem Ad commodiorem itaque talium fructuum perceptorum reſtitutionem petendam, debet Actor ante Litiſconteſtationem de talium fructuum precio, & quantitate apertè docere, (b) & ita certius petitionem ſuam formet. Nam ſi Actor fructus ablatos, & à Reo perceptos ante Litiſconteſtationem, aut ante proceſsus inchoationem à Reo petere negligeret, ipſe eoſdem tunc amitteret, & Iudex ex ſuo officio nullā iuris requiſitus dicere aut facere poſſet (c) Sed poſt Litiſconteſtationem, (d) & proceſsu durante, non eſt opus vllam petitionem facere de fructibus prouentis, perceptis, & extantibus, aut de prouenturis, & percipiendis, quod tunc Iudex tales fructus ſupplere, & de illis ex officio ſententiā pronunciare, eoſque Parti triumphanti, iuſtioremque cauſam habenti adiudicare poterit. Attamen ſi poſt litiſconteſtationem Actor omnino eos fructus repetere vellet, tunc ſufficit eoſdem fructus prouētos & prouenien dos petere (e) per generalem quādam petitionem omnium fructuum.

Vndecima concluſio. Poſseſsor malæ fidei cum 19
aliquo titulo de fructibus conſumptis tenetur reſtituere de condictione ſine cauſa. De extantibus verò rei vendicatione. A percipiendis verò qui mala fide poſſidet, excuſatur (f) à reſtitutione eorundem fructuum percipiendorum, propter emptionis titulum, gloſsa *in l. Et ex diuerſo. ff. de rei vendicat. & l. ſi fundum, C eod. in titu.* Item Ang. & Barto. *in d l Et ex diuerſo.* & Bal. *in l. Si Pater, C. de vſufruct & F. l in l. Certum. C de rei vendicat.* Sed hæc excuſatio per titulum emptionis, nō habet locum in quatuor caſibus ſequentibus.

Primò, quando aliquis emit ab eo, quem ſcit 20
vendere in fraudem Creditoris, *l. Ait. Prætor. §. per hanc. ff Quæ in fraud. credit.*

Secundò, Quando quis emit ab eo, qui metu 21
compulſus eſt, *l. Sed & partus, ff de e. quod met. cauſ.*

Digitized by Google

22 Tertiò, Quando aliquis ſciens emit contra indicta legum, *l. Quemadmodum, in fine, C de agri. & cenſi lib.* 11. Ibi enim malæ fidei, namque Poſſeſſor eſſe dicitur, qui aliquid contra legum interdicta mereatur, *concord. cap.* 2. *cum gloſſ* 3 *ſuper verbo.* Non poſt multum, in fine, *extra, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen cap.* vbi partim hæc verba recitantur.

23 Quartò, Si emit à Fiſco non ſolenniter vendente, vt habet expreſſa, *l. Prima, C. de fid. inſtrum. & iure haſt fiſca. lib* 10. Hos autem quatuor caſus recitat gloſ. *in verbo, Cogitur reſtituere,* in ſæpe allegato notabili, §. *Si quis à non Domino, Inſtitut. de rerum diuiſ.* Ijdem caſus etiam notantur, *in l. Sed & partus, cum gloſſ in verbo Potui. ff. de eo quod met. cauſ. & in l. Si fundum iuncta gloſſa, in verbo, percepiſſe, C. de rei vendic.* quæ quidem gloſſa, dictis quatuor caſibus, addit & hunc quintum modum aut caſum, ſcilicet, Quãdo aliquis ſtudio, & data opera Fructus maturos corrumpi patitur.

24 Duodecima concluſio, Vſufructuarius moriens Fructibus maturis, nondum tamen collectis, ſed adhuc in agro, aut fundo relictis & extantibus, ad collectionem tamen aptis & paratis, eos ſuos facere non poteſt, vt ſuccedant ad ſuos hæredes, iuxta aureum textum, *in §. Is verò ad quem, inſtitu. de rer. diuiſ. & tex. in l. Si vſufructuarius meſſem. ff. Quemadmodum vſufruct. amittit. Et text. in l. Si fur, ff. de vſufruct legat.* cauſam habes paulò antè. Dixi (aptis, & ad collectionem paratis) quia ſi eos tunc vſufructuarius non auexiſſet, eoſdem perderet. Secus ſi Fructus per pluuiam, bellum, aut per aliud obſtaculum colligere non potuiſſet. Hos enim, licet morte præuẽtus, vt ad hæredes ſuccederent, ſuos facere potuit, Bald. *in d l. Si vſufructuarius meſſem. ff. Quemadmodum vſufruct. amitti.* & Florianus, *in l. Si fur. ff. de vſufruct.*

Decimatertia concluſio, Vſufructuarius & Colonus, fructus à fundo ſeparatos, & auectos, (g) licet in horreum nondum reconditos, pari ratione ſuos faciunt, text. gloſ. & Bartol. *in l Si apes, §. primo, ff. de fur. & §. Is verò ad quem, in fin. ibi.* Eadem ferè, inſtit de rerum diuiſi. Intelligitur autem iſtud de quouis Colono, ſcilicet, longi temporis, nempe qui nouem annos coluit. Item de Colono parui temporis, & colono partiario. De Colono longi temporis, vide *l. 2. & ibi gloſſ ff. ſi ager, vectig. vel emphyteo, peta. & gloſſ. in l. 3. §.* Ex contrario, *ff. de acquir. poſſeſ.* Adeo enim hi Fructus ſeparati ad Colonum pertinent, vt ſi quiſpiam eoſdem fructus præriperet aut auferret, ipſi Colono (h) competeret in iſtum actio condictionis furtiuæ, *d. l. Si apes. De Colono breuiuſculi temporis datur, l. 1. §. Si quis ſeruum ff depoſit.* & Bartol. *in d. l. Si ſeruus communis, §. Si locans. ff. de furt.* De Colono partiario, id eſt, qui cum Domino fructus annuè partitur, datur *l. Merces, §. 1. ff. loca.* & Bart. *in d. l. Si apes, ff de furt. & l. Si paſcenda pecora, C. de pact.* 25

Decimaquarta concluſio, Prælatus Eccleſiæ ſi moriatur, aut decedat, aut aliò tranſmigret fructibus immaturis, eos ſuos facere non poteſt, ſed eoſdem ſucceſſori relinquere debet. Ratio eſt: Quod Prælatus æquiparetur Vſuario, & non Vſufructuario, iuxta probabiliorem (i) opinionem. Nam de fructibus & bonis Eccleſiæ tantùm viuere, & veſtiri debet, non autem eos ad hæredes tranſmittere, iuxta gloſ. *in cap. Vltimo, de pignoribus,* & Panorm. *in d. Repetit. cap cum eſſes, 8 colum ext. de teſtament.* 26

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CIV.

a. SVperſunt.) Tex. in adducta *l fructus,* vbi poſt alios Socin. *num. 1. cum ſeqq* Iaſ. *nu.* 12. Bald. *conſ.* 53 *in fin. libr.* 1. Afflict. *dec* 252. *num.* 6. *in fin. cum ſeqq.* Capyc. *dec.* 20 *num* 1. 8. *& ſeqq.* Commentat. ad conſuet. Pariſ. *tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 8. *ſub nu.* 13. Rebuff *conſtit. reg tom* 3, *tract. de fruct. & oor. reſti. ar.* 1. *gloſſ. vnic nu.* 30. Harman, latè declarando *libr.* 3. *obſer.* 1. *tit.* 32. Tiraq plurima congerens, de retract. *proxim §.* 15 *gloſſ.* 1. *num.* 1. *cum ſeqq.* Menoch. declarando recuperand. *poſſeſſ remed.* 15. *numer.* 574. *cum ſeqq* Quid autem fructuum nomine intelligatur, Curt. Brugenſ. coniect. *libr.* 1. *cap* 21. *cum ſeqq. & libr.* 2. *cap.* 41. Baro. *ad §. ſi quis à non domino, inſtit. de rer. diuiſ. comment partic.* 1. Faebin. *controuer. li.* 7 *cap* 96. *poſt princ,* Garſ. exactiſs. *tractat. de expenſ. & melior. cap.* 23. *num.* 1. *cum ſeqq.* poſt Molin. *d tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 33 alioſque.

b. *Triplici*) Diſtinctionem hanc com. quam & Molin. ad conſuetud. Pariſ. *tit.* 1. §. 1. *gloſſ* 1. *num.* 50. & alij viri doctiſs. probant, ſequitur & Sichard. ad adductam *l. domum* 5. *ſub num.* 3. *C. de rei vend.* Menoch. *d remed.* 15. *quæſt* 40. *num.* 577. licet Pinell. ad *l. 2. part.* 2. *num* 52. bimembri diſtinctione vſus, domorum penſiones & ſimilia, quæ alij fructus ciuiles appellant, ab induſtrialibus non ſeparet, vti nec Couarr. *in d. cap* 3. *num.* 6. nec Ioan. Cop. in *tract. de fructibus, libr.* 1 *tit* 2. *cap.* 3. Coſtal. *in l. fructus,* 33. *ſub init. & in fin ff. de rei vendic.* nec Menoch. ſibiipſi aduerſatus, *li. de arbit. iud* 2. *c.* 210. *num.* 27. *cum ſeqq.* qui tamen priorem com. diſtin-

ctionem

Digitized by Google

ctionem tradit & declarat *conſ.741.nu.1. cum ſeqq. & ſub num. 7.* quanquam aliter quoque diuidat Garſ.*d.cap.23.num.7.*

c. *Quantumuis bona fides*) Indiſtincte reſtituẽdos, licet non rei vendicatione, Pinell.*in d.l.ij part.2.* 48 poſt Alex.*conſ.21.num.*10.cum ſeq.*lib* 4 alioſque Licet contra Hartman *tit.31.obſer.3. in princ.*

d. *Quam ipſa natura.*) Ignæ,*in l.quatenus n 62.* Couar.*d.ſf.de reg iur.c 3.li.1 var.reſ. n6.*Garſ.*d.c.23.ſub n.7.* Menoch.exactiſſ.*d.remed 15.quæſti.40. num 593. & de arbitr.iud. lib.2.centu. 2.caſu 210. num.2.*cum ſeqq. confutata opinione Coraſ. Miſcellan. iur.*lib.5.c.9* quam reprobat & Coſtal.ad *d. l fructus in fin. & ad leg.ſi nauis 62.in fin ff.de rei vendic.*

e *Oleum.*) Contrà Curt.Brugenſ. coniectur. ad fratrem *lib.1.cap.44.verſ.ſicut & alibi per text.in l. ſi eius 7.de rei vendic,* admiratus, fuiſſe qui oliuam ſegeti ſimiliorem putaret quam pomo cumque ſequitur Pinell. *ad d.l ij.part.2 ſub n.52.C.de reſcin. vend.* idem aduerſos alios tradentes & in vna, lana,lacte, & fœtu, vt & poſteriora hæc 3.inter naturalium exempla collocat Menoch.*d.quæſt.40.n.* 578 licet contrarium velit *in d caſu.210.num.25:* (Male in ſuam ſententiam adducens & Pinell. vbi ſupra) ibidemque,*num.21.* & ſeqq. idem in vino & oleo; vt & in *d quæſt.40.nu.593.* & ſi fateatur *in d. caſu 210. num. 23.* vuas fructus naturales ratione plantæ dici poſſe.

f. *Certa doctrina*) Relinquitur itaque iudicis arbitrio, examinantis an præualeat natura vel induſtria, Bart.in adducta *l & ex d uerſo, num. 2.* Couarr *d.c.3 ſub n.6* Sichard *in d.l demum ſub num.3.* Menoch. *d.rem d.15.quæſt.40.ſub num.503. & di. caſu 110.num.20.*Garſ.latiſſ *c.23 ſub nu 8.*

g. *Ciuiles ſunt.*) Afflict.*dec.44.ſub.n.6.* Hartman. *tit.31.obſ.1 in princ.*Menoch.*d remed.15 quæſt.40. num.623. & d.conſ.741 num 5* Sic & Coſtal. *in d. l ſi nauis.62.* per illum textum ait, iam & veterum opinionem placere, qui vecturas & vſuras ſimileſque penſiones, ciuiles fructus appellauerunt, vbi tamen ſub init poſt Iaſ.*in leg.diuortio,num 8.cum ſeq ff.ſol matr.* ex lata hoc interpretatione procedere: ideoque ſtatutum loquens in fructibus, ad penſiones non pertinere. Aliter vero ſentit. Alex. *conſ.181 ſub num. 6. lib. 2.* & nouiſſ. Buſi. *in d. l ſi nauis vbi ad fin.* ſtatuta quæ fructuum meminerunt, ſecundum com.praxim, de omnibus obuentionibus intelligi, niſi eadem ipſa nominatim diſtinguantur; neque meminiſſe ſe iam decennium, conſulendo & aduocando, in praxi verſatum vllo in loco, aut ſpecie vlla aliter obſeruatum.

h. *In horreum reconditi.*) Menoch.*conſ.110,num. 23.* Et iſto modo vſufructuarij faciunt fructus ſuos per *l.ſi vſufructuarius meſſem 13. ff. quib.mod.vſuf. amitt,* Azo *in ſumm.tit. de rei vend.ſub nu 4.* Hartman. de diuiſionibus huiuſmodi fructuum latiſſ. agens.*tit.31,obſ.1.verſ.alio modo,* addens tamẽ cõtrarium tenuiſſe Cyn.*in l.certum,22.C.de rei.vend.* & Bart.*in adducta l, & ex diuerſo. num.3. ff.de rei vendic.*quod idem ſit in fructuario, ſicut in bonæ fidei poſſeſſore; vt vtrobique, percepti dicantur ſimul atque collecti, & à ſolo ſeparati ſint, licet humi adhuc, & ſub dio iaceant, necdum in horreo vel cella reconditi ſint. voluitque Sicard.declaranda.in adducta *l.domum.5.ſub num 3 C de rei vend.* Baro in adducto *§.is vero inſtitut.de rer.diuiſ. commentar.partic,1.* late Cop.*in tract de fruct.lib.1.tit. 3.cap 8.*

I. *Non quos reus.*) Huiuſmodi diſtinctionem Bar. *in d.l ex.diuerſo,ſub num.4 ff de rei vend.* confutat Menoch (aliter hac in re diſſoluens antinomiam adductæ *l.ſi nauis. & aliarum.cum d.l.domum Co. de rei vendic,*) *in recuper. poſſeſſ.remed. 1.quæſt. 38. num.414.cum ſeqq. & Cop. d.lib 1.de fruct.tit.3.ca. 9.* late etiam & eleganter hac de re Coſtal. diſtinguendo,*in l.ſumma,65 .§.in frumento. ff. de condic. indeb.* Licet illam Bart. diſtinctionem, omnino probet etiam Sichard.*in d l.domum.n.4.*

k. *Percipiendi*) Dicuntur duobus modis: vno, nondum percepti qui pendebant, percipi tamen poſſunt quando placuerit: alio, qui nullatenus fuerunt percepti, nec adhuc percipi poſſunt, ſed vel perierunt, vel nõ fuerunt procurati, inquit Io. Fab. *in §.ſi quis à non domino,num 4.. inſt.tit.de rer. diuiſ.* voluitque Sichard *in d.l.domum ſub n 3.* Hartman.*d.obſ.1.ad fin.* Definit verò Cop.*d.lib 1,cap.10. & ſeq.tit.3.* fructus qui percipi potuerunt eos verè dici, quos diligentiſſ.paterfamilias, quo alius diligentior non eſt percepiſſet, ſed lata aut leui culpa percepti nõ ſunt. per *l ſi ſine 33 § modeſtinus. ij. de administr.tutor. & l.quidquid,7. C.de arbitr. tutor.* Verum Garſ.*ex com.in d c 23,num.50.* conſiderari hac in re voluit id quod communiter percipi poteſt poſt Bart, in adducta *l demum.* vbi & Sichard, *nu. 4. verſ.quamuis in iudicio,* Dec.*in l generaliter,78. num.5 de reg iur.* Boër. ſic dicens haberi in praxi, & ſeruari in curiis, in quibus cõmuniter concludatur ad fructus quos actor ipſe ab aliis communiter percipere potuiſſet,*dec.288.num. 3. cum ſeq.* & qui de hac differentia late agit Menoch *conſil 110 numer.23.vbi poſt Iaſ.in l.apud.Iulianum, §.1. num. 4. de leg.1.* alioſque limitat in eo poſſeſſore, qui fictæ malæ fidei eſt, qualis eſt quẽ lex per litiſcõteſtationem fingit, *d l ſed etſi lege,§. etiamſi ante. de pet.hered.* hunc enim reſtituere ſolum illos fructus quos ipſe percepit, atque ita intelligatur *leg ij. C.de fruct. & lit. expenſ.*

l. *Suos.*) Couarr, *d.cap.3.num.6 verſ.2 conclu.* Pinell.exactiſſ.*d.pa t 2 n.53.*cumſeqq.præſertim *ſub n.69* Garſ. *d.c.23.n.20.cum ſeqq.*

Digitized by Google

m. *Factus pauperior*) Maſcard. declarando latiſſ. de probat. *l b.* 3 *concluſ* 1165. *tota.* Bonę fidei tamen poſſeſſorem ex fructibus conſumptis non præſumi factum locupletiorem, ſed allegantem probare teneri, ſiue in particularibus ſiue vniuerſalibus iudicijs, vt non ſit ſatis quod ad eum peruenerit, quia potuit lautiùs vtendo ſicut re ſua conſumere, Molinæ, ad conſuetud Pariſ. *tit.* 1. § 22. *num* 21. *num.* 52. & in annotat. ad Dec. *in l. ex pœnalibus, numer* 5. *de reg. iur.* Gabriel. *ex com. tit. de acquir. rer. domin. lib.* 5. *concluſ.* 2. *num.* 110. Vinc. de Franc. *dec* 31. *n.* 2 poſt Angel. *conſ.* 133 *ſub nu.* 2. *& conſ.* 160. *n fin.* Burſ. *conſ.* 209 *nu.* 25 Magon. Lucenſ *dec.* 13. *n.* 21. alioſque enumeratos vſque ad *n.* 25. Menoch. *conſ.* 1173 *num.* 12. *& d. re cup. poſſeſſ. rem. d.* 15 *num.* 85. cum ſeqq. licet contra, præter tredecim illos doct. à Menoch. *d. conſ.* 1173. *ſub num.* 11. relatos, Bald. *conſ.* 293. *num.* 8. *verſus fin verſ quantum ad* 1. *lib.* 3 Pinell. *ad d. l.* 11 *num.* 54 cum ſeqq. Crauett. *conſ.* 550. *num.* 16. *&* diſtinguat latè Maſcard. *d. lib.* 3. *concluſ.* 1164. *tota.*

n. *Cum titulo.*) Ita contra gloſſ. obtinuiſſe; et quomodo leges ex diametro pugnantes an conſenſum reuocari, Coſſal. *ad l. ſi fructus* 32. *ſub n.* 1. *verſ. in naturalibus, ff. de rei vend* vbi ſecus ſine titulo addeoque fructus ſi extant, ad hoc bona fidei poſſeſſore actione reali peti, cõſumptos verò ſi ex his fructus ſit locupletior, condictione ſine cauſa, vel officio iudicis. Couarr *d l. b.* 1. *reſol. cap* 3 *nu.* 6. *verſ.* 2. *concluſio* Menoch. latè *d. remed* 15. *recup poſſeſſ n.* 580. cum ſeqq. Addantur tamen quæ in hanc rem tradit Hartman. *d tit.* 31 *obſ* 3 poſt princ. & exactius Pinell *ad d. l. ii part* 2 *c p.* 4. *num.* 55. *cum ſeq* & quæ dicentur in annotat. ſeq. & inferius *ab verb. Bartolus.*

o. *Naturales.*) Afflict. *dec.* 240. *ſub nu.* 1. Cephal. *latè conſ.* 63. *num.* 10. *cum ſeqq.* Teſſaur. exactè, *ex com praxi & SC.* diſtinctionem extantium & conſumptorum locum habere aſſerens poſt motam controuerſiam, & poſſeſſore ſine titulo poſſidente *d. c* 19 *num.* 7. *cum ſeqq* poſt Rebuff. ita quoque in Gallia ſeruari atteſtatum, *conſtitut. reg tom.* 2 *tract. de reſciſſ contract ſub nu* 5. alioſque, Alex. Raudẽſ. Peruſ. *dec* 13. *num.* 121. Couarr *ex com. d. cap.* 1. *nu.* 3. *verſ his ſanè præmiſſis*, vbi tamen poſt Panorm. in adducto *cap graui*, alioſque, poſſeſſorem hunc non teneri reſtituere hos fructus etiam extantes, rei vendicatione ſed vel officio iudicis ab eo peti poſſe ſimul cum re ipſa, vel (quòd receptiùs ait) condictione ſine cauſa, voluitq; Alex. *conſ* 21 *nu.* 11. *lib* 4. Pinell. è praxi *ad d l* 11 *part* 2 *c p* 4. *nu.* 48. *C. de reſcind vend* Soar. *recopt ſent. theſ. in lit. F. nu.* 349. Sed & reſtituere teneri conſumptos, quatenus ex ijs factus fuerit locupletior, poſt Panorm. *ex com in d. cap grauis, num.* 6. vt & poſt alios Afflict. *ad dec.* 340. *num.* 2. Socin *ſub num.* 3. Dec. *num.* 2. *in l. ſi et me & Titium, ff. ſi cert. pet.* Crauett. *d. conſ* 550. *num* 15. Soar. *recept ſent. theſ in lit. F. num.* 348. Gabr *ex com. d. tit de acquir rer domin libr.* 5. *concluſ.* 2. *num* 3. Pinell. *ex com. d part.* 2 *cap* 4 *n.* 46. vbi tamen *num.* 7. atteſtatur hac in re, in praxi obſeruaſſe frequentius releuari bonæ fidei poſſeſſores à reſtitutione fructuum, reiecta differentia an ijs poſſeſſor effectus ſit locupletior; neque ſibi eam praxim diſplicere, maximè in habentibus titulum exteriùs oſtenſum. Eamque differentiam aut diſtinctionem ita demũ exaudit Teſſ. qui ſuprà, ſi ita egregiè locupletatus fuerit, vt augmẽtata fuerit hęreditas, & ipſius patrimonium, manifeſteque appareat id ex fructuum perceptione prodijſſe hocque augmentum extet, puta in domo vel fundis acquiſitis: hæc enim (inquit) tanquàm fructus extantes venient cum re ipſa reſtituenda ſi naturales illi ſunt &c. Sic itidem Buſi. *ad l item veniunt,* 20 *§. et in nõ ſolum, num.* ... *ff. de petit hæred.* eleganter differit, huiuſmodi diſtinctionem inter poſſeſſorem locupletiorem factum vel non, licet à multis indefinitè in lucro fructuum obſeruata ſit tamen nuſquã textibus aut in praxi (quòd ſciam) probatam eſſe præterquam in iudicijs vniuerſalibus: niſi fortè ita quædam expenſa ſint, vt aliæ res viciſſim ea pecunia ſint comparatæ, quo manifeſtum ſit eam conſumptam non eſſe: tunc enim quia nõ periit, etiamnum extare cenſeatur. Quin & Pinell. *d. cap.* 4. *numer.* 6. apertè ſuſtinet, ex textu *in l.* 4. § 1 *in verb. lucrari, ff. fin. reg und.* euidenter colligi contra gl. & ſcribẽtes omnes, in fructibus naturalibus, bonę fidei poſſeſſorem conſumptos omnino lucrari, nec teneri ad reſtitutionem, etiamſi factus fuerit locupletior; hoc enim exprimatur eo verbo, *lucrari*, Cuius ſententiam (quę neque mihi, a com. alioqui non facilè decendenti, diſplicuit) comprobat poſt alios quoque Fachinæ. accuratè *lib.* 1. *controu iur c.* 58 ſub init.

p. *Non tenetur.*) Bald *conſ.* 117 *num* . *l. b* 1. Garſ. declarando, *d. cap.* 23. *num* 39. Menoch. extendendo & reſtringendo latiſſ. *d. rem* 15. *quæſt.* 40. *n.* 93. cum ſeqq. idẽ *n.* 623. in fructibus ciuilibus probans & exactè declarando *d. conſ* 1173. *n.* 46 *& ſeqq.* Et leges humanas quæ de fructibus reſtituẽdis tractauere, quòad bonę fidei poſſeſſorẽ iuſtiſſ. eſſe, eaque ratione & in animæ foro omnino ſeruandas, tradit idem Couar. poſt theologos cõmemoratos, in *relect. ca. peccatũ, par.* 1. § 3 in init *ſub n.* 1 *de reg iur. n.* 6 Bonæ fidei tamen poſſeſſorem, etiam titulũ nõ habentem induſtriales ita facere ſuos, vt extantes teneatur reſtituere, eo modò quem hic in proxima præcedente annotatione adduximus Couarr. ex com. *d. c* 3 *n.* 6. *verſ.* 3 *concluſio.* Men. *d. quæſt.* 40. *ſub* 594. cum ſeqq. Licet contrà Hartman. *d. tit.* 31. *obſ* 3 in princ. Ibidem q; in *verſ* 2. *quæritur*, poſt Angel. in § 1 *poſt princ. inſtit. de offic. iud.* latiùs de proximè hic ſubſequentibus.

q. *Bartolus*

q. *Bartolus.*) In *d. l. ex diuerſo, nu.*7. idemque Couarr *d. cap.* 3. *n.*6. *ſub verſ.*3. *concluſio*, Gabr. limitando, *d. lib.*5. *concluſ.*2 *nu.* 1. *&* 7. Menoch. *ex c. m. d. queſt.*40. *num.*598. *& d. conſ.* 1173. *nu.*11. Vinc. de Franc. *ex SC. dec.*31. *num* 1. Cornazzan. *dec.*134. *num.*15. Adeoque omnia iura, dicentia quem fructus ſuos facere, intelligi niſi quatenus factus eſt locupletior, Surd. *d. dec.* 45. *numer.* 15. Contrà tamen, ab omnibus ferè in ſententiam gl. itum eſſe, vt indiſtinctè bonæfidei poſſeſſor induſtriales conſumptos nunquam reſtituat, licet ex iis factus eſſet locupletior Coſtal latè in *d. l. fructus. verſ. in induſtrialibus, de rei vend.* Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. tit.*1 §. 22, *num*, 49. in fin. Garſ. *d. c.*23. *num.* 40. *cum ſeq.* Raudenſ. *d. dec. Peruſ.* 31. *ſub num.* 285. copioſè Pinell. è praxi *d. cap.* 4. *ſub num.* 47 *& ſub nu.* 60. voluitque Fachin. *d. lib.* 1 *contr. cap.* 57. *verſ.*4. & poſtrema dum in illa doctorum diſſenſione, an bonæfidei poſſeſſor omnes fructus lucretur, poſt relatas in eam rem tres opiniones, addit & quartã Pinell. *in d. cap.*4. *num* 59. & aliorum; vt bonæfidei poſſeſſor, omnes fructus conſumptos lucretur, & ſuos faciat tam naturales quàm induſtriales, quàm ſententiam comprobat & defendit exactè.

r. *Poſt litem conteſtatam.*) Miran. *de ord iud part.* 6. *membr.*10 *num.*9. *verſ.*3. quia Afflict. *dec.*59. *nu.* 2. Capyc. declarando, *dec.* 11 *n* 4 cum ſeqq. Hartm. *d. tit.*31 *obſ.*2 *in fin.* Pinell. è praxi & com. indiſtinctè procedere aſſerens, *ad d. l ii, part.* 2. *ſub nu.* 48. Villalob. in com. opin *lit. F. num.*173. Menoch. declarando, *d. remed.*15. *queſt* 49. *num* 596. Fab. C. *lib.*7. *tit.*18 *defin.*51. *ſub num.*2. *&* 6. *& defin.* 73. *num.*4 *& defin* 84. Verall. ex SC. *dec.*27. *nu.* 2. *part.* 3. Diſtinguunt tamen de iure, vt in bonæfidei cõtractibus debeantur vſuræ, fructus & acceſſiones, à tempore moræ, ob bonæfidei exuberantiam, quæ in his contractibus requiritur, *per l mora*, § *in bonæfidei ff. de vſur.* Bart. & alij, *in l. Lucius ff depoſ* & poſt Roland *conſ.*27 *n* 9 *l b.*2. aliosque Surd *dec.* 211. *ſub num.*17. vbi *num.*18 *ex com* motorum teneri etiam de percipiendis: In ſtricti iuris verò cõtractibus debeantur à lite conteſtata, *l. cum fundum*, ubi doct. *ff ſi cert. petat l. vulgo receptum & l videamus*, §. *ſi actionem de vſur.* Gilman latè declarando *dec.*27. *n.*94 *cum ſeqq lib.*2 Rebuff *d tract. de fruct. & eor reſtit. art.*1. *gl. ſſ vn num.*2. cum ſeqq. Surd. *d. dec.*211. *n* 19. vbi tamen poſt Roland *d. conſ* 27. *n.* 10. Tiraq. de retract. conuent. §. 5. *gl.*2 *n.*5 aliosque quando agitur de re propria vel debita actori, etiam in ſtrictis actionibus deberi à die moræ Quinimo vt voluit Rebuff vbi ſupra, per illum text. in Francia, tam inſtricti iuris contractibus quàm bonæfidei, veniunt fructus à tempore moræ, ſi commiſſa erat ante litem conteſtatam. *l.*1 §. belliſſ. *ff. vt legat. nom caueat, l. Titia, ii* § 1. *ff de leg ii* ibidemque Baro. *ad inſtit tit. de rer. diuiſ comment. part.* 2. *verſus fin. verſ. poſſeſſorem.*

ſ. *Malefidei*) Hunc effectum parere litiſconteſtationem, vt qui prius bona deinde mala fide poſſidere præſumatur per *l. nemo.* 10. *C. de acq. poſſeſſ. & l ſed etſi lege.*25. § etiãſi ante, *ff. de pet. hæred.* idque ſecundum gloſſ. ibidem & Bart. *n.*3. præſumptione iuris & de iure Menoch. *lib.*2. *præſumpt.* 31. tota, reſtringendo in iudicijs ſingularibus, vt aliud ſit in vniuerſalibus, in quibus ſufficiat ſola denunciatio iuxta *d. l item ven unt*, § *petitam ff de petit. hæredit.* Latiùs etiam hac de re Garſ. nouè declarando, *d. tract. de expenſ. & melior, cap.*6 *num* 2. *cum ſeqq. & d. c.*22. *n.*13. cum ſeqq & *ſub nu.*44. cum ſeqq. Neque excuſari à fructuum reſtitutione eum qui litem conteſtatus eſt iniuſtè, ob id ſolùm quòd per actoris negligentiam dui intermiſſa ſit litis perſecutio, tradit latiùs ex SC. Ant. Iab *d. lib.*7. *tit.*18 *defin.*77. neque mirum, quum poſt litem conteſtatam etiam perempta inſtantia, actore fructus, debeantur ſi nouo iudicio inchoato rẽ euicerit, vt poſt Bart. *in l. ij nu.*3. *& ſeq. C de fructibus & lit. expenſ* Men. *recuper. poſſ. d remed.*15. *ſub n.*596 poſt alios quoque comprobat, & aduerſus Rip. *in l. ij. numer.* 28. *C. de edend.* aliosque defendit accuratè Fachin. *lib.* 1. *controuerſ. c.*60.

t. *Sic contra.*) Couarr. *d. c.*3. *ſub numer* 7 & alios quoque Menoch. exactiſſ. *d remed* 14. *numer.* 592. *&* 612. cum ſeqq Garſ. *d cap.*23 *ſub. numer.*13. cum ſeqq. vbi antinomiam adductæ *l. qui ſit*, §. *vlt cum l. bonæfidei*, §. *in contrarium, ff de acq. rer. domin.* conciliare conatur, vt & nouiſſ. Fachin. *d. lib.*1. *contr. n. c.*69.

v. *Naturales*) Menoc. extendendo *d. remed.*15. *n.* 290. cum ſeqq.

x. *Induſtriales*) Garſ. *d. cap.*23. *numer.*42. *&* 47. Menoch. extendendo & reſtringendo latiſſ. *d. remed* 15 *queſt* 40. *n.*601 cum ſeqq. vbi *n.*625. idem in fructibus ciuilibus.

z. *Conſumptos*) Ferarienſ. in praxi in form. libelli in *action real ad verb ſimul cum fructibus. ſub num* 4 Natt *conſ.*536, *numer.*17. Sichard. poſt alios *in l ſi fundum*, 17. *num.* 2 *in fin & 5. C. de rei vend.* Menoch. *d. r m.*15 *queſt* 40 *n* 602.

a. *Percipere potuit.*) Poſt Ferrarienſ. *ad d. verb. ſimul, cum fructibus, numer.*4. *verſ.*2. *caſu*, Roland. *conſ.*18. *num.*85. *lib.*2. *& conſ.*41. *numer.*36. *ad fin. lib.*3. aliosque Menoch. *d conſ* 1173. *numer.*18. *vbi num.*19 cum ſeqq. poſt Caſtrenſ. *in d. l. ſi fundum, numer.*3. *C de rei vend* Ferrar. *ad d verb. ſimul cum fructibus, num* 4 *verſ. aut habuit titulum minus ſol num* Crauett *in reſ. verſ pro genero, ſine conſ.* 1200 *ſub num.*288 aliosque idem, quando poſſeſſor eſt malefidei cum titulo: ſed de eius mala fide apparet, vt quia verè ſit rem illlam eſſe alterius. Ibidem que *num.*23. cum ſeq. poſt Caſtrenſ. *in d. l. fundum, num.*3. *verſ. ſi verò non apparet. & verſ.*

Digitized by Google

ſicut etiam operatur. Tertar. *ad d. verb. ſimul cum fructibus n. 3. verſ. aut habuit titulum minus ſolennem*, alioſque, ſecus, quãdo poſſeſſor eſt malæ fidei cum titulo, verum de ipſa mala fide nũ apparet vere, ſed fictè tantum; tunc enim & ſi reſtituat fructus à ſe perceptos, non tamen quos non percepit, licet percipere potuerit.

b. *Docere.)* Alex. aſſerens tamen communiorem eſſe, quod non requiratur quantumuis ſpecificatio. *conſ. 90. num. 11. lib. 2.* Iaſ. eum ſequutus, *in l. 1. nu. 56 ff. de edend.* Socin latiſſ. diſtinguendo, *in c. ij nu. 20. verſ. 2.* infertur quod ad fructus *de libell. oblat.* Imbert. *inſtitut forenſ lib. 1. cap. 52.* ad fin. Et apud nos addatur *artic. 652. cum 2. ſeqq. ordinat. cur. Brabant*

c. *Facere poſſet.)* Tholoſan. *dec.* 194. ibidemque Aufrer. limitando Socin. limitando, in fallent. *reg.* 161. Boër. limitando, *dec.* 18 *nu.* 13. cum ſeqq. Rebuff. *ad l. plus eſt 22. verſ. aduertendum eſt, in fin. ff. de verborum ſignifi. Fab.* C. *libr. 7 titu.* 18. *definit.* 67. *nu.* 7. cum ſeq. Gilman. *dec.* 27. *n.* 84. *lib.* 2. Sic pulchrè Coſtal. *ad l. ædiles. 25. §. item ſciendum ſub init. ff. de ædil. edict.* per illum tex. tradit, fructus ante iudicium datum captos non contineri ſententia, niſi nominatim petantur, ſi non petantur, noua conteſtatione fore opus, vt curiam Pariſienſem iudicaſſe atteſtatur. Quod tamen iudicatum intelligẽdum puto vbi de fructibus principaliter, noua cõteſtatione, poteſt agi, ſicuti in interdicto vti poſſidetis, *l iij. ff. de vi & vi armat.* & in aliis limitationibus de quibus remiſſiue diximus; non etiam vbi fructus veniunt acceſſoriè: tunc enim niſi expreſſe petãtur, nõ poteſt poſt ſentẽtiam latã in principali, ſuper iis agi: quia iam finitũ eſt iudicis officium per ſententiam, *l. 4. C. depoſ.* vt poſt Aufrer *ad d. Tholoſan dec. 194. verſ. imò quod plus eſt.* alioſque Gilm. *d. dec.* 27. *n.* 86. cum ſeqq *l. b.* 2. nam & huiuſmodi fructus etiam iuſtè petiti, ſi iudex per ſententiam nihil de iis pronũciauerit, poſtea peti ex eadẽ cauſa non poſſunt, vt poſt Guid. *d. dec.* 405 *n* 2. *& conſ.* 219. *n.* 3. *verſ.* 5. quia prædeceſſor, alioſque Boër. *dict. dec.* 18 *num.* 1. Reb. *in d. l plus eſt, verſ. ſi autem pars* Fab. *d. def. 67. num. 1.* & ſeqq. Gil. *d. dec. 27. num. 96.* cum ſeq. Licet in his aliter ſentiat Rob. Aurel. latiſſ. hac de re diſſerens, *libr. 2. ſentent. iur. ca. 15. ad fin.*

d. *Poſt litiſconteſtationem.)* Secundum hanc diſtinctionem loquitur etiam Guid. *in verb. Saltem perceptis à tempore litis mota, dec. 405. in prin.* Licet cum indiſcriminatim & generaliter intelligat ibidem addit, & (ſuppreſſo tamen eius nomine) Mynſing. ex SC quoque *cent. 4. obſ. 55. num. 1. cum. ſeqq.* Rebuff. addens tamen, ſi non condemnauerit Iudex non poſſe partem appellare, quod non quidquid permittitur eius poteſtati ſubijciatur neceſſitati, iuxta, *l. non quidquid. ff de iud. in d. l. plus eſt 22. verſ. aduertendum eſt.* idemque ex SC. *in d. tract. de fruct. & cor. reſtitut. art. 1. gl. vn. n.* 32. Gilman. *dicto dec. 27. n. 85. & ſub n. 92. & dec 26. n. 76. li. 1.* aliique in præcedente annotat. relati. latè quoq; VVameſ. *conſ.* 151. *n* 4. vbi *num. 5. poſt Bald. in leg. loci corpus §. in confeſſoria*, ſub init. per illum textũ, *ff. ſi ſeruit. vindic.* alioſque, ſufficere ſi petantur damna & intereſſe; ſub quibus fructuum petitio ſatis continetur. In quam ſententiam ſcribit Rebuff. *d. gl. vni. n.* 36. in Francia iudices non ſolere in poſſeſſoriis condemnare ad fructus, ſed ad expenſas. damna, & intereſſe, & ſub iſtis rationem fructuum haberi. de re latius infra *cap.* 223.

e. *Petere.)* Gilman. *d. dec. 27. numer. 91. in fin.* Coſtal. pulchrè *ad l. non ſolum. 13 ſub init. de rei vend.*

f. *Excuſatur.)* Garſ. declarando *d. cap. 43. num. 43.* cum ſeqq. Contra Molin. *d. §. 22. num* 50. Natt. *dict. conſ.* 556. *ſub numer.* 17. aliique relati à Menoch. *d. remed. 15. quæſt. 40. num.* 606. cum ſeqq. *& d. conſ.* 1173. *nu.* 19 *cum ſeqq.* diſtinguendo vt eum retuli ſupra *ad verb. percipere potuit.*

g. *Et auectos.)* Imò ſufficit eſſe collectos, etiamſi auecti non ſint, vt ſupra ad verb. in horreum recõditi diximus; Euerardus, *conſ.* 198. *nu.* (*mihi*) 3. & copioſe Burſ. *conſ.* 178. *n.* 17.

h. *Ipſi colono.)* Secus ſi colonus ipſe aut alius eius nomine fructus non ſeparaſſet aut percepiſſet, quia tunc non ipſe, ſed dominus vendicationem aut condictionem haberet, iuxta *l. cum in plures, 62 §. meſſem. ff. locat.* latè Baro *in d. § is vero inſtit. de rer. diuiſ.*

i. *Probabiliorum.)* Quam magis quoque probaui ad Damhouder. *in loc. com part. tit. prælatus, vſufructuarius vſuarius, ad verb. vſufructuario.* Licet contra præter alios ibidem relatos, Gabriel. *lib. 2. concl. 3. ſub num. 2. tit. de procur.* Menoch. *conſ.* 981. *num.* 10. & diſtinguat Oſaſc. *dec. 32. ſub. n.* 5. aliique inibi commemorati.

C A

CAPVT CV.

De petendo Damnum & Intereſſe.

SVMMAE.

1 *Intereſſe eſt damni paſſi, & amiſſi lucri æſtimatio.*

2 *Intereſſe eſt triplex*: *Conuentum, quod* — *ex Contractu naſcitur.* / *ex Contractus natura neceſſario ſequitur.* / *ex ſententia Iudicis decernitur.* / *ex partis ſoluendi impotentia conſequitur.*

3 *Nota* — *Intereſſe ex contractu.* / *Expenſæ extra iudicium.* / *Expenſa in iudicio.* / *Intereſſe in delicto.* — *probatur* — *teſtibus.* / *teſtibus.* / *iuramento victoris.* / *iuramento damnum petitionis.*

4 *Commune, quod* — *in penſionibus* / *mercedibus* / *emptionibus* / *contractibus, &c.* — *ob indebitam ſolutionem euenit.*

5 *Petere intereſſe non eſt vſura.*

6 *Singulare, quod ex ſpeciali vtilitate intercepta naſcitur.*

7 *Intereſſe optimo iure petendum eſt.*

8 *Intereſſe variis modis contingit.*

9 *Intereſſe acceſſorium non opus habet expreſſa æſtimatione.*

10 *Intereſſe in iudiciis egent certa ſpecificatione de eodem intereſſe.*

11 *Intereſſe ex mandato iudicis natum, ſoluendum eſt.*

12 *Reus intereſſe non petit, niſi* — *In cauſa nouitatis,* / *&* / *In cauſa vbi ob proceſſum, damnum patitur.*

1 PRiuſquam de Dãmni vel Intereſſe petitione aliquid loquamur, primò quid, & quotuplex ſit intereſſe, commonſtrandum eſt. Intereſſe itaque ſecundum Baldum, *in l. vnica, C. de ſenten.* quæ pro eo quod intereſt profer. eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non habitæ, propter alicuius factum iniuſtum, vel conceſſionem iniuſtam. Vel eſt æſtimatio (*a*) Damni, quod mihi iam certò accidit, vel æſtimatio Lucri, quod mihi certò accidere potuiſſet, non tamen accidit, ſed præpeditum fuit, ob id quod mihi non detur aliquid, aut quod non fiat aliquid, vt debuit. Naſcitur enim Intereſſe duobus modis, ſcilicet, vel ex Damno paſſo, vel ex Lucro (*b*) ceſſante, veluti cum aliquis impeditur à lucro, quod conſecutus fuiſſet, ſi talis pecunia ſibi in tempore reſtituta non fuiſſet, vel ſi non fuiſſet tale obſtaculum exhibitum, vel talis illata læſio, & ſic de aliis. Cæterum huiuſmodi Intereſſe Doctores ponunt trifarium, (*c*) ſcilicet, Intereſſe Conuentum, Commune, & ſingulare, gloſ. Bart. & doctor. *in l. 1. C. de ſentent.* quæ pro eo quod intereſt profer. & gloſſa *in l. 1. ff. de actio. empt.* Innoc. *In c. Cum Eccleſiaſtica, de excep. in Specula, de fructibus, & Intereſſe.*

2 Intereſſe conuentum eſt, quod ex certa conuẽtione naſcitur, veluti cùm dicitur: Si non fecero quod promitto, dabo tibi cẽtum pro Intereſſe. Vel ſi quis dicat ſimpliciter: Si non dedero, vel ſi nõ præſtitero, dabo tibi centum. Et hoc Intereſſe, quod ſi ex pacto naſcitur, vel illud quod ſic conditionaliter promittitur, præſtandum, & ſeruandum erit, ſecundum pactum & promiſſum, niſi in tali conuentione dolus intercederet, iuxta illud: *Pacta ſeruabo, l. Iuriſgentium, §. Prætor, ff. de pact. & ca. 1. extra de pact.* Ad Intereſſe Conuentum etiam referri poteſt, quod Iudex per ſententiam ſoluendum iudicauit. Item, quod ex natura Contractus omnino accidere neceſſum eſt. Et quod Pars præſtabit, ob id quod rem principalem ſuo tẽpore & loco ſoluere nõ poterat, de quorum reſtitutione mox infra.

Iſtud interim hoc loco notandum, quod illud Intereſſe, quod ſurgit ex Contractu, debet probari per teſtes, (*d*) aut chirographa, & ſic per conſequens etiam expenſæ factæ extra iudicium, debent per teſtes probari, &c Quæ verò in iudicio, per Sacramentum (*e*) victoris. Intereſſe verò quod ex delicto (*f*) prouenit, veluti ex Dolo, Rapina, per iuramentum, paſſi damnum. Intereſſe commune, eſt æſtimatio communis damni vel lucri, quod vel euenit, vel ceſſat, vel ſic. 3

Intereſſe commune, eſt communis æſtimatio damni, 4

damni,quod alicui cõtingit ob id, quod illud quod
dari vel fieri debuit,non eſt datum,vel non eſt fa-
ctum. Vel ſi datum ſit,aut factum,id non ſuo tem-
pore, vel non ſuo loco , vel non vt debuit datum
vel factum eſt,Specul.*tit.de fructib. & intereſſe*,§.4.
in principio, vbi vide intereſſe communis materiã,
in § *Commune*, Et in hoc communi Intereſſe com-
putatatur etiam Lucrum, & fructus non conſecuti
à re debita propter aliquam moram aut dilationẽ
ſolutionis. Item,mercedes negata , aut nõ receptæ.
Item Intereſſe penſionum non ſolutarum Item in-
tereſſe precij argumentati & amiſſi propter non ſo-
lutionem rei debitæ ſuo loco,ſuoque tempore Itẽ,
Intereſſe in Emptionibus, Venditionibus , Loca-
tionibus , Conductionibus , & reliquis contracti
bus & ita de ſimilibus,*l Precia. ff. Ad l F. l. id leg. Si
ſeruum. ff. Ad le.aquil. & leg Vinum ff. Si cert.pe at.*
Vſuræ quoque in eo computantur,ſecundum, *ll l
Finali,ff. de peri. u & con mod.rei vendi. & l Prima
Cod de vſur.* Secundum Canones tamen (quod per
eos (*g*) omnino ſint prohibita) nullo modo com-
putantur vſuræ. Cum nullus ex pecunia ſit fructus
cap. Eiiciens 88. diſt.

5 Petere verò ipſum Intereſſe alicuius rei, non eſt
vſura(*h*)æſtimanda , quod talia intereſſe,vel ipſum
ius Canonicum petere permittat & concedat. Ideo-
que tibi mutuaui 10. libras gloſſorum , quas certe
fide mihi pollicitur es reddere proximo feſto Paſ-
chæ, mihique eam fidem fefelleris , dictamq; ſum-
mam pollicitam mihi tunc non reddideris, compe-
tit mihi actio , qua abs te non ſolum principalem
ſummam,ſed etiam ipſius intereſſe, & damnum pe-
tere potero , quod ob non ſolutionem paſſus ſum.
Et tale Intereſſe petendo,nullã vſurã commiſero.

Intereſſe vero ſingulare , eſt æſtimatio quæ ve-
6 nit ex ſpeciali affectu ſicut eſt in patre libero circa
filium ſeruum , vel quæ ex ſpeciali vtilitate inter-
cepta naſcitur, vt eſt libro vſitato,*d. l. Precia, & d.
l. Si ſeruum* Specul.*in tit. de fructibus & intereſſe.* §.
Finali, vbi plene de eo, verbi gratia : Obligaui tibi
Codicem meum in qvo ſtudueram, & memoriam
meam localem ſignaueram, ſub hac conditione, vt
niſi illum intra tempus certum redimerem , eundẽ
liceret tibi diſtrahere. Iam contingit vt ante conſti-
tutum tempus alteri vendidiſti, quod ego percipiẽs
librum meum obligatum à te ante tempus, repete-
re & redimere volui , etiam ab ipſo emptore , ſed
neuter mihi eundem tradere voluit,ob quod,dam-
num & intereſſe patior. Certè eo caſu nõ debet mi-
hi illud Intereſſe adiudicari iuxta commune pre-
cium Codicis, ſed etiam ad Damnum quod patior,
ob id quod eum Codicem non habeam. *l. Prima, ff.
de actionibus empt. & vend.* vbi tractatur de com-
muni & ſingulari Intereſſe. Quantum autem ſit
Damnum (*i*)illud, & quanta utilitas fuiſſet, ſi Co-
dicem illũ habuiſſem, pendet ab arbitrio(*k*) Iudicis.

Omne igitur Damnũ,& Intereſſe, quod quis per 7
alterum patitur, optimo iure, & ſecundum Canones
repeti poteſt ab eo qui talis dãni , & Intereſſe cau-
ſam dederat (*l*)*c. Peruenit. & c. Conſtitututus*, extra
de fideiuſſoribus, *& c. Dilecti, extra, de for. compe.*
† Petitur autẽ tale damnũ & Intereſſe variis modis, 8
ſcilicet. Si Pars ad illud intereſſe ſeſe obligauerit(vti
de intereſſe conuento dix.) Aut ſi pars per Iudicẽ ad
ſolutionẽ talis dãni,vel Intereſſe condẽnata fuiſſet.
Aut ſi Pars rem principalem iuxta contractum (*m*)
ſuo tempore , & loco tradere & præſtare non po-
tuiſſet. Aut quando ex natura Contractus vel con-
tigerunt, vel talia ſunt vt accidere potuiſſent. Præ-
terea ſi Fructus,Mercedes, Penſiones, Augmentatũ
precium,non debitè ſoluantur. Item ſi in Contra-
ctibus emptionum, Venditionum, Locationum, &
Conductionũ, *& ea debita & promiſſa fides non ſuo
tẽpore, & loco præſtetur*, quæ tamẽ in iis ſyncera re-
quiritur, atque ob eam non ſeruatã fidam, aliquod
Damnũ & intereſſe alicui accreſceret , certè neceſ-
ſario cõſequitur talis Dãni, intereſſe, aut Lucri re-
morati reſtitutio. † Sed notandũ eſt, quod illa Dã- 9
na & intereſſe, quæ alicui acceſſoriè contingũt, nõ
eſt neceſſe eorum certã quantitatẽ, & æſtimationẽ
exprimere , ſed ſufficit ea intereſſe per generalem
quandam petitionem expoſcere , & iudici (vt dixi)
committere. (*n*) Verũ ea intereſſe, quę per certam 10
actionẽ(*o*) in Iudiciis inſtituuntur, ea omnino certa
ſpecificatione, certaq; expreſſione & æſtimatione
opus habẽt, vt certa quãtitas articulatim, & ſpecia-
tim exprimatur(*p*) & probetur † Quoties autẽ Iu- 11
dex (vt ante diximus) mandat Patri alicuius rei re-
ſtitutionem, ipſamq; Pars non præſtat, ſed neglig ẽ-
ter, aut alio quoq; modo remoratur , & differendo
procraſtinat, tunc ea pars propter inobedientiã te-
netur ad omne Intereſſe, cuius quantitatẽ & æſti-
mationẽ per iuramentũ Actor damnum & Intereſ-
ſe paſſus, affirmare, & probare poterit, ſiquidẽ do-
lus (*q*) aut fraus, aut malitia in dicta inobediẽtia in-
terceſſerit, & reperta fuerit, per quã malitiã cognitã
& perſpẽctã Iudex Actori iuramentũ prædictum
deferre poterit † Cæterũ Intereſſe, aut Damnũ pe- 12
tere ſępius eſt actoris. Nam Reus Damnũ, & inter-
eſſe nõ petit. niſi in duobus caſibus, nempe in ma-
teria nouitatis, in qua omnes petitores eſſe poſsũt.
Et in cauſis in quibus ipſe Reus per proceſsum ali-
quod Damnum, & intereſse patitur, aut pati pote-
rit Si quis plura de hac vtili, & quotitiana materia
deſideret, is ſequentes Doctores conſulat. Specula-
torem, in titu de Fructibus, & Intereſse, Bartolum
Baldum admodum latè, *in l vnica, C de ſentent.* quę
pro eo quod intereſt profer. Item, Iacobũ Renal-
dũ, qui omniũ latiſ. in ſuo tract de eo intereſt quod
explicauit. Ad *d l Vnicã, Cod. de ſenten.* quæ pro eo,
quod intereſse profert. Et D. D. Mugellanum in ſuo
tractatu aureo & ſuccincto. De intereſse.

A N:

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAP. CV.

a. Æſtimatio.) Ita ferè Alciat *conſ.* 20 *num* 1. Sichard. *in Rubr. C. de vſur. numer.* 11. cum ſeqq. Burſat copioſè *conſ.* 68. *numer.* 8. Reprobatis aliorum tamen huiuſmodi definitionibus, dicit Car. Molin. in adducta *l. vnic. num.* 7. *C. de ſent.* quæ pro eo quod inter, nec melius & preſſius deſcribi aut definiri vnquam potuiſſe, quàm per I.C. *in l. ſi commiſſa* 13 vbi voluit & Bald. poſt princ. *ff. rem rat. hab* Aliter tamen ſentir, exactiùs definiendo, explicando, & comprobando, D. amicus meus veterrimus Arnold. Bart. in ſuis elegantiſſ. lucubrationibus *ad d l. vnic. num.* 29. cum ſeqq vt ſit vtilitas quæ mihi abeſt, quamue adipiſci potui; hoc eſt, vtilitas ex damno dato, vel lucro ceſſante prouenienes, Et vtilitatem pro eo quod intereſt etiam poni docet Rebuff *ad l cum prætor.* 81 *ſub ver. vtilitas. ff. de verb ſignif. per l ſed & lobi*, 4. §. 1. & inibi Bald *ff fin reg cum ſimil.*

b. *Vel ex lucro.*) Regulariter nomen hoc intereſſe comprehendere damnum emergens, & lucrũ ceſſans, poſt Dec. *ad rubr. C. de ſent.* quæ pro eo quod int. *in ij lectur ſub numer.* 36. *&* 37. aliosque Gam. *dec.* 110 *num* 32. voluitque Burſ. *d conſ.* 68. *num.* 7 Sic regulariter lucri quod quis veriſimiliter fecisset rationem habendam, præterquam ſi cum alterius iniuria lucrum illud acquireretur per *l ſi is cui, de furt.* Alciat *ad d. l cum prætor* 81. *num.* 6. *ff. de verb. ſignif. vbi num.* 3. *& ſeq.* per illam l conſutari dicit ſententiam Bald. *conſ.* 182. *ſub num. r.* 2. *lib* 1. reſpondentis inter alia, damnum emergens, & lucrum ceſsans eſse valde diſcrepantia: ideoque ſub vno vocabulo non contineri aliud, quaſi diſtinctum voce, ſignificatione, pacto & obligatione, ſed Bald. defendens Gail *lib.* 2. *obſer* 6. *num.* 1. dicit hanc differentiam in praxi plurimum habere momenti, vt ſcilicet non ſit par ratio vtriuſque intereſſe, damni emergentis & lucri ceſsantis, ſed quòd vtrunque per ſe conſideretur, vt apud eum ibidem latiùs, & à nobis dicetur ſuo loco.

c. *Trifariam*) Innocent. in *c. ſacro numer.* 10 *de ſent. ex commun.* Grammat *dec* 58 *num.* 8 Maſcard. ex com late explicando, *lib.* 2 *concluſ.* 930 *num* 1. cum ſeqq. voluitque Coſtal *ad l. g. Titius*, 43. *ff de act. empt.* Et quamuis hanc diuiſionem, quam protritam, cæteris potiorem, plauſibiliorem & receptiorem, com Scholam finxiſſe & probaſſe fatetur, adductis hinc inde ad eam defendendam, & rurſus conuellendam, variis argumentis, prorſus reiiciendam, non ſolum ob nimiam & ſuperuacuam curioſitatem; ſed maximè ob confuſionem doctrinæ & inextricabiles inde orientes labyrinthos, concludat Molin. *ad d. l. vnic. ex num.* 14. *vſque ad num.* 18. vt & ferè D. Baert. magni concilij Belgici conſiliarius ibidem *n.* 21. cum ſeqq vnicum quoque poſt alios quoſdam ponens intereſſe; Attamen quoniã etiamnum, recentiores paſſim in ſuis commentariis, conſ. dec. aliiſque ſcriptis, vtuntur hac diſtinctione (in quam reliq; omnes reuoluuntur, vt poſt Socin. *in rubr. C. de eo quod inter ſub. num.* 97. Ignæ *in l. quatenus ſub n* 12 *de reg. iur* alioſque D. Baer. vbi ſupra) opinamur ſaltem in praxi non oportere eam ignorari.

d. *Per teſtes*) Quando petitur intereſſe, ſiue per modum actionis, ſiue officio iudicis, debere probari per petentem, & de eo conſtare, Ignæ. in repetit. *d. quatenus*, 24 *n* 86. *cum ſeqq* vbi, per partes diſcurrendo de omni genere intereſſe, quomodo probetur; ibidemque Dec. *numer.* 5. *cum ſeqq. ff. de reg. iur.* Maſcard. exactiſſ. *d lib.* 2. *concluſ.* 929 cum ſeqq qui ibidem *concluſ* 933 *num.* 21 poſt Bart. in adducta *l. vnic. ad fin.* ibidemque Bald. *verſ.* 6. qualiter probetur, alioſque alibi, ait ſcribentes in materia huiuſmodi intereſſe tradere coniecturales probationes ſufficere voluitque Bald. *conſ.* 217. *nu.* 8. *lib.* 1. Alex. *conſ* 77. *n.* 13. *lib.* 6. Gilmañ. *dec* 27. *n.* 17. *lib.* 1. Menoch *libr* 2. *de arb. iud caſu* 119. *ſub nu.* 4. poſt Dec. *ad d l. quatenus, num.* 5, qui ibidem poſt Bald. *in d. l vni. in fin.* noluit deferri in probatione intereſse iuramentum in defectum probationis, vt & Iaſ. *in* §. *curare, num* 59. *inſtit de action.* contra tamen Molin. in annot *ad Dec in d l. quatenus inver. iuramentum.* Maſcard *in d. concl.* 933. *num* 9.

e. *Per Sacramentum*) Iaſ declarando, *in l properandum.* § *ſiue autem alterut n* 25. *C. de iudic.* Afli. *dec.* 70 *num.* 2. Rebuff. diſtinguendo, *tom.* 3. *conſti. reg tract. de expens damn & intereſſ art.* 5 *gl. ſſ. vn. n.* 22. Sichar *in l properandum*, §. *ſiue autẽ alterutra per illum. text n.* 16 *C. de iudic.* Maſc extendendo & reſtringendo, latiſs *lib.* 2. *de probat. concl.* 717. *tota.*

f. *Delicto*) de quo ramen priùs conſtet. *tex. in l. ſi quando*, vbi poſt gl. & alios Iaſ *præſertim* 35. & ſeq. & latiſs. Plot. *C. vnd. vi l ſemper*, §. *in hoc interdicto*, vbi gl. *ff in verbis aucrit ff. quod vi aut clam.* §. *ſuper hoc, ſancimus, in authent. vt null iud. coll.* 9 *cap. vlt. de his quæ vi met. cauſ.* Bart. *num.* 32. *in d. l. vnic* vbi & Fab *verſus fin. verſ. item quæritur* qualiter intereſſe probetur, aliiq; C. *de ſent quæ pro eo quòd int.* ibidemque Bart. *in l.* 1. *num.* 5. vbi & alij *ff. quemadm teſtam aper* Alex. *conſ* 103. *ſub num r.* 4. *lib* 1 & poſt Roman. *ſingul* (mihi) 401. cui init. intereſse. Imbert, (limitando quum delictum circa factum verſatur, ſecus circa omiſsum) *l b.* 1. *inſt. forenſ.*

forenſ cap 52 gloſſ.verb. liqueant. Boër, pulchrè ex SC. dec. 55. ſub nu. 2. cum ſeq. & poſt Dec. conſ. 410. ſub num. 13 alioſque Gail. limitando ſi agatur contra alium, qui non diliquit dolo; quia tunc probatio illa priuilegiata per iuramentum non admittatur, ſed legitima requiratur, lib. 2 dec. 64. nu. 7. cum ſeqq. idemq́ue Mynſing ex com. cẽtur. 5. obſ 71. num. 2. cum ſeqq. & conſ 21. num 87. Verall. ex SC. alterum iuramentum præſtari ſuper quantitate & numero rerum perditarum, alterum ſuper æſtimatione docens, dec. 121. num 1. cum ſeqq part 2. Maſcard declarando & reſtringendo exactiſſ. d. libr. 2. concluſ. 934 num. 1. cum ſeqq. vbi num. 3. intelligit cum dolus aduerſarij, & probationis difficultas interuenient, ſecundum gloſſ. in d. l. ſi quando, in verb manifeſtet. in fin ibidemq́ue Bald. num 3. Iaſ. num. 35. latè Iaſ. ex com. in l. in actionibus, num. 17. & 39. ff de in lit iuran l. Mynſing. d. obſ. 71. numer. 4. & ex com latè declarando, obſ. 12. nu 3. cent. 4. & d. conſ. 21. ſub num. 87. cum ſeqq. Natt. conſ. 545. numer. 3. Poſſe tamen aduerſus id iuramentum, præſtitum ex lege contra doloſum, probari contrarium, poſt Iaſ. omnium latiſſ. hoc tractãtem, in d. l. ſi quando, num 27. alioſque Tiraq. de retract. proxim. §. 7. gloſſ. 1. num. 18. cum ſeqq. Maſcard. d. concluſ. 934. num. 23. cum ſeqq. voluitque id non abſſimili, poſt eundem Iaſ. in d. l. ſi quando num. 26. & alios Boër. d. dec. 55. num. 3

g. *Per eos.*) Imò omni iure prohibitas vſuras, Alex. conſ. 49. in princ. & num. 1. lib 4. & conſ. 141. ſub n. 2. lib 5. Roland. conſ. 35. ſub num. 26. lib. 1. Villal. in com opin lit. V num 67. Curt. Brugenſ. lib. 3. coniectural ad Fratr. cap 29 poſt princ. Gail. libr. 2. obſ 5. num. 5. cum ſeq Gam. copioſè, cum apoſt. dec. 110. num. 1. cum ſeq. Clar. ex communiori lib. 5. ſent. §. vſura, num. 4. Dixi cum Damhoud. in loc. com. par. tit. vſurarium ad fin.

h. *Non eſt vſura*) Etiam de iure pontificio, poſſe peti aliquid vtra ſortem ratione intereſſe, non ſolùm damni contingentis, ſed etiam lucri ceſſantis, menti tenendum tradit Panorm. in cap. conqueſtus, num 6. in fin. & num. 8. in fin de vſur. Socin. reg. 3. fallent 33 in fin. & com. fatetur Dec. aliter tamen ſentiens, in cap. cum venerabilis, num. (mihi) 58. de except. & conſ 116. ſub num. 2. Tiraq. de retract. proxim. §. 1. gloſſ. 18 ſub num 71. Couarr var. reſol lib 3. cap. 4 num 1. Gabr. tit de ſolut. lib 3. concluſ. 10. num. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſu 119. numer. 3. Gam. ex SC. dec. 218. num 7. & dec. 110. numer. 3. & 18, cum ſeqq. vbi copioſè apoſtill. Gilman, dec. 24 num 122 & ſeqq. lib. 2. & nouiſſ Surd dec. 345. num. 10. Gail. lib. 2. obſer. 5 num 14. in fin. & 15. limitando num. 19. poſt Felin in d cap cum venerabilis, num. 9. alioſque, ſi ab initio contractus, de eo quod intereſt inter contrahentes conuentum ſit: quum talis conuentio tempore contractus facta, tanquam vſuraria nõ ſubſiſtat, ob ſuſpicionẽ fraudis, cum eo tempore intereſſe adhuc incertum ſit, idemque Dec. conſ. 116. ſub numer. 4. & poſt Alex. conſ 61. ſub num 12. & conſ 121. ſub num 2. lib. 2. & conſ. 80. num. 1 cum ſeq. lib. 3. conſ 27. num. 9 ad fin. lib. 4. conſ. 74. num. 12. in fin. libr. 5. & omnes in adducta l. vn. Maſcard. extendendo & reſtringendo d. concluſ. 933. cum ſeqq. Gilman. ex com d. dec. 24. ſub num. 118. Sed & Gail. ſub d. num. 15. poſt Couarr. d. cap. 4. ſub num. 5. cum ſeq. alioſque, eam limitationem ſuam intelligit de intereſſe lucri ceſſantis, non verò damni emergẽtis: quia illud etiam initio contractus & ante moram, expreſſa certa quantitate, in ſtipulationem, & pactum venire poſſit. Ibidemq́ue de lucro certo creditorem initio contractus paciſci poſſe, dummodo poſt moram probet tanti ſua verè intereſſe, id quod ſentit & Zaſ. in §. omnes, ad fin. verſ. hoc tamen, inſtit. de action. & poſt Dec. conſ. 39. num. 5. conſ. 119. num. 9. cum ſeq conſ. 111. num. 14. & conſ. 322. n. 4. alioſque etiam theologos probat Maſcard. ex com. d. concl. 933. numer. 30. cum ſeqq. Licet paulò hac in re aliter ſentiat Crauett. latè diſtinguendo, conſ. 189. numer 7. cum ſeq. & Soar. in recept ſent. theſ. lit. L. numer. 187. & Turzan. opin. 155. hoc enim articulandum & probandum voluit & Alex. conſ. 141. ſub num. 2. & nu. 9 verſ. & patet lib. 5. Dec. d. conſ. 39. num. 5. & in d. cap. cum venerabilis, num. 59. Natt. declarando, d. conſ. 450, num. 6. & 7. Menoch. d. caſu 119, numer. 2. Surd. dec. 259. numer. 3. & 9. Maſcard. ex com. exactiſſ. d. concluſ 933. num. 1. cum ſeqq. vbi num. 24. poſt Couarr. var. reſ. lib. 3. cap. 1. ſub num. 3 illat. 6. ad fin. alioſque, etiam non ſolitum negotiari, vti nobilem, diuitem, aut alium qui peteret ſimile intereſſe, ad rationem puta fructuum quos percepiſſet ex prædijs quæ emiſſet ſi pecunias debitas habuiſſet, ad mittendum ad tale intereſſe, dummodo per probationem propinquam oſtenderet paratos ſe habuiſſe venditores prædiorum vel cenſuum & redituum, Surd. dec. 262. num. 1. poſt Alex. conſ. 31. ſub num. 5. lib 6, alioſque licet contrà Natt. d. conſ. 450. n. 1. cum ſeqq. nos proſequemur latiùs c. ſeq.

i. *Sit damnum*) Intereſſe hoc affectionis dicit Ignæ, in repet. d. l quatenus, num. 86. vt propter eã cauſam affectionis, ſatis probetur, interueniẽte iuramento, ipſum intereſſe (addens quomodo hoc intereſſe affectionis probetur per teſtes) idemq́ue Dec. in l. in actionibus, 3. ſub num. 3. ff. de in lit. iur. Marant de ordin. iud. part. 6. actu 9. ſub num. 16 dum triplex iuramentum in litem demonſtrat Scribit tamen Reb. ad l inter hæc verba. 79. poſt princ verſ. idem ſi dicatur ff. de verb. ſignif. regni Franciæ com. obſeruantiam non pati huiuſmodi ſingulare intereſſe, nec peti ſolere per ordinationes regias nouiſſimè ad id prolatos; ſed com. quidem & conuentum deberi.

k. Ab

k. *Ab arbitrio.*) Sic intereſse taxationem iudicis arbitrio relinqui, poſt Gail.*lib 2.obſer.6 n.5*, Gam. *dec.110.num.4.& 15*.in fin.cum ſeqq. Gilman.*d dec 37.n.31.lib.1*. Idque ex circunſtantijs & coniecturis vt per Gil.ibidem *& nu.17. poſt* Afflict.*dec.58.ſub num.7.& dec.83.num.6*.

l. *Cauſam dederat*) Tex.in *l.1. & l. Titius,ff.de act.empt*.Leonin,latè hac de re agens, *conſ.87.ſub n.10*.Marſil,latiſs. hanc regulam extendens & declarans,*in l.nihil intereſt, in princ*.per illum text.*ff. ad l.Corn.de Sicar*.voluitq; Boër.*dec.54. n.2 & ſeq*.

m. *Iuxta contractum.*)Tex *in l.ſi pœnam, 68.in fin.ff.de verb.oblig.in l.præterea.10.de rei vend. lilud quoque,40.C.de pet.hered*.Cornazz.*dec.94.n.2*. Ant Fab.*lib.7.C.tit.16.definit.2.num 8*.

n. *Committere.*) Iudicem ex probabilibus coniecturis,ex officio dummodo implorato taxare poſse intereſse,illudque ſic taxatum in condemnationē deducere,Gam limitando,*d.dec.110.num.4.&.16*.

o. *Per certam actionem.*) In obligationibus dandi, intereſse der officium iudicis in iudicium deduci, nulla adhibita diſtinctione inter contractus nominatos & innominatos, concludi, poſt longam diſceptationem, variarumque opinionum diſcuſſionē Ignæ,in repetitione *d.l.quatenus,ex n.73*. vſque ad *n.18*.vbi in obligationibus factorum latè diſtidguit Quæ quidem diſtinctio ceſsaret,ſi teneremus cōtra com.opinionem cum Fernand.Vaſq illuſtr.cōtrouerſ.*lib.1.c.25.n.33*.cum ſeqq. quod in obligationibus facti quos poſſit ad factum compelli præciſè. Sed & Tholoſan.*dec.367 ſub init*.poſt Fabr,*in §.curare,n.4.verſus fin.inſtit.de action*. concludit, quod vbi intereſse petitur principaliter, debeat æſtimari,& certa quantitas peti; vt ſi quis promiſerit factum,neque fecerit, poſſit agi ad intereſse,*l.ſi quis ab alio,§.vlt ff.de re iud*.& tūc intereſse eiuſmodi cum petatur principaliter,debeat æſtimari in libello:ſecus ſi acceſsoriè vt illi latius, & quando petatur vel factū ipſum,vel intereſse. Extatque in eam rem,apud nos,*artic.610*.cum ſeq.*ordin. curiæ Brabant*.vbi inſuper ſenatui diſertè interdicitur,ne poſt condemnationem in damna & intereſse, parti permittat ſcripto ea declarare & exhibere,niſi materia tantæ foret grauitatis,qualitatis & inſpectionis,vt ea niſi præuia informatione habita, taxare nō poſſit. In quam ſententiā cōpoſitores illius ordinationis,olim edocti, & moti videri poſſint,non tantū ex ijs quæ dicta prius ſunt,ſed & ex traditis per Panorm *in c cum cauſa,41.ſub n.3. de teſt.bus*, quinimo etiamſi, *de libr.obl*. quod licet intereſſe in proceſſu non eſſet liquidatum, malè tamen faceret iudex,ſi reum abſolueret, & non etiam in intereſſe condemnaret. Et ſi fortè aliquā ob cauſam impeditiuam, non poſſet aliā ſumere declarationem, non tamen debeat etiam reum abſoluere, ſed condēnare in id quod intereſſe probabitur in executione, probabitur, argument.not per Bartol. *in l.ſi qu d ex Pamphila.ff. de leg.ij cum concord*. Eoque modo pronunciandi, vti ſenatum Pedemontanū, quoties in fructibus vel expenſis & intereſſe petitis, licet illiquidis,contingit condemnare.

p. *Speciatim exprimatur*) Licet autem damnum vel intereſſe poſſit incertum in petitione venire, debet tamen certum in ſententia deduci, adeoque probari ſi principaliter,non acceſſoriè petatur; toleratur enim incertitudo in iudicio vniuerſali, vel generali tantum,vel ſuper acceſſoriis,non autem ſuper obligatione alia ſingulari, Anhoran, *conſ.289. verſus Fin.verſ. vlterius aduertendum*, & poſt alios quoque Crauett, (neque iudicem poſſe declarationem ſummæ,aut rei de qua præcipue agitur, reſeruare docens)*conſ.353*.cui inii.*domini cameræ num.20*.Maſcard.*d.concl.933.n.11.cum ſeqq*. Natt. idem in fructibus docens,*conſ.569.num.12*. eumque ſequutus Magon. referens & alios aliter diſtinguentes,*dec.Lucenſ.78.ſub num.15*.vbi *num.12.13.14.& 16*.ſicut tenet ſententia lata ſuper intereſse incerto,ita & executionem ſuper eodem concedi poſſe, ratione indiuiduitatis ſentētiæ,quod tamen intereſse veniat in executione, idque iudicio etiam ſummario liquidandum, voluitq; poſt Oſaſ,quoq; *dec.116*.tota. Verū condēnatum in id quod intereſſet,non prohiberi in executione iudicati, probare nō interfuiſſe aduerſarij:quod condēnatio ea tacitā habere conditionem intelligatur; ſi modo interſit; quæ conditio quum facti ſit non iuris,d.l.quatenus de reg. iur.probari debeat; ideoque, vt probationū inopia ſicut ad exiguā plerunque ſummam,ita & ad nullam quandoque res deducatur, *l.vlt.ff de præto. ſtipu*.Ant.Fab.*Ex SC.lib 7.C.tit.16.definit.6*

q. *Dolus.*) Iuramentum in litem deferri ſolum ob dolum aduerſarij,non ob latam culpam,per *leg. in actionibus,ff.de in lit.iur*. Iaſ.declarando,*in l.ſi quādo & latius in d.l.actionibus,n.17 & 39*.cum ſeqq. ibidemque,Marant.*de ord.iud part 6.actu.9.ſub n.16*,Gilman.*dec.27,n.31*.cum ſeqq.*li.1*.Roma.*conſ.270.n.5*. ſpecialiter in caſu emtionis cui dolo contrauentum eſt, intereſſe taxari per iuramentum in litē emptoris,iudicis tamen arbitrio,ſi viſum fuerit moderandum: ſed damnat hanc Rom.opinionem latè Alber poſt princ.*verſ item quod in actionibus*, dicebat gl. & communiter doct.tenere, quod vbi in obligatione eſt rem tradi,ſicut in actione ex empto non iuretur in litem. Cæterum Iaſ. inibi, poſt Bart & communiter doct. diſtinguit, vt quia emptor cogatur præciſè tradere, 2. com.de qua *in l.1.in princ ff de act.emp*. ſi non traderet, iuretur in litem de affectione:aliter atque ſi non valeret reſtituere, tunc enim in id quod intereſt agatur, iuxta in ſtricti iuris iudiciis contra eſſe præterquam ſi per accidens arbitraria ſint,*l.3.§.in hac commod & arg. illius tex.in prin*.qua de re itidem.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CVI.

De petendo lucrum pecuniæ.

SVMMAE.

1 2 3 4 5 *Lucrum Pecuniæ licitè petunt* { *Mercatores, per modum Intereſſe, dummodo ad Lucrum fuerit certum, & nullo infortunio obnoxium,* / *Maritus, ob dotem ſibi non ſolutam.* / *Venditor, ob venditorum bonorum non ſolutionem.* / *Qui ob non ſolutionem, Pecuniam ad vſuram accipere cogitur.* }

6 *A non ſoluente, vſura loco intereſſe repeti poteſt.*

7 *Vſura tanquam Intereſſe, licitè petuntur.*

8 9 10 *Vſura alia eſt* { *Punitoria, hæc licita eſt de iure Canonico.* / *Compenſatoria, hæc permittitur vſque ad condecentiam.* / *Lucratoria, hæc nullo modo conceditur.* }

11 *Quæſtiones Baldi de vſura.*

12 *Vſura lucri aliquando bonæ fidei non fructuum cauſa repetitur.*

13 *Vſuræ quædam ex æquitate veriùs, quàm ex mora ſoluendi proueniunt.*

QVatuor modis poteſt peti Lucrum pecuniæ ſine onere ac ſcrupulo conſcientiæ, & ſine vlla vſuræ macula.

1 Primò enim id contingit in Mercatoribus, qui ex conſuetudine recepta cum ſuis pecunijs quæſtum, & Lucrum facere ſolent. Hi enim per modum intereſſe, petere & exigere poterunt tale ac tantum Lucrum, quantum ſecundum communem curſum Mercaturæ, (quam faciunt & exercent) facere, ſibique comparare potuiſſent, quia in talibus Mercaturæ damnis, non ſolùm conſiderandum venit ipſum Damnum datum, ſed etiam ipſum Lucrum (*a*) præpeditum & amiſſum. Sic enim Paulus definit id quod intereſt: Intereſſe (inquit) id eſt, vel tantum eſt, quantum mihi abeſt, quantumque lucrari potui, *l. Si commiſſa, ff. rem rat. haberi* Et Vlpianus, non ſolum Damni, ſed & Lucri (ſcilicet deperditi) habendam eſſe rationem ait, cùm de eo quod intereſt, agitur, *l. 2. §. Vltimò ff. de eo quod cer. loc.*

2 Sed in eo Lucro, vel in eo Lucri Intereſſe petendo, opus eſt conſideratione, ſcilicet, an illud Lucrũ, quod petitur, fuerit tale, quod veriſimiliter (*b*) fuiſſet euenturum, quodque multis aliis caſibus, alioqui non fuiſſet obnoxium, ſicuti probat Bartolus, *in l. Vnica. C. de ſenten.* quæ pro eo quod intereſt profer. ad medium numeri 25. vbi dicit, Si Mercator conſueuit mercari, & ex eo, quod ex alia ſua pecunia conſueuit lucrari, apparet quaſi pro certò, quod ex eo lucratus fuiſſet, tunc habebitur ratio iſtius lucri, hoc eſt (vt clarius efferam.) Si certò cõſtet Mercatorem cum ſua pecunia tantum Lucri conſueuiſſe facere, eiuſdem Pecuniæ, & Lucri habenda erit ratio, vt, ſcilicet, tantum Lucrum (*c*) loco Intereſſe ipſi Mercatori compenſetur. Ita tenet etiam D. Albertus Brunus in ſuo tractatu monetarum, prima limitatione, num. 6. folio lib. meo 196. Dicens Mercatores mercari ſolitos poſſe de iure Canonico, & in foro conſcientiæ, petere Intereſſe Lucri, qui ad hoc plura alia conſideranda citat.

Secundò, Maritus, cui de ſuæ Vxoris dote non eſt ſatisfactum, is eiuſdem dotis non ſolutæ (*d*) Lucrum, Intereſse, & quaſi vſuram per modum damni petere poteſt, quia dotis fructus ad Maritum pertinere debere, æquitas ſuggerit. Cùm enim ipſe Maritus vniuerſa Matrimonij onera ſubire debeat, certè æquum eſt ipſum etiam fructus omnes, atque adeo etiam dotem ipſam Vxoris, aut certè huic aliquid æquiualens dotis loco, petere & percipere, *l. dotis fructus, ff de iure dot.* 3

Tertiò, Venditor, qui emptori bona vendita tradidit, ex quibus aliqui fructus prouenire potuiſſent, & ſolutionem eorundem bonorum conſtituto tempore (*e*) non præſtitiſset, tunc is Venditor petere poterit omnes fructus à die traditionis vſque ad diem ſolutionis, aut certè eorundem fructuum (ſi conſumpti fuerint, aut de iis aliter ſit diſpoſitum) veram æſtimationem, quæ quaſi vſuræ loco, & pro intereſse, aut lucro habebitur, quia Venditor (*f*) fructus rei venditæ percipere, ſibique facere debet Et hoc caſu nihil à venditore accipitur tanquã vſura, ſed tanquam intereſse, (*g*) *c. Quoniam, 14. qu 4 & l. Curabit, C. de actionib. empti.* quod intereſse meritò iuris taxabitur ad quantitatem fructuum, teſte D. Ambroſio de Vignate, *in ſuo tractatu, de vſuris, ſuper c. Salubriter, num. 265. folio lib. meo 176. colum. 4.* 4

Quartò, Quando aliquis ob defectum ſolutionis, 5

nis, neceſſariò compellitur ad capiendam Pecuniã à Fœneratore,(*h*) aut ſub reditibus, aut aliis expẽſis & incommodis, vt cum ea pecunia ſeſe explicaret & exonerarer ab ære alieno, aut ab alio onere grauante, tunc is, qui cum ſuo damno talẽ pecuniã accepit, poterit petere talis dãni Intereſſe, & vſuræ reſtitutionẽ, ſecundũ quãtitatem dãni, & ſumptuũ quos eam ob cauſam pertulit, & ſuſtinuit, ſicuti & iam tertio tertio modo prędicto præmõſtrauimus.

6 Ex iam dictis manifeſtè patet, quod quiſquis fuerit in mora (*i*) ſoluendi, ab eo repeti poterunt vſuræ, non tanquam vſuræ, ſed tanquam intereſſe, aut pro lucro intercepto. *l. ſoc. § qui ff. pro ſoc. & l. cum venditor § & l. Fructus, C. de action. empt.* Et nũc petuntur tales (vt ita dicam) Vſuræ, non quidem iure actionis ſed officio Iudicis. Nam vnicuiq; licitum eſt, vt debita cuncta percipiat, & vt reddatur indemnis, *c. Peruenit. extra, de fideiuſſo. c. Siquis de clericis* 12. *q.* 2 vbi agitur ad Intereſſe, qualia nõ ſunt cenſenda Vſuræ, quod aliquando etiam de iure Canonico peti poſſint.

7 Regula enim eſt. Quod quando Vſuræ debentur vt intereſſe(*k*) & non tanquam vſuræ, tunc poſſũt peti etiam de iure Canonico. Vel breuis ſic. Vſuræ de iure Canonico peti poſſunt, quãdo non vt Vſuræ, ſed vt Intereſſe petuntur *d. l. Curabit, iuncta gl. in verbo, Ratio* & ibi Bartolus, & ita tenet etiam Azo. Sed hæc impugnat Bald *in l. Vſuras, C. de vſu.* ad hunc modum. Vſuræ de iure diuino ſunt prohibitæ, igitur in nullo foro peti poſſunt. Ius enim diuinum in omni foro ſuam perpetuam vim exercet, *vt in Rubr. de vſur. agro l. Tertia §. Diuus, in ratione ſui ff. de ſi pul. viol* Sed hanc obiectionẽ, Baldus loco præallegato ſolvit cum quadam diſtinctiuncula, nempe: Quod quædam ſunt Vſuræ punitoriæ, quædam recompenſatoriæ, quædam lucratoriæ.

8 Harum primæ (*l*) de iure diuino permiſſæ ſunt, ſicut ſunt hæ, quæ veniunt ex cõtumacia ad iuncto ſibi intereſſe petentis; quia quantum ad petentem non ſunt vſuræ ſed ſors. *vt c. 2 extra, de fideiuſſ. & ibi Inn. c. Qui dicit* Si tu tenereris mihi ſoluere aliquam ſummam ad certum diem, eamque tali die non ſolueres, ob quod ego (qui ea ſumma carere non potui) eandem ſummam ab alio ſub vſuris mutuo accepi, nempe aut propter certam vtilitatẽ perſpectã, aut propter omnimodam rei familiaris neceſſitatem, certè eo caſu teneris mihi reſarcire (*n*) illud damnum, vel (ſi mauis) has Vſuras. Qui caſus diligenter eſt notandus, & veriſſimus habẽdus, potiſſimum ſi talem ſummam mihi tenearis in cõtractu bonæ fidei. (*n*) Nam ſi in contractu ſtricti iuris tenearis, caſus prædictus locum non habet, *l. 1. C. de condict. indeb.*

Secundæ item prædictæ vſuræ, ſcilicet, recompenſatoriæ, (*o*) ſimiliter ſunt permiſſæ, ſed vſque ad decentem & honeſtum modum, & ſicuti mores regionũ, ſtatuta, & receptæ conſuetudines poſtulãt, quia tales vſuræ, talia lucra potius permutationis, quàm pœnæ loco percipiuntur, *vt ca ſalubriter, extra de vſur. & l. Vſuras, C. e. d. tit. & d. l. Curabit C. de actionibus empt.* Et ſunt huiuſmodi vſuræ oneroſæ, non gratuitæ, & certè in ratione naturali, & in vera æquitate fundatæ, quæ dictat & præcipit, ne aliquis locupletur cum iactura alterius *leg. ſi quæ mancipiis. § Proculus. ff. de inſti. ut act. o & l. Nam hoc natura. ff. de cond. ind. indeb.* 9

Tertiæ vſuræ, ſcilicet, lucratoriæ, de iure diuino ſunt prohibitæ, ideoque nullo iure (*p*) humano concedi poſſunt. A quocunque enim remouetur potentia, ab eodem remouetur & actus ſed ab iis qui vſuras ſtatuunt, remouetur ſtatuendi potentia, ergo & ab iis remouetur conſtitutionis actus, & ſi quis actus conſtitutus fuerit, is meritò irritus erit, ſed Baldus, in *d. l. Vſuras*, mouet & aliã 10
quæſtionem, ſcilicet, † Quid ſi res vẽdita eſſet ſte- 11
rilis, ita vt Emptor ex poſſeſſione ſibi tradita, nullum fructum conſequeretur, vel eſſet ſylua non cedua, cuius fructus differuntur, & expectandi ſunt ad plures annos: nunquid interim debentur vſuræ precij? Et videtur quod non, (*q*) quia eo caſu nulli fructus accedunt Emptori, & compenſatio omnis, requirit relationem extremorum, & perceptorum fructuum remunerationem.

12 Contrarium tamen ſuſtinet Baldus loco præallegato, dicens quod iſtæ vſuræ non præſtantur ratione proportionis fructuum perceptorum, aut vſurarum, ſed ratione impletionis bonæ fidei vtrimque. Nam Venditor impleuit quidem fidem bona tradendo. Emptor verò fidem ſuam non præſtitit, ſed inuenitur in perfidia, precium pollicitum non ſoluendo. Secundò, idem Bal. ibidẽ quærit, Quid ſi Emptor nõ eſſet in perfidia, ſed potius Vẽditor, nẽpe ſi Venditor promiſiſſet Emptori dare fideiuſſorẽ, & nõ dedit, vel ſi promiſiſſet Emptori tradere poſſeſſionem liberam, & ſi non tradidit liberam, certè eo caſu videtur, quod Emptor non teneatur ad vſuras, quia non poteſt ſibi aſſcribi, aut mora, aut culpa, vt *l. Fina's ff. de reſc. vend. l. vend.* Alia tamen opinio huic contraria, (*r*) videtur veriſimilior: Quia per talem non implentem, non minuũtur vſuræ rei, ergo etiam non minuitur intereſuriũ (*ſ*) precij, & quia vſuræ iſtæ veniunt potius ex quadam æquitate, quàm ex ratione moræ, vti textus ſignanter explicat *in d. l. Curabit.*

13 Plura de vſuris quæſtiones ibidem Bal. prædicto loco mouet & explicat. *nu. 5. & 6.* quas ſtudioſis perlegẽdas ibidẽ, breuitatis cauſa hic conſulimus.

A N.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CVI.

a. Lucrum.) In ſolito negotiari poſt moram rationem haberi etiam lucri ceſſantis, tex. eſt in l. iii. § *vlt.* vbi poſt alios Iaſ. *num.* 8. *ff. de eo quod cert. loc.* Socin. *in reg* 3 *fallent.* 31. *&* 33. Alex. *conſ.* 191. *num.* 5. *lib* 2. Afflict. *dec.* 20. *num* 1. *in fin.* Tiraquel. *de retract. prax.* §. 1 *gloſſ.* 18. *ſub num.* 71. Natt. *conſ* 570. *num* 1. Roland. *conſ.* 35. *num.* 4. *lib.* 1. & poſt Coraſ. miſcellan. *lib.* 3. *cap.* 13. Coſtal. *in l. vend. vlt. ſub init ff. de peric. & com. rei vend.* Gabr. extendendo & reſtringendo latiſſ. *tit de ſolut. & libr. lib.* 2 *concluſ.* 10. *num.* 1. cum ſeqq. Gail *lib.* 2. *obſer.* 6. *nu.* 3 Burſat. declarando latiſs. *conſ* 68. *numer.* 10. cum ſeqq. voluitque poſt Couarr. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 41. *nu.* 1. & theologos ab eo adductos Menoch. *de arbitr. ind. lib.* 2 *caſu* 119. *num.* 1. *& conſ.* 1180. *num.* 15. Gilman non diſtinguendum vtrum bonæfidei ſtricti iuris uel arbitrariæ ſint actionis aſſerens, *lib.* 1. *dec.* 27. *num* 20. cum ſeqq. Licet contrà poſt Soc. *in l. de diuiſione, num* 14. *verſ. aliquando & 6. quærimus, ff. ſolut, matr.* Dec. retinentem tamen vbique *com. in cap. cum venerabilis, n.* (mihi) 59. *cum ſeqq. de except. & conſ.* 441. *num.* 13. *verſ venio. ad* 2. *dubium, cum num. ſeq.* aliosque, Fachin. *controuerſ. iur. lib.* 11. *cap.* 15 *toto qui tamen cap.* 39. *eod. lib.* 11. admittit etiam eandem hanc com. opinionem, dum in ea aſſerit, poſt Caſtr. *in d l.* 3. §. *vlt. num.* 3. Afflict. ex SC *d dec.* 20 *num* 2. cũ ſeq. aliosque, com. & veriorem ſententiam habere; vt tria probanda ſint, ad conſequendum huiuſmodi intereſſe lucri ceſſantis; mora videlicet debitoris, conſuetudo lucrandi, & merces fuiſſe in promptu. idemque poſt Coraſ. miſcellan. *lib.* 3. *cap.* 13. Coſtal. *ad l. vlt. ff. de per. & com rei vend.* Strach. declarando & reſtringendo, *ſub tract. de mercatur. tit. de contract. lib. mercator num.* 3. cum ſeqq Cardin. Put. ex SC, *declarando, dec.* 237 *tota libr.* 1. Peck *in cap. mora.* 25 *ad verb. nocius, num* 13. *de reg iur.* Roland. declarando *d conſ.* 35. *num.* 5. 6 15. & ſeqq. *lib.* 1. Burſat. (addẽs pro hac opinione multum inſeruire deciſiones ſacri palatij apoſtolici, ob auctoritatem dicti tribunalis, ipſos tamen, & alios in eam ſententiam commemoratos, dictum lucrum admittere, eo tantùm probato, vel quod merces eſſent paratæ, vel aliter veriſimiliter conſtet creditorem talem quæſtum facturum fuiſſe, ſi pecunias habuiſſet) *d, conſ.* 68. *n.* 1. *num.* 35. *verſus fin. & ſub. num* 36. *& conſ.* 72. *num* 9 Menoch (plura etiam requiſita enumerans) *conſ.* 1180 præſertim *num.* 20. & de arbitr. iud *lib.* 2. *caſu* 119. *num.* 2. cum ſeq. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 56. *ad fin.* Gilman. *d dec.* 27. *num.* 23. cum ſeqq. vbi tamen ex SC. contrà, vt & hic, in ſeq. annot.

b. *Veriſimiliter.*) Sic ſufficere quod lucrum ſit veriſimile, poſt Alex. *conſ.* 141 *ſub num.* 2. *&* 9. *libr.* 5. aliosque, Gabriel. ex com. *d. concl.* 10. *num.* 3. Maſcard. *d. concluſ.* 933. *numer.* 10. qua de re latè etiam ex SC. Burſ. *d. conſ.* 68. *num.* 21 *cum ſeq.* 26. 31. cum ſeq 34. *in fin. &* 35. *verſus fin* Exiſtimat autem Natt. *d. conſ.* 370. *num.* 6. poſt Felin, *in d. cap. cum venerabilis, ſub num.* 8. *de except.* & alios etiam theologos, deberi intereſſe lucri ceſſantis ſolito negotiari, cõſiderando ipſum lucrum non vti iam acquiſitum, ſed acquirendum; ita vt computentur pericula & expenſæ, explicando latiſs. vt & Gam. *dec.* 110. *nu.* 14. *cum ſeqq.*

c. *Tantum lucrum.*) Apud nos eam rem moderari voluit ſua conſtitutione Imp. Car. 5. promulgata Bruxellis, ſub anno 1540. 4 Octob. quam refert & commentarijs ſuis illuſtrat ſimul Reb. *tom.* 2 *conſtit. reg. tract. de mercat. & negot. artic vlt gloſſ. vn. num.* 21. cũ ſeq. qua prohibuit omnibus mercatoribus, has ditiones Belgicas frequentantibus, ne recipiant pro centum, vltra duodecim, in ſingulos annos &c.

d. *Dotis non ſoluta.*) Tex. eſt *in ca ſalubriter,* 16. *de vſur.* Alex. latè conſ. 31. *num.* 5. *cum ſeqq. libr.* 6. Kirchou. *in com opin. verb. vſura pro dote.* Coſtal. ad *l. verſ. huic proximum eſt, ff. de vſur.* vbi placito curiæ Pariſienſis, hæredes, qui traxerant ſolutionẽ legati, quod dotis nomine teſtator nothæ ſuæ legauerat, ad vſuras medij temporis damnatos fuiſſe Ediuerſo quoque, mulierem, etiam non ſolitam negotiari, poſt annũ ſoluti matrimonij, poſſe agere ad intereſſe lucri ceſſantis, ſi erat emptura prædiũ ex quo tot fructus veriſimiliter percepiſſet, poſt Caſtrenſ. & alios, *in l d uertio, ff ſolut. mat.* & Alex. *conſ.* 200. *num.* 3. *in fin. lib* 6. Crauett. *conſ.* 89. *nu* 4. *in fin.* Gramm. ex com. & SC declarando latiſs. *dec.* 103. *num. præſertim* 93. Roland. ex praxi *conſ* 35. *n* 6. 15. & ſeqq. *lib,* 1. Burſ. *d. conſ.* 68. *num.* 17. Licet Viu. *in com opin. verb. conſuetudo ſeu ſtatutum diſponens quod uſura,* in fin. velit, hunc caſum decidi debere, vt eum decidit rota Napol. apud Afflict. *dec.* 284. *num.* 1. cum ſeq. apud quos itidem, de cõſuetudinibus hac in re latius.

e. *Conſtituto tempore.*) Ideoque data à venditore dilatione ad ſoluendũ nõ teneri interim emptorem ad aliquod intereſſe, Alex. *conſ.* 121. *ſub n.* 4. *lib* 5. Couarr. *var. reſ lib.* 3. *c.* 4. *n.* 5 Gabr. *tit. de empt. & vend. lib.* 3. *concl.* 4. *n.* 21. Sfort. Odd. *conſ.* 87 *n.* 21. apud quos tamen aliud, ſi in hoc diſertè à partibus pactũ ineatur; Crau. diſtinguẽdo *conſ.* 189. *n.* 7. *verſ.* 8 *caſus eſt,* Gabr. latè declarando & reſtringendo, *d. concl.*

Digitized by Google

concl.4.n.22. cũ ſeqq. Cæſ. de Graſs. copioſè ex SC. dec 187.n.2. cũ ſeq. vbi n.4. promiſſionẽ etiã certam & taxatam non cenſeri illicitam, quãdo fructus veriſimiliter aſcenderẽt ad intereſse taxatum, Ibidemque n. 5. vſuras etiam taxatas fructuum compenſatiuas, & in foro conſcientiæ, & ſecundum aliquos etiam de iure diuino, dici debitas.

f. *Vendiitor.*) Idemque in eius ceſſionario, actione certo pretio ceſsa, vel vendita, vt poſt Afflict. *dec.* 91. n 15. Pariſ. *conſ.* 75 *n* 17. *lib* 4. Couar. *d. cap.* 4. *n.* 8. *verſ.* 19. *erit.* Gabr. *d. concl* 4. *num* 13. Cæſ. ex SC. *d. dec.* 187, *num.* 6. cum ſeq. *vbi num.* 8. poſt Corn. *conſ* 145. *n.* 7. *lib.* 2. aliosque. Æquitatem adductæ l. curabit. locũ habere in omni contractu correſpectiuo, tã nominato quã innominato; Gab *d. cõcl.* 4. *n.* 14

g. *Sed tanquam intereſſe.*) Etiam de iure canonum in foro eccleſiaſtico, & iudicio interiori animæ gl. in adducta *l. curabit, in verb. ratio.* Alex. *d. conſ.* 121. *ſub num.* 4. *& conſ.* 147. *num.* 2. *in fin. lib.* 5. Afflict. *d. dec.* 20. *num.* 4. cum apoſt couarr. *d. cap.* 4. *in fin.* Sichard. *in l. iij. num.* 3. *C. de vſur. & ad rubr. in fin.* ibidem Coſtal. *in d. l.* 1. *verſ. Solent. tamen de vſur.* Gabr. *ex com. d. concl.* 4. *num.* 5. Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 56. in princ. Viu. *com opin lib.* 1 *verb. vendit. de iure* limitãdo, niſi huiuſmodi intereſſe petitum excedat conſiderabili quantitate æſtimationem fructuum perceptorum; quum pro percipiendis & non perceptis non teneatur venditor ad intereſſe, poſt Soc. ex communiori, *in l. de diuiſione, num.* 13. cum ſeq. *ff ſolut. matrim.* aliosque, & latè hac de re Cæſ. *d. dec.* 187 *num.* 9. cum ſeq. Marilian. *dec.* 36 *num.* 31. Licet aliter ſentiat, poſt alios memoratos, etiam Pariſ. *conſ.* 60. *num.* 28. *lib.* 1. Sichard. *in d. l. ij. n.* 4. *ad fin. C. de vſur.*

h. *A fæneratore.*) Alex. *d. conſ* 141 *numer.* 3. *lib.* 5. Alciat. *conſ.* 320. *ſub num.* 1. Roland *conſ.* 35. *num* 2. *lib.* 1. Sichard. *in d. l. ii ſub num* 4. poſt Caſtr. ibidem *ſub n* 2. & alios.

i. *In mora.*) Ant. Fab. declarando, *lib.* 7. *C. tit.* 16. *definit.* 2. *n.* 8. cum ſeqq. *& tit.* 18. *definit.* 2. *n.* 4 cum ſeqq. Gilm. declarando, *lib.* 2. *dec.* 24 *n.* 119. cum ſeq. poſt. Salyc. *in l. litigator, num* 5. C de fruct. & lit. expenſ. & in *l. qualiter n.* 1. *de actionib. empt.* aliosque.

k. *Vt intereſſe.*) Panorm. poſt alios, *in d. cap. cum venerabilis, n.* 57. *de except.* Rom. *conſ* 91. *n.* 1. *in fin.* Dec. *conſ* 39. *n.* 4. *verſ nã etiam, & conſ* 183 *ſub n.* 3.

l. *Prima.*) Harum meminit Peck. *ad d. c. mora, ad verb mo. etiam, n.* 12. *in fin. de reg. iur.*

m. *Reſarcire.*) Innocent. *in c.* 1. *ſub num* 2. *de vſur.* Bald. *conſ* 479. *ſub num.* 1. *lib.* 1 *& conſ.* 449 *ſub n.* 1. *lib.* 3. Anchor. *conſ.* 176. *verſ ad materiam vſurarum* Roman. *conſ.* 101. *n.* 1 *verſ.* 2. *iſtud.* Couarr. idem in animæ interiori iudicio, licet aliud ante moram docens. *d. lib.* 3 *c.* 4 *ſub n.* 5. *verſ. quodſi verò conſtet.*

n. *Bonæ fidei.*) Salycet. poſt Bald. *in l. ij. ſub num.* 2 *C. de vſur.* vbi tamen Caſtrenſ. *ſub n.* 3. quem ſequitur inibi & Sichard *n.* 5. contra; vt generaliter in omni cõtractu tã bonæ fidei quã ſtricti iuris, propter dilationem ſolutionis, poſſit vſura vel intereſſe, quod voluit, poſt Molin. in tract. *de contr. & vſur. in princ n.* 32. aliosque, & Gilman. ex SC. *d dec.* 24 *n.* 141 *cum ſeqq lib.* 2.

o. *Recompenſatoria.* Sic intereſſe quod vocant recompenſatorium, inquit Sfort. Odd *conſ.* 87 *num.* 17. id eſt, quod debet reſtitui, ne quis ſimul & fructus rei conſequatur & pretium retineat, quod propriè pertinet *ad d. l. curabit.* & quod rectè eſt fundatum in æquilibrio iuſtitię commutatiuę. Et vſuras recompenſatorias omni iure admitti, quia dentur in compenſationem eius quod iuſte competebat, & debitum erat eas recipienti, quodque ipſe iuſtiſſ. habiturus eſſet, poſt Molin, *ad conſuetudines Pariſ. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 9. *n.* 20. aliosque Couarr. *d lib.* 3. *reſol. c.* 4. *nu.* 2. *verſ. quibus accedit.* & poſt Bald. Salyc. *nu* 2 & Caſtr. *nu* 3. Sichard. *ſub nu* 4. *in d l. ij. C. de vſur.* Burſat. *d. conſ.* 68. *ſub n.* 4.

p. *Nullo iure.*) Molin. Couarr. Burſ. aliique ſupra proximè relati. Adeo vt ciuitatum conſules, vel quiuis adminiſtratores, de vſuris huiuſmodi ſoluẽdis & contrahendis, ſtatuta dictantes, vel iuxta ea pronunciantes, ſint excommunicati. vt & omnes ij, qui vſurarum contractus extra peccatum ponẽdum volunt, per Clem. *vn. de vſur.* Coſtal. *in d. l.* 1. *ſub init verſ. item quia. ff. de vſur.* qua de re itidem Iaſ. *in § fuerat ſub nu.* 19 *inſtituti de action.* Afflict. *dec* 291. *ſub num.* 2.

q. *Quod non*) Salyc *in d. l. ij num* 3. *Cod de vſur.* Couarr. *d. cap.* 4 *ſub num* 3. Odd. *d. conſ.* 87. *nu.* 19. Gabr. *d. concl* 4. *ſub n.* 10. *&* 16. vbi etiamſi res apta fuerit ad fructus producendos. Licet contra Pariſ. *d conſ.* 60. *n.* 28 *lib.* 1. aliique in *d l ij.* vt & prius annotauimus ſupra.

r. *Contraria.*) Alex. *d conſ* 147. *n* 3 *lib.* 5. Couarr. *ex com. d. c* 4. *n.* 6. *verſ.* 12 hinc deducitur Gabr. *di. concl.* 4. *n.* 9 Cæterum ſi facta traditione rei venditę & non ſoluto precio, poſt tempus conuentum immineret euictio, neque precium emptor ſoluat neque fideiuſſorem de euictione offerat venditor, tunc emptorem facere fructus ſuos, neque teneri ad intereſſe pretij non ſoluti reſpectu fructuum, Afflict. *d. d c.* 20. *n.* 5. eiuſq; nomine ſuppreſſo, Mynſing. *centur.* 4 *obſ.* 56. *ſub init* poſt Bald. *in l.* 1. *C de bon. mat.* quã de re nos ſuo loco latius.

ſ. *Interuſurium.*) Tempus eſt & interuallum, quo vſuræ non currunt, vt declarat late Curt. Brugenſ. *lib.* 1. *coniect. ad fratr. cap.* 20. vbi in fin. tamen aliter accipitur, vt & hic.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CVII.

De petendis Pœnis conuentionalibus.

SVMMAE.

1 Pœna { *Conuentionales, in quibus Vſura non præſumitur, peti poſſunt.*
2 *Exemplum Conuentionis non vſurariæ.*
3 *Conuentionales, in quibus vſura præſumitur, peti non poſſunt.*
4 *Exempla Contractus vſurarij.*
5 *Qui feudum & fundum obligat redditibus, is pœnam feudi, fundiue vendendi Creditori, niſi ſoluat, permittere poteſt.*
6 *Pœna Conuentionalis, qua non cenſentur vſuraria.*
7 *A pœnis Conuentionalibus excuſantur, qui non ſunt vltra Intereſſe ſoluendo.*
8 *A pœnis Iuris, & Conſuetudinis excuſantur Pauperes.*

1 OMnes pœnæ (*a*) Conuentionales, in quibus nulla Vſura præſumitur, peti poſſunt, & Petitori per Iudicem adiudicari, etiamſi tales pœnæ maiores eſſent, quàm ipſum intereſſe. (*b*) §. *Alteri inſtit. de inutilib. ſtipulat. & Specul. lib. 2. partic. 3. num 4. tit. de fructib. & intereſſ.*

2 Verbi gratia. Si faber lignarius promiſiſſet Ioanni, domum perfectam & conſummatam tradere (*c*) ipſo Martini, ſub pœna decem librarum groſſorum monetæ Flandriæ, & ſi hic faber lignarius eam domum conſtituto tempore non perfeciſſet, tunc dicta ſumma decem librarum ratione contractus cõuicta eſſet & debita, & ideò eam Ioannes à Fabro lignario tunc iure petere poſſet, quod hic nulla vſuræ l bes p æſumatur. Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, ſ il cet. Si dictus Ioannes per non ſolutionem debi am, aut per aliam cauſam, occaſionem non dediſſet, quo minus is faber lignarius opus ſuum abſoluere conſtituto tempore potuiſſet. Vel niſi ipſe faber lignarius aut morbo correptus, aut bello, aut aëris intemperie præpeditus, (*d*) aut materiæ inopia (& tamen ad eam parandam ſummam diligentiam exhibuiſſet) (*e*) remoratus, prædictum opus ſuo debito, & conſtituto tempore abſoluere nequiuiſſet. Quæ omnia in prudentia Iudicis conſiſtere debent, ſi is Ioannes talem operarium ad contractus pœnam vrgere vellet.

3 Sed pœnæ Conuentionales, vbi aliqua Vſurarum præſumptio apparet, peti non poſſunt. Exempli gratia.

4 Promitto tibi ſoluere in feſto Paſchæ mille libras (*f*) groſſorum monetæ Flandriæ, ſub pœna ducentarum librarum ſimilium, illa pœna non poteſt peti Ius enim in huiuſmodi contractu, Vſurarum fraudem præſumeret. Si quis promiſiſſet alicui ad feſtum Ioannis Baptiſtæ, ſoluere ſexaginta libras groſſorum, ſub pœna quadraginta librarum groſſorum, & præterea ſe comparituru coram Senatu, aut coram Conſilio, vt ſeſe in eã promiſſione ſolutionis, permitteret condemnari, idque re non præſtaret, nec compareret, neque ſolueret, is certè abſentator in contractus mulctam, & pœnam incidit, (*g*) eiuſq; ie ſoluendæ reus fit, ſic vt ea ſumma ab ipſo iure peti poſſit, non quidem ob non ſolutionem, ſed propter non comparitionem.

In Flandria receptæ Conſuetudinis eſt, vt quoties Debitor quiſpiã, obligat aut oppignorat feudũ ſuum, aut fundum ſuum, in aliquo reditu, aut in aliquibus reditibus, is ſimul conſentire poteſt ſuo Creditori pœnam, vt illius feudi aut fundi proprietatem vendat, ſibi iure vendicet, & euincat in perpetuum, pro retrodebitis (vulgò Arriragiis) illius reditus, aut illorum redituum, non obſtante quod proprietas talis feudi, aut fundi, decies aut vigeſies melior & vberior ſit ipſis reditibus, aut Arriragijs eorundem. 5

Et excuſant huiuſmodi Contractus, quod nõ ſint vſurarij, quodque ſub Contractibus vſurarijs in iure computatis, minimè contineantur, propter pœnam & euictionem, quæ eos contractus excuſare videntur, pœna (*h*) enim eo tendit & ſpectat, vt iuſtius & citius ſolutio fiat, Euictio, venditio, vel exhæredatio vt puniatur contumacia. 6

Cæterum ſi aliqui in pœnam Conuentionalẽ incidant, & impingant, certè in foro Conſcientiæ (*i*) non ſunt petendæ eædem pœnæ ab iis, ſi eas ſoluendo non ſint potentes, aut ſi non ſint ſufficientes vlterius ſoluendo, quam Intereſſe ſeſe extendere, & ſufficere poſſunt. 7

In pœnis autẽ quas aut iura, & patriæ cõſtitutiones ſtatuũt, excuſantur, & tolerãtur Pauperes nihil habẽtes. Quia vbi nihil eſt, ibi Fiſcus ſuã mulctã (*k*) perdit. Pro ampliori iſtius materię cognitione, breuitatis cauſa lectorẽ mitto ad D. Ioan. Franc. Bald. in ſuo Præſcriptionũ tractatu, *in 13. principali quæſito, num. 6. folio libr. meo 228. col. m. 4. & Iaſ in §. Omnes, num. 13. col. 3. folio lib. meo 74.* qui de hac re vtilibus vtantur diſtinctionibus. 8

AN-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CVII.

a. P*œna.*) Non præſumuntur autem in fraudem vſurarum adiectæ pœnæ, ſi adiectæ fuerint ab eo, qui fœnerari non ſit ſolitus, vel ex alia quã mutui cauſa, vt poſt gloſ. & alios *in l. ſed etſi quis*, 4 *§. vlt. ſi quis caut.* Turzan. *Ex communiori, opin.* 70. *verb. vbicunque alicui*, & poſt eum Soar. *rece. ſent. theſ. in lit. P. num.* 136. Alex. ex communio *conſ.* 63. *num.* 3. *lib* 4. & *conſ.* 76. *num.* 19. *lib.* 5. *cum apoſt.* vtrobique, & nouiſſ. Decian. *conſ.* 79. *num.* 4. *lib.* 3 *aſſerens com.* eſſe opinionem de iure etiam canonico, quod pœna conuentionalis, etiam in promiſſione quantitatis, poſſit exigi à contrahente non ſolito fœnerari. & ante eum quoque Alc. *conſ.* 119. *num.* 11. & 16. *lib.* 5. Verum vberius & exactius totam hanc quæſtionem (quam mireris à Menoch. in tract. præſumpt. nullibi, quod equidem ſciam, deguſtatam quando, ſcilicet, cenſeatur adiecta pœna in fraudem vſurarum, diſtinguendo diſcutit Roman. *conſ.* 510. *n.* 13. *cum ſeqq.*

b. *Quam ipſum intereſſe.*) Vſque ad quam quantitatem pœna aſcendere poſſit. Roman latiſſ. *dict. conſ.* 510 *nu.* 11. *cum ſeqq.* ibidemque breuiter Zaſ. *verſ. quid autem in pœna.*

c. *Tradere.*) Sic ad promiſſionem facti poſſe addi pœnam etiam magnam, per *leg Lucius Titius.* 47. *ff. de act. empt. l.* 5. 4. *§. Cato*, vbi doct. *ff de verb. obl.* Zaſ. poſt alios, in adducto. *§. omnes, verſus fin. verſ. quid autem pœna in inſtit. de act. Alex in leg. ſtipulatio iſta § alteri num.* 13. *de verb. oblig conſ.* 67. *ſub nu.* 1. & *conſ.* 158. *num* 1 *lib.* 2. Affict. *dec.* 135. *num.* 1 Surd. latè *dec.* 259. *num.* 10 cum ſeq. Idemque in promiſſione ſpeciei, vt ſi promittas equum, veſtem damnum ad certam diem, & niſi tradideris, promittas centum, valeat conuentio, Zaſ. *d. verſ. quid autem* Coſtal. *in l. Iulianus* 13. *§. Papinianus verſ. idem putat. ff. de act. empt.* Capr. ex com. *reg* 70. *nu.* 29. Viu. ex com. *dec.* 350. *ſub num.* 5 *cum ſeq.* poſt Gramm. *dec.* 58. *ſub num.* 6. vbi etiam ſi pœna excedat intereſſe, neque requiri aliam intereſse probationem, imo conſilium eſse legis ponere certam pœnam ad euitandum probationem intereſse, in *§. vlt. inſtit. de verb. oblig.* Et quamuis vt poſt Affict. *d dec* 135. *n.* 3. docet & Teſſaur. *dec.* 79. *ſub n.* 1. concilia eorum non conſueuerunt condemnare ad pœnam ſiue facto ſiue ſummæ adiectam, niſi quatenus cum intereſſe concurrat, attamen ſecundum Gram. *d. dec.* 58. *ſub nu.* 7 illud poſſet habere locum, quando non eſſet taxata certa quantitas, quæ promiſſa foret in caſu licito, quia alioqui fruſtaneum fuiſſet conſilium legis, de quo ſupra, taxare, certam quantitatem pro pœna. Extant vero contraria quoque in eam rem ſummi ſenatus Pariſ. SC. quę areſta vocant, apud Imbert. in enchirid. iur. Gall. in verb. *pœna ex contractu, ſub init. verſ. ſed nec illud*, & Rebuff. in tract. de ſentent. execut. *art.* 1. *gl.* 18. *num.* 5. *conſtit reg.* 1. *m* 1.

d. *Præpeditus.*) Iuſta cauſa excuſat quempiam à pœna. etiam conuentionali, vt poſt Neuiz. *conſ.* 57. *num.* 19. Cornazzan. *ex SC. dec.* 77. *num* 18. Contra Alex. cum apoſt *conſ.* 119. *num.* 18. *lib.* 2. Iaſ. *conſil.* 134. *num.* 7. *lib.* 4. Dec. *in l. ſi quis id quod ſub nume.* 32 *ff. de iuriſdictione om. iud.* & *in l. qui cum alio, n.* 4. *de reg. iur.* Marſil. *in l. patre, num.* 23. *ff. de quæſtio.* Tiraq. de retract. conuent. *§.* 1. *glo.* 2. *num* 58 *ad fin.* idemque Cornazz. rectius voluit *dec.* 119. *ſub n.* 2 & 4. latè Roland. *conſ.* 26. *num.* 8. cum ſequenti *lib.* 4.

e. *Diligentiam exhibuiſſet*) Promittentẽ ſe facturum & curaturum cum iuramento & adiecta pœna ſi fecit quidquid potuit, euitare periurium & pœnam, Gribal *com. opin. verb. promiſſio. reg.* 1. poſt Deci. *ex com. conſ* 313. *num.* 2. *ad fin.* Gabr. ex com. declarando & reſtringendo, *tit. de pact.* & *conuentio. lib.* 3. *concl.* 2. *num.* 6. cum ſeq. poſt Gram. declarando, *dec.* 102. *num.* 82. Affict. ex SC. *dec.* 295. *nume.* 3. cum ſeqq Marant. in diſputat. 7 *nume.* 10. cum ſeq. apud quos itidem, difficultatem ſuperuenientẽ excuſare à pœna, Soar. extendendo & reſtringendo, *in recep ſent. theſ. lit. D. num.* 69. cum ſeqq. poſt Bar. *in l. quod te n.* 14. ibidemque Alex. *ex com. n.* 9 Zaſ. *ſub num.* 3. cum ſeq. *ff ſi cert. petat.* & Dec. *in l. impoſſibilium num.* 4. *de reg. iur.* & *d. conſ* 313 *n* 2. Coſtal. exactè *in l vlt. ſub init de leg. Rhod. de iact.* Et late hac de re Surd. *dec.* 262 *num.* 5 *ad fin.* cum ſeq. & *num.* 11 *cum ſeqq.* Non tamen à pœna cõuentionali difficultatem excuſare Roland. *d. conſ* 62. *num.* 10. *per l continuus*, 137 *§. illud* ibidemque *doct. ff de verb. oblig glo. in c. breui de iureiur.* Verum Zaſ. *in d. § illud verſus fin. verſ.* 4. *fallent.* contra limitando, ſi iudicat difficultas quæ tempore ſtipulationis prouideri non poterat: aliter atque ſi poterat à principio prouideri, vt ille latius.

f. *Mille libras.*) Promiſſioni quantitatis non poſſe accedere pœnam, Text. eſt *in l. cum allegas* 15. vbi gloſ. & poſt alios, Sichard. declarando & limitando, *n.* 1 cũ ſeqq. *C. de vſur.* Zaſ. *in d §. omnes. ad fin. verſ. cæterum in datione* Imber. *in d. enchir. verb. pœna ex cõtractu*, in princ. Alex. latiſſ. *cõſ.* 49. *n.* 8. cũ ſeqq. *conſ.* 50. *ſub n.* 1. & *conſ.* 51 *n.* 3. cum ſeqq. *lib* 4. Affict. *dec.* 135. *n.* 2. Marc. *dec* 411. *præſertim n.* 3. *li.* 1. Gram. *dec.* 58. *n.* 6 Grib. *com opin. verb inter. reg.* 2. & *verb vſura, reg.* 1. Teſſaur. *dec.* 79. *num.* 1. Surd. *d. dec.*

259 Viuid.*dec.*350.*n* 5.*vbi num.*10.neque adiecto iuramento confirmari hanc pœnam, licet contra Gram.*d.d.c.*58.*ſub n.*6.poſt Alex conſ.158.*n.*2.*li* 2. poſt alioſque.

g. *Incidit.* Surd.*d.dec.*259.*ſub num.* 11. Contra vero, pœnam facti promiſſioni adiectam, prius obligatione præcedente, & datione quantitatis, indiſtinctè in fraudem vſurarum adiectam præſumi Capr.*ex com reg* 70.*n.*31. cum ſeqq Viu. ex communiori & SC.*d dec.*350 *n.*8.cum ſeqq. poſt Bart. *n* 2. & alios, *in l.cum ſeruum* 81. *ff.de condit. & demonſtr.*

h. *Pœna*) Sic ſolitum fuiſſe, ante centum aut ducentos annos, apponere pœnam reditibus, vt niſi ſoluas reditum annuum ad feſtum Martini, dabis qualibet hebdomada denarium, ſcribit Zaſ. *ad d.§ omnes, ad fin. verſ. & in hoc, Teſtatur etiam* Coſtal. *ad d l.1. verſus fin. ff. de vſur.* curiam Pariſienſem ſtatuiſſe, ſi reditus in mutui contractu fieret, vſuram habere: vt ſi ponas centum mihi mutuare dediſſe ea lege vt ſi certo die illa non reddam, debeam tibi aliquod nummos penſionis ergo. Sed de his & ſimilibus tractatur latius apud Molinæ. in tract. *commerc. & vſur.*

i. *Conſcientiæ.*) Alex.*conſ.*51 *n* 6.*lib.*4. Marſil. *in l.patre vel marito ſub nu* 7 *ff.de quæſt.* Capr. *ex com. reg.*70.*n.*3 licet contra Cagnol *in l.quod à quoquam* 46 *n.*4. *& ſeqq.ff de reg iur. &* Dec.poſt alios, *in c.*1.*lectur.*1.*n.*73.*verſ.*3. concluſio procedit. *de conſtitut.* quorum differentiam, quam hac in re inter pœnam legalem & conuentionalem conſtituunt ſuſpectam ait Vaſq. illuſt. controuerſ. *libr.* 1.*cap.* 28. *num.*16. qui voluit vtroque caſu, tranſgreſſorem legis ſiue publicæ, ſiue conuentionalis, pati teneri, ſi ab eo pœna exigatur; ſed neutro caſu, in conſcientia vel in foro contentioſo, teneri offerre vltrò; quia iuſtè potuit cogitare, quod princeps reſpub. vel pars, qui ſciunt & iacent vel diſſimulant, eam pœnam taciti condonaſſe & remiſiſſe videantur. idemque Couarr. in epitom. de ſponſal. & matrim. *part.*2.*c.*6.§.8 *n.*12. Sic, licet in foro poli ſiue conſcientię, pœna dupli, tripli, vel quadrupli nō deberi dicatur, vt poſt Clar. *lib.*5. *ſent* §. *furtum, ſub n.*16, alioſque Soarez *recept.ſent.theſ. in lit. F. num.*397 *cum ſeq. & in lit. P. num.* 128. tamen, vt aſtruit inibi, *d.n* 39 Soar. id à iure tum diuino, tum humano abhorret, & vtilitati, iuris parenti, maxime reluctatur. Dixi ad Damhoud, *in loc.com.par. titu capere pro furari ad fin.* Quodque indiſtinctè pœna de iure pontificio exigi poſſit, Innocent. *in c.ſuam ad verb pœna,* 2. ibidemque Panorm. *n* 6. *de pœn.* idemque Panor. *in c.dilecti ſub n.*14. *de arbitr.* Pariſ *conſ.*34.*n* 32.*lib.*1, Decian.*d conſ.*79 *n.*2.*cum ſeq.lib.*3 alijque relati à Gabr tit.de maleficiis. *lib.* 7.*concluſ* 34 *num.*2, cum ſeq. licet ibidem *nu* 5. 8. *& ſeqq* teneat ſuperiorem opinionem, quam magis com. dicit, vt pœnæ in foro conſcientiæ exigi non poſſint. quam limitat 5.*modis* Quam tamen rectius ſecundum ea quæ ex Vaſq.& alijs dicta prius ſunt, intelligit etiam Clar. *lib.*5. *ſent.* §.*fin. quæſt.*8. *n.*7. aſſerens poſt alios *com. opin.* & fere ab omnibus approbatam, quod delinquens neque accuſatus neque condemnatus, etiamſi ipſo iure per legē vel ſtatutum eius bona, per illud delictum, fiſco applicentur, non teneatur, in foro conſcientiæ, bona ſua fiſco deferre. Alioqui certè pœna iuſtè indicta, etiam in foro poli exigi poteſt, quum nulla ſit differentia inter vnum & alterum (fori & poli forum) ſi detegi veritas, & probari poteſt, cum tunc non agatur de occultis, de quibus forus conſcientię iudicat, non autem lex humana, vt reſpondet Meno. *conſ.*1180 *ſub n.*21 *per c.ſicut.*33. *de ſ.mon.* Quanquam ſcio Roland. poſt alios memoratos, *conſ.* 47, *n.*60.*lib.*2 ſcribere, ſæpe magnas pœnas imponi, vt magis homines timeant, & vt euitentur atrocia, non vt exigantur ad vnguem, idque Menoch. latè diſcutere in quodam conſ. ad huiuſmodi igitur, pœnam indicentis intentionem, magis animaduertendum fuerit, vti & ad paupertatem rei (quod hic ſentit auctor) quum regula; qui non habet in ære luat in corpore, limitetur inprimis, quando pœna deſcendit ex delicto, & non ex debito vel contractu ſimplici, vt poſt Felin. *in c.ad liberandam,* 17.*n.* 2.*de deinde.* alioſque Boër *dec.* 349.*n.*7. *verſ.in contrarium, & n.*10. Socin.*reg.*81. *fallent.* 1. apud quos aliter quoque regula illa limitatur; vt & apud Villal.*com opin.lit.C.num.*125. cum ſeq. Clar. *var. reſol. lib.*2.*c.*1 *n.*8. Soar.*recep.ſent theſ.in lit.C.num.* 173 *lit.L.n.*80 *& lit.P.n.*144. Menoch. exactè de arbit iud. *lib.*2.*caſu* 447.*toto.*

k. *Mulctam perdit.*) Licet iudex ordinarius mulctam parti læſæ applicandam remittere nequeat, 2.gl. & doct. *in l.venia, C.de in ius voc.* tamen eam mulctam fiſco, ſiue ærario publico, applicatam, iudex poteſt remittere ob paupertatem damnati, vt poſt Boër *d dec.*349.*n.*2.*in fin.*cum ſeq. Coſtal. *ff.de offic.præf* idemque Coſtal. *in d l.ſi quis id ſub init. ff. de iuriſd. omn. iud.* Clar. atteſtatus ita ſepenumero per ſenatum fieri vidiſſe; & magiſtratus etiam ſolere, ſumptis de paupertate informationibus mulctatos admittere ad compoſitionem, non tamen 4. parte totius mulctæ minorem. *ſ.n. lib* 5.§.*fin. quæ.* 95 *n* 8. Menoch. *d.lib* 2.*caſu* 447 *n.*9. Rebuff. *ad l. aliud eſt fraus* 131.§. inter mulctam, *verſ. tex. hic ff. de verb ſignific* vbi pluries vidiſſe obſeruari, reū ſi in ſenatu paupertatem oſtēdat, præſtita cautione iuratoria de ſoluendo eam mulctam à delicto non emanatam cum ad pinguiorem fortunam peruenerit, à carceribus liberari, vel ſolere impetrari literas regias, hoc concedentes.

CA-

Digitized by Google

Capvt CVIII.

De petendis expenſis.

S V M M AE.

1 Expenſæ aliæ { Extra Iudicium, de quibus nihil ad Iudicem. Aliæ,
2 In iudicio { Extraordinariæ, quæ non taxantur. &
3 Ordinariæ, quæ taxantur.

4 Expenſarum petitio fit alias { Expreſſe alias Tacitè.

5 Praxis requirit Expenſarum petitionem expreſſam.

6 Expenſæ petuntur variis ex cauſis. { Ex cauſa victoriæ litis
Propter contumaciam Partis.
Propter retardationem Proceſſus.
Propter indebitam inſtitutionem Proceſſus.
Ex actione, ſ. in rebus mobilibus.
Ex officio Iudicis, ſcilicet, ante, aut poſt Litiſconteſtationem.

7 Expenſæ quæuis { Ante & poſt Litiſconteſt. petuntur ex officio Iudicis.
In bonis mobilib. aut immobilib. petuntur per actionem.

1 EXpenſæ bifariam(*a*) conſiderantur. Aliæ enim expenduntur extra Iudicium, veluti quæ Domibus, Horreis, Agris, Littoribus, Alimentationibus impenduntur, huiuſmodi Expenſæ per rationes fere tranſiguntur.

Aliæ vero in iudiciis inſumuntur, quæ item
2 ſunt Bifariæ, ſcilicet extraordinariæ & ordinariæ. Illæ ſunt gratuitæ, & liberalitatis, aut etiam onéroſæ ex laboribus, ex itinerib. (*b*) ex variarũ ſumptib. & ex lucri omiſſionib, exortę, de quib. Iudex nullã conſiderationem accipit, aut ſententiam pronũciat.
3 Iſtæ verò expenſæ, ſc. iudiciariæ, & ordinariæ, ſunt quæ Proceſſui impenduntur, ſcilicet Aduocatis, Procuratoribus, Informatoribus, & ſimilibus (*c*) actibus iudiciariis. De his Iudex notitiam capit, & ſententiam pronunciat Sed tales proceſſuũ Expenſæ à Partibus ſunt petendæ, adeo vt niſi in libellis exhibitis petantur, Iudex de illis nullum ius diceret, aut alterutri partium eas adiudicaret. (*d*)
4 Ea autem petitio iudiciaria eſt, aut expreſſa, ſc. quando in concluſione ſimul cũ rei adiudicatione, expenſæ expreſſe petũtur. Aut eſt tacita, ſc. quãdo nulla expenſarũ in Concluſione fit mẽtio ſed quãdo Pars in ſuo libello tantũ contendit, & petit vt ſibi ius dicatur, & fiat; quæ petitio tacita, ſecundũ iura, tã de expenſis, quam de principali(*e*) intelligi debet. †Sed Praxis tamen omnino requirit, vt de
expenſis fiat expreſſa petitio. 5

Expenſæ autem iudiciariæ petuntur diuerſis (*f*) 6
ex cauſis. Nonnunquã enim ex cauſa victoriæ proceſſus, Aliquãdo ex cauſa Cõtumaciarũ. (*g*) Nonũquã ex cauſa retardationis (*h*) Proceſſus, & aliquãdo ex cauſa malæ inſtitutionis proceſſus petuntur.

Expẽſæ etiam petuntur nonnunquã actione, (*i*) 7
& aliquãdo ex Iudicis officio regulariter (*k*) Omnes proceſſuum Expenſæ ſiue Impenſæ, ante, (*l*) aut poſt litem conteſtatam petuntur ex officio Iudicis Sed Expenſæ quæ fiunt in quibuſdam rebus, ſiue bonis mobilibus, aut immobilibus, debẽt peti per actionem.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CVIII.

a BIſariam.) Rebuff. conſtit. reg. tom. 3. *tractat. de expenſ. damn. & intereſſ. art. 1. gl. vn. num.* 2. Sic & Ferrarien. in form. libel. *in act. rea. ad verb. & expenſis, n. 2.* diſtinguit, vt quædam ſint expenſæ, quæ fiant circa litem; quædam, quæ circa rem mobilem, vel immobilem.

b. *Ex itineribus.*) Imo quod ſumptus itineris nõ ſint huiuſmodi expenſæ extraordinariæ, & veniãt in condemnationem, tex. eſt *in l. e non ignoret, 4 & inibi Bart n. 2.* Salyc. *n. 3. ad fin. C. de fruct. lit. expenſ.* Sichard. *in l. ſancimus, num.* 10. *de iud.* Boër. *conſ. 27. præſertim n. 7.*

c. *Et ſimilibus.*) Rebuff. latè *d. tract. de expenſ. dãn. & intereſſ. art. 5 gl. vn. n* 16. *cum ſeqq.*

d *Adiudicaret.*) Iaſ. *in l properandum, §. ſin. autem alterutra num. 30. & 31. C. de iud.* Rebuff. *d. tract. de expenſ. damn. & inter. art. 3. gloſſ. vn ſub num. 12.* Socin. cum apoſtill. (aſſerens petendum expenſas factas & fiendas) *in cap. ij, num. 85. de lib. obl.* Licet autem Salycet, *in d. §. ſin autem alterutra, num. 39,* cum ſeqq. aſtruat oportere iudicem condemnare, quamuis nunquam ſint petitæ expenſæ, & niſi faciat, cogi ſarcire; tamen Bart. & communiter doct. diſſentiunt, & ſecundum Bart. obſeruatur in praxi, vt ait Sichard. (aſſerens tamen priorem ſententiam in puncto iuris veriorem) *in d. §. ſin autem alterutra ſub num. 18.* vt & latiùs apoſtill. ad Salyc. ibidem, *ad verb. non ſint petita.* Verùm, poſſe iudicem, parte etiam non petente, ex officio ſi velit, condemnare, Marant. *de ordin iud. part. 6. membr iud. 3. nu. 12.* Sichard. poſt alios, declarando, *in d § ſin autem alterutra num, 18* Gail. è praxi *lib. 1. obſ 151 nu. 21.* licet diſtinguat Ferrarienſ. (vbi latiſſ apoſt) *in form. libel. in act real. ad d. verb.* & expenſis, *num. 7.* Iaſ. *in d. §. ſin. autem alterutra num. 31.* Rebuff. *d. art. 3. gloſſ vn ſub num. 16.* vt ſi agatur, de expenſis factis ante litem conteſtatam, non poſſit iudex officium ſuũ, niſi requiſitus, impartiri; ſecus ſi de factis poſt litem conteſtatam. Sed & in expenſis ratione contumaciæ, etiamſi non fuerint petitæ cum debeantur ob contemptum iudicis, impartietur officium ſuum, per *cap cum dilecti.* & inibi bald. *de dolo & contum* Rebuff. limitando è praxi *d. art. 5. gl. vn n. 46. cum ſeq.*

e. *Quam de principali.*) Iaſ. poſt alios, *in d. §. ſin autem alterutra, num 32.* ibidemque apoſtill. ad Salycet. *d verb. nõ ſint petita,* licet contra Reb. *d. art. 2. gloſſ. vn num. 14.*

f. *Diuerſis.*) Quatuor huiuſmodi cauſas enumerat etiam Ferrar. in forma libelli *in act. real. ad d. verb.* & expenſis. *num 3.* Sichard. declarando, *in d. § ſin autem alterutra, num 4. & in l. ſancimus, 13. numer, 9.* cum ſeq. C. de iudic. Boër *d. conſ. 27. num. 2. cum ſeqq.*

g. *Ex cauſa contumaciarũ.*) Tex. *in d. l. ſancimus* & inibi poſt alios Sich. præſertim *n* 8. *& ſub n. 9.* cum ſeq. Reb. *d. art. 1. gl. vn. ſub nu. 4. & art. 2. gl vn. n. 1. & latiſſ art. 5 gloſſ. vn. nu. 37.* cum ſeqq. Expenſas quidem ante litiſconteſtationem ratione contumaciæ, peti poſſe actione in factum *ex l 1. ad fin ff. ſiquis ius dicenti non obtemp.* Apoſtill. ad Guid. *dec. 55 verſu. fin. Fab C. lib 7. tit 17. definit. 3 ſub num. 9.* Hartman. *lib. 2. obſer. 1. tit. 19.* vbi peti poſſe iudicis officio indirectè, vt denegetur contumaci audientia niſi refectis expenſis, qua de re itidem latiùs Sichard *in d l. ſancimus. num. 21.* Sic Gail. *lib. 1 obſer 311 num 14.* differentiam conſtituit inter expenſas contumaciæ, & expenſas ratione victoriæ; primo vt illæ debeantur actione in factum, per *d. l. 1. § vlt* vbi poſt gloſſ. doct. & Socin. *num. 4.* Rebuff. *d tract. de expenſ damn. & inter. art. 8. gloſſ. vn. num. 26.* hæ verò veniant officio iudicis. vt not. *in l. terminato, de fruct. & lit expenſ.* ſecundò vt appellatione expenſarum ratione contumaciæ, veniant non ſolùm expenſæ litis & retardati proceſſus, ſed & damna, intereſſe & deteriorationes, *per gloſſ. vlt. in verb. tenelitur, in l. 1. ibidemque* Bart. *ff. de alienat. iud. mut. cauſ. fact.* & eundẽ Bart. & alios *in l. cum qui. 79. ff. de iud.* latè Iaſ. *in d. §. ſiue autem alterutra,* limitando, *ſub num 13. & in d l. ſancimus, num. 8.* ibidemque Sichard. *num. 9. in fin.* cum ſeq. in expenſis verò ratione victoriæ veniant expenſę litis tantùm *per d l ſancimus, cum ibi not. C. de iudic.* idemque Socin. poſt alios, *in d, § vlt. nu. 3.* Boër *in d. dec. 52. præſertim ſub num. 6.* Rebuff. *d. tract. de expenſ. dam & inter, art. 5. gloſſ. vn. num. 55. & art. 8 gloſſ. vn. n. 24. & art. 1 gloſſ vn. num. 1.* vbi tamen *num. 3.* cum ſeqq. debere etiam haberi rationem damnorũ quæ perſonam litigantis concernunt in condemnatione ratione victorię; Iaſ. *in d. §. ſin autem alterutra, ſub num. 13.* Boër *d. dec. 52 n. 6. in fin.* Gail. *d. obſ. 151. ſub num. 17.* declarando latius Sed & expenſas ratione victoriæ, differre à debitis ratione contumaciæ, quòd contumax reficiat tam vtiles quàm neceſſarias, alter verò neceſſarias tantum Rebuff. *d. art. 8. gloſſ. vn num. 23. vbi & num ſeqq.* differentiæ plures.

h. *Ex cauſa retardationis*) Boër. latiſſ. *d conſil. 27. præſertim numer. 2.* & Rebuff. *d. tractat de expenſ. damn. & intereſſ art. 4 gloſſ. vn. numer. 2. vbi numer. 4* poſt Bald. *in cap. exceptionem, in princ. de except.* Marſil. *in l. patre vel marito. num. 73. & 77. ff. de queſtion.* aliosque, differentis malitioſè producere inſtrumentum, non recipiendam poſteà productionem, niſi refuſis; expenſis retardati proceſſus, Cot. *in memoral. verb. expenſæ poſt princ. verſ ſimiliter in caſu.* De his quoque expenſis Mynſing. *cent. 1. obſ. 23.* Anton. Fab. *libr. 7. C. titul. 81. definit. 57.*

i. *Actione.*) Expenſas iure actionis deberi, quando in obligationem ſeu ſtipulationem, vt plerunque fit, ſunt deductæ: & tunc in condemnationem venire, tametſi mora nulla in iudicio, aut extra, facta fuerit, docet latius ex SC. Fab. *d. lib. 7. tit. 17. definit. 1. verſus fin.* Tunc quoque expenſas præciſè deberi, etiamſi iuſtam litigandi cauſam victus habuerit, poſt *gloſſ. in §. oportet, in verb. ſolo. ad fin. in authent. de iudic.* Alexand. *conſil. 37. numer. 34. conſ. 119. ſub num. 18. lib. 2. conſ. 34. in fin. lib. 3. & conſ. 34 numer. 6. libr. 4.* Iaſ. *conſil. 134 numer. 6. libr. 4.* Dec. *conſil. 74.* poſt princ. *verſ. & ad hoc ſpecialiter, & ad l. ſiquis id quod, ſub numer. 32. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Marſil.

Digitized by Google

Marſil, extendendo, in *d. l. patre vel marito, nu.* 12. *cum ſeqq. ff. de quaeſt.* Alciat. *conſ.* 127. *num.* 8. *verſus fin.* Tiraquell. de retract. conuent. § 1. *gloſſ.* 2. *nu.* 58. Natt. *conſ.* 108. *num* 10. *& conſ.* 113. *num.* 9. Fab, ex SC. *d. tit.* 18 *defin.* 3. *num.* 6. cum ſeqq. Roland. *conſ.* 62. *num.* 7. *libr. vbi nu.* 6. *ex com.* quando expenſæ debentur iure conuentionis, nullam iuſtam cauſam excuſare, quin lata etiam ſententia, in qua nulla expenſarum mentio fuerit facta, peti poſſint; ſequiturque Fab, *d. tit.* 18. *defin.* 3. *num.* 5. *in fin.* vbi plures conuentionis eiuſmodi effectus.

k. *Regulariter.*) Expenſas negotij principalis, ſeu ex ſententia diffinitiua, non iure actionis, ſed ex officio iudicis deberi: verùm debitas ratione incidentis articuli, ſeu interlocutoriæ ſententiæ, & præſertim ex deſertione appellationis, deberi victori iure actionis, & condictione ex canone reprehenſibilis, de appell. VVameſ. *conſ.* 205 *ſub* 2. *um.* 3. poſt Franc. *in c. ex ratione, in* 7. *membro princ. verſ. ſed quaeritur,* 1. *& in c. ſepe, verſ.* 8. *quaeritur de appell.* quem anteà etiam latius refert & ſequitur Roland. *d. con.* 62. *num.* 15 cum ſeq *lib.* 4. aliique relati à Fabr. *d. defin.* 3. *ſub num.* 5.

l. *Ante.*) Aliter Ferrarienſ. *in d. form. libr. in act. real verb. & expenſis num.* 4. Dixi ſatis in præcedentibus. Caſus autem 30. in iure expreſſos, in quibus ante litem conteſtatam expenſarum fit condemnatio, enumerat Speculat. tit. de expenſis, §. *ſi ante litem num* 9. *cum ſeqq.* quē ſequitur Rebuff. *d. art.* 5. *gloſſ. vn. n* 40. *in fin.*

Caput CIX.

De Clauſulis quæ vtiliter Concluſionibus inſeruntur.

SVMMAE.

1 *In concluſionibus* *Omnia commendantur diſcretione Iudicis.*
2 *Imploratur officium Iudicis.*
3 *Petitur ius ſecundum iura, ſtatuta, & conſuetudines Patriæ.*
4 *Præſentatur factorum, dictorumq; probatio.*
5 *Addunt quidam, ſaluo iure addendi, minuendi, & mutandi.*
6 *Facta ſemel exhibita, mutari, aut corrigi nequeunt.*

Non parui referre puto, quomodo Petitoris ſiue Actoris Concluſio formetur. Ideoque quomodo ea aptè, commodè, & vtiliter formetur, quęve clauſulæ in ea ponendæ conueniant, hic paucis demonſtrare ſufficiet.

1 Prudentes itaque Aduocati in omnibus Concluſionibus inſerunt hanc clauſulam (vel ſaltem in omnibus, *(a)* aut ſuper omnia, iuxta prudentiam & diſcretionem Iudicis.) Quæ quidem clauſula Iudicem non ligat, nec eoarctat, quis concluſionem liberè, & ex cauſa excedere poſſit.

2 In Concluſione quoque conuenit Clauſula, qua imploratur officium Iudicis, quod Partibus in multis cauſis vtiliter ſeruire *(b)* poterit.

3 Item qua petunt ſibi ius *(c)* æquum dici, & fieri, ſecundum iura, aut ſecundum *(d)* normam, vel dictamen ſtatutorum Patriæ, aut receptarum Conſuetudinum, & ordinationum loci.

Præſentant quoque in Concluſionibus, dictorum, factorumque ſuorum probationem *(e)* pertinentem, non tamen ſeſe aſtringentes *(f)* ad probationem ſuperfluam. Inſuper negant, & reiiciunt omnia facta Patris, de quibus nondum ſatis ſufficientem ſolutionem, aut confutationem commonſtrarunt. 4

Sunt Aduocati qui in Concluſionibus addere cōſueuerunt. (Saluo iure addendi, minuendi, & mutandi) ſed iſthæc Concluſionis forma in praxi non eſt recepta, neque vſitata; vtpotè, quæ non ſatis ſit ad cauſam pertinens, aut neceſſaria. *(g)* 5

Ob id quod Pars, facta ſemel, conſcripta & exhibita, nec mutare, nec augere, nec diminuere, nec aliter corrigere in Concluſione poteſt. Sed de his diſtinctius in ſequenti capite. 6

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CIX.

a. IN omnibus.) De effectibus clauſulæ: ſuper quibus omnibus & ſingulis peto ius & iuſtitiam miniſtrari, Guid. dec. 263. totam. Iaſ. latè, addens apponentem eam, dici iudicem interpellaſſe, & ſic poſſe iudicem ſupplere & impartiri officium ſuum etiam aliter non petitum, in § omnium, n. 247. cum ſeqq. inſtitut. de action. & conſ. 2. in fin. lib. 3. Alex. conſ. 121. numer. 4 lib. 1. & conſ. 61. ſub numer. 10 conſ. 67. ſub nu. 5. & conſ. 117. ſub num. 2. lib. 2. & conſ. 38 num. 1. lib. 3. & limitando conſ. 96. num. 7. verſus fin & ſeqq. cum apoſtill. lib. 5. & in l. moribus §. vlt. num. 19 ff de vulg. & pupill. Dec in cap. 1. nu. 5. cum ſeqq. per illum tex. cum apoſtill. de offic. deleg. in l. petens. num 5. idemque Iaſ numer. 3. 5. & ſeqq. C. de pact. in l. vinum, num. 22. ff. ſi cert. pet. & conſ. 62. num 2. conſ. 187. poſt princ. ante numer. 1. conſ. 221. num. 2. conſ. 445. num. 22. conſ. 683. num. 9. Socin num. 3, in fin. Iaſ. num. 191. & ſeq. Rip. nu. 178. in l. naturaliter §. nihil cōmune, ff. de acqu poſſ. Guid. ex SC. dec. 263. tota Marc. dec 195. ſub nu 4. & dec. 432. num 1. lib. 1. & limitando dec. 13. num. 4. eod. lib. 1. Aufrer. ad dec. Tholoſ. 232, ad fin Capyc. limitando dec. 96. num. 8. Boër. latè dec. 74. ſub nu. 3. Bertrand. conſ. 4. num. 2. & ſeq. lib. 1. in antiq. Euerard. addens quoque, generaliter de inepta concluſione reddere aptam. conſ. 109. num. 3. & latius conſ. 146. ſub num. 6. Chaſſen. conſ 12 nu. 5. Roland. conſ. 41. n. 8. cum ſeqq. & num 29. lib. 3. Mynſing. etiam expenſas, ob hanc clauſulam adiectam, videri petitas aſſerens, conſ. 16. num. 49. VVeſenbec. limitando, conſ. 3. nu. 18. cum ſeqq. & conſ. 13. num. 13, cum ſeq. Hier. Laurent. dec. 45. ſub. numer. 1. Leonin. conſ. 12. numer. 28. Viu. ex SC. dec 315. numer. 5. & dec. 438. Menoch. limitando in præluд. recuperand. poſſeſſ. numer. 16. cum ſeq. conſ 314. numer. 5. & conſ. 576. numer. 4 Gabriel accuratè, effectus 9. enumerando, extendendo & reſtringendo, tit. de clauſul. lib. 6. concl 4. tota.

b. Vtiliter ſeruire poterit.) Contrà Eguinar. Baro, ad inſtit. tit. de action commentar. partic. 2. quod addant (inquiens) & officium tuum imploras &c. planè ſuperuacuum eſt, cum actio competit, cuius natura continentur omnia quę iudex facere poteſt eo iudicio, §. item actio, inſtitut. eod tit. de action. l. ex empto de act. empt. præſertim cum illa verba addant, in iudicium, vti ius & ratio ſuadet. Hæc enim (ſubiungit) à peritiſſ. olim hominibus in formulas leuiter coniecta fuere, non vt omnibus, in omnibus iudicijs vteremur, ſed quibuſdam pro natura actionis & iudicij: & quæ ſequuntur. Quemadmodum & Buſ. ad l. 1 num. 27. cum ſeq. ff. de edend. ſcribit omnes clauſulas quæ ad fines libellorum ſubiunguntur, nihil amplius operari quam & ſine ijs iuris ratio admittat. Certum tamen eſt, executionem officio iudicis nobili expediri: quia mercenarium, ſimul atque dicta eſt ſententia, ceſſet vt poſt Bart. in l. iubere ff. de iuriſdict. tradit Oldēdorp in act forenſ. progymnaſmat. in princ. in præfat. tit. de offic. iud. verſ. quid autem de execut. (vbi de ſimil. etiam latius,) vt hic rectè ſuccedat doctrina Bald in l. vinum, verſus fin. verſ. item ideo. (dum agit de formando libello) ff ſi cert. petat, cum ait; ideo peto compelli, vt non ſit neceſſaria in executione noua petitio, ſed per officium iudicis iam imploratum fiat; quia ſufficit ſemel eſſe petitū, vt in l. iiij. § hoc iudiciū ff. de dam. infect. qui ibidem etiam, paulò ante, in verſ. oppono & videtur quod iudex, latiùs declarat & ſuis finibus concludit gloſſ. in rubric. tit. ff. de interrog. actio. dum voluit non eſſe neceſſarium libellum (ſiue petitionem) pro eo qui venit officio iudicis mercenario.

c Petunt ſibi ius.) Verùm licet huiuſmodi clauſulæ operentur iudicis vt ſit officium latiſſ. videaturque omne ius deductum, per l. vlt. C. de annal. except. & not. Bald. & alij in d. l. vinum. Dec. d. conſ. 187. & alijs hic in princ. adductis, & poſt Alex. d. conſ 67. num 5. lib. 2. Felin. d. clauſula 6. effectus referentem in cap. cum ſuper. nu. 11 de offic. deleg. aliosque Gail ex SC. lib 1. obſer. 61. num. 11. cum ſeqq. Mynſing. conſ. 11. num. 39 Gabriel d. concluſ. 4. num. 8. cum ſeqq Gilman. dec. 41. num. 21. in fin. lib. 1. vbi etiam quod ſuppleat aliquos defectus & ineptitudines, vt & per Panorm. poſt alios in d. cap. ij. num. 52 de ord. cogn. Marian. limitando in cap. ſignificantibus, num 89 de libell. obl. Marant. de ord. iud. part. 6. membr. 3, num. 9. Iaſ. in d. §. omnium, nu. 148. cum ſeq. inſtit. de act. & ibi Zaſ. ad rubr. verſus fin. verſ. tandem pro complemento. Pinell. ad l. 11. part. 2. num. 8. in fin. C. de bon. mater, Gabr. d. concl. 4. numer. 23. Coraſ. memorab. SC. cap 39. verſus fin. Viu. copioſè dec. 395. num. 2. cum ſeq. VVameſ. conſ. 93. num 6. & conſ 102, num. 15 non tamen opitulari quando libellus cōtineret actionem prorſus deformem, ſibi ipſi cōtrariam & obſcuram, ita vt reo tolleretur facultas deliberandi vel quando libellus non eſſet ineptus in ſuis partibus, ſed actio in eo deducta eſſet non apta, vt quia de ſeipſa contraria ad ſeipſam, vel concluderet intentionem agentis in alio quàm in eo in quo fuerit propoſita, tunc ex quo reo quodammodo tolleret defenſiones, clauſulæ non iuuaret, Mari. Socin d. cap. ſignificantibus, ſub num. 92. Pariſ. conſ. vlt. num. 11, 12, & 13. lib. 1. & conſ.

Digitized by Google

& conſ.7 n.21.lib.eod.1. Capyc. *dec.95 n.7.* Gabr. *ex com. d. concluſ. 4, num. 5. cum ſeqq.* Muſcat. prax.ciuil.*part.ſub num.16.cum ſeq* Menoch.*recuperand poſſeſſ.remed.15.q 21.nu.251. & lib. 1.praeſumpt,41. nu.4* Et voluit nouiſſ. Meichſner.*deciſ. 31.num 22.l.b 3.*

d. *Iura aut ſecundum.*) De hac clauſula latiſſ. Marian.*ad.d.c.ſignificantibus, in 13.principali art.n. 86,* & poſt Ang. Iaſ. *in d.§.omnium num. 152. cum* ſeqq. Dec.*in d.c.ex part.num.(mihi)70.* cum ſeq. *de reſc.& in cap.licet cauſam num.(mihi)194 de probat.*

e. *Probationem.*) Illa verba, offert probationem, &c. continebantur illis formulæ antiquæ, ſi paret &c, id eſt ſi apparebit ex probatione, vt voluit Baro ad *d.tit.de action.comment.part.2.* Eamque oblationem generalem tantum operari ac ſi in ſingulis articulis eſſet repetita docet, Leonin *conſ. 12.num. 21.in fin.* Proponentem autem plura capitula ſeparata, vel unum, vel plura coniuncta, cuius vel quorum partem probauit, partem non, debere pro rata victoriæ in expenſis obtinere, reumque abſolui in illis non probatis; niſi appoſita in illis non probatis clauſula, & illud plus vel minus quod probatū fuerit, tunc enim venient in cōdemnatione omnes expenſæ proceſſus, tam in reali & perſonali quàm in iniuriarum actione, ſecundum Boër, *d. dec.74.n. 1,* cum ſeqq poſt Marian.*in d.c.ſignificantibus, num. 22.verſ.4.* infertur ex prædictis, aliosque.

f. *Aſtringentes.*) Clauſulam hanc ſubleuare mirabiliter actorem, quod quidquid narrauerit in libello, etiamſi ſint ſuperflua, etiamſi ſint qualitates inutiles, ſupernacuæ, tamē non teneatur probare iſta ſuperflua, ad quod alias teneretur, quia actor tenetur probare omnia in libello poſita; niſi vtatur hac clauſula, Iaſ. eleganter *in l.1 verſus ſi verſ hodie aduocati clauſulis ff. de edend. & ad d. rubr. inſtitut. de action in fin. & ini.b.ad d.§ omnium.* Iaſ *ex com. limitando n.161* idemque Iaſ. poſt Bart. & alios, *in l diuus Adrianus, num.19 21. & ſeqq.* ibidem Zaſ. poſt princ. *ff. de re iud. Ferrarienſ* latiſſ forma libel;. *in act.real.verſus Fin.ad verb.non ſe aſtringens* Marian. qualiter formetur, & quis ſit effectus docens, *in d.c.ſignificantibus in 13 princ.art.nu 94. de libell.obl* Alex. *d.conſ.121 num 4 lib.1 d conſ 61.nu. 2.lib.2.& conſ.42 num.12.lib.2.* Dec *d. conſ. 187. in.1.quæſt.verſ.accedit etiam, & in d.cap. ex parte, 1.num 67* cum ſeq *& in d c licet cauſam num.197.* cum ſeq. Marc. *dec.487.num.1.lib.1.* Marant *de ord. iud part 6.membr.3 num 11.* Schurpſ. *conſ 81.nu. 8.cent.1.* Roland latè *d.conſ.41 num 18 lib.3.* Reb. *ad l.verbum oportebit.8.§.1.verſ.3.actor ff.de ve.b. ſignif* vbi in exceptione tamen reum non proteſtari, etſi nec puniat iſta, non teneri probare: nempe ſi aſſumat in ſe onus probandi, neque probet, abſolui nihilominus debere, neque propterea enunciare videri iuri abſolutionis, quæ fieri ſoleat actore non probante, ſecundum gl. *in l. circa, in fin. verſ. ut & an videatur renunciare ff. de probat.* quam ſequitur ibidem Bart. & *in d l.diuus,* poſt princ *verſ. item in reo* & veram dicit ac communiter approbatam Felin poſt alios, *in cap. cum cauſam, numer. 1. de re iudic.* Iaſon *in d § omnium, numer. 112. & in l. qui accuſare, ſub nu 5* ibidemque Dec. *n.15, C. de edend.* idemque Dec. *conſ.450 ſub nu 6.* Oſaſc. *dec.154 ſub n.16.* vbi reum excipiendo, intelligi exceptionem proponere ſub conditione ſi actor probauerit ſecū-dum gl *in l.non vtique.9.in relatiuo qui ff. de exception.& in l.ſiquidem 9 in gloſſ. 1. C.de except.* Qua propter Rebuff. *in d §.1 ad* ea quæ prius ex eo relata ſunt, addit ſe vera ea intelligere, ſi non probaſſet actor intētionem ſuam; alioqui ſi probauerit ſibi debitum, neque exceptionem ſuam probet reus, videlicet ſoluiſſe, reum ſuccumbere, *vt in l. 1. ff. de except. & l. 1. de probat.* quia vbi fundata eſt intentio actoris, niſi ex parte rei probetur exceptio, feratur pro actore ſententia, *per cap. poſt electionem & cap cum ſuper, de conceſſ.præbend.* Alex. *conſ.58.in princ.lib.5.* Dec, limitando *in reg. non videtur cepiſſe.13 num 5.de reg iur. & in cap. in præſentia, num.(mihi)12.de probat.* vbi poſt Pan. ibidem non ſufficere quòd ex probationibus rei dubia reddatur, id quod latiùs quoque declaratur per Alex. *conſ.124 num.1.lib 2.* & Gramm. *conſ.67. num 14* in criminal.

g. *Neceſſaria.* Ferrarienſ. *in d.form.lib.in act.real. verſus Fin ad verb. ſaluo iur & in form de declinat iuriſd.alic iud.n 11 in fi.* Iaſ. latiſſ. *in d.§. omnium.n. 157* cum ſeqq. *& in d.l.edita, num. 41. C. de edend.* ibidemque Alex. *num.24.* & Dec. declarando, *nu. 89.cum ſeqq.in c.ex parte 1 nu (mihi) 72.de reſcr.in c.licet cauſam n 195 de proba. & conſ 146.n 9.* Marian declarando, *in d c ſignificantibus in 13 in prin. ar n. 95.* Villal *in com opin.lit.C.n.63 & lit.L.num.121.* Soar. *in recept ſent.theſ lit.n.93. & in lit L nu 156.* Valaſc. *dec.52 n 16 in fin.* Scribit tamen latius Gilman. *d.dec.41.n 21.lib.1,* poſt Bart. & Alex. *nu 24. in d.l.edita C.de edend.* virtute huius clauſulæ emēdationem locum habere quemadmodum & in ſimili clauſula. *Saluo iure ſuperflus* dictum eſt ſuperius, *cap.101.ad verb reſtituitur.* Plures huiuſmodi clauſulæ explicantur apud Marian Iaſ. Marant, & Zaſ. vbi ſuprà, eundemque Zaſ. *in l. ſi cum nulla ad fin.ff. de re iud.*

Digitized by Google

CAPVT CX.

De Concluſione mutanda, corrigenda & addenda.

SVMMAE.

1 *Concluſiones inſcribendæ ſunt in Rotula, & in Regiſtro.*
2 *Concluſione mutata, mutandum eſt & Intendit.*
3 *Quomodo differant* { *Mutare. Adijcere. Corrigere.*
4 *Qui in Concluſione* { *Plura petijt, demendo Concluſionem corrigere poteſt.*
5 *Pauciora petijt ante litiſconteſtationem mutare poteſt*
6 *Concluſionem ante litiſconteſtationem vnicuique mutare permittitur.*
7 *Concluſio obſcura quouis tempore clarior declarari poteſt, non mutari.*
8 *Error in Concluſionis forma reſtitui, non mutari debet.*

DIxi precedenti capite Partē ſua ſcripta ſemel exhibita non poſſe mutare, addere, aut corrigere, pro quo notandum eſt.

1 Primò, quod Partium Concluſiones in Flandriæ Concilio, & etiam in Parlamento Mechlinienſi primò inſcribantur in Rotula, deinde in Regiſtro, ad hunc finem, ne ex Concluſiones furtim & ſubdolè, ſine alterius Partis cognitione mutari, aut corrigi poſſint. Et ſi fortaſſis contingeret, vt aliquis ſuam Concluſionem per ſua ſcripta mutaret, tunc ipſius Intendit (vt ita loquar) vt iuxta eā corrigatur, ſi quidem id Pars expeteret.

2 Secundò notandum eſt, quod multum inter ſe differant (*a*) Concluſionem corrigere, mutare, & aliquid adiicere.

3 Corrigere enim, eſt defectum (*b*) aut errorem formæ ſupplere, & reſtituere. Mutare, eſt nouam, aliamque Concluſionem accipere, & ſemel inſtitutam Actionem prorſus omittendo deſerere, (*c*) Adiicere verò aliquid, eſt ad priorem actionem ſemel exhibitam, aliquid conuenienter, & pertinenter addere.

4 Actor itaque qui per inaduertentiam in Concluſione plura quàm res eſt, petiit, is ab eadem Cōcluſione aliquid demere, & ſubſtrahere (*d*) poteſt atque ita quaſi Concluſionem ſuam priorem corrigere, vſque ad ſententiam excluſiuè.

5 Verùm ſi imprudenter pauciora petijt, eum errorem ante litiſconteſtationem mutare, & corrigere debet, poſt litis (*e*) verò conteſtationem, minimè: etiamſi in ea Clauſulam prius inſeruiſſet, (iure addendi (*f*) ſemper ſaluo) niſi fortaſſis id ipſi conceſſum fuiſſet per releuamentum (*g*) Principis, aut per conſenſum (*h*) Partis: quibus ſolis caſibus, per additionem Concluſionem mutare, & corrigere poterit.

Ante vero litiſconteſtationem vnicuique citra vllam diſtinctionem licitum eſt ſuam Concluſionē mutare, corrigere, ipſique aliquid addere, aut ſubſtrahere quæcunque volet, vbi volet, ſicuti ipſi expedire videbitur. 6

Porrò tum ante tum poſt Litiſconteſtationē (*k*) quam Concluſionem, quæ obſcura videbatur, potius explanatius, apertius, clarius commonſtrare, & Iudici exhibere. Atque iſtud clarius declarare, (*l*) non eſt quicquā noui producere. Verū prædictā priorem Concluſionem nullo modo mutare poteſt neque etiam eiuſdem (*m*) Actionis ſemel inſtitutæ naturam mutare aut corrigere poteſt, niſi ab inſtātia recedat, actis renunciet, & expenſas perſoluat. 7

Si error, aut vitium aliquod in Concluſionis debita forma fuiſset commiſsum, ita tamen vt ea forma reſtitui, & corrigi poſset abſque vlla Actionis inſtitutæ commutatione, certè is error formæ, etiam poſt Litiſconteſtationem reſtitui poterit. 8

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CX.

a. DIfferant.) Quid differat emendatio à mutatione libelli, explicat Marian. *in cap ii. in 25. princ. art. num. 222. de libell. oblat.* ibidemque Felin. *num. 19.* Iaſ. in *l. edita. 3. ſub num. 11. & num. 15. ad. fin. C. de edend.*

b. *Eſt defectum.*) Ferarienſ. *in form libell. in actio real.*

Digitized by Google

real.ad verb.ſaluo iure addendi.num.4.cum ap̄eſtill. Marian.declarando ſimul quot modis, & qualiter fiat,*in d.cap.ij.25.princ.art.num.121.& 142.*quem probat omnino & ſequitur ibidem Felin. *num.13. verſus fin.verſ.ad illam materiam emendationis.latiſſ.*Dec.declarando,*in d.l.edita,num.19* cum ſeqq. ibidemque Alc.*num.12.*Zaſ. varijs modis emendationem fieri, declarando obſcura, addendo ad ſubſtantialia,ad qualitates minus ſubſtantiales, detrahendo ſuperflua,docens,*in §.ſin minus,verſ.circa emendationem,inſtit.de action.* Verùm iudici arbitrarium eſſe,quando & quomodo emẽdatio hæc vel mutatio concedi debeat,docet Bald.*in l.edita. per illum text.in l.lectur,num.60.in fin.cum ſeq. C. de edend.*alijque quos ſequitur Menoch. *de arbitr. iudic.lib.2.caſu 176.*toto,& nouiſſ.Gilman.*dec.41. num.13.*cum ſeqq.*lib.1* nã iudicis ęquitas(inquiũt) eſt conſiderare partis intereſſe quod lex definire non potuit,iuxta *l.mora.de vſur.* addentes quoque quod in hoc,dum iudicis arbitrio commiſſum eſt, argui non poſſit iudex.

c. *Deferere.)* Ferrar.quid etiam ſit addere deſcribens,*in d.form.lib.in act.real.ad d.verb.ſaluo iure num.5.*cum ſeq.Marian.*in d.cap.ij.in 26.princ.art. num.143* Zaſ.*in d.§.ſi minus, verſ.expediti circa articulum,*& latiùs Felin.*in d.cap.ij.num.17.19* & ſeq.Iaſ.declarando,*in d.l.edita,n.28.*& inibi Dec. declarando,*n.51.cum ſeqq.*Alc.*num.19.*

d. *Subtrahere.)*Marian declarando & limitando *in d.cap.ij.num.134.*Socin.*reg.235.* fallent.1. Zaſ. latè limitando,*in d.§.ſi minus,verſ.videamus nunc quomodo,*& addantur dicta hic ſuperius *cap.101.ad verb.reijcitur.*

e. *Poſt litis.)*Quum per litiſconteſtationem libellus tranſierit in quaſi contractum inter partes, Marian extendendo & reſtringendo latiſſ.*in d.cap.ii. 25.princ.art.num.132.*cum ſeqq *& in 26.princ.art. n.145* cumque ſequutus ibidem copioſius Felin.*n. 14.verſ.eſt quædam principalis,*cum ſeqq.Socin.poſt alios *in d.reg 236.& in d.l.edita num.4.cum ſeq* limitando *num.8.*ibidemque Iaſ.declarando,præſertim *num.13.*& Dec.præſertim *num 42 & 53.* Zaſ. exactè ex com.*in d.§.ſi minus,verſ.eccl.2. & verſ. item addendo,*Tholoſ.*dec.310* Afflict.*dec.44.num. 3.& dec 60.num 2.*in fin.Coſtal.*ad l.in delictis. 4. §.ſi de tract.ad fin.de noxal.lib.*Villal.*in com.opin lit. L.num.320.*Gramm.limitando,*dec.68.nu.5 in fin.* cum ſeq.Gail.*l.b 2.obſer.74 num 5.& 8.* & nouiſſ. Fachin.*ex com.controuerſ.iur.lib.11.cap.62 vbi ca. 98.ex com,*quoq; idem in iudiciis generalibus, & *c. 95.com.* hanc ſolidè,aduerſus Vacon à Vacun. *lib. 6.declarationum iur.c(mihi)247.*in fin cum ſeq. & alios quoſdã defendit,Licet & emendari & mutari poſt litem conteſtatam,poſſe libellum, aſſeueranter aſtruat,poſt alios commemoratos Buſ,*ad l.1.n. 29 cum ſeqq.de edend.* licet etiam hac in re latè diſtinguat inter iura vetera & noua Ignæ. in repet. *l. contractus,nu 167.*ad fin. cum ſeqq *ff.de reg.iur.* & aliter quoque diſtinguat,poſt Ferrar.*in d.form. lib. in act.real.ad verb.ſaluo iure,numer.7.* cum ſeqq. VVurmbſer. *obſer 3.tit.9.*

f. *Addentis.)*Marian *in d.c ii 25.princ. art.ſub nu. 132.*ibidemque Felin.*n.14.verſus fin.*Iaſ.*ex com. in d.l.edita,n.14.*& inibi poſt alios quoque Dec.limitando *num 89* cum ſeq.Villal.*in d.lit.L.nu.121.& lit.C.n.63.*Soar.*recept.ſent.theſ.in lit.C.n.93.*

g. *Releuamentum.)* Quando in huiuſmodi variatione,neceſſaria ſit integri reſtitutio ex capite iuſti erroris,Iaſ.poſt alios,*in l.vltim.n.1.verſic.2.limit. C.de codicill.* & alios quoque Gabriel, *tit.de action. lib.2.concl.2 n.15.* Et(inter alios eiuſmodi caſus) principẽ ex cauſa ſolere releuare eũ,qui non emendauit libellum ante litem conteſtatam, mutauerit, correxerit,vel addiderit quod addendum erat, ſoluendo parti expenſas,quæ,vt dicunt practici, de iure debentur,refert Reb.*tom.2.conſtit.reg.tra. de reſtitut.art.1.gloſſ.1.nu.35.*

h. *Conſenſum partis.)*Imo neque partium conſenſu accedente:eò quod litis conteſtatio,alijq̀ue actus ſubſtantiales iudicij,partium conſenſu non tollantur,Socin.poſt alios,*in d.l.edita,ſub n.5.*Felin.*in d. c.ij.n.14.verſus fin.verſ.amplia,1.*

i. *Ante.)*Marian,ex com.declarando & limitando latiſſ.*in d.c.ii in 25.princ.art num 123.*cum ſeq. Socin.limitando *reg.235.*& poſt alios *in d l.edita. n.4.cum ſeqq.*ibidemque Dec.*n 53.*Gail. idem in in criminalibus docens,*d.dec.74.n.4.* Gilman. ex com.& SC idem in criminalibus quoque aſſerens, *d.dec.41.num.4.lic 1.*

k. *Poſt litiſconteſtationem.)* Niſi ad petitionem rei compellatur declarare ante litem conteſtatam, vt ait Ferrar.*in d.for.lib.in act.real.ad verb ſaluo iure, ſub n 3.*latè Dec poſt alios,*in d.l.edita.nu 47.* cum ſeqq.vbi aliud actoris hæredibus;Felin *in d c ii n. 15.verſ.limita dũmodo,*poſt Marian.*n.123.* & alios ibidem,Grauat.*ex com.ad prax.Veſtr.lib.5 cap. vll. ſub num.20.*

l. *Declarare.)*Tex *in l hæredes pa'am,§ ſi quid poſt ff.de teſtam,*Dec.poſt alios,*in d.l.edita.ſub n.47* cũ ſeq.& latiùs *in c.paſtoralis,§ verum,n.5.*cum ſeqq. *de appell.& conſ.517.num 2.*

m. *Actionis.)* Emendari libellum poſſe poſt litem conteſtatam, quoties additur vel detrahitur qualitas, per quam augetur vel minuitur condemnatio,Marian poſt alios,declarando & limitando,*in d.c.ii.25.princ.art n.137.*ibididemque Felin. *n.15.*Fachin.ſolidè declarando,*d lib.11. controuerſia iur c.93.*vbi in proximioribus etiam(vt & apud pleroſque hic commemoratos) de alijs huc pertinentibus latiùs.

T 5 CA-

Digitized by Google

Capvt CXI.

De Actione cumulanda.

SVMMAE.

1 Actio *Cumulatur additione rerum compatibilium.*
2 Actio *Non cumulatur adiectione rerum, quæ cum priori actione non conſiſtunt.*
3 Actio *Cumulatur, quando talis eſt, vt ſententia vnius, non iudicet rem alteram.*

1 FIt, vt non raró, qui Actionem aliquam inſtituit, in ea poſtea quædam omiſſa, aut ſtrictius enarrata comperiat, eamque tunc latius, ac fuſius exhibendam optet, quód cũ fit, ea actio cumulari dicitur.

2 Eſt enim Actionem aliquam cumulare, (a) eiuſdem petitionem cumulatiorem, auctiorem, & ampliorem reddere, per additamenta quædam eidem Actioni compatibilia, & pertinentia, & non per ea, quæ priori Actioni erant contraria, adiungere. Quandoquidem cumulatio omnis tantum admittitur (b) in iis ampliationibus, quæ primæ Actioni ſunt conformes, compatibiles, & concordes, (c) non quæ ijs ſunt contrariæ, (d) aut repugnantes.

Cumulatio item ſolum admittitur in iis ampliationibus, in quibus Actiones tales ſunt, vt ſententiæ in vno datæ, non efficiant (e) rem iudicatam in altero. 3

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CXI.

a. CVmulare.) Zaſ. poſt alios, paulo aliter explicans, *in §. ſi minus, verſ. nunc. de cumulatione. inſtit de action.* aliter quoque Dec. poſt alios, *in l. edita, 2 num.* 58. ibidemque Alciat. *num.* 22. *C. de edend.* aliter item latiſſ. Marian. *in cap. dilecti 3. in 29 princ. art n. 12. de lib. oblat.*

b. *Tantum admittitur.*) Regulariter cumulationem eſſe permiſſam, niſi reperiatur prohibita Felin. *in c. ij. num 21. & ſub. num 23 de lib. oblatio.* Iaſ. poſt gloſſ. Bart *num.* 14. & alios *in d. l. edita, nu.* 29 ibidemque Dec. *num.* 59. & ſeqq. limitando latiſſ. & Alc. declarando, *ſub num.* 22. Roman. *conſ.* 240. *ſub num.* 2. *apoſt* Mandoſ Marian. latiſſ *in d. c. dilecti in princ. art. num.* 17. Villal *in com opin. lit. A n.* 42. & 45. *cum apoſtill.* Fichard. Soar. *recep. ſent. theſ. in lit. A. n.* 59. *limitando num.* 60. Menoch *libr.* 6 *præſum.* 16. *num.* 15. Decian *conſ.* 13 *num.* 6. *lib.* 2, *vbi nu.* 14. cum ſeqq. & *num.* 24. in fin. ſecus poſt litem conteſtatam poſt omnes doct. *in d l. edita* vbi Iaſ. *d nu.* 29. late Natt. *conſ.* 171. *num.* 12. cum ſeq. vbi idem ſi habita ſit lis pro conteſtata, Sed & plures actiones, ex diuerſis cauſis, ad diuerſa, contra eundem competentes, in eodem libello cumulari, Iaſ. *in d. l. edita, num* 34. Mynſing *cent.* 1. *obſer.* 25 *ſub init.* Gabri. *tit de action. lib.* 2. *concl. n.* 25. Gail. *ex com lib.* 1. *obſer.* 63. *num.* 1. *vbi num.* 6. cum ſeqq. notandum (vt verè eſt) in praxi è SC. dicit, ſi iudex, in vna aut altera actione, aliquid in facto, in actis allegato, deſideret, ita vt reſciſſa ex officio concluſione, vlteriorem probationem iniungere velit: poſſe nihilominus quoad reliquas actiones in quibus nihil deſiderat diffinitiuè pronunciare: neque debere pronunciationem quoad alias actiones, cum magno partium præiudicio tantiſper ſuſpendere, donec in alia cauſa iterum concludatur: quia tot ſint libelli quot facta: ideoque & totidem ſententiæ requirãtur, vt apud eum latius.

c. *Et concordes.*) Cum nulla reſultat ex cumulatione contrarietas, tenduntque ad eundem finem remedia, nec vnum ſit præiudiciale ad alterum admitti cumulationem, Crauett. *conſ.* 16 *ſub numer.* 8. & voluit Decian. *d. conſ.* 13. *numer.* 1. *in fin.* cum ſeqq. & *num.* 25. *in fin.*

d. *Contraria.*) Ferrar. *in form. libell in act. real. ad verb. ſoluto iure ſub num* 9. Dec. poſt alios; declarando latiſſ. *in d. l edita, numer.* 62. cum ſeq. ibidemque

Alc.

Alc.*nu*.23.cum ſeqq.Marian.*in d.c.dilecti*.29.*prin.art num*.10 .cum ſeq Franc.Marc.declarando,*dec*.537.*num*.8.*lib*.2.Decian.*d.conſ* 13.*nu*.9.cum ſeqq. Card.Put. idem etiam parte non opponente docẽs *dec*.227.*in fin.lib*.2.Cornazzan.*dec*.43.*num*. 4. *vbi num*.8.libellum ſuſtineri quando remedia contraria, non ſimul, & principaliter, ſed alternatiue, vel conditionaliter intentantur qua de re & Alcia. *d.num* .23.*in fin.cum ſeq*.poſt Alex.*conſ*.96.*num*.5. *lib*.4.licet aliud velit Decian.*d.conſ*. 13.*numer*.11. *in fin*.

e. *Non efficiant*.) Alioqui contra Ferrar. *in d.for. lib.in act.real in verb.ſaluo iure:num*.9. *ad fin*. Roman.*conſ*.211 *ſub num*.4.Marian.declarando,*in d. c.dilecti in* 29.princ.artic.*num*.18. Dec. poſt alios *num*.46.*in d.l edita*.Zaſ.exactiſſ.declarando, exẽplis illuſtrando, & limitando,*in d* §.*ſi minus,verſ. nunc de cumulatione.ibi,de regula*,Bello.*conſ*.23. *n*.16.Gramm.*dec*.68 *ſub nu*.2. Vilal.*in com.opin.lit. L nu*.122.Viu.*lib*.1.*com.opin.verb. actionum*,Mynſ. *cent*.1.*obſ*.58. *num*.3.*in fin*. Put.limitando parte nõ opponente,*dec*.227.*num*.2,*lib*.2. Decian.*d.conſ*.13.*num*.13.*lib*.2. & qui com.hanc,aduerſus difficultates notas per Caſtrens.Cuman.Socin.Zaſ.*in l.fundum* 16.*ff.de excep*. *&* *Coraſ.miſcellan lib*. 2. *cap*.5. validiſſ.rationibus defendit Fachin.*controuerſ.iur. lib*.12.*cap*.1.*vbi cap ſeq*.vlterius aduerſus eã hac in re difficultatẽ, quare admittatur cumulatio actionis perſonalis & hypothecariæ, vt in §.*ſed neque,in authent.de fideiuſſ*. cum abſolutoria in perſonali lata pariat exceptionem rei iudicatæ in hypothecaria *l ſed ſi deferente, quib.mod.pig vel hypothec ſoluat*.inter alias aliorum reſponſiones adductas, cõprobat ſolutionem Socin.*in d.l.fundum* 16.*ſub nu*.4.*de except*. *&* *in d l.edita num*.12. quam ſequitur ibidem & Dec.*numer*.77. *ad fin*. vt fiat cumulatio perſonalis & hypothecariæ; ſed non cõtra eandem perſonam,prout loquitur regula prohibitiua; ſed videatur fieri contra perſonas diuerſas:agatur enim perſonali actione contra debitorem vti obligatum: agatur verò contra eundem hypothecaria non vti debitorem obligatum, ſed vti poſſeſſorem rei obligatæ creditori: & ſic veluti tertium quodammodo poſſeſſorem.

CAPVT CXII.

De Petitione fundanda.

SVMMAE.

1 *Actor Petitionem ſuam fundat aliquando { in iure. / in facto.*

2 *Ius eſt triplex { Diuinum. / Naturale. / Ciuile.*

3 *Ius diuinum quod ſit?*

4 *Ius naturale quod ſit?*

5 *Ius diuinum & naturale in Praxi rarò citantur.*

6 *Opus regulæ,non regula operi eſt commodanda.*

7 *Ius ciuile quod ſit.*

8 *Ciuile eſt duplex { Scriptum, & Non ſcriptum.*

9 *Ius ſcriptum quod ſit.*

10 *Ius non ſcriptum quod ſit.*

11 *Aliæ regionis,aliæ leges requirunt.*

12 *Conſuetudines ſunt factorum allegationes, & in probando conſiſtunt.*

13 *{ Conſuetudines & Contractus } infringunt { iura ſcripta. / conſuetudines.*

Quia

Digitized by Google

QVia in omni Iudicio Petitoris ſiue Actoris eſt ſuam petitionem debitè formare, ſolide fundare,& ita formatam prudenter exhiberi,ideo Petitori ſiue Actori diligenter curandum eſt, vt ſuam Petitionem aptè formet, & ſolido fundamento inſtituat,(a) antequam eam exhibeat.

1 Quod vt apertius intelligatur, ſciêdum eſt quod Actor aut petitor, ſuam Petitionem bifariam fundare ſolet, ſcilicet aliquando in iure, aliquando verò in factis.

2 Iura autem de quibus loquimur, ſunt trifaria, (b) ſunt enim alia diuina, alia naturalia, alia iura ciuilia.

3 Iura diuina ſunt, quæ nobis à Deo immediatè præcipiuntur, vt Diuini Maieſtas à nobis dignè colatur, & ipſius voluntas per omnia à nobis diligentiſſimè obſeruetur præ omnibus humanis conſtitutionibus, quæ cum iure diuino ſimul ſtare nequeunt, de his omnium certiſſimè nos docent ſacra Biblia, nempe ſcripta Prophetica, & Apoſtolica, à quibus nulli mortalium, vel latum digitum diſcedere licet: quod ea ſcripta, ſint vnicum, certum, & firmum fundamentum, cui noſtram Religionem inſiſtere conuenit, & ad quorum normam, tanquam ad Lydium lapidem, totam noſtram Religionem, vitam, mores, & conſtitutiones noſtras, merito (niſi perire velimus) referre, & accomodare debemus, vt cum iis per omnia ſint conformia, & ne in minimo quidem ab ea regula diſcrepantia.

4 Iura naturalia ſunt, quæ natura ipſa nobis inſeuit, etiam ſi nullam Diuinæ Maieſtatis notitiam habeamus. Hæc iura dictant, vt vnicuique tribuamus quod ſuum eſt, vt alteri faciamus quod nobis fieri velimus, & ne vlli hominum faciamus quod nobis fieri nolimus. Huiuſmodi iura naturalia, à natura, vel (vt verius dicam) ab ipſo authore naturæ Deo, & ita conſequenter à Iure diuino, ſunt profecta, & nobis naturaliter indita. De his abundè conſcripſerunt priſci illi Philoſophi, diuino quodam lumine correpti (licet non ſatis perſpectum habuerint quid eſſet Deus) ea nobis mille ſcriptis commendarunt, & ſeruanda propoſuerunt, tum propter vniuſcuiuſque propriam mentis quietem tum propter publicam tranquilitatem tuendam, poſtremò vt diis immortalibus (ſicuti illi loquebantur) placeremus, & amœnitate, poſt hanc vitam, frueremur æterna. Sed de his hactenus obiter.

Porrò nec iura diuina, nec iura naturalia (quanquam iſtud eſſet pijſſimum, & laudatiſſimum) in Iudicijs & praxi, niſi rariſſimè (c) citantur, ſed tantum iura ciuilia, aut certè diuina, & humana, quatenus ad iura ciuilia conferunt, eaque confirmant, & (vt Iuriſperiti loquuntur) ipſa iura ciuilia confortant. 5

Sed hi non dignè id mihi aſſerere videntur, qui regulam operi, non opus regulæ accommodant. Iuribus enim ciuilibus (licet ex natura rerum naſci dicantur) non eſt applicanda regula legis diuinæ, aut naturalis, ſed contra omnes leges humanæ, & ciuiles applicandæ, & accomodandæ ſunt ad regulam, & certiſſimam normam legis diuinæ. 9

Sed ad ipſa iura ciuilia pergamus. Iura itaque ciuilia ſunt, quæ prudentes Legiſlatores, Philoſophi, & prudentes Principes cum ſuis doctis Iuriſperitis ad ciuium ſuorum, atque adeò ad totius Reip. tranquillitatem, & ſalutem ſanctiſſimè condiderunt, ſanxerunt, & populo præceperunt. 7

Hæc autem iura ciuilia ſunt duplicia. Alia enim ſunt iura ſcripta, alia iura non ſcripta. 8

Iura ſuripta ſunt, quæ Imperatores Romani cum ſuis iuriſperitis, & conſiliarijs condiderunt & ſeruanda ſtatuerunt, qualia ſunt quæ Diocletianus, Antonius Pius, Iuſtinianus, Theodoſius, Arcadius, ſuis ſcriptis nobis reliquerunt. 9

Iura autem non ſcripta, ſunt ſtatuta, ordinationes, publica edicta, & receptæ Conſuetudines, quæ paſſim in ſuis ſingulis regionibus vſurpantur, & iuxta earundem regionum commoditatem aut neceſſitatem ſunt conſtituta. Hæc enim non ſunt generalia, ſed ſingulis regionibus ex certa cauſa attributa. 10

Aliæ enim atque aliæ regiones, alias quoque conſtitutiones requirunt, alijſque peculiaribus ob id priuilegiis donatæ ſunt, ſunt quæ aliis regionibus, vt paſſim eſt cernere, non conueniunt. 11

Huiuſmodi itaque Patriæ ſtatuta, ordinationes, conſuetudines, & vſitati mores ſunt allegationes factorum, quæ probationibus indigent. 12

Dictæ præterea conſuetudines iura ſcripta infringunt, & contractus omnis, Patriæ conſuetudinem infringit. Conſuetudo enim eſt ſtricti iuris ſed non vlterius eſt extendenda, quàm ad ea de quibus loquitur, 13

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXII.

a. *INſtituat.)* In primis conſideranda eſt vera facti narratio, ad quam poſteà adaptanda eſt legis diſpoſitio; quod vltimum difficile reputat Bald. *in l. petens, C. de pact.* vt ait Card. Pariſ. *conſ 65. num. 1. libr. 1.* Qualis autem eſſe dedeat narratio, latè Marian. *in cap. ſignificantibus, numer. 34. de libell. oblat.*

b. *Trifaria.)* Diximus latè ſuperiùs *cap. 12.*

c. *Rariſſimè citantur.* Sciendum hic, appellatione iuris diuini comprehendi etiam ius legale, propheticum, euangelicum & apoſtolicum, Cardin. Alex. latè, *in cap. 1. per illum text. nu. 2. cum ſeqq. diſtin. 1.* Decian *in tract. crim. libr. 2. cap. 11. num. 2.* diuinæ autem legis, ſiue veteris teſtamenti præceptorum, quædam ſunt moralia, quædam ceremonialia ſiue myſtica, quædam (quod addi ſolet membrum) iudicialia, vt eſt *tex. in cap. vlt. §. his itaque, & in ili,* Card. Alex. declarando, *num. 1. diſtinct. 6.* Couarr. exactè *var. reſol. libr. 1. cap. 17. num. 1.* Decian. *d. cap. 10. num. 3.* vbi iudicialia quidem & ceremonialia in Chriſto ſaluatore, in quem tendebant, conſummata eſſe, & ideo hodie non litigare, vimque præceptorum amiſiſſe, vt in *ca. 1. diſt. 5.* Bellamer. limitando, *conſ. 28 nu. 4. & 16.* Couar. accuratiſs. *in epit. de matrim. part. 2. ca. 6. §. 10 ſub nu. 1.* & declarando *d. ca. 17. ſub nu 1.* vbi moralia veteris legis præcepta adhuc vim habere, & habitura perpetuò, non ex auctoritate veteris legis, ſed ex eo quod ſint à natura ipſa inſtituta, & à Chriſto Ieſu in *l. Euangelica*, eadem ratione, qua & naturali debuerunt, & ſunt præcepta: de his enim loquitur Chriſtus *Math. 5.* non veni ſoluere legem ſed adimplere. & iſta ſunt quæ Moyſi tradita fuerũt, *c. Moyſes 7. diſt.* vt latiùs declarat & Decian. *in d. c. 11. n. 4.* cum ſeqq. vbi *n. 6.* poſt Pariſ. *conſ. 68. num. 19 20. & ſeq lib 4.* alioſque, morale præceptũ eſſe illud quod refertur ad dictamen rationis naturalis, vt homines primum in Deum, mox ad communem ſocietatem tuendam ordinentur, ibidemque *num. 7. poſt eundem Pariſ. d. conſ. 68. nu 94. & 341.* & alios, Deuteronomij quoque legem, quæ noua appellatur, ſeruandam; ideoque allegari poſſe ad deciſiones cauſarum, ſi non appareat immutata: certum enim eſſe legem Moſaicam poſſe allegari, niſi reperiatur prohibita, vel ſit myſtica, *iuxta ca per venerabilem, 13. §. rationis,* qui filij ſint legit. *item num 8.* ceremonialia & iudicialia non eſſe ſublata, quatenus habeanr quid morale annexum, *& num. 9.* concludit, quod licet in *lib. Exod. & Iudic.* præcepta iudicialia contineantur, & variç pœnæ, quibus varia delicta puniuntur, tamen niſi appareant expreſſe emendata poſſint in materia noſtra allegari, & allegentur ſæpius. Et ſecundum hæc exaudiendum erit, quod poſt *gloſſ. in §. cogitatio in verb. eloquiorum, in auth nt. vt iud. ſine quoque ſuffrag.* alioſque tradit Iaſ. *in l. 1 nu 32. cum ſeqq.* ibidemque Dec. *ſub n. 22. cum ſeq ff ſi cert. pet.* auctoritates diuinarum ſcripturarum allegari poſſe, non ſolùm ad deciſionem cauſarum eccleſiaſticarum; ſed etiam ciuilium inter laicos: limitando, niſi ſacra ſcriptura canonibus contradicat, qua de re ibidem quoque Alciat. *ſub nu. 26.* Euerard. *in loc. ab auctorit 95. poſt princ. verſ. & licet hæc,* additq; inibi Iaſ. *in d. l. 1. n. 35.* legem Moſaicam, adhuc hodie in Iudęorũ ſucceſſionibus habere locum & obſeruari, poſt Calderin. *conſ. 30 tit. de teſtam.* idemq; Cald. *conſ 10 tit. de conſtit.* & poſt Tiraq. *de iur. primog. n. qu. 66. num. 22 præſertim cum ſeqq.* alioſque, Surd. accuratiſſ. *dec. 133. tota.*

CAPVT CXIII.

De exhibendis tituli literis, poſt Petitionem exhibitam.

SVMMAE.

1 *Actor* } *Priuilegium, Titulum, Literas prætenſas* { *ſtatim exhibere tenetur.*
2 *Reus* } { *non tenetur exhibere, niſi fiſco.*
3 *Actor poſt Petitionem non tenetur exhibere acta iudicialia.*
4 *Acta vtrique Partium ſunt communia.*
5 *Actor retro actorum copiam oſtendere debet.*
6 *Exhibenda ſunt ſtatim* { *Teſtamenta.* *Rationes, in quibus aliquid prætenditur.*
7 *Neutra Partium exhibere tenetur literas alterius Partis, per quas ſua probare prætendit.*
8 *Literæ à Partibus exhibendæ ſunt, quando prætenditur falſitas.*

Si Actor

Digitized by Google

1 SI actor in forma ſuæ Petitionis prætenderet (*a*)
& inſereret aliquod Priuilegium, Titulum ali-
quem,aut vlles Literas probatorias ,is ſtatim idem
Priuilegium,Titulũ,& literas in principio Proceſ-
ſus,vel(vti dicunt)in primoCuriæ ingreſſu,& cum
Exploto exhibere debebit,alioqui enim Reus non
teneretur(*b*)procedere in cauſa,niſi vellet.

2 Secus autem res habet in Reo : is enim tametſi
aliquod Priuilegium,Titulum , aut Literas in ſua
defenſione prætenderet , eadem minimè exhibere
tenetur,niſi velit.Attamen ſi ipſi res eſſent cũ pro-
curatore fiſci,hoc eſt,cum procuratore generali,&
prædictos titulos prætenderet,tunc is Reus omni-
no dictos titulos oſtendere deberet , ſiquidem is
Procurator hoc requireret. (*c*)Sed hæc omnia ſe-
cundum ſtylum,vti ferunt.

3 Actor autem poſt petitionem exhibitam,non te-
netur exhibere vlla acta (*d*)iudicialia, quæ ſcriptis
ſuis prætenderat,ob id quod huiuſmodi acta vtri-
4 que partium ſint communia,ita vt vtraque Pars(*e*)
talium actorum ſibi copiam,aut exemplar(*f*)pete-
re poſſit.

Sed ſi poſt longiuſculum tempus controuerſia 5
fuerit de retroactis,(id eſt,de actis aliquandiu in-
termiſſis,& ſuſpenſis)tunc Actor eadem retroacta
exhibere tenetur.

Teſtamenta quoque exhibenda ſunt (*g*) ſtatim 6
poſt Petitionem ſiue Libellum exhibitum. Sic &
rationes (*h*) omnes ſtatim exhibendæ ſunt,in qui-
bus Actor aliquid prætendit,aut præſumit.

Quoties Actor ſuam intentionem fundare volet 7
ex literis (*i*) aut reſponſis Rei,vel contrà. Quando
Reus ſuam exceptionem fundare volet ex literis
Actoris,(*k*)tunc neutra Partium cogi poteſt,vt eas
literas exhibeat,niſi fortaſſis Actor in ijs aliquid
prætenderet. (*l*)

Verùm vtraque Partium ad Literarum exhibitio- 8
nem compelli poſſet,ſi res de falſitate ageretur, &
in controuerſiam traheretur.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXIII.

a. PRætenderet.) Tholoſ. *dec.*294. cum addit. Aufrer. Guid. declarando è ſtylo; copiã reo actoris ſumptibus dari volens, *dec.*116. tota Iaſ. poſt alios in *l.* 1. §. *v't num.* 1. *ff de edend.* Socin. Fallent. enumerando, *reg* 113. Dec. poſt alios, extendendo & reſtringendo latiſſ *in cap* 1. *num.* (*mihi*) 307. cum ſeq. de prob. *in l. edita. num* 87. cum ſeq *C. de edend.* & *in conſ.* 302 *num.* 1. *in fin* cum ſeq. Imbert declarando, inſtit. *for lib.* 1. *cap.* 17 *ad fin.* & *in gl. verb. edendum* Zaſ. limitando, *in l.* 11. *ſub init. ff. de edend.* Alc. *ad rubr. C de edend. num* 11. Peck *in ca. nullus plu ibius, num* 8. *de reg. iur. in* 6. Et apud nos reſpõdet *art.* 502 & 504 ordinat. cur. Braban. vbi aliud præſtito iureiurando, vt & hic in ſeq. annotatione. Quin & ſi inſtrumentum, de quo fit mentio in libello, ſe referat ad aliud, etiam illud producendum reſpondet Alex *conſ.* 3. *ſub num.* 1 *lib.* 2. Dec. *d. conſ.* 302 *num* 3. & *conſ.* 503 *num* 3. *in d l edita, nu* 87. in fin. & *in authent. ſiquis in aliquo num.* 4. *in fin. C. de edend.* atque ita, regulam hanc latiſſ tractando, extendit Muſcat. prax. ciuil. *part* 3. *gl. verb. mentionatorum. num.* 10. vbi itidem *n.* 2. 3. & *ſub num.* 10. *ex eom ſtylo* & praxi, quocunque modo , ſiue limitatiuè ſiue narratiuè in libello fiat mentio inſtrumentorum, ſemper fiat editio, ſi petatur, ad effectũ deliberandi, vel fundandi exceptiones, ibidemque excom. *num* 7. 8. & *ſub nu.* 10. cum Dec *in d conſ.* 301 *num* 1. *ad fin.* & *num.* 4. cum ſeq. & Guid. *ſing.* 245 ſiquis egerit vti ceſſionarius vel donatarius, feceritque in libello particularem mẽtionem ceſſionis vel donationis, reo petente, actorem teneri exhibere inſtrumentum ceſſionis , limitando tamen vlterius *num.* 13. cum ſeqq. regulam latiſſ.

b. *Non teneretur.*) Alex. *d. conſ.* 3. *n.* 1. *verſ.* & *ideo.* Imbert. *d. cap.* 17. *ad fin.* & *d gl. edendum*, Secus tamen ſi mentionem de inſtrumento faciens nõ habeat illud in promptu; quia non propterea retardabitur iudicium, ſed procedetur vlteriùs. Aufrer. *ad d. dec. Tholoſ.* 294. Socin. *ex com. d. reg.* 113. *fallẽt.* 1. Dec. ſtari iureiurando agentis an de facili inſtrumentum exhiberi poſſit aſſerens, *d. cap. primo, ſub num.* 308 cum ſeq. & inibi apoſt. Imb. præſtito ſimili iureiurando, actorem petere poſſe , vt ſaluũ ſibi ius maneat ea quæ libello continentur aliter quam ſcripto probandi aſſerens, *d. ca* 17 *gloſſ. verb. ſubmouebitur* & latius Muſcat. *in d. gl. mentionatorum, num.* 14. *in* 9. & 10 *regula limit.* vbi poſt Alex. *d conſ.* 3. *ſub num.* 1. tunc quidem non teneri ante, ſed poſt demum litem conteſtatam, ad probandum incerta cauſæ; alioqui ſuccumbere ſi in inſtrumentis eius intentio fundaretur, vt & in ſimili Iaſ. poſt alios *in l.* 11. *n.* 6. *ff. de edend.* Iuſſum autem nõ edentem inſtrumentum, pœna extraordinaria compelli vel in pœnam contumacis, inſtrumenti fidem perpetuo annihilari; Zaſ. *in l* 1. §. *editiones* , *verſus fin. verſ.* 3. *collige de edend.* Sic iudicem debere tempus præfinire intra quod inſtrumentum illud edatur; alioqui eo tempore lapſo fidem illi non habendam pronunciare, voluit, poſt Innoc, *in cap G. perpetuus* 12 *ſub num.* 3. *de fid. inſtrum.* & Bart. *in d. l.* 1. §. *vlt.*

Guid.

G..ia. dec. 245. ſub num. 1. vbi poſſe itidem eum priuare inſtrumẽti commodo vt nullum ex eo conſequatur commodum, quæ quidẽ remedia dicit Imbert. d. cap 17. in d. gl. verb. ſubmouebitur, conuenire cum ſuo: nimirum, vt actor ab inſtrumenti deinceps proferendi facultate ſubmoueatur.

c. *Hoc requireret.*) Quod teneatur reus fiſco actori edere probationes, quibus intentionem ſuã fundet, iuxta l. ii §. Diuus Hadrianus ff. de iur. fiſc. Soc. fallent. 2 reg 112. Iaſ. poſt alios extendendo & reſtringendo, in l. iii. per illum tex ibidemque Coſtal. omnes ferè probare inquiens, & nouiſſ. Buſi. extẽdendo itidem, & aduerſus Coſtal. inibi in fin. alioſque, aſtruendo, ne reum alioqui, ad replicationem quidem, actori edere cogi, præterquam ſi iudici ex graui cauſa videatur æquum. num. 2. cum ſeqq. ff de eden. Dec ex com. extendendo & limitando in d. c. 1. n. (mihi) 52. cum ſeq. de probat. & in l. ii. ſub n 40. cum ſeq. C. de edend. Capyc. fiſci huiuſmodi priuilegium non debere in emptorem tranſire aſſerens, dec. 127 ſub n. 3. cum ſeq. VVurmſer. tit 20. obſer. 1. in addit, in princ. Gail. lib. 1 obſ. 106. n. 11. Menoch. conſ 405 nu. 7. limitando n. 3. vbi in fin, poſt Alc. in l. ii. nu. 13. & in l iuſtum, nu 4 in fin. C. de edend. alioſque, ſecus ſi cauſa criminalis ſit atque ita de pœna agatur ſiue ſit ſanguinis corporiſque afflictiua, ſiue pecuniaria: Alex. conſ. 132 ſub n. 5. lib 1. Iaſ. declarando, in d. l. iii. n. 6. & inibi Coſtel. ad fin. Buſ. n. 2. Clar. lib. 5. ſen §. fin quæſt. 27. n. 2. Gail. d. obſ 106. ſub nu. 11. Soarez. in recept. ſent. theſ lit. E. num 23. cum ſeq.

d. *Exhibere vlla acta*) Volentem tamen ſe fundare, ex actis, inter ſe & aduerſarium, habitis in alia cauſa, debere ea in hac cauſa reproducere, Alex. idẽ quoque aſſerens in alia cauſa reconuentionis, in l. is apud quem, 2. n. 31. ibidemque Dec. n 33. C. de eden. idemque Alex. conſ 82. n. 5. vbi apoſt. limitando lib. 1. Mattheſill. ſingul. (mihi) 161 Gilman. dec. 40. ſub num. 112. lib. 2.

e. *Vtraque pars.*) Notarium actorum, quem graphiariũ vocamus, omnibus quorum intereſt, etiam in criminalibus, & in quacunque parte iudicij, elapſo etiam termino, edere teneri, per d. l. is apud quẽ. vbi not. C de edend. Dec. extendendo & reſtringendo, in ca. 1. n 232. & 243. cum ſeqq. Zaſ. in d l. 1. §. editiones, in 2. concluſione ff. de eden. Marant. latiſſ limitando de ord iud. part. 6. actu 10. n. 45. cum ſeqq. Gail d. obſer. 106 n. 3. in fin. Muſcat. licet aliter in criminalibus, docens. d part. 3. gl. verb. reſpondendum, n 10 cum ſeq. eleganter quoque Ant Fab. libr. 1. C. tit. 1. definit. 8 in princ. Pulchrè itidem Imb. inſtit. forenſ lib. 1. cap 40 gl. verb edent ſcribit, omnium ferè iudicalium actorum fieri editionem, præterquam eorum quibus alter litigantium aduerſarij diſſoluerit contradicta &c.

f. *Aut exemplar.*) Acta originalia nemini, edẽda, ſed tantùm copiam actorum omnium in iudicio habitorum, poſt doct. in c. quoniam contra, de probat. Marant. d. act. 10 n. 56. Aſin. ad ſtatut Florentin. de mod proc. l. §. 14. c. 11. Muſcat. d. gl. reſpondendum, n. 11. vbi ſub n. 13 poſt Salyc. in l. vlt. C. de relat. adeo hoc verum eſſe, vt actorum magiſtri non teneantur originalia acta tranſmittere, etiã ad ſuperiores, ſed debet notarius originalia apud ſe retinere, vt poſt Beroi. in d. c. quoniam contrà num 51 & alios, latiùs declarat Aſin. in d. §. 14 c. 24 num. 1. cum ſeqq.

g. *Exhibenda ſunt.*) Verùm legatarium petentem legatum, licet in libello faciat mentionem de teſtamento, non teneri dare illius copiam hęredi an inſtructionem ipſius, cum ſoleat habere pœnes ſe exemplum, text. eſt, quẽ ita in pauca cõfert ſiue ſummat poſt alios Alex. in l. ſi legatum, 2. ff. de edend. voluitque Muſc d. gl. ment oratum, n. 13. 10 f. 3 limit. licet contrà, aliter tex. illum intelligendo, Fab. lib 2. C. tit. 1. definit. 1. & defin. d. in princ. per tex. in l. poſt quam, 5 §. ſi dies, ff. vt legat. ſeu fideicom. nom. cau. ſed illum tex. aliter intelligit Iaſ. poſt alios in d l. ſi legatum, nu. 6. vt procedat, non in editione quæ fit ad deliberandum, ſed quam poſtea in proceſſu tenetur facere legatarius ad probandam intentionem ſuam: niſi enim produceretur inſtrumentum teſtamenti, nihil probaret, l. quotiens, 18. §. vlt. ff. de prob.

h. *Rationes.*) Sicut olim argentarij & nummularij edere tenebantur rationum ſuarum codices: ita & noſtri temporis mercatores teneri, Bart. in l. quædã 9. §. nummularios, n. 1. ff. de edend. & in l. 1. n. 3 ibidemque poſt alios quoque Socin. ex com. declarãdo & limitando n. 14. C eod. tit vbi hanc opinionẽ com. fatetur, licet negatiuam veriorem videri velit Dec. limitando, num. 18. cum ſeq. vt & nouiſſ Fachinę, controu rſ iur. lib 11. c. 89. verum priorem com. etiam probãdo, non poſſe vllo caſu mercatorẽ bona fide recuſare quominus librum exhibeat, præſertim ad probandam exceptionem rei obiicientis ſolutionem, aſſerit ex SC. Fab. d lib. 2. tit. 1. defin. 16 vbi itidem ex SC. defin. 17. ſeq quo caſu mercator cogitur librum edere rationum, cogi etiam eum qui à mercatore ius ceſſum habet, ſi agat exceſſione.

i. *Ex literis.*) Reum edere non teneri inſtrumenta actori, ad fundãdam eius intentionem Villal. limitando in com. opin. lit. E. n. 16. cum ſeqq. Soarez. limitando recept ſent. theſ. in lit. E. n. 25. Men ex com conſ 405. n 8 & 10. Ceph. limitando, conſ. 747. cui init. poſtquã præfatam, toto late poſt Bart. in extrauaganti ad reprimendũ, in verb. ſine figura, etiã in cauſis in quibus proceditur ſummariè & de plano: Men d conſ. 405. ſub n. 8. vbi n 19 & 21 etiã illis caſibus, quibus actor tenetur edere reo, & ecõtra, intelligi niſi is reus, vel actor edi ſibi petens, habeat apud ſe inſtrumenta, libros rationum, & ſimilia, quibus intentionem ſuam probare poſſit: vel ſuperuacua & fruſtranea poſtulet.

k *Actoris*)

Digitized by Google

k. *Actoris.*)Imo actorem edere teneri reo inſtrumenta ac rationes, ad fundandas ſuas exceptiones, tex, *in l vlt.* vbi Bart. *num.* 1. & 3. Iaſ. ex com. *num.* 1 & poſt alios quoque Alciat. declarando, in in princ. *C. de edend.* Zaſ. pulchrè declarando, *in d. l. 1. § editiones n.* 30. cum ſeq. *in 6. conclu.* Capyc. limitando, *d. dec* 127. *num.* 1. cum ſeqq. Villal. in com. opin. *lit. E. num* 15 Soar. *in recept. ſenten. theſ. in lit. E. num.* 19 Kirchouius *com opin. conclu* 46. *in verb. actor. tenetur.* Fab. declarando, ex SC. aliud in reconuentione aſtruens, *d. lib* 2 *tit.* 1. *definit.* 6. Aliud porro, ſi prius iureiurãdo aſſeuerauerit actor, neq; inſtrumentum penes ſe eſſe, neque dolo deſiiſſe habere, eiuſque inueſtigandi diligẽtiam præſtitiſſe, neque actori poteſtatem adimi eius inſtrumenti in poſterum proferendi, poſt Fel. *in d. c. G. perpetuus ſub num.* 13. *d. ſid. inſtr.* Imbert. *d. ca.* 17. *gl. verb. ſub mouebitur.*

l. *Aliquid prætenderet.*) Reum teneri exhibere inſtrumentum proprium ipſius actoris apud eum exiſtens; cum poſſit ab eo euocari, & agi ad exhibendum, per *l* 7. & *iij.* §. *vlt. ff ad exhib. leg. vlt C. ad exhib. Socin. d. reg,* 112. *fallent.* 7. Zaſ. *d* §. *editiones,* 2. *membr. concluſ.* 2 vbi idem in inſtrumẽtis vtriuſque partis communibus, ratione dominij Guid *dec.* 193. *numer.* 3. Secus ſi fuerint quo ad dominium propria, vtilitate vero communia, veluti inſtrumentum à notario proprio partis ære redemptum, Gail. *d. obſeru.* 106. *nu.* 7. latius Socin. *d. reg.* 112. *fallent* 8. cum ſeqq. licet aliter doceat Fab. *d. defin.* 6. *ad fin.*

CAPVT CXIV.

De Dilationibus in genere.

SVMMAE.

1 *Actor ad ſuam petitionem formandam, diu delíberat.*

2 *Reus non ſtatim habet, quod ad Actoris petitionem reſpondeat.*

3 *Reus Dilationes ad reſponſionem formandam petit.*

4 *Dilationes aliæ ſunt* { *Ordinariæ, quas iura & ſtatuta permittunt,* / *aliæ* /

5 *Extraordinariæ, quas Iudex ex officio largitur.* }

6 *Iudex non temerè Dilationes extraordinarias permittere debet.*

7 *Proceſſum protractio quanta damna ſecum aliquando trahat.*

1 ACtor ſuam Petitionem (quàm per Proceſſum exhibere voluit) plerumq; longo tẽpore cõſultat, & clã varijs probationibus firmat, Reumq; tũc in expectantem ita ſubitò coram Iudice citat, & præter expectationẽ nõ rarò lite intentãda turbat, ſtatim cõtra ipſum libellum ceu petitionẽ exhibet.

2 Ad quam petitionem, quia Reus non habet, *(a)* quod ſtatim, & ex tempore, vel dicto, vel ſcripto

3 reſpondeat, propterea eiuſdem † Petitionis copiam ilicò ſibi dari poſtulat, vt eam mature examinet, conſultet, & quid ad eam reſpondere debeat, perdiſcat: hoc vt conſultò faciat, aliquãto indiget tẽpore, quo vt fruatur, à Iudice poſt Actoris exhibitam Petitionem, Dilationis tempus (quod conſultationis diem vocant) expoſcere poterit, vt in eo ad Actoris Petitionem mature conſultet, & reſponſionẽ ſuã prudenter paret: Atq; hãc Dilationẽ Iudex Reo petenti negare *(b)* nõ poteſt.

4 Huiuſmodi autem Dilationes ſunt bifariæ, *(c)* aliæ ſunt ordinariæ aliæ ſunt extraordinariæ. Dilationes ordinariæ ſunt, quas iura attribuunt, aut quas vel ſtylus, *(d)* vel conſuetudo, vel ſtatuta, vel ordinationes donant, quas vulgò Dilationes vocamus peremptorias, quod eas Iudex neutri Partium, ſine notabili cauſa denegare non poteſt, quod addo propterea, quod Iudex ex certa, & vrgente cauſa, omnem Dilationem *(e)* negare poſſit.

Dilationes extraordinariæ ſunt, quas Iudex ex 5
ſuo officio ſupra ordinarias Dilationes Parti cõſentit, idq; ex propria prudentia, *(f)* ex cauſa ipſum ad hoc mouente, & ex animo ſibi talis æqui conſcio, atque ita conducere ſuadente. † Verum iſtas Dila- 7
tiones Iudex non temerè largiri debet. Quod ipſius ſit officium omnes proceſſus, quàm breuiſſimè abſoluere, *(g)* omnes remoras abrumpere, ideoque nullas ſuperfluas Dilationes extraordinarias permittere, propter enormia damna, & intereſſe, quæ plerũque ex indebitis Dilationibus, & Iuſtitię procraſtinationibus enaſcũtur. Ita vt alterutra Pars ob 7
has ſępe depauperetur, aut mendicare, vel maleficia patrare cogatur, aut mœrore contabeſcat, & moriatur, *(h)* liberique ipſius ſqualloribus, & inedia pereant, ne peiora commemorem Ideoque huiuſmodi pericula & mala, tam Deo ingrata, quàm hominibus inuiſa, Iudicibus erunt præmeditanda, & Iuſtitiæ progreſſus legitimè ab eis accelerandus.

A N:

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXIV.

a. Reus non habet.) In poteſtate enim actoris eſt quando inferat litem, non etiam rei quando conueniatur, *l. petente. 6. C. de tempor. in integr. reſt. l. purè 5. ff. de dol. mal. except.*

b. *Negare.*) Caſſad. *dec. 1. num. 1.* cum ſeqq. & poſt eum declarando & limitando Veſtr. in Rom. curiæ prax. *lib. 4 cap. 1. num. 2. verſ. amplius & is, cum n. ſeq.* eleganter VVameſ. declarando *conſ. 90. num. 7.* vbi alioquin reum ad litiſconteſtationem progredi non cogi; & ſi de facto proceſſum ſit litiſconteſtationem nullam eſſe ibidemque in fin. *cum nu. ſeq.* licet relati quidam à Vant. *de nullit. proceſſ. tit. de null. ex defect. proceſſ. num 41.* cum ſeqq. in hoc inclinent, vt iſta deliberatoria dilatio, non ſit (quemadmodum nec cęteræ) de forma & ſubſtantia iudicij; in eo tamen ad vnum omnes conuenire, quod iudex denegando hanc dilationem iniuſtè agat, & petentem grauet; cui ob id ab huiuſmodi tacita vel expreſſa denegatione permittant ad ſuperiorem appellare. Quin & alterutrius collitigantium intentione habita propter aduerſarij contumaciam pro confeſſa probataque, ſiue quòd aduerſarius legitimè in ius vocatus non venerit, ſiue quod propoſitis facti allegationibus reſpondere noluerit, non videri ſtatim condemnandum contumacem, ſed dandam ei dilationem intra quam veniat dicturus, cur non debeat condemnari, per l. & poſt edictum, in verbis *tunc abſens citari debet ff. de iud.* latè ac pulchrè, ex SC Fab. *lib. 3 C. tit. 10. definit. 1.*

c. *Bifariè.*) Verùm dilationes multiplices explicat, poſt Hoſtienſ. *in ſumma de dil. t § 1* Cyn alioſque *in l. 1. C. de dilation.* Sichard. *ad eiuſ. ibidem C. de dilat. num. 3. cum ſeqq. vbi num. 2* dilationem definit. vt & Rebuff. *tom 3. conſtitut. reg. tractat. de dilat. num. 1.*

d. *Stylus.*) Rebuff. *d. tract. art. 8 glo. vn. n. 1.* Oſaſc. *dec. 12. nu. 12.* & explicabimus in ſeq annot.

e. *Omnem dilationem.*) Poſſe iudicem ex cauſa dilationem legalem abbreuiare vel prorogare Marant. *de ordin. iud. part. 6. tit. de dilat. num. 16 C. ff. d. tit. de dilat. dec. 3 ſub num. 1.* Natt. *conſ. 336. & conſ. 337* Kirchou. com opin. *cent. 2. concl. 37 verb. dilationes ſecundum com* & poſt Bart. & Angel. reiecta aliorum diſtinctione Zaſ. è praxi & conſuetudine, *in l. ij. poſt princ. ff. de re iud.* limitando, vt licet mutare, non tamen tollere, poſſit iudex; item ſi mutādo dilationem legalem, intromitteret ſe iudex de iuriſdictione ſuperioris, latè Cardin. Creſcent. ex SC. *rotæ Rom. in dec. 148.* alias *11. tit. de dilat. nu. 1.* cum ſeqq. Sic itidem, quòd inferior non poſſit derogare legi ſuperioris, iuxta Clement. ne Romani, *de elec.* limitat Rebuff. *d. tract. de dilat. art. vltim. ſub n. 7.* in tempore ab ordin. reg. vel à ſtylo approbato: vt & in dilatione à ſtatuto inducta Marc. *dec. 37. num. 3. lib. 1.* Vbi tamen *n. 1 cum ſeq.* poſt Dyn. in reg. indultum, *17. ſub n. 16 de reg. iur. in 6. & alios* hac in re diſtinguit dilationem expreſſe à lege ſtatutam; à præfixa iudicis miniſterio: vt 1. caſu, ſi lex ſtatuat tempus 10. dierum ad comparendum, vel 30. terminus ille ſic diſertè ſtabilitus, non poſſit ſine cauſa à iudice vel prorogari vel coarctari; & ſic loquatur *l. per interuallum, 69. ff. de iud. auth. qui ſemel C. quem. & quand. iud. l. 1. C. de dilat.* & ſimilia, ſecundo verò caſu, quando ſimplicius lex terminũ vel dilationem tribuit, non expreſſa quantitate tẽporis, quod eſt deinde à iudice legis miniſtro declarandum, tunc arbitrium iudicis ſi illud definire idemque voluit Socin. ex communiori *nu. 13 & 16.* poſt alios, *in d. l. ij. ff. de re iud.* Sichard. *in authent. offeratur, ſub num. 23. C. de litiſcont.* Menoch. exactè *lib. 1. de arbitrar. iud. caſu 12* præſertim *ſub num. 5.* cum ſeqq. licet reprobata hac diſtinctione, dilationem legalem neque abbreuiari neque prorogari, poſt Iaſ. ex com. *in d. l. ij. num. 12. de re iud.* Villal *in com. opin. lit. D. num. 70. cum ſeq.* Soar. *rec. ſent. theſ. in lit. D. num 77 & 75* apud quos tamen, à iudice indultam dilationem ab eo contrahi, mutari, & reuocari poſſe; Marc. *dec. 34. ſub init. lib. 1.*

f. *Prudentia.*) Omnem dilationem arbitrariam iudici, habito reſpectu ad diſtantiam loci, ad qualitatem perſonarum, & cauſæ, poſſe vel breuiorẽ vel longiorem concedere, *l. 1.* vbi Bart. *& l. ſiue pars, 3. C. de dilat.* Marian. *in cap. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper, ſub num. 112. vt lit. non conteſt.* Marāt. *d. tit. de dilat. num. 15.* Rebuff. *d. tract. de dilat. art. 11. ſiue vlt. num. 7.* Boer. declarando *dec. 194. num. 18 verſ. nam dilationes,* Aſin. *in prax. §. 21 cap. 1 n. 4.* cum ſeqq Gail. *lib. 1. obſ. 91. num. 13.* & poſt Rip. cauſas, ob quas dilatio prorogetur vel coarctetur, enumerantem, & ad tres reducentem, *in d. l. ij. nu. 16 ff. de re iud.* Menoch. de accuratiſſ. itidem explicando, exemplisque illuſtrando, *d. caſu 52. num. 9.* cum ſeqq.

g. *Breuiſſime abſoluere.*) Vt in *l. properandum, C. de iud. in cap. finem litibus, de dol. & contum. in cap. 1. de appell. in 6. l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. petat.* Dec. *conſ. 699 num. 15.* Burſat. *conſ. 265. num. 4* Decian. *conſ. 19 num 18. lib. 3.* Ant. Fab. *lib. 3. C. tit. 12. defin 24. num 1* Muſcat. prax. ciuil *part. 5 gl. 1. num. 24* Et vbi calumnia ſiue cauillatio partis eſt euidens iudicis officium eſt, ipſum repellere, & nō audire, vt poſt gloſſ. *in l. qui cum maior. 14. §. ſi*

Digitized by Google

patrii, in verb. vel calumnioſam, ff. de bon. libert. Felin. *in cap dilecti filij, ſub num.* 1. *de iud.* Decian. *conſ.* 98 *ſub num.* 11. *lib.* 2. vbi poſt Panor. *in cap. nullus,* 4. *vbi opt. tex. num.* 3. *in fin. de præſumpt.* alioſque, tali caſu non debere eum proponentem audire, & ſi appellaret, non debere curare, ſed procedere adminiſtrando iuſticiam habenti, additque, poſt Caſtrenſ. in *l. properandum, C. de iud.* alioſque, quod vbi aliquid videt, fieri iudex ad litem procraſtinandam, debeat occurrere, vt ille latiùs.

h. *Moriatur.*) Diximus ſupra *cap.* 27. *in princ. ad verb. mortem.*

CAPVT CXV.

De Dilationibus ordinariis ante Litiſconteſtationem.

SVMMAE.

1 *Dilationes ordinariæ, aliæ ſunt*
- *Ante litiſconteſtationem, ſcilicet*
  - *Citatoria.*
  - *Reuocatoria.*
  - *Deliberatoria.*
  - *Impeditoria.*
  - *Reſtitutoria.*
  - *Exoneratoria.*
  - *Loci inſpectoria.*
- *Poſt Litiſconteſtationem* / *Poſt ſententiam* — *de quibus in ſequentibus cap.* 116. 117.

Dilatio
- 2 *Citatoria ab Oſtiario Parti citatæ permittitur, ſcilicet* 10. *aut* 14. *dierum.*
- 3 *Reuocatoria*
  - *A Iudice permittitur ob iniuſtam arreſtationem.*
  - *aut*
  - *A Iudice permittitur ad reuocanda reſponſa exhibita.*
- *Deliberatoria*
  - 4 *Datur Reo poſt Actoris Petitionem exhibitam.*
  - 5 *Datur Reo in Francia, vt eligat vel*
    - *Tempus deliberandi.*
    - *Tempus inſpiciendi.*
    - *Tempus ſeruandæ guarandiæ.*
  - 6 *Datur in Flandria Reo ad*
    - *Deliberandum.*
    - *vel*
    - *Conſultandum.*
- 7 *Impeditoria in Flandria conceditur ad Arramenta accipienda.*
- 8 *Conſultatoria non conuenit in*
  - *Materia nouitatis,*
  - *aut*
  - *Ingreſſu Curiæ.*
- 9 *Reſtitutoria datur*
  - *Spoliatis, ſ. 6. menſ. aut vnius anni.*
  - *A dappellandum, ſ.*
    - 10. *dierum.*
    - *Vnius anni.*
    - *Nunc* 4. *annorum.*
- 10 *Guarandationis*
  - *In Flandria Reo permittitur terna.*
  - *Nulli ad vlteriorem guarandationem permittitur.*
  - *Nulli permittitur in materia*
    - *Exceſſuum,*
    - *aut*
    - *Nouitatis,*
- 11 *Inſpectoria loci*
  - *Datur in*
    - *Materia*
      - *Reali.*
      - *Seruitutum.*
      - *Simp. Saiſinæ.*
    - *Rebus priuatis.*
  - *Non datur in*
    - *Actione vniuerſali,*
    - *&*
    - *Materia nouitatis.*

Diximus

Digitized by Google

DIximus præcedenti capite, quæ proprie dicãtur Dilationes ordinariæ; nunc harum diuiſionem accipe, Sunt itaque Dilationes ordinariæ, aliæ ante litiſconteſtationem, aliæ poſt Litiſconteſtationem, aliæ poſt ſententiam.

1 Ordinariæ Dilationes quæ petuntur ante Litiſconteſtationem, ſunt Dilationes Citatoriæ, Reuocatoriæ, Deliberatoriæ, Impeditoriæ, reſtitutoriȩ, Liberatoriæ, vel Guarandiæ, & loci Inſpectoriæ (vulgo *Veue du lieu.*)

2 Dilationes Citatoriæ ſunt, quas Oſtiarij Parti ab ipſis citatæ conſentiunt, vt eo conſtituto tunc die iudicio ſe ſiſtat, & compareat: Huiuſmodi Didilationes Citatoriæ, ſecundum Iura tantum conceduntur ad decem dies. (*a*) ſecundum Conſuetudinem verò ordinariam, extenduntur ad quatuordecim dies.

Dilationes Reuocatoriæ ſunt, quæ illis à Iudice permittuntur, qui ob iniuſtam cauſam arreſtantur, remorantur, aut impediuntur, quibuſque Ius & Iudex, domum redire permittit, *cap. Finali, extra, de dila. & c. Finali, ext. de for. compet. & ca.* 1. 5. *q.* 1. Reuocatoriæ quoque Dilationes ſunt, per quas alterutra Partium reuocare cupit quædam ſua Reſponſa, quæ reſpondit, & ſcripto exhibuit ſuper de poſitis, poſitionibus, aut articulis ſuæ Partis: Quæ Dilationes ferè ſunt trium dierum, ſecundum quoſdam, *l.* 3. *C. de erro aduocato, ſa.* 4. *gl. vlt in cap. Præterea ext. de teſt. cogen.* ſed raro cõtingunt, ratoque permittuntur.

4 Dilationes Deliberatoriæ ſunt, (*b*) quæ Reo poſt Actoris Petitionem exhibitam permittuntur, vt is Reus maturè deliberet, & conſultet, quid ad eam Petitionem digne reſpondeat, an velit cedere, an contendere. Has Dilationes etiam conſultationum dies vocamus, quæ fere, ſunt viginti dierum. (*c*) *c. offeratur.* 3. *qu. ſt* 3. *& Authent. offeratur, C. de litiſcon.* aut ſecundum ſtylum, quatuordecim dierum.

5 In Francia aſſidua hac Praxi vtũtur, vt Reus poſt Actoris petitionẽ perceptã, petere, & eligere poſſit vnã ex his tribus Dilationibus, ſcilicet, tẽpus ad deliberandũ, tẽpus ad vidẽdam, aut perſpiciendũ, (quod Galli vocant *Veue de lieu*) & item tempus vel Dilationem ad ſummandũ ſuam guarãdiam, vt vocant, Sed hoc tũc Reo obſeruandũ eſt, vt eas Dilationes, in ſuo debito ordine petat. N. m ſi dies guarandiæ peteret, iſ tunc iudicem approbaret, & cum eo ius Dilationis declinatoriæ perderet. Sed in Flandria iſthæc praxis eſt incognita, neque etiam locum habet in Parlamento Mechlinienſi.

6 Veruntamen in Flandria, olim poſt petitionem Actoris auditam, binas diſtinguebant Dilationum ſpecies, quarum alteræ continebant tempus deliberatorium, (quod Barbari tempus auiſandi dicunt) alteræ conſultandi tempus præferebant. Per quas hoc ſtatuebatur, vt quoties Reus deliberatoriam deliberationem acciperet, is ſimul acciperet poteſtatẽ, qua ipſi quaſuis exceptiones declinatorias, & alias quaſuis proponere liceret. Sed ſi prius accepiſſet dies, aut Dilationes conſultatorias, tunc ſtatim litem conteſtari debuit.

Verum hanc diſtinctionem poſterior ætas prorſus deſeruit. In Flandria quoque vſurpatur alia Dilatio, quam vocant Dilationem impedimentorum, nempe quoties aliquis citatur ad arramẽta (*d*) proceſſus accipienda, aut ad eadem deferenda. Quȩ quidem Dilationis forma, etiam ex Franciæ ſtylo profecta videtur. Attamen in Parlamento Mechlinienſi eadem non eſt cognita, neque vſurpata. 7

Cæterum in deliberationibus hoc notandum eſt, quod in materia nouitatis, non conuenit dilatio conſultationis ad deliberandum: Vnuſquiſque enim actor, & petitor eſt, in ipſa cauſarum inſtantia, aut in prima inſtitutione litis. Sed tamen quoties Pars dilationem conſultationis petit, eadẽ ipſi nulo modo deneganda erit, quod eadem Dilatio tã reo cuique, quã Actori (*e*) permittẽda fuerit. Carolus dux Burgundiæ ſtatuit, ne alicui dilatio conſultatoria permitteretur, quãdo introitus Curiæ (vulgò *Venue en Court*) continebat in ſe libellum, & quãdo Citatus copiam eiuſdem accipit. 8

Verùm hæc conſtitutio, poſtea etiam non eſt vſurpata. Dilationes reſtitutoriæ, ſunt Dilationes ſex menſium, aut certè vnius anni, non vltra, quæ conceduntur, ſpoliatis, ad reſpondendum, & obiiciendum ſpoliatori, quando à ſpoliato ſua repetere tentat, *c. Eiectis* 3. *q.* 2. Sed de hac quidem non multum vſurpatum eſt. Sunt item Dilationes reſtitutoriæ, quæ ad appellandum conceduntur, quæ fere decem dierum: Aut ad reſtituẽdum aliquem in ſuum debitum ſtatum, quod olim intra annum fieri conſueuit, tunc vero iuxta nouam Praxim, intra annos quatuor, *l. Finali. C. de tempo. in integ. reſtitut.* 9

Dilationes vero exoneratoriæ ad ſummandum guarandationem Reo, conceduntur (*f*) ternæ, breues aut longiuſculæ, ad prudentiam Iudicis. Sed quiſquis citatus aut euocatus eſt ad guarandiam, huic nullȩ conceduntur dilationes, ad aliquem aliũ in guarandiis ſumandum, niſi in ſola Flandria, in qua conceduntur dilationes ad vlterius guarandia (*g*) expoſcendam, & vt ſuper ea citationes curẽtur. In materia autem exceſſuum, guarandatio nullum locum obtinet, & per conſequens nullas Dilationes, ad ſummationes ſuper iis faciendas requirit. Eadem quoque non requiritur in materia nouitatis, quando turbatio facta eſt ex ſuo proprio nomine. Sed quando turbatio facta eſt ſub nomine alterius, tunc guarandiæ ſummatio locũ habere debet, dummodo nullus exceſſus repertus fuerit. 10

11 In actionibus realibus, ſeruitutum, aut ſimplicis (*h*) Saiſinæ, Reo omnino permittendæ ſunt dilationes, de inſpectione loci (vulgò, *de Veue du lieu*) ſi quidem eas petierit, ſed ad diſcretionem iudicis. Sed hæc dilatio (*de Veue du lieu*) nullum locũ habet in actionibus vniuerſalibus, (*i*) nempe in quibus per actionem generalem, de aliquo caſtro, cum omnibus ſuis pertinentiis agitur. Dilatio quoque (*de Veue du lieu*) nullum habet locũ in materia nouitatis, quod in ea executio ſiue explotum factum ſit in loco contentioſo, vbi Reus inſpectionem loci, ſi voluiſſet, habere potuit. Verum dicta dilatio inſpectoria (*k*) (*de Veue du lieu*) locum habet, quando agitur de rebus priuatis, cum ſuis quatuor angulis, & intermediis.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXV.

a. D*Ecem dies*) Sichard, *latè ad rubr. C, de dilat. nu.* 6. vbi hodie citatorias dilationes arbitrarias eſſe.

b. *Deliberatoria ſunt.*) Sichard. explicando latius *ad d. rubr. C. de dilat. n.* 5.

c. *Viginti dierum.*) Reum in hoc termino ſibi cõſtituto comparentem, non poſſe alium petere terminum ad proponendum dilatorias: quod eas in hoc termino ad deliberandum proponere debuerit, Dec. ex com. poſt alios *in c. paſtoralis, nu (mihi)* 71. de exceptione. Quod tamen Pariſ. ibidem *num.* 42. *& ſeqq.* dicit eſſe contra com. obſeruantiam iudiciorum; tunc demum inquiens cogi reum poſſe in eo termino omnes proponere, cum non modo datur terminus ad deliberandum, ſed etiam ad opponendum. Ideoque ad omnem cõtrouerſiam euitandam tutius eſſe (ubi non ſunt clara ſtatuta) aſſignare terminum ad deliberandum ſimul & opponendum, tradit Menoch. *de arbitrar. iud. lib* 2. *caſu* 240. *num.* 7. cum ſeqq. apud nos vero in eam rem ſtatutum eſt *artic.* 503. *ord. cur. Brab.* vbi itidem exceptionem declinatoriam eodem in termino proponendam, vt & in *l. vlt. & inibi not. C. de except. & c. inter monaſterium,* 20. *de re iud* licet autem in ordin. cur. excipiatur ſolummodo dilatoria opponenda poſt hunc terminum nouè nata; idem tamẽ obſeruatum ſcio, ſi iureiurando affirmetur poſtea nouè ad notitiam perueniſſe: vt & de iure parificari exceptionem eſſe nouè notam, & nouè natam docuimus cum Damhoud. *in d. l. eiem. par. tit. cauſa noua ad verb paria.* de qua re latè etiam Monter. *dec.* 23 *num*, 19. Surd. *dec.* 289. *num.* 14. *in fin.* Maſcard. *de prob. lib.* 2. *conclus.* 823. *num.* 10. *in fin.*

d. *Arramenta.*) Hæredi vel ſucceſſori, de iure com. ſine reſtitutione, dari nouam dilationẽ, Mynſinger. *cent.* 1 *obſer* 73. *tota*, poſt doct. *in le. oratione ff. de fer.* vbi text. in fin. & eſt apud nos *art.* 453. *ordin cur. Brabant.* Reliqua huc ſpectantia dicemus infra *cap* 190.

e. *Quam actori.*) Qui tamen inſtructus venire debet, *l. ij ad fin* vbi poſt alios Sichard. *ſub num* 3. *cum ſeq de dilat l qui accuſare. Cod. de edend.* Verall. *decis* 263. *cum ſeq. part* 1 vbi appoſitiſſ. hæc latius. Ibidemque *dec.* 260. dilationem deberi actori quãdo commiſit cauſam contra reum ſuper vno iure, & pendente lite, reus aliud ius producit, de qua re & Creſcent *dec.* 5 *in addit. dec.* 10. & 13. *de dilat.* Alioqui ſiquis in ius vocato non offerrat libellum eiuſue copiam, dilationem petendo, in expenſas ei ceu contumacem, condemnari, Sichard. poſt Caſtrenſ. & alios *in d. l. ij* & ſic intelligendus videtur *art.* 501 *ord. cur. Brab.* Cæterum omnis dilatio cõmunis eſt actori & reo *l g petend. Cod. de tempor. in integrum reſtitut.* Iaſ. poſt alios *in dict. leg. vlt. num.* 33. *ff. de fer.* Marant. *d. part* 6. *tit. de dilat. num.* 18. Rebuff. *dict tit. de dilat. arti.* 12. *num.* 11. Hartman. declarando, *tit.* 12 *obſeru.* 5. ad prax Veſtr. lib. 5 *cap.* 4. *num.* 5. Soarc. *recept. ſentent. theſ in liter. D. nume.* 76. Kirchouius *com. opin. centur.* 2 *concluſ.* 38. *verb. dilatio com.* Menoch. exactè limitando, *conſil.* 367. cui init. *duo ſunt. numer.* 28. cum ſeqq. Sed & actore petente terminum probandi prorogari, licet reus hanc prorogationem non petere potuiſſet, ſi tamen terminus prorogaretur actori, prorogationem iſtam prodeſſe etiam reo Zaſ. *in l g cum vnus. poſt princ. verſ. ſub* 2. *ff. de bon auctor. iud. poſſ* Equalitemque inter vtrunque ſeruandam, vt quantum actori temporis cõceſſum, tantum & reo ſi petat concedatur, Gail. declarando, *libr.* 1. *obſeruation.* 91. *ſub num.* 3. cum ſeqq. Solumque in hoc differre, quod longiorem iudex reo poſſit dare dilationem, quam actori, Iaſ. poſt Bart. *in l vlt ſub n.* 30. *ff. de fer.* Marant. *d. part.* 6. *tit. de dil ſub n.* 2.

f. *Con-*

Digitized by Google

f. *Conceduntur.*) Tex. in *l. ij.* vbi poſt alios Sichar. latè declarando, addens & à dilationem denegante iudice appellari, *num. 4. cum ſeqq. C. vbi in rem act. extr. deb. & in cap. quoniam frequenter, 5. §. in aliis verſ. quod ſi ſuper, vt lit. non conteſt.*

g. *Ad vlterius guarandiam.*) Idem in Francia docet, poſt alios Rebuff. *d. tit. de dilat. art. 4. gloſſ. vn. num. 2.* Idemque & apud obtinet, vt *artic. 512 ordin. curiæ Brabant.* vbi & in præcedente ac ſeqq. articulis hac de re latiùs.

h. *Aut ſimplicis.*) In quibus & quomodo oſtenſio rei fieri debeat, Rebuff. latiſſ. *d. tract. de dilat. art. 2. gloſſ. 2. num. 1. cum ſeqq.*

i. *Vniuerſaliter.*) Vt ſi petatur hæreditas cum pertinentiis, non eſt neceſſe ſingulas res deſignare; ſed ſufficit oſtendere locum inſignem & principalis hæreditatis, *l. ſi hereditatem, 4. & l. ſi quo tempore, 44. ff. de petitio hæredit.* Rebuff. latè *d. tract. de dilat. art. 2 gloſſ. 2. num. 8. cum ſeqq.* vbi & aliæ limitationes in quibus petatur oſtenſio.

k. *Dilatio inſpectatoria.*) De ea diſponitur apud nos *art. 516. ordin. curiæ Brab.*

CAPVT CXVI.

De Dilationibus ordinariis poſt Litiſconteſtationem.

SVMMAE.

1 *Dilationes poſt litiſconteſt. conducunt,*
- *Vt agenda, & defendenda conſcribantur.*
- *Vt ſcripta exhibeantur.*
- *Vt ſcripta referantur.*
- *Vt ſupplicatio formetur, & exhibeatur.*
- *Vt Confutationes, & Saluationes parentur.*
- *Vt omnia in iudicio concludantur.*

2 *Vt agenda, vel defendenda conſcribantur, datur vnica Dilatio.*
3 *Ad ſcripta referenda in Parlamento, datur tantum vnica Dilatio.*
4 *Ad Informationem ſummariam formandam, datur tantum vnica Dilatio.*
5 *Ad Informationem valetudinariam, nulla datur Dilatio.*
6 *Ad Informationem ordinariam faciendam, dantur tres Dilationes, &c.*
7 *In Flandria olim vtrique partium, dabantur ternæ dilationes.*
8 *In Parlamento Mechlinienſi, tantùm conceduntur Dilationes ordinariæ 6. hebdom.*
9 *Dilatio ad informationem ſub pœna iuris dicendi permiſſa, ſi negligatur, cauſam in iudicio concludit.*
10 *Differentia inter Dilationis prorogationem, & nouæ Dilationis conceſſionem.*
11 *Dilationes variæ permittuntur, ſed in cauſis variis.*
12 *Ad Informationem ſuper contradictionibus, ſeu confutationibus formandam, datur vnica Dilatio peremptoria.*
13 *Ad iurandum*
- *De calumnia, nulla datur Dilatio.*
- *De affirmanda ſua ſcriptura, nulla datur Dilatio.*
- *De veritate, partibus permittitur Dilatio.*

1 POſt Litiſconteſtationem largiuntur à Iudice Dilationes præparatoriæ, quæ ad hoc conducunt, vt agenda, vel defendenda appoſitè conſcribantur, vt eadem ſcripta exhibeantur, vt ſemel ſcripta (ſi ita videatur) referantur, vt ſupplicum libelli formentur, vt confutationes, & ſaluationes exhibeantur, vt denique omnia in iudicio concludantur.

2 Vt autem agenda, aut defendenda ritè ſcribantur, tantùm attribuitur vnica Dilatio ordinaria, ſcilicet, 14. dierum. Si quas alias Dilationes, aut plures, Index admiſerit, eæ ſunt extraordinariæ; & ex rationabili cauſa, vel cum conſenſu Partis permiſſæ.

3 In magno Concilio Mechlinienſi, quando per ſententiam partibus iniunctum eſt, vt certo die, & ad certiorem memoriam ſua reſponſa ſcriptis exhibeant, eaque cæteris adiungant, ad hoc vt Iudex tantò citiùs dare poſſet Dilationem ſuam peremptoriam, ſub pœna ſententiæ expectandæ, & dicendæ, tunc enim eo die expirato, Proceſſus habetur tanquam concluſus in Iudicio ſiue cauſa, (vt aiunt) & ſententia pronunciatur ſecundum ea quæ à Partibus vtrinque ſcriptis ſunt exhibita.

4 Ad ſummariam (a) quoque Informationem vel enqueſtam, aut ad productionem faciendam ſuper aliqua prouiſione, aut recredentia, etiam vnica

Digitized by Google

Dilatio permittitur, ad diſcretionẽ Iudicis, niſi forſaſſis recredentia, & aliæ cauſæ inciderent, quæ Iudicem ad plures Dilationes largiendas, permouerunt.

5 Ad formandam autem, aut ad faciendam Informationem, vel Enquæſtam valetudinariã, (*b*) nulla prorſus permittenda erit Dilatio.

6 Ad formandam verò ſiue faciendam Informationem ordinariam, Iudex Parti requirenti permittit Dilationes ternas, (*c*) & quartam ex ſuo officio extraordinariam, ſed cum cognitione cauſæ, & quoties ea adeſt, & quando producens iurat ſe eam Dilationem non petere ex vllo dolo, (*d*) aut calumniandi animo. Hæc autem quarta extraordinaria Dilatio, ad Informationem formandam & faciendam, ferè nunquam permittitur. Attamen ſi producens in prima, ſecunda, aut tertia Dilatione, aliquas productiones (*e*) facere cœpiſſet, & ſi clare conſtaret, quod certis impedimentis (*f*) ad vlteriores productiones peragendas remoratus fuiſſet, eo caſu Iudex hãc quartam extraordinariam Dilationem, imò & aliam (*g*) producenti permitteret, ſcilicet, cum cognitione rerum & cauſæ, quod probatio in Iudicijs ſemper ſit fauorabilis (*h*)

7 In Flandria olim Praxis vſus habebat, vt vtrique Partium, ad Informationem ſiue Enquæſtam formandam ordinariam, tribuerentur tres præfixæ Dilationes, ſingulæque quinque hebdomadarum. Quæ quidem Praxis orta dicitur ex inſtitutione Philippi Ducis Burgundionum anno 1426 qui ſtatuit, vt omnes Informationes ſiue Enquæſtæ ordinariæ fierent, imò abſoluerentur, pro omnibus Dilationibus ab Actore intra ſpacium ſex hebdomadarum. Et ſimiliter à Reo intra alias ſex hebdomadas.

8 In Parlamento verò Mechlinienſi Dilationes ordinariæ ſunt ſex hebdomadarum, tam pro vna Partium, quàm pro altera In quo item Parlamento conſtitutũ eſt, quod pro Informatione vel Enquæſta formanda aut facienda, non plures, nec aliæ darentur Dilationes, quam ordinariæ, niſi Procurator iuramento (*i*) affirmaſſet, quod ea Pars omnem, & debitam diligentiam prioribus Dilationibus impendiſſet, quodque per ipſum non ſteterit, quominus omnes ſuas probationes in conceſſis prioribus Dilationibus, parauerit.

9 Sed quoties alterutri Partium permittitur Dilatio ac terminus, ad ſuam informationem ſiue Enquæſtam faciendam & formandam, ſub iuris dicendi pœna, & ſi eam Informationem intra præſtitum tempus non fecerit nec exhibuerit, tunc ea Dilationis mora, nullum alium effectum habet, quàm quod ea partem deficientem reiectet, ab vlteriori Informatione ac Enquæſta facienda ac formanda, & quod ipſum compellat ad concludendum in factis principalibus, ſic tamẽ, vt is deficiens adhuc producere poterit confutationũ literas, & titulos, & exhibere confutationes ſeu contradictiones teſtium.

Non eſt autem hoc loco opinandum, quod idem ſint, Dilationem aliquam prorogare, & nouam dilationem conſentire, tametſi primo intuitu videãtur eadem. Dilationem enim aliquam protrahere, vel prorogare, eſt eandem continuando extendere, antequam expiret, (*k*) Sed nouam dilationem dare eſt aliam poſt expirationem prioris permittere. Illa enim continuationem, hæc autem nouam conceſſionem requirit. Et ideo quamuis noua dilatio nulli permittenda fuerit: poſtquam prior expirauerit, poteſt tamen ea prior Dilatio, ante expirationem prorogari. (*l*) Quæ quidem prorogatio, non eſt noua Dilationis conceſſio, ſed tantum prioris extenſio Quocirca vbi Dilatio conceſſa, ſemel expirauerit, ea amplius prorogari nequit. Quia quod eſſe deſijt, id continuari, aut prorogari neſcit. 10

Attamen Iudex permittere poteſt Dilationem in vno effectu, (*m*) & rurſus aliam Dilationem in alio effectu, veluti cum Iudex vni partium Dilationem conceſſit in vna cauſa, ſcilicet, pro Informatione ſiue Enquæſta aliqua facienda & exhibẽda, is alteri Partium concedere poteſt Dilationem ad refutationem ſiue contradictionem faciendam, & formandam, quæ Dilatio incipiet, vbi alterius, (*n*) deſierit. vel dare poteſt vtrique eandem (*o*) Dilationem ſimul incipiendam. 11

Ad Informationem ac Enquæſtam faciendam & formandam ſuper confutationibus ſeu contradictionibus, in quibus vlla Informatio fieri conuenit, iudex ad eam vnicam dilationem peremptoriam, Parti requirenti permittit & concedit, ad ſui diſcretionem & non plures. 12

Neutri Partium, ad iurandum de calumnia permittenda erit Dilatio, neque etiam ad affirmandũ ſua ſcripta per iuramentum conſuetum. Sed tamen Partibus permittitur Dilatio, ad iurandum per iuramentum veritatis, quoties cauſarum probatio ad ipſorum iuramentum defertur, nempe ob hanc cauſam, vt ante iuramentum præſtandum, ſeipſos probe examinarent, & iuranda diligenter perſpicerent, vt in mente à periurio tutiores forent. 13

AN-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXVI.

a. *AD ſummariam*) Ad hoc Rebuff. *tom. 3. conſtitut. reg tract de mater poſſeſſ. art. 3. gloſſ. 1. num. 3.* & apud nos *art. 506. & 510.*

b. *Valetudinariam.*) Neque in commiſſionibus ad perpetuam rei memoriam, vllam certam dilationē ſupplicanti dari; eò quòd dilationem iuris habeat, nimirum ſi ſit futuris actor, annum, iuxta *cap. quoniam frequenter, vt lite nō conteſt.* ſi verò reus quòd pro ſuo arbitrio teſtes quandocunque velit producere poſſit, Gail *latius lib. 1. obſer 94. n. 3.* latè etiā Caſtrenſ *conſ. 96 ſub num. 1. lib. 1.*

c. *Ternas*) Regulariter omnem dilationem probatoriam in ciuilibus eſſe peremptoriā atque vnicam, proinde niſi ſemel dādam, *l. vlt.* vbi poſt alios *Alexand in* 1. not. Iaſ. *ex com. num 6.* limitando *n. 15. cum ſeqq.* Coſtal. limitando ex SC. ſub init. *ff. de fer.* Panorm *conſ 64. num. 2. lib 2.* Marant. limitando *de ord. iud part. 6 tit. de dilat num. 2*, cum ſeqq Rebuff. *d. tract. de dilat. art. 12, gl. vn num. 1.* Capyc. limitando, *dec. 81. num. 1.* cum ſeqq. *dec 82. toto, & dec. 90 num. 2* cum ſeq. Marc. *dec. 36. num. 4. libr. 1.* Hartman. *practic obſer. tit. 12 obſer 3.* in princ Grauat. *ad prax. Veſtr lib. 5. cap. 4. num 8.* Maſcard. ex com. extendendo & declarando, *de probat. concluſ. 516. numer. 3. cum ſeqq.* Mynſing. limitando *cent 1. obſ. 71.* poſt princ. Gail. *lib. 1. obſ 91. num. 1.* limitando *num. 4 cum ſeqq.* Kirchou. *com. op in centur. 2. concluſ. 39. verb. dilatio* omnis Triuiſ idem de iure pontificiò probans, *dec. 37 num. 1. lib: 1* Sichard, poſt alios *in l. 2. num. 11. C. de dilat.* vbi l. illam conciliāns cum *l. oratione, 7. ff. de fer.* vbi dicitur quamuis expreſſum ſit oratione diui Marci non debere pluries quàm ſemel dari dilationem, tamen cauſa cognita, ſi impedimentum exortum ſit, poſſe pluries dari; aſſerit *l. oratione.* non eſſe contrariam illi *l. 1.* niſi quod ſit aliquanto explanatior, cum dicit pluries poſſe dilationem dari, dum illud fiat cum cauſę cognitione; quod idem quoque videtur tacitè velle illa l. 1. dum in fine dicit, non eſſe tribuendam dilationen facile amplius quàm ſemel quaſi dicat non poſſe amplius quam ſemel dari ſine cauſæ cognitione, ſed cum cauſæ cognitione bene poſſe, Idemque ſentit & Panorm. ex com. *d. conſ. 64. ſub num 2.* Hartman *d obſ. 3. ad fin. & obſ. 4. verſ quam opinionem.* & Marc. declarando *in d. dec. 36 ſub nu. 4* vbi *num 3.* dum in *cap. in cauſis, & in cap. vltra tertiam, de teſtibus & in § quia verò in authen. de teſtibus collat. vij.* permittitur nedum prima, ſecunda & tertia productio, ſed etiam quarta cum ſolēnitate: dicit de facta & conſuetudine ſeruari opinionem gloſſ. *in d. cap. in cauſis*, vt prima, ſecūda, & tertia productio accipiantur pro tribus dilationibus, non vero pro vna tātum, id quod voluit & Hartm. *in d dec. 3. verſus fin. verſ.* alij vt Aldrin. *& obſ. ſeq. in princ.* Iden que & noſtris moribus obtinet, *vt in artic. 452 ordin. curiæ Brab.*

d. *Dolo.*) Iuxta formam *d. § quia verò, in authent de teſtibus, d. cap. in cauſis, & cap. vltra tertiam, de teſt.* & vbique *gloſſ. & doct.* Gail. *d. obſer. 91. ſub n. 5.* vbi hac ſeruata ſolennitate, ſi non decernatur, licitam eſſe appellationem, *iuxta ca. ſignificarunt, 36. de teſtibus*, Iac. Bellon in prax. part. 2 *de cauſ. crim. intentan. num. 100.* Sed & prorogationem quartæ dilationis concedi, quando cauſæ releuantes alleguntur, adiecta & renouata eadem ſolennitate, qua quarta fuit conceſſa, Mynſing. ex SC. declarando *centur. 1. obſer. 72.* poſt Caſtrenſ. alioſque, *in d. l vlt. & l. oratione, ff. de fer.* pulchrè Gaill. è praxi *d. dec. 91. numer. 16.* cum ſeq. vbi non debere iudicem eſſe facilem in hac prorogatione. Idque generaliter, vt in prorogatione interuenire debeat eadem ſolennitas, tradit Gabriel. *titul. de dilation. libr. 2. concluſ. 2. numer. 28.* Poſſe tamen ſolennitatem eiuſmodi partium conſenſu remitti, Gaill. *d. obſ. 91. num. 6.* poſt Felin. *in d. cap. in cauſis, num. 4.* alioſque.

e. *Productiones.*) Roman. appoſitiſſ. *conſil. 225. numer. 1. & conſil. 226. ſub numer. 6.* neque dilationem probatoriam concedi ei, qui in prima dilatione nullam fecit probationem, poſt Spec. *in titul. de probat. ſub num. 1.* Panorm. *conſil. 64. numer. 2. in fin. libr. 2.* alioſque Maſcard. declarando & limitando *de probat. concluſion. 516. numer. 1.* cum ſeqq. Dec. ex com. extendendo & limitando. *in d. c. 1. n.* (mihi) 52 cum ſeq. de probat *& in l ij. ſub n. 40. cum ſeq C. de edend.* Capyc. fiſci huiuſmodi priuilegium non debere in emptorem tranſire aſſerens, *dec. 127. ſub n. 3.* cum ſeq. VVurmſer. *tit 20. obſer. 1.* in addit, in princ. Gail. *lib. 1. obſ. 106. n. 11.* Menoch. *conſ 405. nu. 7.* limitando *n. 3*, vbi in fin. poſt Alc. *in l ij nu. 13. & in l iuſtum, nu 4 in fin. C. de edendo* alioſque, ſecus ſi cauſa criminalis ſit atque ita de pœna agatur ſiue ſit ſanguinis corporiſque afflictiua, ſiue pecuniaria: Alex *conſ. 132 ſub n. 5. lib 1.* Iaſ. declarando, *in d. l iii. n. 6.* & inibi Coſtal. ad fin. Buſ. *n. 2.* Clar. *lib. 5. ſen §. fin quaſt 27 n. 2.* Gail. *d. obſ 106. ſub nu. 11.* Soarez. in *recept. ſent. theſ lit. E. num. 23.* cum ſeq.

f. *Impedimentis.*) Quomodo impedimentum probetur per iuramentum vel teſtes, poſt Angel. & doct *in l. vlt. ff de fer.* Mynſing, remiſſiuè *centur.* 1. *obſer.* 71. ſub init, & latiùs diſtinguẽdo, ex SC *cent.* 3. *obſ.* 92. *præſertim num.* 3. poſt Guid. *dec.* 64. alioſque. Et quidem probari iuramento petentis ſecũdam vel tertiam dilationem, *per c. paſtoralis, de except.* poſt alios commemoratos *Gail d obſ.* 91. *nu.* 5. Boër. declarando *dec.* 294. *num.* 16. Sichard. declarãdo, *ad l.* 1. *nu* 13. *C de dilat.* Hartman. latè *d tit.* 12. *obſ.* 4. *verſ. a fin. verſ modò quæritur.* Maſcard. limitando pluribus modis de *probat. concluſ.* 884. vbi *n.* 17. poſt Menoch. *de arbitr. iud. lib* 2. *caſu* 128. *n.* 3. *cum ſeqq* aliosque limitat etiam, vt id totum, an iuramento ſcilicet impediti ſatis ſit impedimentum probari, relinquendum ſit arbitrio iudicis, qui inſpecta grauitate, vel exiguitate præiudicij, vel conſiderato loco, vt ſi in longinquo fuerit impedimẽtum; ſiue impeditæ perſonæ qualitate animaduerſa, ſit necne bonæ conditionis & famæ, arbitretur an iuramentum ſit necne ſufficiens probatio. Quãdo autem impedimentum eſt in iudice vel commiſſario, quò minus teſtium examinatio fiat, aut ad finẽ perducatur, tunc debere tempus dilationis ſuppleri nec dici nouam dilationem ſed prioris ſuppletionem, Mynſing *d. obſ.* 71. *in princ. & latiùs obſ.* 62. *cent.* 2. pulchrè Fab ex SC. *declarando, li.* 3. *C tit.* 11. *definit.* 2 tota. Idemq́ue ſi in parte aduerſa ſit impedimentum, Alexand. *conſ* 72 *num.* 1. *lib.* 3. Marant. *de ord. iud. part* 6. *tit. de dilat. num* 8. Gail. *d. obſ.* 91. *num* 8. Grauat copioſe ad prax. Veſtr. *libr.* 6. *cap. vlt. num.* 25. *vbi num.* 27. neque tempus conceſſum ad probandum currere, dum diſputatur & cognoſcitur, an articuli probatorii vel poſitiones probare volentis admitti debeant, Bald. *in l. quamdiu,* 68. per illum tex. *ff. de acquir. hered.* Alexand. *conſ.* 42. *num.* 12. *lib.* 3. Viu. ex SC. latiſſ. *dec* 286. *numer.* 1. cum ſeqq. Mynſing. *cent.* 2 *obſ.* 99. *num.* 1. *vbi num.* 2. poſt Bald. *in d. l vlt. ff de fer. & in l.* 1. *C. de iuram. calum* aliosque, idem in dilatione ad reſpondendum poſitionibus, vel dicendum de impertinentia: Alexãd. *d. conſ.* 72 *num.* 2. *lib.* 3. Vallar. Lucenſ. *dec.* 77. *verſus fin. verſ cum itaque,* limitando & declarando ex SC. Et generaliter idem obtinere, vbi tẽpus præfixum parti ad aliquid faciendum labitur culpa, per malitiam, & fruſtratorias dilationes partis, Mynſing. *d obſ.* 99. *num* 5. Grauat *d cap. vlt. nu.* 27. in fin Gail. *d obſ* 91 *num* 9. Sed neque tempus ad producendum currere pendente partium compromiſſo, Boër. *dec.* 294. *num.* 17. Hartman. *d. tit* 12. *obſ.* 4. *poſt princ. & nouiſſ. Peguer. è SC. limitando dec.* 160. *num.* 1. *& dec.* 180. *tota per tex. in clemẽt. quamdiu, de appell. & authent. ſi tamen, C. de temp. & repar. appell.*

g. *Imò & aliam.*) Alexand. poſt alios *in d. l. vlt. num* 23. *ff de fer.* Contrà tamen, quòd ſcilicet vltrà quartam nulla dilatio danda ſit, poſt Lapum *allegat.* 72. aliosque Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 72. *in fin.* Menoch. *conſ.* 357. *num* 31. ſenſitque Roman. *d. conſ.* 215. *poſt princ.* Gail. *d. obſ.* 91. *ſub num.* 17. & nouiſſ. poſt alios commemoratos, Triuiſ. *d. dec.* 37. *num.* 1 *in fin lib.* 1. Idq́ue apud nos ſeruatur, vt patet *d. art.* 452. *ord. curiæ Brab.* vbi poſt dilationem tertiam peremptoriam, ne quartam quidem dandam, niſi cum huiuſmodi ferè ſolennitate de qua hic ſuperius, *in annotat. ad verb. dolo, ac ſeq.*

h. *Fauorabilis.*) Voluit Afflict. *dec.* 124 *ſub num.* 2. Et probationum facultatem non anguſtari ſed ampliari, ne veritas occultetur, Gail. *d. obſ.* 91. *num* 7.

i. *Procurator iuramento*) Sic ibidem requiri non videretur ſpeciale mandatum, ſed generale ſufficere, ad impetrandamm dilationem quartam, vt in camera Imp. iudicatum in varijs cauſis refert. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 70. quandoque tamen contrarium obſeruatum atteſtatus; eamque poſteriorem opinionem, velut æquiorem ſuo tempore ſequutos DD. in iudicando: eò quod in omni iuramento requiratur ſpeciale mandatum, vt dicit Franc. *in cap. nullam, num.* 1. *de iuram. calum. lib.* 6. Quin & ad prorogationem quartæ dilationis, & quidem multò magis mandatum ad iurandum ſpeciale requiri Gail. *d. obſ.* 91. *num.* 19.

k. *Antequam expires*) Tex. *in l. ſed etſi manente,* 5. *ff. de precar. & in l. dies,* 4. vbi gloſſ. *verb protelare & doct. ff. de dam. infect.* Bald. *conſ.* 245. *verſus fin. verſ. ego verò lib.* 5. Marc. *dec.* 34. *ſub num.* 2. *libr.* 1. Alexand *conſ* 75 *num.* 6. *lib.* 2. Dec. *in cap. perſonas, num. (mihi)* 43. *de appell.* Boer. *dec.* 294. *num.* 2. *ſub n.* 7. & 8. cum ſeqq. Marant. *de ord. iud part.* 4. *diſtinct.* 12. *num.* 2. Tiraquell. latè declarando, *de retract. cõuent* §. 1. *gloſſ.* 7. *ſub num.* 24. cum ſeqq. Grauat. *ad prax. Veſtr. d. lib* 5. *cap.* 4 *ſub num.* 11. Gail latè *d. obſ.* 91. *ſub num.* 20. *cum ſeq.* Chartar. nouiſſ. *dec.* 51. *num.* 12. latiſſ. Gabr. extendendo & reſtringendo *tit. de dilat. lib* 2. *concluſ.* 1. *tota, cum concl. ſeq.*

l. *Prorogari.*) Abſque alia ſcilicet iuſta cauſa: licet etiam dari noua non poſſit, vt poſt Ang. Caſtr. & alios tradit Iaſ. *in l. vlt num* 42 *verſ.* 5. *notabiliter, ff. de fer.* Dec. *in cap perſonas, num. (mihi)* 44. *de appell.* Boer. *d. dec.* 394 *numer.* 7. *cum ſeqq.* Grauat. *ad Veſtr. d cap.* 4 *ſub numer.* 10. Contrarium tamen, vt cauſa requiratur, voluit poſt fulgoſ. Alex *in d l. vlt. num.* 13. Mynſing ex SC. *centur.* 1. *obſ.* 72. & 73. in fin.

m. *In vno effectu.*) Poſſe ſimul & ſemel dari diuerſos effectus, Marc. declarando *dec* 34. *n.* 1 *lib.* 1. *per l. nemo nunquam.* 72. *ff de iud.*

n. *Vbi alterius.*) Sic in magno concilio ſtatui ſimul & ſemel actori terminum, ad dandam petitionem infra octo dies, & infra alios octo reo, ad dicendum; & ſic de ſimilibus, Marc. *d. dec.* 34. *num.* 2.

vbi

Digitized by Google

vbi quando ſtatuuntur plures dilationes reſpectu diuerſarum perſonarum, ſecundum non incipere niſi à tempore primæ finitæ.

o. *Vtrique eandem.)* Si iudici ex cauſa videatur poſſe ſimul vtrique præfigere terminum ad producendas poſitiones, & ad probandum: licet regulariter primò debeant admitti poſitiones actoris & illis reſponderi, Alex. *in l. ſi non fuerit, num. 2 ff. de iureiur* poſt Spec. *in tit. de poſit. §. 4 quæritur, num.* 10. aliosque, vt & actorem data ad probandum dilatione, debere prius ſuos teſtes producere, deinde reum, poſt Spec. *tit. de teſt. § æqualiter autem, in princ.* Hartman. *tit. 13. obſer. 5. verſus fin.* neque reo præfigi poſſe terminum, antequam intentionem ſuam probet actor, Verall. *dec. 58 numer. 5. part. 3.* Sed communiter gratia dirimendarum litium obſeruari, vt tam actor, quàm reus ſuos offerant articulos, & ſimul infra eundem terminum ſuas probationes ſuper illis inducant, Hartman. *d. obſer. 5. ad fin* poſt Spec. *tit. de teſtam. §. talis, ſub num 20.*

CAPVT CXVII.

De Dilationibus ordinarijs poſt Sententiam.

SVMMAE.

Dilationum poſt ſententiam, alia eſt
1 *Iudicatoria, ſ. 4. menſium.*
2 *Executoria, aſſignanda vel à Iudice, vel ab Executore.*
3 *Appellatoria, ad conſultandum, an appellare conueniat.*
4 *Appellationis proſecutoria, ſcilicet, 3. menſium. Vnius anni. Duorum annorum.*
Reformatoria, ſ. vnius anni.

6 *Dilationes poſt ſententiam ſunt arbitrariæ.*

7 *Dilationum permittendarum cauſa, ſunt*
Locorum diſtantia.
Perſonarum qualitas.
Temporum qualitas.
Ratio cauſarum oblatarum.

1 DAntur etiam ſecundum iura, Dilationes poſt ſententiam pronunciatam, ſed ſoli condemnato, cui tunc permittitur vnica Dilatio (vulgò dicta) Dilatio iudicatoria, quæ eſt quatuor menſium, (a) ad hoc vt condemnatus ſententiæ latæ, actu & opere ſatisfaciat, eamque præſtet, & perficiat. *cap. Quærenti extra de offic. deleg. cap. Quod ad conſultationem, extra de ſentent. & re iudicat. leg. Eos & leg. Sancimus, C. de vſur. rei iudicat. leg. Si debitori. ff. de iudic.* Sed iſta in iure conceſſa Dilatio, non eſt in praxi multum vſurpata, (b) nec ordinariè, nec alio modo, niſi per ordinationem, conſenſum, & conſcientiam Iudicis iuxta cauſam oblatam,

2 Poſt ſententiam quoque datur Reo & alia Dilatio; quæ vocatur Dilatio executoria, quam ferre Reo permittit ipſe Oſtiarius, aut alius quiſpiam Executor, ad ſatisfaciendum ſententiæ, intra certum tempus ab ipſo Executore aſſignandum. Sed hæc Dilatio etiam ex arbitrio Iudicis, vel oſtiarij, vel executore potiſſimum dependet, qui ipſam ex cauſa ita permiſſuri erunt.

3 Poſt ſententiam item datur alia Dilatio, quæ vocatur appellatoria, quæ datur Reo ad deliberationẽ appellationis, hæc Dilatio eſt decem dierum, (c) *ca. Anteriorum, 2. qu. 6. ca. Cum dilectus, in fine extr. de elect cap. Significauerunt, ext. de teſtibus & le. Eos, in fine & Authentica ibi poſita, C. de appellat.*

4 Eſt & quarta Dilatio poſt ſententiam, & poſt Appellationem intentatam, quæ idcirco vocatur dilatio Appellationis proſecutoria, nempe ad Appellationem cœptam proſequendam, ea plerumque eſt iuxta ſtilum trium menſium, & ſecũdum iura vnius anni, vel ex cauſa duorum annorum.

5 Datur & alia Dilatio poſt ſententiam Reformatoria, quæ ad Sententiæ latæ Reformationem potiſſimum ſpectat, hæc iuxta ſtylum eſt vnius anni.

6 Sed hoc loco ſciendum eſt, quod omnes Dilationes, quæ aut iuxta ſtylum, aut iuxta ſtatuta ordina-

Digitized by Google

ria, aut ſecundum iura, poſt Sententiam permittuntur, ſint arbitrariæ, quas tamen Iudex expreſſe denegare non poteſt, ſed tantum moderari, & ex cauſa prorogare, vt volet, iuxta
7 occaſiones oblatas, & cognitas, ſcilicet, propter locorum diſtantiam, perſonarum qualitatem, temporum affectiones, & cæterarum cauſarum naturam (d) ita ſuadentem, *cap. Si Epiſcopus 3. qu. 2 cap. Cum ſit Romana, extr. de appellat. & l. Nunquam, ff. de iudic.* Quod ſi ad has Dilationes indebito vtatur moderamine, ab eo appellari licet, quod ipſius ſit officium omnes Dilationes (quas & quando poteſt) breuiare, amputare, (e) & abrumpere. Ita d. Speculat. *libr. 2 particul. 1. Rubrica de dilationibus.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CXVII.

a. QVatuor menſium.) Com. hanc eſſe, poſt Felin limitando latè, in adducto, *cap. querenti, num 2.* aliosque, Soar. rec. ſent. theſ. *in lit. C nu. 170.* vbi tamen *in lit. T. num. 7.* poſt Boër. *dec. 45. num. 7. 9. & ſub num. 12.* tempus huiuſmodi in arbitrio iudicis poni, vt nimirum poſſit prorogare & arctare; Villal. *in com. opin. lit T. num. 17.* Viu. *com. opin. libr. 1. verb. iudex non poteſt, num. 17.* Gail. de pac. publ. *libr. 2, cap. 4. num. 23 per tex. in l. ij.* vbi poſt alios Iaſ. poſt princ. & *ſub num. 3. cum ſeqq.* Zaſ. quoque ſub init. *ff. de re iudicat.* qui limitant ex com. in delegato; vt & Villal. *in com. opin. lit. D. n. 30.* Soar. *recept. ſent. thes. in lit. D. nu. 44.* Non aliter tamen dilationem condemnato patrocinari, quam ſi cautelam competentem impleat, ideoque interim poſſe in carcerem conijci, niſi bonis cederet, Caſtrenſ. late poſt alios, in adducta *leg. ſi debitori 21. per illum textu. numer. 8.* cum ſeqq. *de iud.* ibidemque Coſtal. ſub init. qui idem obſeruari in his qui obtinent à principe literas quinquennales, vel alia reſcripta moratoria ſolutionum, tradunt, per *leg. vniuerſa 4. de prec. imp. offer.* Guid. *deciſ. 109. numer. 2.* Boër. *ex com. deciſ. 296. ſub num 1.* cum ſeqq. Marc. *dec. 311. numer. 2. lib. 2.* in nouis, licet Rebuff. in proœm. *conſt. tut. regu. gloſſ. 5. nu. 42.* aſſerat *dict. leg. vniuerſa* non ſeruari in regno Franciæ qua de re nos ſuo loco latius.

b. *Vſurpata.*) Sic coarctata eſſe tempora legibus imperialibus ad iudicatum ſoluendum conceſſa, ſuffectamque in eorum locum dierum duntaxat octo dilationem; quæ à die latæ etiam ſententiæ cedat, docet Imbert inſtitut. forenſ. Gall. *lib. 1. cap 62. ſub init.* Sed & de conſuetudine, & com. ſtylo curiarum Franciæ mobilia, intra triduum, parti condemnatæ ad vendendum per ſeruientem præfixum, ſolere in incantu publico venundari, Boër. *dict. dec. 45. numer. 3.* In camera vero Imp. conſueuiſſe tempus huiuſmodi iudicati eſſe ſex ſeptimanarum & trium dierum, teſtatur Gail. *dict. lib. 2. pac. publ. ca. 17. ſub num. 13.* Apud nos autem *articu. 641. ordin. curia Brab.* indulgentur condemnato, poſt ſententiam ſenatus ei inſinuatam, dies duodecim, dummodo liquida ſit ſententia quum alioqui, vt habet regula iuris ciuilis, non poteſt videri improbus qui ignorat quantum ſoluere debeat: adeo vt, poſt lapſum huiuſmodi duodecim dierum, non cenſeatur adempta condemnato exceptio illiquidi debiti ſiue ſententiæ, vt aliquoties obſeruatum ſcio. Quomodo tamen, facta prius ſummario iudicio liquidatione, fiat hæc executio, tradit late Couarr. *var. reſol. lib. 2. cap. 11. ſub init.* aliique relati ad *loc. com. par.* Damhoud. *tit. inſtrumentum. ad verb paria. verſ fin.* quibus addo nunc Teſſaur. *dec. 26. num. 5.* Amat. *dec. 29 n 38. cum ſeqq.*

c. *Decem dierum.*) Dicemus hac de re & ſeqq. in materia appellationis, infra *cap. 230. n. 6. & c. 237. num. 2. & 8.*

d. *Cauſarum naturam*) Cum interdum aliquorum locorum vicinitas minus exigat; aliquorum locorum diſtantia prolixius tempus expoſcat, vt habet text in *cap. cupientes 16. & eſt. gloſſ. in cap. vlt. in verb. competenti. de elect in 6.* latè Dec. *in adducto, cap. cum ſit Roman nu. (mihi) 10. cum ſeqq. & in cap. paſtoralis num. 3. & in fin. cum ſeqq. de except.* & poſt Contard. *in 4. not.* aliosque Blarer. *cap. 6. num. 110. ad leg. diffamari, Cod. de ingen. manumiſſ.* Et quod huiuſmodi tempus debeat eſſe congruum, Afflict. *deciſ. 124 num. 3.* dilationemque, in pluribus dilationum ſpeciebus, tam termini quàm loci reſpectu, arbitrariam eſſe, copioſè Aſin. *ad ſtatut. Florent. de mod. proced § 21, cap 1. numer 4. 8. & ſeq.* Sic cum iure ciuili definita ferè dilationum ſpatia eſſent, id iure canonico, aut moribus ſaltem, ita mutatum eſſe, vt hodie id omne ferè in ar-

Digitized by Google

in arbitrio iudicis ſit, aſſerit Buſi. *ad l. vltim. in fin ff de fer. & ad l.* & poſt edictum, 68. *num.* 8. *ff. de iud.*

c. *Amputare.*) Materiam dilationum coanguſtandam, *tex. in l.* 1. *in fin.* vbi Sichard. *ſub num.* 10. *Cod. de dilat.* Marc. *dec.* 36 *num.* 1. *in fin. libr.* 1. Gail. *libr* 1. *obſeru.* 91. *ſub num* 2. & 4. Verall. *dec.* 259. *num.* 5 *part.* 1. Sic optimum eſſe, ac valde rationabile, lites tolli, ac execrari, expenſiſque finem imponi, *arg. l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. petat. cum ſimil.* comprobat latè poſt alios commemoratos, Burſat. *conſ.* 406. *num.* 7. & nos alibi. Vaſq. illuſt. controuerſ. *libr.* 1. *cap.* 28. *num.* 16. qui voluit vtroque caſu, tranſgreſſorem legis ſiue publicæ, ſiue conuentionalis, pati teneri, ſi ab eo pœna exigatur; ſed neutro caſu, in conſcientia vel in foro contentioſo, teneri offerre vltrò; quia iuſtè potuit cogitare, quod princeps reſpub. vel pars, qui ſciunt & iacent vel diſſimulant, eam pœnam taciti condonaſſe & remiſiſſe videantur. idemque Couarr. in epitom. de ſponſal. & matrim. *part.* 2. *c.* 6. § 8 *num.* 11. Sic, licet foro poli ſiue conſcientiæ, pœna dupli, tripli, vel quadrupli non deberi dicatur, vt poſt Clar. *libr.* 5. *ſent.* §. *furtum, ſub num.* 16. alioſque Soarez. *recept. ſent theſ. in lit. F num.* 397. *cum ſeq & in lit. P. num.* 128. tamen, vt adſtruit inibi, *d. num.* 39. Soar. id à iure tum diuino, tum humano abhorret, & vtilitati, iuris parenti, maxime reluctatur. Dixi ad Damhoud, *in loc. com. par. titul. capere pro furari. ad fin.* Quodque indiſtinctè pœna, de iure pontificio, exigi poſſit, Innocent. *in c. ſuam ad verb. pœna,* 2. ibidemque Panorm. *nu* 6. *de pœn.* idemque Panor. *in c. dilecti ſub. n.* 14. *de arbitr.* Pariſ *conſ.* 34. *n.* 32. *lib.* 1. Decian. *d conſ.* 79. *n.* 2. *cum ſeq. lib.* 3. aliique relati à Gabr. tit. de maleficiis. *lib.* 7. *concluſ* 34 *num.* 2. cum ſeq. licet ibidem *nu* 5. 8. *& ſeqq* teneat ſuperiorem opinionem, quam magis com. dicit, vt pœnæ in foro conſcientiæ exigi non poſſint, quam limitat 5. *modis* Quam tamen rectius ſecundum ea quæ ex Vaſq. & aliis dicta prius ſunt, intelligit etiam Clar. *lib.* 5. *ſent.* §. *fin quæſt.* 8. *n.* 7. aſſerens poſt alios *com. opin.* & fere ab omnibus approbatam, quod delinquens neque accuſatus neque condemnatus, etiamſi ipſo iure per legē vel ſtatutū eius bona, per illud delictum, fiſco applicentur, non teneatur, in foro conſcientiæ, bona ſua fiſco deferre.

CAPVT CXVIIII.

De Dilationibus Extraordinariis.

SVMMAE.

1 *Dilatio extraordinaria eſt duplex* — *Simplex, quæ datur ſimpliciter.*
2 — *Peremptoria, quæ* — *Datur ſub certa pœna,*
3 *aut quæ Excludit vlteriorem Dilationem.*

4 *Si Pars moriatur* — *Dilatione peremptoria durante, renouatur tunc dilatio.*
5 — *Dilatione peremptoria expirata, ea Dilatio locum ſuum obtinet.*

Dilatio extraordinaria
6 *In vno caſu, tantum datur vna.*
7 *Secunda, requirit ab Impetrante iuramentum.*
8 *Tertia, & Quarta, requirunt probationes: non iuramentum.*
9 *Propter abſentiam Conſilij, vbi concedatur.*
10 *In Curijs feudorum cauſam aliquando reijcit aliò.*

11 *Dilatio* — *Omnis cum bona fide petenda eſt, quam iuramentum confirmat.*
12 — *De calumnia ſuſpecta, Iudicem vrget, vt Partem ad iuramentum compellat.*

Hoc

Digitized by Google

HOc loco ſciendum eſt, quod extraordinariæ Dilationes, ſiue Induciæ, ſunt bifariæ, ſcilicet, ſimplices & peremptoriæ.

1 Dilationes extraordinariæ, ſimplices ſunt, quas Iudex ſimpliciter, & ſine pœna concedit.

2 Dilationes extraordinariæ peremptoriæ ſunt, quas Iudex permittit, cum adiectione alicuius pœnæ, nempe ſub pœna detrudẽdi, aut repellendi, aut ſub pœna quod die elapſo, ipſe ius dicturus ſit ſuper illo quod in curia repertum erit, aut ſub id genus ſimilibus pœnis aliis.

3 In magno autem Mechlinienſi Concilio, Dilatio peremptoria etiam dicitur vltima Dilatio, ita vt poſt eam non ſit expectanda alia. Quoties enim ea Curia concedit parti vnam Dilationem extraordinariam peremptoriam, hoc intelligitur, quod ea Dilatio conceſſa ſit pro omnibus Dilationibus, ratione illius verbi (a) perẽptorium vel peremptoria, & quod poſt talem Dilationem elapſam, nihil reſtet, quã ius dicendum, & adminiſtranda iuſtitia.

4 Quando Dilatio extraordinaria peremptoria data ac conceſſa eſt, & ſi Pars interim moriatur, ea ſcilicet Dilatione pendente, tunc ordinatio, (vulgo) Appointamentum renouatur (b) & extenditur vſque ad alios dies peremptorios, dummodo Hæredes, aut alij proceſſus adpræhenſores id expoſcant.

5 Sed ſi Pars moriatur poſt Dilationis peremptoriæ expirationem, ordinatio, ſiue decretũ Iudicis, vel Appointamentum habet & ſortitur locum, cũ diſcretione tamen Iudicis.

6 Iure, aut conſuetudine ordinaria, Iudex in vno caſu, aut facto, tantum vnicam Dilationem extraordinariam concedere ſolet, & non plures: eamque etiam cum debita cognitione cauſæ. (c) Nam ſi ex aliis cauſis plures Dilationes elargiantur, eæ erunt extraordinariæ dicendæ.

Sed in Dilationibus concedendis, hoc notandũ eſt, quod ad ſecundam Dilationem, concedendam, Iudex ab impetrante Iuramentum requirit, & accipit in tertia, & quarta Dilatione, ob id verum hoc Iuramentum non requirit nec accipit, quod ſuper iure (quod iuranti competit) iuretur. 7

Sed in iis Dilationibus debet Pars ſua facta probare, quod ni fecerit, ab ea probatione, & conceſſa Dilatione, detruditur & repellitur. 8

In Concilio tamen Flandriæ, necnon in magno Concilio Mechlinienſi, atque etiam in aliis Flandriæ Curiis, vſus & praxis habet, vt Partes petant adhuc vnam extraordinariam Dilationem, propter Concilij abſentiam, (d) ſuſtinentes eam ipſis nequaquam poſſe ſemel in cauſa recuſari. Quæ quidẽ praxis profecta, nobisque relicta eſt ex Francia. 9

In Curiis vero feudorum. Prætores poſtponunt nonnunquam vnam cauſam. Et poſt vnam aut alteram Dilationem extraordinariam conceſſam, eam cauſam extra ipſorum iuriſdictionem reiiciunt, ſicut idipſum expedire, & res oblata expoſcere videbitur. 10

Hoc loco autem ſciendum eſt, quod omnes Dilationes peti cum bona fide (e) debeant. Iudex autẽ tunc bonam fidem in partibus præſumit, quando ambę Partes iurauerunt de calumnia, hoc eſt, quãdo iurarunt ſeſe bona fide, & non animo calumniandi egiſſe, & agere velle, & reſpondiſſe, & reſpõſuros eſſe. De quo iuramento ad calumniam hi verſus feruntur. 11

Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur.
Et ſi quæratur, quod nil niſi vera fatetur.
Quod nil promittet, quod falſa probare negabit.
Vt lis tardetur, Dilatio nulla petatur.

e. Primo, iuncta ibi gloſſ. in verb. Calumnia iuramentum, ext. de iur calumn.

12 Quod ſi à Partibus ita debite iuratum non fuerit Iuramento de Calumnia, aut ſi iudex dubitet, ne Pars Dilationem malicioſe, aut calumnioſe petat, nempe, aut ad proceſſum protrahendum, aut ad ſuã Partem moleſtandam, potiſſimum, quod calumniæ talis ſuſpitionem præbeat, per hoc quod rationes apparenter ad calumniam tendere alleget & concludat, poteſt tunc Iudex, imo ex officio debet, eã Partem (ſi modo tunc pręſens ad ſit) aut ipſius procuratorem talem Dilationem petentem compellere, iuxta Curiæ ſtylum ad iuramentum de calumnia nempe vt iuret, quod id quod petit, ſiue quod præſupponit, æquum, verum, & ſyncerum ſit, quodque in ea cauſa nil faciat, nihilque dicat, aut petat, quod calumniam aut malitiã ſpirare putet. Harum Dilationum materiam, ſi quis copioſius pernoſſe cupiat is legat D. Speculatorem, *lib. 2. particu. 1. Rubric. de dilationibus.*

AN-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXVIII.

a. R*ationε illius verbi*) Imò in dubio terminus datus per iudicem cenſetur peremptorius, poſt Panorm. & alios, *in cap. 1. de dilat.* Rebuff *conſtit. reg. tom 3. tract. de dilat. num. 4 in fin.* & poſt Bart. *in l. m incipiorum.* per illum *tex ff de opt legat.* & Salyc. *in l ſi ea, num 6 verſ. 1 caſu. C qui accuſare non poſſ* Blarer. latè declarando, *in repet. d. l. diffamari, cap. 6. numer. 122. & cap. 8. num. 5. & ſub num. 6.*

b. *Reuocatur.*) Sic mortuo principali poſt præſtitum iuramentum ſuper obtinenda quarta dilatione, eius hæredi non quintam, ſed nouam dari dilationem, in camera Imp. ſi examen intra tempus quartæ dilationis adhuc viuo principali abſolutum non fuerit; idque etiam abſque nouo iuramento; quia ſucceſſori nulla mora aut malitia extrahendi proceſſum imputari poſſit, Gaill. *libr. 1 1. obſeru. 91. ſub num 17. cum ſeq. poſt Doct. in l. oratione, 7. ff. de fer.* & Speculat *tit de teſtib. § qualiter autem, num. 9.* Eſtque *art. 453 ord curiæ Brab.* vt diximus ſuprà *cap. 115. ad verb. arreſtamenta.*

c. *Cauſa cognitione*) Boër. latè declarando, *dec. 294. num 5. ad fin. cum ſeq. & num. 10 cum ſeq.* Iterum *num 14. 15. 21. & ſeqq.* Rebuff ex SC declarando, *d tract. de dilatio. art. 12. gloſſ. vn ſub num. 5. & 6 & num. 9. cum ſeq.* Gail. *d. obſ. 91 ſub num. 4. & 6. cum ſeq.* Hartman. latiſſ. declarando, *tit 12 obſeru. 2. poſt princ. & obſ. 4. verſ. 2* dilatio non eſt vlt. poſt Iaſ. limitantem multis modis, *in l. vlt num 23. cum ſeqq ff. de fer.* Felin. & alios, *in cap vlt a tertian, de teſtib* (& voluit itidem Sichard declarando, *in l. 1. num. 17 & in l. ſiue pars, 3. num. 2. C. de dilat.*) omiſſionem cauſæ cognitionis in ſecunda dilatione facere eam nullam, ibidemque in *verſ. & in 2. poſt gloſſ.* & Bart. *in d. l. vlt.* maiorem cauſæ cognitionem requiri in ſecunda dilatione quam in prima, videlicet quòd petens doceat iuſta ſe cauſa impeditum in dilatione prima; Iaſ. poſt alios in *d l. vlt. num 49* Neque ſecundam niſi cauſa cognita dari, etiamſi iudex coarctauerit primam, Villal. *in com. opin lit. D. num 72.* poſt Rip. *ex com. in l 4. num. 32 ff. de re iud.* copioſè Kirchou. *in com opin. verb. dilatio 2.* non datur.

d. *Conſilij abſentiam.* De huiuſmodi dilatione Imbert. latius; *inſtitut Forenſ. lib. 1. cap. 17. poſt princ. verſ. porrò antequam.*

e. *Cum bona fide.*) Et hoc è quinque requiſitis, vt iuſtè petatur dilatio, ſecundum enumerat Boër. poſt alios commemoratos, *d. dec 294 num. 22.* vt qui petat non ſit in euidenti calumnia. Hartman. *d. tit. 12. obſ. 4. poſt princ. verſ. vnde dicit.*

CAPVT CXIX.

De Feriis, vulgo Vacantiis.

SVMMAE.

1 *Hominum actiones per quietem ſunt temperandæ.*
2 *Deus poſt 6. dierum operationem, cur requieuit, & Sabbatum inſtituit?*
3 *Feriæ vnde dictæ?*
4 *Ethnicorum Feriæ abrogatæ.*
5 *Chriſtianorum Feriæ cur inſtitutæ?*
6 *Feriarum Chriſtianarum abuſus.*
7 *Congratulationes ob læta diuinitus conceſſa, etiam Feriæ dicuntur.*
8 *Vacantiæ forenſes etiam Feriæ dicuntur.*
9 *Feriæ aliæ ſunt*
- *Solemnes, vel ſacræ*
  - *Generales.*
  - *Particulares.*
- *Repentinæ 1. partim ſacræ, partim prophanæ.*
- *Ruſticæ, quæ Vacantiæ dicuntur.*

10 *An feſtis diebus ſtudiis vacare liceat?*
11 *An tibicines feſta non violent?*
12 *Feriæ repentinæ quæ dicantur?*
13 *Feriæ repentinæ, à ſolo mandantur Principe.*

14 *Feriæ repentinæ, quando* { *Sacræ.* / *Prophanæ.*

15 *Feriæ ruſticæ non ſunt ſacræ nec Eccleſiaſticæ, ſed à iure dicendo Vacantiæ.*

16 *De Ferijs ruſticis Iuſtiniani ſententia aurea.*

17 *Inuectio in Parochos, nolentes tempore meſſis, leuinſculas Ferias violari.*

18 *Ferijs* { *Sacris*
19 *Repentinis* } *nemini renunciare licet.*
20 *Ruſticis, renunciare licet.*

21 *Vacantiæ ſeruiunt* { *Agricolis.* / *Conſiliarijs.* / *Iudicibus.* / *Militibus.* / *Lectoribus.* / *Studioſis.* / *Multis alijs.*

22 *Vacantiæ in* { *Parlamento Mechlinienſi.*
23 *Concilio Flandriæ.*
24 *Parlamento Pariſienſi.*

25 *Vacantiarum tempore, quibus in cauſis ius dicendum requiritur.*

1 HOc à natura comparatum eſſe videmus, vt in rebus humanis nihil ſit ſtabile, nil diuturnũ nilque perpetuum, ſed omnium rerum alternæ cõſpiciantur viciſſitudines. Sic quoque in rebus noſtris agendis, aſſidua actio fatiſcit, & eneruatur, niſi ſubinde alterna requie temperata mitigetur & & erigatur Quia (vt Ouidius.)

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Quin & Deus in creatione mundi vbi 6. diebus
2 hanc pulcherrimam mundi fabricam abſoluiſſet, die ſeptimo requieuit (*a*) ad omni opere, quem ideo Sabbatum id eſt, requiem appellari voluit, quemq; poſtea nobis poſt 6. dierum labores, ad corporis, mentiſque quietem inſtituit, & ideo nobis eundẽ etiam ſacrum, & ſanctificandum eſſe voluit.

3 Primo ſcilicet, vt eo die contemplationibus, & diuinæ beneficentiæ laudibus, deinde erga proximum munificentię fraternæ, & charitatis operibus vacaremus. Hunc diem, & ſimiles ab Eccleſia inſtitutos, priſca ætas illa Ferias appellauit. Quod nomen ab Ethnicis aut Iudaicis ceremonijs profectum, & relictum puto, & dictum à feriendis, id eſt mactandis victimis: quæ olim diebus feſtis offerebantur, (*b*) quibusque nullum ius dicebatur, ſed tãtùm ſacris ceremonijs operam nauabant.

Verùm illæ gẽtium, paganorumque Feriæ, nem-
4 pe Saturnalia, (*c*) Bacchanalia, Vulcanalia, Cerealia &c. iam olim religio Chriſtiana digniſſimè abrogauit, & in eorundem locum ſanctiſſimè ſubſtituit diem Dominicum, loco Sabbati Iudaici, & poſteà Ferias diuorum, ſcilicet, Virginis & Matris Domini, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Vir-
5 ginum, † vt his Ferijs, populus non inerti vacaret ocio, ſed potius ſeſe religioni, & verę pietatis operibus impenderet, ſacris concionibus, & diuinis rebus auſcultaret, & ſi quid fupereſſe temporis, id contemplationibus, viſitandis ægris, ſuccurendis miſeris, conſolandis afflictis, & iuuando proximo impenderet. Id enim verè eſſet ſanctificare Sabbatum & celebrare Sanctorum Natales. ſ. feriari. ſ. à. negotioſis moleſtijs, & ſe diuinis tradere.

Non autem (vt vulgus) nunc ferè ſuas agit Ferias 6
quorum alij, qui ſaniores habentur, vix vnam aut alteram horulam, vijs diebus diuinis Miſſæ audiẽdæ, aut ſacris concionibus tribuũt, reliquum tempus ocijs, ineptijs, ſpectaculis, aut laſciuis fabulis perdunt. Honeſta tamen exercitia, quæ cum pietate ſunt coniuncta, vel quæ mali vitandi cauſa, aut animorum relaxationis gratia aſſumuntur, non dãno. Alij vix templũ adeunt, & ſi contingat eos, intereſſe concionibus aut liturgijs Eccleſiaſticis, certè illis intereſſe vidẽtur, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. quod nauſeabundi omnia audiant, omnia videant, & perpauca intelligant. Sic ex templis receditur, reditur domum, aut ad œnopolium (ne peiora dicam) ex compotationibus cõſequitur ebrietas, omnium malorum lerna fœdiſſima, vtpote ex qua tot ſtupra, tot adulteria, tot cædes, tot rixæ, tot contentiones, tot blaſphemiæ, tot detractiones, totque odia & inimicitiæ pullulant, vt huiuſmodi malè feriatis hominibus, tales Feriæ exitio pòtius, quàm ſaluti eſſe videantur, & ijs præſtaret omninò non feriari, aut certè feriari à malis, & interim conſuetis, licitisq; laboribus citra ſcandalum, citraque Eccleſiæ contemptum inſiſtere, & procaces voluptatum, ac maleficiorum ſtimulos, duris laboribus, & corporum exercitijs ſupplantando compeſcere.

Sed de his plus ſatis obiter, ne ſutor vltra crepidam. 7

Ad

8 Ad iſtarum Feriarum ſimilitudinem, aliquando etiam priuatę & certæ inſtituuntur Ferię à Principe(d). Atque ſimiles etiam in foro iudiciali Feriæ receptæ ſunt, dictæq; ue Ferię (vulgò Vacātia) quod Magiſtratus iis diebus à negociationibus, litibus, & à iure dicendo feriari, & vacare ſoleat niſi ſumma, & pernecceſſaria maioris pietatis (e) ratio iuſtitiæ adminiſtrationem expoſceret.

9 Pro his itaque ſciēdum eſt, triplices (f) eſſe Ferias, ſcilicet, ſolemnes, repentinas, & ruſticas Feriæ ſolemnes ſunt ſacræ, & quæ ſolemni ritu ab Eccleſia celebrandæ, ſunt inſtitutæ, *c. Vnico. de religi. & venera. ſancto, lib. 6. l. Omnes, & l. Finali. C. de feriis de quibus hactenus locuti ſumus, quibus partibus renunciare non licet c. Finali ext. de feriis.* Et in his Feriis non valet citatio (g) facta à Iudice, nec proceſſus (h) Iudicis in iudicio factus, nec ſententiæ latæ (i). Harū feriarū aliæ ſunt generales, ſcilicet, quas vniuerſalis Eccleſia per totum Chriſtianitatis orbem celebrandas inſtituit, quæ ſunt: Omnes dies Dominici, Feſtum Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Natiuitatis Chriſti, Epiphaniæ, Et quorundam Diuorum, de quibus videre licet volumen Conciliorum *& diſtinct. 3. per totum, l. Omnes dies, C. eodem titulo. de feriis.* Aliæ ſacræ Feriæ ſunt particulares, nempe quorundam Diuorum, quas ſingulæ regiones peculiariter inſtituerunt, quas ſingulæ penè ciuitates cōſecrandas aſſumpſerunt ad gloriam Dei, & peculiaris cuiuſdam Diui, veluti patroni tutelaris, de quibus non eſt certa & vniuerſalis conſtitutio.

10 Sed ſunt qui hoc loco quæſtionem mouent, an prædictis Feriis, licitum ſit ſtudioſis, & ſcholaſticis operam dare ſuis ſtudiis, quod tunc omnibus indictæ ſint Feriæ, quas citra neceſſitatem nulli violare fas eſt. Sed pro hac quæſtione (quod friuola videatur, quodque nil, aut parum ad forenſia conducat) lectorem remitto ad D. Abbat. Panormita. *c. Primo extra eod. titu. de feriis in verbo, Et hæc faciunt.* Interim tamen (vt hic meam ſententiam pronunciē) cenſeo Doctores, & ſcholaſticos his Feriis, poſſe ſuis ſtudiis incumbere, (k) quæ ad publicam vtilitatem concernunt, potiſſimum ſi eorum cauſa diuina iis Feriis non omittant, neque ea ſtudia lucri, vel auaritiæ cauſa captent. Suffragantur mihi Gl. Ang. & Raph. Fulgo. *in l. Omnes iudices,* & ibi ferè per omnes, *C. de feriis & per Angel. & Alexan. in l. Fen. ff eod. titu de feriis,* & videte Azo. in ſumma, de feriis, & Ray. *in proœm. digeſtorum.*

11 Sed quia hic locutus ſum de lucri cauſa, commode occurrit alia dignior mouenda quæſtio, ſcilicet, An Ferias non violent tibicines, fidicines, citharædi, & ſimiles ludiones, qui plerumque feſtis diebus ſuum actum agunt, tum in templis, tum in foris, tū in nuptiis, ædibus, & quibuſuis compitis, non religionis ergo, ſed ſolius lucri, & aliorum, laſciuiæ fouendæ cauſa. Item, an Feſta non violent, qui lucri cauſa diebus feſtis theatra hyſtrica, haſtiludia, & ſimilia conficiunt. Sed harum, & ſimilium quæſtionum ſolutionem cordatis cōmēdo lectoribus, quod nihil ad eiuſdem praxim conducere videatur.

Feriæ repentinæ, ſunt Feriæ non inſtitutæ ab Eccleſia, ſed tantum per imperatorem, Regem, principem, aut ſuperiorem, propter aliquod repentinū negociū, vel propter communem aliquam lætitiā: Veluti ſi propter Imperatori, Regi, vel Principi natum filium, ob diem natalis ſui, aut ob vxorem (l) ductam, Vel ob rem (m) à Principe bene geſtā, aut ob partam victoriam contra hoſtes, aut propter Regis coronationem aliquod feſtum indiceretur. 12

Solus Princeps (n) enim tantum huiuſmodi generales Ferias & repentinas inſtituere poteſt, deinque ſi per inferiores à Principe inſtituerentur, ex nequaquam nomē Feriarum, nec etiam ipſarum effectum habere mererentur. *l. A nullo iudice,* & ibi Bald & Paul. de caſt. *C. de feriis, & l. Sed & ſi. §. Si feriæ, ff ex quibus cau. maio in integ. reſti.* 13

Huiuſmodi Feriæ quatenus ad laudandum Deū ob tam læta conceſſa inſtituuntur, ſacræ dicuntur, quatenus ad communem lætitiam explendam, & ad omnium cōgratulationem, externis ſignis, & variis apparatibus permulcendam ſpectant, prophanæ dicuntur. Dicuntur autem repentinæ, quia incerta ſunt, & repentè vel ſubito inducuntur. Et his etiam in negotiis forenſibus renunciare non licet (o) *l. Si feriatis, ff. de arbit. l. quos prohibet prætor. ff. de poſtul. l. Semper. §. conductores, ff de iure municip. l. omnes. prope fi. C. de feri.* 14

Feriæ autem ruſticæ ſunt non propriæ Feriæ Eccleſiaſticæ, aut iis ſimiles, ſed tantùm ceſſationes à iure dicendo, (p) dictæ (vulgò Vacantiæ) & ob favorem ruſticorum, vt potiſſimum conceſſæ, vt hi tantò liberius, & tutius frumento inuehendo (q) inuigilare poſſint. Huiuſmodi Feriæ, vel Vacantiæ, ſunt Vacantiæ vindemiarum, & meſſium, *vt l. Prime, ff de feriis, & l. Omnes iudices, §.* Ruri tamen *C. eod. titu* qui textus verè aureus ſic habet 15

Ruri tamen poſiti agrorū culturæ liberè licenterq; inſeruiāt, quoniam frequenter euenit, vt non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus commendentur, ne occaſione momenti pereat cōmoditas cæleſti prouiſione conceſſa. Abbas Panor. *in c. licet tam. extra de feriis n 6* qui ponit bonam ſimilitudinem de haleccis, & in fine addit rationem ibidem. Nā neceſſitas (quæ legibus caret) excipitur ab obſeruantia *c. Finali, extra de feriis,* quem videte. Poteſt hic moueri quæſtio, cuius meminit D. Pan. *in c. Cōſu ſtus extra, de feriis,* ſcilicet An Feriæ vindemiarū & meſſium habeant locum, & currant, ſi non colligatur vinum vel granum, *num. 24.* qui ibidem diſtinctione vtitur. 16

Ad hanc Panor. & ad prædicta prudētiſſimi Imperatoris verba, trāſmiſſos capio inſulſos, irreligiosè irreligioſos, nimiū que rigidos Parochos, qui tēpore meſſis quantūuis leuibus Feriis, non ferunt 17

ſuos

Digitized by Google

ſuos miſellos agricolas tritico inuehendo inſiſtere quantumuis ſerena tunc dies illuxerit, & metus ſit ne poſtero die pluuia frumentum in agro retineat, quum eam ob cauſam Imperator prudentiſſimus leges ſilere, iura ceſſare, & iuſtitiā intermitti voluerit. Sed eos tunc laborātes agricolas perēptoriè in ius vocandos curant. Si compareant exigunt enormia & indigna. Si non compareant; notantur contumacia, quam ſępè conſequitur excommunicatio. Nihilominus tamen, ſi res preſſius introſpiciatur, videbitur is minus feſtorum religionem violare, qui iis feſtis corporis ſui laſciuiam duris domat laboribus, feruidis eluit ſudoribus, & frugali victu, potuque extinguit aqueo, quam qui iiſdē feſtis corpore ad horulam ſe in templis oſtentat, vbi frigidè ſacra conſpicit, & nihil eorum quæ ibi agūtur, intelligit, ( ) interimque animo foris verſatur, tametſi corpore ſacris inter ſit, quibus mox, vel ad otium, vel ad ludos, vel ad cōpotationes (ne quid peioris commemorem) ſe totos eo die conſecrant, quæ tamen tales Parochi minus curant: Imò ſi ſui ruſticani iiſdem Feriis, globis, aleis, pilis, arcubuſq; lucri cauſa ludant, ſi pro foribus detractationibus vacent, ſi, vt apum examina, tabernas oppleant, ſi ſtrenuè potitent, ſi vt beluæ clamitent, ibi vel cæci ſunt vel muti, imò cum illis libenter compotitant, & cum ipſis ad pocula, & ad meras ſcurrilitates aliquando aſſident. Hæc eſt, ſcilicet, talium paſtorum (bonos, & cordatos paſtores non taxo) irreligioſa ſanctitas. Non præcipitur vt feſtis diebus otiemur ſed vt Sabbatum ſanctificemus (*ſ*) *xod*. 20. Quocirca & in ſacris quoque conſpicimus hæc hominū iudicia prępoſtera, de quibus iuſtum volumen colligere poſſem, ſi id tantum fructus, quantum laboris & inuidiæ, mihi pariturum ſperarem. Sed ad Ferias ruſticas redeo, quæ etiam ipſorum iudicū cauſa conceduntur, nempe, vt & ipſi Conciliarij, aut iudices ruſticani, ſimul tēpus habeant, quo ſua priuata negotia curent. His itaque ferijs partes renūciare (*t*) poſſunt, quia in ipſorum fauorem potiſſimum introductæ ſunt, *c. Finali extra de feriis*

18 Ferijs autem ſolemnibus, & introductis ad gloriam & cultum Dei, & ſanctorum, nemo renunciare (*v*) *l. omnes iudices* cum ibi notatis *C. de feriis, & l. 1 ff. eod. de feriis & cap. Finali, extra eod. tit. de fer. cum ſimilibus.*

19 Si nec Feriis repentinis cuiquam renunciare licet: Cum enim iſtæ non ſint indictæ in fauorem Partium, ideo nec Partes eis renunciare poſſunt *l. omnes dies*, prope finem *C. de fer.* & tenet d. Specul. *eod. tit.* §. *finali*, poſt principium.

20 Feriis vero ruſticis ſeu publicis, bene (vt iā diximus) renunciari poteſt, idque non ſolum expreſſe, ſed etiam & tacitè *l. 1. & l. ſi feriatis. ff. de fer. & c. Fin in fine. & ibi Pan. n. 11. extra eod. tit.*

21 Dictæ enim Feriæ ruſticæ non ſolum ſunt pro ruſticis introductę, ſed etiam pro omnibus aliis generaliter. Item, etiam pro militibus (*x*) pro doctoribus, & ſimilibus, vt Pano. *in d. c. Conqueſtus, nu. 25 extra de feriis.*

Porrò in Parlamento Mechliniēſi pluribus vtūtur Ferijs (vulgo) vacantijs, quas ob cultus diuini religionem, & ob ſacri tēporis memoriā, celebrādam inſtituerunt; quales ſunt Feriæ à vigilia Palmarū, à prandio vſq; ad diem Lunæ poſt (Quaſi modo) Itē ferię à profeſto ſiue vigilia Pētecoſtes, à prādio vſque ad diē Lunæ poſt Sacramēti. Itē feriæ à profeſto ſiue à vigilia, à prādio natalis Chriſti, vſque ad diem Lunæ poſt Regum. Agūt præterea ferias ipſis Bachanalibus (quas carniſpriuium vocant) & ipſo die cinerum. Quin & feriando celebrant feſta quatuor Doctorum Eccleſiæ, ſcilicet, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, & Gregorij. Itē, omnes dies Dominicales, & Diuorum feſta in calendario deſignata Feriantur etiam in omnibus Vigilijs totius anni ſed tantùm à prandio (*z*) Feriantur etiam, & Vacantias faciunt ruſticas, meſſis futurę cauſa, à decimo quarto Iulij, vſque ad decimum quartum Auguſti. Et pro ſuis priuatis negotijs, ante feſtum Bauonis vel Remigij quatuor diebus, ad comparandas ſuas prouiſiones Hyemales. 22

In Flandriæ verò Concilis feriantur, habentque Vacantias omnibus Sabbatis, & omnibus profeſtis totius anni à prandio. Item, omnibus diebus Domicis & feſtis indifferenter. Item, à profeſto Palmarum à prandio, vſque ad diem Lunæ poſt (Quaſi modo) Item, à profeſto Pētecoſtes, vſque ad Sacramenti. Item, à natali Chriſti, vſque ad feſtum Epiphanię, Habent pręterea magnas illas ferias ruſticas à decimo quarto Iulij, vſque ad decimum quartum Auguſti (*a*). 23

In Parlamento Pariſienſi habent ipſi etiam mul- 14
tas ac longas (*b*) Ferias ſeu Vacantias, de quibus hic
nihil. † Quod diximus ſupra dictis Ferijs nullū ius 25
dici, id ordinariè intelligendum eſt. Nam ijs Ferijs ſiue vacantijs oportet nihilominus ſemper ius dicere, & facere, in omnibus cauſis quæ accelerationem requirunt, (*c*) veluti de bonis, aut de rebus in periculo (*d*) pereundi conſtitutis, in cauſis iniuriarum, & in homicidijs (*e*) Intra tempus talium feriarum factis. Item, in cauſis extraneorum Mercatorū volentium ſtatim recedere. (*f*) Item, in littorum, aut riparum aggerationibus, aut conſolidationibus, ne aut rumpantur, aut vt ruptę ilicò reſarciantur. Item in omnibus cauſis quæ certum & eundē præ ſe ferunt periculum, quod ilicò repulſionem optat. Præterea in cauſis perſonarum miſerabilium. Item, in cauſis, quæ ad pacem, & tranquilitatem publicam (*g*) pertinent. Item in quibus appellatio locum non habet. Et etiam in omnibus cauſis, in quibus proceditur ſimpliciter, de plano, & ſine figura, ſeu ſine vllo iudicij ſtrepitu (*h*) *l. Solet ff. de feriis.*

A N-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXIX.

a. REquieuit.) Teſſaur. dec. 39 ſub num. 4. Couarr. var. reſolut. lib. 4 cap. 19. ſub num. 6. dum rationem adducit quare ſabbatum fuerit in diem dominicum mutatum; de feſtorum origine latiſſ. diſſerens.

b. Offerebantur.) Teſſaur. d. dec. 39. ſub numer. 4. & numer. 11. vbi & alias adducit etymologias.

c. Saturnalia) De quibus & ſimilibus Teſſ. latè d. dec. 39. ſub nu. 4. Adde & Macrob. lib. 1 ſaturnal. præſertim c. 10. dum tractat quo die ſaturnalia celebrarentur.

d. A Principe.) Tex. eſt in l. à nullo, 4. vbi doct. C. de fer. Quin & curiam parlamenti poſſe inducere ferias ſolennes, vt propter peſtem, calores æſtiuos, vel ſimilem cauſam rationabilem, Marc. latè ex SC dec. 519. præſertim num. 7. cum ſeqq. libr. 1. qua de etiam Papon. lib. 7. tit. 10. arreſt. 4. reliqua inferius num. 13.

e. Pietatis.) In actis aut cauſis pijs procedi etiam diebus feriatis, Bald. in cap. vlt. in fin de fer. Caſtrenſ. in l. 1. §. vlt ff. de fer. Marant. de ord. iud. pa t 6. art. 10. nu. 33. Tiraquell. piæ cauſæ priuileg 156. in princ. Buſi. è praxi declarando, in d. l 1 num 10. & 11 ff. de fer. Et hac ratione quia cauſa dotis dicatur pietatem continere vt in l cum is, § ſi mulier alias eſt § ſi in ea de con lict. indeb. voluit Socin. ſen. poſt aliosquoſdam, in l 1. num. 32. cum ſeqq ff. ſolut. matr. & alij relati à Tir. d. priuileg 156. ſub init eam itidem tempore feriato poſſe agitari Cæterum hac in re inſpiciendum, an dos petatur vt ex ea poſſint alimenta præſtari, quòd aliunde non ſuppetant; & tunc etiam diebus feriatis expediri poſſe; alioqui ſecus, aſtruit confutatis aliorum argumētis latè Faciun. controuerſ. iur lib. 10. cap. 36 eumque ſecutus Buſi. in d l. 1. nu. 12 cum ſeq. ff. de fer & fuit diſtinctio Alex in d l. 1 nu. 11 cum ſeqq. ff. ſol matr. quæ eo procliuius recipienda eſt, quod cum legatum dotis & alimentorum æquiparentur; eadem diſtinctio quæ in alimentis & in dote procedat: vt tum demum legatum ſit pium, ſi relictum ſit pauperi: non etiam diuiti, vt docuimus copiosè in annot. ad Damhoud tit des pia cauſa ad v. rb. æquiparantur, ad fin & tit. alim en a. v: & nouiſſ. VVameſ. conſ 76. ſub num. 3. verſ cum alioqui diſertè reſpōdit in exactione alimentorum huiuſmodi priuilegium nullum eſſe, niſi alimenta inopi ſeu pauperi, & propter inopiam ſeu paupertatem ſint promiſſa aut legata, &c. Et proinde etiam dos, niſi pauperi promiſſa aut debita diebus feriatis exigi & tractari non poterit.

f. Triplices.) Marc. dec. 519. num. 4 cum ſeq. lib. 1. Sichard in l. ſi vt proponis, 4 num. 3. & ſub numer. 4. C. quom. & quand iud Fab. C lib 3 tit. 11. defin. 2. num. 6. Peguer declarando dec. 53. in princ. Plura inſuper feriarū genera refert Teſſaur. d. dec. 39. præſertim n. 8 & ſeqq.

g Citatio) Factam die feriata pro alia die iuridica, valere citationem, Guid declarando, dec. 26. ſub num. 1. poſt Bart. in l. 1 §. nu. nciatio, numer. 30. ff de oper. noui nunc ſecus ſi fiat tempore feriato, in diē perinde feriatum VVameſ. d conſ 76. in princ & fin. Gail. ex communiori lib 1. ob. 53 num 5. cum ſeqq. latiſſ. Tiraq de conſuetudine d. retract. proxim. ad fin n. 76. cum ſeqq. alijque relati ſuperius cap 60. ad verb nullius, vbi latius.

h, Proceſſus Marant. de ord n. iudic par. 4 diſtinct. 16. num. 57. Rebuff. tom. 1. conſt. reg. tract. de ſent. proui. in præfat ſub num. 33. Gail. lib. 1. obſ. 53. nu. 8. Interpellationem tamen, proteſtationem, & quemuis alium actum extra iudicialem fieri poſſe diebus feriatis etiam Deo dicatis, Alex. conſ. 78. ſub num. 18. lib. 5. Felin latè limitando, in cap. cum M. Ferrar. num. 55. cum ſeq. de conſtit. Alciat. in l. deteſtatio, 40. ſub num. 65. de verb. ſignific. Tiraq. d. tract. de retract. proxim. ad fin. num 78 Idem in actibus cauſæ cognitionem non requirentibus, poſt Guid. dec. 215. ſub num. 1. aliosque Menoch. libr. 1. de arbitrar. iudic quæſt. 30 num 14. cum ſeqq. Fab. ex SC, declarando lib. 3 C. tit 12 defin. 5 numer. 2. Peguet dec 53. nu. 12. vbi tamen ſub n. 4 videantur ea quæ deſumpſit à Menoch d. quæſt. 30. numer. 4 cum ſeqq. Idemque in actibus voluntariæ iuriſdictionis Marant. de ord. iud. part. 6. actu 10 num. 31 & part 4. diſtinct 16. num 61 Buſi è praxi, d l 1 num. 9. & 11. ff de fer. Peguer, d dec. 53 numer. 12. Euerard in l. c. com de tempor ad loc po. princ. ibidemque verſus fin. idem in contractibus, licet peccent contrahentes; Coſtal ad d. l. 1. poſt princ ff de fer. Sic oblationem quæ fit iudici tempore feriato fieri poſſe, non etiam quæ fit parti. Aſin ad d ſtatut. Florent. de mod. proced. part. 1. §. 5. cap. 3. num 3.

i. Sententia) Ipſo iure nullas eſſe, text. eſt in l ſi vt pro-

vt proponis 4. vbi Bald *num.* 1. Salic *in princ.* & Sichard. *nu.* 1. 2. & 8. *C. quomod. & quand iud.* Coſtal. ſub init. & Buſ *num.* 1. *in d. l.* 1 *ff. de fer.* Gail *d. obſ.* 54 *ſub num.* 5 Fab. *d. lib. C. tit.* 11 *definit.* 1 *num.* 1. & *ſeq.* vbi tamen ex SC. tranſire quidem in iudicatum ſi non appelletur, poſtquam ex ſtylo ſenatus ſui (vt & noſtri) ab ijs quoque ſententijs quæ ipſo iure nō valent, neceſſaria ſit prouocatio. ſed ſi prouocetur irritas fieri, quantumuis rectè ac iuſtè latis ob vitium pronunciationis, vt in *l. qui teſtamento,* 37 *ff. de excuſ. tutor,* ibidemque *definit* 5. *num* 1 & *ſub num* 2. ex SC non ex eo ſolo ſententiam nullā eſſe, quod die feriato pronunciata ſit, ſi non in honorem Dei feriato, *per l. vlt. C. de fer* alij tamen qui ſuprà contrà ſentiunt, & duriuſculum ſibi videri addit inibi ipſemet Faber, quia iudicatum ex ſola pronunciatione totum conſtituatur, videaturque eo die iudicari quo ſit pronunciatio, per *l.* 1 *ff. de re iud.* Et certè difficillimum ſemper fuerit inter tēpus iudicati & pronunciati, internoſcere.

k. *Incumbere.*) Rebuff latiſſ. extendendo & reſtringendo, priuileg. 1. *de priuileg ſcholaſt.* alijque qui huiuſmodi tractatum poſt eum compilarunt.

l. *Natum.* Marc. *d. dec.* 519. *num.* 1. *ibi.* 1. Peguer. *d. dec.* 53. *ſub num.* 1. poſt gloſſ. in adducta *l. à nullo. C. de fer.*

m. *Vel ob rem.* Marc. *d. dec.* 519. *num* 2. Teſſaur. *d. dec.* 49. *num.* 6 & Peguer. ita exemplis latius illuſtrando; *d. dec.* 54 *ſub num.* 1. cum ſeq. & ſub *numer.* 3. Rebuff. *in l. pupillus eſt.* 259. § *munus. verſ* 1. *feriæ autem, ff. de verb. ſignific.* vbi illas ferias extraordinem prout res expoſtulat iudic. iuxta adductam *l. ſed etſi,* 16. §. *ſi feria, ff ex quibus cauſ. maior.* alias verò à iure conſtitutas, vt ſingulis indicerentur annis, tempore meſſium & vindemiarum, iuxta l. 1. & per totum ff. de fer. ex ordine iuris eſſe & ante eum declarat latè Caſtrenſ. *in l. præſides,* 4. *numer.* 2. *ff. de fer.*

n. *Solus princeps.*) Non etiam iudex, aut magiſtratus, Caſtr. in fin. Iaſ. *ſub num.* 1. Buſi. *num.* 5. *in d. l. præſides.* Teſſ. ob id Imperiales & imperatiuas vocari, addens, *d. dec.* 39. *ſub num.* 6. Peguer *d. dec.* 54. *ſub num.* 1. & 3. vbi poſt Specul. *in tit.* 3 *de fer* §. *vlt. in princ.* repentinas adæquari ferijs in honorem Dei introductis, cum ius publicum & diuinum pari paſſu ambulent: Vant. *de nullit. proceſſ. tit. de null. ex defect. iuriſd. num.* 124 *in fin.* Amat. *dec.* 85. *num.* 9. *cum ſeq.* & gaudere eodem priuilegio feriarum in honorem Dei, Marc. *d. dec.* 519. *n.* 2. *in fin.* & *n.* 5 *in fi.* vbi in vtriſque idem iuſobſeruari, & voluit Sich. *in d. l. ſi vt proponis, ſub num.* 4.

o. *Non licet.*) Alex. *conſ.* 26 *ſub num.* 8. *lib.* 2. Iaſ. declarando, *in d. l.* 1. *ſub num.* 4. *ff de fer.* & inibi Caſtrenſ. *in* § *ſed ſi prætor. num.* 2. Sichard. *in d. l. ſi vt propoſuis, ſub num,* 4. *C. quomod. & quand. iud.* Marc. *d. dec.* 519 *num.* 3. Gail. *ex com d. dec.* 53. *ſub num.* 16 Peguer. *d. dec.* 53 *ſub num.* 7. Ideoque nec iuriſdictionem exerceri, Vant. *d. tit. de nullit. ex defect. iuriſdiction n.* 136. Teſſ *d. dec.* 39. *num.* 7.

p. *Aut iure dicundo*) Iudicium illis etiam ferijs agitatum nullum eſſe, Vant. *d. tit. de nullit ex defect. iuriſd. num* 130. *ad fin* Marc. *d. dec.* 519 *num* 14. *in fin.* Peguer. *d. dec.* 53. *num* 13. *in nu.* Fab. *d. tit.* 11. *definit* 5. *ad fin* VVameſ. latè *conſ.* 76. *in princ.*

q. *Inchoando.*) Sicut tamen in meſſibus & vindemijs feriæ concedi ſolent, idem in ſeminibus ſerēdis receptum eſſe, ex gloſſ ij. *in verb. frugibus, in l.* 1. *C de agric. & cenſit. lib.* 11. tradit poſt Iaſ. *ſub nu.* 1. Coſtal. poſt princ. *verſ item ſicut. in* adducta *l.* 1 *ff. de fer.* Buſi *in l.* 4 *num.* 4 *eod. tit.*

r. *Intelliget.*) Vt proinde abeſſe videatur qui animo non adeſt, *l. corā,* vbi Alc *nu.* 2 *in fin ff. de verb. ſignificat.* Dixi cum Damhoud. *in loc. com par. aut ſimil. tit. abeſſe, ad fin*

ſ. *Sabbatum ſanctificemus*) Diem dominicum, ex iure diuino, eccleſiaſtici iuris determinatione accedente, iuxta *cap.* 1. *de fer.* ſic ſacrum eſſe, vt ab omni opere ſeruili omnes Chriſtianos vacare oporteat, & niſi ſic vacēt mortale peccatum incurrāt, cum ex præcepto decalogi ſit iſta obſeruatio, VVameſ. *conſ.* 75. *num* 1. *vbi num.* 2. non Iudaicè, & ad literam accipiendum eſſe hoc præceptum, ſed de eo duntaxat quod formaliter, materialiter, & finaliter ſeruile eſt, ordinatum ad propriū & proximū finē, ad bonum corporis temporale, ſeu ad lucrū hoc enim opus ſub præcepto prohibitiuo contineatur, ita vt multa, & propè infinita opera ſint quę ſub præcepto non cadant, ſed excuſationem mereantur: quam ſæpe etiam faciat modus ipſius operis; ſi modicum id ſit, & tam modicum vt non impediat vel ſpiritus libertatem, vel diuini cultus obſeruationem; ita vt operis quantitas omnino ſit cōſideranda; quæ ſi parua eſt, ad peccatum referenda non ſit, quia modica in conſiderationem non habeantur, ſecūdum Ang. de Clauaſio, in ſumm. Ang. *in verb. feria. num.* 9. & Fum. in ſua armil. *in verb. feſtum, num.* 19. alioſque, apud quos, quid feſtis diebus agere liceat, & apud Naufr. in manuali confeſ. *d.* 3. *præcepto decalogi, cap.* 13. & remiſſiuè Teſſ *d. dec.* 39. *in fin.* & apud nos in annot. ad Damhouder. *in loc com par. tit alimenta & piæ cauſa, ad fin.* Sed & caſus qui diebus feriatis expediri poſſunt, recenſet Gail *d. obſer* 53 *num.* 13. & quanquam vt plurimum hoc intelligant de ferijs ad vtilitatem hominum introductis, vt per Tiraq. & alios vbi ſuprà, & Buſ. copioſè *in d. l.* 1. *numer.* 4. *cum ſeqq ff. de fer.* ipſe tamen diſertè agit de ferijs etiam in honorem Dei, vt & Iaſ. *in l.* 1 *ſub numer.* 45. *ff. ſol matrim.* voluitque Amat. *d. dec.* 85. idem docens in ferijs repentinis, ſed hac de re latiùs infrà *numer.* 25.

t. *Renun-*

t. *Renunciare.*) Iaſ. latè declarando, *in d. l. 1 num.* 3. ibidemque Coſtal in princ. Buſi. declarando *numer. 3. ff. de fer.* & inibi *in d. §. ſed ſi prætor.* Caſtr. diſtinguendo & declarando, *numer* 1. & ſeqq. vt & Sichard. *in d. l. ſi vt proponis*, *numer.* 7 *&* 10. Gail. extendendo, *d. obſer. 53. ſub numer.* 16. Menoch. *libr. 1. de arbitr. iud. quæſtion.* 30. *ſub numer.* 11. Peguer *d. dec. 53. numer. 7. in fin.* poteritque in ijs ſine nullitatis periculo procedi de partium conſenſu. *per d. l. 1. & l. ſi feriatis, 6. vbi gloſſ. & doct. ff. de fer.* Alexand. extensè *conſil. 36. numer. 7. libr. 2.* Vant. *d. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. ſub numer.* 130. Teſſaur. *d. dec. 39. numer. 1. & 7 ad fin. vbi numer. 2. ex com & SC.* teſtibus tamen non nocere iſtam renunciationem, vt ferijs non obſtantibus poſſint ad depoſitionem compelli, per gloſſ. *verb. vel ortus, in fin in l. omnes, 7. C. de fer.* quam poſt alios ſequuntur Alexand. *numer.* 9. & Iaſ. *numer. 9. in d. l. 1. ff. de fer.* neque fidem faciunt teſtes ſi feriato die auditi ſunt, ſed iterum ſunt audiendi eius ſumptibus qui perperam eos audierat, niſi is pro quo auditi ſunt perperam, auditionem ſuo periculo fieri viſerit, Tab. ex SC *d. tit. 11. defin 2 numer. 1. cum ſeqq. vbi numer.* 2. ſtari tamen hoc caſu ſecundæ depoſitioni non primæ licet iuratæ, ibidemque *numer. 5. & ſeqq.* poſt Guid. Pap. *dec. 136. numer. 2. & dec. 216. numer.* 2. ſi conſenſerit aduerſarius auditioni in die feriato (non tamen in honorem Dei) valere teſtationem, ex notat. per gloſſ. & doct. *in cap. veniens, de teſtibus*, latè Iaſ. declarando & limitando, *in d. l. 1 numer. 16. & ſeqq. ff. de fer.* & voluit Alexand *conſil 113. numer. 2. in fin. cum ſeq. libr.* 2. vbi tum demum tacitè videri ferijs renunciatum ſi plures actus tempore feriato facti reperiantur, quando pars quò ad alios actus comparuit, nihil de ferijs excipiendo: ſecus ſi de nouo citata non comparuit, Roland. *conſil. 94. numer. 40. libr.* 2. Sed neque iudicibus talem renunciationem nocere, qui tempore feriato non teneantur tribunali aſſiſtere, Teſſau. ex SC. *d. dec. 39. ſub numer* 3.

v. *Nemo renunciare*) Panorm. *in cap. vltim. numer. 1. & 9. de fer.* Iaſ. *in d. l. 1. numer.* 4. ibidemque Coſtal. in princ. Marant. *de ord. iud. part. 4. diſtinct. 16. numer. 59. Marc. de* 410. *ſub numer. 1. & numer. 3. lib. 1.* Gail. *d. obſ 53. num. 16. lib. 1.* Menoch. *d. quæſt. 30 num.* 11. Teſſ. *d. dec. 39. num. 7.* Peguer. *ex com. d. dec. 53. num. 7.*

x. *Etiam pro militibus.*) Specul. *tit. de fer §. feriarum. numer.* 8. VVameſ. latè *d. conſil.* 76. poſt princ.

z. *A prandio.*) Eſſe etiam dies ſemiferiatos, vt dies rogationum, quibus de tantùm feriæ ſeruantur, tradit, poſt alios quoque Teſſ. *d. dec. 39. num.* 10.

a. *Auguſti.*) Ferias meſſium vbique in vſu eſſe, & in idem ferè tempus, hoc eſt geminis iſtis menſibus Iulio & Auguſto incidere, ſcribit VVameſ. *d. conſ. 76. verſus fin. verſ. & debet.* licet aliter ſentiat Buſi *in l. 4 numer. 1. cum ſeqq ff. de fer.* Et huiuſmodi, aliaſque ſimiles ob ſacri temporis memoriam celebrandam feriam, inſtituerunt, & apud nos, vt *artic. 669. ord. cur. Brab.* vt & Imp. *in l. 9. C. de fer.*

b. *Ac longas.*) Quas deſcribit Papon. *tit. 10. lib. 7. areſt.* 3. Scribit tamen poſt Specul. *tit. de fer. §. feriarum, ſub numer.* 10. Marc. *dec.* 410. *ſub numer. 3. cum ſeq. & d. dec. 519. numer. 6. lib.* 1. per hoc quod in curia principis ſemper ius reddatur (& procedi poteſt etiam die feriato vt voluit & Marant. *de ord. iud, part. 6. actu* 10. *numer.* 38. excuſari conſuetudinem curiæ regis Franciæ, qua tempore parlamentorum omni die ius redditur, vt venientes de longinquis partibus citius expediantur, ſequiturque nouiſſ. Grat. *dec. 5. num.* 17.

c. *Accelerationem requirunt.*) Quæ enumerantur *in d. l. 1. §. vlt.* (vbi poſt alios Iaſ.) *cum ij. ll. ſeqq ff. de fer.* Sichard. *in d. l. ſi vt proponis, numer.* 9. declarat latè Gail. *d. obſer. 53. numer. 13. & obſ. 101. ſub numer. 10. libr.* 1. Peguer. *d. dec. 53. numer.* 13 15. & ſeqq. latiſſ. Marant. *d. part. 6 tit. de citat numer. 121. & actu 10. numer. 19. & part. 4. diſtinction. 16. numer. 60. & 62.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 45. numer.* 22. Idemque cum quid ex diſpoſitione legis & ſimul facto alterius pendet, Alciat. *in d. l. deteſtato, numer.* 30. vt cum, inquit, emphyteuta inconſulto domino alienat, ſaluo domini conſenſu; volente enim domino, ex Iuſtiniani conſtitutione *in l. vlt C. de iur. emphyt* à iure ſuo cadat, nec proteſtatione huiuſmodi adiunetur, qua de re latiùs Decian. *conſil.* 460. *numer. 5. & ſub numer.* 13. Villal. *in c. m. opin. lit. P. numer. 359. cum ſeqq.* ſi tamen ſubiicit Alc. ea diſpoſitio legis in priuatum fauorem alicuius introducta ſit, eo volente valebit in vim pacti proteſtatio, per *l. ij. C. com vtriuſ. iud.* ibidemque mihi *ſub numer.* 33. Dec. *in d. cap. cum M. numer.* 79. Valaſc. *d. dec. 52. numer.* 18. Quapropter, ſubiungit Alc. patronus qui ſacram ædem conſtituit, ex epiſcopi auctoritate id facere poteſt vt inſtituendi ſacerdotis ius non ad epiſcopum ſed ad alium præſulem pertineat, *per cap. cum dilectus*, vbi notat. Panorm. *cum apoſt. ll. numer. 5. de conſuet. & latè hac de re* Dec. *in cap. cum venerabilis. numer. (mihi) 32. cum ſeq. de except & in conſil. 121. toto, vbi & apoſtill. ſub num.* 1.

d. *Periculo.*) Buſ. *in dict. leg. 1. num. 5.* cum ſeqq. Gratian. declarando *dict. dec. 5 num. 16.* Peguer *d. dec. 53 num. 11. & 16.* vbi cum periculum eſt in mora receditur à regulis iuris com. *leg. de pupillo §. ſi quis ei nos,* vbi Alex. *num. 1 ff. de n. u. oper* Gail. *dict. 1. obſeru. 53. ſub num. 13.* Peguer. *dict. obſ. 53. n. 11 in fin.*

e. *in honorem eiduſ.*) Buſ. declarando, *in d. l. 1. num. 6.* Et tempore feriato licitum eſſe homicidam alioſue delictorum reos capere, per *l. prouinciarum 9. C. de fer.* Couarr. *dict. lib. 2. cap. 20. num. 14 verſ.* nec Iaſ. Boër. *dec. 259 num. 8. ad fin.* vbi itidem feriata torturam pariter fieri poſſe, propter immanitatem criminis. Cæterum per eandem *l. prouinciarum, & leg. dies feſtos 10. cum d. l. quadrageſima 6. C. de fer.* generaliter concludit Peguer. *d. dec. 53. num. 3* tam in criminalibus quam ciuilibus negotiis, nullum actum, die feriato in honorem Dei, exerceri poſſe: limitando tamen *num. 8 & 22. ad fin.* in criminalibus quo ad inquirendum, & crimina inueſtigandum, denique innocentia reorum quærendum, vt innoxij liberētur, per *le. cuſtodias, ff. de public. iud.* vt id voluit & Marant. *d. part 6. actu 10 num. 40.* Peguer. in principatu Cathaloniæ in criminalibus iudices, in diebus feriatis in honorem Dei, & omni tempore procedere quo ad inquirendum proceſſumque informandum non verò quò ad proferendas ſententias, eaſque exequendas ibidemque *numer 9. & 20.* limitat quò ad publicos latrones, ſecundum *verb. text. in d. l. prouinciarum,* per quem notat ibidem gloſſ. quam ſequuntur Caſtr. & alij, vti & Marant. *d. part. 6. actu 10. num. 30.* quod publici latrones & inſidiatores, etiam diebus dominicis, & quibuſuis feſtiuis, poſſint ſubijci torturę & ſuſpendi. Item *nu. 10. limitat iuxta glo. & communiter Doct. in d. l. prouinciarum,* in quocunque reperto in flagrati crimine magno: declarando è praxi, & ſententia Clari *in §. fin. quæſtione 97. num. 6.* latius, & diſſoluendo ſimul antinomiam *d. l. cuſtodias & d. l. prouinciarum,* & late hac de re Boër. *d. dec. 259. num. 8.*

f. *Statim recedere.*) Sic probata fugæ ſuſpicione, debitorem capi poſſe diebus feriatis etiam in honorem Dei, Bart. Bald vterque *num. 1.* & alij. *per gloſſ. §. item, in d. l. dies feſtos. C. de fer.* Socin. *numer 16. verſ. & tamen d. e.* Iaſ. *ſub numer. 15. & alij in l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdict. omn. iud.* idemque Iaſ *in l. plerique, ſub numer. 26. ff. de in ius vocand. & extendendo, in l. vinum, numer. 3. verſ. 4. iſtud probo.* ibidemque Dec. *numer. 8 ff. ſi cert. petat.* Marant. *de ord. iud. d. part. 4. diſtinction. 16. numer. 68. & d. part. 6. tit. de act. edit. numer. 35.* Euerard. declarando, *in loc. leg. loc. à tempor. ad loc. ve. iu. ; n. verſ. hinc etiam eſt quod ſicut debitor.* Couarr. *d. libr. 2. var. reſol. cap. 20. ſub numer. 14.* Soar. in *recept. ſent. theſ. lit. F. numer. 180.* Bonacoſſ. *in com. opin. crimin.* verb. *fugitiuus poteſt.* Maſcard. *de prob. libr. 2. concluſ. 813. numer. 23.* cum ſeq. late Peck. *de iur. ſiſtend cap. 7. ſub n. 7.* Licet contrà Teſſ. *d dec. 39. ſub num. 7.*

g. *Publicam.*) In omni caſu in quo de publica vtilitate tractatur procedi die feriato, per *l. publicas, 5. C. de fer.* Amat. *dec. 26. numer. 8.* Buſi. declarando, *in d. l. 1. numer 11. ff. de fer.* Rebuff. de priuileg. ſcholaſt. *priuil. 4. ſub init.* limitando poſt doct. *in l. 1. ff ſolut. mat.* in ferijs in honorem Dei introductis; Peguer. declarando *d. dec. 53. n. 21.*

h. *Strepitu.*) Amat. *dec. 26. numer. 3. & 10.* VVameſ. *d. conſ 76. ad fin. verſ vltra quæ omnia.* Et procedi tempore feriarum, ob hominum neceſſitatem, non in honorem Dei inductarum, Marc. *d. dec. 519. ſub numer. 15. cum ſeq.* Tiraq. piæ cauſ. priuil. *156. verſ. & quamquam,* Menoch. *d. quæſtion. 30. præſertim. numer. 2* licet contrarium com. aſſerat Viu. *com. opin. libr. 2 opin. 271. verb ſtatutum diſponens vt per iudicem.*

CA-

CAPVT CXX.

De Defenſione & Litiſconteſtatione.

SVMMAE.

1 *Litiſconteſtatio quid ſit?*
2 *Litiſconteſtatio quid efficiat?*
3 *A lite conteſtanda Reus excipit* { *Declinatoriè.* / *Dilatoriè.* / *Peremptoriè.* }
4 *Exceptionum ordo ſeruandus eſt.*
5 *Qui ad Actoris petita reſpōdet, ab Exceptionibus excidit.*
6 *Aduocatus Rei bene fundati, ab omnibus Exceptionibus declinat.*
7 *Modus, & litiſconteſtandæ formula.*
8 *Aduocatus Rei obſeruare debet, an* { *Libelli concordent.* / *Libello inſint obſcura.* / *Libello inſint ambigua.* }
9 *In Lite conteſtanda officium iudicis.*
10 *Litiſconteſtandæ formula.*
11 *Ad Litiſconteſtationem requiritur* { *Animus conteſtandi,* & *Verba ad Litiſconteſtationem apta.* }
12
13 *Litiſconteſtandæ* {
Perſonæ quæ ſint, ſcilicet { *Perſona principalis.* / *Procurator.* / *Tutor.* / *Syndicus.* / *Patronus.* }
Perſonæ coram quibus { *Iudex ordinar* & *Arbiter.* }
14 *Tempus quando, eſt* { *Poſt exhibitum libellum,* & *Antequam iuretur de calumnia.* } }
15 *Super Exceptionibus dilatoriis, requiritur Iuramentum de Calumnia.*
16 *Litiſconteſtatio non eſt neceſſaria in breuibus litibus.*
17 *Litiſconteſtationis effectus ſunt, quod* {
Iudex non recuſatur.
Actio perſonalis perpetuatur.
Interrumpit præſcriptionem.
Exceptionem dilatoriam excludit.
Procuratoris mandatum reuocari non licet.
Procurator alium ſubſtituere poteſt.
Delegatus à non Principe, alteri cauſam committere poteſt.
Iuramentum & probationes recipiuntur.
Dolo via præcluditur, & partes Iudici ſubijciuntur. }

1 PRincipio hic ſciendum eſt, quod ſit Litiſconteſtatio? Eſt autem Litiſconteſtatio, principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad ſecura reſponſio (a) *cap. Vnico, extra de Litiſconteſtat. & cap. Dudum ſecundo, extra de elect. & l. Rem non nouam, §. Patroni, in verbo. propoſitam, & contradictionem obiectam, Cod. de iudic.*

Omnis enim Litiſconteſtatio hoc operatur, vt Iudici Partes ſubiiciantur, ſicuti infra monſtrabitur, & vt Partes coram Iudice affirment, ſe, alter in petendo, alter in defendendo, bonam & iuſtam fouere cauſam, eamque velle proſequi, aut ad victoriam, aut ad ſuccubitum. Vnde fit vt poſt Litem conteſtatam neutri Partium liceat à Lite recedere; Quodcirca ſuadendum eſt Reo, ſi cauſæ 2

ſuæ diffidat, ne altius in iudicium procedat, néve ad Litiſconteſtationem proueniat, ſed potius ab ea declinet, & à Litiſconteſtatione legitimas exceptiones petat, vt interim ſibi cautè conſulat, & cum Parte (ſi poteſt) tranſigat.

3 Reus enim priuſquam Litem conteſtetur, hoc eſt, priuſquam ad principale negotium, apud competentem Iudicem reſpondeat, poteſt proponere, allegare, & ſeſe iuuare tribus exceptionum generibus, videlicet per exceptionem declinatoriam, dilatoriam, & peremptoriam, ita vt has viciſſim, vnamque poſt alteram (b) expetat.

4 Sed debet is Reus ſecundum ſtilum eas proponere & petere, & harum vnamquamque etiam ſuo ordine, alioqui enim vnam exceptionem pro alia facilè admitteret, niſi eas cautè & prudéter proponeret, & peteret cum proteſtatione. Nam ſi primo proponeret dilatoriam, amitteret (c) declinatoriá: Si vero primò proponeret peremptoriam (d) amitteret vtramque, & declinatoriam, & dilatoriam.

5 Porrò ſi Reus nullam exceptionem proponeret, ſed ſtatim ad Actoris libellum, aut ad ipſius petitionem, vel confitendo, vel negando reſpondere præſumeret, eo caſu tunc litem conteſtaretur, atque omnes tres prædictas exceptionum ſpecies amitteret, adeo vt iis vti non poſſet, (e) niſi prius proteſtaretur de ſua reſponſione, vti iam diximus. Cæterùm, ſi Reo contingat prudens aduocatus, is nihil proponet, neque ſeſe iuuabit præſcriptis exceptionibus.

6 Sed ilicò accedet (f) ad Litiſconteſtationem, & reſpondebit ad principalem petitionem, potiſſimum quando certò videt, & cognoſcit ſuum magiſtrum ſiue clientem, cui inſeruit, bene in cauſa ſua fundatum (g) eſſe.

7 Modus (h) autem quo ad Litiſconteſtationem procedatur, hic eſſe ſolet: Vbi aduenerit tempus, quo ad principalem petitionem ſeu Libellum reſpondendum erit, Iudex conſtituit legi terminum, hoc eſt, Liti futuræ primum principium conſtituit. Quod ſemper ipſi faciendum eſt, quotieſcunque Partes coram ipſo ligaturæ comparent, ad id ob eum finem, vt ſciatur ſuper quo ſit procedendum.

8 Surgit igitur tunc Aduocatus, Cauſidicus, vel Procurator Actoris, & Libellum Actoris legit, cuius copiam prius Reo tradiderat, & eo lecto petit à Iudice, vt Reum reſpondere cogat. Sed hic Reo cautum & ſagacem eſſe conuenit, nempe vt diligenter inſpiciat, an ea libelli copia ſibi prius tradita, concordet cum Actoris originali: & vbi diligenter ſic copiam contulerit, & ipſam diſcrepare repererit, ſtatim ipſam corrigat, & ad originale reſtituat. Porrò ſi concordare comperiat, obſeruet nihilominus Aduocatus Rei, an contineat aliqua ambigua, vel obſcura. Et priuſquam reſpondeat, faciat ea obſcura & ambigua, expreſſius per Actorem declarari, *cap. Finali, extra, de libell. oblat.* His omnibus ita legitimè factis & expeditis, Actor dicit: *Domine Iudex requiro, & poſtulo, vt Reo iubeas Litem conteſtari ſuper libello meo exhibito* Tunc Iudex dicet, & quæret ab Actore: *Petis ſicut hic lectum eſt, & credis te iuſtè ita petere?*

Si Actor affirmatiuè reſpondat, tunc Iudex Reo præcipit, vt litē conteſtetur. Et ſimul interrogat (i) Reum, an credat (k) eſſe vera, quæ in Libello ab Actore narrata ſunt & petita. Ad quod tunc Reo reſpondendum (l) erit, vel affirmatiuè, vel negatiuè, ſicuti cauſa vel res expoſtulat: & tandem litem conteſtatur ſub his, vel ſimilibus (m) verbis: 9

Conteſtando hanc litem, non credo in libello conſcripta, ac narrata, eſſe vera: vel Nego me teneri ad ea, quæ in libello Actoris petuntur: vel dicat ſic, *Nego narrata, (n) vt narrata ſunt,* (vulgò prout iacent) *& dico petita, fieri & concedi non debere.* Et ſimul cum hoc ſic proteſtabitur, ſi velit: *Saluis omnibus iuribus, defenſionibus mihi competentibus, & præterea ſalvo beneficio reconuentionis.* 10

De his videte D. Speculatorem, *libr. 2. particula 1. de lit. conteſtat.* Sed hic notandum eſt, quod ad omnem Litiſconteſtationem, duo præcipua requirantur. Primò, animus (o) & voluntas Litemconteſtandi: quæ quidem voluntas, ex verbis ad Litemconteſtandam appoſitis, certò colligitur, nempe quod humanæ aures tales conteſtandi formulæ aſſuetæ, vt veram conteſtationem præſumãt, (p) vtpote quod verba expreſſa præſeferant, id quod foris ſonant. Et vt (dici ſolet.) Non verbis intentio, ſed intentioni verba ſubſeruiunt, *ca. Humanæ aures, 22. qu. 5.* Ob quod fit, vt ſi quis apertè proteſtetur, ſe dicere & reſpondere animo non conteſtandi Litem, & nihilominus poſtea (q) tamen vlterius, in reſponſione ſua procedat, vel in naratione facta, ob eam reſponſionem vel narrationem, non cenſetur (r) facta fuiſſe Litiſconteſtatio, quod eam expreſſis verbis negauerit, licet re ſecus oſtenderit, ipſius enim verba, non facta, Iudex æſtimat, *argum. l. Si mihi, §. interdum, & l. Si ita ſit aſſcriptum ff. de legat. 1.* Et certè Proteſtatio aliquid operari debet, *cap. Cum M. Ferrarienſis, & ibi gloſſ. in verbo Sine præiudicio, extra, de conſtitut.* De quibus videte latius Speculatorem *d. tit. de lit. conteſt.* Secundò requiruntur verba apta, (s) & appoſita, per quæ facilè intelligi vel præſumi poteſt Litiſconteſtatio, & iſta ſufficiunt, per *d. c. Humanæ aures, extra, de ſponſa. c. Tuæ.* 11

Perſonæ autē per quas fiat Litiſcōteſtatio, ſunt, principales perſonæ ſi ſint tales, quæ in iudicio ſiſti (t) poſſunt, ſcilicet, Procuratores legitimi principalium perſonarum, Tutores & Curatores, Syndici vel Actores, *l. Rem non nouam, §. Patroni, Cod. de iu-* 12

de iudic.l.Procuratoribus C.de proc, & *leg.Neque ff. eodem tit.de Procur.*

13 Perſonæ vero coram quibus fiat Litiſconteſtatio,ſunt Iudex ordinarius(*v*)*c.dudum* 2.ibi per petitionem in iure,id eſt,coram iudice, *extra de elect.* & *c.Vnico ibi in iure,* ibi per petitionem in iure extra, de lit.conteſt. Item, Iudex arbitrarius vel arbiter, *l.1.ff.de except.*

14 Tempus denique quando fieri debeat Litiſconteſtatio,eſt poſt exhibitum & porrectum (z) Libellum,& poſt inducias ac dilationes ad deliberãdum datas *c.Offeratur* 3.*q.*3. Et ideo autumat quidam, quod non valeat Litiſconteſtatio, niſi prius Libellus fuerit porrectus, vel per Partium cõſenſum remiſſus,quod intelligendum eſt,niſi contraria ſit conſuetudo. In multis enim locis, de more nullus Libellus (*a*) exhibetur, & tamen valet quod in iudiciis agitur,teſte D Speculatore,tit. præallegato. Item, tempus conteſtandæ Litis, eſt etiam antequam(*b*)iuretur de calumnia,vel de veritate dicenda, & priuſquam fiant poſitiones.

15 Super omnibus autem exceptionibus dilatoriis, iuramentum de Calumnia præſtari(*c*)debet. Tametſi negligenter omiſſa (*d*) fuerit Litis conteſtatio, nihilominus valebit proceſſus, *l. Iuſiurandum,* & *ad pecunias,* §. *Qui iuſiurandum.ff.de iureiurand.*& *c.Prudentiam,* §. *Sexta. in verbo ex confeſſio. extra de offic.deleg.* Ex quo loco ſatis colligitur,quod ſuper exceptione debet lis conteſtari (*e*) inter Partes, & iurari de calumnia. Videte gloſſ *in d verbo,ex conf.*

16 Hoc loco præterea notandum eſt, quod in breuibus (*f*) Litibus nulla fiat Litiſconteſtatio, vt patet per D.Speculatorem,titulo ſupra citato Sed hic quæri poteſt,quorſum (*g*) in iudiciis dicta adhibeatur Litiſconteſtatio,& quam efficaciã,quoſque effectus habeat.

Habet certe effectus permultos. Primo ſcilicet: 17
Quod poſt Litem conteſtatam, à Iudice declinari (*h*) non poteſt. Secundo, per eam omnis perſonalis actio perpetuatur, id eſt, facit vt ea actio vſque ad 40.annos extendatur, & poſtea tranſeat ad hæredes *l Sæpe, C.de præſcript.*30 *vel* 40.annorum. Sed hoc non eſt intelligendum de actione doli: Nã hæc non perpetuatur per Litiſconteſtationem, *l vltim. C.de dolo.* Tertio, interrumpit(*i*)quamlibet Præſcriptionẽ, *c.Poteſt* 26.*q.*3.. etiam ſi ipſa facta fuiſſet coram arbitro *l.Penul.C.de recept arbit.* Quarto poſt Litem quoque conteſtatam, nulla exceptio declinatoria obiici poteſt *c.Inter monaſterium, extra de ſentent.de re iudicat.* Quinto, poſt Litiſconteſtationem non poteſt reuocari mandatum Procuratoris,niſi certis & dignis in cauſis *l poſt litem,* & *l.Sequenti ff de procurat.* Sexto, poſt eam procurator & tutor tanquam Domini Litis, Procuratores illos ſuo loco ſubſtituere(*k*)poſſunt, *l.Neque C. eodem.* Septimo, poſt eam item delegatus ab alio, quam à principe, poteſt alteri cauſam committere *c.Cum Bartoldus,extra,de ſenten.* & *re iudic.* Octauo poſt litiſconteſtationem etiam iuratur, & probationes recipiuntur, quod ante Litiſconteſtationem regulariter fieri non ſolet, extra, vt Lite non conteſtata,per totum Nono,per eam deniq; multis malis via præcluditur & Reus Iudici ſubiicitur, & obligatur actori.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAP. CXX.

a R*Eſponſio*) Marian poſt alios aliter etiam definiendo, & explicando, *ad rubr. extra de litiſ.cont num.*1 Zoannet aliter itidem definiendo, rer.quotidian.*cap.*52.*num.*2 Marant *de ordi. iud.c. part.*6.*ind* 10 *membr.num* 2.Sichard. aliter quoque definiendo,diſcurrendo & explicando latiſſ. *ad rubric.C.de litiſcont num* 3.*cum ſeq.* Buſ.*ad l. vbi acceptum* 30 *ſub num.*3.*ff de iudic.* Viu, copioſe *dec.* 310.*num.* 2. Ætymologiam autem litis conteſtationis tradit Gail.*lib.*1.*obſ* 73.*num* 5. Alc *ad leg.de teſtatio* 40.*num.* 12.ibidemque Rebuff. *verſ.conteſtari eſt ff de verb.ſignific.* Aſin.ad ſtatutum Florent.*de mod.proced.*§.17. *c.*1.*n.*6.Coraſ. *in l,in emphytheuticariis.n.*28.*C,de iur emphyth.*

b. *Vnamque poſt alteram*) Bald.*num.*8.*cum ſeqq.* & Sichard.declarando *num.* 10 *in l. exceptionem C. de probat.*Felin.*in c.inter monaſterium.ſub n.* 5.*de re iud* late ferrar cum apoſtil.*in form. de declinat. iuriſdict. alic.iud.ad verb nec iuſſe.num.*1. Muſcatel. *prax.ciuil part.*2 *gloſſ verb.exceptiones,nu.* 14. *cum ſeqq.* Menoch declarando,*conſ.* 2.*nume.*40. & 148. Et in hanc ſententiam pulchre poſt Bal.in *l.vlt. Co. de iudic.*ſcribit Marſil. *ad l ſi quis ex quæſtio ſub nu.* 33 *ff.de qu.*quod licet ſit de neceſſitate iudiciorum quod ante omnia legitimentur tres perſonæ, iudici ſcilicet ,actoris & rei , vel eorum procuratorum, quia in iſtis conſiſtat figura,iudicij, vt in *l.quidam reſerunt.ff de iur Cod.*tamẽ iſtorum trium prius debeat interuenire legitimatio perſonæ iudicis, quam perſonarum litigantium : ideoque rectum iudicij ordinem eſſe,quod prius opponatur contra iudicẽ quam contra litigantes, vt per eum latius.

Digitized by Google

14 Tempus denique quando fieri debeat Litiſconteſtatio, eſt poſt exhibitum & porrectum (*z*) Libellum, & poſt inducias ac dilationes ad deliberãdum datas *c. Offeratur* 3. *q.* 3. Et ideo autumat quidam, quod non valeat Litiſconteſtatio, niſi prius Libellus fuerit porrectus, vel per Partium cõſenſum remiſſus, quod intelligendum eſt, niſi contraria ſit conſuetudo. In multis enim locis, de more nullus Libellus (*a*) exhibetur, & tamen valet quod in iudiciis agitur, teſte D Speculatore, tit. præallegato. Item, tempus conteſtandæ Litis, eſt etiam antequam (*b*) iuretur de calumnia, vel de veritate dicenda, & priuſquam fiant poſitiones.

15 Super omnibus autem exceptionibus dilatoriis, iuramentum de Calumnia præſtari (*c*) debet. Tametſi negligenter omiſſa (*d*) fuerit Litis conteſtatio, nihilominus valebit proceſſus, *l. Iuſiurandum, & ad pecunias*, §. *Qui iuſiurandum. ff. de iureiurand. & c. Prudentiam*, §. *Sexta. in verbo ex conſeſſio. extra de offic. deleg.* Ex quo loco ſatis colligitur, quod ſuper exceptione debet lis conteſtari (*e*) inter Partes, & iurari de calumnia. Videte gloſſ *ind verbo. ex conf.*

16 Hoc loco præterea notandum eſt, quod in breuibus (*f*) Litibus nulla fiat Litiſconteſtatio, vt patet per D. Speculatorem, titulo ſupra citato Sed hic quæri poteſt, quorſum (*g*) in iudiciis dicta adhibeatur Litiſconteſtatio, & quam efficaciã, quoſque effectus habeat,

Habet certe effectus permultos. Primo ſcilicet: 17
Quod poſt Litem conteſtatam, à Iudice declinari (*h*) non poteſt, Secundo, per eam omnis perſonalis actio perpetuatur, id eſt, facit vt ea actio vſque ad 40. annos extendatur, & poſtea tranſeat ad hæredes *l Sæpe, C. de præſcript.* 30 *vel* 40 annorum. Sed hoc non eſt intelligendum de actione doli: Nã hæc non perpetuatur per Litiſconteſtationem. *l vltim. C. de dolo* Tertio, interrumpit (*i*) quamlibet Præſcriptionẽ, *c. Poteſt* 26. *q.* 3. etiam ſi ipſa facta fuiſſet coram arbitro *l. Penul. C. de recept. arbit.* Quarto poſt Litem quoque conteſtatam, nulla exceptio declinatoria obiici poteſt *c. Inter monaſterium, extra de ſentent. de re iudicat.* Quinto, poſt Litiſcon. teſtationem non poteſt reuocari mandatum Procuratoris, niſi certis & dignis in cauſis *l poſt litem, & l. Sequenti ff de procurat.* Sexto, poſt eam procurator & tutor tanquam Domini Litis, Procuratores illos ſuo loco ſubſtituere (*k*) poſſunt, *l. Neque C. eodem.* Septimo, poſt eam item delegatus ab alio, quam à principe; poteſt alteri cauſam committere *c. Cum Bartoldus, extra de ſenten. & re iudic.* Octauo poſt litiſconteſtationem etiam iuratur, & probationes recipiuntur, quod ante Litiſconteſtationem regulariter fieri non ſolet, extra, vt Lite non conteſtata, per totum Nono, per eam deniq; multis malis via præcluditur & Reus Iudici ſubiicitur, & obligatur actori.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXX.

a RESPONSIO) Marian poſt alios aliter etiam definiendo, & explicando, *ad rubr. extra de litiſcont num.* 1 Zoannet aliter itidem definiendo, rer. quotidian. *cap.* 52. *num.* 2 Marant *de ordi. iudic. part.* 6. *ind* 10 *memb. num.* 2. Sichard. aliter quoque definiendo, diſcutiendo & explicando latiſſ. *ad rubric. C. de litiſcont num* 3. *cum ſeq.* Buſ. *ad l vbi acceptum* 30 *ſub num.* 3. *ff de iudic.* Viu, copioſe *dec.* 310. *num.* 2. Ætymologiam autem litis conteſtationis tradit Gail. *lib.* 1. *obſ* 73. *num* 5. Alc *ad leg. di teſtatio* 40. *num.* 12. ibidemque Rebuff. *verſ. conteſtari eſt ff de verb. ſignific.* Aſin. ad ſtatutum Florent. *de mod. proced.* §. 17. *c.* 1. *n.* 6. Coraſ. *in l, in emphytheuticariis. n.* 28. *C. de iur. emphyth.*

b. *Vnamquæ poſt alteram*) Bald *num.* 8. *cum ſeqq.* & Sichard. declarando *num.* 10 *in l. exceptionem C. de probat.* Felin. *in c. inter monaſterium. ſub n.* 5. *de re iud* late ferrar cum apoſtil. *in form. de declinat. iuriſdict. alte-iud. ad verb nec iuſſe. num.* 1. Muſcatel. *prax. ciuil part.* 2 *gloſſ verb. exceptiones, nu.* 14. *cum ſeqq.* Menoch declarando, *conſ.* 2. *nume.* 40. & 148. Et in hanc ſententiam pulchre poſt Bal. in *l. vlt. Co. de iudic.* ſcribit Marſil. *ad l ſi quis ne quæſtio ſub nu.* 13 *ff. de qu.* quod licet ſit de neceſſitate iudiciorum quod ante omnia legitimentur tres perſonæ, iudici ſcilicet, actoris & rei, vel eorum procuratorum, quia in iſtis conſiſtat figura, iudicij, vt in *l. quidam referunt. ff de iur. Cod.* tamẽ iſtorum trium prius debeat interuenire legitimatio perſonæ iudicis, quam perſonarum litigantium: ideoque rectum iudicij ordinem eſſe, quod prius opponatur contra iudicẽ quam contra litigantes, vt per eum latius.

Digitized by Google

c. *Amitteret.*) Text. in l. ſed etſi ſuſcepit, 52. ff. de iud. Felin. ex com. accurate declarando, in d. cap. inter monaſterium, num. 4. & ſeqq. Maranta de ord. iud. part. 6. memb. 9. num. 1. ad fin. & part. 4. diſtinct. 12. nu. 6. Aſin ad ſtatut. Florent. de mod. proc. §. 13. ca. 8. num. 1. part. 1. & §. 18 cap. 1. nu. 6 Aufr. in Tholoſ. dec. 180 Harem. obſer. 11 tit. 1. Couarr. declarando, practic. quæſt. cap. 26. nu. 2 Mynſing. limitando, cent. 4. obſer. 27. poſt princ. & in bi obſ. 59. verſ. illud. interim. Burſ. conſ. 265. num. 12. Menoch. copioſè ex com. lib. 2 præſu. cap. 19. num. 6. poſt Vant. de null. proceſſ. tit. quib. mod. ſeat. null. def. poſſ. nu. 80. alioſque pulchrè Merul. prax. Hollan. lib. 4. diſtinct. 2 tit. 1 cap. 13. num. 5 latiſſ. Dec. in l. ſi conuenerit, nu. 24. cum ſeq. ff. de iuriſd. omn. iud. & ex com. limitando, in cap. 1. in 1. lectur. num. (mihi) 174. cum ſeqq. de iudic. & in cap. paſtoralis, n. (mihi) 32. & 36. in fin. cum ſeq. vbi tamen, ſi ſimul in eadem ſcriptura opponantur exceptiones dilatoriæ, & vltimo loco proponatur declinatoria quę in primis proponi debuit, non cõſiderari ſcripturæ ordinem, neque nocere præpoſterationem; ſed ſecundum ordinem intellectus declinatoriam contra iudicem prius propoſitam intelligi; voluitque Aſin. d. §. 18 cap. 1. num. 6. verſus fin. idq; etiam ſine proteſtatione, Felin. in d. cap. inter monaſterium, num. 5. & in cap. 1. num. 19. verſus fin. de litiſcont. Kirchou. in com. opin. verb. proteſtatio rei. Muſcat. declarando, prax. ciuil. part. 4 gl. verb. peremptori. 5, num. 2. & d. gloſſ. exceptiones, numer. 3. ſub num. 8 cum ſeq. & n. 12. 17. & ſeq. Zaſ. conſ. 13. ſub num. 16. lib. 2. vbi num. [illegible]5. cum ſeqq. quamuis doctrinæ ordinis præpoſterati, à varijs doct. variè tradatur, vt quæ in vtranque partem pugnet, hoc tamẽ in iure noſtro & in doct. perpetuum eſſe cognoſci, quod ordo ſcripturæ nõ attenditur, ſi ex natura materiæ ſubiectæ, ex recta ratione, & ex ſano intellectu, de recta iuſta & legitima ſerie conſtiterit. Et ordinem intellectus præferri ordini verborũ Alex. conſ. 161. num. 3 lib. 7. Pariſ. conſ. 31 numer. 9. lib. 3. Laurent. ex SC. deciſ. 22 ſub n. 8. Oſaſc. conſ. 1. n. 8. Cephal. conſ. 543. num. 2. cum ſeq. vbi tamen n. 24. procedere, vbicunque diſponentium mens certa eſt, ibidemque num. 13. in fin. poſt Bart. in l. omnes populi, in 3. quæſt. 6. quæſt. principalis, de iuſt. & iur. de mẽte tunc demum dici apparere, quando vel ſecundum ordinem verborum eueniret abſurditas, vel actus nullitas, vel repugnaret aliqua iuris diſpoſitio, vel reſiſterit com. vſus loquendi. item nu. 8. cum ſeqq. & 25. aliud reſpondet, vbi mens eſt ambigua, eoque caſu verba eſſe de forma in contractibus; & vbi forma data eſt ordinem eſſe neceſſariũ, nec ab eo recedendum, ſecundum Bart. & alios, in l. ij. §. prius, ff. de vulg. & pupill. idque in omni diſpoſitione, vt ſentit etiam Schurpf. conſ. 72. num. 1. cum ſeq. centur. 3 Felin. latiſſ. in cap. cum dilecta. nu. 4. de reſcr. quem refert Oſaſc. dec. 141. numer. 8. Alioqui in his quę ſimul fiunt, non referre an præcedat vel ſequatur, poſt Bart. & alios in l. ſi ita ſit ſcriptum, 14 ff. de leg. 1. Iaſ. in l. non ſolum, §. morte, ſub num. 47 ff. de oper. noui nunc. nec detur prius vel poſterius, vt per l. quidem in teſtamento 14 ff. de pecul. leg. Menoch. conſ. 41. num. 33. Gail lib. 2. obſ. 101. num. 1 in fin. Cephal. d. conſ. 543. num. 1. vbi n. 21. non procedere, quãdo vtroque modo actus valere poteſt; quia attendatur ordo etiam in eadem oratione poſitus ſecus ſi aliter actus valere nõ poſſit; Alex. conſ. 81. num. 7. lib. 3. conſ. 112. num. 4. lib. 5. Dec. conſ. 77. nu. 4. verſus fin. conſ. 409. ſub num. 16. & in cap. conſtitutus, nu. 7. de reſcriptorum apoſt. Alc. reg. 3. præſumpt. 42. num. 1. Crauett. conſ. 52. num. 2. in fin. cum num. ſeq. dum in varijs iuris ſpeciebus demonſtrat, fieri huiuſmodi interpretationes, vt valeat actus; vti & Dec. d. conſ. 77. ſub num. 4.

d. *Peremptoriam.*) De his latè Merul. prax. Hollan. lib. 4. diſtinct. 4. ſect. 3. cap. 1. num. 1. 4. & ſeqq. Poſſe nihilominus; plures exceptiones proponi tam in vim declinatoriæ quà peremptoriæ, ſubornatè tamen, quod prius per ordinem pronuncietur ſuper declinatoria, deinde ſuper peremptoria, iuxta notat. in ſimili per Innoc. & Panorm. in cap. conſtitutus de in integ. reſtit. Marc dec. 716. num. 1. lib. 1. Cram. latè conſ. 69. num. 4. cum ſeq. in crimin. Peck ad cap. nullus pluribus, 20. num. 3. de reg. iur. in 6. Sed & quod exceptio peremptoria quandoque opponatur in vim dilatoriæ docet poſt Bart. in l. cum quærebatur, in fin. ff. iud. ſol. Dec. in cap. conſtitutus, num. (mihi) 28. de reſcr. Sed neque ordinem omiſſum ex parte rei in exceptionibus opponendis vitiare proceſſum; ſecus ex parte actoris & ſic in actionibus per l. prolatam, & inibi Bart. & alios C. de ſent. & l. ſi quæramus ff. de teſtam. Rebuff. limitando, in l. verbum oportebit. 8 §. actionis, verſ. 8. ordo omiſſus, ff. de verb. ſignif. vbi tamen in Francia hodie tam actorem quã reum debere ſtylum curię ſeruare, & ordinem iudicij: alioquin excluderetur à ſuo effectu.

e. *Vti non poſſet.*) Exceptiones declinatoriæ & dilatorię vt ante litem conteſtatam proponi, iuxta ca. paſtoralis, de except. l. vlt. vbi Bald. in princ. C. eod. tit. Ferrar. in d. form. de dedit. in iſd. alicu. iud. in princ. Gail. lib. 1 obſ. 74 ſub num. 2. Muſcatell. prax. ciuil. part. 4. gl. verb. termini ſub n. 1. cum ſeqq. diſtinguẽdo præſertim n. 4. cum ſeqq. ita quoque per iudicem decidi & definiri debent, cum ad impediendam litiſconteſtationem proponantur, vt poſt gl. & doct. in l. exceptionem C. de probat. VVameſ. conſ. 74. n. 1. latè Marian. in c. 1 ſub n. 73. & n. 14 de lit. conteſt. vbi n. 47. qualiter & quando exceptiones peremptoriæ opponi debeant ad impediendam conteſtationẽ: & qualiter cognoſcatur an in vim dilatoriæ vel peremptoriæ opponantur: & quid ſi ſimpliciùs opponantur, de quo & Sichard. in l. 1 n. 31. C. de lit. cont. Turzan. in com. opin. 15. n. 7. & poſt VVurmſer. tit. 13. pract.

Digitized by Google

13. pract obſer. 4. alioſque latè Kirchou. in com. opin. verb. litiſconteſtatio non inducitur. Sed de peremptorijs infrà latius cap. 136.

f. *Ilico accedet.*) Moram in lite conteſtanda commiſſa habere vim litis conteſtatæ tex. eſt ſingularis in l. ſi cum 10. §. qui iniuriarum. in fine, vbi poſt omnes alios Iaſ. latiſſ. num. 9. cum ſeqq. Coſta. poſt princ. limitando quo ad tranſmiſſionem actionis tantum, in fin. ff. ſiquis cautioni. Idemque Iaſ. in l. 1. n. 8. C. quand lib. princ. dat. Roman. conſ 174. ſub n. 5. Alex. limitando conſ. 100. n. 1. ſub num. 5. & 14. lib. 5. Fel. in c. illud. n. 11. verſ 1. concluſio. de præſcript. Tiraquell limitando, de retract prox §. 15. gl. 2. n. 5. cum ſeqq. Balb. in tract. præſcript in 4 q princ. 5 part. 6 part. princip num. 32. Aſin copioſè limitando ad ſtatutum Florent. de mod. preced part 1 §. 17. c 1. n. 12. & ſeqq. & cap. 6. num. 3. cum ſeqq. vbi per l. ult. C. vbi in rem. act. ad interumpẽdam præſcriptionem patiaeſſe litem conteſtatam vel quod partis contumacia conteſtari non poſſit, Iaſ. qui ſic omnes tranſire fatetur, in d. §. qui iniuriarum, num. 9. in fin Tiraq d. gl. 2. n. 6. in fin. Aſin. latius d. c. 6. nu. 5. & ſeq.

g. *Fundatum*) Alioqui præſumitur iudicium ſubterfugiens de ſua iuſtitia diffidere. c. nullus vbi Pan. de præſumpt c. chriſtianus, 11. q 1. & c. decernimus, 7. queſt. 9. Roman. conſ. 169. num. 3. Afflict. deciſ. 13. num. 21.

h. *Modus*) Breuiorem litis conteſtationis formã tradit Marian. in c. 1. n. 93. de litiſcont. & quod è cõſuetudine Caſtrenſ conſ 401. n. 10. lib. 1. Gail lib. 1. obſer. 73. n. 1. cum ſeqq. VVameſ. conſ. 143. n. 5.

i *Interrogat.*) Poſſe tamen fieri litis conteſtationem iudice non interrogante, quia cum in iudicio fiat, perinde ſit ac ſi interrogaret, per le. ſi ſine ff. de interrogat act. Panor. numer. 6. verſ. nec. interest. & ſub n. 7. Marian. ex com. in d. cap. 1. num. 74 de litiſconteſt.

k. *An credat.* Marian. in d. c. n. 63. cum ſeq de litiſc. vbi nihilominus diſtinguendo, aduerſus com. (quã probat & Felin. conſ. 23. n. 2. & Marant. de ord iud. part. 6 memb. 10 n. 7.) poſſe fieri litiſconteſtationẽ abſente actore, idque verum eſſe in praxi, quia ita ſeruetur, poſt Caſtrens in rubr. C. de litiſcont. Maſc. de probat. lib. 1. concl. 434. num. 3. cum ſeq; lite Sichard. in d. rub. d. l. tiſc. n 4. licet etiam Aſin. d. c 1 ſub n 7. velit vera & perfecta litis conteſtatio vt ſit vtriuſque interuentu partis opus eſſe, id quod & nomen ipſum planè iudicet, ſecundum Bald. in d l. 1. C. de lit. conteſt.

l. *Reſpondendum*) Ad litiſconteſtationem neceſſariam eſſe rei reſpõſionem ad contrariam petitionem Maria. d. c. 1. num. 67.

m. *Vel ſimilibus verbis.* Etiam per æquipollens aliquod verbum fieri litiſconteſtationem, Zoannet. d. c. 52. ſub n. 3, poſt Marian. in d. rubr. de litiſcont. nu. 1. verſ. deinde ſubiunxi vel per verba, vbi in cap. 1 numer. 77. & ſeqq. æquipollentia huiuſmodi declarantur.

n. *Nego narrata.*) Zoannet. d. ca. 52. num. 1. & poſt Goffred. in ſumma, tit de lit conteſt. n 2. verſ. ſit autem, Maran. de ord. iud. part. 6 membr 2, nu 4. alioſque Maſcard. latiſſ de probat. d lib 1. concluſ. 434. n. 1. cum ſeqq. & hanc eſſe com. conteſtãdi litem practicam, poſt eundem Mar. d part. 6. memb. 10. & vlt. ſub nu. 4. Aſin. d. §. 17. cap. 2. verſ. 10. litiſconteſtatio. & verſus fin. verſ. com. autem, qui poſt Bart. in l. ſi dubitetur, §. ita demum, in fin. ff. de fideiuſſ Iaſ. (hãc opinionem veriorem aſſerentem) in l eum qui, n. 15. ff. de iur. iur. & alios commemoratos, dicunt iſta verba eſſe magni effectus, maximéque ponderanda quia reus ita reſpondens non poſſit incurrere pœnam negantium, de qua in l. vlt. ff. de rei vendic. & in l. contra negantem C. ad leg. Aquil. ſimilibuſque legibus, prout incideret ſi ſimplicius negaret. Eaq; verba ſufficere, etiamſi reliqua non addantur, atque etiamſi tantùm nego ius, id eſt concluſionem, Sichard. in l. 1 ſub num. 8. C. de lit. conteſt, Marian. latè in d. cap. 1. num. 67. verſ 7. quæro, vbi ſimilia procedere in ciuilibus: in criminalibus verò non admitti reſponſionem rei negantis ius, ſiue ſe culpabilem: quia debeat reſpondere de facto verum fecerit necnè, non autem verum illud ſit culpabile: quum ad iudicem id ſpectet, vt in l. 1. in princ. & in §. accuſationem, vbi Bart. ff ad Turpil. Bald. in l. vnic. in 8. quæſt. C. de litiſcont. ſequitur Felin. in d. cap 1. num. 20. in fin. de litiſcont. Sichard. in d. l. 1. num. 8. ad fin.

o. *Animus.*) Marian. late. in d. cap. 1. num. 68. de litiſcont. Mynſing. obſ. 49. ad fin. cent. 4. & cent. 3. obſ. 74. numer. 8. Caſtrenſ. conſ. 401. numer. 8. lib. 1. vbi ex num. 5 cum ſeqq. quæ in conteſtatione litis requirantur.

p. *Præſumant.*) In dubio præſumendum vt animo conteſtationis faciendæ reus negauerit, Marian in d rubr. de lit conteſt. num. 1. ne. ſ. d. iud. ſubiunxiſſe vel per verba & tacitus in d. c. 1 ſub n. 68 per illum tex. eod. Socin. limitando, in fallent. reg. 241. verb. litem conteſtand: Zoannet. d. c. 52. nu 3 in fin. Sichard. in d. rubr. de litis conteſt ſub num, 5. Menoch. latè limitando lib. 2. præſump 30. tota, Maſcar. limitando, d lib. 1. de prob. concl. 434. num. 16 cum ſeq. poſt Panor n 15. verſ. ſed ceſſante & Felin. nu. 5. verſ ad illud quod in d. c. 1. & iuniſſ. poſt Rot. Rom. dec. 12 tit. de lit. conteſt in antiq. Merul. prax. Holl. lib. 4. diſt 4. tit. 6. cap. 3. n. 8. in fin.

q. *Poſtea.*) Aliter atque ſi anteà, per l. ſed etſi, 52. in princ ff de iudic. Buſ. in d. l. vbi acceptum, n. 9. atteſtatius ita alias obtinuiſſe: vt ſi prius reſpondeat reus aut litem conteſtetur, & deinde demum proteſtetur non reſpondiſſe ſe animo litem conteſtãdi, nihil operetur proteſtatio,

r. *Non cenſetur.*) Gloſſ. *in l. 1 verb. cum iudex*, & inibi Doct. C. *de lit. cont. & in cap. 1. vbi leſin. num 5. ad fin.* Marian. latiſſ. *num. 68 verſ. circa 2. memb. ii eod tit.* Alexand *conſ. 42. nu. 5. lib. 3 & ex com. conſ. 130. n um. 15. in fin. lib. 4.* Socin. *d. reg 241 fallent. 2.* Goffred. *d. tit. de lit. conteſt. num. 2* ad fin. Dec. *conſ. 460 num. 11.* Zoannet *d. cap. 52. in fin.* VVurmſer. declarando, *tit. 13. obſer. 3. & 5.* Vilial, *in com. opin. lit. P num. 371. cum ſeq.* Soar. *rec ſent. theſ. in lit. L. num. 173. cum ſeq.* Sichard. è praxi declarando latiſſ. *in d. rubr. de lit. conteſt. num. 5. verſ. verum tamen eſt.* Viu. *dec. 310. num. 4.* Maſcard copioſe *ex com. d. lib. 1. de pro'at. concluſ. 434 num. 18. & ſeq.* Aſin. declarando & extendendo *d. §. 17. cap. 2. verſ. 11. conteſtatur*, licet contrà Gail. *lib. 1. obſer. 73 nu 6. cum ſeq.* licet etiam diſtinguat Buſi. *in d. l. vbi acceptum, num 4.* poſt Mynſing. ex SC. *centur. 3. obſ. 74 num. 6 cum ſeqq.* vbi tamen *obſ. 31.* poſt Iaſ. *in §. iurat, num. 190.* aliosque limitat priorem com. niſi iudex iuſſiſſet priùs litem conteſtari; nam tunc cum ſimus in caſu neceſſario nihil releuet proteſtatio; Panor. *in d. cap. 1 num. 16. verſ. ſi autem reſpondet.* ibidemque Marian diſtinguendo, *num. 68.* ad fin. Marian. *ex com. d. Part. 6. memb. 10. nu. 10.* Maſcard. *d. concl. 434 num. 6. cum ſeqq. & num. 20 cum ſeqq.* Sed etſi poſt præſcriptam illam proteſtationem, reus iudice præcipiente & parte inſtante, iterum verba proferat, quibus litis conteſtatio iudicatur, ab illa proteſtatione receſſum videri, & litis conteſtationem tenere, *arg. cap. prout nobis, de d. l. & contum.* Aſin. *in d. cap. 2. verſ. 11. conteſtatur, ad fin.* Quibus congruit quod ſcribit nouiſſ. Ant. Fab *ex SC lib. 3. C. tit. 8. defin. 1.* eum qui litem negatiue conteſtatus eſt, ſi quaſi minus ſufficienter conteſtatus ſit patiatur imperari ſibi à iudice iterum vt conteſtetur, ſibi præiudicare, quia iudici parere cogatur, atque ita priores ſiue cōteſtationis commodum amittere, vt ille inibi latiùs.

ſ. *Verba apta*) Neque enim alius actus ſufficit, Aſin. *d. §. 17. cap. 1. ſub num. 7.* Cæterum in camera Imp. obſeruari, vt non ſolum viua voce, diffitendo narrata libelli (per quam ſolam negationem induci litis conteſtationē ex com. aſſerit, ſed & ſcripto litis cōteſtatio fieri poſſit, teſtatur Gail. *lib. 1. obſ. 73 n. 1*

t. *Quæ in iudicio ſiſti.*) Marian latè declarando, *in d. rubr. de lit. conteſt. num.*

v. *Iudex ordinarius*) Pro tribunali ſedens, Marian declarando, *in d. cap. 1 ſub num. 9. de lit. cont.* Neque fieri poſſe litis conteſtationem iudice abſente, & factam tunc etiam coram actuario nō valere, Viu. *dec. 310 ſub num. 10.*

x. *Arbiter.*) Non tamen arbitrator, Marian. latè in *d. c. 1 num. 9 in fin. cum ſe.*

z. *Porrectum libellum*) Marian. latè de his omnibus agens, *in d. cap. 1 ſub num. 11, 52. & 92.* Viu. addens hinc reſeruari litis conteſtationem nō poſſe, *dec. 310. num. 9. cum ſeq.*

a. *Nullus libellus*) In omnibus caſibus in quibus non requiritur libellus, litis conteſtationem omitti poſſe; quia cum libellus ſit origo & fundamentum litis remiſſo libello remitti quoque litis conteſtationem Gail. *d. lib. 1. obſ. 76 ſub num. 4.* poſt Marian. *in cap. quoniam frequenter, num. 27. & 77. vt lit. non conteſtat.* qui tamen diſtinguit, vt tum demum procedat, quando cauſa, ob quam libellus non requiritur, reſpicit litis conteſtationem perinde vt libellum, ſicuti exemplis ille declarat latius.

b. *Antequam.*) Regulariter iuramentum calumniæ, poſt litiſconteſtationem, quò ad cauſam principalem, præſtandum: quia non intelligatur calumniari, qui nondum iudicium ſuſcepit Marian. Socin. latiſſ. docens quando antè præſtetur, *in c. 1. num. 15. cum ſeqq. & in cap. vlt. numer. 30.* verſus *fin. ſub num. 26. & 49 de iuram calum.* Gail. *lib. 1. obſ. 74. num. 12.*

c. *Præſtari.*) In exceptionibus non iurari de calūnia, vti in actionibus, licet de malitia reus iurare teneatur, *per cap. ii. de iurament calum. lib. 6.* poſt Aufrer. ad Tholoſ. *dec. 110.* aliosque Rebuff. *ad d. l. verium oportebit, 8. §. actionis, verſ. 10.* in exceptionibus, *ff. de verb ſignific* vbi tamen hodie in illa patria conſuetudinaria, in curijs ſecularibus, vix iurari de calumnia, nec de malitia, quia paſſim fortè exerceatur.

d. *Omiſſa fuerit.*) Scilicet in exceptionibus, vt per Aufrer. *in d. dec. 110.* Alioqui proceſſum, ob omiſſam litis conteſtationem etiam de partium conſenſu, eſſe nullum, Marian, latiſſ. *in d. cap. 1. num. 7. cum ſeqq.* Felin. *conſ. 23. num. 1.* Afflict. *dec. 283. nu. 3.* Marant. *d. part. 6. membr. 10. num. 1.* Sichard. *in l. prolatam. 4 ſub num. 5. C. de ſent. & interl. om. iud. & in d. rubr. de lit. conteſt ſub n. 1. cum ſeq.* ibidemq; in *l. 1. ſub n. 5.* Mynſin. declarando & limitando, *cent. 1. obſ. 1. n. 1. & cent. 3. obſ. 75. n. 1. cum ſeqq.* Blarer. initiū litis per conteſtationem fieri, & conteſtationem eſſe de ſubſtantia iudicii cum alijs etiam aſſerens, in repetit. *l. diff. mati. cap. 7. num. 5. in fin. cum ſeq. C. de ingen. manum.* Gail. *lib. 1. obſ. 73 ſub num. 3. obſ. 74. num. 14 obſ. 75. num. 1. cum ſeqq. & obſ. 76 num. 3.* Kirchou. *in com. opin. verb. lite non conteſtata, in princ.* Viu. declarando, *d. dec. 310 num. 1. cum ſeqq.* & nouiſſ. Buſi. *ad d. l. vbi acceptum ſub num. 3.* vbi fundamentum proceſſus eſſe litis conteſtationem; Dec. *in rubr. extra. de iudic. in 1. lectur. num. (in his) 54 in fin.* Aſin. *d. §. 17. cap. 4. num. 3.* qui ibidem, *c. 1. ſub nu 9.* demonſtrat veram eſſe com. ſententiam iudicium propriè à litis conteſtatione incipere, declarando tamen inibi in *§. 5 cap. 4. nu. 3.* Socin. poſt alios *ad rubr. C. de edend. num. 2.* cum apoſtill. & ibidem Dec. *in l. is apud quem, 2. num. 2.* & latius in *d. rubric.*

rubric.de iud. i 1 *lect.* præſertim *nu.* 55. cum ſeqq. *& in 2.lect.cum ſeqq.* rurſus *num.* 32.*cum ſeq.* Fachinæ, accuratè, controuerſ.*iur lib.* 11.*cap.* 81. latè ac ſolidè Gail. declarando *d.obſ.*74.*to ta, vbi num.*2.*in fin.* poſt Bald. *in authent. clericus, num.* 8. *C.de epiſc. & cler.* (quem ſequitur & Dec. *in d.l. is apud quem, num* 1. *& in d.rubr. de iud in* 1.*lect. num.* 54.) lite cõteſtata iudicium incipere habere formam contradictoriam, eaque quæ præcedunt lite non conteſtata propriè non dici acta iudicij, ſed præparatoria eius, ibidemque *n.* 4. & ſeqq. enumeratis exemplis comprobat iudicium, quò ad quoſdam iuris effectus incipere à litis conteſtatione quò ad quoſdã verò, interdum à ſola citatione, impropriè tamen & large ſumpto vocabulo, qua de re etiam Dec. *in d.rubr. de iud. num.* 58.*cum ſeqq.*

e. *Debet lis conteſtari.*) Non tamen in exceptionibus meris, niſi exceptio vim actionis habeat, vt poſt Innoc. *in cap. ſuper eo, verſus fin verſ. vel eſt hoc de elect.* Aufrer, *in d.dec. Tholoſ.* 110. alioſque Reb. *in d.l. verbum oportebit, §. actionis verbo. verſ.* 7. *in actione lis ff. de verb. ſignif.* & latè Marian. *in d. cap.* 1.*num.* 7. *in fin de lit cont. & cap. quoniam frequenter, nu* 64. *vt lit. non conteſt.*

f. *Breuibus*) Marian *in d.cap. quoniam frequenter, num* 57. *vt lit. non conteſt:* Felin. limitando *conſ.* 14 *num.* 8. Mynſing. *centur.* 1. *obſ.* 1. *nu.* 2. *cent.* 3. *obſ.* 74. *num.* 5. licet aliter ſentiat Meichſner. *dec.* 3. *num.* 3. *part.* 3. Dicam infra *cap.* 140. *ad verb. & figura.*

g. *Quorſum*) Originem traxit litiſconteſtatio à libertate Romana; videlicet ne quid per iudicia violentum introduci videretur in ciuilibus negotijs (crimina enim nullam habent libertatem) ſed volentibus partibus omnia fierent, ſolenniter ſecundum ius, Oldendorp. in præfationibus progymnaſmat. *tit. de litiſconteſt poſt princ* vbi itidem paulo poſt; hinc poteſt intelligi (inquit) quare & hodie tam diſtrictè retinemus in iudicijs litis conteſtationem, vt niſi præcedat, non valeat iudicium. Nam etſi (ſubiungit) Romani libertatem reputabant propriam, commune tamen eſt omnibus iure naturali; primum ne quid in ſacroſancta iuſtitiæ officina violentum admittatur: deinde vt magiſtratus non habeat vllam poteſtatem ciuilium cauſarum, quæ priuati iuris ſunt, niſi partes voluerint de iure ſuo per iudicẽ definiri, & quę ſequuntur Eoq́; pertinet quod, poſt M. Varronem alioſque ſcribit Aſin *d* §. 17 *c.* 1 *num* 7. *in fin cum ſeq.* conteſtationem olim nomen ex eo ſumpſiſſe, quod partes certa verborũ ſolennitate teſtari conabantur, quidquid dare facereúe oporteret, ſe facturos, eiuſque rei decernẽdæ poteſtatem iudici concedere, & hinc iudicium dictum eſſe, id eſt poteſtatem dicendi, id eſt pronũciandi prætori facere, & reliqua. In quam ſententiam, in actu litis conteſtationis celebrari quaſi cõtractum, *dicit gl, in l. ij §. vlt. in gl. magna ff. de prat. ſtipul.* Aſin, *in d* § 17. *c.* 2. *verſ.* 11. *conteſtatur ſub n.* 1. Damhoud. *in loc. compar. tit.* fieri per ſtipulationem & lit. cont. & per illum quaſi contractum obligari quem ad id quod in iudicio petitum eſt, ſi per ſententiam ſuccumbam, per quam iſte quaſi cõtractus conſummatur, poſt Fel. *ad rub. de re iud. nu.* 23. alioſque latè Gail. *d.obſ.* 74 *n* 6. *cum ſeq.*

h. *Declinari.*) Exceptionem tamen in competentiæ ex defectu iuriſdictionis quandocũque opponi etiam poſt ſententiam, *gl. vlt. in clement.* 1. *de ſequeſtr. poſſ. ff, & fruct.* Bald. *in l. exceptionem. verſus fin C, de probat.* Dec. poſt alios in *c. ex parte ij. num.* (*mihi*) 7; *de offic. delegat.* Muſc. *prax. ciuil. par.* 2. *gl. verb competens n.* 17. vbi poſt Bald. *in d.l. exceptionẽ num* 15. *Dec. conſ.* 8. *nu.* 7. *& conſ.* 38. *n.* 7. hanc exceptionem poſſe opponi etiamſi ſtatuto reiiceretur poſt litem conteſtatam omnis exceptio nullitatis. Alex. *cum apoſtil. conſ.* 77. *numer.* 9 *lib.* 2. *conſ.* 79 *in fin. lib.* 7. Vant. *de null proceſſ. tit. de null ex defect. iuriſdict. ordin n* 4; Gabriel. *ex com latiſſ extendendo & reſtringendo, lib.* 6. *concl.* 3. *tit. de ſtatutis,* Mag. Luc. *dec.* 49. *num.* 6. licet contra Socin. *ad l. ij. n.* 3. *in fin. cum ſeq ff. de except.*

i. *Interrumpit.* Marant *de ord. iud part.* 6. *membr.* 10. *num.* 9. *in fin.* Pariſ. *conſ.* 32 *num,* 10. *lib.* 3. vbi ſecus ſi illegitime facta ſit litis conteſtatio, Oſaſ. *conſ.* 13. *n.* 59 *cum. ſeq.* Menoch. *conſ.* 962. *cui init. cauſa iſta illuſtriſſ. num.* 35. ſentitque VVurmbſer. *pract. obſ.* 2 *tit.* 13. Neque tamen effectus huiuſmodi qui litis conteſtatione aut citatione naſci ſolent, eo minus ſalui remanẽt, quod poſtea perẽpta ſit inſtãtia, in qua citatio aut litis conteſtatio facta eſt, quæ cum ſint facti pro infectis haberi non poſſint, *le. in bello.* 12. §. *facti ff. de captiu & poſtlim. reu. l. verum eſt.* 31 *ff. de reg. iur.* Ant, ſab. ex SC. *definit.* 2. *lib* 3. *C. tit.* 8. Soarez *in recept. ſent. theſ. lit. L. num* 175. poſt. Gomez. *ex com. variar. reſ. l. tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 32. *verſ.* 4. facit quia apud quos idem ſi reus ab inſtantia abſoluitur. Sed de his latius infra *c.* 137. *ſub nu.* 51. *ad verb. per litiſconteſtationem.*

k. *Subſtituere poſſunt.*) Poſt Gail. plures huiuſmodi effectus docendo. *obſ.* 74. *n* 11 Merul. plu aquoque eiuſmodi tractando *lib.* 4 *prax. Holl. diu.* 1. *c.* 4. *tit* 6. *cap.* 5. *ſub n.* 9, diximus nos latius ſuo loco, & de reliquis itidem *d.c.* 140 *n.* 14. *& ſeqq.*

CA-

CAPVT CXXI.

De Proteſtationibus.

SVMMAE.

1 *Proteſtatio quid ſit*

2 *Proteſtationum alia eſt* { *Declaratoria.* / *Prohibitoria, vel inhibitoria.* / *Incitatoria.* / *Certificatoria.* }

3 *Proteſtationum alia eſt* { *Quæ ſolum proteſtantem concernit.*
4 *Quæ & proteſtantem, & alium concernit,*
5 *Quæ eſt contra ſubſtantiam cauſa.* }

6 *Exemplum proteſtationis contra ſubſtantiam* { *Matrimonij.*
7 *Profeſſionis monaſticæ.* }

8 *Proteſtatio cui, quando, vbi, & quomodo facienda.*

9 *Proteſtatio* { *Fieri debet ad Partem præſentem, vel abſentem citatam.*
10 *An fieri poſſit ad domum abſentis.*
11 *Non operatur vltra verba prælocuta.*
12 *Valida eſt in dependentibus ab animo libero.*
13 *Non valet quæ cum fraude coniuncta eſt.* }

14 *Proteſtationis vis & effectus eſt, quod conſeruat ius in futurum, &c.*

15 *Proteſtatio non conſeruat ius illicitum, & impoſſibile.*

16 *Proteſtatio pro addendo, minuendo, vel mutando libello, eſt inualida.*

1 PRoteſtatio, eſt in ſuo propoſito integrè permanendi cum prælocutione expreſſa voluntas tametſi ſecus aut dicat, aut faciat. Vel Proteſtatio nihil aliud(*a*)eſt, quã animi(*b*)aliquid agere volẽtis expreſſa prælocutio, *c. Cõſulti, ext. de reg. & trãſeun. ad religio, & l. Si duo. §. cum in iuilineu, ff. vti poſſidet*

2 Proteſtatio eſt quadruplex, ſcilicet, declaratoria, quæ iternam voluntatem expreſſa prælocutione declarat. Secunda, eſt Proteſtatio prohibitoria ſeu inhibitoria, (*d*)qua quis proteſtatur, ne aliquid, ne aliquid fiat. Tertia eſt proteſtatio incitatoria, (*e*) ſcilicet, vt aliquid fiat. Quarta, eſt Proteſtatio certificatoria(*f*)qua quis proteſtatur ſic eſſe vel nõ eſſe.

3 Proteſtationes item alio modo diuidi poſſunt. Sunt enim nonnullæ Proteſtationes, quæ nudè & merè ex ſola & nuda voluntate ipſius Proteſtantis proueniunt, quæque nullam alium, quam ipſum Proteſtantem concernunt, veluti dicat: *Ego proteſtor quod quidquid egero, aut dixero, neminem iniuriari putem.* Huiuſmodi Proteſtationes ſunt bonæ, & conſeruat(*g*)ad profectum & vtilitatem Proteſtãtis

4 Aliæ ſunt(*h*)Proteſtationes concernẽtes & Proteſtantẽ, & etiã alios, veluti ſi quis diceret: *Ego hoc tibi dixero, ſed cũ Proteſtatione quod nulli vlterius reuelabis, nec vlli mortalium idipſum dicturus ſis.*

5 Tales autem Proteſtationes nihil operantur pro Proteſtante, niſi alij (*i*) in illam conſentiant, & ſe nulli reuelaturos ſub pœna ſpondeant. Tertiæ ſunt Proteſtationes, quando aliquis contra ſubſtantiam (*k*)cauſæ proteſtatur, ſicuti ſi quis dicat: *Ego te duco aut capio in Vxorem, cum Proteſtatione, quod tibi condonare nolim.*

Sed iſtæ Proteſtationes, & ſimiles, quæ ſunt cõtra ſubſtantiam matrimonij carnalis, ipſum matrimonium impediunt. Card. *in Clem. Eos, 5. q. de regulari, & in 6. q. 28. diſtinct. c. Diaconi,* & Ioa. And. *in c. Final. extra, de condit. appoſit.* 6

Aut ſi quis dicat: *Ego hunc ordinem, & hanc profeſſionem ſancti Franciſci, aut ſimilem aſſumo cum proteſtatione, quod nolim ire ad matutinas, neque eſtiatim geſtare manticam panariam,* &c. An talis Proteſtatio in profeſſione ipſum Proteſtantem iuuet aut releuet, declarat Card. *in d. Cle. Eos 5. q. de regulari, & in q. 6. 28. diſtinct. c. Diaconi. & Alexa. in d. l. Non ſolum, §. morte, ff. no. oper. nunciat.* quos voluptatis cauſa ibidem aliquãdo videre poteritis. 7

Porrò quis proteſtari(*l*)debeat, aut poſſit, Quomodo, Quibus verbis, Vbi, Quando, & cui facienda ſit proteſtatio (*m*) Quis denique ſit proteſtationis effectus, & an requiratur proteſtati conſenſus, multis aliis pleniſſimè cognoſces apud Bartol. *in l. Non ſolum, § morte, & per totam legem, ff de op. no nunci per Bald. in l. Pacta nouiſſima per totum. C. de pact. & per doctor. in c. Cumana, de elect & in c. Cum M. Ferrarienſis, de conſtit.* & omnino per Alc. *conſ 33. 2. parte.* 8

Sed

9 Sed pro his omnibus notandū eſt. Primo, Quod omnis debita Proteſtatio debet fieri ad Partem præſentem, (n) vel ad abſentem, quæ ex ea Proteſtatione lædi poſſet, ſed tamen prius citatam, Ioan. Mon. in c. General. de reg. iur. lib. 6. & ibi Ioan. And. num. 2. Bart. in d. leg. non ſolum, §. Morte, & ibi per Alex. n. quartae ver. his præmiſſis, de oper. no. nunciat. And. de Piſis, in l. Si quis in princip. ff. d. l. 3.

10 Sed hic quæritur: Si Proteſtatio fieri non poſſit perſonæ, an tunc ſufficiat fieri ad domum ipſius, vel coram teſtibus, de qua quæſtione videte Bald. in l. 2. ff. de non. ſæn.

11 Secundo notandum eſt, quod Proteſtatio non operatur vlterius, quam verba prolocuta patiantur, (o) Bald. in l. At ſi quis §. ... Ioa. And. in c. Cauſa, extra de ſent. & re iud. Inno. in c. Cum M. Ferrarienſis in 1. colum. ... verb. ſiue præmiſſio, ext. de conſt. & Bart. in l. §. Morte.

12 Tertio notandū eſt, quod in dependentibus (p) ab animo libero, multum operatur & valeat Proteſtatio, teſte D. And. Barbat. in addit. ſuis ad Bald. in c. 1. Si de feu. vaſ. ab aliquo ... fuer. & d. deſen. cum voluer. & alleg. l. 2. C. de repud. here. ſed in dependentibus ab animo, neceſſariò à iure (q) vel à iudicis authoritate nil operatur Proteſtatio, vt in leg. Cū aliquis, C. de iure d. liber. & l. Cum propoñas, Cod. de hæred. inſtit. d. l. Prima, de repud. hæred.

13 Quarto, notandum eſt, quod fraus non patrocinetur Proteſtanti, teſte D. And. Barbat. in addit. ſuis ad Bald. C. de feud. vaſ. ab aliquo interfel. fuer. & d. deſen. cum voluerit. Cyn. in l. 2. Co. de repud. hæredibus.

14 Proteſtationis autem effectus ſunt multi, (r) quorum primus hic eſt, quod ipſa Proteſtatio conſeruet ius (ſ) in futurum l. 4. §. Si in venditione, ff. Quibus mod. pig. vel hyp. ſolui per Bart. & Paul. de Caſt. conſ. ... in ... In cauſa quæ vertitur, vt de ... c. D. Franciſ. Ming. in ſuis commentariis conſuetudinum ducatus Andegauenſis, tit. Des cas ... le vaſ. ar. 199 n. 1 fol. 92. Guid. Papæ. q. 172. Sed hoc intelligitur, cum tale ius futurum, de iure per ipſum Proteſtantem exerceri poterit, hoc eſt, quando tale eſt, vt in ipſius Proteſtantis poteſtate conſiſtat. Nam ſi tale ius futurum, eſt impoſſibile (t) de iure exerceri per ipſum Proteſtantem, hoc eſt, ſi non conſiſtit in poteſtate Proteſtantis: tunc talis Proteſtatio nō valeret, nec conſeruaret ius in futurum.

Verbi gratia, quoniam certum, & de iure illicitum, vel impoſſibile habetur, vt monachus habeat proprium, c. p. Cum monaſt. rium, extra de ſtat. monacho. Ideo ſi quiſpiam in monaſterium ſe traderet cum Proteſtatione, vt habeat proprium quæritur an valeat talis Proteſtatio? Ad quam quæſtionem reſpondetur, quod non: (v) vt notatur in l. Perſeuum, §. 1. & ibi eſt bonus textus ad hoc. ff. de vſur. ... l. Cum pre ... ff. de prec. Per Doct. in c. Cum M. Ferrar. extra d. c. ... 15

Similiter, quia certum eſt, quod poſt Litiſconteſtationem, de iure illicitum eſt, & impoſſibile aliquid in libello addi, diminui, vel mutari (x) iuxta nota in l. Ædita. C. de eden. ideo ſi quiſpiam tradiſſet libellum ſuum & proteſtatus fuiſſet, vt ſibi liceret in eodē libello quæ vellet addere diminuere, vel mutare vſque ad ſententiam, certe nō valet (z) talis Proteſtatio, vt habetur & Notatur in c. Inter dilectos, extra, de fid. inſtru. in gl. dicunt quidā. Ad hanc ſententiam confirmandam, faciunt ea quę notat Bart. in d. l. Ædita. C. de edend. Reliquos autē Proteſtationum effectus, videbitis apud Speculatorem tit. de citatione, §. Iam de citatione, ver. literæ & Ioan. And. in addit. in tit. de inſtr. edit. §. Videndū reſtat, ver. Quid ſi velis, in addit. Ego talis &c. 16

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXI.

Nihil aliud. eſt.) Aliter Ferrar. in form. de decli. alicui ad verb. proteſtans n. 3. Aliter Crauet. conſ. 110. n. 3. in fin. Aliter quoque reiectis aliorum definitionibus definit Alciat. in l. deteſtatio, 40. n. cum ſeqq. de verb. ſignificat. licet poſt Bart. Alex. n. 9. & Iaſ. n. 12. in l. non ſolum, §. morte ff. de no. n. oper. nunc. & poſt Rip. ex com. in c. Cum M. n. 68 de conſti. Villal. in com. opin. lit. P. n. 357. definiant, vt ſit denunciatio cum teſtatione facta.

b. Animi.) Non requiri proteſtationem ad declarandum animum vbi aliter de eo conſtat, Raudenſ. Piſan. dec. 12. n. 72. vbi n. 73. nec requiri, vbi ob impedimentum, non infertur præiudiciū tertio. Sed & proteſtationem præcedentem declarare animum in ſequentibus, quando dubium eſt negotium ſecus quando certum, nam tunc per actū proteſtationi contrarium, tolli proteſtationem, poſt Signorol. conſ. 75. num. 22 Pariſ. Iatiſſ. con. 10. n. 48 lib. 1.

c. Quadruplex.) Ferrar. declarando, ad d. verb. proteſtans n. 2. Idem, poſt Bart. & alios, Iaſ. in d. §. morte, n. 15. verſ. 2. quærit, cum ſeqq. vbi de declaratoria agit Iatiſſ. de qua & Alciat. in d. l. deteſtatio, ſub num. 8.

d. Seu inhibitoria.) De hac quoque Caſtrenſ. cōſ. 383. ſub num. 3. cum ſeq. lib. 2. Iaſ. poſt alios, in d. §. morte n. 27. in fin. cum ſeqq. Alc. in d. l. deteſtatio, ſub n. 8. & 20. & 28. cum ſeqq.

e. Incitatoria.) Hanc declarat & Alc. ſub d. n. 8. & n. 19. & 67. & conſ. 159. n. 6. & 9. & poſt alios itidē Iatiſſ.

Digitized by Google

ter quod poſſit de proteſtatione apparere, Rip. *ex com in d. c. cum M. n.* 106, Villal *in com. opin lit. P. n.* 377. Coraſ *d. c.* 31. *in prin* Sic poſt Bar. *in d.* §. *morte quæ.* 2. *in materia proteſtationis declaratoriæ, tradit.* Men. *conſ* 230. *nu.* 58. ſufficere quod proteſtatio & actus qui tendit ad ſui exonerationem, ſimpliciter fiat, & ſine teſtibus, & partis citatione. Cęterum in proteſtatione clandeſtina pulchre diſtinguit Bald. *in l. clari n.* 3. *C. de fideicom.* quod aut proteſtans poterat palã proteſtari, & non valeat clandeſtina: aut palam loqui non poterat, propter metũ potentis, & tunc aut contraxit ſecundum bonos mores, & non valeat, aut contra bonos mores, vt quia modico accepto læſus eſt, & ſtetur proteſtatione ſequiturque Alex. *conſ* 16. *nu* 12. *lib* 2. addens ex mente Bald. quod, vbi ob præcedentem proteſtationem clandeſtinam, poſſet ex ſubſequẽti actu, inferri præiudicium alteri, nihil releuet etiam proteſtatio qua de re latiſſ. inſuper Decia. declarando, in l. pacta nouiſſ. *ſub n.* 11. *& ſeq C de pact. in reg. in omnibus cauſis* 39 *n.* 13. *ff. de reg. iur. in c. cauſam matrimonij. n (mihi)* 21. *de offic. delegat. in d. c. cum M n.* 75 *cum ſeqq. & in conſ.* 219 *nu.* 6. eleganter Crauett. quæ dicatur proteſtatio clandeſtina docens, *conſil.* 120. *n* 3. 5. *& ſeq. & conſ.* 253. *ſub n.* 6. Pariſ. *d. conſ* 10 *n* 43. *cum ſeq. vbi n* 45 poſt Alex. *n.* 19. *&* 22. & Iaſ. *n.* 15 *in d* §. *morte*, ea potiſſimũ procedere quãdo proteſtationes tendunt in deceptionem alterius quia neceſſe ſit omnino vt inſinuentur.

o. *Patiantur*) Cornazz. *dec.* 192. *ſub n.* 11. vbi poſt Bart. *in l. vltim in fin. ff. de negot geſt.* ſi obſcura ſit proteſtatio nihil operari.

p. *In dependentibus*) Dec. *ex com. declarando, in d. c. cum M. n.* 61. *cum ſeqq.* Pariſ. limitando, *conſ.* 10. *n.* 31. 37. 40. *& ſeqq. lib.* 1. Alc. limitando, exemplisque illuſtrando, *in d. l deteſtatio, n.* 32. *cum ſeq* Gomez *d. c.* 13 *n*, 12.

q. *Neceſſario à iure*) Ab his, ad quæ quis tenetur de iuris neceſſitate, proteſtationem nihil releuare proteſtantem, per *l alimenta, vbi glo. & doct. C. de nego. geſt.* Iaſ. poſt Angel. *in* §. *fuerat, n* 106. *inſti de act. text. eſt in l. Papinianus* 16. *ff. de publ.* in rem act. & ſequitur Surd. *dec.* 62. *n.* 35. late Ferrar *in d. form. decl. iuriſd. alic. iud. ad verb. proteſtans. n.* 11.

r. *Sunt mult.*) Ferrar. eleganter diſtinguendo, *diſtinguendo, d. for. decl. iur. iuriſdict. alic. iud. ad verb. proteſtans. cum apoſt. n.* 4.

ſ. *Conſeruet ius.*) Tex *in l. vlt.* vbi poſt alios Iaſ. *n.* 4. *latiſſ.* Coſtal. *verſus fin. ff. de eo quod cert. l c.* Affli. *dec.* 78 *n.* 5. Rebuff *ad l. mulieris appellatione* 13 §. *vlt. verſ* 4. *moderanda eſt, ff. de verb. ſignif* Roland. *conſ.* 51 *n.* 17. *& conſ.* 68, *n.* 29. *lib* 4 Cephal. *d. conſ.* 212. *n* 4. Sic proteſtationem, aduerſus præcepta contraria, conſeruare priuilegia in futurum, Olaſc. (aſſerens vaſallum pro conſeruando iure ſuo aliquid facientem, ob quod alias etiam feudo eſſet priuandus excuſari) *conſ.* 64. *n.* 14. *in fin. cũ ſeq.* quẽadmodum & proteſtationem, per facientem actum priuilegio contrarium, quod per hoc non intendat renunciare priuilegio, conſeruare ei priuilegium, Gilman, *deciſ.* 14. *num.* 49. *cum ſeq. lib.* 2. poſt Roman *conſ.* 252 *in fine.* aliosque, voluitque Menoch. *conſ.* 156 *n.* 42. Verum conſeruare quidem ius, non autem augere vel de nouo dare Dec. *conſ.* 516. *n* 19. Meieſner. *dec* 32. *n.* 2. *part.* 3. & ſi iura non extant, nihil reſeruationem vel proteſtationem operari, Gramm. *ex com. dec.* 103 *n* 42 vbi *n.* 43. clauſulam ſaluo iure, non tribuere ius de nouo, ſed ſubintelligi, ſi quod habet.

t *Eſt impoſſibile.*) Proteſtationem in his quæ à legis diſpoſitione pendent nihil operari, poſt gloſſ. & doct. in *d. l. alimenta, C. de negot. geſt.* Ferrar exemplis illuſtrando *in d. form de decl. iuriſdict. alic iud. n.* 11. Roman, *conſ.* 247 *n.* 6 Iaſ. *in d* §. *fuerat. nu.* 106. *verſ præterea &* 2 *& in d.* §. *morte n.* 26 Dec. itidẽ illuſtrando & remiſſiue diſtinguendo, *in d. ca. cum* M. *nu.* 67. *cum ſeqq. & conſ* 516. *ſub n.* 19. *& in l. 1. n.* 26. *C. de edend.* Alciat quoque *illuſtrando, in d. l. deteſtatio, n.* 22. Olaſc *dec.* 39. *n.* 28. Valaſc. pulchre limitando, in caſibus in quibus ius vel conſuetudo admittit proteſtationem, *d. c.* 52. *n.* 16. *verſ. vid tur tamen.* Cephal. *conſ.* 407. *n.* 42 Surd. *d. dec.* 26 *n.* 34.

v. *Quod non.*) Felin *ſub n.* 75. Dec. cum *apoſt. nu. (mihi)* 68. *in d. c. cum M* Ferrar, cum apoſt. *ad d. ver. proteſtans ſub n.* 4. Iaſ. *ex com in d.* §. *morte, n.* 20. & latiſſ. *in authent. ingreſſi, n.* 30 *cum ſeqq.* ibidemque Dec, *n.* 22, *cum ſeq. C de ſacroſa. eccl.* Villal. *ex communio. in com opin lit. P. nu.* 370 licet contra Panorm *in c. vlt. n* 7. *de cond. appoſ.* & quos refert Couar. ſcepticus, *in epit de ſponſ. al. part.* 2. *c.* 3. §. 1 *n.* 18. Idem ſi canonici collegam ſibi adoptantes proteſtentur ne ei ius ſit reditus aliquos præbendamue accipere, nihil tali prædictione agunt: quia lex ei canonicus ſit dari ea omnia iubeat, Alc. *ad d. l. deteſtatio. n.* 23. *per d. c. cum M.* vbi poſt alios Dec. *ſub num. (mihi)* 67. *& in c. ſolicitudinem, ſub num.* 22. *de appellat.* Maſcard. *de prob. lib.* 3. *concluſ.* 1242. *ſub numer* 8.

x. *Mutari.*) Tex. *in l. nõ poteſt* 23. *ff de iud* latè poſt Socin. *reg* 136. aliosque Gail. *lib.* 1. *obſ r.* 74. *num.* 4. *cum ſeq.* vbi neque partium conſenſu accedente.

z. *Non valet*) Iaſ. poſt alios *in d.* §. *morte ſub nu.* 26. Diximus vberrime ſupra *ca.* 109. *in fin ad verb. neceſſaria.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT CXXII.

De Proteſtationibus ſeruientibus in Iudiciis.

SVMMAE.

1 *Proteſtationes in iudiciis fiunt aliquando ab* { *Actore.* / *Reo.* / *Vtroque.* / *Aduocatis, aut Procuratoribus partium.*

Proteſtatio {
2 *Actoris fit in poſſeſſoriis.*
3 *Rei fit* { *in declinatione à Iudice,*
4 *vel*
5 *in Exceptione Saluationibus.*
6 *Vtriuſque fit de Damnis, & Intereſſe.*
7 *Aduocatorum, vel Procuratorum fit de iniurioſis dictis, aut ſcriptis.*

8 *Proteſtationes* { *Fieri debent ante actum celebratum.* / *In omnibus actibus renouandæ ſunt.*

Quæſtiones.

9 *Proteſtationes ſui venia, tua pace, &c. an excuſent ab iniuria.*
10 *Proteſtationes de concubinatu, an excuſent à ſtupro.*

PRæcedenti capite de Proteſtationibus egimus in genere, nunc de eiſdem ſpeciatim accipe, quæ in iudicijs fieri conſueuerunt.

1 Fiunt itaque Proteſtationes in iudiciis, aliquando ab Actore, & aliquando à Reo, & nonnunquam ab vtroque, ſcilicet, & ab Actore, & à Reo. Vel etiam aliquando ab horum Procuratoribus, aut ab ipſorum Aduocatis.

2 Actor autem ferè proteſtatur (a) in materiis poſſeſſoriis, nempe, quando prædicit aut præloquitur, quod quicquid erit dicturus aut allegaturus ad petitorium, id non intelligat ſeruire, niſi ad poſſeſſorium,

Reus verò proteſtatur coram iudice, quando ab
3 ipſo declinare volens, dicit & præloquitur, quod per ſuam præſentiam & comparitionem, nolit ſibi præiudicatum iri in ſua declinatoria. Et talis Proteſtatio, contra iudicem, eximit (b) proteſtantem ab eius iuriſdictione. *l. vnica*, & ibi Bartol. *C. Si quacunq; prædit. poteſt.*

4 Sic etiam Reus ſe à Iudice aut eximit, aut præpoſteras exceptiones ſaluat, quando proteſtatur corā Iudice, quod per ſuas exceptiones præpoſteras, aut præpoſterè, (c) indebitoque ordine allegatas, & non propoſitas, nolit, nec intēdat ſibi, ſuæque cauſa præiudicari debere. Aut quando Reus proteſtatur, quod per id quod declarat, reſpondet aut exprimit, non intendat, nec velut per hoc ab ipſo litem eſſe conteſtatam.

5 Actor autem & Reus ambo in iudiciis proteſtare poſſunt de Damnis & intereſſe, quando res ita poſcit, aut propoſito, cauſæue ſeruit.

Procuratores verò vt Aduocati proteſtantur, 6
quando ipſi aliquid dicere aut ſcribere volunt, ſiue intendunt, quod iniuriam ſapiat, aut quando apertè iniurioſum eſt, quod dicunt aut ſcribunt, & tamen proteſtantur, quod per ſua dicta, aut ſcripta, non intendant aliquem velle afficere iniuria, aut contumeliis aſpergere, ſed clientum ſuorum ius tantum, talibus dictis aut ſcriptis conari defendere & conſeruare.

Sed hoc loco notandum eſt, quod omnes prædi- 7.
ctæ Proteſtationes, debent fieri ante actum celebratum, aut ante actus celebratos, ſuper quo, aut ſuper quibus, Proteſtatio fit, *l. Si pecuniam*, §. *Item ſi quis, ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* Nam poſt actum celebratum, ipſa Proteſtatio prorſus eſſet inualida. (d) Nulla enim Proteſtatio retrotrahitur, nec ad præterita reſpicit, ſed tantùm ad futura, & actus ſequentes. Ideoque non operatur ſuum effectum, in retroactis, ſed tantùm in actu præſenti quo fiunt, & actibus ſequentibus, (e) *l. Finali*, & ibi Bald. *num* 2. *C. de negot. geſt.* Et Proteſtationis autem illa vis, & effectus, quo alicui conſeruatur ius in futurum, & non ius præteritum, ſuprà meminimus in capite iam præcedenti, de Proteſtationibus,

Secundò, notandum eſt, quod in reliquis omni- 8
bus, & ſingulis ſubſequentibus actibus, qui in iudiciis fiunt, vtile eſt (f) eandem Proteſtationem renouari & repeti, alioqui ipſa nihil operaretur, potiſſimum illa Proteſtatio, qua quis proteſtando dicit ſe non conſentire in Iudicem, debet enim illa in omnibus ſequentibus iudicij actibus renouari,

uari,teſte Bald. *in l. Pacta nouiſſima in 3 colum nu. 8 in fine verb Item in iudiciis, C. de pact.* & notant. Archidia: *in c. Diacono 28. diſtinct.* & adde quod notatur per eundem in *c. Diaconus, & in c. Quod interrogaſti 27. diſtinct.* & per Io. Mo. & Io And *in c. Generali, de r. g. iur. li. 6.* Sed hic occurrebant mouendæ quæſtiones duæ,hoc tempore nec inſolitæ, nec inutiles, quarum vna erit iſta,† An huiuſmodi
9 Proteſtationes vulgares,quæ paſſim,tum verbis,tũ ſcriptis feruntur, ſcilicet: *Saluo tuo honore, Salua tua pace, Salua tua venia, aut reuerentia Abſit à me omnis contumeliæ ſuſpicio. Non hæc iniuriandi animo à me dicta eſſe putes velim*, & ſimiles,quæ ſi iuſtè ponderentur iniuriam internam includunt, & huic verbo(*Tu mentiris*) æquiualere cenſentur, & quãuis iniuriam deprecari videantur, iniuriam tamen maximè aſpergunt. De his itaque quæritur: An tales Proteſtationum formæ,quales tum in Libellis, tum in Exceprionibus inferuntur, excuſent, & releuent,ne quis per eas actione iniuriarum obſtringatur. De hac quæſtione vide D. Bartolomæum Soci,in ſuis conſiliis, *conſil. 118 incipiente, Viſis, verſic. ad vlt reſpondetur, in 1. parte*, vbi reſpondet affirmatiue & negatiue,ſcilicet,quod iniuriarũ aliquis per eas teneatur, & non teneatur. Vide etiam Bartol. in vulgata, *l. Si non conuitii Cod. de iniur.* D. Speculator tamen, inter alia ponit hic diſtinctionem & exceptionem, *tit. de Aduocat. § 4. incip. Iam tunc videndum eſt, num. 3. & 4. in verb. Hoc tamen.* Vbi dicit,quod niſi proferatur cum Proteſtatione, & quod ea non animo iniuriandi,ſed tantum iuris ſui conſeruandi gratia, iniurioſæ cenſendæ ſunt omnes prædictæ prænarrationes. Sed ſi proteſtetur, quod tantum iuris ſui cauſa dicat, quod ius conſeruare iniurioſum dici non debet Ideoq; talis Proteſtatio merito excuſat, & multum operatur, *c. Lotharius 31. q. 2 c. Saluo 9 q. 3 ca Quia diligentia, & c Cumana, extra de elect. c. Cum olim, extra de cenſibus & cap Finali, extra de appellat* Vide etiam Oldradum de iniuriis,in ſuis conſiliis, *conſil 53.*

Altera quæſtio eſt. An Proteſtatio, quia quis proteſtatur,quod intendit tenere Titiam pro ſua concubina,excuſet à ſtupro? Et reſpondendũ eſt,quod ſi præceſſerit, & legitime præmiſſa fuerit talis Proteſtatio,quod ea tũc à ſtupro excuſet. Nã ſi ea Proteſtatio nõ procederet, illicitus eſſet concubinatus, & diceretur ſtuprũ, ſed hæc in foro ciuili, non in foro conſcientiæ, vbi talis Proteſtatio eſt nulla ſed ridicula. De forenſi autem excuſatione vide Bald. *in l Eam quam 11. column. verb. Et nota quod licitus, n. 55 ad medium, C. de fideicom miſſ* vbi dicit huic conforme. Quod licitus quidem concubinatus eſſe cenſetur inter ſolutum & ſolutam: ſed tamen debet interuenire verbum proteſtantis: quo proteſtatur ſe tenere illam pro concubina,idque ſe facere & eam ſe domi continere, vt ſe à ſtupris, adulteriis,vagis illicitiſque concubitis temperet, & moderetur, ſicuti multi ſtudioſi in vniuerſitatibus & exteræ nationes multæ facere ſolent, maioris mali vitandi gratia. Nam ſi non interueniret prædicta proteſtatio, vel ſi non aliquo alio modo cõſtaret de mutuo concubinali conſenſu,vel cũ Virgine, vel cum Vidua, committeretur ſtuprum, vt in *Authentico de triente & ſemiſ § Conſideramus, in fine. Et l. e ſi quis viduam.* ſecundum Oldradum, *ff. de quæſtionibus.* 10

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXII.

a. P*Roteſtatur.*) Ita Alex. *in l. naturaliter, § nihil commune n. 31. ff. de acquir. poſſeſſ.* inſtruit aduocatum actoris agentis poſſeſſorio recuperandæ, vt ſi videat per reum produci inſtrumenta concernentia cauſam proprietatis,proteſtetur ea non admittenda,neque admittat:nam ſi ante conteſtationem non proteſtetur, quod non audiatur excipiẽs de proprietate & facta publicatione tacet, proceditur que ad concluſionem ſibi præiudicet, & de proprietate quoque iudicetur, idemque Alex. *conſ. 77. ſub num. 13. lib. 2. & conſ. 89. nu 8. in fin lib. 5.* Afflict. *ex SC. dec. 193 nu 1.* Salycet. in momentariæ *in 6. oppoſitione, C. vnde vi. & in l. incerti, num. 12. C. de interd.* Iaſ. *in l 1. num 3. verſ. 2 confirmo. ff. de oper. nou. nunc. & in l. patre furioſo nu. 24. de his qui ſui vel alien iur* Dec. declarando & limitando *conſ. 84. num. 2.* Pariſ. alias quoque dans cautelas *conſ. 1. num. 171 conſ. 107. num 27. & conſ. 113 n. 5.* cum ſeqq. *lib. 1. & conſ. 11. num. 18. lib 4* Crauett. extendẽdo *conſ. 248. ſub n. 3,* cum ſeq. Nat. *conſ. 289. ſub n 11.* cum ſeq. Meicſner declarando, aſſerens tamen articulos proprietatem concernentes ad iuſtificandum poſſeſſionẽ datos, non præiudicare, etiam nulla facta proteſtatione, *dec. 13. num. 21. 58. in fin. & num 84 tom. 3.* Menoch. accuratiſſ. extendendo & reſtringendo, recuperand. poſſeſſ. *remed 1. quæſt. 15. num. 161. cum ſeqq. vbi nu. 166.* doct. non affirmare neceſſariam omnino eſſe proteſtationem expreſſam, ſolum dicere bonum eſſe proteſtari, alioquin eſſe in verbis conſtituere differentiam, cum opponendo, vel replicãdo quod non intendit cauſam ſuper petitorio tractari, nil aliud ſit quam proteſtari quod ſit ante omnia reſtituendus, tanquam aduerſus legis præcepta ſpoliatus, id quod ſentit &

Pariſ. in d. conſ. 1. ſub num. 171. dum alios adducit etiam cautelas, vt ſupra.

b. *Eximit.)* Ferrar. de huiuſmodi proteſtationibus latè agens, in forma de declin. iuriſdict. a iudic. iudic. ad fin cum addit. Rip. ex com. in c. cum M. nu. 99. de conſt. t. Villal. declarando, in com. opin. lit. P. n. 272. cum ſeq. Kirch in com opin verb. proteſtatio rei Dec. conſ. 405. num. 12. & in cap. 1. in 1 lectur nu. (mihi) in fi. de iud. vbi è ſtylo nu. 183. cautum eſſe debere proteſtãtem vt dicat, quod per aliquem actum quẽ facit, non intendat in iudicem conſentire, niſi quatenus de iure teneretur; alioqui poſterioribus iis verbis omiſſis, poſſe vt contumacem puniri, & fatuum eſſe aduocatum, ſi non adiiciat huiuſmodi verba; quia alioqui poſſit iudex dicere, & ego ex nunc pronuntio te contumacem, & procedere tãquam contra contumacem; reſpondit. Poſt Innocent. in cap. cumana, numer. 4. de elect. Angel. conſ. 217. num. 2. 17. num. 2. verſ. 2. probatur. late Iaſ. in l. eleg inter, §. ſi quis poſt tranſactionem num. 5. ff de condict. indebit. voluitque Villal. in com. opin. lit. P. nu 374 in fin Kirch delcarando, in com opin. d. verb proteſtatio rei Rebuff. tom. 3. conſtit. reg tracta. de contum. & defect. artic. 2. glo. vn. nu. 22. Addit tamen Dec. qui ſupra, pronunciatum huiuſmodi Innocent. defendi potius propter auctoritatem eius, quam quod videatur neceſſarium, attẽta proteſtationis eius forma, aſſerens proteſtantis intentionen declarari, quod non neget velle in iudicem conſentire ſi teneatur, ſed non intendat prorogare iuriſdictionem, ita quod ex aliquo actu ſuo iudex efficiatur qui non ſit, idemque Dec. in d. c. cum M. nu. 92. Sed & additis illis verbis, poſſe iudicẽ pronunciare litem haberi pro conteſt. Rebuff. è prax. d. gl. vn. num. 20. de verborum huiuſdodi clauſula agens latiſſ. vt & de omnibus his Coraſ. ad l. ſi iam auguſti nu. 11. verſ. infertur 3. ff. de ſeruit. vbi ſubiicit nihilominus propter auctoritatem Innocent. ſummoperè cauendum eſſe ab illa proteſtatione ſic ſimplicius facta: nam ſi non pronunciaret iudex proteſtantem haberi pro contumace, & detegeretur poſteà incompetens, cum non cenſeatur iuriſdictio eius prorogata, maximi momenti eſſet proteſtatio: quia acta coram eo iudice facta nulla redderet.

c. *Præſeſtere.)* Quod exceptio incompetentiæ debeat opponi ab initio, antequã fiat aliquis actus per quem videatur in iudicem conſentiri, tradit Bart. in d. §. ſi quis poſt tranſactionem, num 4. ſequiturque ibidem Iaſ. late extendendo & limitando, ſub n. 4 & 5. Diximus ſimul de materia ordinis prępoſterati, ſupra c. 120. ad verb admitteret.

d. *Inualida.)* Gloſſ. in l. concubinatu in verb. teſtatione, de concub. Bart in l. vlt §. item ſi prædixerit, ff. nau. caup. ſtabul. Roman. conſ. 147. ſub n. 6. Iaſ. extendendo, in l. non ſolum §. morte, num 34. ff de op. nou nunc. Dec. cum apoſt. in d. c. cum M. num. 53 ibidemque Rip. ex com num. 13. Crauett. conſ. 112. nu. 12. Villal. in com. opin. liter. P. numer. 358. Menoch. conſ. 28. num. 36. & l. b. 3. præſumpt. 15. num. 20. cum ſeq. & præſumpt. 45 n. 25. in fin cum ſeq. Viu. dec. 520. num. 10. Surd dec. 246. num 4.

e. *Sequentibus.)* Proteſtationem præcedentem declarare animum ſubſequentem proteſtantis, poſt Bart. in l. Meſennius, per illum text. in 1. no ff. de nego. geſt. alioſque Cephal declarando, conſ. 37. nu. 20 & conſ 76. num. 30. Menoch. conſ. 113. num. 38. & 43. Maſcard. de prob. lib. 3. concluſ. 1242. num. 27. in fin. vbi n 24 cum ſeqq hac de re latius. & d. conſ 37. n. 21. quando verba ad futurum diriguntur, ad omnẽ actum quandocunque factum porrigi.

f. *Vtile eſt.)* Ad cautelam ſcilicet in omnem euẽtum. vt voluit Dec. in d. c. cum M. nu 98. in fin. dum inibi nu. 93. & ſeqq cum apoſtill contra com. ſentit. nõ eſſe neceſſarium. Verum quod proteſtatio ſimplex nõ porrigatur ad eum actum qui poſtea ex interuallo fit, Iaſ. ex communiori poſt alios in dict. §. morte nu. 13. verſ. 2. habes. Turzan. com. opin. 4. verb. proteſtatio. Villal. declarando, in com opin. lit. P nu. 361. & 375. cum ſeq. Soarez. recept ſent. theſ. in lit. P. num. 353. copioſe Maſcard. declarando d. concluſ. 1242 num 1, cum ſeq. vbi numer. 29. cum ſeqq. poſt Iaſ. in d. § morte nu. 13. ad fin. Nat. conſ 531. nu 38. alioſque, limitat quando verba proteſtantis ſint in futurum concepta, & ſimul generalia.

g. *Tu mentiris.)* Verbum ipſum iniuriam irrogare quam honoris illa ſeruatio non extinguat, ait, poſt Bart. in l. ſi quis extraneus in princ. vbi & Iaſ. nu. 3. ff. de acquir. hered. Alciat. in d. l. deteſtatio ſub n 26. de verb ſignific. Iaſ. exacte ex com in di. §. morte nu. 47. in f. & vim num. 36 ff de iuſtit. & iur. & in le. vlt. nu. 3 ff quod quiſq. iur. Guid. dec. 465. ad finem; Boër. conſ. 4. num 25. cum ſeqq Couar. var. reſol. lib. 1. c. 11 num 1. Soarez recept. ſent. theſaur. in lit. I. n. 76. cum ſeq. Viu. lib. 2. com. opin. in verb actione iniuriarũ ſi proteſtetur. Gail. li. 2 obſ. 101. num 1. Coraſ. miſcellan. iur. cap. 24. numer 4. lib. 6. cum actui contrarietur proteſtatio, contrariamque voluntatem admiſſum declaret, vt ſcribit idem Coraſ. in d. leg. ſi tam auguſti num 5. vbi licet ſecundum Cuman. in d. l. ſi quis extraneus, ſecus ſit, ſi diceret quis, tu non dicis verum, ſaluo honore tuo, tamen hoc vix Galli reciperent, apud quos par ſit dicere, tu mentiris, & non dicis verum; vtrobique enim credant idem eſſe conuitium. E quidem quum agreſtes, etiam Galli, non perinde modeſtè, aut penſiculatè, norint mentis concepta ad amuſſim proferre, vt fortaſſis aulici; non tam ad nationem quàm animi motum proferentis, hac in re reſpiciẽdum puto, iuxta l. ſi non conu tũ, 5. C. de iniur. quum iniuria ex affectu facientis conſiſtat, ſubſtantiaque in actione ſit animus iniuriandi; & per circumſtan-

Digitized by Google

tias & indicia iudicemus de animo vt poſt Roman. conſ 96. n. 4. ad fin. Panor. in c. cum te, n. 2. de re iud. aliosque Surd dec. 89 ſub num. 25. & 26. Addit porrò non ineleganter inibi Coraſ. n 6 quòd licet iniurioſa ſint ea verba, tu mentiris, ideoque ob ea iniuriarum libellus rectè detur: in eum tamen qui crimen aut conuitium aliquod mihi obiiciat impune poſſim proferre eadem verba, tu mentiris; cum tunc non animo iniuriandi à me proferantur, ſed gratia honoris mei conſeruandi, & vt exiſtimationem ac famam meam defendam, quam certè negligens crudelis ſit. Villal. in com. opin. lit A. num. 27. Clar. ſent. lib. 5. § iniuria, n. 14. & Soar rec. ſen. lib ſ. in lit. I. nu. 73. & in lit. M. nu. 126 Bonacoſſ. in com. opi. verb iniuriarum actione, Limitatur autem prior ſententia, vt non liceat primo iniurianti replicare, imò tu mentiris; quia actione iniuriarũ teneretur, Iaſ. poſt Caſtrenſ. in fin. & alios; in d l. vlt. ſub n. 5. ff. quod quiſq. iur. & in d l. vt vim, num. 27. in fin. de iuſt. & iur. Alciat. d. conſ. 246 ſub nu 3. & conſ 363. ſub nu. 2. Coraſ. in d. l ſi tam anguſti, num. 6. in fin. & qui aliter quoque limitat Gail. in d. obſ. 101. ſub n. 5. h. In exceptionibus.) Opponentem crimen vel exceptionem iniurioſam, teneri actione iniuriarum, per l. ſi non ei, 3. & l ſiquidem 10. C. de iniur. poſt Oldrad. in adducto conſ. 53. n. 11. in fin. cum ſeq. Socin. in adducto conſ 118. nu. 5. verſ. confirmatur hæc opin. lib. 1. aliosque Surd dec. 89 nu. 2 part 1. VVeſenbec. ex com conſ. 22. n. 30. addens rationẽ, quod præſumatur non ſui iuris tuendi cauſa, ſed iniuriãdi potiùs animo feciſſe, prout verba dant, maximè ſi ea probarit. idemque poſt Salycet. quoque in d. l. ſi non conuicij, n. 6. de iniur. Felin in c 1. in fin. de except. & alios Surd. d. dec 29 ſub n. 2. ibidemq; nu. 3. procedere, etiamſi proteſtetur ſe non opponere animo iniuriandi: quia ſi nõ probetur exceptio, nihil operetur proteſtatio quæ ſit contraria facto; quæque magis aggrauet quàm releuet, VVeſenbec. d. conſ. 22 ſub num. 30 poſt Iaſ. in l. vlt ſub num. 3 ff. ff. quod quiſq. iur. & alios, alias (inquiens) facilè eſſet occaſionem dare iniuriandi, ſi permittatur id cũ proteſtatione facere, vt & alapam dare, &c. Imò ne veritatem quidem criminum iniurioſè obiectorum excuſare ab iniuria; niſi doceatur alia intentione obiecta ea fuiſſe, com. eſſe theoricam, per l. ij. C de offic. rer. pro poſt Boſſ in pract. crim. titu de iniur. n. 3. & 4. vel quòd abſit libido & animus iniuriandi, vt & poſt Oldrad. in adducto conſ 53. num 4. Roman conſ. 96 nu 5. & ſub nu. 6. & Panor. in d. c. cum te n. 36. Surd. d. dec. 89. ſub n 27. vbi ſub n. 22. poſt Alex. conſ 212. n. 5. verſ. idẽ iſte teſtis, & n. 6. li. 2 Gomez. var. reſol tom 3. ca. 6. n. 2. verſ aduertẽdum tamen, Cranet conſ. 386. ſub n. 20. & Cepol. conſ. 71. verſ. ex fin. verſ. nam quæcunque, ab accuſatione iniuriarum excuſare iuſtam, vel etiam iniuſtam cauſam, id quod multis auctoritatibus procedere accuratiſſ. demonſtrat, etiamſi conuitium fuerit in iudicio prolatum, licet non ſit probatum: & tandem ex SC. concludit, quò ad actionem iniuriarum, cauſam iuſtam ſufficere ad excuſandum; ſiue ea ſit fundata in eo, quòd teſtes qui deponere promiſerant poſteà defecerunt, ſiue quia pars impediuerit, ne illi producerentur; ſiue in eo, quòd extaret fama, vel publica vox, vel vnus teſtis, vel quid ſimile, poſt Felin. in d. c. 2 ſub n. 18. de except. Boſſ. in d. tit. de iniur. ſub n 4. Boër. d. conſ. 4. ſub. n. 43. cum ſeq. alioſque commemoratos, vt & limitationem huiuſmodi multum ſibi videri æquam, & ſecundum eam iudicatum refert ad dec Tholoſ 409. Aufrer. ad fin. (in quo viro obſeruare licet, quod dicebatur auctor noſter, in patroc. tit. de tut & curat. mercd tom. 1 n. 29 conſummatæ eſſe doctrinæ; & quod Pinell. ad l part. 3. ſub num. 36. C. de bon. mat. doctiorem quàm plures putent, aut quod Hotoman. conſ 1. li. 1. inter Gallos pragmaticos facilè principem, aut qui omnibus practicis Gallis præferendus, vt Ant Conti. tract. de pact. futur ſucceſſ ſub num. 17. Ex quibus liquet, ſolidum omnino aut perpetuũ non eſſe, quod tradit Alciat. in d. l. deteſtatio, ſub n. 27. poſt Socin. hic adductum; cum quis aduerſus teſtes allegat falſos eos, infames, ſceleſtõs, facinoroſve eſſe, proteſtaturque id ſe non animo iniuriam illis faciendi, ſed cauſam ſuam defendẽdi dicere, poſſe nihilominus lege Cornelia de iniuriis conueniri, idemque Boſſ. d tit. de iniur. n 21. Men ex communi ori conſ. 41 n. 7. & 32. Gail. ex com. d. obſer. 101. nu. 6 cum ſeq. li 2 Bonacoſſ. in com opin. verb proteſtatio Kirchou. in com. op. n. verb proteſtatio ſaluo. Iaſ. in d § morte ſub nu. 47 & poſt Alex. in d. l. vlt. ſub n. 2. cum ſeq. quod quiſque iur. vbi tamen alij contrà, vt opponẽs crimina teſtibus, iniuriarum non teneatur. licet non probauerit, idque aduerſa diluendo, confirmat latè Fachin. controuerſ. lib. 9. c. 13 aſſerens bis, in collegio facultatis iuridicæ vniuerſitatis Ingolſtadiẽſis, pronunciatum fuiſſe, non teneri iniuriarum actione eum, qui talia crimina aduerſus teſtes oppoſuerit, & hanc com. videri teſtatur Coraſ. in d. l ſi tam anguſti, ſub n. 7 de ſeruit. & lib. 6. Miſcellan iur. d. c 24. toto, ſentitque Coſtall. ad d. l. vlt in princ. qui tamẽ vtrique diſſidentes opiniones fœdere diſtinctionis componere ſatagũt; vt prior procedat, in cauſa bonorum, ſiue ciuili, & poſſint teſtes iniuriæ diſceptare, & opponens teneri: poſterior verò obtineat, in accuſato capitis vel famæ, vt ſi crimen ingerat pœnam ſanguinis vel exiſtimationis (quam leges compareant, vt nos docuimus, in loc. com. par. tit. honor.) non teneatur teſtibus opponens crimina quantumuis grauia; ignoſcendum enim ei, qui ſanguinem ſuum qualitercunque redemptum voluerit, vt habet tex. in l. 1. ff. de bonor. eor. qui ant ſent. mort. ſibi conſciuerunt.

b. *Clericus*) Marian. latiſſ. declarando, *in c. 1. per illum tex. num. 3. cum ſeqq. de for. compet.* Gail. licè quoque ampliando, *lib. 1. obſer. 37. nu. 1. cum ſeqq.* Mynſing. *cent. 2. obſ. 67. in princ.* Quomodo autem puniatur trahens clericum coram incompetente, extensè, ſuo more, Marian. per illum tex. *in cap. ſi diligenti, in 17. art. princ. nu. 23. cum ſeqq. de for. comp.* & poſt Freder. *conſ.* (*mihi* 90 *toto*, illoſq; commemoratos, Roman. *conſ.* 369 *n* 39 *cum ſeqq.*

c. *Miles*) *Tex. in l. 9. ff. de re mil.* Viu. ex SC. aliud aſſerens in milite non militante, *dec. 254. nu. 2. cum ſeq.* Clar. *recept. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 36. n. 24.* vbi vidiſſe plerunque ex iuſſu ſenatus remitti milites delinquentes, ad iudices loci; & èconuerſo. Sed & præſidem prouinciæ, cognoſcere de militis delicto, in ſua prouincia commiſſo, verùm ſi extra prouinciam ſit commiſſum; tunc conueniri ſub magiſtro militum, Viu. ex SC. *d. dec. 254. nu. 4* poſt Salycet. *in l. ſi miles, num. 2 C de exhibend & tranſmit. reis.* Qua de re etiam Meruſ. *prax. lib. 4 tit. 4. cap. 3. num. 5. vbi num. 6.* de ſcholaſtico, de quo & hic itidem ſubſequitur.

d. *Capitalis.*) Marant. *de ord. iud. part. 6 membr. 2. princ. de appell num. 35.* vbi ſufficere quamlibet inimicitiam etiam non capitalem. Imò quòd ſit probabilis inimicitia, & quòd reputet inimicum, licet non habeat fomitem veritatis, Capyc. *dec. 138. n. 3. cum ſeq.* Viu. *d. c. 362 num. 3. cum ſeq.* Rebuff. *conſtit. reg. tom. 3. tract. de recuſat. art. 9. gloſſ. vn. nu. 16.* vbi hoc tamen exprimi ſolere in praxi, quod ſit inimicus capitalis; Burſat. *conſ.* 265. *numer. 24.* Reliqua dicentur inferiùs *cap. 125. ad verb. ſit inimicus.*

e. *Sit maleficus.*) Imò iudicem non repelli exceptione criminis, Marian. ex com. limitando, in *cap. qualiter & quando, num. 71. ad fin. cum ſeq. de accuſ.* Clar. *ex tom. lib. 5. ſent. §. fin. qu. 43. nu. 3.* Bannitum tamen ob crimen iudicem eſſe non poſſe, Vinc. Ann. ex SC. *ſingul.* 52. Alioqui, ſi non ſit de crimine condemnatus, etiam delegatum non poſſe hoc nomine repelli aut euitari, quod ſit homicida, aliove quo crimine notatus, poſt *gloſſ. & Doct. latè*, Dec. limitando in crimine notorio *in c. ſciſcitatus, n. (mihi) 24 cum ſeqq. de reſcr.* & poſt alios quoque Caſtrenſ. *in l. cum prætor, 12. §. non autem, nu. 3. ibidemque, in §. is quoque.* Coſtal. ſub init. *de iud.*

f. *Infamis.*) Latè Caſtrenſ. poſt alios, per illum *tex. in d. §. non autem, ſub n. 2.* ibidemque ad illam l. cum prætor, Buſ. aſſerens hoc, ita in hæreticis & infamibus, vt iure, ita moribus obtinuiſſe, *num. 7.* Dec. declarando, *in d. c. ſciſcitatus, num. 6. cum ſeqq.* Peck *in reg. infamibus, præſertim ſub n. 6. de reg. iur. in 6.* Gam. cum apoſtill *dec. 139. in fin. vbi ſub nu. 2.* etiam admiſſum repelli. Porrò autem qui ſunt infames de iure ciuili, regulariter erunt & de iure canonico, Rebuff. limitando, in proœm. conſtitut. *reg. gl. 1. ſub num. 73.* poſt Angel. *in l. 1. ſub init.* de his qui notant infam. Sed & moribus infamia notari, qui iure ciuili infames fiunt, tradit Baro. ad *inſtit. tit. de pen. temer. litig. comment. partic. 2 ad fin.*

g. *Statim comprobet.*) Aſin. *ad ſtatutum Florent. de mod. procedend. part. 1. §. 13. cap. 1. num 20. cum ſeq.* Socin declarando, & fallentias enumerando, *reg.* 126. *& in l. exceptio, ij. §. ſané, n. 3. ff. de except.* vbi tamen dilatoriam poſſe opponi ante conteſtationem, & probari poſt, quo caſu oppoſitio vim proteſtationis habebit, per *l. exceptionem, C. de probat.* Muſcat. declarando prax. ciuil. *part. 5. gl. 1 nu 7. cum ſeqq.* Et terminum ad probandum has dilatorias incipere currere, poſt exceptionem admiſſam per iudicem, Menoch. *de arbitr. iud. caſu 140 ſub nu 12. poſt Doct. in c. pia, 1. de except. in 6.* Decian. *conſ* 98. *n. 7. lib. 2.* Capyc. *dec. 83. ſub n. 2.* vbi ſi oppoſita exceptione ſtatim contra eam replicaretur, & in ea replicatione tranſirent octo dies, qui in illo *capia* ſtatuebantur ad dilatoriam probandam non nocere; cum adhuc non fuerit admiſſa exceptio.

Capvt CXXIV.

De cauſarum remiſsione petenda.

Svmmae.

1 Remiſſio { *Quid ſit.* / *A quibus petenda.* / *Ex qua cauſa petenda.* }

2 Remiſſio { *In materia debitorum ſemper competit Ordinario.*
3 *Datur Ordinario, ſi coram ipſo Pars non primo citata fuiſſet.*
4 *In materia vſuraria ſeruatur coram primo Iudice.*
5 *In materia compromiſſorum, fit coram Arbitris.*
6 *Quando plures Iudices ſerunt, fit vbi Pars ſe iudicio ſiſtit.* }

7 *Qui à ſuo Iudice declinat, puniendus eſt contumacia & expenſis.*

Digitized by Google

Remiſſio vel Reuocatio
8 *Perſonalis non eſt in vſu per totam Flandriam, niſi in prouinciali Curia Flandriæ.*
9 *Realis petitur à Iudice, ſub quo fundus conſiſtit.*
10 *Non datur Laicis, qui ſe perſonaliter obligarunt cuiuis Iudici.*
11 *An impediatur per obligationem generalem.*
12 *Non competit Clericis, qui ſuo foro renunciare non poſſunt.*
13 *Iuramentum illicitum, nullo modo eſt ſeruandum.*
Ius introductum in fauorem
14 *Quorundam tantum, huic renunciari poteſt.*
15 *Publicæ vtilitatis, huic renunciari non licet.*
Clerici parere debent Iudici ſeculari
16 *In materijs poſſeſſorijs.*
17 *In materia feudali.*
18 *In materia Locationum, & Conductionum.*
19 *In materia Saluagardiæ, & Edictorum Principis.*
20 *In iuribus Municipalibus.*
21 *In Edictis Principum.*
22 *Vbi Proceſſus inceptus fuit ante Clericatum.*
23 *Reuocandus Proceſſus ad primum inſtitutionis locum.*
Remiſſio, vel Reuocatio non conceditur
24 *His qui* { *ſubſunt Cameræ Flandriæ.* / *citantur ad Cameram Flandriæ.*
25 *Officiarijs Principum, in ſuo officio peccantibus.*
26 *In Cauſis priuilegiatis, quæ ſunt*
Crimen læſæ Maieſtatis.
Violatio fidei publicæ.
Arma prohibita geſtare.
Conuentus illicitus.
Coniurationes.
Pacta cædis alienæ.
Factum ſupra factum.
Vexillata Officiarijs Iuſtitiæ.
Officiarij peccato in ſuo officio.
Effractiones Carceris.
Hactenus crimina qualificata.
Interinmenta Remiſſionum.
Priuilegiorum, Gratiarum interpretationes.
Protectio Eccleſiaſticorum.
Caſus nouitatum.
Numiſmatum cauſa.
Amortiſatio bonorum Eccleſiæ.
Condemnationes ab Aula Principis.
Remiſſio vel Reuocatio non conceditur in materijs
27 *Dominiorum, & ordinationum Principis.*
28 *Guarandiæ, niſi quis prius Guarandiam promitteret aut negaret.*
29 *Schedulæ nondum confeſſæ, aut negatæ, aut planè negatæ.*
30 *Viduarum, præcipuè nobilium, ne coram Pontifice quidem.*
31 *Ad iudicem ſuſpectum, aut ius recuſantem.*
32 *Feudalibus, quando Feudatario negatur receptio.*
33 *Poſt litiſpendentiam, vel cauſam fixam.*
Citato contumaciate.
Remiſſio vel Reuocatio non conceditur in materiis
34 *Belli, poſt bellum finitum.*
35 *Malefactorum, coram Iudice.*
36 *Manutenentiæ aut Complaintæ.*
37 *Edictorum commiſſorum Gandenſi aut Mechlinienſi Concilijs.*
38 *Requeſtarum ciuilium, quas Princeps mandat ſuis Conſiliis.*
39 *Citato ad ſe excuſandum Remiſſio datur, in loco vbi ſe Iudicio ſiſtebat, & ſecuritas decernitur interim per Curiam.*
40 *Securitatem Curiæ violans, quomodo puniendus.*
41 *Clericus ſecuritatem renuens, ad eam per Curiam damnatur.*
42 *Iudex qui in cauſa contineter procedit, quamuis Pars Remiſſionem petat, coërcēdus eſt prouiſione Principis.*

Remiſſio

1 REmiſſio hic paſſiue eſt accipienda, nempe qua
cauſa ab vno Iudice ad alium Iudicem remit-
titur, aut reuocatur. Vnde etiam & Reuocatio dici
poteſt. Petitur autem hæc Remiſſio àlias à Parte,
alias ab ipſo Iudice, idque vel ex natura cauſæ, vel
ex priuilegio fori, vel ex priuilugio Iudicis, aut
Partis, ſicuti ex ſequentibus patebit.
2 In materia itaque debitorum, Remiſſio ſemper
habet locum (*a*) apud Iudicem ordinarium. Debi-
ta enim, nulli ordinariam iuriſdictionem pręripere
aut eripere poſſunt, quemadmodum nec ipſa Salua-
guardia (*b*) Attamen ſi quiſpiã impedimentum vl-
lum, grauamen, aut iniuriam inferret vni, qui vo-
catus eſſet à Curia, aut citatus ad ibidem compa-
rendum in iudicio, Curia de illo impedimẽto, gra-
uamine, aut iniuria (*c*) cognitionem ſibi reti-
neret, non ſecus quàm ſibi reſeruat, quæ cõtra Sal-
3 uaguardiam facta cognoſcit.
Si quiſpiam citaret aliquem iuridicè in Curiam,
Conſilium, ſeu Cameram prouincialem Flandriæ,
quem omiſſo debito ordine non prius citaſſet co-
ram Ordinario, tunc cauſa per Curiam remittitur
ad Ordinarium. Curia enim illa neminẽ ſua prima
notitia, & iuſtitia ferenda priuat, (*d*) niſi in priui-
legiatis cauſis, hic paulò ante conſcriptis, In mate-
riis vſurarij.
4 Iudex qui primam cognitionem de ijs vſuris ac-
cepit, is etiam ſibi primam iuſtitiam, & Remiſſio-
nẽ retinet & reſeruat, quia in ea cauſa præuẽtio (*e*)
locũ habet, quẽadmodum etiã locũ habet, in om-
nibus † aliis cauſis, quas mixti fori omnes eſſe te-
5 nemus. † Quãdo verò Partes in arbitros cõpromi-
ſerunt, & quando de ea compromiſſione, aut per
inſtrumentum, aut aliam authẽticam ſcripturam &
ſchedulam conſtat, tunc Cauſa remittitur ad arbi-
tros. Ea enim Partiũ in arbitros ſubmiſſio, Partes
ab omni iuriſdictione eripit, & liberat.
6 Quando autem plures ſunt Iudices, qui ſinguli
Remiſſionem petant, & dicant ſibi ipſis cauſæ cog-
nitionem competere, idque ex diuerſis cauſis, tunc
cauſa ſecundum quorundam opinionem, remitti-
tur ad locũ vbi Pars probat, & conſentit ſe velle
ſiſtere iudicio.
7 Quin & hoc obiter notandum eſt quod is qui
declinat à Iuriſdictione iudicis cõpetentis, punien-
dus (*) eſt vt contumax, & condemnandus in ex-
8 ſis. In nullis Flandriæ Curiis aut Magiſtratibus,
(excepto ſolo magno Concilio) vtuntur his Remiſ-
ſionibus aut Reuocationibus ab aliis Iudicibus,
præcipuè in actionibus perſonalibus, niſi Magiſtra-
tus ipſe tales Remiſſiones ex certa cauſa require-
rẽt, & cauſæ cognitionẽ ſibi ſeruatum iri velint, &
etiã niſi citatus eã cognitionẽ approbet & ratificet,
ibique ſe iudicio ſiſti velle conſentiat. Sed iſthæc
cõſuetudo ex Francia proceſſiſſe videtur: Ibi enim
nullus alicui Iuriſdictioni ſubditus, in Aula à Prin-
cipe Remiſſionem expetitam impetrat, niſi prius
ſuus Iudex aut Magiſtratus (cui ſubeſt) ipſum Re-
gi præſentent, & cum ipſo eandem Remiſſionem à 9
Rege poſcat, & impetret. Sed in actionibus reali-
bus, Remiſſio à ſuo Iudice petitur, & impetratur,
ſub quo, aut ſub cuius iuriſdictione fundus aut res
conſiſtit, (*f*) non obſtante etiam quod Dominus
fundi eam Remiſſionem reprobare, & auertere, vel
impedire conaretur. 10
Si qui Laicorum ſeſe perſonaliter obligaſſent de
ſe ſiſtendo cuiuis iudicio, & corã omnibus & qui-
buſcunque Tribunalibus, Iuſtitiis, aut Iudicibus,
tunc illis Laicis à prædictis Iudicibus nuſquam
declinare, neque Remiſſionem petere licebit.
Propter dictam enim obligationem præceden-
tem omnibus declinandi & remiſſionem peten-
di priuilegiis, imo quibuſuis iuribus ac priui-
legiis ſuis ſeſe exuerunt, & priuarunt. Quod vni-
cuique ſua ſponte (dum vult) permittitur, & locum
obtinet, etiam ſi tale priuilegium pro ſe eſſet intro-
ductum, *l. Si quis in conſcribendo, Cod. de pact. iuncta
ibi gloſſ. in verb. dignitatis, & l. Si quis in conſcriben-
do, C. de Epiſc. & cler. & l. Si Iudex ff de mino. 25.
an.* vt nonnulli dicunt.
Sunt tamen (*g*) qui contrariã huic ſententiam ſu- 11
ſtineant, dicentes, quod huiuſmodi dicta generalis
Obligatio, ſit inualida ad obligandum aliquem, &
retrahendum à iure ſui Ordinarij, aut quod quiſ-
piam ſe ita obligare poſſit, vt Iudici ſuo Ordina-
rio, primam ac debitam cognitionem per vllam ge-
neralem Obligationem pręripiat, aut ipſum tali co-
gnitione priuet.
Hæc autem dicta ſunt de Laicis. Nam Clerici 12
nullo modo renunciare (*h*) poſſunt priuilegio ſui
fori, nec etiam ſibiipſis iudicem laicum conſtituere
etiamſi proprium iuramentum & aduerſarij con-
ſenſus accederet, iuxta vulgatum. *ca. Si diligenti, §.
Fin. extra. de for. compe. cuius §. hæc. ſunt verba.* Ma-
nifeſte patet (de clericis loquitur) quod non ſolum
inuiti, ſed etiam voluntarij paciſci non poſſunt, vt
ſecularia iudicia ſubeant, cum non ſit beneficium
hoc perſonale, cui renunciari valeat: ſed potius to-
ti collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum, cui
priuatorum pacto derogari non poteſt. Nec Iura-
mentum (*i*) licitè ſeruari potuit, quod contra cano-
nica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.
His addi ad comprobationem poteſt, quod inter 13
alia tãngit glo. *in d. c. ſi diligenti, in verbo. Pacto pri-
uatorum, ibi.*
Sed ſuper hac contrarietate dicendum videtur, 13
quod illi iuri quod in fauorẽ aliquorum priuatorũ
hominũ, & ad ipſorum tantum commodũ, & vtili-
tatem ſolũ introductũ eſt, facile renunciari poteſt.
Verum ſi quod ius introductum eſſet in fauorem 14
quorundam, non tamen pro priuato vnius aut alte-
rius, aut etiam multorum cõmodo, ſed pro publi-

Digitized by Google

ea vtilitate ipſorum omnium, & in odium aliorũ aduerſantium, nullus certe poteſt tali iuri renunciare. Et tale ius eſt hoc, de quo hic mentionem facimus, & de quo etiam agitur, *in d.c. Si diligenti, §. Manifeſte patet*, quod introductum eſt, non tam in fauorem Clericorum, quam odium Laicorum. Nam Clericis Laici perpetuo (vt nunc ſunt mores) videntur infeſti, vt in *c. laicos & c. laici, 2. qu. 7.* & tale eſt illud, *in c. ſi quis uidem 17. q. 4.* quia ei renunciare non poteſt *c. contingit, extra de ſent. excommunicat.* Cum ſuperioribus etiam reſpondent *Authentica ſtatuimus, C. de epiſco. & cleric.* deſumpta ex noua conſtitutione Friderici Imperatoris, de ſta. & conſue. §. *Item*, ſtatuimus vt nullus, *col. 10. Conſti finali & in Authentico, de ſanct. Epiſc. §. ycono nos, col. 9.*

16 Quanquam autem hic dixerim Clericos iudiciis ſecularibus non debere ſub eſſe, quod nunc (licet non (*k*) in primitiua Eccleſia) alterius ſint fori, & Iudicis, ſunt tamen multæ cauſæ, & caſus multi (*l*) in quibus clerici Iudicibus ſecularib. adhuc ſubſunt, & in quibus ipſis coram Iudice ſeculari reſpondendum eſt, & nullo modo declinare licet, ſcilicet. Primo in materiis poſſeſſoriis, (*m*) quæ non ſuas Clericorum perſonas, ſed res tantum concernunt.

Item, in materia feudali, (*n*) Item, in materia lo-
17 cationis aut conductionis (*o*) ædium, iuxta ſtylum
18 Franciæ. Clerici tenentur etiam reſpondere coram
19 ſuo Principe, aut coram ſuo Conſilio, de publicæ
fidei. Saluaguardiæ, ſiue ſecuritatis violatione. (*p*)

20 Item, de armorum geſtatione (*q*) & de aliis ſimilibus cauſis priuilegiatis. Sic etiam Clerici tenẽtur
reſpondere, de iuribus municipalibus De ædicto-
21 rum, ſiue ordinanciarum principis infractionibus,
quas ad ſuam iuriſdictionem (*r*) ſecularem conſeruandam ædit, veluti ſi publico Ædicto conſtituiſſet & promulgaſſet, ne quis ſuos ſubditos in prima inſtantia traheret, aut in ius vocaret, extra patrium, (*ſ*) ditionẽ, aut prouinciam, aut ne quis Romanæ Curiæ prouiſiones, in ſua ditione aut prouincia executioni mandaret, priuſquam ad hoc haberet & obtineret ſuas Placeti literas, (*t*) & id genus ſimilia.

22 Si vero Proceſſus ſiue iudicium incœptum eſſet cõtra aliquem Laicum, qui Laicus poſtea (proceſſu durante) Sacerdos efficeretur, (*v*) is Sacerdos nõ poterit in eodem proceſſu, forum aut Iudicem declinare, ſed haberet idipſum Iudicium ſemper ſuũ progreſſum, & finiretur vbi cœptum fuerat, iuxta tritam ac breuem legem vbi acceptum *ff. de iud.* quo loco. Marcellus I. C ſic ait: Vbi acceptum eſt ſemel Iudicium ibi & finem accipere debet. Et facit text. *in l. neganda. C. de his qui accuſa non poſſunt quæ l. eſt canoniſata, in c. Neganda, 2. 3. q. 11.*

23 Similiter ſi Proceſſus inceptus eſſet coram Decurionibus, aut Scabinis Gandenſibus, vel Brugenſibus, & eundem Proceſſum, actor poſtea ibidem proſequi nollet, ſed potius eum ibi deſerere vellet ac coram alio Iudice pertrahere, ibique recenter inſtituere tentaret, tunc priores illi Scabini iuſtam haberent Remiſſionem petendam, hoc eſt, cum iuſta æquitate illum ſecundum. & indebitum Proceſſum, ad ſeſe denuo per Remiſſionem (*x*) retraherẽt & reuocarent, vt de illo incepto ſiue inchoato Proceſſu, vlterius vſq. ad definitiuam pernoſcãt ob id quod ibidem coram ipſis tale ceptum eſſet, vti paulo ante diximus.

Dixi in principio huius capitis de Curiis aliis à 24
magno Concilio, quibus non competit prædicta remiſſio. Nam qui ſubſunt, aut ſubiecti ſunt Cameræ (*z*) Flãdriæ, & ad eam Cameram perſonaliter citantur. hi non poſſunt à iudice declinare, neque ad eum Senatum, cuius ſunt ciues, Remiſſionem petere, niſi in cauſis Succeſſionum, ſiue domorum mortuariarũ, aut in cauſis adminiſtrationũ tutelæ aut cautelæ, eorum qui ciues ſunt, aut in cauſis ſimilib.

De officiariis (*a*) Principũ, qui citati ſunt in mate- 25
ria exceſſus aut abuſus ſuorũ officiorũ, nõ fert neq; admittit Curia Gandenſis vllam Remiſſionem.

Sic etiam eadem Curia nullam admittit Remiſ- 26
ſionem in cauſis priuilegiatis, nempe, de quibus ſolus Princeps, aut ſuum Conſilium vel ordinariè, vel per præuentionem cognoſcere ſolet Intelligũtur autem priuilegiatæ (*b*) cauſæ, crimina enormia qualificata, & quæ Princeps ſibi reſeruat, veluti, Crimen læſæ Maieſtatis, vel diuinæ vel humanæ. Crimen Hæreſeos. Crimen violationis publicæ fidei (vulgò) Saluaguardiæ ſiue ſecuritatis, (*c*) Geſtatio ſiue portatio armorum (*d*) prohibitorũ, Cõmigrationes aut conuenticula illicita. Coniurationes, Pactum de aliquo occidendo, factum ſupra factum, vis illata Officiarijs in ſuo officio exercendo occupatis. Item. vis vel iniuria illata Magiſtratibus Officiariis, quæ tẽdit ad iuſtitiæ quandã vilipendẽtiam & contemptũ. Item. crimen quo officiarij ſuo officio abutuntur, (*e*) & iuſtitiæ normam excedunt Præterea omnes vel effractiones (*f*) carceris, vel eorundẽ effringendorũ attẽta. Adhæc quarumcũq; remiſſionũ interimenta (*g*) Imò & quarũcunq; literarũ, Gratiæ (*h*) aut Priuilegiorũ interpretationes. Item, omnes protectiones & defenſiones (*i*) tũ Eccleſiarum, tum Eccleſiaſticarum perſonarum. Item, caſus nouitatum, & ordinationes in negotio Numiſmatum ſiue numorum. (*k*) Amortiſſamenta bonorum Eccleſiaſticorum. Condemnationes factæ factæ per Curiam Principis. vbi, vel coram qua cõtractus ipſi facti ſunt. Poſtremo, omnia crimina contra Dominia ordinaria Principis debita actiua aut credita paſſiua, aut in ipſius Numiſmatis corruptione, adulteratione, aut conciſione, vel falſificatione, (*l*) & ſimilia crimina, quæ Princeps aut ſibi

Digitized by Google

ſibi, aut ſuo Conſilio reſeruat, aut committit.

27 Cæterum qui citatus eſt in materia Guarandiæ, is non poteſt à Iudice declinare,(m)neque Remiſſionem petere, ſed debet ſtatim apertis verbis dicere,an velit guarentizare,an non,aut ſeipſum cõtumacem reddi permittere, etiamſi is Clericus (n) aut ciuis,aut alius quicunque priuilegiatus eſſet.

28 Olim in Flandria non fiebat,neque dicebatur ius de remiſsione proceſſuum in materia confeſsionis aut negationis Schedulæ, aut Chirographi, priuſquam ipſa Schedula fuiſſet confeſſa, aut negata. Et ſi tunc citatus ſuam Schedulam, aut Chirographũ confitebatur,ſaluis ſuis exceptionib.tunc ipſa cauſa ad alium Iudicẽ remittebatur,(o)vt ibi ſuas proponeret & allegaret exceptiones.Sed ſi is ſuum Chirographum negaſſet,tunc eadem cauſa ibidem, in eadem Curia cognoſcenda remanſit,quia tunc intelligebatur,quod ipſe negando, ibi Litem conteſtaretur. Verum hoc tempore ſecus omnia fiunt, & ius vnicuique dicitur, & fit ſuper Remiſsione,tam in cognoſcendo quam in negando Chirographum.

29 Nuſquam etiam Magiſtratuum datur remiſsio in cauſis Viduarum(p)præcipue Nobilium,quia tales Viduæ priuilegiatæ ſunt,de ſiſtẽdo iudicio,aut coram Principe, aut coram ſuo Conſilio, aut coram Ordinario,quoties ipſi ita placebit, aut videbitur. Imo quod magis eſt, priuilegiatæ ſunt, quominus ſe iudicio ſiſtant, aut coram ſummo pontifice,aut coram Epiſcopo, quum ipſæ Iudici ſubſint ſeculari aut Laico, à quo merito iudicium & iuſtitiam obtinere debent,non ab Eccleſiaſtico.

30 Nulla cauſa remitti debet ad Iudicẽ ſuſpectũ,aut ad-ad Iudicẽ,qui ius aut iuſtitiã dicere recuſauit.(q)

31 Verbi gratia:Si Dominus Feudi primo, & poſtea ſuperior Dominus ambo recuſaſſent Vaſallum recipere ad ſuum Feudũ,& ſi is Vaſallus nihilominus interim ipſis præſentaſſet omnẽ obedientiam, omniaque homagia cum reliquis ſeruitutib. & dependentiis tali feudo ſubiectis, & ſi is Vaſallus de tali recuſatione cõquereretur in d. Camera,tũc ipſa Camera,ad dictorũ Dominorũ Feudi requiſitionem,eã cauſam non remittet, ſed ipſamet ſibi eam cognitionẽ reſeruabit,quia talis propter reiectionẽ & nondũ inueſtitus,non poteſt dici aut haberi ipſorum verus Vaſallus, ſed ſi Vaſallus à Domino feudi peteret & deſideraret recipi ad ſuũ Feudũ, & hoc antequã alij ſeſe contra hoc opponerẽt,eo caſu, Dominus Feudi Remiſſionẽ haberet in ſua Curia,ad ius reddendũ & dicẽdum de aut ſuper omnibus querelis ac difficultatibus euenturis.

32 Porro quando aliquis proponit, & allegat factã eſſe Litiſpendentiam, & de illa doceat,tunc is habebit Remiſſionem ad eum Iudicem, coram quo ea Litiſpendentia(r)facta eſt, & pendeat.Et intelligitur in praxi,quod Litiſpendentia ibi pendeat, vbi petitio facta eſt,aut vbi cauſa fixa ſiue alligata eſt, per appellationem aut reformationem.

Citatus qui ſemel permiſit ſe reddi contumacem, is nullam remiſſionem petere poteſt. Per primam 33 enim ab omni Remiſſione petẽda,& à declinatoria excluditur, & reijcitur.Sic remiſſionẽ petere nõ poteſt,quando Litẽ conteſtatus eſt in cauſa, aut quãdo propoſuit aliquas Exceptiones Dilatorias,aut perẽptorias, vt antè dictũ eſt,c.de Exceptionibus.

In materiis belli,vbi pax de eo bello promulgata & celebrata fuit, cauſa non remittitur ad Mariſcallum(vulgò,*de l'oſt*) niſi eadem cauſa coram ipſo incepta & intentata fuiſſet eo bello durante, bello enim ceſſante,meritò etiam ipſius Mariſcalli ceſſat officium,& commiſſio. 34

De delictis ſiue maleficijs commiſſis in præſentia Iudicis non fit Remiſſio,quemadmodum nec fit Remiſſio de ijs,qui falſum tulerunt(ſ)teſtimonium & de ſimilibus. 35

De Complaintis & Manutenentijs,Camera Flãdriæ nullam Remiſſionem admittit,etiamſi ex Cõplaintæ aut Manutenẽtiæ concernerent Beneficia, Decimas, (t)aut alias cauſas ſpirituales, quia omnes materiæ Saiſinæ in caſu nouitatis, ſunt facti,aut de facto, & non ſpectant nec cadant niſi in poſseſſorium,in quo ſolo Curia ſibi notitiam, & deciſionem reſeruat.Petitoriũ verò relinquit partibus vbi decet & pertinet,vti hic prius dictum eſt 36

Quando Princeps ſuis Edictis & mandatis cauſam vllam committit Cameræ Flandriæ,aut magno Mechlinienſi Concilio,eadem cauſa ibi manebit, virtute illius verbi (committimus) ſi modò illud committimus,benè,debitè, & non falsò aut ſubtepticiè inſertum fuerit. 37

De cauſis Requæſtarum ciuilium,quas Princeps dirigit aut committit Cameræ Flandriæ, aut ſupremo Conſilio Mechlinienſi,nulla quoque fit Remiſſio ad Iudices, ſiue ad iuſtitiarios pedaneos, aut inferiores,aut ſubalternos.Supplices enim Libellos(vulgò *Requæſtas*)interinare aut reiectare,ad ſolum Principem ſpectat,ac pertinet 38

Si autem aliquis citatus eſſet ad aliquem ſecurandum, (v) & ſuus ipſius Senatus Remiſſionem deſideraret,tunc vbi is citatus conſentit ſe ſiſti iudicio Remiſſio quidem ibi continget,& dabitur,non autem ſecuritas,quia iſthæc ſecuritas interim conſtituetur & decernetur Actori per Curiam, donec is citatus,Actori petitiam ſecuritatem præſtiterit coram ſuo ipſius Actoris Iudice,ad quam præſtandã dicta Curia Reo certum diem præſtituet. † Et ſi is citatus interea temporis,& lite durante dictam prouiſam ſecuritatẽ auſu temerario infringeret,aut violaret, is iuxta multorũ ſentẽtiã,& capite,& bonorum confiſcatione damnandus erit. Mitioribus tamen placet, vt ſuper confiſcatione bonorum, tantùm puniatur punitione arbitraria, quòd illam ſecuritatem non Reus ipſe dederit, ſed ſola Curia eam conſtituerit, verùm iſta videtur ratio frigida.Porrò ſi Clericus(x)quiſpiam citatus eſſet, 39 40

Digitized by Google

& ad ſecuritatem alicui præſtādam per Curiam peteretur, tunc ſi is Clericus petitæ ſecuritati annuat rata ibidem per curiam decernetur.

41 Sin petitam ſecuritatem præſtare renuerit, tunc Curia eidem Clerico recuſanti ordinabit, & certū præfiget diem, vt eam ſecuritatem præſtet & faciat Actori, coram ſuo Actoris Ordinario Iudice. Et prçterea ipſi inhibebit, ne quid interim (eaque Lite durante) aliquid attentare præſumat.

Porrò ſi Actor quiſpiam per declinatoriam excepiſſet contrà iudicem, & Remiſſionem petiſſet, 42
& is Iudex interim de ea exceptione declinatoria nihil pronunciaret, ſed potius in cauſa continenter vlterius ſuper principali procederet, tunc Actor ſeu petitor Remiſſionis, ab illo vlteriori progreſſu appellare, aut alio quoquo modo ſibi per Principē, debitam prouiſionem impetrare poterit. (z)

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXXIV.

a. *SEmper habet l. cum.*) Non tamen cum per calumniam & fraudem remiſſio petitur, vt poſt Bald. *in l. 1. in fin. C. de ſent.* quæ ſine *cert. quant.* Alex *in l. litia. num. 8 in fin. cum ſeq. ff. ſolut. matr.* Roman. *conſ. 273. ſub num. 3* Dec: *in cap. decer: imus num* (*mihi*) *179. de iud* Marſil. *in prax. crim § opportune, num. 80. & in l. patre vel marito ſub num. 80. ff. de quæſt.* Crauett. *conſ. 153. num 7. verſ præterea iudex.* Menoch. *recuper. poſſ. ff. remed. 15. quæſt. 26. num. 339 cum ſeqq. rurſus ſub num 348.* addentes cautelam aduerſus hanc fraudem à cautis iudicibus adhibendam.

b. *Salueguardiæ.*) In hanc ſententiam pulchrè Ant. Fab. *lib. 3. C tit. 12 d finit. 5.* Id genus diplomatis, inquit, quo quis ſe ſuaque omnia, in protectionem principis ſpecialem inſinuat (vulgò ſaluāguardiam vocant) ſicuti nullum ius tribuit impetranti, ſed competentis duntaxat, ſi quam habebat poſſeſſionem conſeruat, ita de ordinaria inferiorum iudicum iuriſdictione nihil detrahit.

c. *Aut iniuria*) Mynſing *cent. 5. obſ. 52. n. 3. ad fin.* Pec. de iur. ſiſtend. *c. 5. n. 8. ad fin*

d. *Priuat.*) Text. *in l. vlt. ff. de iuriſd omn. iud. l. vlt C* vbi & apud quem *cognit. in int. reſtit. l. conſulta, 22 C. de teſtam Fab. C. lib. 3. d. tit. 12. defin. 5. vbi definit. 13.* ſi ſenatus poſtulante actore, delegauerit cauſæ cognitionem alicui ex maioribus prouinciarum iuridicis, de re quam inferioris iuriſdictionis dominus ad iudicem ſuum aſſerat pertinere, non eò minus ſaluum eſſe vaſallo ius tuendæ propriæ iuriſdictionis.

e. *Præuentio.*) Crimen vſurarum eſſe mixti fori, aſſerit poſt Panorm *in cap. cum ſit num. 18. de for. compet.* Salyc. *in l. eos, §. vlt. num 8. C. de vſur.* alioſque Couarr. *lib. 2. var. reſol cap. 3 in princ. verſ.* rurſus alijs, *& verſ 3* apparet ſequiturque Oſaſc. *dec. 137. num 10.* cum ſeq. vbi, indubitatam hanc opinionem videri, vbi quæſtio criminis vſurarum eſt merifactiji; id quod duobus modis eſſe poſſit, vel quod partes fateantur contractum, eo quo nulla iuris dubitatio oriri poſſit quin ſit vſurarius vel factum tantùm proponant, videlicet tot eſſe ſoluta vel recepta, aut non, quibus probatis, in iure dubium non ſit contractum eſſe vſurarium: tunc enim com. opinionem eſſe, poſſe iudicem ſecularem cognoſcere, poſt Bald. *conſ. 77. num. 1. lib. 1.* Panorm. *in d. cap. cum ſit num. 17.* ibidemque Marian. *num. 19. verſ. 1.* eſt quod ſolus, & Felin. *num. 1.* Alexand. *conſ 9 num. 2. cum apoſt lib. 4.* Alc *in c. p. 1. num. 53.* cum ſeq. *de offic. ordin. aliàque*, & poſt eundem ibi Alc. Villal. *in com. opin. lit. V. num 72.* latè Clar. *d. §. fin. quæſt. 37 ſub num. 2.* vbi ſecus quando vertitur quæſtio iuris an vſura ſit necne: tunc ad eccleſiaſticum cauſam remittendam, & expectandum donec apud eum terminetur nouiſſ. etiam Gamm. ex com & SC. *dec. 154. cum apoſt. tota.* Soar. *rec ſent. theſ in lit. V. num. 79.* cum ſeqq. vbi itidem poſt Couarr. *d. cap. 3. num. 1. verſ. 4.* non eſt & Clar. *d. quæſt. 37 num. 2* in princ. ſuæ diſtinctionis, quatenus puniendum ſit vſurarum crimen, ad vtrunque iudicē ſpectare. Ibidemque quatenus ſolum ipſę vſuræ repetuntur, ad popularem magiſtratum pertinere, id quod tradit & Coſtal. *ad l. 1. verſ adde* quod eccleſia. *ff de vſur.* Additq; Clar. vbi ſupra in fin. poſt Guid. *ex com. conſ 180 numer 2.* quando incidenter opponitur per modum inceptionis, contractum eſſe vſurarium, poſſe iudicem ſecularem cognoſcere, etiam in quæſtione iuris, & contractum tanquā vſurarium reſcindere. Apud nos autem, iuxta concordata principum noſtrum, quorum ſuperiùs ſępe habita eſt mentio; de crimine vſuræ notorie cognoſcit & punit eccleſiaſticus iudex, quò ad incurſum cenſurarum & abſolutionem ab eo: & laicus pœnam etiam vſurarijs imponere poteſt, ſecundū iuriſdictionis ſuæ qualitatem.

† *In omnibus alijs.*) In quibus cauſis poſſit fieri, & quibus actibus dicatur quis præueniſſe, Marian. latiſſ *in d. cap propoſuiſti. num. 14. cum ſeqq.* vbi diſtinguendo, *num. 8 cum ſeqq.* quis poſſit præuenire Et apud nos deſignatur nuncupatim, *in d. concordatis*, ut

tis, vt nihil attineat hic latius diſcutere.

* *Puniendus.*) Dixi ſuprà tit. 122. *ad verb. eximit.*

f. *Res conſiſtit.*) Diximus ſupra *cap. 53. ad verb. cita ſunt.*

g. *Sunt tamen.*) Iaſ. poſt Bart. *num 3. in l. non vtique, §. ſi quis ita. 1, poſt princ. ff. de eo quod cert. loc. &* poſt eundem Bart *in l. 1. §. & poſt operis, num. 8 ff. de oper. non nunc.* alioſque Guid. addens tamẽ de ſtylo parlamenti & aliarum curiarum Delphinatus nõ admitti hoc caſu pœnitentiam, *dec. 77. numer. 5. & conſ. 174. num. 1. cum ſeq.* Coſtal. *in l ſi conuenerit, 18. verſ. & per hanc. ff. de iuriſdiction. om. iud* ibidemque nouiſſ. Buſſ *num. 6. idque arg illius text. in quo tamen tex. ipſemet. D.* Buſ. inibi *ſub 3.* (poſt Gouean. & Cuiac. ad Afric. in eadem *l. ſi conuenerit.*) agi de nudo tantùm pacto ſuſtinet: *vt & Fachin controuerſ. iur. li 1. cap. 61* quod quidem ſi verum eſt non rectè fundat Buſ. hinc opinionem ſuam, in qua Bart. & Iaſ. *in d. §. ſi quis ita.* aſtipulatur, arg. illius tex, in quo de nudo tantùm pacto voluit agi; quum Bart. & Iaſ. inibi loquantur in ſtipulatione, aut certe in promiſſione in inſtrumento facta, quæ procul dubio intelligitur per ſtipulationem; iuxta §. *vlt. vbi Fab. num 2. in fin.* & alij inſtitut. *de fideiuſſ.* Deinde *in d. l. ſi* conuenerit, poſt Alberic. ibidem in princ aſtruit Alciat. *lib. 2. paradox. cap. 17.* id agi tantùm, vt conſenſu vtriuſque partis prorogatio facta vtriuſque etiam reuocari poſſit, idemque Alciat. *in cap 1. num. 25. de iudic.* & inibi Dec *in 1. lectur. ſub num. (mihi) 92. & in 2. lect ſub num 73. in d. l. ſi conuenerit, ſub num. 1. & in l penul. num. 8. C. de pact.* & licet eum reprobet & Fachin. *in d. cap 61.* tamen comprobat abundè Coraſ. *ad d. l. ſi conuenerit, & miſcell. iur. lib. 4. cap. 5.* toto. & Couarr. è praxi, in relect *cap quamuis pactum. part. 1. § 4. nu. 7 verſ. 1. quia adhuc de pact. in 6.* vt nullo modo, in illo tex. *l. ſi conuenerit*, poſterior hæc eorum ſententia probetur. Prætereà cum hanc ſententiam ſuam reſtringunt, ſi directius quis promiſerit, ſe ſoluturũ vbicunque inueniretur: vt tunc vbicunque inuentus poſſit couenirì: eò quòd cõtraxiſſe quiſque ibi cenſeatur, vbi ſoluere promiſit, iuxta *l. contraxiſſe, 20. ff de act. & obligat*, quid aliud eſt, quàm conſtituere differentiam in verbis, ſcilicet ſoluere: & cõueniri aut ſiſti? quã quidem differẽtiam rectè damnat, poſt alios quoque, Iaſ, *in d l. ſi conuenerit, num 37.* proinde contraria huic, quam priore loco propoſuit hic auctor opinio ſeruanda erit, vt indiſcriminatim ſiue promiſerit vbicunque ſe poſſe conueniri, vel ſiſti, ſiue vbicunque ſoluere, vel dare: nõ poſſit reuocare promiſſionem. Cuiuſmodi promiſſionem extendendo & reſtringendo latiſſ. declarat Dec. *in d cap. 1 in 1 lectur. num. (mihi) 149. cum ſeqq. & in 2 lect. num. 81.* Sed & Io Fab. *in l. ſi qui ex conſenſu, verſ. ſed cum hodie C. de epiſcop. audient,*

ſcriptum reliquit, nõ videri quod laici poſſint prorogare inuito domino, ſicut nec clerici: ſubijciens, conſuetudinem hoc approbare vbi dominus contradixerit, ibidẽq; *in l. 1. verſ. fin. C. de off. præf. vrb.* notat, iudicẽ poſſe prohibere ſubiectis ſuis ne litigent coram alio, in ſui præiudicium, in eandemque ſententiam docet latius Imbert. inſtitut. forenſ. *li. 1. ca. 22. poſt princ.* eum cui clientelæ nexu obligata eſt domus quam reus incolit, ad ſuam iuriſdictionem litigantem tranſmitti probè efflagitare: idque potiſſimum, quod regiis conſtitutionibus vetitum eſſet, litis cognitionem alteri iuriſdictioni competentem, impetrato etiam reſcripto, ad alteram trãſferre. Verum contra Fab. vbi ſupra, ſentit Boër. ex SC. ea præſertim ratione, quod de generali conſuetudine Franciæ, nõ ſolum feuda Franca, ſed & alia ſint redacta ad inſtar, patrimoniorum, quæ vendi, alienari, ac donari poſſint irrequiſito ac inuito domino: proinde non ſolum agere & experiri pro feudo, ſed & illud obligare, & iuriſdictionem prorogare liceat, vt apud eum inibi *nu. 12.* Teſtaturque Guid. *d. dec. 77. num 1. in fin* quod non admitteretur eiuſmodi exceptio Delphinatus dato quod vera eſſet opinio illa exiſtimantium, non valere ſubmiſſionem ad curiam alienam, ſine ſui iudicis conſenſu; de qua per eum, poſt Bart. *in d. §.* & poſt operis, alioſque, in *conſ ſuo 174. num. 1. in fin. cum ſeq.* ſed quod ſui iudicis conſenſus, iuriſdictione proroganda, non ſit neceſſarius, tex. eſt irrefragabilis *in l. ij. §. 1. ff. de iudic.* adeoque valebit regula, quam trãdit poſt alios Iaſ. limitando, *in d §.* & poſt operis, *ſub num. 11.* quod poſſint partes de communi conſenſu litigare coram non ſuo iudice, ſine ſui iudicis licentia reſponditque præclare Nat. *conſ. 413. nu 7.* ſolum in feudalibus hoc eſſe deciſum, quod vaſalli non poſſint alterius iudicis prorogare iuriſdictionem ſine conſenſu domini directi per *c. imperialem, §. ſi inter duos & ibi gloſſ. de prohib. feud. alien.* per Feder. Cæterum hac dé re, late Gail. *libr. 1. obſ. 40. num 1. vbi num. 2. cum ſeqq.* diſtinguendo limitat, ſi lex vel princeps de foro diſponat fori priuilegium reſpiciat, vt tũc abſque eius conſenſu & licentia, renunciatio ſiue prorogatio non ſubſiſtat, vt in priuilegiis exemptionum; qualia priuilegia (inquit) cæſar ſtatibus Imper. principibus comitibus, nobilibuſque concedere ſolet, vt nemo eorum ſubditos coram alio tribunali in ius vocet, quod ſi vocatus (ſubiicit) contra priuilegiũ coram alio iudice compareat, & in eius iuriſdictionem cõnſentiat, ex tali conſenſu partis nõ prorogatur iuriſdictio in præiudicium domini, vnde eum à tali iudice auocare, adeoque, ſi auocationi locus nõ detur, appellare poterit, vt & idẽ in vaſallis & clericis docet, & ſecundum hæc intelligi poterunt, quæ ſuperius ex Fabr. & Imbert adduximus. Aliter atque ſi lex vel princeps diſponat

mera

mera conſideratione priuatorum, & fori priuilegiũ principaliter cõcernat fauorem renunciantis: quia regulariter iuri in ſuum & alterius fauorem nemo renunciare poſſit, ſecus ſi de vnius fauore tantùm agatur, ſecundum Bald. & alios in adducta *l. ſiquis in conſcribendo*, vti in diuerſis iuris ſpeciebus latiùs demonſtrat ibidem Gail. *num 9 cum ſeqq* idemque voluit. poſt Marant. de ord. iud part. 4. *diſtinct.* 12. *num* 20. Marian. *in cap. ſignificaſti ſub num* 44 alioſque Merul. prax. Holland. *libr.* 4. *diſtinct.* 2. *tit.* 1. *cap.* 13 *num.* 3. & eadem ratione Gail. *eod. lib.* 1. *obſer.* 1. *num.* 29. tradit, ex conuentione partium priuilegio primæ inſtantiæ renunciari, & iuriſdictionem cameræ Imp. prorogare idemque Mynſ. ex SC *centur.* 1. *obſ.* 88. *ſub init.* vbi tamen deciſum meminiſſe, non ſufficere ad hoc generalem renunciationem, puta quòd poſſit quis alium coram quibuſcunque iudicijs conuenire: quia clauſula hæc de competentibus tantùm intelligi debeat, additq; notandum, quòd ſi quis priuata miſſiua promiſiſſet, quòd immediatè in camera conueniri deberet poſſit poſteà pœnitere, ſed de his ſuperius ſatis ſuperq; ue

h. *Renunciare.*) Diximus vberrimè ſuprà *c.* 53. *ad verb. in clericis.*

i. *Iuramentum.*) Marian latè in cap. ſi diligenti, *numer.* 8. 21. *in fin & ſeq. de for. compent.* Decian. *conſ.* 16. *numer.* 19. *lib.* plures etiam in eam rem videre eſt ſuperius *cap.* 53. *numer.* 15. *ad verb. in clericis*

k. *Licet non*) Alber *in l. bene à Zenone. ſub num.* 4. *verſ ſed an Imp. poſſit C. de quadr. præſcript.* Boër. latè *dec.* 69. *num.* 1. & ſeqq Priſce enim legis ſacerdotibus, ante Chriſtum paſſum, vterque gladius fuit & iuriſdictio tam temporalis quàm ſpiritualis, legitur enim de Eſdra, qui accepit poteſtatem capitali iudicij in omnes, pro tuendo verè religionis cultu, ab artaxerxe, 3. Eſdræ, *cap.* 8. partita deinde eſt in vtriuſque magiſtratus gratiam hæc auctoritas, & adempta iudicibus ſecularibus in clericos animaduerſio, vt hi apud proprios epiſcopos agerent, nouell. 83. §. 1. vt clerici apud prop. epiſc.

v. *Sacerdos efficeretur.*)Marian.opiniones.7.referendo, & pro earum concordia diſtinguendo,*in d. cap propoſuiſti ſub num.*45.*cum ſeqq.& in cap poſtulaſti,num.*12.*verſ.circa* 20.*quæſtion.de for. compet.* Idemque ſi quis in carcere aſſumpſerit clericatum, Chaſſen declarando,*in d.*§.5.*ad verb.S'il n'a graco num.*67.*cum ſeqq.*Quemadmodum ſi clericus dum laicus erat, per ſecularem , ob delictum bannitus fuerat,clericatus ſuperueniens non extinguit bannum nec poſſet eũ epiſcopus reuocare in ſuam dioeceſim, in regis & iuſtitiæ ſuæ præiudicium , Benedict.*ad d.verb & vxorem,in* 2 *dec.ſub num.*164. Sed & cum promiſiſſet quidam,dum clericus eſſet ſolutus,coram officiali ſoluere iudicatum, & poſteà monitus ab officiali,tanquam ab abuſu appellaſſet,cum tunc eſſet coniugatus , malè appellatum iudicaſſe ſummum ſenatum ſuum,teſtatur Rebuff. *in concord.t. reg.Franc tit.de cauſ.ad verb. ſtatuimus,verſ iſto N.colens*, quia ſcilicet matrimonium non exemerat eum ab illa obligatione prima,nec à iudicibus quò ad præterita,ſed quò ad futura tantũm,per *l cum quidam ff de iuriſd.&* *omn iud l penult ff de pœn.*qua de re etiam Merul.prax *lib.*4.*diſtinct* 4.*ſec.*3 *tit.*4 *cap.*3.*num* 13.

x. *Per remiſſionem*) Merul. *d tit* 4 *ſect* 3.*cap.*3. *n.* 21.& ſeq. dum de exceptione litiſpendentiæ agit.

De

De qua latè etiam Muſcat, prax. ciuil *part. 1. gl. verb. tribunali.*

z. *Subiecti ſunt cameræ*) Gail *lib. 1, obſer. 1 preſertim num. 37.* Mynſing declarando, *d obſ. 52. num. 2. & 3. vbi num 1.* de huiuſmodi priuilegio ipſorum ſenatorum, vt in perſonalibus in ſua curia conueniãtur. De quo, poſt Guid *dec. 42 3 poſt prim.* alioſque, & Peck. *de iur ſiſtend. d cap 5. num.* 8 Rebuff. *ad d. concord. reg. Franc. d. tit. de cauſ verſus fin. verſ. ideo infertur. & verſ. hoc tamen*, Refertque idem Rebuff. *conſtitut. reg. tom. 2. tract. de mercat in nut. vendent. art. 1 gloſſ. 1, num. 5. in fin.* quendam aduocatum non exercentem aduocationis officium, cũ impetraſſet (ſuas vocant) literas de committimus, fuiſſe eis priuatum, & ad ordinarium remiſſum, & hac de re etiam Merul. *prax lib. 4. diſtinct. 2. tit. 1. c. 7 num 1 & ſeq. & diſtinct. 4 ſect. 3. tit. 4 cap. 3. num. 4.* vt & apud nos in art. *& art. ordin. ſenatus Brab.* latiſſ. inſuper Aton. Fab. extendendo & reſtringendo, *lib. 3. C tit. 17 definit. 1. & ſeqq.* vbi appoſitiſſ. ex SC. *defin 2. num* 1 ſenatorum aliumque ex clariſſ. priuilegium huiuſmodi habentem, audiendum non eſſe, ſi ab ea iuriſdictione declinare velit, & ad fundi iudicem remitti; inuitum enim iudicem illũ habere debere, quem inuito quoque aduerſario poſſet eligere, *arg. l. Papinianus, 14. in fin. C. de ſent. & interl. omn. iud.* Si tamen agat, priuilegio ſuo vti non cogendũ; quũ renunciare ei quiſq; pro arbitrio poſſit, *l ſi index 41. de minor.* nec aduerſarij intereſt.

a. *De officiarijs.*) Quidquid de iure com *vi in l. 1, C. vt omn. tam ciuil. quàm milit & in §. neceſſitatis in authent. vt iud. ſin. quoque ſuffrag.* quælibet ciuitas vel prouincia habet in hoc ſua ſtatuta & conſuetudines, à quibus nullo modo eſt recedendum inquit Clar. *recept ſent, lib 5. §. fin quæſt. 35, num. 21.* ibidemque *num. 22.* quidquid ſit de iure conſuetudinem obſeruare, vt ſyndicales iſti de omnibus cognoſcant, modo durante officio fuerint commiſſa; cæterum de ante vel poſt commiſſis, non ad eos ſed ordinarium cognitionem pertinere.

b. *Priuilegiata.*) De his, Rebuff. *conſtit. reg. tom. 2 tract de reſcrip. art. 7. gloſſ 1. verſus fin. verſ.* notãdum autem eſt & Benedict *ad d. verb. & vxorem. num 143.* ex conſtitutionibus harum prouinciarũ Belgicarum, & reg. Franciæ, vberrimè Merull. prax Holland. *lib. 4. diſtinct. 2. tit. 1. cap. 1. cum ſeqq. & diſtinct 4. ſect 3. tit. 4. cap. 3. num 23.* latiſſ. Imbert. *inſtit forenſ. lib. 1. cap. 23 & lib. 3. cap. 16.* rurſus *ca. 8 ad verb. perſecutio*, vbi eleganter in hanc rem diſſerit; Sunt (inquiens) duo delicta, vnum quod regię eſt correctionis, ſcilicet armorum delatio, aut aliud crimen eorũm quæ ſupra recenſuimus: alterum eſt crimen ordinarium ſeu commune, veluti homicidium, aut bonorum rapina, quæ per eam armorum delationem admiſſa eſt, nam id nullo modo eſt priuilegiarium crimen: quia quilibet iudex de his cognoſcere poteſt: econtrario verò de priuilegiarijs criminibus, non niſi apud regios iudices tractari licet & quæ ſequuntur.

c. *Securitatis.*) Benedict *ad d verb. & vxorem, in 2. d. eiſ nu mer. 143. ſub num. 151 & 152* vbi itidem regem Franciæ, eiuſque officiarios procedere conſueuiſſe etiam contra clericos, de præmiſſis vel præmiſſorum aliquo inculpatos: vel ſi manum regiam appoſitam violauerint & de quibuſdam alijs quorum poſt Manſoer. in praxi hoc eod. tit. *& alibi* alioſque commemoratos aliqua recitat. Neque mirum ſi huiuſmodi crimen violationis, publicæ ſecuritatis numeretur inter hęc crimina priuilegiaria quum reus incidat in crimen læſæ maieſtatis, vt declarat poſt Guid. *dec. 418 num. 1.* Boër. *dec. 179. num. 2. & 4* poſt alios quoque Gail. *d. lib. 1. obſ. 1. num 8.* Menoch *de arbit. iud. lib. 2. caſ. 336 numer 1. cum ſeqq caſu 337. in princ. & 338 n. 13.* apud quẽ hac de re vberrimè.

d. *Portatio armorum.*) Chaſſen. *d §. 5 ad d. verb. S'il n'a grace ſub nu.* 80. Et procedit ſi in forma belli arma moueantur: vt ſi villa vna inſurgat contra alteram, aut vnus dominus contra alterum, vel ſi in aliqua ciuitate fiat ſeditio cum armis: quibus caſibus ſolus rex, vel princeps, eorumque officiarij, de hoc cognoſcunt, per tex. *iuncta rubr. C. vt armor. vſus, inſc. princ. ſit interdict. lib 11.* ſi autem fieret inſultus armatus per priuatum ad priuatum, vel fieret homicidium, latrocinium, vel raptus, quæ rarò ſine armis perpetrantur quia illud eſſet tunc crimẽ commune, de eo cognoſcere poſſet etiam quilibet dominus merum habens imperium in loco, Benedict, è praxi, *ad d. verb. & vxorem, in 2. decis. nu. 135. cum ſeq.* poſt Guid. *dec. 437. num. 6. cum ſeqq.* alioſque, ſentitque Boër. *in tractat. de ſeditioſ. §. 6, num. 21. ad fin.* & Imbert. *d. c. 8. ad d. verb. perſecutio lib. 3. inſtit.* Regulariter autem omnibus interdictum eſſe arma portare, inſcio principe, per *l. 1. C. vt armorum vſ. lib. 11.* Guid. *d. dec. 437. ſub num. 2* Socin. fallent. multas adducendo, *reg. 30.* Afflict *dec. 165 num. 96.* Bened. limitando etiam, *ad d. verb & vxorem, in 2. dec. num. 191.* ad fin. Zaſ. licet aſſerat leue delictum eſſe arma gerere, cum per arma nemo offenditur, *conſ. 19. ſub num. 6. & 36. lib. 1.* Crauett aſſerens etiam iure diuino arma prohibita, iuxta illud pſalmi 67. *diſſipa gentes quæ bella volunt, conſ. 314 n. 2. verſ. ex qua conclusione, & nu. 3. verſ* ſecus autem in iure, Menoch, accuratiſs. extendendo & reſtringendo, *lib. 2. de arbitr. iud. caſ. 394 num. 23 cum ſeqq. & conſ. 202, num. 26.* Tiraq. copioſè *tractat de nobilit. cap. 20. num. 69. cum ſeqq. vbi num. 73.* facta alicui poteſtate deferendi, quibus in locis deferre non poſſit, qua de re & Socin. *d. regul. 30. fallent. 7. in fin* Iaſ. *in § ex maleficijs, num. 87. inſtitut. de act* latiſs. Menoch. *d caſ. 394 nu. 38. cum ſeqq.* vbi eleganter, *num. 58. cum ſeqq.* in itinere & na-

Digitized by Google

& nauigatione arma deferri poſſe, *per l.1 ff. ad l.Iul de vi publ. & cap.1 §.mercator, de pac. tenend. in vſ. feud.* Cott. in memor, *verb armorũ, verſus fin.* Clar. §.*fin.ſent.lib.5 queſt.61. ſtatuto, num. 6.* eumque ſequutus Soarez. *in receptar ſent. theſ. lit. A. n.267.* Teſſaur. *dec.35.num 5.*

e. *Officio abutuntur*) Quomodo autem ab officiis remoueantur poſt Alciat. *reg.3. præſumpt.19. num.4.* cum ſeqq. alioſque, Menoch. *li.1. de arbitrar iud. queſt.55.* præſertim *num 7. cum ſeq.* Idemque & in clerico, licet in ſacris conſtituto, officium ſeculare gerente, in eoque delinquente: vt puniri poſſit pro modo delicti, per captionem temporalitatis, ac vẽditionem immobilium, priuarique, ac ſuſpendi, officio in quo deliquit, Bened. latè, è praxi Franciæ *ad d. verb. & vxorem, in 2. dec num. 155. cum ſeqq.* rurſus *num.165. cum ſeqq.*

f. *Effractiones*) Relaxantem enim à carcere delatum, vel compeditatum, incidere in crimen legis Iuliæ Maieſtatis, Guid. *d. dec.437. num.4* & diſtinguendo, *dec.579 num 1. iuxta l. cuiuſque, verſus fin.* & ibi Bart. *ff. ad d. Iul. maieſt* latè Alexand *conſ. 35 num.4. lib.2. & conſ.13. ſub num.9. lib.6* copioſè Burſat, *conſ.219. num 1. & 5.* Gomez. ex com. limitando, *var. reſol. tom.3 cap.2 num. 7.* Clar. ſent. *lib 5. §. fin. queſt.19. num.3. cum ſeq. & queſt. 68 nu. 10.* latiſs. Decian. delarando, extendendo, & reſtringendo, *prax. criminal lib 7. cap.11. toto.* Amat, *copioſiſſ. dec. 104 num. 2 cum ſeq.*

g. *Remiſſionum interinementa*) Guid. *dec.562. nu. 3. verſ. circa hoc tamen,* vbi etiam pro delicto in clericum commiſſo. Quin & conſuetum, quod rex Franciæ aboleat clericorum regni ſui delicta capitalia remp. ſcandalizantia; & ſi fuerint per regem abolita, epiſcopum de punitione nõ ſe amplius intromittere, Benedict. latè *ad d. verb. & vxorem, in 2 deciſ num.153. cum ſeq.* Etenim quando clericus delinquit in crimine graui, & impetrat gratiã abolitionis à principe ſeculari, & petit interinari gratiam tunc efficitur actor, & procurator fiſci reus: & ſic clericus debet ſequi forum rei loci, per c. cum ſit generale, de for. compet vt docet Franc. Marc. *dec.514 num.2, lib.1.* addens pro hoc facere *gloſſ in auth. clericus, C. de epiſc & cler.* vbi licet, ſecundum gloſſ. iudex laicus non poſſit condemnare clericũ; tamen poteſt eum abſoluere, vt apud Marc. latiùs præſertim *n.4 cum ſeq.* Quanquam autem interinementa ad curiam huiuſmodi pertineant, conceſſiones tamen ipſarum literarum non niſi ad ſupremum dominum, eiuſue magnum & ſecretum conſilium ſpectare voluit Boër. *in tractat. de ſeditioſ § 6 n 21.* & Io. Montal. *in tract de aucto it, magni conc l. ub numer. 173.* vbi parlamenta manum apponere non poſſe ad reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis: vti legitimare, arrogationem auctorizare, tabelliones creare, iuriſdictionem ordinariam tribuere, aliaque huiuſmodi, & quod remiſſionum reſcripta Imbert. (quid inter criminis purgationẽ & deprecatione interſit, & conueniat & explicans) inſtitut. forenſ. *lib. 3. cap. 36.* voluitque in ſua Flandria auctor ſupra *cap. 6. num.2. verſ in quo quidem* quanquam apud nos, in pleriſq; his, idem poſſit concilium Brabant. quod priuatum aut ſecretius. Diſponiturque de huiuſmodi literis remiſſionum, in programmate ſiue conſtitutione Caro.V. Imp. M. D. xxxj. vij. octobr. art. xxxij. rurſus An. M. D. xlj. xxviij. nouembr. *articu.29. ſeqq,* & tractat præclarè Leonin, *pleno conſ 91.*

h. *Literarum gratia.*) Mulctas & penas, quæ per huiuſmodi literas ſoluuntur, dici de regalib. *text. eſt in c.1. in verb. mulctarum pœnarumque compendia tit. quæ ſint reg. in vſib. feud.* voluitqua Alciat *conſil. 457. ſub n.1.* Quemadmodum & bona damnatorũ inter regalia numerari quũ illa ad fiſcum pertinere aliquando, ſanciant *l. vlt. C. de bon damn. & nouell. 134. de vicar ſeu locum ten* reſpondit Menoc. *conſil. 302 ſub num 29,* poſt Iaſ *conſ.46 ſub nu.1. lib. 3 per l. vnic. C. ne ſine iuſſu princ. cer. iudi. lice confiſc.* vbi quod iudex pro delicto aliquo pro quo ex ſui natura non veniat bonorum confiſcatio, non poſſit ex proprio arbitrio pœnã confiſcationis ſtatuere, niſi illuſtris vel ſuper illuſtris, puta rex vel princeps; vel niſi ſit in ſummo gradu poſt principem, ita quod alium magiſtratum ſupra ſe non habeat, vt apud Iaſ. latius.

i. *Et defenſiones.*) Couarr. declarando, *practicã quæ. cap.35. num. 3.* Olaſc exactiſſ. *d. dec.36. præſertim n. 13.* Imbert. *d. c 83. poſt princ. verſ.* tum ſi de ten plotum (vbi & de aliis, vt dixi) & apud nos in reliquis Belgicæ prouinciis Merul. appoſite, pax-Hol. *lib. 3. diſtin.2. tit.1. cap 9. num 1. & ſeqq.*

k *Numorum.*) Poteſtatem monetam cudendi ob id inter regalia connumerari, *in cap.1. quæ ſint regalia, in vſib. feud.* quod ſoli ſupremo principi permiſſa ſit, ac ei deinde cui à ſupremo principe eſt conceſſa, Menoch (& c. regalia enumerans) *d. conſ. 302. nu.18. poſt doct. in d. c.1.*

l. *Falſificatione.*) Bened. declarando, ex SC. *ad d. verb. & vxorẽ in 3. dec. n 143. & n.151. verſ. bene tamẽ.*

m. *Declinare*) Reſpondet art. 514 *in princ ordin. curiæ. Braba. & art. 117. in fin inſtitut. curiæ Holland* vt latius per Merul *prax. Holland. lib.4 diſtin. 4. ſect.3. tit. 4 cap.3. nu 20.*

n. *Clericus.*) Text. *in l. venditor, 49.* vbi poſt alios communiter Coſtal. ſub int. *verſ. cui applicatur. ff. de iud.* Fab è ſtylo *in § vlt. inſtitut. de ſatiſd. t. verſ. quid ſi* Benedict è conſuetudine generali, ad d. ver. & vxorem *in 2. dec. n.125.* Boër. *dec.69. n.7. & 27. cum ſeqq.* Couarr. ex com. declarando, *pract qu. ſt. cap 8 ſub num.2 cum ſeqq* Merul. *prax Holl. lib 4. d ſtinct. 4. ſect.3. tit. 4. d cap.3 num. 10.* doſt Mynſing. ex SC. *centur. 5. obſeru. 14.* vbi ad fin, poſt Panorm.

Digitized by Google

pellatur coram ipſo dare. fallit tamen (inquiens) citatus vbi petat remitti ad curiam domini ſui, & nominus etiã id requirat, nã tũc remittetur, ſed curia dari ipſi curabit aſſecuramentum donec venerint partes ad curiam domini ſui, & diem ad hoc partibus ipſis aſſignabit, aſſerẽs ita pronunciatum fuiſſe per areſtum.

2. *Poterit.*) Alioqui poſt exceptionem, per comparitionem partis & proceſſum ad vlteriora, exceptioni huic fori declinatoriç renunciatum cenſeri, prorogatamque iuriſdictionem, adeo vt amplius de ea opponi non poſsit, *c. ex parte*, 67. vbi poſt Pano. *in 4. no: alioſqu:*, Dec. quoque *nu (mihi)* 8. *de appell.* Felin. *in c. ſuper literis num.* 34. *de reſcript* & *in cap. ſi duobus, num.* 7 & 8. *de appel.* Alex. *conſ.* 37 *nu* 19. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 107. *ſub init.* & *conſ* 275. *n* 2. *in fin.* & *num.* 3. *verſ ſolum reſtat reſpondere* & *in c. cum ſuper, num (mihi)* 28. *de offic deleg.* appoſitiſſ. Burſat. *conſ* 74. *num* 38. *ſub num.* 57. & *num.* 44 *in fin.* vbi *num* 39 poſt Gabr. extendendo & reſtringendo, *tit. de except. concluſ.* 1. *tota*, per proceſſum ad vlteriora, per iudicem non omnino iuriſdictionis inter partes priuatum, cenſeri exceptionem illam reiectam, ſeque competentem pronunciaſſe, ibidemque *num.* 40 poſt Natt. *conſ.* 413. *ſub nu.* 4 incompetentiæ iuriſdictionis exceptionem, purgari per tacitum partis conſenſum.

CAPVT CXXV.

De recuſando Iudicem.

S V M M AE.

1 *Ad Iudicis declinationem ſpectat*
- *Exceptio.*
- *Remiſſio.*
- *Recuſatio.*
- *Appellatio.*

2 *Recuſationum cauſæ*
- *Secundum aliquos eſt vnica, ſcilicet, ſuſpicio.*
- *Secundum alios ſunt duæ*
  - *Incompetentia,*
  - *&*
  - *Suſpicio.*

4 *Incompetentiæ cauſa*
- *Infamis,*
- *Excommunicatus,*
- *Periurus,*
- *Homicida,*
- *Vſurarius, &c.*

5 *Suſpicionum cauſæ*
- *Pater, Frater.*
- *Familiaris.*
- *Hoſtis.*
- *Conuictor.*
- *Patronus, &c.*

6 *Iudex qui calumnioſam tulit ſententiam, perpetuò ſuſpectus habetur.*

7 *Ad recuſationem allegatur*
- *Altera cauſa, ſcilicet, vel incompetentiæ, vel ſuſpicionis.*
- *vel*
- *Ambæ cauſæ ſimul.*

8 *Vt ſuſpicionis cauſa certior conſtet, ipſa prius exploranda committitur Arbitris*

9 *Recuſatio, in Flandria cur rarò contingat.*

10 *Quando tres aut quatuor Scabini ſunt ſuſpecti, quid faciendum.*

11 *Exemplum quo 4. aut 5. Conſiliarij in cauſa ſuſpecti, fuerunt remoti.*

12 *Recuſari poſſunt*
- *Arbiter iuris, non Arbitrator.*
- 13 *Aſſeſſor, Commiſſarius, Adiunctus, Adiutor.*

14 *Recuſari non poteſt merus Executor.*

Reſtitutionem cauſæ
- 15 *Proponi debent ante Litiſconteſtationem.*
- 16 *Proponi poſſunt poſt Litiſconteſtationem.*
- 17 *Debent ſimul proponi, niſi noua innoteſcant.*

18 *Suſpicionum cauſæ*
- *Secundum ius ciuile non debent omnes exprimi.*
- *ſed*
- 19 *Secundum ius Canonicum debent omnes exprimi.*

tur Iudices, vt ſuſpecti, quod paſſim in Flãdria ſint magnifica, & præclara Collegia, & Senatus doctiſſimus & numeroſus. Quæ quidem integra Collegia ob præclara & cordata conſilia, non facilè (d) vlla ſuſpicionis labe aſperguntur. Et ſi quæ ſint Senatus inferiora, ea ab his ſuperioribus Collegiis ſua conſilia referunt.

10 Quod ſi tamen tres aut quatuor ex principalioribus collegii ſeu Conſilii ſuſpecti eſſent, Princeps poſſet ordinare, ut in Proceſſu vlterius procederet, nempe ad eum proceſſum formandum, & inſtruendum vſque ad ſententiam excluſiue, quo facto, & Proceſſu inſtructo, iuberet recedere ſuſpectos, & in eorum locum ſubſtitueret & ordinaret alios viros bonos, & doctos ex ſuo Conſilio, aut certè alias perſonas non ſuſpectas, qui cum non ſuſpectis Proceſſum videbunt, examinabunt, iudicabunt, & ſuper illo Sententiam ferent.

11 Atque ita fieri debere ſtatutum, & ordinatum eſt à Dominis magni Concilii, contra Hollãdiæ Graphiariũ, qui ſuſpectos habuit in ſua cauſa quatuor aut quinque Dominos Conſiliarios Conſilii Hollandiæ, quique ob id requiſiuit, & voluit vt iidem ſuſpecti ſurgerent, diſcederent, & omni abeſſent ab vlteriori cognitione, & à terminatione ſui proceſſus. Sed fuit ordinatum, vt iidem ſuſpecti perdurarent, manerent, & cauſæ agendæ intereſſent vſque ad furniſſamentum totius proceſſus, vt proceſſu ita completo, furnito, ac Euangelizato (vt dicunt in praxi) Princeps tunc ſuſpectos remouit, & in Conſilium ſubſtituit tot alios Conſiliarios, quot ob ſuſpicionem remoti fuerant, quotque ipſe Graphiarius in Collegio aut Conſilio ſuſpectos habuerat.

12 Arbiter autem iuris bene recuſari poteſt, vt ſuſpectus, & ita omnes tenent *per l. Non diſtinguemus, §. Cum quidam. ff. de arbit.* Sed non Arbitrator, (e) quia non poteſt recedi ab eius perſona, niſi prius arbitretur, per *l. Fin. item, C. de contrahen. emp.* & tenent communiter Canoniſtæ, *in ca. Quintauallis extra de iure iurand.* Atque hi mouentur illhac ratione, ſcilicet, quod Arbiter vt ſuſpectus recuſari poteſt, quoniam ſemper ſtandum ſuæ Arbitri Sententiæ, ſiue ea ſit æqua, ſiue iniqua, ideoque metu periculi, aut iniquæ Sententiæ, aut certè metu indebitæ pœnæ, Arbitrum omnem quis meritò ſuſpectum habere debet, *vt in l. Diem proferre, §. ſtari, ff. de arbit.* & ideo non præter rationem vt ſuſpectus habendus, & recuſandus etiam ante ſententiã latam: ex quo poſt ſententiam ſuam non eſt dare remedium ad euadẽdum pœnam compromiſſi: ſed in Arbitratore ſecus eſt pater, quia ſi lædat Partem, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, *d. ca. Quintauallis, & vt in l. Societatem, §. Arbitrorum ff. pro ſocio.* De his latius meminit D. Baptiſta à S. Blaſio, in ſuo tractatu *de Arbitrio & Arbitratore,* Quadrageſimo quarto, *numeris 78. & 79.*

13 Et vt Iudices, *ita* & Aſſeſſores (f) Iudicum poſſunt recuſari. Imò & Auditores & etiam commiſſarii (g) & adiuncti, *l. Finali, C. de aſſeſſorib. tit.*

14 Merus verè Executor, nequaquam poteſt recuſari, *c. Nemo prope finem gloſſæ in verbo Deſiuiſſet, extra, de appell.* Sed hic quæri poteſt, quando tandem Recuſationum cauſæ & Exceptiones proponendæ erunt, & an omnes proponi debeant, & quomodo.

15 Pro quo ſciendum eſt, quod omnis Exceptio recuſationis Iudicis, debet regulariter proponi, & allegari ante Litẽ conteſtatam, (h) & eſſe omniũ prima Exceptio, quia poſt Liticonteſtationem, nõ eſt locus Recuſationi. Quocirca conſultum eſt Recuſationẽ proponi, & allegari ante confectionem vel exhibitionem Libelli, aut Petitionis.

16 Dixi regulariter: Nã Recuſationis exceptio poteſt etiam proponi poſt (i) litis conteſtationẽ, quando Iudicis incompetentia aut ſuſpicio Parti exoritur, aut ſolum innotuit poſt Litisconteſtationem, & ſi recuſans iuret, quod ea incompetentia, & ſuſpicio iam demum ipſi innotuit, & percepta ſit, *c. Inſinuante, extra, de offic. & poteſta.* Imò quod magis eſt, ipſa Recuſatio, poteſt proponi ante confectionem & exhibitionem Libelli aut Petitionis. Vide latius Speculatorem titu. de recuſat.

17 Debent autem omnes ſuſpicionis aut incompetentiæ cauſæ ſimul proponi, & nequaquã vna hodie, & altera cras, niſi fortaſſis aliæ de nouo ad recuſantis notitiam ſiue cognitionem prouenirent.

18 Item, ſciendum eſt, quod ſecundum iura ciuilia, (k) non eſt neceſſum vniuerſas ſuſpicionum cauſas per recuſantem exprimere, ſed ſufficit quod Recuſans iuramẽto (l) affirmet, quod Iudex ſit ſuſpectus.

19 Iura vero Canonica omnino volunt omnes ſuſpicionum cauſas exprimi, (m) *c. Quando cõtra, extra, de probat. & d. l. Apertiſſimi, C. de iudic.* Cũ iure Canonico conſentit praxis, & ſtylus iſtarum inferioris Germaniæ (n) regionum, per quem ſtylũ ſuſpicionis cauſæ, in ſcriptis allegari debent, & quæſtio tractari, ac terminari, coram Collegio, vbi ſuſpectus ſedet aut reſidet, quatenus ipſe Iudex id deſiderat, *d. c. Quoniam contra, extra de probat. & d. l. Apertiſſimi, C. de iudic.*

Hoc loco item quæri poteſt, quiſnam tandem ſit Recuſationis effectus. Ad quod reſpondendum eſt, 2
quod duo principales effectus Recuſationis ſunt. Primus eſt quod ob id quod iuſta cauſa ſuſpicionis Iudicis proponitur, eidem iuriſdictio meritò ſuſpenditur. ( ) Secundus eſt, quod Iudex poſt probatam ſuſpicionis cauſam non debet ita recuſatus, vlterius in cauſa procedere, ſed prorſus ab ea ſuperſedere, *c. Super eo, extra, de appellat.* Speculatorem vide latius, *in tit. de Recuſat.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAP. CXXV.

a. ÆQuiparantur.) Socin. in cap. licet ex ſuſcepto num. 7. de foro comp. VVameſ. conſ. 152. ſub num. 5. Diximus abunde in loc. com par. Dambh. tit. appellat. & ſupplicare, Atque inſuper, recuſationem æquiparari appellationi ab interlocutoria, ſcriptum reliquit, poſt Iaſ. in l. vlt. num. 11. C. de iud. aliosque, Gail lib. 1. obſer. 33. num. 12. & ſub n. 14. Et quoad effectum ſuſpenſiuum & impeditiuũ proceſſus vlterioris æquiparari ſententiæ interlocutoriæ non diffinitiuæ, poſt gloſſ. ad rubr. de appellat. VVameſ. d. conſ. 152. ſub num. 8.

b. Eſt itaque.) Hanc ſpecular. ipſius, eod. tit. de recuſ. §. 1. in 1 part. definitionem refert & Rebuff. conſtit. reg. tom. 3. tract. de recuſat. in præfat. num. 4. aliter tamen definiens.

c. Scilicet ſuſpitio) Hartman. tit. 1. obſeru. 9. in princ.

d. Dicere & allegare) Recuſatio enim non iudicatur niſi oppoſita fuerit, Rebuff. d. tract. de recuſat. art. 1 gloſſ. 5. num. 2. & art. 2. gloſſ. 1. num. 9. In ſcriptis autem opponendam Rebuff. ex com. d. tract. de recuſ. art. 5. gloſſ. vn. ſub num. 5. Parıſ. conſ. 31. num. 63. & ſub num. 93. lib. 1. Cephal. conſ. 743. num. vlt. facta fuit num. 16. Roland. conſ. 9. num. 18. libr. 3. Sichard (de libello concipiendo appoſitè agens) poſt gloſſ. & alios, in l. apertiſſimi. 14. n. 11. C. de iud. VVameſ. d. conſ. 152. num. 6. vbi num. 1. (dum ex n. 2. requiſita ad effectum recuſationis diligentiſſ. tractat.) proponi aut porrigi debere iudici recuſato præſenti, pro tribunali ſedenti per cap. pen. & vlt. cap. vt debitus, de appell. & l. vlt. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. VVurmbſer. praxi, tit. 1. obſ. 6. ad fin. Burſ. conſ. 263. num. 16. Sichard. in d. l. apertiſſimi. ſub nu. 11. vbi tamen, poſt doct. in l. vlt. eod. tit. ſi non ſit præſens, ſufficere coram aliis honeſtis perſonis vel loci ordinario offerre argumento ab appellationibus ſumpto, & voluit Gail lib. 1. obſer. 33. num. 13. & VVurmbſ. vbi ſupra.

e. Cæcum) Imò cecus iudicandi officio fungitur, vt habet tex. in l. cecus, 6. ff. de iud. & in l. 1. §. caſum, ff. de poſtul. quod tamen gloſſ. & doct. inibi, interpretantur, modo antè cæcitatem iudex fuerit datus: aliter atque ſi ante munus ſuſceptum cecus fuerit, vt reſpondit & Panorm. conſ. 47 ſub num. 1 lib. 1. aliter vero duo illa iuris loca interpretatur Duaren lib. 1. diſputat. anniuerſ. cap. 23. quem ſequi ſe ſolitum dicit Menoch. conſ. 100 ſub num. 251 vt cæcus quidem fungi magiſtratus officio non poſſit quod dignitas illa, præter ſcientiam & prudentiã, decorem quendam & maieſtatem requirat: iudicis autem munus obire poſſit, quod etſi luminibus careat, non tamen ſcientia, prudentia & virtute, quæ iudicis propria eſſe debeant. Verùm Duaren. hanc opinionẽ rectè reprobat, priorem ſequutus, nouiſſ. Buſi. ad l. cum prætor 12 num. 6 ff. de iud. eò quòd maior ratio ſit, quamobrem iudicem cæcum ab initio non recipiamus, quàm magiſtratum: incumbat enim iudici cognitio facti, qua inſtrumẽtorum fides ac pondus etiam in momentis ſingularum literarum quandoque ſint expendenda: id verò non vſquequaque requiratur in magiſtratu.

f. Pupillum.) Tex eſt in d. l. cum prætor §. nõ autẽ & inibi poſt alios Caſtren ſub nu. 2. Ded. in l. fœminæ, §. item impuberes, num. 1, ff. de reg. iur. Viu. com. opin. lib. 1. verb. pupillus, num. 12. late Zaſ. ad l. quidã conſulebant. 57. verſ. circa illas ætates. ff. de re iud. vbi illam ætatem, ne per principem quidem niſi ex magna & ardua publicæ vtilitatis cauſa, & certa ſciẽtia, dum hoc exprimatur, in iudicem eligi poſſe, ibidemque in princ. per illum tex. ex com. xviij annos habentem, ordinarium & delegatum eſſe poſſe etiamſi inferior à pricipe eum delegarit: infra eam vero ætatem, niſi partium conſenſu delegetur, vel magiſtratum à principe habeat nõ poſſe, licet aliud de iure pontificio, in cap. cum vigeſimum. 41 de off. e. deleg. quod tamen ius, ea in parte, approbat idem Zaſ. intellect. ſingul. lib. 2 verſus fin. in cap. cui init. tametſi (hoc l. Poſſe autem minorem xx. annis ſi velit, iudicare, ſed non cogi eſſe iudicem, per l. cum lege, 46. de recept. arb. tradit poſt gloſſ. & alios, in d. l. quidam conſulebant, verſ. contra tamen & Buſ. in d. l. cum prætor, num. 4 vbi num. 5. & ſeqq. de aliis quoque, de quibus in illo textu, & hic, qui iudicare nequeunt.

g. Vel contra.) Tex. in cap. tuam, de ordin. cognit. & cap. ſi iudex laicus, de ſent. excomm. Rebuff. d. gloſſ. 9. num. 42.

h. Minatus) Dec. poſt alios, in cap. cum ſuper, nu. (mihi) 10. cum ſeqq. de offic. deleg. Rebuff. ex SC. d. art. 5 ſub num. 7. & d. art. 9. num. 39. Merul. prax. lib. 4. diſtinction. 4. ſect. 3. tit. 4 cap. 4. numer. 12. in fin.

i. Sit inimicus) Æquiſſ. enim eſt, vt eum non cogaris ferre iudicem, qui tibi ſit aduerſus, magiſque ſuſpectus quam cui fortunas tuas, aut fortaſſis vitæ conditionem, concredere debeas, Text. eſt in l. ſi pariter ff. de liber. cauſ. cap. quod ſuſpecti & inimici iudices eſſe non debeant. 3. qu. 5. Couarr. pract. quæſt. cap. 26. in princ. Villal. declarando, in recept. ſentent. l. num. 47. Viu. declarando, dec. 303. num. 3. Merul.

Digitized by Google

Merul. *d. lib. 4 d. diſt. 4. tit. 4 cap. 4 numer. 12.* Rebuff. declarando, *d. tract. de recuſat. art. 9. gl. vn. nu. 10. cũ ſeqq. vbi num. 16.* etiamſi non ſit inimicus capitalis; ſed ſufficere quod ſit probabilis, Capyc. declarãdo *deciſ. 138. præſertim nu. 3,* Vin. *d. dec. 363. ſub num. 3. cũ ſeq.* in praxi tamen exprimi ſolere quod ſit capitalis, Rebuff. vbi ſupra, & poſt alios quoque Burſat *conſ. 265. num. 24 vbi num. 26.* poſt Rebuff. *d. ar. 9. nu. 15.* aliosque, inimicitiam & odij cauſam non in genere, ſed in ſpecie exprimendam, Capyc. *dict. dec. 138 num. 4.* Imo etiamſi eſſet inimicus vtriuſq; partis vt voluit Rebu. *in d. glo. 9 nu. 18* ibidemque *num. 19* poſt Roman. ſingul. 315. etiamſi reconciliatus. id quod reprobat apud nos Merul. *d. lib. 4. diſt. 4 tit. 4. ca. 4. ſub nu. 12.* verum adducti, in eam ibi ſententiam à Merul. & à nobis hic exaudiendi erunt, in reconciliato de recenti, quippe qui inimico comparetur, vt nos in annotat. ad Damhouder. *in loc. com par. tit. proxima, vel proximè futura. verſu fin.* probauimus vberrimè. Atque ita etiam iudicem reo inimicum, licet nouè reconciliatum, recuſari debere, confirmat latè Ignæus *ad l. 1. nu. 86. ad fin. cum ſeqq. ff. ad SC. Sillan.* vbi idem & in teſte, reo inimico, de recenti conciliato, vt non ſit idoneus, vt & apud Euerard. *conſ. 89. num. 4.* Decian. tract. crim. *lib. 5. cap. 15, num. 4 ad fin. & lib. 3. cap. 25 num. 21.* extenſe Maſcard. declarando, *de proba. lib. 2. concluſ. 846. nu. 9 cum ſeq. & concl. 1049 n. 21. cum ſeqq.* ſentitque Menoch. *lib. 1. de arbitr. iud. qu. 28 nu. 8. & lib. 1. de præſ. quæſt. 89. num. 57.* Sic inſuper exaudiendum erit, quod poſt Specu. *tit. de iud. deleg. nu. 2. verſ. ſupereſt.* & inibi Io. And. *ad verb. de vno tradit.* Burſ. *d. conſ. 265. ſub num. 29.* æqualẽ partium inimicitiam erga iudices, recuſationẽ non admittere; niſi à reo reconciliatio allegetur. qua de re, in materia teſtium inimicorum, latè Marſil. *in l. 1. §. cum quis, ad fin. nu. 12. ff. de quæſt.* quem probat & Maſcard. *d. con. luſ. 109 nu. 17.* & quod huiuſmodi reconciliatio intelligatur de antiqua, vt operetur, docet inibi Marſil. *in § præterea numer. 6.* quem ſequitur & Roland. *conſ. 24. nu. 34. lib. 1* ibidemque *in d. §. cum quis,* præſertim *ſub nu. 3. lib. 1.* aliosque inimicitiam inter reum, & teſtem vel iudicem, cauſatam ex ſolo etiam facto ipſius rei, efficacem eſſe vt iudex vel teſtis reiici poſſit, cum non conſideretur cauſa, vnde prouenerit inimicitia, ſed inimicitiæ effectus, Iaſ. *in l. ſi filiam tuam num. 1. Co. de in offic. teſtam.* Roland. *late d. conſ. 24. nu. 45. lib. 1.* Capyc. *d. dec. 138 ſub nu. 4.* copioſe Menoch. *d. quæſt. 28. n. 9 de arb. iud. lib. 1. & dict. quæſtion. 89. nu. 54. cum ſeq. de præſum. lib. 1.* Maſcard. *d. concluſion. 899. num. 12.*

k. *Familiaris*) Tex. *in c. inſinuante, 25, vbi doct. de offic. deleg.* Rebuff. *d. art. 9. glo. vnic. ſub num. 28. cum ſeq.* Merul. declarando *d. diſtinct. 4 tit. 4. cap. 4. num. 13.* cum ſeqq. Sic ſi iudex crebro cum inimicis conuerſaretur ludendo, bibendo, & cum illis pernotando, per text. *in c. cenſuerimus, in verſ. vel* qui cum inimicis moratur, *3. q. 5.* Burſat. *d. conſ. 265. nu. 21.* Reb. *d. art. 9 nu. 20* addentes tamen iſtã cauſam difficulter in praxi obtineri poſſe.

l. *Fauorabilis*) Vbicunque aliquid agit iudex, ex quo concluditur nimis fauere alteri parti, poteſt ea de cauſa recuſari legitimè: quando autem videatur nimis fauere alterutri, id arbitrarium eſſe, late Hartm. *tit. 1. obſ. 9 per tex. in c. accedens ii. vbi Pan. vt lit. non conteſt.*

m. *Commenſalis.*) Tex. *in cap. accedens, 4. vt lit. non conteſt.* Reb. *d. art. 9. glo. vn. nu. 17. & num. 26.* Burſat *d. conſ. 265. nu. 20.* Marc. *dec. 732 ſub n. 1. part. 1.* Merul. *d. lib. 4 diſt. 4. ſect. 3. tit. 4 nu. 17.*

n. *Conſanguineus.*) Tex. *in poſtremo. de appell.* Reb. *d. art. 9. gl. vn. nu. 23.* vbi idem ſiquis ſit iunctus alteri magna, non leui amicitia, Marc. *d. dec. 732. ſub nu. 1. part. 1.* qua de re in annotat. noſtris ad Damh. *in loc. com. par. tit. amicitia, coniunctio,* Limitat autẽ Reb. qui ſupra *n. 25.* ſi fuerit conſanguineus vtriuſque partis, & in pari gradu: quia tunc par ſit affectionis cauſa, & tolleret ſuſpitionem. Marſil. *in d. l. 1. §. cum quis. ſub num. 12. ff. de quæſt.* Burſ. copioſe *d. conſ. 265. num. 29.* Merul. *d. diſtinct. 4. tit. 4. cap. 4. num. 15.*

o. *Aduocatus procurator.*) Tex. in *l. vlt. de confeſſ. in 6. in c. poſtremo,* vbi not. Dec. *n.* (*mihi*) *8. cum ſeq. de appellat. in l. prætor. 17.* & inibi poſt alios quoq; Dec. vtrobique limitando, *n. 4.* eleganter Coſtal. *ff. de iuriſdict. omn. iud.* Parıſ. *conſ. 31. n. 92. lib. 1* Rebu. *d. art. 9. n. 31. & 33.* Dec. *conſ. 26. n. 6. cum ſeqq.* latè VVam. *d. conſ. 152. n. 8. ad fin. cum ſeqq.* aliosq; vt iudex ſuſpectus recuſari, vel ab eo iuriſdictio ex tali cauſa transferri poſſit, neceſſe eſſe, quod in eadem planè cauſa eodemque negotio, alterutrius partis aduocationem, ante initum magiſtratum ſuſceperit adeo vt inde tradiderit Panorm. *in d. c. poſtremo, in fin.* aliique, quod ſine metu recuſationis poſſit quis eum, qui in alia cauſa ſibi fuerit aduocatus, impetrare iudicem ad aliam cauſam ſiue negotium, (dũ tamen interim meminerimus obſeruandum eſſe, ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petit, fortè, aut ſibi probitium, aut aduerſario infenſum, vti 2. l. obſeruandum, *48. ff. de iud.* poſt Franc. *in di. c. poſtremo, in 22. cauſa ſuſpicionis.* aliosque) Quin & aduocatum vel procuratorem in cauſa poſſeſſionis nõ prohiberi eſſe teſtem vel iudicem, in cauſa proprietatis eiuſdem rei, neque in vna eademque cauſa, & eaſdem inter perſonas ſpecialiter conſtitutũ, ad eiuſdem cauſæ articulum vnum; veluti ad articulum declinatoriæ vel dilatoriæ exceptionis, eo finito, impediri ſuper principali eiuſdem cauſæ articulo (ſi ad illam conſtitutus non ſit) teſtimonium vel ius dicere, aſſerit latè VVameſ. *d. conſ. 152 n. 10. cum ſequent.* Licet Capyc. *deciſion. 146. numer. 1.* Is

Digitized by Google

Is tamen pro quo patrocinium præſtitit, illum effectum iudicem, non recuſaret: ceſſante nimirum prohibitionis ratione, vt poſt gloſſ. *in verb. teſtem. in cap. vlt de teſt. n 6* Dec *in d. l. prætor, ſub num.* 4. *& in d cap p o. Item, num. (mihi)* 9. Coſtal. poſt Iaſ. *in d. l prætor*, Idemque quod in aduocato, in eo qui fuit in cauſa conſultor, tradit Socin. cum apoſt. *in d. l. prætor, num 3. in fin.* Capyc. *d. dec.* 146. *numer.* 3. Ad hic audire aliquando memini, qui contrà publicè profiterentur, licere in cauſa pronunciare, dum verbotenus tantùm, non etiam ſcriptis, interrogantibus de iure prius reſpondiſſent, ſed Deus mentem nobis meliorem, quum ab ethnicis etiam doceamur, quantopere in iudicijs ac iuredicundo cauendum, ne quid præiudicati afferatur, ne ad cauſas iudicia iam facta domo deferantur, vt à M. Cicerone, in oratione pro *A. Cluent. ſub init.* & alijs multis, vt & apud noſtros paſſim relatum eſt, poſſe iudicem recuſari, ſi pars altera & ſecretò loquatur, Panorm *in cap accedens, ſub num.* 8. *vt lit. non conteſt.* Roman. *cum apoſt. ſingul.* 157. cui init. *nunquid ſi aduerſarius*, Marant. *de ord iud. part.* 9. *de appell.* 2. *act. princip. numer.* 44. Sed illis ego hoc facilè ſemper conceſſerim, dummodo niſi viciſſim conceſſerint, vt ſine ſuſurris, morſu, ac calumnijs, liceret ex animi ſententia veritatem profiteri; vt vel hoc modo daretur, ab omni iniuſtitia, eſſe libero.

p. *Concernat*) Text. *in l.* 1. *C ne quis in ſua cauſ. iud in l Iulianus ait* 17 *ff. de iud. in l. qui iuriſdictioni præeſt.* neque ſibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis ſuis vel libertis vel cæteris quos ſecum habet vbi accuratè Coraſ & Coſtal. *ff. de iuriſd. om. iud.* idemque Coraſ. declarando, Miſcell. *lib.* 4. *cap.* 9. Capyc. addens nec poſſe diſponi in contrarium per conſtitutionem inferioris à principe, *dec.* 124. *num.* 2. Rebuff. declarando, *d. art.* 9 *gloſſ. vn. num.* 41. Fab. declarando, *lib.* 2. *C. tit.* 35. *definit.* 2. *ſub nu.* 3. Cornazzan *dec* 57 *num.* 21. Meichſner. *dec.* 4. *nu.* 15. *in fin. part.* 4. *& dec.* 20. *num.* 23. 28. *& ſeq part.* 3. vbi ex com. *num* 27. *& ſub num.* 30. *cum ſeq.* ſententiam in cauſa propria nullam ipſo iure, etiamſi nihil opponatur Viu *dec.* 223. *ſub num.* 24. & declarando *num.* 25 *cum ſeq rurſus num.* 77 *cum ſeq.* Etſi enim princeps poſſit de omnibus cauſis ſubditorum, inter ſe contendentium, cognoſcere & ſententiam ferre non tamen abſolute ſic poteſt, quando inter eum & ſubditũ contẽtio eſt, nam ex quo tunc ſuſpicione non caret, ſaltem ex honeſtate, à iudicandi munere abſtinere debet, vt poſt Dec. *in l. eſt receptum, num* 2. *ff. de iuriſdict omn iud. & in cap. cum veniſſ nt, num.* 5. *verſ prædicta concluſio. de iud.* aliosque Menoch. *conſ.* 301. *num.* 52 *v. i num* 53. poſt Alex. & Iaſ. *ſub num.* 5 *in d. l. eſt receptum*, Pan. *in cap. nouit, num.* 15 *de iud.* Felin. *in cap. cum veniſſent, num.* 5. *verſ Limita* 1. *de conſtitut.* aliosque tametſi ſuperiorem non recognoſcens poſſit de propria cauſa cognoſcere, ſententiamque ferre, vt id voluit & Roland. *conſ.* 29. *num.* 21. *lib.* 1. id tamen locum ſibi vendicare, quando lis eſt cum ſubdito, ſecus ſi cum non ſubdito. Et in hanc ſententiam, principem imperii tanquam ſuperiorem, debere ſubditos ſuos conuenire in camera Imp, & non coram ſuis conſiliarijs teſtatur Hartman. ex SC. *tit.* 1. *obſeruat.* 1. *in addit.* & totidem verbis Mynſinger. *centur.* 5. *obſ* 1. *num.* 1. ibidemque Gail. *obſer.* 1. *num* 18 *lib.* 1. limitando ſi aliter ſit inueterata conſuetudine, vel ſpeciali priuilegio prouiſum, vti & in caſu contrario, ſi ſubditus vel priuatus alius, non immediatè imperio ſubiectus, principem Imperij cõueniat, principem probare debere, ſe hoc ius ex vſu vel conſuetudine habere, quòd tali caſu, talique modo, coram ſuis conſiliarijs conueniri debeat quodque electio penes actores non ſit, teſtantur Hartman. & Mynſing. ex SC. vbi ſupra, licet Gail. ex SC. *in d. obſ* 1. *num.* 19. ſimplicius coram ſuis cõſiliariis, hoc caſu, conueniendum principem tradat Sic comites Hollandiæ, Zelandiæ, &c. vtcunque ſuperiorem non recognoſcentes, ſemper tamen ſubiicere ſe iuriſdictioni curiæ pronuncialis demõſtrat. Merul. prax. Holl. *lib.* 4. *diſtinct.* 2. *tit.* 1. *cap.* 6. *num* 2. & in sereniſſ. Celſitudinibus noſtris, patet *artic.* 2. *ad fin. &* in calce artic. 16. *ordin. curiæ Brab.* Idemque in domino cõtra ſubditum voluit Meichſner. *dec.* 27. *ſub num.* 63 *part* 4. *ſub C. lib.* 3. *tit.* 18. *defin.* 1 *num.* 1. & latiſſ. Capyc. declarando, *d. dec.* 124 *num* 3. *cum ſeqq.* Sed &) vt in viam redeamus) recuſari, ſimile commodum prætendentem, Rebuff. *d. tract. de recuſat. art* 8. *ſub init. & art* 9 *num.* 38. *Item num.* 22. *&* 31. *in fin. eod. m art* 9. ex SC habẽtem ſimilem cauſam, vel litem pro alia re, cum aduerſario, finita, etiam lite recuſari, Burſat. *d. conſ.* 265. *num.* 23. voluitque Viu. *d. dec.* 363. *num* 4. Merul. *d. diſtinction* 4 *ſ. ct.* 3. *tit.* 4. *cap* 4. *ſub numer.* 9. *cum ſeqq.*

q. *Iuſtitiam.*) Tex. *in cap. ad noſtram*, vbi Bald not. in fin. *de probat*, Iaſ. *in d. L. apertiſsimi, ſub num.* 7.

r. *Id quoque.*) Rebuff *in d. art.* 9. *num* 44. vbi poſt Iaſ. *in d l. apertiſsimi, num.* 7. *C. de iud.* faciliùs repelli iudicem quàm teſtem; quia plures inueniantur qui iudicare poſſunt quam teſtificari, ſecundum *gloſſ* 1. *in d. cap. cum R. canonicus, & gloſſ.* 1. *in d. ca. inſinuante, de offic. deleg* quam communiter probatam dicit Pariſ. *conſ* 31 *ſub num.* 93. *lib.* 1. Decian. *d. conſ.* 16 *num.* 8. 10. *&* 11. *lib.* 1. Cephal. *conſ* 749. *num.* 19. latè etiam Marian *in cap. qualiter. & quando, num.* 71. *in fin. cum ſeq. de accuſat, &* Gail. *d. obſer* 33. *num.* 10. *lib* 1.

ſ. *Ponit.*) Poſſe recuſari in caſibus à iure expreſſis, & ſimilibus vel Maioribus, Dec. declarando, *in d. cap cum ſpeciali, nu.* 10. *cum ſeqq. de appell.* Rebuff. *d. art.* 9.

Digitized by Google

d. art. 9. num. 45. vbi cauſas huiuſmodi relinqui officio iudicis, quas refert Aufrer. in tract. de recuſat num. 3. cum ſeqq. & belliſſ. Ferrar. Montan. in eod. tract. ſiue comment. cap. 9. ſiue vlt. poſt princ. verſ. cauſa ex quibus, plures enumerat poſt alios Franc. & Card. Alex. in d. cap. poſtremò de appell. & peculiares aliquas addit Iaſ. in d. l. apertiſſimi, ſub num. 7. & vberrimè Marant de ordin. iud. eart. 6. tit. de appell num. 26. cum ſeqq.

t. *Delegatus.*) Tex. in d. l. apertiſsimi vbi poſt alios Iaſ. & Sich, in princ. & in l. vlt. C. de iud. Gail. aliud aſſerens delegatione à principe expreſſe facta cum clauſula, recuſatione remota, d. obſer. 33. ſub num. 3. Declarat autem (inter alias limitationes) Iaſ. in d. l. apertiſsimi, num. 2. non procedere, ſi de conſenſu vtriuſque partis fuerit delegatus, quod temeraria ſit recuſatio partis quæ conſenſerit, Cephal, conſil. 749. num. 7. & 9. in fin.

v. *Secundum canones*) Tex. in cap. ſuſpicionis, de offic. deleg. in cap. cum ſpeciali, vbi gloſſ. & doct. d. appell. in cap ſi quis contra, vbi poſt alios Socin. num. 5. de for. comp. Iaſ, num. 5. Sichard, num. 6. in d. l. apertiſsimi, VVurmbſer, declarando, tit. 1. obſer. 6. ſub init. Mynſing centur. 1. obſ. 52. ad fin. Gail. d. obſ. 33 ſub num. 1. lib. 1. Viu. dec. 363. num. 1. Hoc ius hodie in regno Neapol. obſeruari aſſerens, quanquam ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem, ordinarius etiam legitimè ſuſpectus, in totum non remoueatur, ſed detur adiunctus, per d. l. apertiſsimi, & inibi gloſſ & doct. omnes, verùm opin. legiſtarum, differentiam conſtituentium inter delegatum & ordinarium, vt ille indiſtinctè velut ſuſpectus recuſetur, hic non item, ſed detur adiunctus, in camera Imp. anno 1536. confirmatam teſtatur Mynſing. d. obſ. 52 ſub init. voluitque Gail. d. obſ. 33 num. 1. & in ſenatu Pedemont, ſuo Oſaſc dec. 84. in princ. & in ſenatu Hollandiæ Merul. d. tit 4 cap. 4. num 2. licet VVurmbſ. d. obſ. 6 verſ tamen illud, aſſerat in praxi & conſuetudine obſeruari opin. Martini, qua habetur ordinarium etiam de iure ciuili poſſe in totũ recuſari, quam opinionẽ dicit canonizatam in cap quod ſuſpectus, 3. quæſt. 5.

x. *Ordinarium.*) Difficilius quippe ex cauſa ſuſpicionis ordinarius recuſatur, vt poſt gloſſ. & doct in d. l. apertiſsimi, Vameſ. conſ. 62 num 10, Buſi remiſſue ad l cum prætor, 12, num 9 de iud vbi in fin. moribus hodiernis regulariter iudicem ſuſpectum recuſari, vel alium eius loco à iudice maiore cõſtitui.

z. *Calumniaſam.*) Sic iuſtam ſuſpicionis cauſam videri, ſi partem grauarit iudex, per c. propoſuit, vbi poſt alios Dec num. (mihi) 9. & cap ad hæc. 1. vbi quoque Dec. num. 6. 7. 8. & ſub num. 15. cum ſeqq. de appellat. Marc dec. 732. num. 1. part. 1. Montan. in d. tract. de recuſat. verſus Fin. verſ. poterit, & in cauſam vt & alij ſupra commemorati, eodem in tract. Iniuſtus enim in vno, præſumitur iniuſtus & ſuſpectus in alio, vt tradit poſt alios Iaco. de S Geor de feud. ad verb. & dicti vaſalli pro dictis rebus ſub num. 8 per cap. vn. tit. de controuerſ. inter vaſall. & epiſ. in vſ. feud.

a. *Et proponi.*) Neque vna ſolummodo recuſationis cauſa propoſita, coram iudice, poſſet recuſans ex alia de nouo allegata, coram arbitris ſuam recuſationem iuſtificare, ſed debet tantum expreſſe propoſitam proſequi; eo quod recuſatio, quod omiſſas in illius propoſitione cauſas ſit informis, ac proinde nulla, vt poſt Dec num (mihi) & Franc. in verſ. 2. quæris, i. in d. c. cum ſpeciali, de appell. alioque reſpondit VVameſ. dict conſil. 152. numer. 12. & ſentit auctor hic inferius num. 17.

b. *Impingantur.*) Si recuſatio, propoſita ſuggillaret & notaret iudicem, vt ſi diceretur furioſus, infamis, aut homicida, eliguntur arbitri qui de his cognoſcent, Rebuff. d. art 5. gl. vn. nu. 2. Imo nec arbitros eligi pro cognitione cauſæ recuſationis, niſi conſtito cauſam eſſe legitimam Burſat, d. conſ. 265 nu 28. poſt Hartman. tit. 1. obſ. 12. alioſque. Si vero per huiuſmodi exceptiones non ſuggillaretur fama iudicis, & exciperetur quod ſit impubes, tũc ſuperior de hoc cognoſcit; quia in tali ætatum nullum dicatur habere iudicium; aut ſi etiam exciperetur, quod licet ſit pubes, non tamen habet annum decimumoctauum, tunc ipſe idem cognoſcere poſſit, VVurmbſer. tit. 1. obſ 5. ad fin. diſtinguendo latius. Verum recuſationis cauſa eſt notoriè fruſtratoria, vel notoriè à iure reprobata aut falſa, poſſe iudicem repellere recuſatorem per ca. cum olim, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & c. 1 de offic. iud Rebuff. d. art. 5. glo. vn. num. 3. & 6. Hartman late. d. tit. 1. obſ. 13. verſ. ſed ſi cauſa vbi è diuerſo non eſſe arbitros eligere quando cauſa rationabilis eſt in iure, & in facto notoria, poſt Panorm. in c. cum ſpeciali in fin. de appell. Quando autem & quomodo arbitri eligantur, latius poſt alios Sichard. in d. l. apertiſſimi, num. 16. de iud.

c. *Cauſe examinandæ.*) Hartman. declarando, d. tit. 1. obſ 13 latius Gail. d. obſ. 33. ſub num. 14 lib. 1. vbi tamen de iure ciuili (aliter atque canonico) arbitros à partibus electos, omiſſo articulo ſuſpicionis, de cauſa principali cognoſcere: quia cum cauſa in libello non ſit inferenda, per conſequens nec probanta ſit; ibidemque Sichard. poſt alios, in d. le. apertiſſimi. ſub num 11. C. de iud. VVurmbſer. d. obſ. 6. tit. 1 latiſſ. Mynſing. d. obſ 63 n. 1. & ſeq. & cent. 3. qua de re late hic inferius ſub num 18.

d. *Non facile.*) Merul. (Idem in collegio & ſenatu Hollandiæ atteſtatus) prax. d. lib. 4 ſect. 3 tit 4, cap. 4. num. 1. cum ſeq. Verùm integrum collegium & concilium recuſari poſſe, per tex in cap licet ex ſuſcepto, de for. comp. Dec. num (mihi) 65, cum ſeqq. & alij in cap. 1. de eid. Pariſ. d. conſ. 31. numer. 98. cum ſeq. lib. 1. Roland. ex com. conſ 19. toto lib. 3. Viu.

CAPVT CXXVI.

De Declinatoriis, atque temporalibus Exceptionibus.

SVMMAE.

1 *Exceptiones Dilatoriæ quæ ſunt.*
2 *Exceptiones Dilatoriæ, cur & quando conſcientiæ ſcrupulo vacant.*
3 *Exceptiones Dilatoriæ, non conueniunt proceſſibus ſummaris.*
4 *Exceptionis Dilatoriæ varia forma.*
5 *Exceptio Dilatoria eſt petitio licentiæ Curiæ cum expenſis.*

SVprà capite 120. triplices Exceptionum (*a*) aut Declinationum ſpecies poſuimus, quarum Declinatoriam, *cap.* 123. antè expoſuimus.

1 Hoc autem loco Exceptionem Dilatoriam vtcunque explicare curabimus. Dilatoriæ itaque atque temporales Exceptiones ſunt, quæ cauſam differunt, (*b*) hoc eſt, quas Reus proponit aut allegat, poſt declinatoriam Exceptionem, ad litem ſiue proceſſum poſtponendum (*c*) ſiue differendum, §. *Appellantur inſtitut. de except. ca. Si quis epiſcoporum,* §. *Exceptio* 3 *qu.* 6. vbi bonam gloſſam vidère licet, *in verbo. Exceptio.*

2 Has itaque Exceptiones Dilatorias quilibet obiicere, & proponere (*d*) poterit, ſalua tutaque conſcientia, dummodo illas calumniandi animo, aut ad calumniam non proponit. (*e*) Prædictæ enim Exceptiones Dilatoriæ nequaquam admittuntur in iūdicio, vbi tractatur de cauſis aut negotiis accelerationem deſiderantibus ac requirentibus, & vbi periculum eſſet in mora.

3 Neque etiam huiuſmodi Exceptiones Dilatoriæ admittuntur in materiis vbi, aut in quibus proceditur ſummariè (*f*) ſimpliciter, & de plano, in quibus omnia cum acceleratione peraguntur.

Exceptiones verò Dilatoriæ ad proceſſus Dilationē, & extēſionē ſpectāt, quales ſunt, velle habere 4
copiā, velle videre explotum (*g*) velle habere Procurationē (*h*) clarū Libellū, ac Petitionē, & ſpecificationē diei loci, (*i*) perſonæ, coloris, ponderis, lōgitudinis, latitudinis, numeri, & ſimiliū. Velle etiā habere inſtrumentorum, literarum, & titulorum, aut priuilegiorum copiam, quorum Actor meminit, & ſe iactauit in ſuo libello, (*k*) quem exhibuit & ſimiles remorationes, quæ omnes Exceptiones ſunt Dilatoriæ, & quæ principale negotium retardant, remorantur, & differunt. Sic etiam ad Exceptiones Dilatorias ſpectat, quando Reus capiendo finem licentiæ Curiæ, & petendo expenſas, impugnat Executionem (vulgò Explotum) tanquam inſufficientem, aut quando Procurationem reiicit, veluti indebitam, inſufficientem, aut defectuoſam, aut quando ipſe impugnat libellum Actoris, tanquā obſcurum, (*l*) & illucidum.

Atque hoc loco ſciendū eſt, quod omnes Exceptiones ſint Dilatoriæ, vbi capitur finis licētiæ Curiæ; (*m*) & petuntur Expēſæ, quemadmodum etiam 5
ſunt omnes Exceptiones, vbi capitur finis nō receptibilis, aut quādo tēditur ad finē nō receptibilem.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXVI.

a. TRiplices exceptionum.) Sichard. ad *l ita demum,* 13. *num.* 1. *C. de proc.* De iure autem ſumma exceptionum diuiſio ad duo tantum genera reducitur, vt in § *appellantur, inſtit de except.* & *in l.* ij. *vlt. cum l. ſeq* vbi poſt alios eleganter Zaſ. *ff de except.* Sic itidem duo exceptionum genera quæ in iudicijs Gallicis frequentiùs vſurpentur tradit Imbert. *inſtit. Forenſ. libr.* 1. *cap.* 31. quarum (nimirum) alteræ ſint dilatoriæ ſeu imperfectæ tranſlationes, aut exordiales exceptiones; alteræ peremptoriæ vel conſtantes ſiue perfectæ tranſlationes. Cæterùm Ferrarienſ. in forma reſponſ. rei conuent *ad verb. ſaluis aliis except. num.* 3. quem & alij quidam ſequuti ſunt, in tria genera exceptiones diſtinxit, vt aliud ſit dilatoriarum, aliud perēptoriarum, & aliud anomalarum. Verùm Zaſ. *in d.* §. *vlt. verſ. vlteriùs quærit gloſſ. apertè docet,* nullam exceptionem eſſe anomalam, alij verò, anomalarum loco, medias vel mixtas conſtituerunt, auctoritate gloſſ. *ad verb. exceptio. in cap. ſi quis epiſcoporum,* 3. *qu.* 6. & *gloſſ.* 1. *in cap exceptionem,* 12. *de except.* eamque trimembrem diſtinctionem, tamdiu apud recentiores SC. aut Doct. receptam & peruagatam, ne cum multorum (vt ait) celebribus renunciatis peruertendo, tenebras potiùs offunderet, recipere in ſcriptis ſuis, non inſcitè aſſerit nouiſſ.

uiſſ. Aſin. ad ſtatutum Florentin. de modo *proced. part.* 1 §. 13. *cap.* 1. *num.* 3. *cum ſeqq. vbi cap.* 7. de mixtis huiuſmodi latiſſ.

b. *Quæ cauſam differunt.* Text *in l. ij. §. vlt.* vbi Zaſ. declarando, *verſ.* 2. *coll.* eſſe aliquas, *ff. de exce.* Et hæ dicuntur ſimplices dilatoriæ, reſpectu dilatoriarũ quæ non differunt, ſed declinãt iudicium, earumque quæ requirunt cauſæ cognitionẽ, Muſc. *prax ciuil part.* 3. *gl.* 1. *ſub nu.* 12. Non tamen perimunt negotium principale, vt ait Marant. *de ordin. iud part.* 6. *membr.* 9. *ſub num.* 1. Muſcatel. *di. prax. part* 3 *gl.* dilatorias *nu.* 4. Aſin. *ad d. ſtatut. Florent. de mod. proce.* §. 13. *cap.* 1. *num.* 11. apud quos diuiduntur & declarantur latius, vt & apud Menoch. de *arbitr. iud. caſu* 240. *num.* 1. *& ſeqq.* Et in hanc ſententiam reſpondit poſt Guid. *conſ* 24. *num.* 6. *ad fin.* Chaſſen. *conſ.* 11. *num.* 7. peremptoriam dici quę perimit negotium principale, dilatoriam quæ ſolũ differt. cõdemnationem, quę alio iure fieri poteſt.

c. *Poſtponendum.)* Ideoque ante litem conteſtatã opponendæ. *l. exceptionem.* vbi doct. *Cod de probat.* Socin. poſt alios, *in l exceptio, ij. § ſanè ſub nu.* 1. *cum ſeq. ff. de except.* copioſe Aſin. exemplis illuſtrando, extendendo, limitando, & ſublimitando, accuratiſſ. *in d. §.* 13. *cap.* 1. *nume.* 17. *cum ſeqq. & cap ſeq.* toto Mynſing. *conſ.* 31. *nu.* 20. Menoch. *d. caſu* 240. *ſub num.* 7. *&* 10 *in fi.* Cœphal. *conſ.* 763. *cui init. reuerendus Dominus, num.* 9. vbi *num.* 10. quando ſuperueniunt poſt litis conteſtationem poſſe & tunc opponi. Dec. limitando, in *c Paſtoralis, num.* (*mihi*) 36 *de except.* VVurmſer. *tit.* 8. *obſ.* 2 *ſub init & ad fin.* Mynſing. *d. conſ.* 31. *num.* 21. Aſin. copioſiſſ. ſublimitando, *d. §* 13. *cap.* 2. *verſ ſupereſt modo, cũ ſ. qq.* Merul. *prax. lib.* 4. *diſt.* 4. *ſect.* 3 *tit* 4 *cap.* 5. *nu* 2. vbi etiam ſufficere tunc ſuperuenire earundem notitiã Cephal *d. conſ.* 763. *num.* 10. *cum ſeqq.* Muſca *prax. ciuil parte* 4. *gloſſ. verb. termini. num* 7. quum iſta æquiparentur, vt per Dec. late, ex com. *in dict cap. Paſtoralis, num.* 65. cum ſeq. Dixi ad Damhauder. *in loc com par tit. cauſa nou*, *ad verb paria.* vt & latius hac de re Marc. *dec.* 537 *ſub num.* 9 *lib* 2. in nouis, Monter. *dec.* 23 *num.* 13. poſt Tiraqu. *d. pæn. temp in præfat. num.* 25 *cum ſeqq. & præſertim.* 36.

d. *Proponere poteſt.)* Tanquam remedia à lege inuenta, vt per Bart, *in l. ſi ſeruus, num.* 2. *Co de his qui ad eccl. confug.* Muſcat, *prax ciuil part.* 3. *gloſſ. verb. dilatorias num.* 5. *vbi latius num.* 6. Aduocatũ ſeu procuratorum malitiis ſiue temerariis calumniis, nihilominus non indulgendum eſſe *arg tex. in leg. cum hi §. ſi cum his in verb ne circumueniatur, ff. de tranſact.*

e. *Non proponit.)* Licet contra excipientem ſit præſumptio quædam malitiæ, non tamen debere repelli, niſi vehemens ſit præſumptio malitiæ, Bal. *in l non epiſtolis num.* 2. *verſ. ſed hic eſt inueſtigandũ C. de probat in l. peremptorias, num* 42. *Co. ſent. reſc.* *non poſſe & conſ.* 168. *num.* 2 *lib.* 5. poſt Innoc *in ca. poſt electionem, num.* 3. *præſertim in verſ. poteſt tamẽ dici de conceſſ. præbend* per text. (vt ait) notabiliſſ. in *cap. licet cauſam de probat.* vbi Panor. *num.* 6. Felin. *late num.* 5. Dec. *num.* (*mihi*) 41. *cum ſeqq.* idemque Dec *in c ſuper eo.* 10. *num.* 5. *& ſeqq. cum ap ſt. de appell.* Iaſ. declarando, *conſ* 44. *verſ non quoque obſtat. lib.* 3. Muſcat. aſſerens reiicere poſſe, etiamſi de malitia & calumnia non conſtet & ex proceſſu, ſed aliunde, puta ex confeſſione facta iudici extra acta, *in d. gloſſ. dilatorias, num.* 8 latè Alexand. *conſ.* 65. *num.* 5. *lib.* 5. vbi in iudicio ſummario, ex præſumptione calũniæ leui poſſe reiicere exceptionẽ, ſed in plenario non niſi ex vehementi, ſequiturque Marſil. latiſſ. de calumnioſa exceptione differens, *in §. oportune num.* 81. *cum ſeqq. in prax. crimin. & in l patre vel marito ſub num.* 80. *ff. de quæſt.* late etiam hac de re Vant. *tit. qualit. null. ſent. defeud.* & reparar. poſſit *numer.* 31. *cum ſeq.* Sed & in excludenda declinatoria nõ exigi tam vrgentem præſumptionẽ propter modicitatem præiudicij, aſſerit Panormit. *in d. ca licet cauſam ſub nu* 6. & quod in huiuſmodi exceptionibus agatur de modico pręiudicio Cephal. ex com. *d. conſ.* 763. *num.* 11. Neque hic dicatur, pro iudicis voluntate proinde ſublatam eſſe facultatem proponendi has exceptiones, quum ſemper dicere poſſit proponenti ſuſpectas ſe habere has eius exceptiones: reſpondetur enim, vel non eſſe credendum, iudicem iniuſtè id aſſerere; cum de eius iuſtitia lex confidat, *l ij. Cod. de offic. ciuil. iud.* & poſt Menoch *de arbitr. iud. lib* 2. *caſu* 439. *in fi.* Muſcat. *d gl. d. clinatorias, nu.* 8. *in fi.* præſumi enim pro iudice reiiciente exceptiones calumnioſas quod iuſte faciat Crauett. *conſil* 253. *ſub num.* 7. Marſil. *in d. §. oportune, num* 82. *& in d. l* patre vel marito ſub *numer* 80. vel etiam ſuccurſum fore proponenti, adeundo ſuperiorem, vt in non abſimili præclare idem Menoch. *lib.* 2 *præſum.* 47. *ad fin.* ſentitque Alexand *d conſ.* 65 *ſub nume* 5. voluitque Felin. *in d c. licet cauſam nu* 5. *verſus fin.* cauſam repulſionis deſcribi in actis. Alioqui certè, vbi cauillatio partis eſt euidens, iudicis officium eſſe ipſam repellere, ſcribit poſt Felin. *in ca. dilecti. ſub nu* 1. *de iud.* aliosque Decian. plura in eam rem congerens, *conſ.* 98 *nu* 11 *cum ſeqq. lib.* 2.

f. *Summarie.)* Menoch. *lib* 2 *præſumpt.* 47 *num.* 5. poſt Bart. in extrauaganti ad reprimendum, *in ver. ſummarie. num* 4 aliosque, limitantes in exceptionibus requirentibus altiorem indaginem, ſecus ſi è continenti probari offerantur, vt latius apud Crauett. *conſ.* 104 *num.* 10. vbi exceptionem nullitatis opponi poſſe contra executionem ſententiæ, quãdo probatio nullitatis in continenti offertur, poſt Bart *in l iiij. § condemnatum, ff. de re iudic.* vbi poſt alios quo Zaſ. poſt princ. in ſecunda concluſione, addens etiam (quod ſuperioribus conſentaneũ eſt) ſi

Digitized by Google

tur Iudices, vt ſuſpecti, quod paſſim in Flãdria ſint magnifica, & præclara Collegia, & Senatus doctiſſimus & numeroſus. Quæ quidem integra Collegia ob præclara & cordata conſilia, non facilè (d) vlla ſuſpicionis labe aſperguntur. Et ſi quæ ſint Scamna inferiora, ea ab his ſuperioribus Collegiis ſua conſilia referunt.

10 Quod ſi tamen tres aut quatuor ex principalioribus collegii ſeu Conſilii ſuſpecti eſſent, Princeps poſſet ordinare, ut in Proceſſu vlterius procederet, nempe ad eum proceſſum formandum, & inſtruendum vſque ad ſententiam excluſiue, quo facto, & Proceſſu inſtructo, iuberet recedere ſuſpectos, & in eorum locum ſubſtitueret & ordinaret alios viros bonos, & doctos ex ſuo Conſilio, aut certè alias perſonas non ſuſpectas, qui cum non ſuſpectis Proceſſum videbunt, examinabunt, iudicabunt, & ſuper illo Sententiam ferent.

11 Atque ita fieri debere ſtatutum, & ordinatum eſt à Dominis magni Concilii, contra Hollãdiæ Graphiariũ, qui ſuſpectos habuit in ſua cauſa quatuor aut quinque Dominos Conſiliarios Conſilii Hollandiæ, quique ob id requiſiuit, & voluit vt iidem ſuſpecti ſurgerent, diſcederent, & omni abeſſent ab vlteriori cognitione, & à terminatione ſui proceſſus Sed fuit ordinatum, vt iidem ſuſpecti perdurarent, manerent, & cauſæ agendæ intereſſent vſque ad furniſſamentum totius proceſſus. vt proceſſu ita completo, furnito, ac Euangelizato (vt dicunt in praxi) Princeps tunc ſuſpectos remouit, & in Conſilium ſubſtituit tot alios Conſiliarios, quot ob ſuſpicionem remoti fuerant, quotque ipſe Graphiarius in Collegio aut Conſilio ſuſpectos habuerat.

12 Arbiter autem iuris bene recuſari poteſt, vt ſuſpectus, & ita omnes tenent *per l. Non diſtinguemus, §. Cum quidam. ff. de arbit.* Sed non Arbitrator, (e) quia non poteſt recedi ab eius perſona, niſi prius arbitretur, per *l. Fin. lem. C. de contrahen. emp.* & tenent communiter Canoniſtæ, *in ca. Quintauallis extra de iure iurand.* Atque hi mouentur iſthac ratione, ſcilicet, quod Arbiter vt ſuſpectus recuſari poteſt, quoniam ſemper ſtandum ſuæ Arbitri Sententiæ, ſiue ea ſit æqua, ſiue iniqua, ideoque metu periculi, aut iniquæ Sententiæ, aut certè metu indebitæ pœnæ, Arbitrum omnem quis meritò ſuſpectum habere debet, *vt in l. Diem proferre, §. ſtari, ff. de arbit.* & ideo non præter rationem vt ſuſpectus habendus, & recuſandus etiam ante ſententiã latam: ex quo poſt ſententiam ſuam non eſt dare remedium ad euadendum pœnam compromiſſi: ſed in Arbitratore ſecus eſt pater, quia ſi lædat Partem, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, *d. ca. Quintauallis, & vt in l. Societatem, §. Arbitrorum ff. pro ſocio.* De his latius meminit D. Baptiſta à S. Blaſio, in ſuo tractatu *de Arbitrio & Arbitratore.*

Quadrageſimo quarto, *numeris 78. & 79.*

13 Et vt iudices, ita & Aſſeſſores (f) Iudicum poſſunt recuſari. Imò & Auditores & etiam commiſſarii (g) & adiuncti, *l. Finali, C. de aſſeſſ. ſ. rub. tu.*

14 Merus verè Executor, nequaquam poteſt recuſari, *c. Neſcit. prope finem gloſſa in verbo Deſtituiſſet, extra, de appell.* Sed hic quæri poteſt, quando tandem Recuſationum cauſæ & Exceptiones proponendæ erunt, & an omnes proponi debeant, & quomodo.

15 Pro quo ſciendum eſt, quod omnis Exceptio recuſationis Iudicis, debet regulariter proponi, & alligari ante Litẽ conteſtatam, (h) & eſſe omniũ prima Exceptio, quia poſt Litiſconteſtationem, nõ eſt locus Recuſationi. Quocirca conſultum eſt Recuſationẽ proponi, & allegari ante confectionem vel exhibitionem Libelli, aut Petitionis.

16 Dixi regulariter: Nã Recuſationis exceptio, poteſt etiam proponi poſt (i) litis conteſtationẽ, quando Iudicis incompetentia aut ſuſpicio Parti exoritur, aut ſolum innotuit poſt Litisconteſtationem, & ſi recuſans iuret, quod ea incompetentia, & ſuſpicio iam demum ipſi innotuit, & percepta ſit, *c. Inſinuante, extra, de offic. & poteſt. a.* Imò quod magis eſt. ipſa Recuſatio, poteſt proponi ante confectionem & exhibitionem Libelli aut Petitionis. Vide latius Speculatorem titu. de recuſat.

17 Debent autem omnes ſuſpicionis aut incompetentiæ cauſæ ſimul proponi, & nequaquã vna hodie, & altera cras, niſi fortaſſis aliæ de nouo ad recuſantis notitiam ſiue cognitionem prouenirent.

18 Item, ſciendum eſt, quod ſecundum iura ciuilia, (k) non eſt neceſſum vniuerſas ſuſpicionum cauſas per recuſantem exprimere, ſed ſufficit quod Recuſans iuramẽto (l) affirmet, quod Iudex ſit ſuſpectus.

19 Iura vero Canonica omnino volunt omnes ſuſpicionum cauſas exprimi, (m) *c. Quando cõtra, extra, de probat. & d. l. Apertiſſimi, C. de iudic.* Cũ iure Canonico conſentit praxis, & ſtylus iſtarum inferioris Germaniæ (n) regionum, per quem ſtylũ ſuſpicionis cauſæ, in ſcriptis allegari debent, & quæſtio tractari, ac terminari, coram Collegio, vbi ſuſpectus ſedet aut reſidet, quatenus ipſe Iudex id deſiderat, *d. c. Quoniam contra, extra de probat. & d. l. Apertiſſimi, C. de iudic.*

2 Hoc loco item quæri poteſt, quiſnam tandem ſit Recuſationis effectus. Ad quod reſpondendum eſt, quod duo principales effectus Recuſationis ſunt. Primus eſt quod ob id quod iuſta cauſa ſuſpicionis Iudicis proponitur, eidem iuriſdictio meritò ſuſpenditur. ( ) Secundus eſt, quod Iudex poſt probatam ſuſpicionis cauſam non debet ita recuſatus, vlterius in cauſa procedere, ſed prorſus ab ea ſupercedere, *c. Super eo. extra, de appellat.* Speculatorem vide latius, *in t. t. de Recuſat.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXXV.

a. *Æquiparantur.*) Socin. *in cap. licet ex ſuſcepto, num. 7. de for. comp.* VVameſ. *conſ. 152. ſub num. 5.* Diximus abunde *in loc. com. par. D. rub. tit. appellat. & ſuppl. lat.* Atque inſuper, recuſationem æquiparari appellationi ab interlocutoria, ſcriptum reliquit, poſt Iaſ. in l. vlt. *num. 11. C. de in l.* aliosque, Gail *lib. 1. obſer. 33. num. 12. & ſub n. 14.* Et quoad effectum ſuſpenſiuum & impeditiuū proceſſus vlterioris æquiparari ſententiæ interlocutoriæ non definitiuæ, poſt *gloſſ. ad rubr. de appellat.* VVameſ. *d. conſ. 152. ſub num. 8.*

b. *Eſt itaque.*) Hanc ſpeculat. ipſius, eod. *tit. de recuſ. §. 1. in 1 part.* definitionem refert & Rebuff. conſtit. *reg. tom. 3. tract. de recuſat. in praef. num. 4.* aliter tamen definiens.

c. *Seu et ſuſpitio.*) Hartman. *tit. 1. obſeru. 9. in princ.*

d. *Dicere & alleg. e.*) Recuſatio enim non iudicatur niſi oppoſita fuerit, Rebuff. *d. tract. de recuſat. art. 1 gl. ſſ. 5. num. 2. & art. 2. gl. ſſ. 1. num. 9.* In ſcriptis autem opponendam Rebuff. *ex com. d. tract. de recuſ. art. 5. gloſſ. vn. ſub num. 5. Pariſ. conſ. 31. num. 63. & ſub num. 93. lib. 1.* Cephal. *conſ. 742 cui init. facta fuit num. 16* Roland. *conſ. 9. num. 18. lib. 3.* Sichard (de libello concipiendo appoſitè agens) poſt *gloſſ. & alios, in l. apertiſſimi. 14. n. 11. C. de iud.* VVameſ. *d. conſ. 151. num. 6. vbi num. 1. (dum ex n. 2 requiſita ad effectum recuſationis diligentiſſ. tracta.)* proponi aut porrigi debere iudici recuſato præſenti, pro tribunali ſedenti per *c. post cap. ut debitus, de appell. & l. vlt. C. quand. prou. non eſt neceſſ.* VVumbſer. è praxi, *tit. 1. obſ. 6. ad fin.* Burſ. *conſ. 165. num. 16.* Sichard. *in d. l. apertiſſimi, ſub num. 11.* vbi tamen, poſt doct. *in l. vlt. eod. tit.* ſi non ſit præſens, ſufficere coram aliis honeſtis perſonis vel loci ordinario offerre argumento ab appellationibus ſumpto, & voluit Gail *lib. 1. obſer. 33. num. 13.* & VVurmbſ. vbi ſupra.

e. *Cæcum.*) Imò cęcus iudicandi officio fungitur, vt habet tex *in l. cæcus, 6. ſſ. de iud. & in l. 1. §. caſum, ſſ. de poſtul.* quod tamen gloſſ. & doct. inibi, interpretantur, modo antè cæcitatem iudex fuerit datus: aliter atque ſi ante munus ſuſceptum cęcus, fuerit, vt reſpondit & Panorm. *conſ. 47 ſub num. 1 lib. 1.* aliter vero duo illa iuris loca interpretatur Duaren *lib. 1. diſputat. anniuerſ. cap. 22.* quem ſequi ſe ſolitum dicit Menoch. *conſ. 100 ſub num. 251* vt cæcus quidem fungi magiſtratus officio non poſſit quod dignitas illa, præter ſcientiam & prudentiā, decorem quendam & maieſtatem requirat iudicis autem munus obire poſſit, quod etſi luminibus careat, non tamen ſcientia, prudentia & virtute, quæ iudicis propria eſſe debeant. Verùm Duaren. hanc opinionē rectè reprobat, priorem ſequutus, nouiſſ. Buſſ. *ad l. cum prætor 12 num. 6 ſſ. de iud.* eò quòd maior ratio ſit, quamobrem iudicem cæcum ab initio non recipiamus, quàm magiſtratum: incumbat enim iudici cognitio facti, qua inſtrumētorum fides ac pondus etiam in momentis ſingularum literarum quandoque ſint expendenda: id verò non vſquequaque requiratur in magiſtratu.

f. *Pupillum.*) Tex eſt in *d. l. cum prætor §. nō autē* & inibi poſt alios Caſtren *ſub nu. 2.* Ded. *in l. fœminæ, §. item impuberes, num. 1, ſſ. de reg. iur.* Viu. *com. opin. lib. 1. verb. pupillus, num. 12.* late Zaſ. *ad l. quidā conſulebant, 57. verſ. circa illas ætates, ſſ. de re iud.* vbi illam ætatem, ne per principem quidem niſi ex magna & ardua publicæ vtilitatis cauſa, & certa ſciētia, dum hoc exprimatur, in iudicem eligi poſſe, ibidemque in princ. per illum tex. ex com. xviij annos habentem, ordinarium & delegatum eſſe poſſe etiamſi inferior à pricipe eum delegarit: infra eam vero ætatem, niſi partium conſenſu delegetur, vel magiſtratum à principe habeat nō poſſe, licet aliud de iure pontificio, in *cap. cum vigeſimum. 41 de off. deleg.* quod tamen ius, ea in parte, approbat idem Zaſ. *intellect. ſingul. lib. 2 verſus fin. in cap. cui init.* tametſi (*hoc l. Poſſe autem* minorem xx. annis ſi velit, iudicare, ſed non cogi eſſe iudicem, *per l. cum lege, 46. de recept. arb. tradit poſt gloſſ. & alios,* in *d. l. quidam conſulebant, verſ. contra tamen* & Buſ. *in d. l. cum prætor, num. 4 vbi num. 5. & ſeqq.* de aliis quoque, de quibus in illo textu, & hic, qui iudicare nequeunt.

g. *Vel contra.*) Tex. *in cap. tuam, de ordin. cognit. & cap. ſi iudex laicus, de ſent. excom.* Rebuff. *d. gloſſ. 9. num. 42.*

h. *Minatus.*) Dec. poſt alios, *in cap. cum ſuper, nu. (mihi) 10. cum ſeqq. de offic. deleg.* Rebuff. *ex SC. d. art. 5 ſub num. 7. & d. art. 9. num. 39.* Merul. *prax. lib. 4. diſtinction. 4. ſect. 3. tit. 4. cap. 4. numer. 12. in fin.*

i. *Sit inimicus.*) Æquiſſ. enim eſt, vt eum non cogaris ferre iudicem, qui tibi ſit aduerſus, magiſque ſuſpectus quam cui fortunas tuas, aut fortaſſis vitæ conditionem, concredere debeas, Text. eſt in *l. ſi pariter ſſ. de lib. cauſ. cap.* quod ſuſpecti & inimici iudices eſſe non debeant. *3. qu. 5.* Couarr. *pract. quaeſt. cap. 26. in princ.* Villal, declarando, *in recept. ſent. lit. I. num. 47.* Viu. declarando, *dec. 363. num. 3.* Merul.

Digitized by Google

Merul. d. lib. 4. diſt. 4. tit. 4. cap. 4. numer. 12. Rebuff. declarando, d. tract. de recuſat. art. 9. gl. vn. nu. 10. cũ ſeqq. vbi num. 16. etiamſi non ſit inimicus capitalis; ſed ſufficere quod ſit probabilis, Capyc. declarãdo deciſ. 138. præſertim nu. 3. Vin. d. dec. 363. ſub num. 3. cũ ſeq. in praxi tamen exprimi ſolere quod ſit capitalis, Rebuff. vbi ſupra, & poſt alios quoque Burſat conſ. 265. num. 24. vbi num. 26. poſt Rebuff. d. ar. 9. nu. 15. alioſque, inimicitiam & odij cauſam non in genere, ſed in ſpecie exprimendam, Capyc. dict. dec. 138. num. 4. Imo etiamſi eſſet inimicus vtriuſq; partis vt voluit Rebu. in d. glo. 9. nu. 18. ibidemque num. 19. poſt Roman. ſingul. 315. etiamſi reconciliatus, id quod reprobat apud nos Merul. d. lib. 4. diſt. 4. tit. 4. ca. 4. ſub nu. 12. verum adducti, in eam ibi ſententiam à Merul. & à nobis hic exaudiendi erunt, in reconciliato de recenti, quippe qui inimico comparetur, vt nos in annotat. ad Damhouder. in loc. com. par. tit. proxima, vel proximè futura, verſus fin. probauimus vberrimè. Atque ita etiam iudicem reo inimicum, licet nouè reconciliatum, recuſari debere, confirmat latè Ignæus ad l. 1. nu. 86. ad fin. cum ſeqq. ff. ad SC. Sillan. vbi idem & in teſte, reo inimico, de recenti conciliato, vt non ſit idoneus, vt & apud Euerard. conſ. 89. num. 4. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 15. num. 4. ad fin. & lib. 3. cap. 25. num. 21. extenſe Maſcard. declarando, de proba. lib. 2. concluſ. 846. nu. 9. cum ſeq. & concl. 1049. n. 21. cum ſeqq. ſentitque Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. qu. 28. nu. 8. & lib. 1. de præſ. quæſt. 89. num. 57. Sic inſuper exaudiendum erit, quod poſt Specu. tit. de iud. deleg. nu. 2. verſ. ſupereſt. & inibi Io. And. ad verb. de vno tradit. Burſ. d. conſ. 265. ſub num. 29. æqualẽ partium inimicitiam erga iudices, recuſationẽ non admittere; niſi à reo reconciliatio allegetur, qua de re, in materia teſtium inimicorum, latè Marſil. in l. 1. §. cum quis, ad fin. nu. 12. ff. de quæſt. quem probat & Maſcard. d. concluſ. 109. nu. 17. & quod huiuſmodi reconciliatio intelligatur de antiqua, vt operetur, docet inibi Marſil. in § præterea numer. 6. quem ſequitur & Roland. conſ. 24. nu. 34. lib. 1. ibidemque in d. §. cum quis, præſertim ſub nu. 3. lib. 1. alioſque inimicitam inter reum, & teſtem vel iudicem, cauſatam ex ſolo etiam facto ipſius rei, efficacem eſſe vt iudex vel teſtis reiici poſſit, cum non conſideretur cauſa, vnde prouenerit inimicitia, ſed inimicitiæ effectus, Iaſ. in l. ſi filiam tuam, num. 1. Co. de in offic. teſtam. Roland. late d. conſ. 24. nu. 46. lib. 1. Capyc. d. dec. 138. ſub nu. 4. copioſe Menoch. d. quæſt. 28. n. 9. de arb. iud. lib. 1. & dict. quæſtion. 89. nu. 54. cum ſeq. de præſum. lib. 1. Maſcard. d. concluſion. 899. num. 12.

k. Familiaris.) Tex. in c. inſinuante, 25. vbi doct. de offic. deleg. Rebuff. d. art. 9. glo. vnic. ſub num. 28. cum ſeq. Merul. declarando d. diſtinct. 4. tit. 4. cap. 4. num. 13. cum ſeqq. Sic ſi iudex crebro cum inimicis conuerſaretur ludendo, bibendo, & cum illis pernotando, per text. in c. accenſatoribus, in verſ. vel qui cum inimicis moratur, 3. q. 5. Burſat. d. conſ. 265. nu. 21. Reb. d. art. 9. nu. 20. addentes tamen iſtã cauſam difficulter in praxi obtineri poſſe.

l. Fauorabilis) Vbicunque aliquid agit iudex, ex quo concluditur nimis fauere alteri parti, poteſt ea de cauſa recuſari legitimè: quando autem videatur nimis fauere alterutri, id arbitrarium eſſe, late Hartm. tit. 1. obſ. 9. per tex. in c. accedens. ii. vbi Pan. vt lit. non. conteſt.

m. Commenſalis.) Tex. in cap. accedens, 4. vt lit. non conteſt. Reb. d. art. 9. glo. vn. nu. 17. & num. 26. Burſat d. conſ. 265. nu. 20. Marc. dec. 732. ſub n. 1. part. 1. Merul. d. lib. 4. diſt. 4. ſect. 3. tit. 4. nu. 17.

n. Conſanguineus.) Tex. in poſtremo. de appell. Reb. d. art. 9. gl. vn. nu. 23. vbi idem ſi quis ſit iunctus alteri magna, non leui amicitia, Marc. d. dec. 732. ſub nu. 1. part. 1. qua de re in annotat. noſtris ad Damh. in loc. com. par. tit. amicitia, coniunctio, Limitat autẽ Reb. qui ſupra n. 25. ſi fuerit conſanguineus vtriuſque partis, & impari gradu: quia tunc par ſit affectionis cauſa, & tolleret ſuſpitionem. Marſil. in d. l. 1. §. cum quis. ſub num. 12. ff. de quæſt. Burſ. copioſe d. conſ. 265. num. 29. Merul. d. diſtinct. 4. tit. 4. cap. 4. num. 15.

o. Aduocatus procurator.) Tex. in l. vlt. de confeſſ. in 6. in c. poſtremo, vbi not. Dec. n. (mihi) 8. cum ſeq. de appellat. in l. prætor. 17. & inibi poſt alios quoq; Dec. vtrobique limitando, n. 4. eleganter Coſtal. ff. de iuriſdict. omn. iud. Pariſ. conſ. 31. n. 92. lib. 1. Rebu. d. art. 9. n. 31. & 33. Dec. conſ. 26. n. 6. cum ſeqq. latè VVam. d. conſ. 152. n. 8. ad fin. cum ſeqq. alioſq; vt iudex ſuſpectus recuſari, vel ab eo iuriſdictio ex tali cauſa transferri poſſit, neceſſe eſſe, quod in eadem planè cauſa eodemque negotio, alterutrius partis aduocationem, ante initum magiſtratum ſuſceperit adeo vt inde tradiderit Panorm. in d. c. poſtremo, in fin. aliique, quod ſine metu recuſationis poſſit quis cum, qui in alia cauſa ſibi fuerit aduocatus, impetrare iudicem ad aliam cauſam ſiue negotium, (dũ tamen interim meminerimus obſeruandum eſſe, ne is iudex detur, quem altera pars nominatim petit, fortè, aut ſibi probitium, aut aduerſario infenſum, vti 2. l. obſeruandum, 48. ff. de iud. poſt Franc. in di. c. poſtremo, in 22. cauſa ſuſpicionis. alioſque) Quin & aduocatum vel procuratorem in cauſa poſſeſſionis nõ prohiberi eſſe teſtem vel iudicem, in cauſa proprietatis eiuſdem rei, neque in vna eademque cauſa, & eaſdem inter perſonas ſpecialiter conſtitutũ, ad eiuſdem cauſæ articulum vnum; veluti ad articulum declinatoriæ vel dilatoriæ exceptionis, eo finito, impediri ſuper principali eiuſdem cauſæ articulo (ſi ad illam conſtitutus non ſit) teſtimonium vel ius dicere, aſſerit latè VVameſ. d. conſ. 152. n. 10. cum ſequent. Licet Capyc. deciſion. 146. numer. 1.

Digitized by Google

Is tamen pro quo patrocinium præſtitit, illum effectum iudice ut, non recuſaret: ceſſante nimirum prohibitionis ratione, vt poſt gloſſ. *in verb. teſtem. in cap. vlt. de teſt. in 6* Dec *in d. l. prætor, ſub num. 4. & in d. cap. poſtremo, num. (mihi) 9.* Coſtal. poſt Iaſ. *in d. l. prætor*, Idemque quod in aduocato, in eo qui fuit in cauſa conſultor, tradit Socin, cum apoſt. *in d. l. prætor, num 3. in fin.* Capyc. *d. dec. 146. numer. 3.* Ad hæc audire aliquando memini, qui contrà publicè profiterentur, licere in cauſa pronunciare, dum verbotenus tantùm, non etiam ſcriptis, interrogantibus de iure prius reſpondiſſent, ſed Deus mentem nobis meliorem, quum ab ethnicis etiam doceamur, quantopere in iudicijs ac iuredicundo cauendum, ne quid præiudicati afferatur, ne ad cauſas iudicia iam facta domo deferantur, vt à M. Cicerone, in oratione pro *A. Cluent. ſub init.* & alijs multis, vt & apud noſtros paſſim relatum eſt, poſſe iudicem recuſari, ſi pars altera & ſecretò loquatur, Panorm *in cap. accedens, ſub num. 8. vt lit. non conteſt.* Roman. *cum apoſt. ſingul. 157.* cui init. *nunquid ſi aduerſarius*, Marant. *de ord iud. part. 9. de appell. 2. act. princip. numer. 44.* Sed illis ego hoc facilè ſemper conceſſerim, dummodo niſi viciſſim conceſſerint, vt ſine ſuſurris, morſu, ac calumnijs, liceret ex animi ſententia veritatem profiteri; vt vel hoc modo daretur, ab omni iniuſtitia, eſſe libero.

p. *Concernat*) Text. *in l. 1. C. ne quis in ſua cauſ. iud. in l. Iulianus ait. 17. ff. de iud. in l. qui iuriſdictioni præeſt.* neque ſibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis ſuis vel libertis vel cæteris quos ſecum habet vbi accuratè Coraſ. & Coſtal. *ff. de iuriſd. om. iud.* idemque Coraſ. declarando, Miſcell. *lib. 4. cap. 9.* Capyc. addens nec poſſe diſponi in contrarium per conſtitutionem inferioris à principe, *dec. 124. num. 2.* Rebuff. declarando, *d. art. 9 gloſſ. vn. num. 41.* Fab. declarando, *lib. 2. C. tit. 35. definit. 2. ſub nu. 3.* Cornazzan. *dec. 57 num. 21.* Meichſner. *dec. 4. nu. 15. in fin. part. 4. & dec. 10. num. 23. 28. & ſeq. part. 3.* vbi ex com. *num. 17. & ſub num. 30. cum ſeq.* ſententiam in cauſa propria nullam ipſo iure, etiamſi nihil opponatur Viu *dec. 223. ſub num. 24.* & declarando *num. 25 cum ſeq. rurſus num. 77 cum ſeq.* Etſi enim princeps poſſit de omnibus cauſis ſubditorum, inter ſe contendentium, cognoſcere & ſẽtẽtiam ferre non tamen abſolute ſic poteſt, quando inter eum & ſubditũ cõtẽtio eſt, nam ex quo tunc ſuſpicione non caret, ſaltem ex honeſtate, à iudicandi munere abſtinere debet, vt poſt Dec *in l. eſt receptum, num. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in cap. cum veniſſent, num. 5. verſ. prædicta concluſio. de iud.* aliosque Menoch. *conſ. 301. num. 52 vſque num 53.* poſt Alex. & Iaſ. *ſub num. 5 in d. l. eſt receptum*, Pan. *in cap. nouit, num. 15 de iud.* Felin. *in cap. cum veniſſent, num. 5. verſ. limita. 1. de conſtitut.* aliosque tametſi ſuperiorem non recognoſcens poſſit de propria cauſa cognoſcere, ſententiamque ferre, vt id voluit & Roland. *conſ. 29. num. 21. lib. 1.* id tamen locum ſibi vendicare, quando lis eſt cum ſubdito, ſecus ſi cum non ſubdito. Et in hanc ſententiam, principem imperii tanquam ſuperiorem, debere ſubditos ſuos conuenire in camera Imp, & non coram ſuis conſiliarijs teſtatur Hartman. ex SC. *tit. 1. obſeruat. 1. in addit.* & totidem verbis Mynſinger. *centur 5. obſ. 1. num. 1.* ibidemque Gail. *obſer. 1. num 18 lib. 1.* limitando ſi aliter ſit inueterata conſuetudine, vel ſpeciali priuilegio prouiſum, vti & in caſu contrario, ſi ſubditus vel priuatus alius, non immediatè imperio ſubiectus, principem Imperij cõueniat, principem probare debere, ſe hoc ius ex vſu vel conſuetudine habere, quòd tali caſu, talique modo, coram ſuis conſiliarijs conueniri debeat quodque electio penes actores non ſit, teſtantur Hartman. & Mynſing, ex SC, vbi ſupra, licet Gail. ex SC. *in d. obſ. 1. num. 19.* ſimplicius coram ſuis cõſiliariis, hoc caſu, conueniendum principem tradat Sic comites Hollandiæ, Zelandiæ, &c. vtcunque ſuperiorem non recognoſcentes, ſemper tamen ſubiicere ſe iuriſdictioni curiæ prouincialis demõſtrat. Merul. prax, Holl. *lib. 4. diſtinct. 2. tit. 1. cap. 6. num 2.* & in ſereniſſ. Celſitudinibus noſtris, patet *artic. 2. ad fin. & in calce artic. 16. ordin. curiæ Brab.* Idemque in domino cõtra ſubditum voluit Meichſner. *dec. 27. ſub num. 63 part 4 ſub C. lib. 3. tit. 18. defin. 1 num. 1.* & latiſſ. Capyc. declarando, *d. dec. 124 num 3. cum ſeqq.* Sed &) vt in viam redeamus) recuſari, ſimile commodum prætendentem, Rebuff *d. tract. de recuſat. art 8. ſub init. & art. 9 num. 38. Item num. 22. & 31. verſ. in eod. m art 9.* ex SC habẽtem ſimilem cauſam, vel litem pro alia re, cum aduerſario, finita, etiam lite recuſari, Burſat. *d. c. nſ. 265, num. 23.* voluitque Viu. *d. dec. 363. num 4.* Merul. *d. diſtinction 4 ſ. ſt. 3. tit. 4. cap 4. ſub numer. 9. cum ſeqq.*

q. *Iuſtitiam.*) Tex. *in cap. ad noſtram*, vbi Bald not. in fin. *de probat*, Iaſ. *in d. l. apertiſsimi, ſub num. 7.*

r. *Id quoque.*) Rebuff *in d. art. 9. num 44.* vbi poſt Iaſ. *in d l. apertiſsimi, num. 7. C. de iud* faciliùs repelli iudicem quàm teſtem; quia plures inueniantur qui iudicare poſſunt quam teſtificari, ſecundum *gloſſ. 2. in d. cap. cum R canonicus, & gloſſ. 1. in d. ca. inſinuante, de offic. deleg* quam communiter probatam dicit Pariſ. *conſ. 31 ſub num. 93. lib. 1.* Decian. *d. conſ. 16 num. 8. 10. & 11. lib. 1.* Cephal. *conſ. 749. num. 19.* latè etiam Marian *in cap. qualiter. & quando, num. 71. in fin. cum ſeq. de accuſat. &* Gail. *d. obſer 33. num. 10. lib 1.*

ſ. *Ponit.*) Poſſe recuſari in caſibus à iure expreſſis, & ſimilibus vel Maioribus, Dec. declarando, *in d. cap. cum ſpeciali, nu. 10. cum ſeqq. de appell.* Rebuff. *d. art. 9.*

Digitized by Google

*d. art.9.num.*45.vbi cauſas huiuſmodi relinqui officio iudicis,quas refert Aufrer.*in tract.de recuſat num.3.cum ſeqq.*& belliſſ.Ferrar. Montan.*in eod. tract. ſiue comment. cap.9.ſiue vlt. poſt princ. verſ. cauſa ex quibus*,plures enumerat poſt alios Franc. & Card.Alex.*in d.cap.poſtremò de appell.*& peculiares aliquas addit Iaſ.*in d l apertiſſimi, ſub num.* 7.& vberrimè Marant *de ordin.iud.cart.6.tit.de appell num.*16.cum ſeqq.

t. *Delegatus.*)Tex.*in d.l apertiſsimi* vbi poſt alios Iaſ.& Sich,*in princ & in l.vlt.C.de iud.* Gail.aliud aſſerens delegatione à principe expreſſe facta cum clauſula,recuſatione remota,*d. obſer.* 33. *ſub num.* 3. Declarat autem(inter alias limitationes) Iaſ. *in d l apertiſsimi,num.*2.non procedere,ſi de conſenſu vtriuſque partis fuerit delegatus,quod temeraria ſit recuſatio partis quæ conſenſerit, Cephal, *conſil.* 749.*num.*7.*&* 9.*in fin.*

v. *Secundum canones*) Tex.*in cap.ſuſpicionis , de offic.deleg.in cap.cum ſpeciali,vbi gloſſ.& doct.d. appell.in cap ſi quis contra,*vbi poſt alios Socin.*num.* 5.*de for.comp.*Iaſ,*num.*5.Sichard,*num.6.in d.l.apertiſsimi,* VVurmbſer,declarando, *tit.*1. *obſer.* 6. *ſub init.*,Mynſing *centur.*2.*obſ.*52.*ad fin.*Gail.*d. obſ.* 33 *ſub num.*1.*lib.*1.Viu.*dec.*363.*num.*1.Hoc ius hodie in regno Neapol.obſeruari aſſerens,quanquam ſecundum iuris ciuilis diſpoſitionem , ordinarius etiam legitimè ſuſpectus,in totum non remoueatur,ſed detur adiunctus,*per d.l.apertiſsimi,& inibi gloſſ & doct.omnes,*verùm opin. legiſtarum, differentiam conſtituentium inter delegatum & ordinarium,vt ille indiſtinctè velut ſuſpectus recuſetur , hic non item,ſed detur adiunctus , in camera,Imp. *anno* 1536.confirmatam teſtatur Mynſing. *d. obſ.* 52 *ſub init.*voluitque Gail.*d.obſ.*33.*num.*1.& in ſenatu Pedemont,ſuo Oſaſc *dec.* 84. *in princ.* & in ſenatu Hollandiæ Merul.*d.tit* 4.*cap.*4.*num* 2.licet VVurmbſ.*d.obſ.6 verſ tamen illud*,aſſerat in praxi & conſuetudine obſeruari opin. Martini , qua habetur ordinarium etiam de iure ciuili poſſe in totú recuſari,quam opinioné dicit canonizatam in *cap quod ſuſpectus,*3.*qu:ſt.*5.

x. *Ordinarium.*) Difficilius quippe ex cauſa ſuſpicionis ordinarius recuſatur,vt poſt gloſſ.*& doct in d.l.apertiſsimi,* Vameſ.*conſ.*62.*num* 10,Buſi-remiſſiue *ad l cum prætor,*12,*num* 9 de iud vbi in fin.moribus hodiernis regulariter iudicem ſuſpectum recuſari,vel alium eius loco à iudice maiore cõſtitui.

z. *Calumnioſam.*) Sic iuſtam ſuſpicionis cauſam videri,ſi partem grauarit iudex,per*c.propoſuit*, vbi poſt alios Dec *num.(mihi)*9. *& cap ad h c.* 1. vbi quoque Dec. *num.*6.7.8. *& ſub num* 15. *cum ſeqq.* de appellat.Marc *dec.*732.*num.*1.*part.*1.Montan. *in d.tract de recuſat.verſus Fin.verſ.poterit, & in cauſam* vt & alij ſupra commemorati, eodem in tract. Iniuſtus enim in vno, præſumitur iniuſtus & ſuſpectus in alio, vt tradit poſt alios Iaco.de S. Geor *de feud.ad verb.* & dicti vaſalli pro dictis rebus ſub *num.*8 *per cap.vn.tit.de controuerſ.inter vaſall. & epiſ.in vſ.feud.*

a. *Et proponi.*) Neque vna ſolummodo recuſationis cauſa propoſita, coram iudice , poſſet recuſans ex alia de nouo allegata, coram arbitris ſuam recuſationem iuſtificare,ſed debet tantum expreſſe propoſitam proſequi ; eo quod recuſatio , quod omiſſas in illius propoſitione cauſas ſit informis, ac proinde nulla,vt poſt Dec *num (mihi)* & Franc. in *verſ.*2.*quæris,in d.ca.cum ſpeciali,de appell.*alioſque reſpondit VVameſ. *dict conſil.* 152.*numer.*12. & ſentit auctor hic inferius *num.*17.

b. *Impingantur.*)Si recuſatio,propoſita ſuggillaret & notaret iudicem,vt ſi diceretur furioſus, infamis, aut homicida, eliguntur arbitri qui de his cognoſcent, Rebuff.*d. art* 5.*gl. vn. nu.* 2. Imo nec arbitros eligi pro cognitione cauſæ recuſationis, niſi conſtito cauſam eſſe legitimam Burſat, *d.conſ.* 265.*nu* 28.poſt Hartman.*tit.*1.*obſ.*12. alioſque. Si vero per huiuſmodi exceptiones non ſuggillaretur fama iudicis, & exciperetur quod ſit impubes, tũc ſuperior de hoc cognoſcit;quia in tali ætatum nullum dicatur habere iudicium ; aut ſi etiam exciperetur,quod licet ſit pubes,non tamen habet annum decimumoctauum,tunc ipſe idem cognoſcere poſſit, VVurmbſer.*tit.* 1.*obſ* 5.*ad fin.* diſtinguendo latius, Verum recuſationis cauſa eſt notoriè fruſtratoria,vel notoriè à iure reprobata aut falſa , poſſe iudicem repellere recuſatorem per *ca.cum olim, de cauſ.poſſeſſ. & propriet. & c.*1 *de offic.iud.* Rebuff.*d. art.*5.*glo.vn.num.*3. *&* 6. Hartman.late. *d.tit.*1.*obſ.* 13.*verſ.ſed ſi cauſa* vbi è diuerſo non eſſe arbitros eligere quando cauſa rationabilis eſt, in iure , & in facto notoria,poſt Panorm.in *c.cum ſpeciali in fin. de appell.* Quando autem & quomodo arbitri eligantur,latius poſt alios Sichard. *in d l apertiſſimi. num.*16.*de iud.*

c. *Cauſæ examinandæ.*) Hartman. declarando, *di. tit.*1.*obſ* 13.latius Gail. *d.obſ.*33.*ſub num.*14 *lib.*1. vbi tamen de iure ciuili(aliter atque canonico) arbitros à partibus electos,omiſſo articulo ſuſpicionis,de cauſa principali cognoſcere:quia cum cauſa in libello non ſit inferenda , per conſequens nec probanda ſit;ibidemque Sichard.poſt alios, *in d.le. apertiſſimi. ſub num* 11.*C.de iud.* VVurmbſer.*d.obſ.* 6,*tit.*1 latiſſ.Mynſing.*d. obſ* 63 *n.*1.*& ſeq. & cent.*3. qua de re late,hic inferius *ſub num* 18.

d. *Non facile.*)Merul.(Idem in collegio & ſenatu Hollandiæ atteſtatus)prax.*d.lib.*4.*ſect.*3.*tit* 4. *cap.* 4.*num.*1.*cum ſeq.* Verùm integrum collegium & concilium recuſari poſſe,*per tex in cap licet ex ſuſcepto,de for.comp.*Dec.*num(mihi)*66. *cum ſeqq.* & alij *in cap.* 1.*de iud.* Pariſ.*d.conſ.*3 *numer.* 98. *cum ſeq.lib.*1.Roland.ex com.*conſ* 19.*toto lib.*3. Viu.

lib.1.com opin. verb. ſuſpecti, in fin. Burſat. è communiori & praxi. d. conſ. 265 num. 14. Decian. è communiori. d. c. nſ. 26. num. 5 cum ſeqq libr. 1. vbi num. 15. admitti in dubio non poſſe recuſari, ſed debere allegari cauſam iuſtam & probabilem, vti voluit & Dec in d. cap. 1. ſub num 68. cum ſeqq. Boër è praxi & SC. dec. 269 ad fin. Burſ. d conſ 295. ſub num. 14. aſſerens quem dolo & fraude præſumi totum collegium recuſare, niſi cauſam veram legitimamque doceat, declarando ibidem, & num 25 cum nu. 27. latiùs poſt Capyc, dec. 138. num 7 Rebuff d. art. 9. gloſſ. vn num. 46. cum ſeq. aliosque Sed & contrariam opinionem, quòd recuſari non poſſit totum collegium, verùm ſuſpecti ſolummodo, limitat Roland. d. conſ. 19 nu. 12. quando caput collegij & principaliores eſſent ſuſpecti, id quod voluit & Marc. d dec 732 in fin. Burſ d. conſ. 265. nu. 30. Viu. in d. verb ſuſpecti, verſus fin. lib. 1. com opin. quē probat & Gail. d. obſ. 33. num. 2. cum ſeq. aſſerendo, ex com. totum ſenatum vel decurionum ordinem recuſari non poſſe; de omnibus his agens latiùs.

e. *Non arbitrator*) Cephal *conſ. 749. cui init.* facta fuit *num. 6* limitando *num. 11.* niſi de nouo ſuſpicionis cauſa ſuperuenerit, ibidemque *nu. 9.* alioqui indiſtinctè recuſari non poſſe, etiamſi à iudice fuerit datus. De arbitro autem recuſando, eleganter poſt alios, Coſtal. in adducto § *cum quidam*, *l. non diſtinguimus, 32 ff de recept. arb.* quem probat inibi nouiſſ. Buſ.

f. *Et aſſeſſores.*) Recuſari poſſe notarium, grapherium, conſultorem, teſtium examinatorem, adiunctum eius, & aſſeſſorem; per tex. *in cap ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcr in 6.* Rebuff. ex SC. *d. tract. de recuſ art. 9. gl vn num 94.* poſt Bald. *in d. l. apertiſſimi, a'iiſque.*

g. *Commiſſarij.*) Sic commiſſarios qui vigore ordinationis cameræ ab Imp. impetrantur, quia delegatam iuriſdictionem habeant, rectè ob ſuſpicionem recuſari. Gail. latè declarando *d obſ. 33. ſub n. 3. cum ſeqq lib. 1. vbi num. 7.* idem in commiſſariis datis ad recipiendum & examinandum teſtes, ibidemque è praxi hoc caſu, non ad arbitros, ſed ad dantem recurri vel prouocari, vt alios non ſuſpectos det commiſſarios In huiuſmodi quoque recuſatione ſcribæ, notarij, conſultoris, procuratoris, aut commiſſarij; quia iure canonico non reperitur immutatum, militare adhuc rationem poſitam *in d. l apertiſſimi,* neque requiri expreſſionem cauſæ neque plenam probationem. Anchoran. *conſ. 263.* toto, Alex. *conſ 104 num 3. & ſub num 4. lib. 5.* Boër *dec. 258. num. 7. ad fin* & quia non agitur de magno præiudicio ſufficiet iuramentum, Rebuff. *d. art. 9. gloſſ vn. num. 4. ad fin.* Gail *d obſ. 33. num. 17.* Atque ita plerunque inquit Boër *d. num. 7 in fin. cum ſeq.* videmus grapherium curiæ, ex aliqua leui cauſa, recuſari: aduocatum procuratoremque regis nō ita facilè, niſi quando ſunt de conſilio partis aduerſæ cui poſſent inſtrumentorum arcana, & omniū productionum pandere. Ibidemque quomodo poſſit alios etiam notarius recuſari. Actione tamen iniuriarum teneri, recuſantem à iudice aſſumptum notarium, Hartman. *tit. 1 obſer. 9. poſt princ.* vti & iudicem ipſum recuſantem iniuſtè, VVameſ. *d. conſ. 152. num 3.* poſt Bald *in cap. ſuper queſtionum, nu. 2. in fin. de offic. deleg.* Diximus alibi latius.

h. *Ante litem conteſtatam.*) Tex. in *cap. quod ſuſpecti, §. & re vera, 3. qu. ſt. 5, cap. paſtoralis, vbi gl. & doct. de except. l. vlt. C. de except. & d. l. apertiſſimi, in verb. antequā, lis incheetur,* & inibi poſt alios Sichard. limitando, *num. 3. cum ſeqq. C. de iud.* Aufrer *ad Tholoſ dec. 180* Pariſ *d. conſ. 31. num. 62. lib. 1.* Couarr. declarando, *d. ca. 26. num. 2.* Aſin *ad ſtat. florent. de mod proceſſ §. 14 cap. 8. num 4.* Cephal. *conſ. 763. cui init.* reuerendus D *num. 1.* Hartm. *tit. 1. obſ. 11 tota.* VVameſ. *d. conſ. 152 num. 7.* Mynſ. *centur. 4. obſ. 59. verſ. illud interū & obſ. 27. in prin.* Gail. *d. obſ. 33. num 11. lib. 1.* Rebuff. *d. tract. de recuſat. art. 1 gloſſ. 2. num. 1. & art. 11. gloſſ. vn. numer. 1.* & vbique, non opponendo videri in iudicem cōſentire, ideoque poſtea reijcere eum non poſſe; Burſat. ex communiori *d. conſ. 365. num. 12. vbi nu. 13.* quibus ex cauſis approbatio iudicis reſultet. Sed etſi exceptiones declinatoriæ omiſſæ ſint per errorem, adhuc tamen opponi non poſſe, poſt litis conteſtationem, Gilman. *dec. 47. nu. 2. libr. 2. poſt gl.* & Ang. *in l. ij. §. conuenire, de iud.* licet (vt nunc ſunt mores noſtri) reſcripto principis hic facilè quis reſtitueretur; ne id (præſertim) ad appellationem proſequendam impediat, quam à remiſſione ad proprium forum denegata interpoſuit, id quod ſuaderi facilius & confirmari poſſit ex diſtinctione Ferrarienſ. *in form de declin. iuriſdict. alic iud ad verb nec fuiſſe, num. 5. cum ſeqq.* & Iaſ. *in d l apertiſſimi, num. 12 in fin.* & Aſin. *in d §. 13. cap 8. num. 5 part. 1. ad ſta ut. Flor. de mo. proc.*

i. *Proponi poſſ*) Iaſ. poſt alios, *in d. l. apertiſſimi, n. 12* Coſtal. *in d l non diſtinguemus, §. cum quidam ff. de arb* Pariſ *d. conſ. 31 num. 94 d. lib. 1.* Cephal. *d conſ 763 num. 7 in fin,* Gail *d cap 33. ſub nu 11.* VVameſ. *d. conſ 152 ſub num. 7.* Rebuff *d. tract. de recuſ artic. 1 gloſſ 6, num. 1 cum ſeqq* vbi *d. gloſſ 2, num. 2.* vſque ad concluſionem cauſæ proponi, rectius tamen, quod & poſt concluſionem cauſæ orta ſuſpecti iudicis recuſatio admittatur. Dec. poſt alios *in cap paſtoralis num (mihi) 24. cum ſeqq* de except Gabriel. *tit. de iudic. concluſ 5. num 8* Mynſ. *d obſ. 59. ad fin.* Couarr. *d. cap. 26. num. 2. verſ ſic poſt* VVameſ *d. conſ 152 num 7 verſ. in quo.* qui hac de re diſtinguendo latius. Verùm ſi iudices adhibeantur ad iudicandum, vel conſulendum ſuper re iudicanda recuſationem offerri poſſe antequam proceſſus

ceſſus fuerit inceptus iudicari vel referri, & ſicantequam eos videatur approbare, vt poſt Bart. *in d. l. quidam conſulebat, ij. de re iud.* Rebuff. *d. gloſſ. 2. n. 3.* Sic re non integra, eaque iam iudicari cœpta, iudicem recuſari non poſſe; ſecus ſi nondum ceptum ſit iudicari, concludit ex auctoritate SC. Imbert *lib. 1. inſtit. for. cap. 48. in gloſſ. verb. admittitur ſub init.* & poſt eum ibidem tradit. Couarr. *d. c. 26. num 3. verſ. cæterum illud.* locum non eſſe recuſationi, à iudice ſententia ſcripta & ſubſcripta, traditaque actuario pronuncianda qua de re ille itidem, & VVameſ. qui ſupra, latiùs. Sed & poſt litis conteſtationem opponi poſſe exceptiones huiuſmodi declinatorias, quando pacto vel conuentione coarctatæ ſunt vel alteratæ, arg. *l. qui in futurum, 58. ff. de pact.* Mynſing ex SC. *d obſ 27. ad fin. cent. 4.* poſt Guid *dec. 275. num. 3.* idemque Aſin. *ad ſtatut. Flor. de mod. proced. §. 13 cap. 2 in fin.* dum hanc cõſtituit. 20. *& vl. limitationem* ad regulam quod dilatoria poſt litem conteſtatam non opponatur.

* *Innotuit.*) VVameſ. aſſerens id, cum pro forma à iure præſcriptum ſit, facere vt prætermiſſum, néque ad vnguem obſeruatum, vitiet totum recuſationis ex cauſa ſeriùs propoſitæ actum, *d. conſ. 152. num. 7. verſ. verum quidem eſt* Gabr. *d concl. 5. num. 9. tit. de iudic.* Merul. *d. li. 4. diſt. 4. ſect. 3. tit. 4 ca. 4. n. 3.* Couarr. *d. cap. 26. num. 2. verſ. quod ſi cauſa recuſationis,* vbi hoc in recuſatione æquiſſimum eſſe; præſertim quòd & aliæ exceptiones, quæ iure ſint ante litis conteſtationem proponendæ, admittantur poſt litem conteſtatam, etiam ſi prius fuerint ortæ, modò ipſe reus poſt litis conteſtationem, earundem cognitionem habuerit, qua de re & in *l. 6. com par. tit. cauſa noua,* vbi ad *verb paria*, annotauimus, poſt Felin. *in d cap paſtoralis. ſub num 2. de except,* alioſque, parificari exceptionem eſſe nouè notam & nouè natam.

k. *Secundũ iura ciuilia.*) Libello recuſatorio non inſerendam cauſam, *gloſſ. in d. l apertiſsimi, in verbo recuſare, C de iud.* vbi, poſt alios Sichard. exactè declarando, *ſub num. 11.* Anchor. idem in ordinario aſſerens, *d. conſ. 263. poſt princ.* Dec. limitando, in *c. cum ſpeciali, num. 2 cum ſeqq de appell.* Mynſing. licet aliud in ordinario docens, *cent 3. obſ. 63. nu. 2. cum ſeqq* Gail *d. obſ 23. n. 14.* licet etiam Oſaſc. *d dec 84 num 6* velit in ordinario recuſando, cauſam allegari, licet non probari deberi.

l. *Iuramento.*) Gloſs *in d. l. apertiſsimi, in verb recuſare, & in l. quia poterat. in verb. neque, & vtrobique doct. ff.* ad Trebell quam communiter ſequuntur doct. licet de ea nullã legem expreſſam habeamus vt ait Sichard. *in d. l. apertiſsimi. num. 12 in fin & n. 14. cum ſeq.* Pariſ *d. conſ. 21 num. 94. in fin. lib. 1.* voluitque Alex. limitando, *d. conſ. 104. n. 3. lib. 5.* late Cou. ex com *d c. 26. n. 1. verſus fin.* vbi è praxi, aduerſus Ruin, *conſ. 6, nu 5. & 6. lib. 4.* ſufficere iuramentum iſtud, ab ipſo recuſante, fieri & præſtari in ipſo recuſationis libello, etiamſi non fuerit à iudice delatum, per tex. *in l. vltim. C. de iud.*

m. *Exprimi.*) Et coram recuſato proponi, & coram arbitris probari *per c. 2. requiris in fin de appell.* & eſt text. *in c cum ſpeciali.* vbi poſt alios Dec declarando, *n. 1. 8. & ſeq. eod. tit* Rebu. *d. art. 9 gl. vn. n. 2. in fin. & 15.* Mynſing. declarando, *d. obſ. 63. n. 5. & obſe. 52. ad fin. cent. 2.* Gail. latius declarando, *di. obſ. 33. n. 14 in fin. cum ſeq. lib. 1.* neque allegatũ ſuſpectũ poſſe iudicare, an legitima ſit recuſatio necne, per, tex. *in d l apertiſſimi,* vbi not. Pariſ. *di. conſ. 31. n 119. lib 1.* Dec. *d conſ. 26. num. 13.*

n. *Inferioris germaniæ*) Notanda generalis praxis de qua teſtatur auctor grauiſſ. vt & de eadem, in ſuperiore germania, Mynſing *d obſ 63. n. 5.* in fin. & paulò latius Gail. *d. obſ. 33. nu 16.* vbi, ſi de conſuetudine non appareat, in terris Imperij, & foro ciuili, ius ciuile; in Eccleſiaſtico, & terris eccleſiæ ſubiectis, ius pontificium ſeruari (vt & alios) per *gl. in ca. 1. in verb. l ciuilis, de arbitr. in 6.* Bart. *in d. l. quia poterat. n 2.* ad Trebell. Iaſ *in di. l. apertiſſimi, num. 5. in fin.* alioſque.

o. *Suſpenditur.*) Proceſſum à delegato, ſubdelegato, vel ordinario factum poſt recuſationem tenere, niſi fuerit appellatum, vel alio modo cauſa ad alterius audientiam reuocata, Innocent. *in d. c. cum ſpeciali, n. 6. verſus fin. verſ. illud autem non memini inueniſſe, de app.* Alex. (licet non ſe plane firmans) *conſ 67 ſub init. lib. 9.* declarando & reſtringendo, *d conſ 152. n. 8.* & plures relati ab Oſaſc. *dec. 48. nu. 2* Gabr. *d concl. 5. nu 2. tit. de iud.* vbi tamen *n. 1.* late limitando, contrariam opinionem communiorem probat, vt quidquid ſit poſt recuſationem ſit ipſo iure nullum. poſt Bart. *in d l. quia poterat. verſ. ſed quæro.* Marã, de *ord iud. part. 4 diſt. 16. n 4.* alioſque commemoratos. ibidemque ex SC. Tholóſ. *dec. 478.* ibidemque ad eam apoſtill. Aufrer. & ad Roman. Mandoſ. *conſ. 220 n 3* ad Ferrar. *in form. de declinat iuriſd. alic iud. in verb. iudicem ſuſpectũ nu. 2.* Manſ. & aliorum, ad Alex. *conſ. 89. nu. 4. & ſeqq. lib 1* Dec. *d conſ. 26. ſub nu 12.* vbi ſententiam à recuſato latam, quæcunque fuerit, nullam eſſe; & hãc opinionem Bart. & aliorum com. eſſe, & ſeruari vidiſſe in praxi teſtatur. Verum magis communiter doct. ſedere diſtinctionis conciliant opiniones, vt prior Innocent. vera ſit de iure canonico; altera verò Bart & ſequacium procedat de iure ciuili, vt per Dec. poſt alios. *in d c. cum ſpeciali ſub n (mihi) 33. de app.* Gabr. *d. conc. 5. n. 3. tit. de iud lib. 1.* Dia. ex communiori *d dec. 74 num. 5. ad fin.* vbi in terris Eccleſiæ ſeruandam priorem opinionem Inno. et. in Imp. vero alteram Bart. ſecũdam diſtinctionem: de qua ſuperius ad verb. inferioris Germaniæ. Idẽque voluit VVameſ. *d. conſ 152. n. 8. verſ. & quamuis.*

CAPVT CXXVI.

De Declinatoriis, atque temporalibus Exceptionibus.

SVMMAE.

1 *Exceptiones Dilatoriæ quæ ſunt.*
2 *Exceptiones Dilatoriæ, cur & quando conſcientiæ ſcrupulo vacant.*
3 *Exceptiones Dilatoriæ, non conueniunt proceſſibus ſummariis.*
4 *Exceptionis Dilatoriæ varia forma.*
5 *Exceptio Dilatoria eſt petitio licentiæ Curiæ cum expenſis.*

SVprà capite 120. triplices Exceptionum (*a*) aut Declinationum ſpecies poſuimus, quarum Declinatoriam, *cap.* 125. antè expoſuimus.

1 Hoc autem loco Exceptionem Dilatoriam vtcunque explicare curabimus. Dilatoriæ itaque atque temporales Exceptiones ſunt, quæ cauſam differunt, (*b*) hoc eſt, quas Reus proponit aut allegat, poſt declinatoriam Exceptionem, ad litem ſiue proceſſum poſtponendum (*c*) ſiue differendum, *§. Appellantur. inſtitut. de except. ca. Si quis epiſcoporum, §. Exceptio 3 qu. 6.* vbi bonam gloſſam vidêre licet, *in verbo. Exceptio.*

2 Has itaque Exceptiones Dilatorias quilibet obiicere, & proponere (*d*) poterit, ſalua tutaque conſcientia, dummodo illas calumniandi animo, aut ad calumniam non proponit. (*e*) Prædictæ enim Exceptiones Dilatoriæ nequaquam admittuntur in iudicio, vbi tractatur de cauſis aut negotiis accelerationem deſiderantibus ac requirentibus, & vbi periculum eſſet in mora.

3 Neque etiam huiuſmodi Exceptiones Dilatoriæ admittuntur in materiis vbi, aut in quibus proceditur ſummariè (*f*) ſimpliciter, & de plano, in quibus omnia cum acceleratione peraguntur.

Exceptiones verò Dilatoriæ ad proceſſus Dilationē, & extēſionē ſpectāt, quales ſunt, velle habere 4
copiā, velle videre explotum (*g*) velle habere Procurationē (*h*) clarū Libellū, ac Petitionē, & ſpecificationē diei loci, (*i*) perſonæ, coloris, ponderis, lōgitudinis, latitudinis, numeri, & ſimiliū. Velle etiā habere inſtrumentorum, literarum, & titulorum, aut priuilegiorum copiam, quorum Actor meminit, & ſe iactauit in ſuo libello, (*k*) quem exhibuit & ſimiles remorationes, quæ omnes Exceptiones ſunt Dilatoriæ, & quæ principale negotium retardant, remorantur, & differunt. Sic etiam ad Exceptiones Dilatorias ſpectat, quando Reus capiendo finem licentiæ Curiæ, & petendo expenſas, impugnat Executionem (vulgò Explotum) tanquam inſufficientem, aut quando Procurationem reiicit, veluti indebitam, inſufficientem, aut defectuoſam, aut quando ipſe impugnat libellum Actoris, tanquā obſcurum, (*l*) & illucidum.

Atque hoc loco ſciendū eſt, quod omnes Exceptiones ſint Dilatoriæ, vbi capitur finis licētiæ Curiæ; (*m*) & petuntur Expēſæ, quemadmodum etiam 5
ſunt omnes Exceptiones, vbi capitur finis nō receptibilis, aut quādo tēditur ad finē nō receptibilem.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXXVI.

a. T*Riplices exceptionum.*) Sichard. ad *l ita demum, 13. num. 1. C. de proc.* De iure autem ſumma exceptionum diuiſio ad duo tantum genera reducitur, vt in § *appellantur. inſtit de except. & in l. 4. vlt. cum l. ſeq* vbi poſt alios eleganter Zaſ. *ff. de except.* Sic itidem duo exceptionum genera quæ in iudicijs Gallicis frequentiùs vſurpentur tradit Imbert. *inſtit. Forenſ. libr. 1. cap.* 31. quarum (nimirum) alteræ ſint dilatoriæ ſeu imperfectæ tranſlationes, aut exordiales exceptiones; alteræ peremptoriæ vel conſtantes ſiue perfectæ tranſlationes. Cæterùm Ferrarienſ. in forma reſponſ. rei conuent. *ad verb. ſaluis aliis except. num.* 3. quem & alij quidam ſequuti ſunt, in tria genera exceptiones diſtinxit, vt aliud ſit dilatoriarum, aliud perēptoriarum, & aliud anomalarum. Verùm Zaſ. *in d. §. vlt. verſ. vlteriùs quærit gloſſ. apertè docet*, nullam exceptionem eſſe anomalam, alij verò, anomalarum loco, medias vel mixtas conſtituerunt, auctoritate gloſſ. *ad verb. exceptio. in cap. ſi quis epiſcoporum, 3. qu. 6. & gloſſ. 1. in cap. exceptionem, 12. de except.* eamque trimembrem diſtinctionem, tamdiu apud recentiores SC. aut Doct. receptam & peruagatam, ne cum multorum (vt ait) celebribus renunciatis peruertendo, tenebras potiùs offunderet, recipere in ſcriptis ſuis, non inſcitè aſſerit nouiſſ.

Digitized by Google

uiſſ. Aſin. ad ſtatutum Florentin. de modo *proced. part.* 1 §. 13. *cap.* 1. *num.* 3. *cum ſeqq.* vbi *cap.* 7. de mixtis huiuſmodi latiſſ.

b. *Quæ cauſam differunt.* Text *in l. ij. §. vlt.* vbi Zaſ. declarando, *verſ.* 2. *coll.* eſſe aliquas, *ff. de exce.* Et hæ dicuntur ſimplices dilatoriæ, reſpectu dilatoriarũ quæ non differunt, ſed declinãt iudicium, earumque quæ requirunt cauſæ cognitionẽ, Muſc. *prax ciuil part.* 3. *gl.* 1. *ſub nu.* 12. Non tamen perimunt negotium principale, vt ait Marant. *de ordin. iud part.* 6. *membr.* 9. *ſub num.* 1. Muſcatel. *di. prax. part* 3 *gl.* dilatorias *nu.* 4, Aſin *ad d. ſtatut. Florent. de mod. proce.* §. 13. *cap.* 1. *num.* 11. apud quos diuiduntur & declarantur latius, vt & apud Menoch. de *arbitr. iud. caſu* 240. *num.* 1. *& ſeqq.* Et in hanc ſententiam reſpondit poſt Guid. *conſ* 24. *num.* 6. *ad fin.* Chaſſen. *conſ.* 11 *num.* 73 peremptoriam dici quę perimit negotium principale, dilatoriam quæ ſolũ differt cõdemnationem, quę alio iure fieri poteſt.

h. *Procurator eſſe.)* Nec pro ſe, nec pro alijs admittitur, Iaſ. in *l. exigendi, num. 17. in fin.* cum apoſt. *C de procur* Buſi. limitando, *ad l. mutus. 43. num. 8 ff de procur.* ſentitque Vant, *de null. proceſſ tit. de null. ex inhab ſeu. defect, mand, num 46 vbi nu 47.* idem in monacho & religioſo, tria vota profeſſo, quod & nos voluimus ſupra, *cap 94. ad verb. regulares, in fin.* id que nõ tam ea ratione (vt voluit Vant) quòd ſerui illius religionis quam profeſſi ſunt habeantur: quia ſeruiunt quidem, ſed Deo, quod non eſt ſeruire; ſed regnare, neque etiam ea ratione, quòd ſeruis æquiparentur: quia etiam ſeruus monachiſmũ profeſſus liber fit & ingenuus, vt eſt *tex in authen. ſi ſeruus, C. de epiſc. & cler.* ideoque ſolida non eſt hæc comparatio, neque perpetua, vt iudicat etiam Damhoud. *in loc. com. per tit monachus, ad fin. cum ſeq.* ſed ea potiſſimum ratione, quia monachi debent à laicorum conſortio eſſe alieni, *vt ait tex. in § 1. in authent quem. oport.* monach. vel quia mũdo mortui ſunt, vt habet tex. *in cap. placuit. 2. & in c. ſunt nonnulli 16. quaeſt. 1.*
i. *Patris conſenſus.)* Imò etiam inuito patre, poſſe conſtitui procuratorem alterius, per *cap. qui generaliter, 5 §. nidum de procur. in 6.* Bald. & Caſtrenſ *in l. filiusfamilias, 8 §. ipſe quoque filius, ff. de procur* Viu. *lib. 1 com op in verb filiusfamilias non poteſt, in fin.* ſentitque Clar. *ſent. lib 5 § vlt. quaeſt. 14. num. 5.* confirmaturque ex ijs quæ ex com poſt Guid. *dec. 54. tota,* Alex *conſ. 106 ſub num. 2. lib. 1.* aliosque tradit Vant *tit. de null. ex inhabil. ſeu defect mand ſub num 29 cum ſeqq.*
k. *Ad impetrandum litium.)* Diximus abundè ſupra *ca. 96 num. 15 ad verb. bonorum participa ione*
l. *Limitatum cauſam)* Ad vnam cum ſpeciem conſtitutus, an reliquis prohibitus intelligitur, per *l 1. §. 1. ff de procur.* Ant Fab. *C l 2 tit. 6. definit. 28.* vbi pulchre ex SC, qui litem exercuit, tanquam à procuratore ad litem dato ſubſtitutus, ſi poſt ea procurator ad aliquem actum, in eadem lite, ſpecialiter conſtituatur, idque mandatum quaſi, procurator impleuerit, defuncto deinde procuratore, non videri conſtitutum ad reliquam litem peragẽdam; tametſi mandato contineatur ratihabitio omnium retrogeſtarum; vt ille latiùs. Sic inter conſtitutionem procuratoris taxatiue, vel ſimplicius factam, magnam eſſe differentiam, vt ad conteſtandam litem tantùm conſtitutus non poſſit proſequi cauſam: ſimplicius verò conſtitutus poſſit, poſt Specul. tit. de procur. *§ ratione autem formae num 6* Menoch. *conſ 419 num. 9 ſeq vbi num 3, cum ſeqq.* hac de re, & quando conſtitutus eſt ad excipiendum tantùm, latiſſ.
m *Proceſſerit)* Diximus latè ſuperius, *cap. 91 ſub nu. 2. ad verb. Aut ſi non contradicat, & verb. Proſequitur.*
n. *Sunt expedita.)* Addenda hic erunt quæ latiùs dicta ſuperius. *cap. 90. nu. 4. cum ſeqq.*
o. *Subſtitutus.)* Dictum quoque copioſius ſuprà, *cap 89 numer. 1. ad verb. ante* litiſconteſtationem, *cum ſeqq.*
p. *Procurationem)* Inter alias cautelas, quas adhibendas docet, ad tollendas eiuſmodi exceptiones, eam quoque elegantem tradit Marſil. *ad l. ſi quis ne quaeſtion. num. 74. ff de quaeſt* vt cures fieri mandatum vel procurationem, apud acta, iudice ſed n-

re pro tribunali, præſente aduerſario; tunc enim dicatur præfectum, adeo vt opponi aliquid contra non poſſit, propter calorem iudicij; idemque poſt gloſſ. & Doct. *in l. vn. C. de ſatiſd.* VVurmbſer. *tit. l. 10. tit. ſ r. 2.*

9. *Atelitum*) Exceptionem procuratoriam opponi debere ante litem conteſtatam, poſtea non poſſe. Iaſ. admittens tamen, paria eſſe opponi ante, vel incontinenti poſt *in l. non ſolum. § morte, verſ. 1 eſt quod ff. de nou. oper. nunc.* idemque in *l ita demum, 13 num. 1 cum ſeqq.* extendendo & reſtringendo *C. de procur.* & *ſimili* Alex. *num. 1 & ſeqq. limitando 9. modis*, ibidemque Sichard. limitando, & diſtinguendo poſt Bart. inibi, & in *l. eleganter, § ſi quis poſt ff. de condit. indeb.* vt hoc intelligatur de exceptione quæ ſit contra perſonam procuratoris; quia per litis conteſtationem efficiatur procurator litis Dominus, proinde ſi factus dominus, ſerò obijciatur ei, tu non potes agere, & ſic defectus huiuſmodi & exceptio extinguatur, modò pro ſe in iudicio ſaltem ſtare poſſit; ſecus ſi agatur de defectu mandati, vt dicendo tu non es procurator; quia illa exceptio poſſit ſemper obijci, & quandocunque oppoſita per aduerſarium, reddat iudicium retro nullum; vt docet & Iaſ. latè limitando, in *d. l. licet, ſub num. 8. C. de procur.* & copiosè Vant. *tit. de null. ex inhab. lit. ſeu defect. mand. compar. ſub num. 133. cum ſeqq.* voluitque Socin. *in d. § ſi quis poſt, ſub nu. 8.* & nouiſs. Merul. *prax. Holl. lib. 4. tit. 4 tit. 4. c. 10 n. 1. & 2.*

CAPVT CXXIX.

De Exceptionibus contra Aduocatum proponendis.

S V M M AE.

Excipitur contra Aduocatum ſi quis dicat, quod

Sit ſurdus, mutus, lunaticus, minor 25. annis, &c.
1 *Sit Hæreticus, aut de hæreſi ſuſpectus.*
2 *Sit excommunicatus.*
3 *Sit infamis, vel de infamia iuris notatus.*
4 *Sit Symoniacus, falſus teſtis, vel contra officium peccans.*
5 *Ipſi a Iudice aduocare ſit prohibitum.*
6 *Vir habeatur in officio ſuo parum fidelis.*
7 *Lucri cauſa quidlibet audere credatur.*
8 *Cum clientulis aliquando de parte Litis pactus ſit.*
9 *A clientulis ius & res emerit.*
10 *Pecunia corruptus ſit, nec aduocet.*
11 *Sit nimium iniurioſus, & proteruus.*
12 *Sit nimium, & impertinenter verboſus.*
(lines 3–12: *Infamia.*)
13 *Sit Monachus, aut Canonicus regularis.*
14 *Sit Clericus, ſcil. aut*
  Epiſcopus, aut ſuperior.
  Sacerdos quiſpiam.
15 *In minoribus ordinibus conſtitutus.*
Contra Eccleſiam ſui beneficij aduocet.
16 *Contra Dominum ſui feudi poſtulet.*
17 *Prius fuit Iudex in eadem cauſa.*
18 *Prius fuit Aſſeſſor Iudicis in eadem cauſa.*
19 *Sit domeſticus & familiaris Iudicis.*
20 *Prius fuit Aduocatus in cauſa principali alterius partis.*
21 *Poſt Iuramentum partium non ſtatim iurauit.*
22 *Iuſſus tueri cauſam, partis non obedierit.*
23 *Sit Decurio, & contra Patriam poſtulet.*
24 *Poſt litem conteſtatam propoſuerit except. Dilatoriam.*
25 *Sciens, volenſque Litem prorogat.*
26 *Iuris, & conſuetudinum ſit imperitus.*
27
28 *Qualis Aduocatus eſſe debeat.*
29 *Aduocati Bartolo & Baldo ſtuduiſſe debent quinquennio, & examinari.*
30 *Aduocati, apud quoſdam magis examinantur pecuniis quàm ſtudiis.*
31 *Iuriſperitus eſſe debet per ſe, aut per aſſeſſores.*
32 *Iudicii maximam ornamentum eſt, ſi ipſe omni ſcientiarum genere præcellat.*

Quanquam

QVanquam ſuperiori proximo capite (vbi in genere de varijs exceptionum generibus tractauimus) nonnulla explicuimus, de Exceptionibus contra Procuratores & Aduocatos, hic nihilominus eaſdem exceptiones contra Aduocatos ſpecialiter, & aliquanto fuſius expendere libuit.

1 Primò igitur contra Aduocatum vel Procuratorem excipiẽdo dicet, quod ſit aut ſurdus, aut mutus, aut cæcus, aut perpetuò furioſus, aut ſeruus, aut minor 17. annis, aut mulier, in corpore ſuo muliebria paſſus, nempe quod vi prędonum, vel hoſtium ſtupratus fuerit, vel quod de capitali crimine, vel de calumnia publici iudicij damnatus fuerit, (a) vel quod aliquando operam ſuam locauerit, (b) vt cum fera dẽtata in arena pugnaret. Hæc omnia colliguntur *l. prima, per totum ff de poſtulan. & c. 3. quæſtione 7.*

2 Secundo excipiet, dicendo, quod ſit aut Hæreticus, aut Iudæus, (c) aut filius infidelis, vel excõmunicatus propter ſuſpicionẽ Hæreſeos. hi enim contra Chriſtianum & Orthodoxum, aduocare nõ poſſunt *l. Nemo, C. de poſtuland. & l. Nemo, 2. C. de Epiſcop. audien. & c. Excommunicatus, §. Credentes, ext. de hæretic.*

3 Tertio, quòd ſit ab Eccleſia excommunicatus, *c. Excommunicatus, 11. quæſtione 3. & cap. Exceptionẽ, ext. de excep.*

4 Quartò, Quod fuerit Infamis, & præſertim aliquia iuris infamia, qualiſcunque ea fuerit. *§ Finali inſtit. de except. l. Prima, §. Hoc edicto, & l. Quos prohibet, ff. de poſtulãdo, & d. l. Quiſquis, C. eodem. de de poſtulan.*

. Ad infamiæ quoque notam, concernere videntur nouem modi ſequentes.

5 Quintò, Quod ſit Symoniacus, nempe quòd aliquem pro pretio elegit, vel promouit, vel quod fuit falſus & corruptus Teſtis pro pecunia, vel quod in ſuo officio aliquid indigni commiſit, vel peccauit. Nam talis infamis eſt, & poſtulare non poteſt.

6 Sextò, Quod ipſi ad tempus, vel in perpetuum à Iudice poſtulare ſit prohibitum, ob quod in iudicijs audiri non habet, *l. Puto, & l. ſeq. ff. eodem, & l. Finali, C. eodem*, Etiamſi aduerſarius id patiatur, *l. Quod prætor, ff. eodem, c. Exceptionem, ext. de excep.* Et hæc quidem iuridica prohibitio, qua quis aduocare vel accuſare prohibetur, publicam quoque infamiam ſecum trahit, & prohibitio eam irrogat, & aſpergit, teſte Speculatore, tit. de aduocat.

7 Septimò, Quod factus ſit Vir non bonæ fidei, ſed quod Fidem & Iuramentum ſæpe violet, aliud promittat, & ſimulet, & aliud clanculariè præſtet, ob quæ ſui conſueti Clientuli (quibus ſeruire ſolet) ab ipſo prudenter quoque deficiũt, & eos omnes amittit. Ob quam infidelitatem etiam infamis cenſendus eſt, & puniendus extraordinariè *l. Prima, C. de Aduocat. diuerſ. iudic.* & teſte Speculatore ſuper eodem loco. & titulo iamdicto.

8 Octauo, Quod immodica auaritiæ ſiti æſtuet, & nimia habendi cupiditate rapiatur, quod vel hinc liquidè apparet, quòd pro viliſſimo ſtipendio, tanquam degener & vile mancipium, pro quouis, & in quacunque cauſa, tam iniqua, quàm æqua poſtulat, modò lucri quippiam corradere poſſit, ob quã cauſam ſibi malæ famæ nomen comparat, & reijciendus videtur.

9 Nono, Quod cum Clientulo de aliquanta parte Litis pactus fuerit, ob quod etiam infamis efficitur & omnino reijci debet, (d) *l. Si quis, & l. ſi §. Præterea, C. de poſtulan.*

10 Decimo quod à Clientulo ſuo ius & res, Litem pendente, ſecreto emerit, vel certè de ea re ſibi comparanda, cum ipſo contraxerit, ob quod & infamis, & reijciendus habetur, *l. Quiſquis, § præterea, C. de poſtulan.*

11 Vndecimo, Quod pecuniam recipiat, & ſe corrumpi ſinat, ne aduocet: vel quod ob id cõdemnatus ſit, quæ ipſi quoque infamiæ notam inurunt, & crimine grauant, & reijciendum monſtrant, *l. Lege Iulia Repetun. ff. Ad l. Iulia repetun. l. eadem in fine, ff. eodem.*

12 Duodecimo, aliquis excipiet (e) contra Aduocatũ dicendo, quod ſit nimium Procax & Cerebroſus, aut quod magis conuicijs, iniurijs, & opprobrijs, quàm ratione cauſas agat, & certet, & quod ab iniurijs nunquam ſibi temperet. Talis enim, etiam infamiæ labe notandus, & malæ opinionis vitio dãnandus habetur, *l. Quiſquis, C. de poſtulan. & c. Veniens, extra, de teſtibus.*

13 Decimo tertio excipiet, dicẽdo, Quod paſſim malè audiat, ob id quod tum in agendo, tum in ſcribẽdo, nimium & ſæpè impertinenter ſit verboſus, (f) argu. *l. Finalis, § in refutatorijs, C. de appellat.*

14 Decimo quarto excipiet, dicendo, Quod ſit Monachus, vel Canonicus Regularis, qui ne in Foro quidem Eccleſiaſtico aduocare poteſt, etiam ſi id Abbas ipſi maximè imperet, niſi certè id ſumma Monaſterij neceſſitas, & vtilitas requirat, & expoſcat. *c. Monachi, 16. q. 1. l. Repetita, C. de Epiſco. & Cler. c. 2. ext. de poſtulan. & c. 1 in fine, ext. ne Cleri. vel Monachi ſæcularibus ſe immiſceant.*

15 Decimo quinto excipiet, & dicet, Quod ſit Clericus, de quo hoc loci notandum eſt, tres eſſe ordines (g) Clericorum non poſtulantium. Primò, nulli Epiſcopi, nulli alij ſuperiores, nec coram Eccleſiaſtico, nec coram ciuili Iudice pro alijs poſtulare poſſunt, *c. Te quidẽ, 2. quæſtione 1. c. Quia Epiſcopus, 3. quæſtione, 3. & c. Prælatum, 88. diſtinct.*

Digitized by Google

Secundo, Nulli Sacerdotes coram Eccleſiaſtico, aut coram ciuili Iudice poſtulare poſſint, niſi certe aut pro ſeipſis aut pro ſua Eccleſia, aut pro ſibi cognatione vel affinitate coniunctis, vel pro miſerabilibus perſonis, de quibus vide latius Speculatorem *titul. de Aduoc.* Tertio, Nulli quidem Clerici, etiamſi beneficiati non fuerint, dummodo tamen in Sacris exiſtant, aut minoribus Ordinibus initiati ſint, vllo modo coram ſæculari Iudice poſtulare poſſunt, niſi certe cauſam ſuam, vel cauſam Eccleſiæ ſuæ, vel cauſam miſerabilium perſonarum tueri debeāt *c. 1. in principio, ext. eo tit. de aduocato* Porro in cauſa Criminali nullus Clericus vnquam poſtulare poteſt coram Iudice ſæculari, vt notatur per Specul. titulo prȩallegato.

16 Decimo ſexto, Quod contra Eccleſiam in qua beneficiatus eſt, aduocet, *c. Finali ext. de poſtuland.* Vel quod aduocet contra Epiſcopum, à quo beneficium habet *cap. Grauem, extra de exceſſibus prælato.*

17 Decimo ſeptimo, Quod poſtulet contra ſuum Dominum, cuius eſt vaſallus, arg. *c. de forma 22 q. 5. vitem & c. Vnico in principio, & §. Quod ſi forte, in l. b. f. ubi qui cap. feud. amit. & c. Vnico, in exordio. Qui b mo in eod. amitt. & c Vnico in principio ext. de . atar lib ex l b ven* Si tamen Vaſallus pro aliqua ſibi coniuncta perſona poſtulet contra Dominum, non ob hoc debet perdere ſuum feudum.

18 Decimo octauo, Quod fuerit olim Iudex (*h*) in cauſa, in qua nunc poſtulat. *l. Quiſquis, Cod. de poſtuland.*

19 Decimo nono, Quod aliquando in eadem cauſa, in qua poſtulat, fuerit Aſſeſſor iudicis, quod fieri non debet *l. Finali, C de aſſeſſoribus & l. Penult ff. eodem.*

20 Vigeſimo, Quod ſit Domeſticus iudicis, & iudici quotidianus familiaris *ca. Ex inſinuatione, ext. de appella.*

21 Vigeſimo primo, Quod fuerit Aduocatus in cauſa principali, ob quod in eadem cauſa poſtulare nō debet, præſertim pro altera parte. (*i*)

22 Vigeſimo ſecundo, Quod poſt iuramentum à partibus præſtitum, non ſtatim iurauit, quod ſe credat iuſtam fouere & tueri cauſam, quodque eandem cauſam quam citiſſimè tueri deſinet, & ipſam deſeret, ſimulatque eam aut iniquam, aut deſperatā eſſe perſentiet. Hæc enim iurare tenetur, alioqui ab aduocando repellitur, *l. Rem non nouam, C. de iudic.* Quam legem optarem, vt omnes noſtri Aduocati diligentius perpenderent, & ſequendo obſeruarent

23 Vigeſimo tertio, Quod aliquando monitus à iudice, vt alicuius cauſæ patrocinaretur, & eidem Iudici monenti parere noluit, nec ſe ſufficienter de non obtemperando, excuſare potuit, *c. Tria, 3. q. 7.* De quo vide latius Speculatorem, *lib 1 partic. 4. tit. de aduocat.*

Vigeſimo quarto, Quod ſit decurio, & magiſtra- 24
tu fungatur. Is enim contra ſuam Patriam aduocare prohibetur, niſi pro ſe, vel pro ſuis, vel pro Pupillis, aut Adultis, ſiue minoribus 25 annis, (quorum tutelam aut curam gerit) cauſam agat *l. Penul ff. eod. de poſtulan.*

Vigeſimo quinto, Quod poſt litem conteſtatam 25
propoſuerit exceptionem Dilatoriam, ob quam etiam puniri debet libra auri, *l. Penult. C. de except.*

Vigeſimo ſexto, Quod ſtudio, & ſciens volenſq; 26
Litem prorogget, ob hoc enim duabus auri libris mulctandus eſt

Vigeſimo ſeptimo, Quod non ſit Iuriſperitus, 27
quodque aut nullā, aut perquam exiguā iuris notitiam, aut peritiam habeat, neque cōſuetudines nouit, licet qualemcunque Praxim habere credatur; *l. nemini, C. de Aduocat. diuerſo iud. l. Iubemus, C. eod & l. 1 § Aduocat ff. de var & extraor. cognit.* Tu de his vide Specul. qui hanc materiam in vtramque partē acutiſſimè diſputat. *eo t. de Aduocat.* Hactenus de iis ob quæ quis contra Aduocatos excipere poterit, reſtat, vt nunc paucula, quæ veris Aduocatis conueniant, explicemus. Quæ tametſi ſupra *titu. aut c. 96. de Aduocatis*, aliquanto largius enarrauimus:
†Antequam præſens tamen abſoluamus caput hæc 28
iſti capiti adiicere placuit, nempe quales (*k*) Aduocatos eſſe conuenit, de quibus *gl. in l. 1 ff. de poſtul.* videtur tenere Aduocatos neceſſario debere eſſe literatos, & habere Iuris notitiam.

Verum Bartolus & Doctores d. gloſ. (vt æquum 29
eſt) reiiciunt, dicuntque, quod Aduocati debent iuri ſtuduiſſe quinquennio, (*l*) quodque examinari, & probari debeant à Doctoribus & per ipſorū (*m*) iuramentum declarari, quod digni ſint, qui ad Aduocandum admittantur, *l. Nemini, C. de Aduocat diuerſo, iudic.*

Sed hodie in pleriſque locis, non à Doctoribus, 30
ſed à nummorum aucupatoribus, nec in ſciētia, nec de quinquennij ſtudio, ſed in Marſupio quid poſſint, examinantur, quod exemplis oſtendere facile potuiſſem, niſi exempla eſſe odioſa magis, quā vtilia prænouiſſem. Nec huic obſtat, quod gloſſa dicit de Iudice. Nempe, quod hic poterit eſſe illiteratus, vel (vt ibi loquitur) ἀλφαβήτος.

Nam quamuis Iudex per ſe illiteratus eſt, Iuris 31
tamen notitiam, & peritiam habere dicitur, per ſuos Aſſeſſores, quod in Aduocato excuſando locum habere non poteſt.

Imo ne in ipſo quidem Iudice, quem iuris peri- 32
tiſsimum, ſapientiſsimum, doctiſsimum, & in quauis ſcientia verſatiſsimum eſſe conuenit, vel certè tales ſibi habere adiunctos aſſeſſores, & conſiliarios ſtipendiarios. Attamen primum, & nobiliſsimum Iudicis ornamentum eſt, ſi ipſemet quouis ſcientiarum genere exornatus emineat, & non tam à Conſiliariis, quam à ſeipſo tuto pendeat.

A N-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXIX.

a. **D***Amnatus fuerit.*) Dicitur enim infamis grauiſſima infamia, Caſtrenſ. in adducta *l. 1. §. remouet, nu. 6. ff. de poſtul.* quanquam autem Coſtal. in eadem *in l. 1. §. eum qui juſſit eat*, inter reos de crimine delatum, conſtante iudicio procurationem alterius non ſuſcipere, poſtea tamen, etiamſi damnatus fuerit, poſſe, poſt Bart in eadẽ *l. 1. § hoc ed. ſub init*, tamen quia Bart. mouetur ea ratione, quod pendente iudicio non eſſet idoneus procurator, ne poſtquam eſſet per conteſtationem effectus dominus, poſſet impetrare vt ſuſpenderetur in ciuili donec ageretur criminalis; ſed poſtquam eſſet condemnatus hoc non poſſet, videtur hæc ratio, apud nos præſertim, admodum vana; quum noſtris moribus non procurator, ſed Dominus procuratoris miniſterio condemnari ſoleat, ſententiaque in dominum ferri, nõ in procuratorem, vt annotauimus ſupra *c. 65. ad verb (commititur.) verſ fin.* adeoque non facile apud nos impetraretur, vt cauſa criminalis procuratoris propria ita ſuſpenderetur ob ciuilem cauſam & condemnationem alterius.

b. *Locauerit.*) Eſt enim infamis, Gail. limitando, *lib. 1. obſ. 68 nu. 9.*

c. *Iudæus.*) Sic ſi Chriſtianus Iudæum procuratorem conſtituat, cũ clauſula ſubſtituendi; iſq; deinde ſubſtituat, vel etiam conſtituat nomine Chriſtiani, conſtitutionem & ſubſtitutionem talem in camera Imperator. reiici, Mynſinger. ex SC. *centur. 2. obſeru. 13.*

d. *Reijci debet.*) Merul. appoſite *prax. Holl. nd. lib. 4. tit. diſtinct. 4. tit. 4. cap. 9. nu 2. ad fin.* ſed plenius hac de re egimus ſupra *ca 49. ſub nume 11. & ſeq. ad verb partem cum ſeq. & c 96. num. 15. ad verb. bonorum participatione.*

e. *Excipiet.*) hanc exceptionem in curiis ſuis notam non eſſe profitetur Merul *prax. Holl li. 4. d ſt. 4 tit 4. ca. 9 nu. 2.* vti certe & apud nos plane ignota eſt. quum turbulentiſſ. his temporibus, eorum exemplo qui turbas has concitant & fouent quidã ex huiuſmodi procacitate, verſutia, & nequitia, omnem prudentiam ſuam metiantur, vt cum iure ac ratione deficiant, impiorum more, ad conuitia (quauis in auctorem, vt ille dicebat, recidãt) ſtatim confugiãt, doctiſq; ac probis veritatẽ adſtruẽtibus quibus male audire inſolitũ, maledicere inſuaue, ſibi vtrunque facillimũ ac promptiſſimum eſſe ſciũt, maledictis os obſtruãt, iiſque artibus illis præſtẽt, ac honores percipiant, & ampliſſimas dignitates cõſequantur. Idq; eo facilius, quod nũc qui mederi deberent, ſimili malo genio (dum muli ſe mutuo ſcabunt, paſſim faueant & applaudant: quum alioqui, vt Ariſtoteles *de virtut. & vit.* dixiſſe fertur, ſi tam indignarentur illi, quibus non eſt facta iniuria, quam illi quibus facta eſt, nullum in ciuitate admitteretur ſcelus. Quemadmodũ & eleganti apophthegmate, relato apud Budæ. in forenſ. *verb. Solon tabularum leg. l um.* teſtatus eſt Solon: quodam enim ab eo percunctante, quamnam vrbem moribus optimis temperatam eſſe exiſtimaret, eam (inquit) potiſſimum, in qua facinus iniurium omnes tã vltum ire legibus contenderent, quã qui iniuriam perpeſſus eſſet, aut ad quẽ facinus pertineret, qua de re Budæ inibi latius. Quanquam vero grauiter peccet, diminutionemque patiatur famæ hujuſmodi aduocatus, ſi procaciùs cauſæ ſeruiens, ab iniuriis non temperet, probriſque ac contumeliis certandum putet, probroſa tamen etiam obiicere poſſe, cum cauſæ vtilitas poſcit: veluti ſi obiiciat quod teſtes falſos inſtruxit, aut calumniatus ſit, poſt glo. *in d. l. quiſquis in verb. vtilitas, C. de poſtul.* eleganter VVameſ dum quatenus iniuriarum exſcriptione, aut ſubſcriptione teneatur aduocatus demõſtrat, *conſ. 128 nu 1. cum ſeqq.* & voluit poſt Caſtr. *in d. l. quiſquis, nu. 2.* Rouil. in compendio iuſtit. atque iniuſt. *lib. 3 c. 5. verſ 2.* aduocati placitare vbi tamen addenda & obſeruanda erunt quæ annotauimus ſupra *ca. 122. ſub nu 9 ad verb.*

f. *Verboſus.* Murel *prax Holl. lib. 4. d. ſtinct. 4. tit 4. cap 9 ſub nu 2.* De eo quoque diximus ſupra *ca 96. ſub n. 16. ad verb quam multa.*

g. *Ordines.*) Diximus de his (vti & de pleriſque aliis) ſupra *cap 94. ſub num 3 ad verb clerici & di. cap. 96 numer. 8. ad verb. epiſcopi, & num. 10 ad verb. clerici.*

k. *Iudex.*) Imo, iudicem in cauſa, poſſe finito officio eſſe aduocatũ in eadem, Marc. *dec. 320. ſub n 2 li 2. in nouis*, & poſt Caſtr. *in d l quiſquis n. 1. verſ. 2 poteſt.* Rouill. *in d. compen iuſtit. atque iniuſt li. 3. c 5 verſ ſed quid contra.* limitando vtrque. niſi iudex talem ſententiã ſecundum alterutrã partẽ: quia tunc functus officio, non poſſit in cauſa appellationis ſumere officium aduocationis pro eadem parte, eo quod reſultaret ſuſpicio fauoris, & intelligentię inter eos. Rectius tamen contra Ant. Fab. ex SC. *lib. 2. C. tit. 5. definit.* vn. late aſtruit, eum, qui in prima inſtantia iudicauit, patrociniũ in cauſa appellationis ei præſtare ſecundum quem iudicauit idemque ante eos voluit & Tholoſ *dec. 277* poſt Spec. *in tit de offic. deleg § ſuper eſt, nu 11. licet idem pecul. in tit. de aduocat §. obiicitur numer. 10*, totidem verbis tradit quod hic auctor, qui ex eo (suo more) ple aq; hæc deſcripſit. Alioqui eum, qui officio

 cio

iudicis ſimul & aduocati fungitur, incidere in pœnam delicti prævaricationis & calumniatoris, per *tex. in l. 1 cum not inibi* per Bart. *ff. de prævaricatoribus*, tradit Marc. *dec. 696. n. 12. & 3. lib. 1*, vbi etiam incidere in pœnam falſi. *per l. 1. §. ff de falſ.* & inſuper proditionis, iuxta not. per Bart *in l. reſpiciendum, § delinquunt ff. de pœn.* ſunt enim officia incompatibilia, vt ibidem per Marc. latiùs. De qua re etiam ſuprà *cap. 125. ſub num 4 ad verb. aduocatus, procurator.*

i. *Pro altera parte.*) Etiamſi mutetur inſtantia, in vna cauſa aduocatus pro vno, non præſtabit patrocinium pro alio, vti com. teſtatur Villal *in com. opin. lit. A. num. 62.* Sine vitio tamen vel nota prævaricationis, ac periculo infamiæ, in cauſa poſſeſſoria, patrocinio & conſilio adeſſe poſſe aduocatum aduerſus eum cui prius patrocinatus fuit in petitoria, ſuper eiuſdem rei proprietate; vt etiam in cauſa poſſeſſoria teſtimonium dicere poteſt; Imò iudex eſſe aduerſus eum cui prius in petitoria aduocatus fuit, VVameſ. *conſ. 81. num. 1. & conſ. 152. ſub num. 10.* poſt Dec. *in cap inſuper. 1. num (mihi) 39. de teſtibus*, aliosque. Ego tamen à periculoſa huiuſmodi ſecunda aduocatione, atque etiam pronunciatione abſtinerem, vt & venerandus præceptor noſter abſtinuit, *in d. conſ. 81.*

k. *Quales.*) Latius idem auctor in patrocin. pup. *cap. 2. num 16. cum ſeqq.*

l. *Quinquennio*) Tex. eſt in *præfat. pandectar. § & quod iam primis*, ideoque & hoc ſtatutum eſt, vt ante quinquennium nemini liceat patronum cauſarum in iudiciis agere, per *l petitionem C. de aduocat. diuer. iudicior.* Oldendorp (vtinam, inquiens, noſtri magiſtratus, hoc ſeculo vellent eam cõſtitutionem mordicus obſeruari ab omnibus cauſidicis) *tract de vſucap tit. de delat iud & contract. ad fin.* Reb. *de priuil. ſcholaſtic. priuil. 84. limitando*, poſt Felin *in cap. at ſi clerici, §. de adulteris, num. 21. ad fin de iud.* aliosque quando eſſet promouendus magno ingenio præditus, & affulgeret ſpes vt doctus efficeretur, addens excuſari per hoc vniuerſitates, promouentes aliquos nondum laurea dignos vt ſub ſpe futuri ſtudij videantur eos admiſiſſe.

m. *Et per ipſorum.*) Rouill. *d. li 3. cap. 4 poſt princ. verſ. quæro quæ requirantur*, & poſt alios quoque Roland. latè *conſ 36. num 6. cum ſeqq lib. 3.* voluitque Rebuff. quatuor requiſita in volente ſuſcipere doctoratus gradum docens *d. tract de priuil. ſchol. priuil. 67. verſ ſed quæro ſi doct.* vbi conſuetudine introductum eſſe, vt non iurent doct ſed verbo tantùm referant idoneum quempiam eſſe: nam ſi iurare oporteret multi ignari repellerentur.

CAPVT CXXX.

De Exceptionibus contra Petitionem, ſeu Libellum proponendis.

SVMMAE.

1 *Contra Libellum exceptio, Libelli exhibitionem præſupponit.*

2 *Libelli petitio exhibetur, propter*
- *Ipſum Actorem.*
- 3 *Reum.*
- 4 *Iudicem.*

5 *Contra Libellum excipitur,*
- *Si inſufficienter petitionem declaret.*
- 6 *Si indeterminatè petatur.*

Inſufficiens ſiue indeterminata petitio cenſetur, quando ipſa
- 7 *Non continet nomen Actoris.*
- 8 *Non continet nomen Rei.*
- 9 *Non continet nomen Iudicis.*
- 10 *Non continet nomen Actionis.*
- 11 *Non continet res petitas.*
- 12 *Non continet locum actionis vel contractus.*
- 13 *Non continet diem petitionis.*
- 14 *Non continet annum, menſem, & nomen Principis.*
- 15 *Non continet debitam ſpecificationem rerum.*
- 16 *Eſt conditionalis, vel nimium generalis.*

Indiſtin-

Digitized by Google

17 *Quando non exprimuntur certa bona.*
18 *Quando non exprimuntur qualitas, quantitas, numerus, &c.*
19 *Quando petuntur actiones contrariæ.*
20 *Indiſtincta generalitas & ob-* *Quando fundus ſine nomine ad oculum non oſtendit*
21 *ſcuritas in Libello cenſetur* *Quando non exprimitur an petatur res tota, an in ur. parte.*
22 *Quando in menſurabilibus non exprimitur certa menſura.*
23 *Quando cauſa non exprimitur.*
24 *Quando non continentur debitæ circumſtantiæ.*
25 *Cauſam vel factum.*
26 *Libellus tria contineri debet,* *Obligationem.*
27 *Actionem.*

1 EXceptio contra alicuius Libellum, præſupponit Libellum ab Actore in iudicio fuiſſe exhibitum. Nemo enim excipere aut reiicere poteſt, quod non eſt propoſitum. Quocirca de Libelli exibitione aliquid prius præmittendum, quam de ipſius exceptione narrare incipiamus. Libellus itaque, ſiue Actoris petitio, ob tres præcipue cauſas, in iudiciis offerri ſolet

2 Primò, propter ipſum Actorem, qui Libellum exhibet, nempe vt in eo petitionem ſuam formet, & ius ſuum declaret.

3 Secundo, propter Reum, nempe vt is Actoris libello viſo, intellecto, & cognito, diſpiciat, & deliberando conſultet, quid ad Actoris petitionem reſpōdere debeat, an petitioni cedere, an ſeſe contra eam opponere conueniat.

4 Tertiò, propter ipſum Iudicem, (*a*) ſcilicet, vt is ex Actoris libelli forma & qualitate, certius ſciat quomodo ſuam Sentētiam iuſte formare (*b*) & ferre debeat, quæ ſecundum petionis formam ſemper eſt ferenda. *(c) c. Heli. ext. de Simonia.* Iſtis præmiſſis nunc videndum, quomodo contra prædictum Actoris libellum excipiatur, & quomodo is à Reo reiiciatur.

5 Reus itaque primo impugnat, ac Actoris libellū reiicit, per ipſius minus ſufficientem demonſtrationé, ſcilicet, cum dicit Actori, quod libellus per eum factus & exhibitus, indeterminatus ſit.

6 Non enim valet, ſi Actor indeterminate petat, *c. 3. extra de libell. oblat. & c. Inter c. ext. de dilat.* & tūc capiat licentiam Curiæ, & ſimul expenſas petit, tūc autem indeterminate petere dicitur.

7 Primò, Quando ipſius petitio non continet nomen Actoris, (*d*) quod neceſſario in ea contineri debet. arg. *c. Querelam. de elect. l. Si procuratore, ff. de pecul. & l. in tribus, ff. de iud.*

8 Secundo, quando nomen rei (*e*) in ea non continetur, *d. l. in tribus l. Finali, C. de edend.*

9 Tertio, Quando nomen Iudicis in petitione nō continetur, *c. Præſcript. §. libellorum*, 2 q 8 vt ſciatur an ſit competens (*f*) vel non.

10 Quarto, quādo petitio nō continet nomē Actionis, ſed iſtud tantum ſecundum opinionem quorūdam (*g*) Doctorum. Nam in Praxi hodie iſtud paſſim nod obſeruatur, neque neceſſario requirtiur quod nomen Actionis libellus contineat.

Quinto, quod non contineat res petitas. (*h*) iſtæ enim in libello prorſus exprimendæ ſunt, *c. 2. extra, de libel. obl. & l. Si rem. §. Finali. ff. de rei vend.* 11

Sexto, quando non continet locum, vbi res acta vel contracta (*i*) *ut d. c. per ſcripta. § Libellorum 2. q. 8. & l. Ferme ff. de cenſib.* Sed nec iſtud hodie admodum eſt in vſu. 12

Septimè, quando non continet diem quo petitio offertur. (*k*) Non expreſſo enim certo die. ſciri non poteſt an viginti dies effluxerint, an plures, an pauciores, *Auth. de exhib. & introd. reis. §. Suſcepto.* 13

Octauo, quando non continet Annum, (*l*) Menſem, & nomen (*m*) Principis, cui illa Prouincia ſubeſt: *l. Properandum. § 1. C. de iud.* 14

Nono, ſi debita rerum ſpecificatio non exprimatur, Veluti ſi agatur de crimine (*n*) ciuiliter, non valet libellus, niſi in eo ſpecificè & nominatim ipſa iniuria ponatur, hoc eſt, niſi in eo inferatur, qualis, in quo loco, in quo membro, & quo tempore (*o*) ea facta ſit, vt Iudex ex his poſſit melius ac certius Sententiam formare ſuam, *paragrapho Atrox. Inſtitut. de iniuriis.* 15

Decimò, quando Libellus eſt aut conditionalis, aut nimium generalis, ideoque per ſe obſcurus, ſic vt Reus ex eo certior fieri (*p*) nequeat, quo iure agere Actor velit. *l. 1. ff. de edendo.* Quæ quidem generalitas, vel obſcuritas ex indiſtinctione cōcernitur. 16

Primo, ſi Actor in actione ſua reali non exprimat certa bona, aut eas res certas quas in ſuo libello petere debet *c. 2 de Libel. oblat.* 17

Secundo, ſi in actionibus Perſonalibus, Actor non declaret qualitatem, quantitatem, numerum, aut ſimiles circumſtantias. 18

Tertiò, quando Libellus continet contrarias actiones. (*q*) † Quarto, ſi agatur ſuper fundo, qui proprium nomen non habet, niſi ad oculum oſtēdatur, (*r*) vt etiam locus vbi eſt, deſignetur, vel ſi nomen habeat, & illud non exprimatur. 19 20

Quintò

21 Quinto ſi petatur res, & illa non exprimatur, an tota (*ſ*) vel pars, vel quota, aut quanta, talis enim libellus obſcuritatem continet.

22 Sexto, ſi res aliqua menſurabilis petatur, non valet Libellus ob generalitatem atque adeo obſcuritatem, niſi qualitas, & menſurarum exprimatur numerus, *l. ſi in rem ff. de rei vendicat. & l. Prima, ff de petitione Hæreditat.* Ideoque ſi Actor ſic incertum petat, & non omnia ſpecificet, Reus abſoluitur (*t*) *l. Arrianus ff. de actio, & obligat. & c. Ex literis, ext. de probat.*

23 Sic etiam non valet petitio in Perſonali, ſi in eo libello cauſa (*v*) non exprimatur, *l. Et an eadem, §. Actiones, ff. de excep. rei iudicat.* Ad talem enim libellum reus reſpondere non debet, neque eum recipere cogitur. Si tamen ſponte recipiat vel reſpõdeat, petitio valet. (*x*) potiſſimum ſi non detur ante Litiſconteſtationem, *c. Primo, extra, de libel. oblat.* Niſi fortè in cauſa Recõuentionis, de qua vide Speculatorem, *l. b. 4 particu. 2. de libel. concep. §.* iuxta propoſitionis ordinem.

Petitio denique eſt inualida, ſi non contineat nomen Iudicis, Actoris, Rei, Diem, Menſem, Annum, Locum, Rem, vt ſupra diximus, quæ Libellus omnino continere debet. 24

Poſtremò, vt in genere dicamus, omnis libellus tria potiſſimum continere debet, ſcilicet, Cauſam, Obligationem, & Actionẽ. In qualibet enim actione, hæc tria conuenire (*z*) neceſſe eſt, ſcilicet, factũ ſiue petitionis cauſa, ſcilicet, an ex emptione, an ex venditione petitionis actio conſurgat, aut ex cauſis ſimilibus, hæc enim facti eſſe dicuntur. 25

Secundò, libellus Obligationem requirit, quæ quidem obligatio, ex facto, ſiue ex cauſa ipſa naſcitur. Ideoque talis obligatio, iuris vinculum eſſe dicitur, inſtitut. de obligat in principio. 26

Tertiò, Libellus actionem ipſam continere debet. Ea autem ex obligatione, tanquam ex matre (*e*) naſcitur. Eſt enim actio ius perſequẽdi, *& c. inſtit. de actionibus, in exordio.* De variis autem Libellorum formulis, vide *d. Speculato. lib. 4 partitul. 1. per totum.* 27

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAP. CXXX.

a. IVdice n.) Vant. latè *de null process tit. de null ex defect. process fine ord iud num. 18.* latiùs autem hæc explicando Marian. *in cap. 1. num. 104. & cap 11. num 194 de libell. oblat* Atque ita claritatem facti in libello triplici reſpectu deſiderari, comprobat Muſcat. *prax. ciuil part 1. gloſſ verb. declarans, num. 3 cum ſeqq* ibiden quẽ gloſſ. *verb. reus, numer. 4.* ſicut olim (inquit) ex tribus libellis diuiſim oblatis, ita hodie ex vno tantùm, iudex, actor & reus inſtruuntur, prior ad formandam ſententiam alter ad fundandam intentionem, alter verò ad exceptionem parandam, deliberandumque an cedere vel contendere expediat.

b. *Formare.*) Impoſſibile eſt enim vt iudex ad ſententiam deueniat ſine libello in ſcriptis, vel ſaltem tali quali petitione, ſuper qua poſſit fundari ſententia, vt poſt Bald. & alios, *in authent. offeratur, C. de litigioſ.* Muſc. *d. part. 1. prax. ciuil. in gloſſ verb. petitur, num. 23. cum ſeq.* vbi poſt gloſſ. *in clement. ſæpe, verb. neceſſariis, de verb. ſignif.* Vant. ex communiori *d. tit. d. nullit. ex defect. proceſſ. numer. 21.* aliosque quod licet poſſint partes remittere libellum, abſque periculo nullitatis iudicii, omitti tamẽ non poſſit iſta talis qualis petitio: etiamſi à principio non fiat in ſcriptis, fiat tamen verbo, & deinde redigatur in actis.

c. *Eſt ferenda.*) Sententiam libello conformem eſſe debere, alibi diximus, & probat Alexand. *conſ. 171. num. 9. in fin lib 6.* Mynſing *conſ. 11. num 38.* Burſat. *conſ 83. ſub init.* Viu. latè *dec. 215. numer. 3.* Difformitatem tamen libelli & ſententiæ non inducere partis condemnationem, ſed rei, materiæ vel cauſæ alterationem, VVameſ. *conſ. 151. ſub nu. 6,* poſt Alex qui ſupra, aliosque.

d. *Nomen actoris*) Marian. declarando, *in cap. ſignificantibus, n. 12 prin c. artic. num. 14. de lib. oblat.* vbi, etiamſi loqueretur imperſonaliter: vt quia diceretur, petitur talis res: nõ etiam, peto talem rem: non propterea viciari libellum, ſi appareat quis ſit, qui loquatur imperſonaliter, ibidemque in fin. & *in c. 1. num. 106 eod. tit* exprimendum, an proprio, vel alieno nomine agat.

e. *Nomen rei*) Marian. declarando latè, *d. cap ſignificantibus, num. 14. de lib. obl.* vbi, ſufficere ſi ſic demonſtretur, vt conſtet de perſona, arg *l. certum, ff. ſi cert. petat. cum ſimil.* idemque ſi exprimeret accuſator tot circumſtantias quòd perſona accuſati redderetur certa. Felin. latè, in *c. auditis, numer. 27. verſus fin verſ. limita notab.* vbi itidem *num. 28.* de offenſo incognito, extra de præſcript. eumque ſequitur remiſſiuè Marant. *de ordin iudic part. 4 diſt. 16. num. 43.* ſub init. Et ſufficere expreſſionem ſolius proprij nominis in libello deducti (præſertim ſi eſt ſingulare) niſi probatum eſſet, plures eiuſdẽ eſſe no-

Digitized by Google

eſſe nominis: tunc enim exprimi debere eum alijs duabus demonſtrationibus Felin. latè, *in d. cap. ij. num. 1. ad fin. de lib. obl.* poſt Bart. *in l. ſi in rem. 6. nu 1. ff. de rei. vendic.*

f. *An ſit competens.*) Marian. *d. cap. ſignificantibus num. 13.* vbi ſic exprimendum iudicem, vt ſit certus, & tunc errorem nominis non nocere, *per l. pœnult. ff. de iud.* aliter atque ſi erraretur in iuriſdictione; putà quòd diceret eum delegatũ, cum eſſet ordinarius, aut econtra, per *text. inn l. in l. ſi per errem. 15. ff. de iuriſdict. omn iud.* qua de re ille etiam latiùs. *in cap. ſignificaſti, in 6. princ. art. quæſtione, 2. n. 38. de for. comp.* & Felin. *in cap. P. & G. num. 13. in fin cum ſeqq. de offic. delegat.*

g. *Quorundam.* Zoannett. latè *in l. edita, num, 5. & ſeqq. C. de eden.* Contra Zaſ. ex com. & ſtylo. *in l. 2. verſ fin. verſ. ad 4 partim gloſſ ff. de edend.* Coſtal. *in l. ſi in rem 6. verſus, fin. ff. de rei vendic.* Gail. *ix com. lib 1. obſer. 61. num. 1.* Dec. limitando, in *c. dilecti filij, num. 1. 2. & 3. rurſus num. 59. cum ſeqq. de iud.* ibidemque ex com *in d. l. edita. num ſeqq.* vbi & Socin. *num. 1.* inferens, cum non ſit neceſſaria expreſſio, ſi exprimatur exceptè nõ viciare; vt & inibi latè Iaſ. *num. 3.* Vacon. ex com. declarat. iur. *lib. 6. cap. 244. in fin cum ſeqq.* Villalob. *in com opin. liter A. num. 35.* & latius *liter. L. num. 118. & lit. P. n, 354.* Soar. in recept. ſent. theſaur *lit. A. num 49.* licet contrà Zoann. *in d. l edita ſub num. 10. & Zaſ. in d l 1, ad fin. diſtinguendo tamen.* Verum ſufficere quòd ex narratis actio colligatur, Marant. *de ord. iud. part. 6. membr. 3 ſub num 5.* Guid. *dec. 362. ſub n. 1.* Afflict. *dec. 3 num 1. in fin. & ſub num. 2.* Fichard. *in addit ad Villal d. num. 35.* Sed & qualitatẽ actionis intentatæ, ex concluſione libelli, demonſtrari, Decian. *conſ. 130. nu. 2. lib 3.* dixi latè ſuprà *ca. 102 ad verb. & non iuxta tenore.* latiſſ. autem de his, alijſque huc pertinentibus Marian. diſtinguendo & declarando, *in d. cap. ſignificantibus, in 10 quæſtion. princ. num 43 cum ſeqq* enucleatè Vacon. *d lib. 6. ca. 242. cum 4 ſeqq.* vbi & eleganter, ex omni antiquitate, de actionum formulis, iiſque ſublatis, vt & apud Buſi, *ad. l. 1. ſub num. 3 cum ſeqq ff de iuriſdict. omn iud.*

h. *Res petitas.*) Socin. *regul. 234.* adducendo 3. *fal'ent.* & poſt Barbar. alter Socin. vberrimè, *in d. cap ſignificantibus, numer 16 cum ſeqq. art. 12. in princ.*

i. *Vel contracta.*) Marian *in d. cap. ſignificantibus, art. 12 in princ. quæſt. 8 nu. 3 cum ſeqq* vbi etiam hoc non eſſe apud multos in vſu: & com. concluſionem eſſe. quod in actionibus, aut cauſis ciuilibus, locus & tempus non ſint neceſſariò exprimẽdi; limitando latiſſ Gail limitando quoque, *l. br. 1. obſer. 64 ſub num. 1. & num. 12.*

k. *Petitio offertur.*) Clar. è ſtylo. *lib. 5. ſentent, § fin quæſt. 12 numer. 8. ad fin.* latiſſ. Marian declarando, aſſerens in conſuetudine eſſe, quòd oblati libelli dies apud acta ſcribatur, *in d. cap. ſignificantibus, in 12 artic. princ. numer. 41. in fin & 14. artic. num. 105.*

l. *Annum.*) Actorem in ciuilibus non teneri exprimere diem contractus, neque confeſſionis, dicti, vel proteſtationis, neque diem rogitus notarij; ſed ſufficere exprimere ſolum annum, & menſem, abſque die, per *l. 1. §. editiones, vbi gloſſ. & doct. ff. de edend.* Viu. *com opin. lib. 1. verb. accuſator.* vbi ex com. idem in criminalibus, Cœterùm, ſi reus peteret per accuſatorem vel inquirentem exprimi delicti diem, ad ſui defenſionem; quia velit probare ſe vel teſtes contra ſe productos, die nominanda fuiſſe alibi; vel redarguere de falſo probationes: tũc accuſatorem, inquirentem, & teſtes teneri exprimere diem præciſum, & locum loci. Nam vbicunque omiſſio loci eſſet damnoſa reo, eique auferret defenſionem, tunc exprimendum locum loci, & diem certum; alioqui non ſubſiſtere actum, neque probationes, per tex. *in l arbitraria, §. ſi quis Epheſi,* vbi Bart. *nu. 6. & alii ff quod cert. loc.* Et hanc com. fatetur Gomeſ. (de nihilo reluctatus, vt ait ad eum apoſt. Soar.) *var. reſol tom. 3. c. 11. ſub num. 4. cum ſeq* vt & fruſtra reluctatur Mar. *d. diſt. 16 num. 44. & part. 6 memb. 3. num. 8* & nouiſſ. Triuiſ. ex SC. *lib. 2. dec 20. tota,* ſed com. tenet & Clar *lib. 5. §. fin. quæſt. 12. num. 13.* Mynſing *centur. 2. obſ. 40.* Gail. *lib. 1. obſ. 64. num. 11, vbi num. 9. cum ſeq.* accuſationem, vel etiam exceptionem criminalem, locũ & tempus delicti non continentem, etſi pars non opponat, ipſo iure nullam eſſe, Maran. de ord. iud. *par. 4. diſtinct. 1 num. 8, & diſtinction. 16. numer. 41. & par. 6. memb. 3. numer. 6.* Villal. *in com. opin. lit. A. ſub numer. 13. & litter L. numer. 119.* Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap. 11. numer. 1.* Clar. ex com, *d. quæſtion 12. numer. 8. cum ſeqq* Cœſar de Graſſ. limitando, *dec. 183. 1 ta,* Mynſing. *cent. 2 obſ. 32 in princ.* diſtinguendo tamen in omiſſione loci, poſt Socin. *conſil. 146. numer. 13. ad fin. libr. 1.* quod aut illud quod deficit in libello eſt poſtea probatum confeſſione partis, vt tunc reo non opponente valeat proceſſus: aut non eſt probatum confeſſione, ſed teſtibus, & non valeat. Ibidem q. e *obſ. 33.* ex SC. appoſito in libello criminali loco in determinato, procedere libellum, eumque ſuppleri poſſe in probationibus, Marant. *de ord. i. d. par. 4. diſt. 16. nu. 42.*

m. *Et nomen.*) Sed neque hoc in vſu eſſe (niſi in cauſa, forte, criminali) Marian *in d cap. ſignificantibus, artic. 14 princ. ſub numer. 105.* Clar. *d quæſt 12 ſub num 8* licet contrà Marant. *de membr 3. ſub num. 9.* latè Gomez. *d. cap. 11. in princ.*

n. *Decri-*

n. *De crimin.*) Quoties agitur actione aliqua ciuili, infamiam iuris aut facti irrogante, licet ciuiliter procedatur, ſolennitatem tamen *l. libell rum ff. de accuſ. obſeruandam*, hoc eſt, locum & tempus, perinde vt in criminalibus, in libello exprimendũ, Alex. *conſ. 6 ſub num. 1. lib. 3.* Marian *in d. cap ſignificantibus in artic 12. princ. q. 8. ſub num. 34.* ibidẽque ex com. Felin *num. 5 de lib. obl* Maranr. *ex com. d part. 4. diſt 1. nu. 30. & 34. in fin. & part. 6. memb. 3. num. 8 in fin.* Gail. *d obſ. 64 ſub nu 1 cum ſeqq* vbi, poſt Roman. *conſ. 191 ſub num. 7.* & inibi apoſt. in princ. Alex. ex communiori, *conſ. 212. num 1 lib. 2.* requiſita libelli iniuriarum eſſe ſpecificationẽ anni, menſis, & loci irrogatæ iniuriæ, cum demõſtratione confinium ipſius loci.

o *Tempore.*) Parte tamen non opponente, procedere libellum iniuriarum, omiſſo tempore, Gail. ex communiori, *lib 1. obſ. 64. num. 6. in fin.* poſt Clar. *lib. 5 ſent. § fin quæſt. 12 ſub num 11.* aliosque licet contrà etiam Alexand. *in d l. edita, numer. 13. C, de edend.*

p. *Certior fieri*) Tunc non debere generalitatem admitti, cum auferat reis defenſionem, Muſcat. *prax ciuil part 1 num. 14. vbi num. 15. & part. 3. gl. verb obſcuris num. 4. cum ſeq.* quæ generalitas tolerabilis. Diximus de omnibus his ſuprà abunde, *cap 101, num. 3. ad verb. generales, cum ſeqq.*

q. *Contrarias actiones.*) Quando ſcilicet ſunt cõtrariæ in ſui origine, ſecus ſi in exercitio: tunc enim actor non repellatur, ſed ſi in vna ſuccubuerit, poſſit ad aliam reuerti, Menoch. *lib. 2 præſumpt 41. num. 17.* qua de re latiſſ. diſtinguendo, & limitando Marian *in c. vlt artic. 30. princ num. 33. cum ſeqq. de libell obl* vbi *in d. cap. ſignificantibus, in 12. art. princ. num. 76 per cap. 1. vt lit. non conteſt. cum concor.* libellum non debere ſibi eſſe cõtrarium, limitando latius atque adeo reijciendum libellũ cõtraria continentem, vt cenſeatur etiam ipſo iure nullus, per *cap imputari, vbi* Felin. *nu. 1. de fid. inſt.* Men. ex com. extendendo & declarando, *d. præſ. 41. num 3* Quomodo autem admittatur libellus rei directò actoris contrarius, latè Dec. poſt alios *in c. in præſentia, num. 16 cum ſeqq. de probat.*

r. *Ad oculum oſtendatur.*) In rei ſingularis vendicatione, reum licitè petere rem ſibi ob oculos proponi & oſtendi, & in rem præſentem veniri *per cap. ſignificantibus, 49. de appell* Coſtal. in adducta *l. ſi in rem. 6 ad fin. de rei vend.* vbi poſt Io. Gall, ex CS, *dec. 255. ſecus in generali petitione*, qua petitur vniuerſitas, ibidemque poſt eum etiam per Buſ, *n. 1 quomodo res deſignetur*, de quo latiſſ. Marian. *in d. cap ſignificantibus, in 12. art. princ. num 20.*

ſ. *An tota.* Marian. poſt gl, *in d cap ſignificantibus, in 12. quæſt ſub num. 16.* vbi tamen poſt doct petẽtem ſimpliciter rem, non poſſe de incertitudine notari, ſi non dicat an totum, an partem, quando totum petere intendit, idemque Felin ibidem *nu. 6.* & inibi quoque Marian petendo bonorum partem intelligi de dimidia per *l. ſi defenſor. §. qui interrogatus ff. de interr act. idemque gloſſ. in d. l. in rem, in verb. totam, ad fin.* & Bart. ſub init. Rebuff *in l nomen filiarum, 164. § portionis*, poſt princ *verſ. ex quibus inferuntur. ff. de verb. ſignifica.* vbi tamẽ, in praxi inſtante parte, cogi actorem declarare (ne in incerto vagetur) quam partem peteret, quod voluit & Marian. qui ſupra, vbi latius.

t. *Abſoluitur.*) Ab obſeruatione ſcilicet iudicij, *l. libellorum, 3 § quod ſi libelli. ff. de accuſ* Felin *in d. c. ſignificantibus, num. 5. ad fin.* & inibi latiſſ. Marian. *ſub num. 35 in 12 art. princ.* Iaſ. *in §. omnium. num. 127. inſt. tit. de act.* Gail *lib. 1. obſ. 61 num 14 in fin.* Imbert. inſtit. forens. *lib. 1. cap. 17. verſus fin.* elegãter Merul. è praxi *lib 4 prax. Holl. diſtinct. 4 tit. 4, cap 12. num. 1.*

v. *Cauſa.*) Nempe remota, nimirum contractus ipſe vel conuentio, aliter atque in reali actione, in qua ſufficit exprimere cauſam proximam, ſcilicet dominium vel quaſi non autem requiritur (licet vtile ſit) vt exprimatur remota, ſcilicet contractus vel dominij titulus, Iaſ. ex com *in §. omnium, ſub num 120, cum ſeqq.* ibidemque Zaſ, latiùs quoque declarando, *verſ. 7. collig. & verſ. nunc ergo ad libellum, inſtit. de action.* idemque Zaſ. poſt alios *in l 1, verſ. nũc ad 3. partem gloſſ. ff. de edẽd.* Dec. poſt alios item declarando, *in d. cap. dilecti filij, num (mihi) 48. cum ſeqq de iud.* Gail. ex com. latè *lib. 1. obſ. 61 n. 4.* cum ſeqq. licet paulo aliter ſentiat contrà com. Marian. *in d. cap. ſignificantibus, in 12. art princ. num. 48, cum ſeq.*

x. *Valet.*) Iaſ. addens exceptionem iſtam, non niſi ante litem conteſtatam, poſſe opponi *in d. §. omnium nu 125. cum ſeq.* Zaſ. *in l. 1 verſus fin. verſ. pro complemento ff. de edend.* vbi iſtum dici libellum generalem, ſed iudicem nihilominus poſſe eum ex officio reijcere, *per l fin. vbi doct, C. de annal except.*

z. *Conuenire.*) Muſcat. *prax. ciuil part. 1 gl verb. declarans, num 7. & poſt gloſſ & doct.* Iaſ. aliter paulo explicando, *in l. 1 ſub nu. 12. cum ſeq. ff. de edend,* & inibi Zaſ. *in princ.*

a. *Ex matre*) Dec. limitando, *in d cap.* dilecti filij *num. (mihi) 42. cum ſeqq. de iud,* Vacon *d. lib. 6. dec. in d. cap. 242. verſus fin.* Zaſ. eleganter, declarando, *in d. rubr. inſt. de action. in 3. coll. verſ. inter hæc aduertendum,*

CA-

Digitized by Google

CAPVT CXXX.

De Exceptionibus contra Perſonam Actoris proponendis.

SVMMAE.

1 *Contra Actorem excipitur, ſi*
- *Sit*
  - *Inhabilis.*
  - *Mutus, Amens.*
  - *Excommunicatus, Apoſtata.*
  - *Pupillus, Minor.*
  - *Prodigus publicus.*
  - *Is, cuius bonus interdictum eſt.*
- *Sit*
  - *Infamis, Crimino ſus.*
  - *Exul, Bannitus.*
  - *Hoſtis patriæ.*
  - *Periurus, Seruus.*
  - *Tutor ſuſpectus, &c.*

2 *Excommunicatio in Parlamento Franciæ, ad exceptionem non prodeſt.*

3 *Excommunicatio in* { *Conſilio Flandriæ,* & *Parlamento Mechlin.* } *ad exceptionem locum habent.*

4 *Iudex tacente parte, publicè excommunicatum repellere debet.*

5 *Prodigi, & amentes publicè declarati, repellendi ſunt.*

6 *Alienatio bonorum, prodigis, & amentibus de iure non eſt interdicta.*

1 REus quoque impugnat & excipit contra perſonam Actoris, capiendo finem non receptionis, hoc eſt, quando Reus dicit, Actorem ad agendum eſſe inhabilem, ob hoc, quod vel excommunicatus, vel Apoſtata ſit, vel Pupillus, vel Minor, (*a*) vel Furioſus, vel Mutus, vel mente captus, vel prodigus, ſono tubæ aut campanæ publicè proclamatus, vel quod ſit is, cui bonis interdictum ſit, vel quod ſit infamis, crimino ſus, exul, vel (vt vulgò) Bannitus (*b*) vel quod ſit inimicus Patriæ, vel periurus, vel ſeruus, vel tutor ſuſpectus, vel ſimili aliqua indignitate notatus.

2 Hoc tamen hic notandum eſt: Quod in Parlamento Fraciæ, (*c*) excommunicati nec ab agendo, nec à teſtimonio ferendo repellantur.

3 Sed in prouinciali Concilio Flandriæ, & etiam in ſupremo Concilio Mechlinienſi, prædicta Excommunicationis exceptio opponi & proponi in qualibet litis parte (*d*) poteſt, quamdiu proceſſus ipſe duret, non minus tam poſt, quàm ante litem conſtatam.

Imò etiam poſt ipſam Sententiam, ſiue poſt rem 4
iudicatam, nempe, vt impediatur Sententiæ executio, ſicuti notatur *ca. Primo, de except. libr 6.* propter timorem Excommunicationis. Quin etſi de hoc Reus, non excipiat, Iudex ipſe ex ſuo officio Actorem repellere omnino debet. (*e*) Quod ſanè intelligendum eſt, nempe ſi Actor ſit excommunicatus publicè (*f*) quod ſolum Iudicem nouiſſe, & obſeruare oportet.

Porrò Prodigi, & Furioſi, ſeu menti capti, nec 5
ab agendo, nec à defendendo repelli debent, priuſquam ipſis alienatio bonorum cum ſono tubæ aut campanæ, aut alio quoquo modo, iuxta vniuſcuiuſque modum ac conſuetudinem, per Iudicem interdicta fuerit, ob id quod bonorum alienatio ne- 6
quaquam iuridicè, † ſiue de iure ſit ipſis (*g*) prohibita aut interdicta.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXXXI.

VEl *Minor.*) Vant. latè, de *nullit. proceſſ. tit. de null. ex defect. inhabilitat. ſeu mand. comp. n* 28. neque enim ſine curatore minor habet perſonam legitimam ſtandi in iudicio, vt per totum *tit. C. qui legit. perſ. non hab.* idem Vant. *tit. qualit ſent. null. defend. ſeu repar. poſſ ſub num* 81. Boër. *dec.* 91. *num.* 1. *vbi num.* 2. quod ad lites curatorem accipere compellatur, per § *inuiti*, vbi Fab *ſub num.* 1. & *alij iuſtit.*

Digitized by Google

inſtit. de curator. voluitque Merul. prax. Holland. libr. 4 diſtinct. 4. tit. 4. cap. 6. num. 2. vbi proceſſum, iudicium, & ſententiam, contra minorem abſque interuentu curatoris, ipſo iure nullam eſſe, idemque Guid dec. 494. num. 1. Afflict. dec. 366 ſub num. 6 & 7. Vant. extendendo & reſtringendo, d. tit. de null. ex inhabil ſeu def mand comp numer. 32. cum ſeqq. Roland conſ. 68 num. 33 libr. 2. Cephal. limitando, conſ. 304 num 12. & num. 126. cum ſeqq. Decian. declarando & limitando, conſ 18. num. 174. cum ſeqq libr. 1. Menoch. latiſſ conſ. 100. num. 120. vt & iudicium cum ſolo pupillo, abſque legitimo tutore, agitatum, ipſo iure nullum eſſe per l. iuſiurandum, 7. §. pupillus, ff. de iureiur. l. clarum, C. de auct praſt cum ſimil tradit Gail. libr. 2. obſ. 107. num 3.

b. Bannitus.) Text. in l. is qui reus, 5. ff. de publ. iudic. accuratiſſ. Gail. libr. 2. pac. pub. cap. 12. num. 1. cum ſeqq.

c. Parlamento Franciæ.) Ioan. Fab. in §. vltim nu. 4 in fin. inſtit. d. tit. de curat. Rebuff. conſtit. reg. tom. 3. art. vn gloſſ. 7. num. 5. cum ſeq. in tract. de arbitr. idemque, in concord. Reg Franc. tit. de conſtitut. ad verb. intereſſe putantes, verſ. 3. licet in fin. & in tit. de excommunicatis non vitand. dum pœnas excommunicatorum congerit, in 29. pœna, ad fin. Et hanc excommunicationis exceptionem, inter alias, in iudiciis Gallicis obſoletas, enumerat 2 loco Imbert. (re ctionem eius tamen, vt & Rebuff. qui ſuprà, damnans) inſtitut. Forenſ libr 1 cap. 25. ſub tit. & in gloſſ verb interdictus ſit. Eamque, licet apud ſuos Batauos, nihil huiuſmodi, ſuo ſæculo obſeruaretur, tradit tamen (quod miramur) verbis, ſuo more, vernaculis, Merul. prax Holland. libr 4. diſtinct. 4. tit 4. cap. 6. num. 2. in fin. Veruntamen eam non poſſe ſtatuto expreſsè reiici ſcribit, poſt Bald in tit. de ſtatut. contra libertat. eccleſ. etiam Iaſ. in l. eleganter, § Si quis poſt, ſub num. 6. ff. de condit ind b.

d. Quolibet litis parte.) Et quandocunque oppoſita impedit vlteriorem proceſſum, Iaſon poſt alios extẽdẽdo & reſtringẽdo, in l. eleganter §. ſi quis poſt nu. 6. ff. de condi t. indeb. Ferr. in forma reſponſ. rei conuent. in verb. excommunicationis predictæ. Marant. de ord iud part. 6 membr 9. num. 4. Muſcat. latè prax. ciuil part. 2. gloſ. verb ſimiles, num. 2. cum ſeqq & part 4. gloſſ termini, ſub num. 4. verſ. quandoque non, & vtrobique anomalam eſſe exceptionem De qua poſt alios plenè Felin in cap. exceptionem, præſertim num. 12. cum ſeqq. rurſus num. 44 ad fin cum ſeqq. de except.

e. Debet.) Verum licèt non ſit probabilis ignorantia excommunicationis publicè latæ; ſi tamen eam, reuera quis ignorauerit, excuſatur, vt poſt Calderin. conſ 4. poſt princ verſ. item poſito, de ſent. excomm Felin. in d. cap. exceptionem, ſub num. 48. de exc per gloſſ. quam pulchrè declarat, in Clem. 1. in verb publicè, de ſepultur.

f. Publicè) Quemadmodum & in hæretico, licet ipſo canone ſit excommunicatus, tamen ad hoc, vt repellatur ab actu ciuili, neceſſaria eſt ſententia declaratoria, Mynſing. obſeru 43. cent. 2. allegat. cap vltim. de homicid. in 6. Quibus congruit, quod ex ſententia Anchor. conſ. 240. verſus fin. verſ. ſed poſſet contra relatum eſt apud Marſil. in rubr. ff. ad l. Cornel. de falſ. num. 28. quod omnis executio eſt ſuſpenſa contra excommunicatum, antequam per ſententiam fuerit declaratum ipſum eſſe excommunicatum, idemque in ſua praxi, §. aggredior, num. 110. vbi num. 130. in fin. cum ſeqq & ad d. rubr ad l. Cor. de falſ. num. 38. & ſeqq. quod etiam in notoriis requiratur ſententia declaratoria; & quod notorium pro ſententia non habeatur; Dec. cum apoſt. conſ. 483. num. 27. in fin & ſeq. Clar. excom. lib. 5. ſentent. quæſt. 9. num. 8. Burſat. conſ. 74. num. 27. in fin. cum ſeqq. Grammat. dec. 15 num. 7. cum ſeq. & dec. 65. num. 8. Viu. ex communiori, in com opin. verb. notorium requirit, Gail. libr 2 pac. publ. cap. 3. num 4. Maſcard libr 2 de probat. conclu. 1105 num. 10 ad fin. cum ſeq. limitando, poſt Clar. de conſuetudine tamen aliter indiſcriminatim obſeruari atteſtantem, d. quæſt. 9 ſub num. 8. alioſque, vt non procedat in facto omnino & verè notorio, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, neque dubitationem recipiat, in quo declaratoria non exigatur; Herculan tract. de proband. negat ſub nu. 62. vbi eiuſmodi eſſe notorium facti permanentis declarat. dixi ad Damhoud. in loc. com. par. tit notorium & ſententia, ad verb æquiparantur, vbi hac de re quoque latius

g. De iure ſit ipſis) Etiam notoriè prodigis; vt diximus ſuprà cap. 47 verb publicè proclamatis, & poſt Caſtrenſ. num. 4. alioſque in l. is cuius bonis ff. de verb. oblig latè Gail lib. de pac publ. 2 cap. 3 num. 12. licet contra etiam Ant Fab C libr. 5. tit 40. d finit. 7. num. 2. & 4. Tiraq. in comment. res inter alios actas ad fin. in 41. limitat. vbi, etſi frequens ſit iſta opinio, non tamen propterea prætermittendam eſſe citationem, quando interdicitur prodigis adminiſtratio & deſinit. Fab. d. defin. in princ. & Tiraqu. totidem ferè verbis ſequitur Afin. prax part. 1. §. 7. cap 5 limitat. 63. vbi limit 64. poſt eundem Tiraq. ibidem limit 42. Marſil. in l. de vnoquoque num. 55. ff. de re iud. Alex. conſ. 86 nu 6. in fin. cum Afflict. lib. 2. alioſque, ſecus in furioſo, vt non ſit neceſſaria citatio, quando ei interdicitur adminiſtratio, & datur curator. Cæterum apud nos neque in prodigo requiri ſolet citatio huiuſmodi, quando in ſenatu Brab. impetrantur litteræ, quas vocãt prodigalitatis, ſecundum opinionẽ Iaſ. in l. nec quicquã, §. vbi decretum, n 39 ff de off. procon. & leg. de qua etiam per Tiraq. & Afin. vbi ſuprà.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CXXXII.

De Exceptionibus contra perſonas Tutorum aut Curatorum proponendis.

SVMMAE.

Contra Tutorem excipitur, ſi quis dicat,
1 *Ipſum eſſe inidoneum, vel minorem 25. annis.*
2 *Ipſum nullam confeciſſe Inuentarium.*
3 *Ipſum confeciſſe libellum illegitimum.*
4 *Ipſius Tutelam, aut Curatelam eſſe finitam.*
5 *Ipſum Tutorem, vel Curatorem eſſe Seruum.*
6 *Tutores, vel Curatores, eſſe mutos vel ſurdos.*
7 *Tutorem eſſe Epiſcopum, aut Clericum.*
8 *Clerici tenentur ad Tutelam, vel Curatelam perſonarum miſerabilium.*
9 *Tutorem, vel Curatorem ſuſcepiſſe ceſſionem bonorum contra pupillum, aut minorem.*
10 *Tutorem vel Curatorem, eſſe debitorem, aut creditorem Pupilli, vel Adulti.*
11 *Tutor vel Curator, tantum datus ſit à teſtatore ad tempus.*

Differunt Tutores à Curatoribus, in hoc quod
12 *Tutores tantùm dentur Pupillis, vſque ad annum 14.*
Curatores
13 *Dantur Adultis ab anno 14 vſque ad annum 25.*
14 *Non dantur teſtamento, vel inuitis.*
15 *Dantur prodigis, & furioſis.*
Minoribus furioſis, ob ætatem.
16 *Dantur* *Amentibus. Surdis, Mutis. Valetudinarijs. Pupillis, inidoneum Tutorem habentibus.*
Dantur
17 *Bonis vacantibus.*
18 *Ventri.*
19 *Ad lites.*

20 *Curator* *Prodigi & furioſi habet adminiſtrationem omnium bonorum. & Bonorum, & ventris, habet tantum Adminiſtrationem [et] Venditionem paruarum rerum.*

REus impugnat Tutores aut Curatores.

1 Primò, ſi capiat finem non receptionis, hoc eſt, Quando Reus dicit ipſos ad receptionem eſſe, aut fuiſſe inidoneos, ob id quod ſint minores 25. (a) annis, *l. Finali, C. de legit. Tutel. & §. Furioſus, inſtitut. Qui teſtamento Tutor, dari poſſunt, & § Minores, inſtitut. de excuſ. tutor. vel curator.* Hoc eſt, generaliter contra quoſlibet Tutores vel Curatores excipitur, quod aut ipſorum ætas non conueniat, aut quod aliquo defectu communi laborent, aut quia à tutela, aut à curatela ipſos iura repellunt, nempe, quod ipſi ſint tales, qui ipſimet tutela aut curatela opus habeant.

Quod ſint capite minuti, *l. legitimos, §. Finali, ff. de legit. tutorib.*

Secundò, Quod nullum fecerint inuentarium, 2
(b) ſiue quod inuentarium aut repertorium facere neglexerint, *l. Finali, §. Illo proculdubio, C. Arbit. tuto. & l. Prima, ff. de vent. in poſſeſſ. mit.* Vel quod inuentarium exhibitum non fecerint dignè, debitè, & legitimè, *l. Scimus, C. de iure de liber.*

Tertiò, quod in inuentario etiam legitimè fa- 3
cto, non omnia Pupilli bona conſcripſerint aut congeſſerint. De qua re hoc loco notandum eſt, quod tutoribus & curatoribus non licet Pupilli vel Adulti, vllo modo Pupillorum vel Adulto-

rum curare vel adminiſtrare negotia, (c) niſi prius tria præſtiterint, & fecerint. Primò, niſi debitum inuentarium conſcripſerint. Secundò, niſi iurent ſe curaturos, & facturos, quæ in rem Pupillorum & minorum ex vera conſcientia cognouerint futura vtilia, & commoda. Tertiò, niſi legitimè caueant ſub hypotheca (d) rerum ſuarum, *l. De creationibus, C de epiſcop. & audi. nd.*

4 Quartò, quod contra Tutores & Curatores aliquis excipiet dicendo, quod ipſorum tutela aut curatela iam expirata ſiue finita ſit. (e) Quod Tutores aut Curatores ſint ſuſpecti, aut poſtulati, aut quod ſint à receptione remoti, vel quod illis adminiſtratio interdicta ſit, *l quod ſi forte, §. 1 ff. de ſolut. & c. Venerabilis, extra de offic. delegat.*

5 Quintò excipiet, dicendo quod Tutores vel Curatores, vel etiam ipſi Pupilli vel Minores ſint ſerui, & ſupra quæſtione ſtatutum, id eſt, ſeruitutum pariter conſtituti, *l. Prima, ff. de tutel. Inſtitut. eodem tit. de tutel & §. Seruus, inſtitut.* Qui teſtamento, tuto dari poſſunt.

6 Sextò opponet, quod Tutores vel Curatores ſint muti, vel ſurdi, vel furioſi, *l. Prima, §. Mutus & l ſ. vltima. ff. de tutel.* vbi expreſſe Textus dicit, quod Mutus, Tutor conſtitui non poteſt, quoniam is authoritatem præbere non poteſt. Tutor quoque ſurdus ſecundum plurimos non poteſt eſſe Tutor, & potiſſimum ſecundum Pomponi. qui id lib 18. ad edictum probat per hoc, quod Tutor nō tantum loqui, ſed & audire debeat, quod ſurdo natura negauit.

7 Septimò excipiet, ſi Tutor ſit, aut Epiſcopus, aut Clericus in Sacris conſtitutus, aut quod ſit vel Monachus, vel Regularis. Hi enim non poſſunt (f) eſſe Tutores, *c. Epiſcopus, & c. Neque apud 88. diſt & l. Generaliter, C. de Epiſc. & Cleric.* Veruntamen omnes Clerici tenentur ad tutelam, & curatelam miſerabilium perſonarum, *l Orphanotrophos, C eodem titul. de Epiſc. & Cleric.*

8 Octauò, contra Tutorem excipiet dicendo, quod is Tutor, vel Curator, contra Pupillum vel adultum ſuum, ceſſionem actionum ſuſceperit, ſicuti habetur, in *Authent. vt hi qui obligat. ſe habe. perhib. res minorum, in princ. tit. coll. 6.*

9 Nonò, ſi dicat: Quod Tutor ſeu Curator ſit creditor vel debitor pupilli (g) vel adulti, & quod adminiſtrat ſine adiutorio, in *d Authent. vbi ſupra, §. Sed & ſi quis, & Authentica, Minoris indebitor, C. Qui dat. Tutor. vel Curat. poſſunt.* Sed hoc locum habet in datiuo & legitimo, non in Teſtamentario (h) Tutore, quod tamen ſecundum quoſdam fallit in Matre (i) & Auia, quæ poſſunt eſſe debitrices vel creditrices pupillorum vel minorum, *vt in Authentico. vt Matr. debit. & credit. collat. 7. & Authentica, ad hæc, C. Quando Muli. tutt. offic. fung. tur.*

Decimo excipiet, Quod ſit datus Tutor aut Curator à Teſtatore ſub conditione, (k) quæ fuit ad certum tempus, quod iam præterijt, *§. Ad certum inſtitut. qui. dar. tutor poſſ.* Reliquas cauſas, his non diſſimiles, per quas contra Tutores vel Curatores excipi poteſt, hoc loco breuitatis cauſa omitto. 10

Attamen priuſquam finem huic capiti imponam lectori ſimplici, & nondum perito ſatis, hanc differentiam inter Tutores & Curatores cognitam eſſe cupio, ſcilicet, quod Tutores dentur Pupillis, qui nondum 14 annum compleuerunt, *§. Primo. inſtitut.* Quibus modis tutel. finitur. Poſt 14. enim annum, non amplius Pupilli, ſed minores vel minorennes vocantur! Et tunc etiam iidem Tutores deſinunt vocari (l) Tutores, ſed ab eo anno incipiunt dici Curatores. 11

Curatores itaque dantur diuerſis, primo (vti iam dixi) dantur adultis (m) à 14. anno completo vſque ad 25. annum completum, ſecundum Iura, & etiam ſecundum Praxim, niſi certo conſtet eoſdem minores, tunc habere ſat prudentiæ, qui ſua bona prudenter ſine Curatoribus adminiſtrare poſſint. Præterea Curatores tales ab illis Magiſtratibus conſtituuntur, à quibus antè conſtituebantur Tutores. (n) Non etiam Curatores conſtituuntur per Teſtamentum. 12

Attamen conſtituti & Teſtamento dati confirmantur. Neque etiam curatela inuitis committitur. niſi fortè ad litem (o) *§ Primo, inſtitut. de Cura. or. b. et.* 13

Item Curatores etiam dantur furioſis, & prodigis (p) qui nec tempus, nec modum, nec finem profuſionis & dilapidationis ſuarum rerum habent, *l 1 ff. de curat. furioſ. dand.* 14

Et hoc intelligendum eſt, de furioſis ac prodigis maioribus annis 25. *§. Furioſi, Inſtitut. de Curatoribus.* Minoribus autem furioſis dantur Tutores, vel (ſi ita placet) Curatores, qui tamen intelliguntur dari ætati (q) potius, quàm furori, *l. Qui habet, ff de tutel* 15

Dantur & Curatores mente captis, ſurdis, mutis, & morbo perpetuo laborantibus. Item, & Pupillis Tutorem Teſtamentarium, vel legitimū, vel datiuum non habentibus, vel Tutorem minus idoneum habentibus, vel habentibus Tutorem ad tēpus datum, vel infirmum, vel ob cauſam neceſſariā impeditum, *Inſtit. de curatoribus per totum.* 16

Item, Curatores dantur ipſis bonis (r) vacantibus, ſed à Principe, vel à Principis Conſilio, vel à quouis Magiſtratu, hoc eſt, (vt clarius intelligatur) Curatores conſtituuntur ad bona, quæ carent vero & legitimo proprietario, iam præſenti, aut cognito, quod addo propter bona quorundam diu abſentium, & de quibus non certo conſtat, mortui ne, an viui iſti exiſtāt, (s) de quibus diu abſentibus, 17

hoc

Digitized by Google

hoc notandum eſt, quod Brugis in Flandria habeant plebiſcitum vſitatiſſimum, quod quoties ipſe Proprietarius, aut Dominus, aut Hæres incognitus abeſt à patria ſeptem perpetuos annos, tunc is habetur & cenſetur veluti mortuus, (t) ſic vt ipſius hæredes, aut alij cohæredes cum cautione præſtita, talis abſentis bona ſibi arripere poſſint. Si vero poſt longum tempus nulli Proprietarij, hæredes aut cohæredes aut certe nulli creditores eorũdem bonorum reperiantur aut innoteſcant, tunc ipſe Princeps eadem bona ſibi arripit & vendicat *ff. de curat. dand.* qui quidem titulus eſt in multis locis valde vtilis, & hoc tempore in praxi vſitatiſſimus quantumuis de eo Doctores pauca conſcripſerint.

18 Item Curatores dantur ventri, hoc eſt, fœtui adhuc in vtero Materno exiſtenti, *ff. de vent. in poſſ. mitten.*

Item, Curatores dantur ad lites, vide Speculatorem, *titul de Syndico. lib 1. partic. 3.* Dantur præterea omnibus perſonis, quas habes *le. Prima, §. 1. & l. 2. 3. 4. & 5. ff. de poſtuland. & l. 3. 4. 5. & 6 ff. de pi. iu. credit.* 19

Sed hoc loco quæri poteſt, quænam ſit (v) Curatorum (quorum iam meminimus) poteſtas. Ad 20 quod reſpondendum eſt. Quod Curator furioſi & prodigi habeat plenam rerum omnium adminiſtrationem, ſed Curator bonorum, & curator ventris habent ſolum cuſtodiam rerum, quæ deterioris ſunt fortunæ, & præterea earundem venditionẽ, *l. Inter bonorum ff. de adminiſtra. tuto. vel curato.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT CXXXII.

a. MInores 25.) Socin. *conſ 20. nu. 6. lib 1* Anto. Fab. C. *lib. 5 tit. 20 defin t. 2. num. 5.* late Viui *dec 489 num 1. vbi nu. 2.* poſt Bart *in l. quæro, ff. de teſtament. tutel.* alioſque poſſe minores huiuſmodi, dari tutores in teſtamento: ſed interim dari tutorem datiuum, eis ceſſantibus donec legitimam ætatem impleuiſſent. id quod ſentit & Menoch. *conſ. 478. ſub init.* additque Viu. poſt doct. *in d. l. quæro, §. vlt & voluit n. vlt ff.* Surd. *dec. 106. nu. 4.* poſſe minorem iam factum maiorem, tutelam ante delatam adminiſtrare, limitando tamen, poſt Caſtrenſ. *in l. 1. nu. 3. C. de his qui ven. ætat. impet.* Soci. *d conſ 20. num. 11. libr. 1* Dec. *in cap ex part. 67. num. (mihi) 35. & 39. in fin de appellat.* alioſque, ſi per ſtatutum huiuſmodi ætas annorum 25. abbreuiaretur, hoc enim ſtatutum facere poſſe, & valere. Idemque Menoch. *d. conſ. 478. ſub nu. 18* vbi hanc maioris ætatis metam fuiſſe à lege ciuili & poſitiua inductam, ideoque minui & abbreuiari poſſe per ſtatutum; perinde vt per principem, eamque eſſe receptam ſententiam, poſſe principem diſpenſare ſuper defectu ætatis. Niſi tamen per obreptionẽ diſpenſatum, aut tutor datus fuerit vt nec aliud quid quam factum per obreptionem valet, *le. magis puto. 5. §. manet a. lio ff. de reb. cor. qui ſub tutel.* Fab. late ex SC. *lib 5 C tit 20. definit. 2 num 4.* Sic matrem annis 25. minorem, ex ſtatuto vel cõſuetudine (aliter atque de iure com.) tutricem filiorum eſſe, Viu. *d. dec. 486. num. 5.* idemque Viui. *lib. 1. com. opin. verb. mulier. ad 2. nuptias, n. 6.* Boër. *dec. 124. num. 7.* referens huiuſmodi conſuetudinẽ eſſe in Fràcia generalem; cum mulier ibidem reputetur maior per contractum matrimonij, ibidemq; *num. 8.* poſt Angel. eleganter *conſ. 102 nu. 1.* ſi minor teſtamento datus tutor, ratione tutelæ remiſſa adminiſtrauit, non teneri de adminiſtratione etiã culpabili aut temeraria, ſi non fuit in dolo; quod imputare ſuæ potius fatuitati debeat, qui imbecillitati gubernacula commiſerit. idemque Fab. *C li. 5. tit. 21. num 1 cum ſeqq.* vbi ex SC. declaratur latius & mihi *d defin. 2. in princ tit. 20.* Minorem qui apud iudicem ſe maiorem dixerit & iurauerit, ſiue dolo, ſiue per imprudẽtiam, non eo magis tutorem eſſe poſſe, probata poſtmodum minore ætate.

b. *Inuentarium*) Tholoſan. *dec. 188.* Rebuff. ad *conſtitut. reg. tom. 1. tract. de ſent. prouiſion. articu. 3. gloſſ. 3. num. 7.* vbi late Aufrer. & voluit Oſaſc copioſe *dec. 58 num. 19, 21. & ſub num. 25.* idemque Oſaſc. poſt Boër. *dec. 53. num. 5.* Alciat. *conſ. 164. n. 9.* alioſque, accuratiſſ. declarando ac limitando, ex com. *conſ. 26 num. 7. cum ſeqq.* Sed dixi latius ſupra *cap. 95. n. 5. ad verb. tutores curatores.* Non tamen patrem, adminiſtratorem bonorum filij, obnoxium eſſe de iis conficere inuentarium, poſt Bald. *in princ & alios in § non autem, l. cum oportet C. de bon quæ lib.* Boër copioſe *deci. 61. nu 5. cum ſeqq.* Pinell *ad l. 1 part. 2. num 21. cum ſeqq. Cod de bon. mater.* Limitat tamen Myňſing. *d. obſ. 93. num 6. cum ſeqq.* ſi pater eſſet peruerſæ conuerſationis, vel ſubeſſet periculum de diſſipatione & alienatione bonorum filii, vt poſſit cogi per iudicem ad conficiendum inuentarium, & ſic intelligo Ioan. de Gradib. *in addit. 1. ad Guidon. deciſion. 351.* dum ſe dicit iudicaſſe, in quadam cauſa, vbi pater habebat vſumfructum bonorum aduentitiorum filij ſui, nolebat facere inuentarium, & timendum erat de alienatione bonorum, vt deberet fieri ab ipſo patre inuentarium, & declarando ſuſtinet late Boër. *dict. dec. 61. num 14. cum ſeqq.*

6. *Ad-*

Digitized by Google

c. *Adminiſtrare negotia.*) Marant. aſſerens ſententiam contra talem, etiam pro tutore ſe gerétem, ipſo iure nullam eſſe, *de ord. iud part. 4. diſtinct. 16. n. 33.* Capyc *dec. 50 & dec. 129 num. 1.* latiſſ. Vant. *de null. ex defect. inhabilit. ſeu m ndat con p. num. 48. cum ſeqq.* Mynſinger. *cent. 1. obſ. 37. in princ.* Gail. *lib 2. obſ. 107 num. 2.* Kirchou. accuratiſſ. declarãdo, *in com. op. in verb tutori cuilibet, ce. it. 8. concluſ. 53 tota* Fab. *C. lib. 5. tit. 25. definit. 1. & ſeq. & tit. 28. definit. vn. præſertim num 5. cum ſeqq* Vinc. de Franc. dicens geſta ipſo iure nulla, etiam quòd partes ab initio non oppoſuerint, *dec. 206 num. 8. cum ſeqq.* Coraſ. SC. cur. Tholoſ. *cap. 60. in princ.* Men. declarando *d conſ. 478. num 23. & 41.* Oſaſc. exacte *d conſ. 36. num. 1 cum ſeqq. vbi nu. 5.* poſt Bart. *in l. legitimos ſub num. 8 ff de legit. tut.* Iaſ. *ex com conſ 4. num 4 lib. 3* alioſque, ex defectu præmiſſorũ multas tutelas fuiſſe cancellatas vt &, quod expreſſe promittatur defenſionem ſuſcipere, quia notarij inſtrumenta tutelarum recipientes hoc in iis, non omittant, obſeruari teſtatur Guid. *dec. 330 num. 1. verſ. 5.* quod expreſſe promittat, & tradit idem Iaſ. *in l. 1. verſu fin ff ſi quis in ius vocat. & in l. quod in rerum. §. vltim ff. de legat. 1.* Alex. poſt alios, *in l. prætor, in princ. vbi & Iaſ num. 9 ff de oper. non. nũc.* Rectiùs tamen contrà idem Alex. *conſ 80. num 14. lib. 5.* & inibi apoſtill Molinæ, ita obſeruari, quòd verbum ſubire defenſionem, non ſit de forma præciſa atteſtatus, vt & Alex. aduerſatus idem voluit ad *co ſ 163 in princ. cod. lib. 5.* & ad *conſ. 129. nu. 3. lib 1.* addens, licet hoc requiratur ex parte iudicis, non tamen ex parte tutorum vel curatorum requiri, qui in legitimam habeant poteſtatem, ex quo petitum iuramentum præſtiterunt. Cui conſentaneum eſt, quod ex ſententia Alberic. *in l in dubium. nu. 1. verſ.* quid ſi ſatiſdedit *C de tutor. vel tutor qui nõ ſatiſd* reſpondit Menoch. *d conſ. 478. nu. 44* valere geſta cum tutore vel curatore, qui ſufficienter non ſatiſdat; cum hoc ad magiſtratum ipſum pertineat. Et quod ibidem *num. 45* poſt Mayner. *in l. quo tutele, num 161 ff de reg. iur.* ſcribit matrem excuſari ſi adminiſtrauit tutelam auctoritate iudicis, qui ſolénitatem aliquam omiſit. Limitat autem ſuperiora Mynſing. *cent 2 d. obſ. 37. in fin* poſt Afflict *d. c. 262. ſub nu 6. cum ſeq* alioſque in tutoræ teſtamentario, vt quamuis non adimpleuerit ſolemnia, ſi tamen ex teſtamento appareat, non modo ipſum tutorem eſſe conſtitutum à patre, ſed etiam bonorum adminiſtrationem ei commiſſam, nõ ſit neceſſe, quod à iudice decreta ei ſit adminiſtratio; ideoque iudicium cum eo agitatum valere videri licet alter ſentiat Oſaſc. *d. conſ. 36. num. 5.* aſſerens non videre limitationem huiuſmodi iure probari; ſolum enim legiſſe, tutores teſtamento, aut per inquiſitionem datos, non teneri ſatiſdare, vt *inſtit. de ſatiſdat. tut. in princ.* vti apud eum latiùs.

d. *Sub hypotheca*) Teſtatur tamen Guid. *d. c. 330. num. 1. verſ 4* requiritur, & ibidem in fin, contrarium ſeruari etiam de ſtylo curiarum patriæ Dalphin. & tolerari, quod tutores, admittantur ad adminiſtrationem, eorumque ſimul geſta, etſi non ſatiſdederint, vti & apud nos obſeruatur, & adductam l de creationibus, non obſeruari in Francia declarat Rebuff. *ad conſtit reg in proem. gloſſ. 5. nu. 36.* ibidemque eodem *tom. 1. in tractat. de ſent. pro u ſ artic. 5. gloſſ. 2. num 8.* ſcribit de conſuetudine omnis tutor ex inquiſitione detur, non ſole ſatiſdare in illa patria, ſed ſufficere in cõſanguineis ſaltem iuratoriam cautione: etiam matrem vel auiam ſi detur tutrix, non ſatiſdare, vt vidit ſeruari; aliaque vtilia adijciens. Veruntamen moribus apud Gallos quoſdam, cautionem exigi, à tutore vel curatore, demonſtrat Baro, *ad inſtitut, tit de ſatiſdat. tutor. vel curator. commentar particul. poſterior. & ad tit. de tutel. comment. part poſter verſus fin. verſ. apud quoſdam,* & meminit latius idem Rebuff. *ad l. ſatiſdationibus, & poſt princ ff de verb. ſignific.* Adeo varij & inconſtantes, in obſeruationibus, vel moribus, ſunt galli, non hic tantum, ſed in omni ferè parte iuris, vt ſi quis atteſtentur etiam magiſtrorum doctrarò ſit perpetuum, & generaliter verum. Cæterum ad tutelam admiſſum à iudice, nulla præſtandæ ſatiſdationis neceſſitate obſtrictum, ſi tanquam tutor agat, non poſſe ea exceptione repelli, quod non ſatiſdederit, quaſi ob eam cauſam nec tutor ſit perinde enim tutorem eſſe ac ſi ſatiſdediſſet, ſiue vltro ſiue per imperitiam index ſatiſdandi neceſſitatem ei remiſerit, probat ex SC. latiùs Fab. *C. lib. 5. d tit. 25 definit 2. tota,* eoque conferunt quæ dicta fuerunt proximè ſupra.

e *Finita ſit.*) Eo enim caſu acta geſta in perſonam falſi tutoris ſunt nulla, *per l. 1. C. quando tutor vel curator eſſe deſin. & l. vlt. C. de eo qui pro tutore neg. geſſ.* Caſtrenſ. poſt alios quoſdam, *in l. ſi quis, 7. §. ſi impubes, num 4. & 5. ff de in. ſtitutor action.* ibidemque Marc. *num 2, poſt Alber, in d. l. vn ſub init. C. vt cauſ poſt pubert,* definit, quòd quando officium ſyndicorum vel conſulum vniuerſitatis fuit iniunctum per annum, vel aliud tempus certum, etiam poſt tempus finitum, adhuc durare poteſtatem eorum, quò ad cauſas ceptas, Quinimo geſta à tutore vel ſyndico, alioue adminiſtratore poſt finitum officium, non eo minus rata haberi debere, ſi modò ex neceſſitate, aut vtilitate præcedentis officij ab eis facta ſunt, nec dum alius tutor, ſyndicus aut adminiſtrator fuerit: tamdiu enim manere qui antea fuerit, ſaltem ex generali conſuetudine de qua dicetur quoque hic inferius, Fab *d lib. 5. C. tit. 29. definit. 3.* vbi itidem ex SC *in defin. præcedentib.* hac de re plenius, vt & apud Gail. *lib. 2. obſer. 96. n. 4. & ſeq.* Licet autem exceptio tutoris vel procuratoris falſi, poſſit opponi in quacunque litis parte; quia red-

Digitized by Google

reddat iudicium retro nullum, per *l. licet.* 14. *C. de procur.* & *capit. in nostra de procurat.* ſi tamen pars omittat ſcienter opponere talem exceptionem, videri eſſe in culpa, nec habere actionem ad expenſas vel intereſſe, Marc. *d. dec.* 69 *num.* 5. *lib.* 2. poſt Bald. & Bart. *in d. l. licet. ſub numer.* 6. voluitque inibi Sichard. *num.* 6 *cum ſeqq.* ſequiturque Marcum nouiſſ. & Menoch. *d. conſ.* 478. *num.* 24. Poſſe igitur comparenti in iudicio, vt tutori, opponi vt doceat de ſolennibus, de quibus habetur per *l. legitimos. C. de legit. tutor.* Marant. *de ord. iud. part.* 6. *membr. in l.* 9. *num.* 3. vbi generaliter hoc extendi ad omnes comparentes, vt tales; quia ante omnia probare debeant ſe eſſe tales, *per l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ.* & diximus crebro alibi, voluitque poſt alios quoque Merul. *prax. ciuil. lib.* 4. *diſtin.* 4. *tit.* 4. *cap.* 7. Sic itidem Vant. *d. tit. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mand. comp. nu.* 149. ſcribit, cautè agendo, à principio copiam titulę vel curatoriæ peti debere, ad effectum videndi nunc ſint validæ, & repellendi eos qui temporis ſucceſſu geſta cum illis impugnare vellent: copiamque huiuſmodi expenſis etiam pupilli dandam eſſe, arg. *l. ij.* §. *rectè defendi*, & inibi Bart. *ff. de quib. ex cauſ. in poſſ. eat. cum ſimil.* verùm ſecundum alios, quando litigatur cum pupillo, vniuerſitate, & eccleſia, qui pro aliis comparere non poſſunt, ſi ab iis copia petatur, non debere dari ipſorum ſumptibus, ſed ſatis eſſe, quod detur facultas ſcribendi Muſcat. *prax. ciuil. part.* 3. *gloſſ. verb. reſpondendum. ſub num.* 15. proindeque tutori impetito pro ſolemnium exhibitione, dicere quæ in curia ſint confecta ſatis eſſe aſſerens. Alioqui vero tutorem recuſare non poſſe, quin ſemel in cauſa commiſſæ ſibi tutelæ decretum oſtendat, Imbert. *inſtitut. Forenſ. li.* 1. *cap.* 17. *in gloſſ. verb. ſubmouebitur*, vbi tamen ſiquis, vt cuiuſdam templi præfectus vel rector, vel parœciæ curio agat, non teneri præfecturæ titulum edere. Diximus hac de re quoque ſuperiùs, *ad c.* 90. *num.* 1. *ad verb. procuratorium.*

f. *Non poſſunt.*) Imò clericum poſſe tutorem eſſe legitimum laici, & contrà, per *cap. peruenit ſiue vlt.* 86 *diſtinct.* reſpondit Bald. *conſ.* 45 *ſub num.* 1 *lib.* 3. Bart. verò *conſ.* 143. *num.* 1. *lib.* 1 de iure permitti presbyteris, diaconis & ſubdiaconis, ſuſcipere tutelam legitimam tantùm, quæ eis deferatur iure agnationis vel cognationis; datiuam autem & teſtamentariam ſuſcipere non poſſe. Rectius tamen ex ſententia Archid. *in d. cap. peruenit ad fin.* Præpoſit. ibidem ſub *num.* 2. quod ad aliquam tutelam clerici non cogantur inuiti; ſed ad legitimam admitti debeant volentes (niſi ſit epiſcopus, qui etiam volens non admittatur) niſi eſſent tutelæ miſerabilium perſonarum, & ab epiſcopo ſibi committeretur, vt ille latiùs addens aliud in monacho; quia plus aſtrictus ſit, quàm clericus ſæcularis, iuxta *ea. nouel.* 12 *queſtione* 1. licet aliud latè doceat S. Aretin *ad* §. *ſed hoc iure num.* 3. *verſ. quid autem, inſtit. de Attil. tut.* & *in* §. *item maior num.* 3. *ad fin. inſtit. de excuſat. tut.* & inibi ante eum Iab. *in* § *minor. in fin.* qui volunt omnem electum & promotũ epiſcopum, & monachos poſſe ſuſcipere tutelam ex cauſa pietatis; non tamen cogi, niſi pro miſerabilibus, alioqui tutorem non inuenientibus. Et quod in tutela legitima, clericus cogi non poſſit, ſed volens bene admittendus eſſet: verum ſi agatur de teſtamentaria, ſacerdotem etiam volentem non poſſe; definit nouiſſ. & Surd. *dec.* 208. *numer.* 7. 21. & 23. limitando quoque in tutela miſerabiliũ perſonarum.

g. *Vel debitor pupilli.*) In magna ſcilicet, non parua, quantitate: vt poſt doct. communiter in adducta *authent. minoris debitor*, alioſque Roland. *conſ.* 83. *ſub num.* 4. *lib.* 1. Menoch *lib.* 2 *de arbitr. iud. caſu* 195. *ſub n.* 1 *cum ſeq.* vbi *num.* 3. poſt Bald. *in d. auth. minoris, num.* 5. alioſque arbitrio iudicis relinqui, quę quantitas, vel debitum ſit magnum vel paruum; Roland. *d. conſ.* 83 *num.* 4 *in fin.* Tiraquell. *ad l. ſi vnquam, in verb.* omnia vel partem aliquam, *num.* 31 *verſ.* [illegible] *in debitum. C. de reuoc. d. nat.* Sed & iurare de credulitate debere, ſed pupilli creditorem, vel res eius ſibi obligatas, Rol. copioſè *d. conſ.* 73 *num.* 4 & *ſub numer.* 6. *cum ſeqq.* Kirchou *in com. opin. verb.* [illegible] *pupilli, cen.* 1. *concluſ.* 16 Quinimò tutorem pupilli creditorem, bonorum adminiſtrationem ſponte ſuſcipientem, actioni priuari, per *d. authent. minoris*, & *authent. vide ſi in tut.* § & *hoc dicimus*. Roman. hanc eſſe doct. omnium clariſſ. ſententiam, dicens, *conſ.* 120. *ſub num.* 6. Coraſ. SC. *tur. Tholoſ. cap.* 60. *verſus fin. verſ.* cautum præterea, limitando, niſi perſona eſſet, proximo ſanguinis vinculo coniuncta, *per authent. ad hæc, C. quando mul. tut. offic.* in qua neceſſitudinis affectio, omnem calliditatis doliue præſumptionẽ ſubmoueat, iuxta *l. conſilium*, §. 1. *ff. de rit. nupt.* ideoque ſenatum ſuum cenſuiſſe, patruum fratrẽue non propterea amittere ius fideicommiſſi, ſibi in bonis à pupillo poſſeſſis competens, quod pupilli tutelam ſua ſponte ſuſcepiſſent, *per d. authent. ad hæc.*

h. *Non in teſtamentario.*) Eraſ. Muſcul. *in com. opin. lit. D num.* 3 poſt Socin Iunior. *conſ.* 5 *numer.* 1. *lib.* 4. Alii rectiùs diſtinguunt, vt ſi teſtator ſciebat datum à ſe tutorem, debitorem eſſe videatur fides eius approbata, nec in pœnam incidat, aut debitũ amittat; alioqui ſecus. Bartol. *conſ.* 148. *num.* 1. *cum ſeq. lib.* 1 Guid. ex SC. *dec.* 244. Coraſ. ex SC. *d. cap.* 60 *in fi.* Tal. declarando ex SC. C *li.* 5. *d. tit.* 20. *definit.* 1 *tota.*

i. *In Matre.*) Bart. *d. conſ.* 148. *ſub num.* 2 Coraſ. qui ſupra Gramm. *dec.* 55. *num.* 4.

k. *Sub conditione.*) Tutorem datum ſub conditione

tis ne quæ defecit, tutorem non eſſe, tex. *eſt in l. tutor datus, 8. § 1 ff de teſtament. tut.* vbi etiam in §. tutorem autem, poſſe tutorem ſub conditione, ex certo tempore, & ad certum tempus dari; à teſtatore ſcilicet, non à iudice vt poſt Fabr. & alios, in adducto §. *ad certum inſtit. qui teſtament. tut. dar. poſſ gl. ff* & alios *in l. actus legitimi. 77 ff de r g iur.* declarat Sur. *2. dec. 207 num 1 & ſub numer 9.* latè Mich. æ. Graſſ. in comm. opin. *lib. 1 cap. 9 quæſtione 11. & 12.*

I. *Deſinunt vocari.)* Quanquam vero tutela pubertate finiatur, vt in adducto §. 1. *& in d. l. 1. C. quando tutor. vel curat. eſſe deſin.* tamen quod ex generali quadam vbique locorum recepta conſuetudine, præſertim in Germania, officium adminiſtrationis, & per conſequens periculum futuri temporis, continuetur & porrigatur vſque ad legitimã ætatem adultorum, puta annos 25, nam qui ſemel legitimè dati ſint tutores, eidem & curatores plerunque permaneant, rebusq; minorum præſint vſq; ad ætatẽ maiorem, teſtatur, & pluribus rationibus, ceu maximè æquitati conſentaneũ, cõfirmat Gail. *li. 2 obſ 96. n 1, cum ſeq.* (vti & apud nos obſeruatum ſemper fuit) & Gail refert & commendat Fab. *C. li 5 tit. 29. deſin 2 ſub n 2.* addens eandẽ conſuetudinem, etiam apud Gallos, vt à grauiſſ. plerisque audierat, iam tum inualuiſſe, id quod, multo ante eum tempore, teſtatum nõ obſcurè reliquerat Molin. *in tract. de commerc. & vſur. num. 300.* & Baro ad inſtitut. tit de excuſat. tut vel cur commentar. *part. poſter. ad fin.* His verbis, tutores quoque in quibuſdam regionibus, inuiti gerunt curam & apertius tit. de curator *comment part. 2. ad fin.* In quam ſententiam reſpondit quoque VVeſenbec. *conſ. 35. num. 3.* quod licet, iure Saxonum, inter tutores & curatores, nulla quò ad nomen, ſit differẽtia: tamen cum minores eorum iam puberes facti ſunt, curatores potius eos, quàm tutores eſſe: quãuis enim pupillaris ætas, eodem iure Sax. ad annum ætatis 21. durare perhibeatur, tamẽ reuera finiri ipſo iure, ſub temporis legitimum, in fœmina 12. in mare 14 annorum, ac tranſire in ætatem puberem, *inſtit. qu b. mod. tut. fin. in pr ne.* ex quo ſequatur, tutelam quoque tum finiri, transferrique in curatorem: ſtatutum enim interpretandum non contra, ſed ſecundum ius *com. l. it.* vbi Balduin. *C. de n xal.* Myn*ſ. cent. 1. obſ 5.* vt ille latiùs.

III. *Dantur adultis.)* Neque enim infanti ei tutor dari poteſt, vt eſt tex. *in l. qui habent 3 §. ſi pupillus ff de tutel & ibi gloſſ.* & Bart. Alexand *conſil 122. in fin. lib. 1.* vbi tamen pupillo qui exceſſit infantiã dari poſſe ſi petat, ideoque petere cogi & eligere. Afflict. *dec 256. ſub num 1. & dec. 262. num. 4. in fin. cum ſeq.* Marant latè declarando & limitando, *de ord. iud. lic. part 4. diſtinct. 16 ſub num 35.* Oſaſc. *dec. 80. ... im 1. cum ſeq. vbi num. 6, cum ſeqq.* poſt Bald. *tit. de n. i it. vaſall. qui con. um eſt, ſub numer 20. in v. b ead* vt indemnitati infantis ſimul & creditoris conſulatur, poſſe iudicem ex officio dare curatorem liti, ſi bona eſſent peritura, vel immineret grãde æs alienum, idque de conſilio coniunctorum pupilli aut infantis, & in ſubſidium quando non reperitur tutor, adduque Oſaſc. poſt Bald. ibidem *d num, 10.* aliud remedium, vt creditor adeat iudicem, curetque citari coniunctos, affines & amicos infantis, & vt detur ei tutor, & poſt Bald vbi ſupra Afflict. *d dec 262 numer. 2.* alioſque declarat latiùs Gail *l b 2. obſer. 107. num. 7. cum ſeqq.* vti & poſterius hoc remedium, viuis rationibus comprobat Fab. *d lib 5. C. tit. 27. deſin. t. 3. num. 1. cum ſeqq. & lib. 3. C. tit 1. deſinit. 33 poſt princ.* Mynſinger. latè, è ſtylò diſtinguendo, *cent. 2. obſ. 21. 10. a.*

II *Conſtituebantur tu o ei.)* Tutor ab eo iudice dandus eſt, qui ordinariam exercet iuriſdictionem in eo territorio, in quo pupillus habet domicilium habitationis, per *l. magis puto. 5. §. illud, ff. de reb. eor.* neque tamen eo minus ius dandi tutoris habebit, iudex originis: eiſque in dubio præferendus erit, per *l. 1. C. vbi petant. tut. vel curat. & argum. l. libertus, 17 § præter. pr. ff. ad municip* atque ita fiet, vt in pari vtriuſque iure, potior ſit cauſa eius qui præuenerit, iſque tutor præferatur qui prior datus fuerit, vt poſt Ferrarienſ. *in forma libell. ad redd. rat. tut ad verb.* eidem Iacobo *num. 3. Fab. C. d. lib. 5. tit. 19. deſinit. 1 num, 1. cum ſeqq.* & quod debeat dari tutor in loco originis (ſiue habitationis) non vero in loco vbi habet patrimonium, & bona ſua; quia talis tutor detur principaliter perſonæ, virtus autem & effectus tutelæ extenditur ad alia loca, *arg. tex. in l 1. ff de tut. & per l quia perſona ff. de tut & curat. dat. ab his, & d. l 2. vbi Bart.* & alij communiter *C. vbi p tant. tut.* docet Gomez *variar. reſol iur tom. 2. cap. 14. numer. 17. verſ ex quibus infertur*, vbi poſt Bart & alios communiter, in *l. pupillo ff de tut. & cur dat.* ab his & Bald. alioſque *in d. l, ſi ageretur* de dando curatore quemlibet iudicem prædictorum locorum dare poſſe, quia principaliter detur rebus, & non perſonæ, idemque poſt Alexand. *conſil. 41. numer. 17. libr. 5.* & Roman. *conſil 39. num r 3 verſ. pro hoc 1.* voluit Manſuer. in annot. ad Ferrarienſ *ad d. verb. eidem Iac bo. ad fin.* Licet idem Roman. *conſil. 210. ſub numer. 1.* eumque ſecutus Cranett. *conſil. 50 numer. 1 verſ 4 videmus*, velint, impuberi, tametſi aliunde originem ducat; quò ad bona ab eò alibi poſſeſſa, ab eius loci vbi poſſidet iudice, tutorem poſſe decerni, idemque latè Fab. ex SC *d. tit. 19. deſinit. 1, numer. 5. cum ſeq. & d. tit. 27. deſin 3 numer. 11 cum ſeqq.* vt & Rebuff. *d. artic. 2. gloſſ. 2. numer. 12.* ſcribit poſt alios, inoleuiſſe generalem Franciæ conſuetudinem, vt omnes magiſtratus &

tus & iudices ciuitatum dent tutores & curatores, & magiſtratus ſiue originis, domicilij, vel bonorum tutorem dare poſſit, latè etiam hac de re Mich. Graſſ. *libr. 1. com. opin. cap. 9. quæſtion.* 10 Verùm apud nos parum referret neque admodum in conſiderationem veniret, impuberi tutor an curator huiuſmodi daretur, ſecundum ea quæ dicta ſunt prius, *ad verb. deſinunt vocari*, & quod alioqui tutela & cura magnam inter ſe affinitatem habeant, vt appellatione tutoris veniat etiam curator, per *l. pater Seuerinam*, §. *conditionum verba ff. de condit. & demonſtr.* quemadmodum & appellatione curatoris veniat tutor, ſaltem largè ſumpto vocabulo, per tex. in §. 1. *in authent* vt hi qui obligat ſe *hab. p. rh b.* ſicuti poſt Iaſ. *in l. ſi quis* in fundi vocabulo *numer.* 46. *ff. de leg.* 1. tradit Gail. *libr.* 2. *d. obſ.* 96. *numer.* 6. Cæterum ſi minor petat ſimpliciter, & generaliter curatorem ad lites, vel cauſas mouendas, dandum eſſe à iudice loci, in quo habet domicilium ratione originis, vel habitationis, per text. *in l.* 1. *& per totum*, *C. de in. lit. dand. tut. vel curat*, Gomez. *d. tom.* 2. *cap* 14. *numer.* 17. *ve ſu fin.* & tunc poterit non ſolum lites quæ ſunt intra prouinciam dantis: ſed & quæ ſunt extra illam tractare, per gloſſ. *in l. propter litem* §. *lite*, *ff. de excuſ. tut.* Mynſing. poſt alios, *cent* 1. *obſ.* 87. *ad fin.* ſi verò minor petat ſpecialiter curatorem ad certam litem, vel cauſam iam motam, dandum à iudice coram quo vertitur illa lis (ſi tamen de iure hoc ei competere poſſit) per *l. ſ. ucimus*, ij. §. *C. de adminiſtr. tut. & ibi not.* & Alber. in rubr. *C. de in lit. dand. tut. vel cur.* Gomez *d. cap.* 14. *numer.* 17. *in fin.* Mynſing. ex SC. *d. obſ.* 87. *in princ.* vbi poſt Marant. *de ord. iud part.* 4. *diſtinction* 11. *numer.* 13. *&* 39. Hinc iudicem eccleſiaſticum dare curatorem ad litem, minori laico coram ſe litiganti, per *cap. vlt. de iud. in* 6. & econtrà, iudicem laicum minori clerico litiganti coram ſe.

o. *Niſi forte ad litem.*) Tex eſt etiam *in l.* 1. *& paſſim, C. de in litem dand. tut. vel curat.* Sic ad iudicem venire iuſſo minori, vt curatorem in litem peteret, cum quo creditor ageret, non parenti, eam contumaciæ pœnam irrogandam, vt abſenti iudicis officio curator detur, qui alioqui, etſi inuito, non tamen niſi præſenti, & qui ab ipſo minore nominatus eſſet, dari debuiſſet, iuxta *l.* 3. §. *ſi pupillus*, 1 *ff. de tutel.* Fab. ex SC, eleganter, *d. tit.* 27. *deſinit.* 1. *tota*, *C. libr.* 5. Alia quoque hac de re diximus hic ad verb. *dantur adultis.*

p. *Et prodigis*) Gomez. *variar. reſol. tom.* 1. *cap.* 6. *ſub numer.* 4. *& tom.* 2. *cap* 14. *num.* 30. *verſ. & hoc caſu.* VVeſenbec. *conſil.* 23 *numer.* 3. *in fin. ſub num* 32. *& ſeq.* Amat *dec.* 105. *ſiue vlt*, præſertim *numer.* 2. *&* 7. Fab. *d l b* 5. *C. tit.* 40 *definit.* 7 *numer.* 7. *& defin* 8. *numer.* 10. & Damhoud. *in loc. com par. ac ſimil, tit. furioſus, pupillus, ſub init*, vbi alios quoque accumulas, & diximus hac de re ſæpe ſuprà, *cap.* 47. *ſub numer.* 8. *&* 9. *& alibi.*

q. *Intelliguntur dari ætati*) Meichſner. Graſſ. late *com. opin. lib. cap.* 9. *quæſt.* 28. Fab. ex SC. declarando, *d. lib.* 5. *C. tit.* 40. *definit.* 8. *num.* 1. *cum ſeqq. vbi numer.* 4 finita minori ætate curationem quoque finitam videri, quamuis prodigus diceretur ideoque ex eo tempore dandum curatorem ſiue eundem ſiue alium, ſed tanquam prodigo, quouſque ſanos mores receperit, *per l.* 1. *ff. de curat. fur. et prod. abſent.* idemque obſeruari, etiamſi curator conſtâte officio dederit operam, vt huic minori, non ſecus ac prodigo, bonis interdiceretur neque enim id mutare curationis cauſam, cum nec tanquam prodigo dari potuerit, quamdiu minor fuit, *ad le. cus habent* 3 *ff. de tut.* eique conſequens eſſe, vt ſi agente creditore, qui poſt interdictionem contraxerat curator ex officij ſui ratione velit intercedere tanquam curator datus prodigo, quo caſu intercedere, non ſit audiendus; quia minoris curator nec excipere nec experiri poſsit minoris nomine, ſed minor ipſe auctore curatore, vt ille latius explicando differentias huiuſmodi, inter curatorem huius minoris & alterius prodi.

r. *Dantur ipſis bonis.*) De curatore Bonorum, late Capyc. *dec* 87. *tota*, Gail. exacte *obſer.* 130. *lib* 2. Fab. *dict. tit.* 40. *definit.* 1. 2. 5. 6. *&* 9. *C. lib.* 5.

ſ. *An viui ipſi exiſtent.*) Quid hac in re iura diſponant, tractat eleganter ac copioſe Hotom. *lib.* 1 *conſ.* 6, *in* 2. *ſiue vlt. quæſt.* Fab *d. tit* 40. *def.* 4. *tota*. Dixi quoque ea de re, cum Damhuod. in *loc. com par tit.* abſentia longa, *in princ.*

t. *Mortuus*) De ſtatuto non abſimili, eiuſque interpretatione, præclare Fab. *dict.* 40. *definit.* 3. *Cod lib* 9. Quibidem *def.* 10. de præſtanda ſatiſdatione, ſiue cautione (de qua hic) pulchre quoque differit.

v. *Quacumque*) De huiuſmodi poteſtate & iure curatoris hæreditati iacenti, ac bonis abſentis dati, diſſerit late Fab *d. tit.* 40. *defin.* 1. *nu.* 2. 3. 4. *&* 11. *defin.* 11. *tota*, *C. lib.* 5.

Digitized by Google

CAPVT CXXXIII.

De Exceptionibus contra ſchædularum obligatoriarum portatores proponendis.

SVMMAE.

1 *Schædularum allatores, alij ſunt* { *Veri, & legitimi.* / *Inuentitij,* / *Surreptitij.* / *Subdoli.* / *Emptitij,* / *Subornati.* }

2 *Exemplar ſchædulæ, contra cuius allatorem excipi poteſt.*

3 *Contra ſchædulæ allatorem excipitur* { *Si non oſtendat quomodo ad eas peruenerit.* / *Si non oſtendat procurationem recipiendæ pecuniæ.* / *Si non oſtendat literas creditoris.* }

EXceptionem contra literarum aut ſchædularum allatores oſtenſurus, prius oſtendere oportet, allatores talium literarum eſſe varios.

1 Sunt enim harum alij veri, & legitimi, alij aut inuentitij, alij ſubreptitij, alij ſubdoli, alij emptitij, aut ſubornati. Neque enim his omnibus æqualiter eſt habenda fides. Hæc vt clarius intelligantur, vnico exemplo literarum obligatoriarum, & per allatorum diuerſitatem commonſtrare libuit.

2 Sit igitur hoc exemplar ſchædulæ obligatoriæ, ex qua facilius intelligentur cæteræ. Nos Ioannes Balbani, & noſtra Societas (vulgò Compangnia) fatemur debere Domino Ioanni de Fockere, & Societati ipſius, centum millia Ducatorum aureorum, iuſti valoris ac ponderis ratione mutui, vel talium aut alium mercium, &c. quæ centum millia Ducatorum, bona fide promitto me cum meis perſoluturum, ipſi Ioanni de Fockere prædicto, & ipſius Sociati, proximis nundinis Brugenſibus, quæ incipient poſtridiè conuerſionis Pauli, anno 1566. aut iſtius ſchædulæ Allatori, quam manibus propriis, & chyrographo conſignauimus.

3 Ita actum Antuerpiæ, tali Anno, Die, & Menſe, &c. Hoc exemplari commonſtrato, iam reſtat videre, quomodo contra talem ſchædularum ſeu literarum Allatorem, ſit excipiendum. Nam contra talium ſchædularum Allatores, excipit Reus, capiendo finem & concluſionem, ſcilicet, ipſum non eſſe receptibilem, aut quod non debeat recipi, ob id quod non oſtendat, quomodo ad eas literas peruenit, (*a*) an eas inuenerit, an eas ſurripuerit, an eas emerit, &c. Præterea, quod non oſtendat aut literis, aut procuratione ſe tales ſchædulas à vero Creditore accepiſſe, aut ab eodem in mandatis habere, ad plenam earundem perſolutionem recipiendam, aut quod ſimiles veri Commiſſarij, aut Allatoris veri titulos oſtendere non poteſt. Sed vt iſtæ difficultates cautius euitentur, & ne difficilis ſolutor, per dictos exceptionum prætextus ægrius ſoluat, cauti ſchædularij ſuis ſchædulis obligatoriis inſcribi curant hunc articulum, vel iſtarum allatori, ſicuti in ſuperiori exemplo commonſtrauimus, talis enim articulus vanos exceptionum fumos & prætextus eneruat, aut prorſus tollit, adeò vt tales tenacium ſolutorum prætextus, nullo modo ſint admiſſibiles, quin ipſi, illico tali allatori perſoluere, aut ſaltem conſignare (*b*) vulgò namptizare) debeant. Non enim Allator de ſui Domini mandato, de commiſſione, de procuratione, de literis, de hæreditate, de tranſlatione ſibi facta, aut de ſua fidelitate docere debet, aut commonſtrare quomodo ad eas ſchædulas peruenerit, quum ſchædula per ipſum allata, ſimpliciter contineat, Vel harum allatori, ſine ampliori additamento. Ideoque ipſi allatori illico perſoluendum erit, vel (vt dixi) conſignandum, & ſi ſolutoris tenax, aliquid ſiniſtri ſuæ non ſolutioni prætexere vellet, id ipſi tunc ſtatim probandum eſſet, alioqui ſolutio eueſtigio numeranda aut conſignanda. Quam opinionem hodie multi Iuriſconſulti mordicus & pertinaciter ſuſtinens,

A N-

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXXIII.

a. AD *eas literas peruenerit.*) Tractat eam exceptionem late etiam declarando, ſubiecta quoque eleganti ſynopſi, Merul. *prax. Hollan lib.* 4. *diſtinct.* 4. *tit.* 4. *cap.* 8

b. *Conſignare*) Rebuff. *ad. conſtit. reg. tom.* 1. *tract. de liter. oblig. articu.* 1. *gloſ.* 9 *præſertim num.* 33. de quoniam de articulo aut clauſula iſta (vel iſtarum literarum allatori) qua huiuſmodi exceptionum prætextus facillimè (vt hic tradit auctor eneruantur, ſatis ſuperque diximus ſupra, *cap.* 97. *toto.* non erimus (ſuperflua & leptologias vbique ſedulo euitantes) iſtic longiores.

CAPVT CXXXIV.

Exceptiones in materiis Euictionis, ſiue Guarandiæ.

SVMMAE.

1 *Guarandiſare quid ſit.*
2 *Ad guarandiam vacare quid ſit.*
3 *Guarandatio ſit* { *In materia reali.* / *Ex ſcriptis, & datis conſilijs.* / *Ex mandatis, & iuſſis.* }
4 *Guarandiſandi modus in materia Emptionis.*
5 *Emptor citatus ab aduerſario,* { *Primò petit diem conſilij.*
6 *Secundò, Dilationem, ad venditorem citandum ad Guarandiam.* }
7 *Emptor venditorem guarandiſaturum nominare debet.*
8 *Guarandationis petitio, ante Litis conteſtationem fieri debet.*
9 *Actor actionem ſuam ſeruat in reum ſuum aut in guarandiſantem.*
10 *Guarandiſans, ſe Reo contra Actorem aſſociat.*
11 *Reus contra venditorem recuſantem guarandiam, proteſtatur de damnis & intereſſe.*
12 *Emptor Litem perdens actionem habet in venditorem ſuam.*
13 *Venditore guarandiſante emptori, Emptor in Flandria ex Proceſſu delitur.*
14 *Actor Litem euincens, iudicati recuperandi actionem ſeruat in alterutram partium.*
15 *Quomodo magiſtratus citetur ad Guarandiam.*
16 *In Flandria, Magiſtratus Capitalis à guarandatione quomodo excuſetur.*
17 *Ciuitas Brugenſis ſub ſe habet ciuitates XXII.*
18 *Modus petendi Conſilium à Magiſtratu capitali.*
19 *Capitalis ſententia, quomodo Ciuitatibus ſubalternis tradatur.*
20 *Guarandatio an ex iuſſu ſuperioris ſit petenda.*
21 *Quando ſuperior mandans, Officiarij ſui exploitum approbat: Officiarius ex proceſſu deletur.*
22 *Guarandatio non cadit in materiam exceſſus.*
23 *Nemo guarandiſare debet, niſi volens.*
24 *In cauſis Ciuilibus cuiuis guarandiſare licet.*
25 *Procuratoribus guarandiſare non licet.*
26 *Guarandiam pro ſuo facto promittens, factum ſui prædeceſſoris includit.*

Digitized by Google

PRiuſquam hoc loco quicquam narremus de
exceptionibus in materia guarandationis,pri-
mò rudioribus commonſtrare oportet quid ſit
guarandiſare.

1 Eſt igitur guarandiſare (vt hoc barbaro, vſitato
tamen, vtamur vocabulo)nihil aliud quàm in cau-
ſa oppoſitionis ortæ, vel oriundæ aliquem ſecu-
rare, (a) de damno defendere, cauſam ipſius &
actionem in ſe recipere, ipſum liberare & indem-
nem reddere,& promittere ſe præſtiturum ſi quid
vendidit,ſcripto monſtrauit, aut aliquid iubendo
mandauit.

2 Ad Guarandiam autem aliquem ſummare, aut
citare,eſt ab ipſo iuridicè citato,petere vt ipſi præ-
dicta, ſcilicet, vendita, ſcripta, aut iuſſa præſtare
promittat,& ſe de damno orituro,vel orto defen-
dat,& indemnem reddat.

3 Ex quibus dictis iam notandum eſt,quod tribus
ex cauſis fere conſurgat guarandatio, ſcilicet in
materia reali,hoc eſt,in emptionibus & venditio-
nibus,& ſimilibus cauſis, (b) in ſcriptis,conſilijs,
& in mandatis ac iuſſis.

Hæc tribus exemplis commonſtratis clariora
4 euadent. In materia itaque reali emptionis, ac
venditionis aliquis citatur ad guarandiam rei ven-
ditæ,quando de ea re vendita, naſcitur aliqua op-
poſitio, ſic vt alius in eandem rem venditam ſibi
ius arroget,in toto vel in parte. Et quando is eun-
dem emptorem in ius vocat, vt empta deſerat, &
ea ſibi pacificè fruenda cedat, & permittat, tunc
enim citatus is Emptor, actoris talis libello audi-
to, & cognito, à Iudice petere primò poterit dila-
tionem ſiue diem conſilij (vti dictum eſt ante cap.
de dilationibus petendis) nempe, vt eò dilationis
& conſilij tempore, cum ſuis conſultet, quid ad
eam petitionem reſpondere debeat, qui dies ipſi à
Iudice non negabitur.

Et interea is emptor citatus,cum ſuis conſulta-
5 bit, & ſi ſibi expedire videatur, vt venditore ad
guarandationem rei venditæ euocet,tunc ante ex-
6 pirationem côceſſæ dilationis, † coram Iudice re-
ſpondebit, & petet diem dilationis, vt ſuum ven-
ditorē in ius ad guarandationē euocet,(c) id eſt,vt
ab ipſo citando venditore, cauſa intercipiatur, &
defendenda aſſumatur, ſic vt ipſe emptor indem-
nis permaneat.

Quam dilationem,ſed vnam, (a) & ſolā Iudex
7 ipſi denegare non poterit. Citato itaque illo ven-
ditore ad guarandiam quem volet, quem quę tunc
etiam nominare debet, (c) vt per legitimum libellū
8 petat à Iudice(quod ante litiſconteſtationē (f) fie-
ri debet) vt is Venditor, ad guarandationem pro
ipſo accipiendam, ſummetur & condemnetur.

Quod ſi is citatus Venditor ad guarandationem
compareat, & guarandiam promittat, tunc nouus
9 ille Actor,cauſam in ſe (ſi velit) à Venditore aſſu-
mit pro reo emptore,quem citauit Reumque libe-
rat(b) ita vt actionem futuræ litis contra Vendito-
rem guarandiſantem in ſe recipiat, & proſequen-
dam promittat,ſed id(vt dixi) ſi modò ipſi ſic pla-
ceat. Nam actionem ſuam ſeruare aut accipere po-
teſt, vel in ſuum reum,vel in guarandiſante.

Quocirca ſi Actor id nolit, hoc eſt, ſi nolit rem 10
habere cum Venditore guarandiſante; ſed potius
cum reo ſuo emptore, & cum quo iure de poſſeſ-
ſione litem intentat,tū citatus Emptor, duntaxat ſe
reo, vēditori aſſociat & adiūgit, cōtra turbatorem
citantē,procedendo tamē ſuis Sūptibus & expen-
ſis(b) ſicuti ipſis ſimul inter ſe conuenire poterit.

Si verò citatus venditor ad guarandiam non cō- 11
pareat, eo caſu Reus ipſum citans, & ab aduerſario
turbatore citante citatus,proteſtatur (i) de illa gua-
randationis recuſatione, & de omnibus expenſis,
damnis,& intereſſe euenturis, atque de ea non cō-
paritione,recuſatione,& de ſua proteſtatione iuri-
dicam capit actam, & ad actoris primi petitionem
reſpondere, vlterius procedere, & litem producere
pergit ſolus, & per ſe, ſed periculo citati vendito-
ris,non comparentis,adeò vt ſi Reus litem contra
Actorem amittat,tunc ipſi vera in dictum vendito-
rem guarandationem recuſantem, ab ipſo,propter
proteſtationem legitimè factam,competit actio,ad
repoſcendum omne damnum, & intereſſe.

Qui ſi Diues ſit, tenetur ad damni & intereſſe 12
reparationē,niſi id prius in contractu ſe non præ-
ſtiturum prælocutus fuiſſet.(k) Si verò Pauper fue-
rit, & non ſoluendo, is nihilominus ad guarandiæ
& damni cum intereſſe reparationem tenetur: ſed
quia ſoluendo non exiſtit, tunc is Emptor, qui li-
tem perdidit,in damno manet, quod cautius mer-
cari,(vt dici ſolet) debuiſſet.

In Flandria autem hæc Praxis ſeruatur, quod 13
quoties citatus ad guarandationē,cauſam in ſe ſuſ-
cipit,tunc Reus Emptor ex proceſſu deletur, qua-
tenus ipſe venditor guarandiſans, & cauſam in ſe
ſuſcipiens ad ſoluendum iudicata ſit ſufficiens.

Et quamuis citatus Venditor guarandiſando em- 14
ptorem ſuum)cui aſſociatus eſt) in proceſſu,contra
actorē turbantē coadiuuet,& alter eorum, vel am-
bo ſimul cauſa decidāt,ac litē perdant,tunc Actori
primo cōpetit optio ſiue electio,recuperandi ſuum
iudicatum ab alterutro illorū, aut ab ambobus ſi-
mul, ſicut id ipſi placebit. Et quod hic in materia
emptionis & vēditionis cōmonſtrauimus,id quoq;
in reliquis materialibus cauſis applicari licebit.
Cæterum cōtingit,vt Magiſtratus totus aliquando 15
ſummetur ad Guārandiā, ſcilicet dati Cōſilij(l) aut
ſententiæ cōmiſſæ, quod pro ſecūda Guarādationis
ſpecie hic poſitū eſto. Pro hac itaque notandū eſt,
quod ſi Senatus ſiue Magiſtratus inferior, vel ſub-
alternus, per appellationē vel per reformationem
ab aliquibus partibus opponētibus,citetur ad Pro-
uinciale

Digitized by Google

uinciale vel ſummum Concilium, tunc idem Magiſtratus inferior viciſſim ad Guarandiã in ius vocare poteſt, illũ ipſum Magiſtrũ ſuum ſuperiorem, nempe capitales Iudices: (vulgò *Hooft-vonneſſers*, aut *Hooft laſters*, aut expreſſius *Hooft belaſters*, à quibus ſuum conſilium, iuſſum, & mandatum, cũ ſententia ferenda (vulgo ſuum *Hooft vonneſſ.*) accipit, & tunc is ſuperior Magiſtratus citatus ad Guarandiam, debet illi inferiori Magiſtratui (cui ſententiam ferendam mandauit) contra partem appellantem guarandiſare, cauſam in ſe ſuſcipere, indemnitatem præſtare: niſi vellent dicere & defendere, quod ipſum recordum ſiue collectio proceſſus, coram ipſis male allata fuiſſet.

16 Sed hæc guarandatio non paſsim locorum obſeruatur. Nam in Flandria, ipſi quidem capitales Judices (vulgo *Hooft laſters*) vocantur quidem ad guarandam ſiue ad indemnitatem præſtandam ſed raro aut nunquam, ipſi eam guarandationem in ſe recipere volunt, nempe quod hoc onus & periculum, hoc eſt, ſuum ipſorum iudicium, relinquant illis inferioribus Magiſtratibus, qui ſententiam tulerunt, & pronunciarunt, licet eam ex Conſilio, Ore, & ſententia Superioris, ſolummodo pronunciaſſent. A tali enim guarandatione ſe ſuperior magiſtratus excuſat, per hoc, quod dicat ſuam datam inferiori Magiſtratui ſententiam, nil aliud fuiſſe, quam Conſilium, Opinionem, aut ad petitionẽ debitam quandam ſolutionem, & ſententiam reſolutoriam. Ideoq; ſe quoties eam clauſis literis ſententiam protulerunt, proteſtatos fuiſſe, ſuper ſaniori & meliori ſententia ferenda. Quæ quidem proteſtatio in rotula, aut in regiſtro, in omnem euentum annotari ſolet. Sed vt hoc loco clarius intelligantur, quæ de *Hooft vonneſſers*, aut de *Hooft laſters* iam diximus, vnico exemplo commonſtrabimus.

17 Eſt ciuitas Brugenſis Metropolis, & Caput 22. Ciuitatum, quas ſub ſe habet, quaſque in noſtra politia Brugenſi, nominatim expreſsimus.

18 Hæ quidem 22. inferioris, ſiue ſubalternæ Ciuitates, quæ non ſemper ſat doctos habent Penſionarios, aut Magiſtratus, qui in arduis negotiis ſatis tuto ſibi fidunt, ideo graues omnes, & perplexos proceſſus in cauſa coram ipſis concluſos, quos nõ ſatis intelligunt, & de quorum ſententia ferenda non ſibi ſatis fiunt, cum inuentario ad hoc decenti, & debito, firmiter obſignant, & cum ſuis deputatis ad Magiſtratum Brugenſem, velut ad ſuum legitimum Caput & ad certiorem in iis proceſsibus ſententiam habendã, ſicuti obſignatum fuit, deferunt, (*m*) & præſentant, ſimul ex ore, & mandatis ſuorum collegiorum, petentes à magiſtratu Brugenſi, tanquam à ſuo Capite ſuper iis proceſsibus, vel ſuper eo proceſſu oblato, & obſignato, Conſilium, Terminationem, & ſententia dignæ declarationem. Quam præſentationem cum obſignato proceſſu, magiſtratus Brugenſis acceptat, & eoſdem deputatos parumper ſedere iubet, mox collatis Suffragiis, eoſdẽ in camerã reuocat, ipſiſque per Graphiariũ Criminalem aut ciuilẽ, aut aliũ Penſionarium reſpondet, Domini Senatores probè intellexerunt petitionem veſtram, cui ſatisfacere in omnibus cupiunt, Ideoque vobis promittunt, quod veſtrum oblatum Proceſſum diligenter reuiſent, & cum matura cõſultatione eum terminabunt, æquã que ſententiam ſuper eo ferendam vobis dabunt, & mandabunt: permittuntq; vobis in omnibus aliis cauſis æquam adminiſtrare iuſtitiam, præterquam in hoc vno proceſſu oblato, & nondum per ſe terminato. Sed vbi eum mature terminauerint, de ea terminatione vos certiores reddent, voſq; accerſent, vt ab ipſis veſtrum Capitale, & primariũ Iudicium feratis. Hoc reſponſo accepto, dicti deputati domum ad ſuos redeunt. Interim Magiſtratus Brugenſis, eum Proceſſum reuiſit, & per ociũ mature abſoluit, & terminat.

Quo facto de eadem terminatione; & capitali ſententia, Acta iuridica, excipitur, & conſcribitur quæ in debitam formam redacta, in regiſtro inſcribitur. Deinde prædicti deputati reuocantur, in quibus eiuſdem Capitalis ſententiæ Acta à Magiſtratu Brugenſi, per dictum Graphiarium traditur, ſub his; Domini Senatores Brugenſes, veſtrum Iudiciale caput (vulgò, *v Hooft vonneſſers*) veſtrum proceſſum pridem ipſi, pro certiori iudicio, adipiſcendo exhibitum, reuiſerunt, & cummaturo Conſilio terminarunt, quem vobis iterum obſignatum, vna cum Acta Sententiæ ferendæ incluſa reddunt, vobiſque pariter mandant, vt eandem Sẽtentiam (*n*) proximo die Iuridico, & loco conſueto, poſthabitis omnibus aliis cauſis pronuncietis, & promulgetis. Pro hac autem Acta (vt iſtud obiter inſeram) Graphiarius non plus quàm 10 aut 12. ſtuferos exigere poteſt, niſi me mea hic fallat memoria. 19

Guarandationis ſpecies, vſu venit in mãdatis ac iuſsis, ex quorum obtemperatione naſcitur aliqua oppoſitio. Si enim Officiarius quiſpiam à ſe ipſo abuſus fuiſſet, aut in ſuo officio per errorem peccaſſet, idque ex mandato ſiue ex iuſſu ſui Domini & Magiſtri, & ſi ex talis mandati obſequio, naſceretur ab aliquo aduerſario oppoſitio, tunc is Officiarius poterit eundem ſuum Dominum & Magiſtrum iubentem, ſummare & citare, non quidem ad guarandizandum, ſed ad ſuum explotum aut approbandum aut reprobandum. 20

Et ſi Dominus aut Magiſter citatus tunc comparear, & approbationem in ſe recipiat, tunc Officiarius ex proceſſu deletur; niſi ipſe in eo exploto, vel executione, ſimul aliud delictum, aut exceſſum commiſiſſet. 21

Hoc

22 Hoc loco autem de Guarandatione paucula notanda ſunt. Primo, Quod in materia exceſſus nulla cadat Guarandiſatio.

Secundo, Quod nemo guarandiſare debeat niſi
23 velit. *(o)*

Tertio, Quod in cauſis ciuilibus, omnes guarādiſare
24 poſſunt, dūmodo ipſi velint, non minus Clerici *(p)* quam Laici, aut alij quius extranei, qui omnes ad Guarādationem præſtandā ſunt admiſſibiles etiam ſi cauſa, per eam guarandiſationem, deueniret ad certam manum. Quin & hoc ſciendum eſt, quod Clerici, aut alij quiuis extranei ad ſe guarandiā accipientes, Cautionem de iudicato ſoluendo (quatenus Pars is deſiderabit) dare debent, *(q)* niſi fortaſſis iidem ſint ciues Brugenſes, aut ciues alterius oppidi priuilegiati, in quo huiuſmodi ciues ob bona immobilia & mobilia, quæ ibidem poſſident, priuilegiati ſunt, adeo vt à dicta cautionē de ſoluendo iudicato, prorſus excuſentur.

Quarto, Quod nullus Procurator eſt admiſſibilis ad guarandiam, defenſionem, atque indemnitatē præſtandam, niſi ad hoc ſpeciale *(r)* haberet mandatum & procuratorium. 25

Quinto, notandum eſt, quod ſi quis de ſuo facto tantum promittat Guarandiſationem, tunc ea promiſſio etiam in ſe comprehendit factum ſui prædeceſſoris, ſic vt queadmodum tenetur ex perſona ſua, ita etiā teneatur ex perſona eius cui ſucceſſit. *(ſ)* Ita & Barto *l. Si ſeruus, 2. in p. incipio. ff. de condition. furti*, & Alexan. ibi in Apoſtillis, qui plura ad hoc allegat, quæ diligenter notanda ſunt. Et hac de re ſæpe quoque interrogatus, idem reſpondi, & conſului. Cuius ratio aperta eſt & clara, quod defunctus, & Hæres, in iure vna eademque perſona cenſeantur, *l. Finn.* vbi notatur per gloſſam & Doctores, *C. de Hære. ib. inſtituend.* 26

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXXIV.

a. S*Ecuṙare.*) Guarentare vox eſt Tuſca, & ſignificat firmare conſtabilire, vtque vulgo dicitur aſſecurare, vti poſt Bald *nu*, 1. Baro à Taurēb. *ad cap. vnic §. et ſi autem inter partos, num. 2 in fin. de l g* Corrard *in vſib. feud vel defendere*, vti Rebu. *ad conſti reg. tom. 3. tract de dilat. art 2 glo. 1, nu. 4. vbi garand* non deduci à verbo hebraice (vt quidā volūt) ſed gallicum eſſe.

b. *Et ſimilibus cauſis.*) in omnibus rebus quæ ad nos transferuntur iuſta de cauſa; ſi auferantur nobis, dantem de euictione teneri, declarat latè (in euictionis ipſius explicatione definitionis) Sicha. ad rubr. *C de euict. num. 9 limitando nu. 12. in fin.* in rebus mobilibus, immobilibus, corporalibus, in corporalibus, vel vniuerſalibus, quæ tamen titulo oneroſo, aliter atque ſi lucratiuo, ad aliquem peruenerunt, & voluit Ferrarien. *in form libell. in cauſa vendit a i verb promittens de euictione, num. 2. cum ſeqq cum poſtil* & VVurmbſer. *obſer. 1. poſt pr nci. tit. 32 & obſ. 2. in fin eodem tit. 32.* quod in omnib. contractibus oneroſis debeatur euictio Gomez latiſſ. declarado & reſtringendo, *var. reſo. tom 2 c. 2, num 33 cum ſeqq.* (Sic præterea) regulariter cohæredes de euictione obligari, per tex *in l ſi familiæ*, vbi doct communiter, *C. famil. her. ſecund.* poſt Barr *in l.* qui Romæ, *§. duo fratres, num. 27 & inibi* Zaſ. *num. 15. ff. de verb oblig.* aliosque etiam Gail. limitando, *lib 2. obſ. 139. num. 15.* Sed & re inſolutum data euicta, agi ex contractu dationis inſolutum, non ex primæua actione, Viu. *dec. 528 num 7.* poſt Vinc. de Franc *dec. 50 ſub num. 2 vbi num. 7.* limitatur ex SC. quando inſolutum recipiens reſeruaſſet ſibi antiqua iura. Quin & accipientem rē debitoris inſolutum ex auctoritate iudicis, licet nihil eo cautum ſit per debitorē de euictione, tamē ex natura negotij paratam habere actionem ſi quādoque res euincatur, *per l. litera. 8. Co. de ſent. & interl omn. iud. l. ſi prædium. 4. & ibi Bart. C. de eui.* poſt *Afflict dec 8, num 4.* latius ex SC. quoq; Anto. Fab. *lib. 8. C. tit. 30. defin. 28.*

c. *Euocet.*) Quomodo huiuſmodi denunciatio fieri debeat, Ferrarienſ *ad dict. verbum promittis de euictione, nu. 8* Iaſ. latiſſ. *in l. non ſolum, § morte, nu. 38. cum ſeq ff. de oper. nou nunciat.* Decian, *conſ. 67. nu. 1. cum ſeqq lib 3.* Alciat. *ad le. de teſtatio, 40 ſub num. 63 cum ſeq. ff. de verb. ſignif.* vbi tametſi ſciat venditor litem motam, tamen receptius eſſe, hanc incitationem eſſe neceſſariam; per *le. qui abſentem, ff. de procur* Iaſ. remiſſiue *nu 40. poſt* Bart. *nu. 52 in d. §. morte & alios.* Tholoſ. *dec. 407.* *Capyc. dec. 106. num. 1. cum ſeq.* Gomez *d. tom. 2. var reſ cap. 2. nu. 39. verſ item adde quod in tantum*, VVurmſer. *d. obſ. 1. verſ. tamen ad hoc tit. 32.* Villalob. *in com. opin. liter. E num. 38.* Soar. extendendo recept. ſent. il. eſt *in lit. E. num 150 cum ſeq. & nu 243.* Viu. *ex eo m opin. lib. 1. verb v. aliter licet.* Fachin *ex communiori, cōtrouerſ. iur, lib. 2. cap. 25. verſus fin.* Mudæ, *ad le. 1. §. venditor, ad fin in tit. de act. empt. & vendit*, ibidemque *ſub c. quando remittatur ſtipulat. n. 60. cum ſeq.* poſt relatam hac in re quorundam diſtinctionem, appoſitiſſ. ſubiicit; Sed de his (inquiens) non multum curandum eſt, cum vſus iudiciorum vbiq; ferè inualuerit, denuntiationem hanc fieri per apparitorem aliquem eius curiæ, & ſæpe quidem per literas iudicum coram quibus lis inſtituta eſt (vt *& d. art. 511. ord. curiæ Brab.*) quæ huiuſcemodi interpel-

Digitized by Google

terpellationem ſuſcipiendæ defenſionis fere continent, & non comparente venditore ad defenſionem litis, euocatio fit contra abſentem, & ſolennis proteſtatio, quæ actis iudiciariis inſcribitur, deinde luculenter docens, cui, quoque modo fiat denunciatio, nimimirum venditori, eiuſque ſeruo, hæredibus, etiam pupillis, omnibus quoque & ſingulis, aliiſque. Couarr. eleganter itidem docens quomodo fiat denunciatio, *lib.4. var. reſol cap.*17.*num.*3. cum ſeqq. itidem *in rele*[a]. *cap. quamuis, part.*1.§.4. *in* 5.*ad fin.* & quamuis, etiam Mudæ. *d cap. quando committ ſtipulatio, num* 59. & nouiſſ. Fachin. *controuerſ iur lib.*2.*cap.*35.*nu.*1.*que. poſt* Bart. *in d.* §. *morte, nu* 51. alioſque, velint, non ſufficere ſimplicem denunciationem, ſed neceſſariã ſimul interpellationem, vt venditor ad defendendum veniat: tamen Couarr. *d.ca.*17.*nu.*3.*in fin.* reprobat eam opin. (licet com. fateatur) cenſetque ſufficere ſolennem denunciationem ab emptore, cum publico propoſitæ actionis teſtimonio, factã venditori, etiamſi expreſſim is requiſitus non fuerit, vt emptorem defendat, poſt Alex. *num.*45.*in d.* § morte alioſque & latius ètiam, hac de re Fachin. *di.cap.* 35. *in* 2.*queſt* & *cap.*26. Muſcat. prax. ciuil. *part.*3.*gl. verb. pari paſſu num.* 2.*cum ſeq. rurſus nu.* 13.*cum ſeqq.*

d. *Vnam*) Rebuff. *d. tit. de dilitation. art.* 1. *gloſſ* 1. *num.*1. & *artic.*3.*gl. vn. nu.*1. & *ſub nu.*12. Imbert *inſtit. Forenſ. lib.* 1.*cap.*20, *ſub init.* & *in gloſſ. verb. ſuppetant verſ. quod vero diximus.*

e. *Nominare debet.*) Tex. *in l.ij.C. vbi in rem. act.* Coſtal. poſt gloſ. *vlt in l. officium,* 9. *verſus fin. ff. de rei vind.* quanquam vero Sichard. poſt alios, *in di. l.ij. ſub num.*5. velit, poſſeſſorem alienæ rei, ſemper habere exceptionem etiam declinatoriam, qua poſſit vti dicendo, non teneor tibi reſpondere, (aut quod nolit defendere) quia res ſit alterius; certum tamen eſt, non ſolum nominare dominum, ſed & in praxi, ſummare, ſiue in ius ad defenſionem vocare, debere, id quod eleganter demonſtrat Imb. *d. lib.*1. *inſtit for. ca.*20. *in d. gl. verb ſuppetunt, verſ. illud autem ex facto incidit* his verbis, quidam cum fuiſſet conuentus, alterius nomine dicit ſe poſſidere, proinde temere in ius vocatum; petitque iudicio abſolui, & actorẽ vero obſiſtit, ac contendit illum oportere dominum non modò nominare, ſed in ius ad defenſionem accerſere: iudicatum eſt (inquiens) vt reus domino litem denunciaret, eumque ad cauſam vocaret ſuſcipiendam: quod equidẽ (ſubiiciens) rectiſſimum puto; nam id aperte loquuntur verba *l ij.C vbi in rem act* & *que ſequuntur.* In quam ſententiam pulchre ſcribit Rebuff. latius declarando, *d. tract de dilat. artic.*2 *gl.*1.*num.* 5. & ſeqq. praxin habere nominationem & ſummationẽ; eademque in plurimis etiam differre docens ibidem *art.*3 *glo. vn. num,* 6. *cum ſeqq.* & voluit Marant de ord. iud. *part.*6.*memb.* 5.*ſub num.*1. Mynſinger. *cent.* 3.*obſerua.*24 *in princ.* Eſtque apud nos, in eam rem, *art.* 511. *ordin. cur. Brabant.*

f. *Ante litiſconteſtationem.*) Text. *eſt in c. vlt.* §. *in aliis. in verb. debet ſtatim in iud. Dominum nominare vt lit. non conteſt* & *in ll.ij.* vbi Bart. *nu* 14. *Cod. vbi in rem act.* aloqui ſi ſe liti obtulerit condẽnabitur *l is qui ſe obtulit,* 16.*ff. de rei vind l. qui ſe liti,* 48. *ff. de petit. hered* Marian limitando, *in d c. vlt* §. *quod ſi ſuper nu.*118 Marant. *d. part.*6 *membr.*6 *numer.*1. *ad fin* Rebuff. limitando, *tom.*3.*conſtit. reg d art* 3. *glo. vn nu.*2.*cum ſeqq.* Ludou Luc. *dec.*34.*num.*6 & *ſeqq.* Mudæ *d c. quando committatur. ſtipulatio, nu.* 69.*cum ſeq. in d. tit. de action empt* Menoch. recuper. poſſ. remed. 15.*num.*490. cum ſeq. ex comm. quoque limitando *de arbitr. iud. l b.*2.*caſu* 476.*num.*2. *cum ſeqq vbi nu.* 4. & *ſeq.* voluit id quoque procedere, antequã aliquid reſpondeat, etiam proponẽdo aliquam declinatoriam vel dilatoriam (iudicis tamen arbitrio.) Id quod omnino aduerſaretur iis quæ docet hic auctor inferius, *in ſeq nu.* 3 *in verb. poſt hanc autem loci inſpectionem &c.* & tutum inſuper non videtur: quoniam antẽ litiſconteſtationẽ nunquam poſſit dici ſe liti obtuliſſe: quum poſſit pœnitere, vt in *d. l is qui ſe liti in fin.* & *inibi gloſſ. in verb. diſceſ.* & docet Coſtal. *in l. ſi is qui* 7. *verſus fin. ff. de rei vendic.* Neque mouet inconueniens illud quod admiſſa recepta opinione ſequeretur, quod poſſeſſor conuentus, aliquibus exceptionibus dilatorijs, poſſit fruſtrari & eludere actorem, vt puta excipiendo iudicem illum non eſſe competentẽ, vel actorem non habere legitimam perſonam ſtandi in iudicio ſimilemue exceptionem aliam proponendo qua actor valde vexaretur, & tamen ſalua adhuc eſſet facultas illi reo nominandi. Etenim quemadmodum ante litiſconteſtationem poteſt obiicere aliam dilatoriam aut declinatoriam, vt dictum eſt, itaque hanc nominationis exceptionẽ, quæ eſt quædã declinatoria, vt apud Maria. & alios vbi ſupra, poteſt quidem Iudex præcidere, atque adeo reiicere huiuſmodi exceptiones calumnioſas certumque tempus aſſignare, infra quod omnes dilatoriæ proponantur, iuxta *cap. paſtoralis* vbi *no. de except.* ſed quomodo etiam poſt eas appoſitas ante litem conteſtatam nominationem non admittat nõ video. Limitant autem illi omnes qui ſupra, ſi quẽ vellet nominare vt aſſiſteret; ad effectum vt poſſit nominans nominati defenſionibus vti; & tunc nominãs non ſe exonerat lite, cum per conteſtationẽ ſit obligatus ex quaſi contractu, *l.i.* §. *idem ſcribit. ff. de pecul.* Et ſic apud nos, ante litiſconteſtationem nominatus cauſam ſuſcipit, poſtea vero ſe reo adiungere poteſt, vt latius *in d. art* 511 *ord cur. Brab.* vbi etiam ſtatuitur, durante termino reo ad ſummandum ſiue denunciandum dato, ſupercedẽdum eſſe in cauſa principali, ſi ante litem conteſtatam nomi-

nominatus auctor fuerit;aliter atque ſi poſt,qua de re etiam apud Myſing. *d. centur. 3. obſ r. 24. verſus fin.* poſt Marant. *de ord. iud. part. 6 membr. 5 numer. 4*

g. *Rem ſi liberat*)Tunc libellum priorem,adperſus hunc comparentem,renouandum ; conuentū- que nominantem à iudicis inſtantia abſoluendum poſt Bart. & Bald.*in l. ij.C.vbi in rem act.* aliosque Marian *in d.cap. vlt.§.quòd ſi ſuper,num. 126. verſ. 2. quaero.* vt lite non conteſtat. rationem addens quòd ex libello iam porrecto, contra nominantem concludente,condemnari nequeat nominatus,arg *cap.licet Heli,de ſimon* adeoque dimittendum nominantem,qui non teneatur vlteriùs eſſe in iudicio,per *l. neque impuberes, 22.§. 1.ff. de in ius vocand.*idemque Dec. *conſ 62 num. 2.verſus fin. & ſub num. 3 &* voluit Rebuff. *d.tractat. de dilation. art.4 gloſſ vn num 6.* Marant.de ordin *iud. part.6. membr 6 ſub num. 1.* Ludouic. Lucenſ *dec. 34.num. 2.* Muſcat.*prax.ciuil part 3.gloſſ verb.nominet,nu. 24.& gloſſ ſeq.verb.pari paſſu num. 5 cum ſeq* adde is tamen illud quod dicitur de dando nouo libello,in praxi non ſeruari,ſed ſufficere. vt primus libellus porrectus aduerſus nominantem , dirigatur contra nominatum, vt voluit etiam Dec *d.conſ. 62 ſub num. 3.ex ſententia Caſtrenſ in d l. ij.* poſt Alber.ibidem. Et his conſonat apud nos;*artic.514. poſt princ.ord. curia Brabant.* Abſoluiturque per ſolam nominationem conuentus , vt neceſſe non ſit probare quod poſſideat nomine alieno niſi velit agens probare quod fieret in fraudem nominatio;tunc poſſet aſſumere onus probandi, & ſi conuinceret nominantē mendacij, poſſit ad ſe auocare poſſeſſionem.iuxta *l.vlt.ff.de rei vendic.* Mariā. latiſſ.*d.§.quod ſi ſuper 8.princ art ſub numer. 119.* Marant *d.membr. 6.ſub num.1.* Ludouic *d.dec. 34. ſub num.1 cum ſeq.* Muſcat. *d part.3 gloſſ pari paſſ. ſub num.8 cum ſeq.*voluitque latè Menoch. *d. rem. 15.num.494.*& ſeqq.licet aliter ſentiat & Sichard. *1.d.l.ij num 9,* Et hæc quidem in domini nominatione,aliter atque in laudatione auctoris in quibus de iure com.diuerſimode,non pari paſſu,proceditur,vt tractat late Muſcat *d gloſſ pari paſſu*,præſertim,*numer 5.* quemadmodum hi termini inter ſe differant, vt docet ibidem Muſcat.*d.gloſſ nominet, in princ.*poſt Marant.*d.membr 6.in princ.* (licet ea differētia,paſſim confundatur vt per Rebuff.*d.tractat.de dilat.art.1 gloſſ 1.n.2.& 3.* Laudato quippe auctore non cogi actorem vt inſtitutam contrà emptorem actionem innouet,hoc eſt,cōtra auctorem ſiue venditorem inſtituat,per *l.ſi mandato,45. §.1.ff mandat.*veruntamen cogi poſſe vt admitteret venditorem,tanquam emptoris procuratorem ſed tamen ſine nouatione,id quod magni effectus eſt, vt demonſtrat poſt alios,Sichard.*in d.l.1.num. 8.C.vbi in rem act.*Franc,Marc *ex eo n,dec.293.ſub num.1 lib.1,*in nouis copioſe Grammat,*dec.21.num. 2.*licet contra gloſſ.in *d.l. 2. ad verb,contra poſſidentem*,quam ſequitur ibi quoque Iab.in princ.latè Gomez *var.reſol.tom.2.cap 2.num.39 verſ item adde quod venditor.*

h. *Expenſas*)Auctorem laudatum, lite pendente, & re nondum euicta,teneri ſubminiſtrare expenſas litis emptori,& ad hoc poſſe conueniri & cōpelli,poſt Bart *in l.qui abſentem 75 ff.de procur* latè Marant,*d part.6.membr.5 nu 8.*& poſt alios quoque Marc *dec.583.num.1.& 3 lib.1 & d.dec.293.n. 3.cum ſeq lib.1.vbi num.4.in fi.* inde verificari ſtylum ſuæ & aliarum inferiorum curiarū, quod etiam vocato venditore,aut alio auctore qui aſſumat in ſe cauſam,tunc facta litis conteſtatione,liberetur reus à media cauſa;eoque caſu auctor ſubminiſtret licet aliter ſentiat & Gomez.*d.tom 2.cap.2.num.39. verſ* item quod vēditor vel auctor. Quod verè adiicit Marc.*d dec. 293 num.4* maximè teneri venditorem pendente lite ad expenſas neceſſarias ad inſtructionem cauſæ, vt in teſtibus, inſtrumētis aliiſque documentis actiuibus, quibus cauſæ inſtruitur, non verò ad expenſas ſcripturarum & articulorum,vt per Caſtrenſ.& Alex. *ſub nu.1 in l. venditores,101.ff.de verb.oblig.* Huiuſmodi opinationē tamen,ex aliorum quoq; ſententia,ceu duram, ſibi non probari,non immeritò,tradit nouiſſ. Fachin. *contr.iur.d.lib 2.cap.39.verſus fin. in ii. quaeſt.* quia defendere in iudicio;id ſit facere quod dominus ſit facturus,*d l.ſed etſi,§.defendere,ff.de procur.* ideoque cum venditor monitus emptorem in lite mota debeat defendere,*l.ſi plus,74 §.mota ff de euict. & d l.qui abſentem,de procur.*omnia facere teneatur quæ ipſe emptor eſſet facturus, iudiciumque in ſe ſuſcipere, & omnes ſumptus ſuppeditare qui ſunt in cauſa neceſſarii Ibidemque Fachin. *in princ.* poſt Bart. & alios,aduerſus Bald &.Cuman.*in d l.vēditores*,Gomez,*d cap. 2.num 47* aliosque cōmemoratos,appoſitè defendit,emptorem,ſecundum quē pronunciatum fuit in lite mota de dominio rei vēditæ,expenſas litis repetere à vēditore,ſi ab aduerſario eas nō recuperauerit,quia videlicet fuerit abſolutus, & ante eum quoque Natt ex com.latè declarando,*conſ.232 ſine penul.lib.1.* voluitque Cran, *conſ.234.num 2.*licet aliter paulò ſentiat Zaſ.*ad d l. venditores,num.8 cum ſeqq.*& Teſſaur,*dec.85.num. 3.in fin.*Verùm in Francia,expenſas litis in auctorē iudicatas , in ipſum qui laudauit eum , non poſſe mandari executioni,niſi condemnatus excuſſis facultatibus reperiatur non ſoluendo,teſtatur ex SC, aut areſtis latiùs Imbert *inſtit.forenſ lib.1. cap. 20,* præſertim *in gloſſ ad verb ſup.etant, poſt princ.* vbi deinde adijcit,conſtitutionibus regijs cautū eſſe, vt omnis ſententia in auctorem lata,poſſit in eum à quo ille laudatus eſt,executioni mandari, perinde atque in auctorem;niſi quatenus ad litis ſumptus

& damna

Digitized by Google

& damna pertineret: horum enim nomine liquidatio & executio, in ipſum duntaxat auctorem, fieri præciperetur. Sic fere apud nos, in ſubalternis præſertim tribunalibus, condemnatur interuentor ſiue auctor in expenſis, reus verò in principali petitione vt ſit conformis executio, ſecundum Io. Fab *in §. vlt. ...* (*mili*) *4. inſtit. de ſatiſdat.*

i. *Proteſtatur.*) Ita quoque, ſi laudatus auctor die præſtituto deſit, vel actionem in ſe ſuſcipere nolit, proteſtari reum, ſe ab illo repetiturum quanti ſua intererit non defendi, docet Imbert. *d. cap. 20. poſt princ.* vt & latius, quomodo hoc caſu petat & concludat nominans tractat Reb. *d. tit. de dilat. art. 2. gloſſ. 1. num 24. rurſus num. 17. & art. 4. gloſſ vn. n. 5.* idemque, quantum ad ius com. ſimul & praxin, latè Muſcat. *d. gl. pari paſſu num. 10. cum ſeq.* Eſtque apud nos *art. 513. ord ſenatus Brab.*

k. *Prælectus fuiſſet.*) Si expreſsè conuentum ſit, de euictione, inter contrahentes, ſimpliciter ſtari debere conuentioni, tradit Mynſinger. *centur. 6 obſ. 37 nu 1. & eſt tex. in l. ſi cum fundum 126. vbi Reb. ſub init ff. de ver. ſignif.* & hunc primum, inter alios caſus, in quibus venditor non tenetur de euictione licet ei denunciatum ſit, enumerat Gomez. *var. reſ. tom. 2. cap 2. num. 39. verſus fin. verſ. notandum tamen eſt,* quando ſcilicet disertè cōuentum eſt, ne teneatur de euictione, idemque voluit Burſat. *conſil. 307. cui initium, caſus domini, nu. 16.* idque intelligendum, ſi fuit venditor ignorans, vt tunc ad precii reſtitutionem tantum teneatur: ne in damno ſit emptor, & venditor cum aliena iactura locupletetur, Coſtal. in *l. emptorem,* aliâs, ex empto. 11. § *qui autem, poſt princ. per illum tex. de act. empt.* Couar. *reſol. lib. 3. cap. 17 num. 2.* Imbert. (licet aliter ſentiens in limitat ſeq.) *in enchir. iur. Gall. verb. euictione, verſ porro idem Bald.* niſi tamen dictum ſit ſpecialiter, quod nec ad precium teneatur aut de vlla alia actione vt *poſt gloſſ & alios in l. non dubitatur, C. de euict. Sichard. num 4 & ſeq.* Gomez. *d. cap. 2 num. 36. verſ niſi ſpecialiter,* ibidémque ſecus, ſi ſciens fuit vēditor, tunc enim teneatur ad omne id quod intereſt, ratione doli, & idem Coſtal. *in d. §. qui autem, ſub init.* vbi eam ſententiam ſic exaudiri vt procedat, quando pactum eſſet generale, quod nolit teneri de euictione; aliter atque ſi ſpeciale, quod nolit teneri ex certa cauſa, vel perſona; quia tunc re euicta ex illa cauſa vel perſona, non teneatur, indiſcriminatim ſiue fuerit ſciens, ſiue ignorans; quia tali caſu videatur certior factus emptor; vnde ſit ſibi imputandum arg. *l. ge 1 §. 1 ff. de ædil. edict. cum concord.* latè Gomez *ex com. d. nu. 39. verſus fin. verſ. quod iterum ſubintellige* Roman. *ſingul. ar. 182. cum aliis Marſil. ſingul. 656. & com.* fatetur, licet aliter ſentiens, Couarru. *d. cap. 17. ſub numer. 2. libr. 3. reſol.* vt & Molinæ. ad Dec. *conſil. 281. ad verb. defunct, ſub numer. 8 poſt princ.*

l. *Dati conſilij.*) Quomodo in cauſa damni dati locum habeat nominatio, Marian. late *in d. c. vlt. §. quodſi ſuper. in 6. princip. art. 7. 8. num. 117.*

m. *Deferunt.*) Gelriæ & Tranſiſulaniæ (patriæ ſuæ) Belgicæ prouinciarum, receptam hac in re conſuetudinem recenſet Buſi. *ad l. præſes prou. ncie 6. nu. 3. ff. de offic. præſ. & ad l. 1 n 10. ff. de iuriſd omn. iudic.* qua prætores ſeu magiſtratus pagorum, cauſarum quidem ſummariam cognitionem habent, & in leuiſſ. rebus interdum interloquuntur, ſed ad ſententiam ferendam, vel interlocutionē etiam alicuius præiudicij, eligere iudicē ex circūſtantibus tribunalibus tenentur; ei enim commendantur acta, quæ deinde cōmunicat cū iuriſconſultis, atq. ita nomine quoque ſuo, ſubſcripto tamen nomine ac manu iuriſconſulti vnius aut plurium, ſententiam pronunciandam ad iudicem refert. Noſtris vero moribus, non vtuntur huiuſmodi iudicis electione, ſed per priores magiſtratus, proceſſum obſignatum, ad iuriſperitos, aut in cauſis grauioribus, vel iuriſperitis pleriſque alioqui de conſilio aut patrocinio prius præſtito ſuſpectis, ad ſuperiores metropolis iudices deferunt, vt hic fere per auctorem. Eſtque in eam rem *artic. 501. & 500. ordin. curiæ Brabant.*

n. *Vt eandem ſententiam*) Sed aduertendum eſt, præſertim in huiuſmodi ſententiis aut reſponſis quæ à iuriſperitis priuatis redduntur, reſpondiſſe Angel. *conſ. 250. n. 3. verſ nunc. defendo.* quod licet conſultorum conſilium fuerit ſcriptum, & pro tribunali recitatum, iudexque illud ſequutus, pronūciauerit, in omnibus & per omnia, prout in illo conſilio continetur; quia tamen non appareat in ſcriptura ſententiæ quod iudex pronunciauerit in ſcriptis, ſententia nullam eſſe, per *l. & ij C. de ſent. ex breuic. rec.* non enim ſufficere, ſententiam ſcriptā eſſe inter acta, niſi in ſcriptis lata ſit per iudicem, iudicantem diffinitiue, aut de ſcripti recitatione facta per alium, vt ille inibi latiſſ. & in eam ſententiam ſcribit Marant. *de ord. iud. part. 6. tit. de ſen. ex. 13.* euenire ſolere, in terris & ciuitatibus ſuis, vbi ſunt iudices idiotæ, vt quando velint diffinire proceſſum aliquem, mittant ad iuriſperitum pro conſilio, & ſecundum illud conſilium proferant ſententiam; illud ſolum legendo; ſed non valere, imo nullam ſententiam latam reperiri, quia legendo conſilium illud non ſit ſententia, cum ſit votum vnius doctoris priuati iuriſdictione carentis, ſed neceſſe eſſe, vt antequam legatur conſilium, ſcribat iudex in conſilij calce, nos talis iudex pronunciamus, vt in tali ſupraſcripto conſilio continetur: & iſta pauca verba ad conſilium relata, facere ſententiam, vt id voluit & Ang *d. conſ 250. n. 3. ad fin.*

o *Niſi*

o. *Niſi velit.*) Vti nec nominare reus debet niſi velit, Marian. dicens meræ facultatis eſſe nominationem, *in d. cap. vlt. §. quod ſi ſuper, in princip. num.* 105. *poſt gloſſ. ibidem, in verb. mobilibus, & alios, & gloſſ. in d. l. ij. in verb. debet, & alios C. vbi in rem actio.* declarando tamen vt verum ſit præcisè; aliter atque conditionaliter & cauſatiuè; videlicet ſi velit vitare iudicium & damnum proprium: quia ſic debeat tunc dominum nominare, *arg. l. ſi is qui obtulerit,* 7. *& l. is qui obtulit,* 26. *ff. de rei vend.* alioqui enim, ſi nominare omittat, vel contumax fuerit, domino non nocebit, ſed ipſe tenebitur ad id quod intereſt, & ad expenſas, vt per eundem Marian. latiùs declarando, *d. §. quod ſi ſuper,* 14. *princip. artic. num.* 112 ſequiturque Rebuff. *d. tractat. de dilat. artic.* 4. *gloſſ. vn. num.* 14. Sic itidem nominatus vel auctor cauſatiuè debet (vt loquuntur) guarandiſare ſiue defendere, ſi nimirum volet vitare iudicium, neque procedi vt late per Rebuff. *dict. tract. de dil. §.* 5. *glo. vn. num.* 1. *cum ſeqq.*

p. *Non minus clerici*) late hac de re Fab. *ad §. vl. ſub num. (mihi)* 3 *inſtit. de ſatiſd.* vbi deinde de extraneus itidem, *verſ. quod ſi alienigena.*

q. *Dare debent.*) Tholoſan *dec.* 360. *cum apoſt.* Aufrer. Imo & domicilium ſimul eligere tenentur, vt poſt Fabr. *in §. vlt. num.* 7. *ad fin. inſt. de ſatiſda.* tradit Rebuff *d. tract. de dilat. art.* 4. *gloſſ. vn. nu.* 11. Voluit itaque auctor noſter clericum nominatum auctorem, non poſſe forum declinare, & licet aliter ſentiat, poſt alios quoſdam, Caſtrenſ. *in dict. leg. venditor, num.* 2. *de iud.* Aret. *in §. actionum. nu.* 19. *inſtit. de action.* Capyc ex SC. & ſtylo *dec.* 197. *num. nu.* 7. Grammat. ex SC. quoque *dec.* 11 *tota.* Vinc. *de Ann. ſing.* 45. aliique diſtinguant, vt docuimus ſupra *cap.* 124. *num.* 27. *ad verb. clericus.* attamen, vt ibidem quoque probauimus, prior opinio auctoris eſt commemoratos. probat & Aufrer. ex ſtylo *in d. dec.* 360. *ad fin. & in tract. protest. iudi. ſecular. in cler. in §. fallen. num.* 6. & Rebuff. in eodem tract. *quando ſecul.* poſsit cognoſcer. *de eccleſ. nu.* 71. eidemque *d. tract. de dilat. art.* 4. *gloſſ. vn. num.* 8. Imbert. è ſtylo, *inſtit. Forenſ. libr.* 1. *cap.* 21 *cum gloſſ. verb. c. pium,* Gail. veriosem, *com. & in camera* Impera. receptam aſſerens, *lib.* 1. *obſer.* 37. *nu.* 7. & nouiſſ. Fachinæ. *controuerſ. iur. lib.* 2. *cap.* 38. *in* 2. *quæ. verſ. illud etiam.* Buſi. *ad l.* 1. *num.* 17. *ff. de iudic.* vbi ita moribus ſeruari præcipue in Gallia & Germania.

r. *Speciale.*) Imbert. *inſtitut. Forenſ. libr.* 1. *cap.* 20. *verſus fin. verſ. planè ad defenſionem.* Rebuff. è ſtylo & SC. declarando; *d. tract. d. dilat. artic.* 2 *gl. num.* 15. *cum ſeq.*

ſ. *Eius cui ſucceſſit.*) Alexand. *conſil.* 18. *numer.* 10. *in fin. cum ſeq.* rurſus *numer.* 15. *libr.* 5. Boër. copioſè *dec.* 67. *numer.* 3. *cum ſeqq.* qui idem volunt (vt nimirum auctor vel deceſſor non excludatur) etiamſi dictio taxatiua adijciatur; *Iaſ. in l. vn. numer.* 9. *ff. ſi quis ius dicent.* non obtemp. *& in l.* 1. *§.* 1. *vlt. verſus fin. ff. ne quis eum.* Ferrar. *in d. forma libell. in cauſa vendit. ad verb. promittens de euictione, numer.* 9. *ad fin. & in apoſt. priore, verſus fin.* Cremenſ. *ſingul.* 31. & limitando, *ſingul.* 157. *Marſil. ſingul.* 475. *cui init. non eſt* Dec. *ad l. haeredem,* 59. *numer.* 6. *ff. de reg. iur. conſil.* 213. *ſub numer.* 6. *& latiſſ. conſil.* 281. *numer.* 8. *cum apoſt.* vbique eleganter Iaſ. *numer.* 9. *& poſt alios* Zaſ. *in l. ſtipulatio iſta,* 38. *numer.* 23. *cum ſeqq. ff. de verb. oblig.* Alciat. pulchrè declarando, & limitando, *ad d. l. ſi cum fundum,* 126. *numer.* 3. ibidemque Rebuff. limitando quoque, *verſ. aduertendum eſt, de verb. ſignif.* Euerard. *in loc.* 111. *à natur. diction. taxat. verſ.* 4. *limitatur,* Tiraquell. *de retract. conuent. §.* 1. *gloſſ.* 6. *numer.* 4. *cum ſeq.* Crauet. *ex com. conſil.* 428. *ſub numer.* 9. *cum ſeqq.* Viu. *in com. opin. verb. venditor promittens, num.* 1. *vbi numer.* 2. licet ob dictionem taxatiuam, his verbis, promitto pro facto meo tantùm, operetur vt de euictione extranei venditor non teneatur, non operari tamen quò minus teneatur precium reſtituere, id quod voluit & Molinæ, ad Dec. *d. conſ.* 281. *ſub numer.* 8. *in annotat. ad verb. defuncti* poſt princ. *per d. l. exempto. §. vlt. ff. de act. empt.* ibidemque & apud nos obſeruari ſcio.

CAPVT

Capvt CXXXV.

Exceptiones contra loci inſpectionem.

S V M M AE.

1 *Inſpectio loci petitur à reo, tam in* { *petitorio.* / *quam* / *Poſſeſſorio.* }

2 *Inſpectio loci, petenda eſt coram Commiſſarijs.*

3 *Poſt* { *inſpectionem loci, Reo licet petere diem Guarandiæ.* / & / *Guarandiæ ſummationem, Reo licet petere Remiſſionem ad Iudicem loci.* }

4 *Quando cauſa ad locum remittitur, Reus procedit* { *contra Guarandiam, promittentem ſcilicet ſuper guarandia, aut ſuper toto.*

5 *cum Guarandiam promittente contra Actorem.* }

6 *Quando cauſa ad locum non remittitur, Reus contra Guarandiam negantem proteſtatur de damnis, & cet.*

7 *Inſpectio loci* { *peti poteſt à Reo.* / *peti* { *poteſt* / *non poteſt.* } } *à ſummo ad Guarandiam* { *ſi prius habita non fuerit.* / *ſi prius habita fuerit.* }

8 *Inſpectio Loci non conuenit in materia nouitatis.*

9 *In materia dilatoriarum* { *quædam dilatoriæ reputantur pro peremptorijs.* / & / *quædam peremptoriæ reputantur pro dilatorijs.* }

10 *Dilatoriæ exceptiones* { *ſunt omnes ſimul proponendæ.* / *à Iudice ordinari poſſunt, vt omnes ſimul proponantur.* }

11 *Pars iuramentum dat quod nullam dilatoriam capiat calumnioſe* { *ad partem Guarandiſandam.* / *ad poſtponendam materiam.* / *ad litem protrahendam.* }

1 IN materia Reali, vbi quæſtio & controuerſia oritur de aliquo loco deſignato inſpiciendo, ſcilicet de inſpiciendis Agris, Fundis, Syluis, Patris, aut Aquis, ſiue ea inſpectio facienda ſit in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, *(a)* Reus poteſt (antequam vlterius procedatur) petere à Iudice, vt habeatur, & fiat loci inſpectio, *(b)* hoc eſt, vt videatur, inſpiciatur, & certius cognoſcatur locus contentioſus, ſecundum ſuos quatuor extremos terminos, *(c)* & medium.

2 Quam petitionẽ, aut requiſitionẽ, Reus tenetur *(d)* facere coram Commiſſarijs, & ipſis per ſigna notificare, ac demonſtrare *(e)* id quod de illa loci inſpectione petat & velit, vt ipſi ea ad oculum cernant, cognoſcant, & diiudicent.

3 Poſt hanc *(f)* autem loci inſpectionem factam, Reus præterea poteſt exigere diem ſiue terminum ad ſuam Guarandiam ſummandam, & poſt eã ſummationem *(g)* Guarandiæ, poteſt inſuper idem Reus petere remiſſionem ad Iudicem loci, vbi is locus aut fundus ſitus ſit, ſiquidem quæſtio in petitorio intentata fuerit.

Et ſi cauſa ibidem fuerit remiſſa, & guarandiſaturus compareat, tunc Reus procedit ſuper guarandatione habenda, ſimul & pro toto principali, ſicuti ipſi conſultum & expedire videbitur. 4

Si vero is ad ipſi guarandiſandum citatus & ſummatus compareat, ipſe ſummatus cum Reo procedit contra Actorem, in modo & forma hic ſupra recitatis, ſcilicet, pro principali, damnis, & intereſſe. Sed hic notanda eſt differentia inter reum, & ad Guarandiam citatum, quòd Reus (vt dictum eſt) loci inſpectionem petere poteſt. 5

6 Si vero cauſa ibi nõ fuerit remiſſa,& ſi nemo ipſi guarandiſare velit, tunc ipſe iuridicè proteſtatur(*h*) de principali, de expenſis, de damnis, & intereſſe. Et eam proteſtationem, ad ſuum diem conſilij ſecũ confert.

7 Qui verò ſummatus eſt ad guarandiſandum is nullo modo inſpectionem petere poteſt, potiſſimum quãdo ea ſemel ſumpta(*i*) & facta fuit. Quod addendum eſt non temerè. Quia ſi non prius fuiſſet facta vlla loci inſpectio, ea ipſi ſummato omnino fieri deberet, (*k*) ſiquidem eam inſpectet.

8 Eſt præterea notandum, quod in materia nouitatis, nulla ſeruit, neque conuenit loci inſpectio, ob id quod oppoſitio in loco contentitioſo facta, omnino pro loci inſpectione ſtet, ipſiusq; vices plane ſuppleat.

9 Tertiò, notandum & ſciendum eſt in hac materia exceptionum Dilatoriarum (de qua iamdiu egimus) quod nonnullæ Dilatoriæ habeantur & reputentur pro peremptorijs. Et contra quod nonnullæ peremptoriç pro Dilatoriis(*l*) habeantur, ſicuti de his ex ſuperioribus locis per exempla ſatis innotuit.

Quartò, item hoc loco ſciendum eſt, quod Dilatoriæ exceptiones omnes iuxta ſtylum,(*m*) & etiam ſecundum iura debeant ſimul proponi, non enim audiretur neque admitteretur Reus, qui hodie vnam, & cras alteram proponere vellet Dilatoriam; potiſſimùm, ſi iudex ordinaſſet, & diẽ aut terminũ dediſſet, ad omnes Dilatorias ſimul proponendas. 10

Hoc enim Iudici ex ſuo officio ordinare, & facere licet ad proceſſum abbreuiandum. Poteſt etiã Iudex ad iuramentum adigere partem, vt iuret, ſcilicet, quod non proponat vllas exceptiones Dilatorias calumnioſè, aut ad aduerſam partem guarandiſandum, aut ad materiam poſtponendam, aut ad Litem protrahendam, vt ſæpe, iam ſuprà dictum eſt. 11

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXXV.

a. *Sine in poſſeſſorio.*) Imbert. *inſtit. forenſ. lib. 1. c. 19. ſub init.* Rebuff. latius declarando, *conſtit. reg. tom. 3. tit. de dilat. art. 2 gloſſ. 2 num. 3.*

b. *Loci inſpectio.*) Remedium id eſſe valde opportunum ad obſcuritatem ſitis locorum illuſtrandum reſpondit Menoch. *conſ. 1204. numer. 7. poſt Afflict. dec. 23. num. 6.* dicentem, quod ſi dubitetur de confinibus antiquis an ſint eadem capita, eatur, ad loca, vt ſubiiciatur res oculis, ſecundum ſi irruptione 8. §. *ad officium, in fin. ff fin. regund.* quo reſponſo (inquit Menoch) adducti omnes vno ore affirmant probationem quæ fit per loci inſpectionem, adeo omnium eſſe meliorem; vt ſi à ſtatuto vel lege reiecta ſit omnis probatio, non tamen cenſeatur reiecta quæ fieri poſſit per loci inſpectionẽ, vt ſcribunt & multi congeſti à Maſcard. *tractat. de probat. volum. 1 quæſtione 8. numer. 4. 5. & 6.* & alij à Men. relati. ſicuti & oculorum inſpectionẽ cæteris probationibus potentiorem eſſe reſpondit & Lœnin. *conſ. 9. num. 8. & conſ. 57 ſub num. 24.* Quinimo tunc iudicem poſſe ex conſcientia ſua iudicare, ſi quid ei perſpectum eſſet vt iudici; cum (nimirum) in rem præſentem venit, & litem oculis dirimit voluit Coſtal. *in l. illicitas. 6. §. veritas, ſub init. ff de offic. praeſ.* verùm cum iudex ſiue apparitor, in rem præſentem veniens taceatur inibi demonſtrata omnia ſimul & inſpecta literis mandare: & demonſtrationis eiuſmodi renunciationem (quam proceſſum verbalem Galli nominant) parti exhibere, vti latiùs hæc docentur apud Imbert. *inſtitut. forenſ. lib. 1. cap. 19 verſus fin.* & traditur apud nos *artic. 516. ordin. cur. Brab. & art. 123. inſtruct. cur. Holland.* vt per Merul. *prax. Holl. lib. 4. diſtinct. 4. tit. 3. cap. 2. ad fin.* non video profecto, quid amplius hic dicatur, aut valeat, iudex pronũciare ſecundũ ſciẽtiam propriam, minuſque arctè alligari fidei probatæ, qoam in cæteris, quum demonſtratio atque inſpectio huiuſmodi, iam planè facta ſit de actis iudicij, nam & quod nouiſſ. Buſi *in d. §. veritas, num. 6. ſcribit*, ſi res talis ſit vt ocularem iudicis cõſiderationem requirat, non quod forte probatum erit, ſed quod ipſe adhibitis menſoribus verum deprehendet, iudicabit, per *d. §. ad officium*, perinde mẽſuratio illa literis mandari debet, & quamuis fortè iudex teſtimonium potius menſoris quàm teſtium ſequatur, non propterea dicetur ſecundum propriã conſcientiam iudicare; quum de iure arbitrio eius committatur, quantam omnibus, & cui potiùs, fidẽ adhibeat, iuxta l. iij. ff. de teſt. Quod obiter hic admonere volui, ne quis, cum tantis doct. opinetur etiam hoc caſu, non ſecundum acta & probata, ſed conſcientiam poſſe iudicari: adeoque imaginariæ illi æquitati anſa hic aliqua detur.

c. *Terminus.*) Rebuff. *d. ar. 2. gloſſ. 2. num. 2 in fin. & num. 32 in fin.* ſed duobus ſaltem confinibus fundis rem demonſtrari docet Imbert. *d. cap. 19. verſus fin.* Addit verò Rebuff. *d. gloſſ. 2. num. 18.* magis valere per qualitatem demonſtrationem quam per confines, vt ſi ſit error in finibus, ſufficiat veritas qualitatis, ideoque legato prædio oliueto in tali loco exiſtente iuxta tales vicinos, etiamſi ibidem non ſit, ſed alio loco, deberi nihilominus, ſecundum

dam gloſſ.ij.& Ang.in *l.ſi quis in fundi vocabulo, 4 ff.de legat.1.*Alexand.*conſ.8.num.4 cum ſeq.lib.4.* aliosque,qua de re latè Iaſ.*num.32. cum ſeqq.* Zaſ. *in verſ.concludo ergo hic in d.l ſiquis in fundi,* latiſſ. Card.Pariſ.*conſ.58.præſertim num.15.cum ſeqq lib.3.& conſ 4.præſertim num 32.cum ſeqq lib 4.*

d. *Tenetur.*) Reum petere poſſe, ſibi demonſtrationem rei non ſatis apertæ in libello deſignatę fieri, docet Bart.*in l.1 num.11.ff.de edend.* & voluit Marian.*in cap.ſignificantibus,num.20.verſ.*& aduerte quia,*de libeli oblat.*Imbert.eleganter limitando *d.lib.1.cap.19.ſub init cum gloſſ ad verb præſentě,* quemadmodum & late limitat Rebuf.*d.tit.de dilat. art.2 gloſſ.2 ſub num.7.cum ſeqq.*

e. *Demonſtrare.*) Modos,quomodo huiuſmodi oſtenſio fieri debeat,enumerando tractat exactè,è ſtylo, Rebuff *d art 2 gloſſ.2.num. 21.cum ſeqq.* vt & præclare Imbert *d.cap.19.verſ.ſanè res.*

f. *Poſt hanc.*) Dixi hac de re, contra opinionem Menoch.latiùs,ſuperiore *cap.134 num. 8. ad verb. ante litis conteſtationem.*

g. *Poſt eam ſummationem* Contrà Imbert. *d.lib.1.cap.21* His verbis; In primis autem diſpiciat reus antequam accerſendi auctoris gratia dilationē poſtulet,an ad alienam vocatus ſit iuriſdictionem, vt controuerſiam ad proprium forum reuocet, quodſi prætermiſerit ad id poſtea regrediendi locus patet nullus. Non tamen magnopere vrgent quæ in hanc ſententiam allegat inibi Imbert.*in 1 gloſſ.* & nos quoque aliud,ex recepta ſentētia probauimus cap.præcedente,*ad d verb.ante litiſconteſtationem* licet aliud etiam ſentiat Merul,prax.Holl.*lib.4. diſtinct.4.ſect.3.tit.4.cap 3 n.21.ex inſtruct, cur. ſuæ, art.117.*

h. *Proteſtatur.*) Diximus *d.tit.134.nu.11.ad verb. proteſtatur.*

i. *Semel ſumpta.*) Semel enim peti tantùm poſſe Rebuff limitando *d gloſſ.ij n 11.cum ſeq.*

k. *Fieri deberet.*) Sic exaudiendus Rebuff *d.gloſſ. ij. numer.* 20. dum ſcribit ex SC, nominatum & garandum,antequam ſuſcipiat cauſæ defenſionem, poſſe rei oſtenſionem petere,quæ non poſſit ei denegari, vt pote qua facta poſſit vel recuſare cauſæ patrocinium, vel ſuſcipere alioqui ſi ſemel ſuſceperit, non poſſe poſtea oſtenſionem petere, quia certus eſſet de illa re videatur, id quod voluit & Imbert.*d.cap.19.poſt princ.*Limitat tamen ibidem Rebuff. niſi vno contextu peteret demonſtrationem & ſimul nominaret auctorem,*per cap.cauſam, vbi doct.de reſcrip.*

l. *Pro dilatorijs.*) Peremptorias quæ litis finitæ appellantur, eò quod litis ingreſſum impediant, & litibus finem imponant, ſecundum Dec. ac Riminald. vtrunque *numer.* 1.& communiter omnes, *in l. fratris, C. de tranſact.* aliosque, opponi quandoque ad proceſſum ante litem conteſtatam, in vim declinatoriæ, & tunc proceſſum, & ingreſſum impedire litis, iuxtą *cap. 1. vbi omnes, de lit. conteſtat.* aliosque; aliquando verò opponi ad merita cauſæ, in vim peremptoriarum, vt quia ius agentis dirimant, eoq́ue caſu iudicem de his in diffinitiua ſententia cognoſcere, poſt Bald. *in l. exceptionem, in fin. C. de probat. in l. nam & poſtea*, ibidemq́ue communiter cœteris *in princ.ff.de iureiur.* Marant. *de ord. iud., part. 6. membr. 9. numer. 12.* aliosque latiſſ. Burſat. *conſil. 291. numer. 1, cum ſeqq.* qua de re latiùs quoque *ſeq. cap. 136. numer. 1. ad verb.ſimpliciter, & numer. 4. ad verb. perimendam, & verb. ante litiſconteſtationem, & n 7. ad verb ſed poſt.*

m. *Iuxta ſtylum*) Reſpondet apud nos *artic.503. ordin.cur.Brab.& art.88 inſtruct,cur. Holland.* vt per Merul.extendendo,prax.*lib.4.diſtinct.4.ſect.3. tit. 4. cap. 1. numer.* 6. & idem ſecundum iura quoque obtinere addit hic auctor, & voluit latè Dec. *ex com. in cap.paſtoralis, numer. (mihi) 71. de except.* licet contra ius ſcriptum eſſe aſtruat inibi Merul. *d. cap. 1. ſub numer.* 6. generalius tamen etiam de peremptoriis loquens; quo ad quas certum eſt contra ius eſſe; vt latiùs probat itidem Mynſing.ex ſtylo ſiue ordinat. camerę Imp. *centur. 5. obſer.89.tota cum ſeq.* declarando & limitando.

Digitized by Google

CAPVT CXXXVI.

De Exceptionibus Peremptorijs.

SVMMAE.

1 *Exceptiones peremptoriæ quid efficiant, & cur ſic dictæ.*

2 *Exceptiones peremptoriæ, aliæ ſunt*
- *Perpetuæ*
  - *Pactum de non petendo.*
  - *Iuſiurandum de non agendo.*
  - *Exceptio*
    - *Doli mali.*
    - *Quod metus cauſa.*
    - *Quod per errorem promiſſum.*
    - *Non numeratæ pecuniæ.*
    - *Rei iudicatæ.*
  - *Comiſſa contra ſinatuſconſulta.*
- 3 *Deſenſoriæ, ſcilicet,*
  - *Solutio.*
  - *Acceptilatio.*
  - *Renuntiatio.*
  - *Compenſatio, vel,*
  - *Quæ malam cauſam actoris oſtendunt.*
  - *Quæ Actoris inſtantiam perimunt.*
  - *Quæ Actoris libellum prorſus annihilant.*

Exceptiones peremptoriæ
- 4 *ad inſtantiam perimendam præcedent Litiſcon. ſicut*
  - *quæ contra Procuratorium.*
  - *quæ contra Commiſſionem.*
  - *quæ contra Executionem, &c.*
- 5 *ad libell cum concluſ perimendum & ante, & poſt litiſcon. ſiunt, vt*
  - *Præſcriptio.*
  - *Tranſactio.*
  - *Liberatio.*
  - *Pactum de non petendo.*
  - *Exceptio*
    - *rei iudicatæ.*
    - *quod vi.*
    - *quod metus cauſ.*
    - *quod ſit nouatio.*

6 *Nouatio quid ſit. Et exemplum.*

7 *Exceptio rei iudicatæ*
- *Ante Litiſconteſtat. ſunt*
  - *Ad proceſſum impediendum, &*
  - *Inſtantiam perimendam.*
- *Poſt Litiſconteſtat. ſunt ad obtinendum in principali.*

8 *Quiſquis excipit contra debitum, is idem debitum tacite fatetur, niſi, &c.*

1 EXceptiones peremptoriæ ſiue potius eliſoriæ, dicuntur Exceptiones poſtremæ, ſic dictæ, quod partis petitionem elidant, & quaſi perimant. (a) Vel quod vltimæ ſint, & priores omnes exceptiones in ſe includant, & reliquas perimant, §. *Perpetua, Inſtit. de Except. & l. ij. ff eod. tit. de Except.*

2 Hæ opponi poſſunt perpetuo. Peremptoriæ autem exceptiones ſunt duplices, ſcilicet, ſimpliciter (b) peremptoriæ, quæ & perpetuæ, dicuntur, quod, ſcilicet, ſemper locum habeant, & euitari nõ poſſint, quodque ſemper obſtent Agenti, etiamſi is ceſſaſſet agere ad mille annos, aut ſi actio ad milia annos intermiſſa fuiſſet. Ideoque licet actio ſit tẽporalis. Exceptio tamen dicitur perpetua, quia quæ annua ſunt ad agendum, ea perpetua ſunt ad excipiendum. (c) qualia etiam ſunt, Pactum de non petendo, (d) Iuſiurandum de non agendo, Exceptio doli (e) mali. Quod metus cauſa, (f) Quod per errorem promiſſum. Non numeratæ pecuniæ. (g) Rei iudicatæ. Item, quæ contra leges, (h) contraq; Senatuſcõſulta facta eſſe dicũtur

3 † Aliæ autẽ Exceptiones peremptoriæ, ſunt defẽſoriæ vel defenſiones, (i) quæ etiã ipſo Iure tolliũt & perimũt omnẽ actionẽ, vt ſũt Solutio, Acceptilatio (k), quę liberatio eſt per

Digitized by Google

per mutuam interrogationem, de qua *l. 1. ff eod. de Acceptilationibus*. Item, Renuntiatio, (*l*) quæ eſt rei, vel Iuris ſpontanea Negatio & Recuſatio, (*m*) qua actio perimitur, quæ fieri poteſt etiã per illum, ad quem pertinet illud, cui renuntiatur. Item, Compenſatio de qua infra, quæ item actiones perimit & & infringit, vel ſic: Aliæ exceptiones peremptoriæ ſunt Defenſiones, quibus reus cupit & vult docere malam ac ſiniſtram cauſam (*n*) Actoris, vt peremptorijs rationibus Actoris inſtãtiam perimat & elidat, hoc eſt, qua litem infringere vel annihilare, vel litigando prorſus in nihilum redigere curat, petitionem ſiue libellum Actoris, ſimul cum ipſius concluſione concepta.

4 Sed de his ſciendum eſt, quod peremptoriæ Exceptiones, ad inſtantiam perimendam (*o*) præcedere proponique debent ante Litiſconteſtationem, (*p*) quia ipſæ etiam Dilatoriæ ſunt, quales etiam ſunt Exceptiones propoſitæ contra explotum, aut contra executionem, vel contra Commiſſionem, (*q*) vel contra Procuratorium, &c.

5 Peremptoriæ vero Excepiones ad perimendam Actoris petitionem, Libellum & Concluſionem, ex poſſunt propeni, & ante & poſt Litiſconteſtationem: Huiuſmodi ſunt, Præſcriptio, (*r*) Tranſactio, Liberatio, Pactum (*ſ*) de non petendo. Rei Iudicatæ (*t*) Quod vi, Quod metus cauſa, & ſimiles aliæ.

6 Nouationis Exceptio etiam eſt peremptoria. Dicitur autem Nouatio prioris debiti in aliam obligationem, nempe in ciuilem, vel Naturalem commutatio. Teſte Vlpiano IC. in principio *l Prima, ff de Nouationibus*, vbi ipſe tractaturus de Nouationibus, ne per ignota probet ignota, exemplo docet, quid ſit Nouatio, Verbi gratia: Ego fui tibi obligatus in centũ libris groſſorum monetæ Flandriæ, ſoluendis tantum cum Rex Catholicus Hiſpaniarum reuerſus erit ex Hiſpaniis, & interim per nouam Obligationem conuentum eſt inter nos quod dictas centum libras groſſorum monetæ Flãdriæ, ſine conditione ulla perſoluam in feſto Paſchæ, anno 1567. Acceptilationes, & ſolutionum Apocæ, omnes Actiones obligatorias perimunt. Idem quoque efficit Obligationis renũciatio. Quin & Compenſatio eandem habet efficaciam, & Obligationem perimit.

Cæterum Exceptiones quoque rei iudicatæ, ſunt proponendæ ante Litiſconteſtationem, ſimul ad Proceſſum impediendum, & ad inſtantiam perimendam. Sed poſt (*v*) litiſconteſtationem proponendæ erunt ad obtinendum in principali, quemadmodum etiam præponendæ ſunt tranſactiones, Liberationes, Præſcriptiones, Solutiones, quæ (*x*) proponi poſſunt, vſque ad concluſionem in cauſa. Sed hoc notandum eſt de exceptionibus rei iudicatæ, quod in ipſis debeant tria concurrere, (*z*) ſcilicet, quod Iudicatum ſit inter eaſdem partes, (*a*) item, quod pro eadem re, & quod ex eadem cauſa. 7

8 Sed & hoc poſtremo notandum eſt, quod quiſquis Exceptionem vllam debiti proponit, is quoque tacite debitum fatetur, (*b*) ideoque in multis Curiis Iudex ordinat Reo, vt conſignet (*c*) (vulgo) vt namptizet, potiſſimum ſi id Actor expoſcat, certe, niſi Reus de ſolutione debita, aut de pacto non petendi, veris probationibus ilico & aperte monſtraret.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXXXVI.

a. ET *quaſi perimant.*) Muſcat. late prax. ciuil. *part. 4. gloſſ. verb. peremptorias n. 4. cum ſeqq. vbi num*, 11. poſt ſpecul. tit. *de except.* §. 1 *ſub num.* 1. exceptiones peremptorias congruentius vocari eliſorias; quia actiones non perimant ſed elidant, *per l. ii. ff. de except.* additque poſt Bart. *in l. Iulianus verum, num.* 18. *ff. de condict. ind.* communiter omnes peremptorias neque ciuilem neque naturalem tollere, ſed vtranque elidere. intelligendo tamen, vt per Bart. *d. loco.* licet peremptorias dici, quod ius omne actoris perimant, ſimplicius ſcribat, poſt Marant, de ord. iud. *part. 6. num* 11. Guid *conſ. l. 24. ſub num. 6. Chaſſan. conſ. 11. num. 73.* Aſin *ad ſtatut. Florent. de mod. procedend.* §. 13. *cap. 3. numer. 1. in 1. part.*

b. *Simpliciter.*) Peremptorias ſimpliciter, non impedire litis conteſtationem, *per l. peremptorias, 2. C. ſent. reſcind. non poſſ.* aliter atque in peremptoriis litis finitæ Bart. *in l. nam & poſtea. in princ. & nu. 5 ff. de iureiurand.* Muſcat. *prax ciuil. part. 4. gloſſ. verb & ſimilia num. 1 & gloſſ vlteriora num 1. & part. 5. glo. 1 num. 15.* Ant Fab. *lib. 8. C. tit. 23. def. 5. nu. 4.* Scribit tamen Ang *inſtit. de except.* §. *aque*, regulam (inter alias, in hac materia) omnẽ exceptionem peremptoriã (*iuxta d. l. peremptorias.*) impedire poſſe litis conteſtationem; idque verum putat, quando exceptio neceſſario concludit, quod reus ad iudicium trahi non poterat, vt refert etiam Veming. inter *conſ. Cautionum conſ 9. num. 74. in f. n.*

c. *Ad excipiendum.*) Text. *in l. licet. 5 vbi dd. C. de exc.* Rebuff. *appoſite tom. 2. tract. de reſciſſ. contract. artic. vn. gl. 13. num. 1. in f. n.* Zaſ. declarat de. *in l pure 5 § vlt per illum text. verſ. colL. quid ea. ff. de dol. mal. & met. except.* Affl. *dec 178 n. 1 in pr.*

Digitized by Google

Gomez *var. reſol. tom. 1 cap. 9. num. 22. ad fin.* Villalob. *in com opin. lit. I. num* 180. *cum apoſt* VVeſenbec. copioſè *conſ. 42. num. 26. cum ſeq.* Gabr. *tit. de præſcript. lib. 5. concluſ. 7 num. 2.* Oſaſc *dec. 142. num.* 31. Surd. *dec. 277. num.* 18 Ant. Fab. *lib. 4. tit. 22. definit. 1. ſub num 4. & definit. ſeq. num. 6. & defi. 1. 4. in fi.* Imbert. extenſè *in enchir. iur Gall. verb. exceptio perpetua.* Couarr. *variar. reſol. tom. 1. cap. 9 n. 6. verſ 3 etiam ſi, & ſub num.* 8 vbi hoc tenet etiam quando excipiens intra legitimum tempus agere potuit: cuius contrarium tamen docet *pract. obſer. cap. 25. num. 4. verſ. ego contrariam ſententiam,* Gomez. *variar. reſ. tom 2 cap. 6 num 2. verſus fin. & cap. 14. numer. 8 ad fin.* Tholoſ. *dec.* 239. *& nouiſſ.* Gratian. aliter quoque limitando, *dec. 151. num* 12. 14. 16. *& ſeqq.*

d. *De non petendo)* Licet hæc exceptio pacti de non petendo non impediat litis ingreſſum, exceptionem tamen pacti de non agendo impedire, voluit poſt Bart. & alios Socin. *in l ait prætor. 7. ſub num 5. ff. de iureiur.* & remiſſiuè Mucſat. *d. part. 4. gloſſ. finit. e ſub num.* 13. ſed reprobat eam differentiam Iaſ. ibidem *num. 14 in d. l. ait prætor*, qui hac de re quoque *in l. creditori, 5 num. 6.* & inibi latius Socin. *num. 6* Alex. *num 1. C. de pact.*

e. *Doli.)* Petēti aliquid ſine cauſa obiicitur, Aſin. *ad d. ſtatutum Flor. § 13. cap. 19. num.* 18. De hac exceptione quoque agens, Zaſ. *in d. §. vlt. poſt princ. verſ. aliam exceptionem, l. ij ff. de except.* monet vt circa hoc cauti ſimus, quia ſint varia genera exceptionis, doli, quod dicemus inquit, infra *titul. 3. in princ. videlicet in l. 1. §. item quæritur, verſ. coll. pro diuid. ratione, de dol. mal. & met. except.* exceptionis doli genera eſſe quatuor licet quinque enumerauerit Ferrarien in form. reſponſio. rei conuent. ad verb. doli exceptione & relatius Aſin. *d. cap. 9. nu* 19. Addens & inter alia, *in d. §. vltim.* Zaſ. tantiſper opponi quamdiu poſſit opponi actio, id quod latius declarat poſt alios, *in d. l. pure, §. vlt. toto, de dol. mal. & met. exc.* Ant. Fab. *lib. C. tit. 22. definit. 1. num* 4. voluitque Soar. copioſè *com opin lit. D. nu.* 112. Oldendorp *in action. for. progym. claſſ. 6. action. 21 cap. quamdiu competat ſub num.* 11.

f. *Metus cauſa.)* Quod metus cauſa geſtum eſt nullo tempore prætor ratum habebit: vt intelligatur exceptionem metus perpetuam eſſe, text eſt, & inibi nouiſſ. Buſi. *num. 1. in l. ſi mulier. 21 §. 1. ff quod met. cauſ.* niſi per triginta annos in actione perſonali *gloſſ. in l. ij C de conſtit pec. & in d. §. 1. ad verb. ratum* ibidemque latè Buſi *ſub numer. 3. cum ſeq.* aut niſi contra tertium poſſeſſorem; tum enim per decem annos tutus videtur, vt *in l 3. vbi gl. in verb. munitus.* & poſt alios Sichard *num* 10. Rebuff. *extenſe tom. 2. conſtit. reg tract. de reſciſſ contract art. vn gloſſ. 2. ſub num. 1.* Buſi declarando, poſt gloſſ. *ad d. verb ratum. d. §. 1. num 5. cum ſeq vbi numer.* 3. itidem limitat, niſi nouus ſuperuenit conſenſus: & purgetur vitium metus *per l. ij. C. de his quæ vi metuſ cauſ.* vbi latiſſ. Sichard. elicens, pulchram eſſe limitationem omnium iurium loquentium de metu tunc ſc. licet dari actionem de metu, quando promittimus & ſoluimus coacti, vt procedat, niſi coactio ratihabitione poſtea confirmetur. *num. 1. cum ſeqq. & eod tit. in l. ſi per vim. 4. num. 3. per* illum tex. latius notat, contra actionem quod metus cauſa, poſſe opponi exceptionem conſenſus ex interuallo ſequuti, & eleganter Boer. declarādo *dec. 100. num 18. & poſt* Afflict, *dec. 220. ſub num. 7. cum ſeq* Alciat. *conſ. 5. nu. 14 alioſque Cacer.* Oſaſc. *dec. 142. num. 9. & dec. 143 ſub init.* Menoch. *recuper poſſeſſ. remed. 1. quæſt. 23. num 267. cum ſeqq.* declarando & reſtringendo, vt & Boër. *d. dec 100. numer. 15. cum ſeq* vbi cum *dec. ſeq. de hac* materia latius, vt & apud Oſaſ. *dec* 179. Crauett. *conſ 114. cum ſeq. num. 13. & ſeqq. & conſ 49. toto* Menoch *conſ. 610. Decian. conſ 610. lib. 1* Ludouic. Lucenſ. *dec.* 18. Laur, Auenion. *dec.* 113. Viu. *dec.* 105. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1054 *cum 2 ſeqq.* Rebuff *d. tract. de reſciſſ. contract. gloſſ 13.* vbi eleganter *ſub num. 1.* compulſum vendere vel promittere, ſi non dederit, conuentū perpetua exceptione vti etiam ſine literis regijs, quas hoc caſu impetrare neceſſe non ſit; ſi verò dederit poſſe agere ad reſciſſionem, & petere ſibi reſtitui, impetratis tunc prius literis regiis. Et ſi intra decennium à principe non fuerit reſtitutus, ei poſtea agenti huiuſce ſegnitiei officit exceptio; idque decennium, ex eo die quo contractum eſt, aut vis metuſue, aut alia reſtitutionis dandæ cauſa deſijt, labi incipit, vt tradit etiam Imb. inſtit. forenſ. *libr. 1. cap. 34 verſ item aduerſus*, declarando latiùs ibidē, *in gloſſ verbi incipit. & gloſſ. ſeq ex conſtit. regis Frācia Ludou 12. art.* 46 de qua agit etiam Baro *ad inſtitut. tit. de perpet. & temporal. act. ad fin.* Imb. *in enchir. iur. Gall. in verb. exceptio perpetua verſus fin.* eamque interpretatur pleniſſ. Reb. *d art. vn tract. de reſciſſ. contract.* eſtq; quæ quaſi deriuata ad nos, *cōſtitut. ea sereniſſ. ſuarum Celſitudinem anni* 1611. *art.* 29

g. *Non numeratæ pecuniæ.)* De iure ciuili hæc exceptio intra biennium tantùm competit, ſiue agat debitor ad repetendum chirographum vel inſtrumentum, ſiue conueniatur à creditore, per *l. 1. l ſi ex cautione, & l. in contractibus, C. de non numerat, pec. & § 1. inſtit de lit. obl.* Gomez. *var. reſol. tom. 2 c. 6. num. 2. verſus fin. verſ.* prædicta tamen intellige, Fab declarando, *d. tit 22. defin. 2. num. 4. & def. 4. tota*, idque ſiue confeſſio fiat in priuata ſcriptura ſiue in publica, vt poſt *gloſſ in verb. ſiquis. & doct in d. §. 1 gloſſ.* & Salyc *num. 9. & 10. in d. l ſi ex cautione*, aliosque Oſaſc. ex SC. latè hac de re agens, *dec.* 134 *num. 1* Rebuff. *tom 1. conſtit. reg. tract. de chirographar, & ſced. recog. num. 20. art. 2.* voluitque

Felin.

Digitized by Google

Felin. latiſſ. itidem agens, *in cap. ſi cautio num 47. de fid. inſtrument.* Cæterum de æquitate canonica, exceptionem hanc etiam poſt biennium opponi, Dyn. in regula locupletari, 48. *num. 11. de reg. iur. in 6.* & inibi apoſtill. ex com. ad verb. biennium, Angel. limitando *conſ. 156. num 1. verſic. in contrariũ facit.* Roman. *conſ 41. nu. 2 cum apoſt.* Iaſon. *ex com.* intelligendo tamen vt onus probandi incumbat opponenti, in *d. cap. ſi cautio num. 61.* Tholoſ. *dec. 418. cum apoſtill.* Rebuff. *d. tract. de chi. & ſced. recog. art. 2, num. 48* Chaſſen. latiſſ. *conſ. 63, numer. 21.* & late hac de re Michael Graſſ. *com. op. lib. 2 cap. 13. quæſt. 12.* Sed video idem etiam de iure ciuili tenere Bald. *conſ. 396. poſt princ. verſ. quomodocunque ſufficit quocunque, lib. 1.* dum ibidem nullam faciat mentionem æquitatis canonicæ, vti nec VVeſenbec ex com. *conſ. 42 num 24.* nec Gomez. *d. cap. 6. num. 6 verſ. item quæro,* vbi in eandem rem expendit late text. in *l. generaliter, C. de non num. pecun.* idemque de iure ciuili ſuſtinet, diſertis verbis, Dec. *in reg. iure naturæ, 207. numer. 4. cum ſeq. ff. de reg. iur.* vbi Molinæus annotat, exceptionem pecuniæ non numeratæ probãdo ſemper opponi poſſe; alioquin non ſeruari in regno Franciæ, & voluit poſt Boër. ad conſuetud. Bitur *tit. de iuriſdict. ij. §. 8. ad fin.* Imbert. *inſtit. forenſ. lib. 1. cap 35. in princ. cum gloſſ. 1.* & apertius paulò ſcribit Baro ad inſtitut. *tit. de lit. obligat. commun. partic. 2. in princ.* communi ferè Galliarum more, exceptionem non numeratæ pecuniæ, non aliter admitti in iudicijs, quàm ſi debitor qui cautionem expoſuit, non numeratam oſtẽdat, ſiue intra biennium ſiue poſt agatur. & quæ ſequuntur, uti & latiùs apud eundem ad inſtit. *tit. de except. con. ment. par. 2. poſt princ. verſ. contra exceptiones,* latè Rebuff. *in præm. conſtit. reg. gloſſ. 5. num. 59. & in d. tract. de chirograph. & ſcedul. recog. art. ii.* præſertim *num. 28 in fin num 47. 48 & 49.* vbique ad fin. rurſus *num 48 cum ſeq.* ubi ad fin. eleganter, hodie exceptionem hanc non probari à creditore, poſtquam habeat pro ſe inſtrumentum vel chirographum; debitorem autem dicentem pecuniam non recepiſſe, hoc probare teneri, nec admitti ad probandum donec garnierit; ſed facta recognitione, condemnetur ad garniendum, data ei poſtea dilatione ad probandum pecuniam non fuiſſe numeratam. Et idem ferè apud nos ob ſimiles in eandem rem promulgatas conſtitutiones, obſeruatur, vt proinde ceſſet, quòd poſt gloſſ. & doct. tradit Zaſ. *in d. l. ii. § vlt. ff. de except, in verſ. vlterius quærit gloſſ. talem exceptionem eſſe temporalem, & in eo dilatoriam; quia differat iudicium non perimat, &c.* & contra Zaſ. ſentit etiam Tholoſ. *deciſ. 186.* cũ Aufrer *apoſt. l* Afflin. *d. §. 13 cap. 7. num 2. & cap. 9. num. 32.*

h. *Contra leges.*) Iſtam eſſe maximè peremptoriam exceptionem, quando excipitur in ſtatu legitimo apud rhetores; vt ſi dixero, agis expreſſe contra legem, contra SC. ſcribit latiùs Zaſ. *in d. §. vlt. verſ. eoll. ex tex. noſtro, d. l. ii. de except.* Imò exceptionem eſſe proceſſum impedientem, ſiue litis finitæ, aſſerit late Bald. *in l. poſt quam, 4. numer. 5. cum ſeq. C de pact.* Sichard. *in l. fratris, 10 num. 2. in fin. C. de tranſact.* Muſcat. *d. part. 4 gloſſ. verb. finita, ſub num 13.* Afflin. remiſſiue *d. §. 13 cap. 3, nu. 13,* voluitque inter Cantiunc. *conſ.* Venning. *d. conſ. 9. num. 75.*

i *Defenſiones.*) Ita defenſiones propriè dici, quæ ipſo iure actiones huiuſmodi tollunt, neque enim propriè dici exceptiones, cum nõ excludant actionem, quæ nulla ibi ſit, iuxta *l. ii ff. de except.* voluit *gloſſ. in cap. 1 in verb. defenſionis, de lit. conteſtat.* in *i.* quam poſt Iaſon. *in ulr. de except. in princ.* exornat & declarat ibidem latè Dec. *num 9. cum ſeq.* Sed & differre exceptionem à defenſione, quod illa ſit actionis excluſio, hæc intentionis repulſio, tradidit poſt Couarr. *ex com. in regul. poſſeſſor. num. 4 de reg. iur. in 6.* Villalob. *in com. op. in lit. E. num. 107,* Scar. *in recept. ſent. theſaur. lit. 1 num 161.*

k. *Solutio, acceptilatio.*) Solutionis exceptionem (inter alias quibus concluditur agenti ius non cõpetere) impedire litis ingreſſum, refert VVeſenbec. *conſ 3. ſub num. 11. poſt coll. in l. vir bonus, 18 ff. ind. ſolut,* aliosque, VVameſ. dicens eam propoſitam facere non tantum ad condemnationem diffinitiuam ſed & ad abſolutionem ab obſeruatione iudicij, *conſ. 143. num 1. cum ſeq.* & voluit Afflict. *deciſ 52. num 1.* Tholoſ. *dec. 335.* vbi Aufrer. idem docet in exceptione acceptilationis, vt & Ferrar. in form. reſponſion. rei conuent. *ad verb. quo ad impediendũ, num. 3,* Eandemque ſolutionis exceptionem ſemper opponi poſſe, reſpondit Dec. *conſ. 375 ſub init.* etiã contra executionem ſententiæ, idem Dec. *in reg. bona fides, 57 num. 2 cum ſeq. ff de reg. iur.* Mandoſ. *in annotat. ad Roman conſil 28 ad verb non patitur,* debitore à creditore conuento totius debiti ſolutionem obiiciente, quam actor neget, non eſſe differendam in executionem iudicati cognitionem de ſolutione, ſed ſtatim & ante ſententiam de facti veritate idquirendum eſſe, & ſolutionis probationem ab allegante exigendã; aliter atque ſi pars tantum debiti ſoluta dicatur, nec liquido conſtet quid & quantum ſolutum ſit, tunc enim condemnationem pro integro debito faciendam; ſed cum ea adiectione, vt quod in iudicati executione ſolutum probabitur, de condemnatione detrahatur; ſic exaudiens Guid *dec. 67.* dum ex ſententia Bald. in *l. peremptorias, numer. 30. C. ſent. reſcind. non poſſ.* ſuſtinet huiuſmodi condemnationem ex vrgenti cauſa; aſſerens curiam ſuam, ſi quandoque par videatur, reſeruare condemnato ius probandi ſolutionem in executione ſententiæ; præfigendo interim tempus intra quod probetur, idemque voluit Marc. ex SC. *dec. 410. præſertim n. 3. lib. 2. in nouis.*

Digitized by Google

l. *Renunciatio*) Hanc quoque exceptionem, inter alias litis finitæ, refert poſt Bald. *in l poſtquam liti. ſub num. 4* vbi & Iaſ. *numer 4. Dec. num. 9. C. de pact* Muſcat. *d gloſſ finita, num. 13* Aſin. *d. part. 1. gloſſ. 13. cap. 9. num. 11. & remiſſiuè. d. cap. 3. num. 4.* ſatis enim abſurdum eſt redire ad hoc, cui renunciandum putauit, vt in non abſimili habet text. *in l ſi quis iuſiurandum, 11. vbi gloſſ ad verb. putauit, C. de reb cred. & iureiur.* Tiraquell. *de retr proxim. §. 1. gloſſ. 9. nu. 121.* eſtque periculoſa renunciatio, quia poſt ea non datur regreſſus, vt habet tex. *in c quam periculoſum, 7. queſt. 1 & in l. queritur. §. ſi venditor ff. de ædil. edict. in l. ſi maritus, 15. § ſi negauerint ff. de adulter. in l. 1. §.* qui ſemel noluit bonorum poſſeſſionem petere, perdit ius eius. *ff. de ſucceſſor. edict.* Dec. *conſ 445. num. 56. ad fin. copioſius* Crauet. *conſ. 24 num. 4* Tiraq. *d. gloſſ. 9. ſub num. 121.* Oſaſc. *dec. 144. num 6.* Decian plenè *conſ. 39. num. 49. cum ſeqq libr. 2.* actioque ſemel extincta amplius non reuiuiſcit. *l qui res, § aream, ff. de ſolutionibus l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verb. oblig.* Euerard. *conſ. 119 num. (mihi) 3.* idemque *conſ 28. num. 11.* remittentibus actiones ſuas non dandum amplius regreſſum, Guid. Pap *conſ. 74. num. 2. & 3.* vbi per talem renunciationem, dici litem tunc fuiſſe finitam: & idem fore; ſi ſolum actores dixerint, nolle ſe amplius litigare; ut amplius non debeant poſtea audiri: *in d. l. poſtquam, n. 6. &* vt id voluit & Alex. valere eiuſmodi renunciationem, etiam extra iudicium & parte abſente factam ſed contrà Iaſ. poſt alios quoſdam, *in d. l. poſtquam liti ſub num. 1. cum ſeq.* exiſtimans, vt præiudicet renunciatio, neceſſe eſſe vt non modo fiat parte præſente, ſed etiam acceptante. Sichard, tamen ibidem, *ſub num 14. cum ſeqq.* putat ſufficere præſentem partis; quia præſens, vbi agitur de commodo ſuo, fingatur acceptare, *per l. qui patitur, ff. mand.* idemque Dec. iatius declarando *inibi nu 7. cum ſeq. & latiſſ* Alciat. *num. 3 verſus fin cum ſeqq* aſtruens etiam abſente parte factam litis renunciationē valere, poſt Alex. ex com. in eadem illa *l. poſtquam, num 8. cum ſeqq.* idemque Alc *in l creditori, 5 ſub num 11. C. de pact.* ſcribit, quandoque ex pacto nudo orietem exceptionem litis ingreſſum impedire, vt ſi pacto liti renunciationem ſit, id quod voluit ibidem & Sich. *num. 3.*

m. *Refutatio*) Ita quoque renunciationem deſcribit, poſt Specul. *tit de pact §. 1.* Rebuff. *ad l inter diuortiu n. 191. verſic. addendum his ff de verbor. ſignif per cap ſuper hoc. de renunc.* idemque ſignificare quod refuto & remitto aſſerunt, licet qualis qualis aſſignetur differentia, vt per eos ibidem.

n. *Siniſtram cauſam*) Quamlibet exceptionem per quam concluditur actori ipſo iure non competere actionem, eſſe litis finitæ, poſt Bart. *in l. nam & poſtea, num 7. ff de iureiur.* alioſque, Muſcat. *d. gloſſ finita, ſub num 12. &* voluit Caſtrenſ. *221. num. 5 lib. 1.* Alex. *conſ. 166 num. 3. lib. 6.* & latè Venning *d. conſ. 9. num. 74. & 76. inter conſ.* Cautiunc. & huiuſmodi regulam, ad cognoſcendum omnes exceptiones litis ingreſſum impedientes, faciendam dicit Muſc. *in d. gloſſ.* & ſimilia *ſub num. 2.* Cornazzan. *dec. 181. num 3. cum ſeqq.* vbi idem in aliis quibuſdam, præſertim in exceptione, tua non intereſt, in qua & VVeſenbec. *d conſ. 3. ſub num. 11.* Vinc. *dec. 83 ſub num. 7. & dec. 492. num. 3.* Aſin *d §. 13. cap. 9. num 25.* latè Ant. Fab. declarando, *d. lib. 8. C. tit. 23. definit. 39. tota.* Plures autem eiuſmodi exceptiones litis ingreſſum impedientes, quas litis finitæ exceptio comprehendit, præter eas de quibus hic enumerat Muſcat. *d gloſſ finitæ, num. 12. cum ſeqq.* de quibus inibi quoque *d. gloſſ. & ſimilia, num. 1 cum ſeqq. & part. 5 gloſſ. 1. num. 18. in fin.* & Aſin. *d §. 13. cap 3 num 2, cum ſeqq. & cap. 9. toto. &* præter iam commemoratos, Alex. ad Bar. *in d l vir bonus ad verb. impedit litis conteſtationem. ff iud. ſol.* Marian. Socin. *latiſſ enumerando, 36. in cap. 1. num. 16. cum ſeqq.* de litiſconteſtatione: idemque Socin. *conſ. 38. præſertim, num. 6. 7. 18. 20. & ſeqq l br. 1,* Aretin. enumerando 44. *in §. æque, num. 5. verſ.* verum ad propriam, *inſtit. de excep.* Felin. vberrimè in cap. exceptionem ſub *num. 34. cum ſeqq. de exception.* Viu. remiſſiuè *lib. 1. com. opin verb.* exceptio oppoſita ad fin. *cum ſeq.* & nouiſſ. Merul. *prax. Holl. lib. 4. diſtinct. 4. tit. 4. cap. 13.*

o. *Perimendam.*) Quomodo proponi, & quæ concurrere debeant, latè Marian *in d cap. 1. num. 47.* Muſcat. *d. part. 4 gloſſ. vlteriora, ſub num. 2. cum ſeqq. vbi num 7. ad fin* concludit, tunc exceptiones litis finitæ, ſiue ante ſiue poſt conteſtationem opponantur, impedire proceſſum ad vlteriora, quando erunt claræ & liquidæ & incontinenti conſtabunt, vt per Bart. *in d. l. nam & poſtea,* hoc modo inquiēs loqui Afflict. *dec. 73* quia tunc non requirant altiorem indaginem: ob quam alioqui reſeruentur ad merita cauſæ, vt id declarat latiſſ. *ibidem gloſſ.* conclusionem, ſub *num. 4 cum ſeqq. & part. 5. gloſ. 1. ſub num. 11. & num. 20. cum ſeqq.* Voluitque Marant. *d. part. 6 memb. 9. num. 13.* Alciat. conſ. 394 *num. 10* Turzan. *d. opin. 15. num. 2.* Gramm. *dec. 65. num. 45. cum ſeq.* Menoch. *de ard. iud. libr. 2. caſu 20. in fin.* Burſat. copioſè ex com. M SC. *conſ 291. numer. 3. cum ſeqq.* Gail. limitando remiſſiue, *lib. 1. obſer. 74. num. 13. & lib. 1 pac. ſub. cap. 11. num. 19.* Venning. latè declarando, *d. conſ 9. numer. 77. cum ſeqq. inter conſ. Cautiunc.* Natt. exactiſſ. diſcutiendo vt opponens hanc peremptoriam in vim declinatoriæ ad proceſſum, debeat offerre probaturum ſe incontinenti vel infra breuem ſaltem terminum, nec ſufficiat petere ſtatui ſibi terminum legitimum, *conſ. 153. tota,* poſt Aret. 73 *præſertim ſub num. 4. præclare* Imbert, docens quid hac omni in re, in Gallia ob-

Digitized by Google

obſeruetur,*inſtitut.forenſ.lib.1.cap.36.in gloſſ.verb. Imperatorum.*

p. *Ante litiſconteſtationem.*) Aſin.*d.§.13.cap.9.n.15.& num.27.in fin.*

q. *Contra commiſſionem.*) Diximus latè ſupra *cap.127.num.8.ad verb.in principio, & ſeqq.* Sic inſuper exceptionem dilatoriam libelli impedimẽtum adferentem,litis ingreſſum impedire, Aſin.*d.§.13.cap.9.num 26.*

r. *Præſcriptio.*) Exceptionem præſcriptionis eſſe litis finitæ,Cepol.*conſ 71.in 2.dubio,verſ.ſed veritas eſt.* Alex *conſ.213.nu.1.cum apoſt,lib,2.* VVurm. declarando,*tit.44.obſer.16.*Luc.de Pen.*in l. vlt. verſus fin.ad verb.principium , C. de cenſib. libr.11.* Mich.Graſſ.*lib.2.com.opin.cap.13.quæſt. 1.in fin.* Tholoſ.*dec.67.*Socin.recitans 7.in hoc opiniones, *in d.cap.1.num,19.*idemque Socin.copioſè *d.conſ.98.num.6.& 20.*Afflict.*dec.52.ſub init.*Guid. *dec.416.num 13.*Boër.*ex com.& SC.dec 344.num.2. & 8.*Marant.*d.memb.9.nu.11.verſus fin.* Alciat.*conſ.394.num.3.*Couarr.in releċt.*cap.poſſeſſor malæ fidei,in init.ſub num.2.de reg.iur.in 6.*Villal. *in com. opin lit.P.num.286.*Aſin.*d.§.13.cap.3.nu,3.*Vaſq. latè limitando,*illuſtr.controuerſ cap.56.nu.1. cum ſeqq.*Burſat.ex.com.copioſe *d,conſ.291.nu.7.* Merul *prax Holland.lib.4.diſtinċt.4.tit.4. cap.13. ſub num.3.* Sed & exceptionem præſcriptionis impedire iudicium,adeoque & compromiſſum reſpondit Dec.*conſ. 21.num.3.*quem probat & Imbert.*d.libr.1 cap.36.gloſſ.verſ. Imperatorum* declarando in hac exceptione latiùs.Præſcribentem autem ſpacio 30.annorum non modo habere exceptionem, contra verum dominum,ſed &aċtionem ſi rem admittat,*per l.cum notiſſimi,C.de præſcript.30. annor.* notat,poſt Bart.& Angel.Zaſ.*in rubr. ff. de diuerſ. & tempor.præſcr.verſ.tandem eſt alia,* Verùm,Vui diſtinguendo,com opin. *libr.1.verſ.aċtio publiciana ad hæc,num.2.* tradit , bonæ fidei poſſeſſorem, poſt curſum 30.vel 40.annorum acquirere exceptionem,& publicianam aċtionem contrà dominũ, imò vtilem in rem, & per conſequens acquirere vtile dominiũ, vel domini effeċtum,*per l.ſi duo § 1, ff.de iureiur.* malæ fidei verò poſſeſſorem non acquirere niſi exceptionem ; addens diſtinċtionem illam tradidiſſe *gloſſ.in l traditionibus, C. de paċt.* quam ſcribat Alex.*num 3.* ibidem magis communiter approbari &c.& ſentit Villalob.*in com. op.n. liter.P.num.101.*vbi tamen , ſi res præſcripta poſt 30.annos venerit ad dominum,licet aduerſus quẽlibet præſcribens, habere aċtionem ad vendicandam,non tamen contra dominum verum; limitando,niſi præſcribens poſſideret cum titulo & bona fide.Sed hic ſolam bonam fidem ſufficere abſq; ſtituto, voluit etiam Couarr.poſt plures doċt. cõmemoratos,in releċtione *cap poſſeſſor malæ fidei, part.3.§.1.num.1.verſ.attamen qui vſuceperit,*licet directò contrarium,reieċta hac ſententia,aut limitatione aſſerat Vaſq.*controuerſ lib.2.cap.54.nu.11. cum ſeqq.& cap.89.num.63.* Sed etſi quis agit rei vendicatione,& in libello exprimit cauſam,quia rei dominus ſit, vel ad eũ ſpeċtet dominium, dato quod probet in proceſſu ſe præſcripſiſſe,& ſic vtile dominium acquiſiuiſſe,tamen obtinebit,cum dicatur contenta libelli probaſſe, vt poſt Panorm. *in cap.cæterum,numer.20. de iu* l.aliosque VVurmſer. *praċt.obſer.tit 44.obſ.12.poſt princ.*Couarr. *ex com. in d.cap poſſeſſor.part.3 §.1.num.1.ad fin.*vbi itidem ex com poſt Bald,*in l cum res,ad fi.C.de prob.* Dec. *in d cap.cæterum, nu.*(mihi)81.*cum ſeqq.*aliosq; ic, ſecus ſi habens dominium vtile dixerit in libello habere ſe proprietatem;quia tunc libellus non admittatur, nec poſſit defendi,idemque VVurmſ. *d. obſ 12.ad fin.*

ſ. *Paċtum.*) Videri etiam connumerari inter exceptiones litis ingreſſum impedientes,Muſc.*prax. ciuil part.4 gloſſ.verb.petendo,numer.1. cum ſeqq. præſertim num.8.* Contrà Marian *in d,cap.1. num. 32.*& poſt Alex.*ex com,ad fin.*Socin.*numer 6.in l. creditori,C.de paċt.*Turzan.*in d.15. opin.com.verb. tu qui nihil,num.4.*limitando quando allegans paċtum eiuſmodi,per publicum illud documentum oſtenderet,tunc enim exceptionem talem tanquam notorium(vti & aliam quãlibet) litis conteſtationem impedire,de qua relatius etiam Muſc.*d.part. 4.gloſſ.vlt.numer.5.*Aſin.*d.§.13.cap.9,numer. 12. in fin.*

t. *Rei iudicatæ.*) Exceptio hæc inter litis finitæ exceptiones connumeratur *in cap.de lit.conteſtat in 6.*Ferrar *in d.form reſponſ.rei conuen gloſſ verb. reſque iudic.num.3.*Alciat.*conſ.374.num.1.* Myſing. declarando *conſ.63.ſub num. 2.cum ſeq.*Aſin *d. 13. cap 9.num.11.*VVameſ.latè *conſ 143.num.1.* Merul,*d.lib.4.diſtinċt.4.tit.4.cap.13.ſub init.*Opponẽtem tamen ad proceſſum exceptionem rei iudicatæ,& proferentem ſententiam , non dici probaſſe incontinenti ſuam exceptionem ; ſi non produxerit pariter aċta,è quibus cognoſcatur, an eadem ſit vel diuerſa cauſa,reſpondit poſt Aretin *d conſ. 73.num.4.verſ. verum quia alij,*Natt.*d.conſ.155 ſub num.8.* Exceptionem porro rei iudicatæ,& litiſpendentiæ,iiſdem fere regulis iuris inſiſtere , colligit ex ſententia Felini,*in cap.ex tenore,nu.19. verſ. & generaliter dicit,de reſcript.*VVameſ. *conſ. 142. in princ.*Hinc inferens ex ſententia Dec. *in conſil. 460 num.8.*ex quibus cauſis exceptio rei in alia lite iudicata nihil facit ad impediendum alterius nouæ litis ingreſſum.inter eaſdem etiã perſonas,& eodẽ ex fonte; ex iiſdem non poſſe nouæ liti obiici pendentiam eiuſdem litis coram eodẽ vel alio iudice.

x. *Sed poſt*) Harum exceptionum naturam eſſe,vt bifariam opponantur,in vim ſcilicet dilatoriæ , ac peremptoriæ;quando in vim dilatoriæ , tunc ante

Digitized by Google

litis conteſtationem opponendæ, ac incontinenti probandæ ſint, ad hoc vt litis ingreſſum impediãt; ſin autem in vim peremptoriæ, puta vt cauſam perimunt, tunc opponi doceríque debere poſt acceptum iudicium, Mynſing. *d. conſil. 68. num.* 3. voluitque Cepol. *d. c. 71. in ij. dubio. verſic. item dict. except. &* Turzan. declarando, *d. opin. 15. nu. 1. & ſub num 7.* Gail *lib. 1 pac. publ cap. 11. num. 8. cum ſeqq.* Muſcatel, *in d. gl. verb. finita num.* 14. Merul. *dict. li. 4 diſtinct. 4 tit. 4 cap. 13. num. 4. & ſeq.* Adde tamen huc eundem Myns. è praxi *centur. 1. obſer. 24. tota*. Et exceptiones eiuſmodi (quas mixtas etiam eſſe dicit) ſi in peremptoriarum vim opponantur, incidentes dici conſueuiſſe; ſi vero in vim dilatoriarum & ſic ad proceſſum, emergentes; & conſecutiue à modo opponendi diiudicãdas eſſe, ſcribit poſt Salyc. *in l. 1. num. 11. C. de ord. iud.* alioſq; Aſin. *in d. § 13. in. 7. num* 4. Sed ea de re dicetur exactius infra *c. 144 num. 16. ad verb. dicamus eſſe, & num. ſeq. ad verb concernentes cauſam principalem.*

x. *Vſque ad concluſionem*) Text. *in l. peremptorias, vbi* Bald, *C, ſenten reſcind. non poſſ* Marant. *d. mem. 9. ſub num 11, & num.* 16 Muſc declarando. *prax. ciuil part. 4 gloſſ vlt. num. 1. & 4.* Fab. *d. lib, 8. Cod. tit. 23. deſ nit* 39 *num.* 10. cum ſeqq. vbi omiſſas quoque non malè per iudicem ſuppleri.

z. *Tria concurrere.*) Text. *in l. Iulianus, 3. & in l. cũ quæritur,* 12. vbi Caſtr *ff. de except. re iud.* Bald. *conſ. 462 lib* 3. Ferrar, *d glo. verb. reique iudicatæ ſub num* 3. *cum ſeq.* Alex. *conſ. 61. ſub num, 7. cum ſeq. lib.* 2. Socin *conſ. 18 num. 43, in fin. cum ſeqq. lib* 1. Dec. *conſ 96. in princ. conſ. 316. poſt princip. & conſ 445. num 43. cum ſeq.* Vinc. de Ann. limitando latiſſ. allegat. 8. *præſertim. num, 6. & allegat. 48. tota*. VVameſ. latiſſ. declarans, horum vno aliquo deficiente, exceptionem rei iudicatæ, vel litiſpendentiæ, impeditiuum & peremptorium effectum non retinere *d conſ. 142. & d. conſ. 144 vtrobique nu.* 2. *cum ſeqq.* Muſcat. daclarando exactiſſ. prax. ciuil, *part. 4. gloſſ. verb. iudicata, nu. 2. cum ſeqq.* Leonin. *conſ. 96. num.* 15.

a. *Eaſdem partes.*) Obſtare exceptionem rei iudicatæ, & contra hæredem, per *l. ſi à te § Iulianus, l. exceptio, l. ſi mater, § eandem ff. de except rei iudic.* Vinc de Franc. *dec. 179. num.* 1. Verùm ſententiam latam contra vnum ex cohæredibus alteri non nocere, cum æque principalis ſit, quia cohæres poſtea agendo ad diuerſum agere dicatur, VVameſ. *d. conſ. 144. nu. 4. in f. n.*

b. *Debitum fatetur.*) Sic, per exceptionem ſolutionis, partem videri confiteri debitũ, iuxta not. *in l ſiquidẽ C. de except.* voluit Marc. *dec. 842. n. 1. li.* 1. idemque in exceptione cõpenſationis docet Bald. *in l. cum Papinianus, num. 8. C. de ſent. omn. iudic.* id quod tamen intelligendum eſt, vt declarat Pek. in *c. exceptionem num. 4. verſ 4. ex eo, & nu. 9. verſ* 4. non obſtat. *de reg. iur in 6.* Alioqui enim contra, vt in illa regula exceptionum 63 & ibi Peck. ſuo more accuratiſſ. & *in l. non vtique,* vbi poſt alios Socin *in princ ff de except.* Aretin. latiſſ. inſtitut. *de except. num. 27.* Alex. *conſ 183 num 18 lib.* 6. Couarr. ex com. *var. reſol. lib. 1. cap. 2. nu. 3. verſ. eodem iure,* Natt *conſ.* 134 *nu. 1. &* 3. Gribald *in com opin. verb con, eſſio, reg.* 5. Oſaſc. ex com *dec.* 178 *præſertim num.* 9. Magon. Lucenſ. *deciſ* 60. *n.* 12. Scarcz. *in recept. ſentent theſaur litter. E. n* 162. Muſcatel. declarando. *prax. ciuil. part. 4. gloſ. verb. & ſimilia. nu. 4. cum ſeqq. per tex.* (quem dicit in hoc clariſſ. omnes tollere difficultates) *in d l. ſiquidem, 9. C. de except.*

c. *Vt conſignet.*) Huic conſentaneum eſt, quod ſcribit Imbert. *inſtit, forenſ. lib. 1. cap 35. verſu fin.* (& ſequitur iiſdem fere verbis, licet nulla Imberti mentione habita, Baro ad inſtitut. *tit. de except. ad fin. verſ. petro debitor.*) Debitori nullam exceptionẽ prodeſſe, quo minus æs alienum, cuius autenticam ſcripturam confeſſus eſt, publice conſignare cogatur: & ſupremæ curiæ placitis additum eſſe, debitam quantitatem debitori eſſe tradendam, antea tamen datis ab eo fideiuſſoribus, de illa, ſi ſuprema litis definitione decernatur, repræſentanda; qua de re ille ibidem latius, *in gloſſ verb. tradendam*. Quibus itidem congruit, quod tradit Rebuff. ex SC. *tom. 2. conſtitut. reg tract. de conſtitut. redit. articul 1. gloſſ 15. poſt princ.* reditus per modum prouiſionis ſolui debere pendente proceſſu, ſi erant conſueti ſolui, & obligatorium de iis erat inſtrumentum idemque Papon, ex Senatuſconſult. *lib 18. titul. 1 arreſt. 27.* allegans etiam Alex. *in leg. ſciendum, ff qui ſatiſd. cog. qui num.* 10. ibi tractat quidem, an poſſidens reditus teneatur ſatiſdare; ſed ad rem inſuper ne verbum quidem. adeo ſunt quidam in allegationibus vani. Et hæc è patriæ noſtræ conſtitutionibus, & praxi quoque obſeruantur.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT CXXXVII.

De præſcriptionibus.

SVMMAE.

1 *Ioan Franciſ. Balbus. Præſcriptionum collector diligens.*

2 *Præſcriptioni allegatio, peremptoria eſt exceptio.*

3 *Præſcriptiones aliæ ſunt*
- *Trium annorum.*
- *Decem annorum.*
- *Viginti annorum.*
- *Triginta annorum.*
- *Quadraginta annorum.*
- *Centum annorum.*
- *Infinitorum annorum.*

4–5 *Præſcriptio*
- *Trium annorum, locum habet in* { *Vtenſilibus & Rebus mobilibus.*
- *Annorum decem. / Annorum viginti. / Annorum triginta. / Annorum quadraginta. / Annorum centum, &c.* } *Locum habet in* { *Feudis & Rebus incorporalibus.*

6 *Ad præſcriptionem rei corporalis.*
- *Contra præſentes, requiritur* { *Titulus. / Tempus 10. annorum. / Continuatio temporis. / Bona fides.*
- *Contra abſentes requiruntur* { *Titulus. / 20. annorum poſſeſſio. / Continuatio. / Bona fides.*

8 *Præſcriptio 30. annorum requirit* { *Pacificam poſſeſſionem. / Continuam poſſeſſionem. / Bonam fidem.* } *30. annorum.*

9 *Præſcriptio 40. annorum, fit contra* { *Eccleſiam. / Principem. / Regionem. / Ciuitatem.* } *& requiritur* { *Titulus. / Continua poſſeſſio. / Bona fides.*

Præſcriptio
- *Contra*
  - 10 *Eccleſiam particularem, requiritur tantum poſſeſ. 40. annorum.*
  - 11 *Eccleſiam Romanam requirit* { *Titulum. / Poſſeſ. 100. annorum. / Continuationem. / Bonam fidem.*
- 12 *Infinita fit in* { *Dominiis / Iuriſdictionibus / & aliis reb. incorp.* } *requirit* { *Poſſ. annorum ſine nemo. / Poſſ. continuam. / Bonam fidem præſcribentis. / Vſum talis ſeruitutis. / Vſum publicum & notum.*

13 *Hypotheca onerata per Præſcriptionem 10. annorum liberatur.*

14 *Præſcribere nunquam poteſt Poſſeſſor malæ fidei.*

Feudum
- 15 *Quibuſdam non eſt præſcriptibile.*
- 16 *Zaſio præſcribitur 30. annis.*
- 17 *Eccleſiæ & reip. præſcribitur 40. annis.*

18 Res

Digitized by Google

18 Res { Feudi nomine poſſeſſa, poſt 30. annos (orta lite) Iuramentum requirit.
ſed
Pignoris titulo poſſeſſa, poſt 30 annos, orta lite, non eget { Iuramento, cum Tempore vllo. }

19 Nemo poſſeſſionis titulum ſibi mutare poteſt.

20 Fundus fit Feudalis, quando per 30. annos is pro feudo tenetur, & ſeruitia recipit.

21 Decimæ { Non ſunt Præſcriptibiles à Laicis.
Sed
22 Sunt Præſcriptibiles ab Eccleſiaſticis. }

23 Laicus Decimas poſſidere non poteſt. { Vllo modo,
24 Sub titulo Feudi,
25 Iure hereditario,
26 Tranſlatione dominij,
27 Titulo diuturnæ poſſeſſionis, } ergo nec præſcribere poteſt.

28 Reditus } qui dicantur.
29 Cenſus }

30 Reditus vel Cenſus, alij ſunt { Fundales, & præſcribuntur 30. vel 40. annis.
Honorabiles { Non præſcribuntur per ſe,
Sed
31 Præſcribuntur ipſorum Onera. } }

Præſcriptio non currit contra {
32 Pupillos, Minores, Prodigos, Furioſos.
33 Diu abſentes in negotio publico.
34 Currit tamen contra Abſentes voluntarie.
35 Milites in Militia exiſtentes.
36 Currit tamen contra Milites focarios.
37 Non valentes agere propter inundationem acceptam.
38 Eccleſiam tempore Schiſmatis.
39 Eccleſiam vacantem ſuo prælato.
40 Aliquem tempore Peſtis.
41 Aliquem tempore Belli.
42 Remp. aut Reip. vtilitatem.
43 Vxorem pro dote. }

44 Præſcriptiones omnes ſunt odioſæ, ideoque reſtringendæ.

Præſcriptio interrumpitur. {
Naturaliter {
45 Per inundationem.
46 Per vim Latronum.
47 Per violentam exturbationem ex poſſeſſione.
48 Quando aliquis diu poſſidere deſiit.
49 Quando Præſcribens laborauit mala fide.
50 Quando Præſcribens Poſſeſſionem deſerit.
51 Tempore ætatis pupillaris. }
Ciuiliter, {
52 Per litiſconteſtationem.
53 Per quaſi litiſconteſtationem.
54 Per executoris Conuentionem.
55 Per Supplicationem Principi exhibitam.
56 Per ſupplicationem cuius Iudici adhibitam,
57 quod { Aduerſarium conuenire non poteſt.
Aduerſarius ſit infans. Abſens.
Aduerſarius ſit Furioſus.
[-] Aduerſarius ſit in dignitate conſtitutus. } } }

Præſcriptio interrumpitur. { Ciuiliter {
58 Per Synodalem proclamationem.
59 Per Oraculum Principi oblatum,
60 Per debiti agnitionem.
61 Si Præſcriptus rem Præſcriptam nanciſcatur. } }

62 Litiſconteſtatio non interrumpit præſcriptionem Vſucapionis.

62 Vſu-

Digitized by Google

63 *Vſucapio interrumpitur ſola libelli oblatione.*
- *Quando Reus eſt Infans.*
- *Quando Reus eſt furioſus.*
- *Quando Reus eſt in dignitate conſtitutus.*
- *Per*
  - *Fructuum leuationem.*
  - *Pignoris dationem.*
  - *Proro[g]ationem*
  - *Poſſeſſionem acceptam à ſolo Satellite.*
  - *Non vſum poſſeſſionis.*

64 *Interruptio*
- *Naturalis prodeſt omnibus.*
- *Ciuilis tantum prodeſt illi per quem fit.*

65 66 *Præſcriptio*
- *Actionem cum ipſo tempore 30. annorum extinguit.*
- *Actionem & vendicationem rei corporalis, tribuit cuius Poſſeſſori præterquam Domino.*

67 *Fide mala poſſidens, non per actionem, ſed per exceptionem ſibi vendicat.*

68 *Lex & Canones requirunt*
- *Rem præſcriptibilem.*
- *Longum tempus.*
- *Iuſtum titulum.*
- *Continuam Poſſeſſionem.*

69 *Exceptio actionis eſt excluſio.*

70 *Præſcriptio habet vtile Dominium, & rei vendicationem.*

71 *Acquiruntur*
- *Vſucapione mobilia, cum directo Dominio.*
- *Præſcriptione immobilia, cum vtili Dominio.*

72 *Hypotheca*
- *tollitur Præſcriptione.*
- *non tollitur Vſucapione.*

73 *Exceptio Actionem excludit, aut vere, aut putatiue.*

74 14. *Præſcriptio cum mala fide eſt inualida.*

75 *Præſcriptio introducta eſt*
- *ex iure Ciuili.*
- *ob Bonum Publicum.*
  - *vt litibus daretur finis.*
  - *ad vitandos ſumptus.*
  - *ad tollendum errores vel confuſiones litium.*

76 *Lex Ciuilis non aufert Dominium, quod eſt de iure Gentium.*

77 *Aufert Dominium rei, per legem, aut per Principem, ſed cauſa vtilitatis publicæ.*

78 *Præſcriptio Dominium rei extinguit, Propter Bonum Publicum.*

79 *Præſcriptio contra Eccleſiam priuilegiatam, tempore Centenario eſt inualida.*

80 *Priuilegium Centenarium, reſtringi debet hac clauſula (non obſtante, & non aliter.)*

1 QVum Præſcriptionis materia, tam ſit fæcunda, perutilis, frequens, & fere quotidiana, non ſolum in iure Canonico, ſed etiam in Iure Ciuili vti copioſiſſime oſtendit præclarus V. I. Doctor, D. Ioan. Franc. Baldus in ſuo Tractatu Præſcriptionum, Mille, Centum, Quinquaginta ſex maximas columnas continente, idcirco non inutile, futurum eſſe putaui, ſi de Præſcriptionis materia, ea quæ ad praxim Ciuilem conducere videbuntur, huic libello, atque adeo huic capiti infererem. Reliqua vero, quæ ad ciuilem Praxim, parum ſpectare videbuntur, licet non minus vtilia habeantur, ſtudioſo lectori apud Doct. D. Ioannem Franciſcum Balbum, legenda permitterem, aut ſi placet vide in hoc libello meo, caput 51. de lapſu temporis.

Pro hac itaque Præſcriptionis notitia ac declaratione certius habenda, primo ſciendum eſt, 2
quod ſecundum cõmunem Doctorum Opinionem Præſcriptionis allegatio, ſit exceptio peremptoria, (a) atque talis naturæ (b) & efficaciæ, cuius eſt exceptio rei iudicatæ, quod non minus perimat, ſiue elidat petitionem, ſiue libellum, quam exceptio rei iudicatæ, § *Perpetuæ, inſtitut. de except. leg. Tertia, ff. eod. titul. de exceptio.* Et tam vna, quam altera, poteſt perpetuo allegari, & opponi, ob quod ambæ ſub exceptione peremptoria ſimplici continentur, de qua capite 136 iam proximo egimus.

Secundo, notandum eſt; quod permulti, imo 3
pœne infiniti ſunt præſcribendi modi. Sunt enim nonnullæ Præſcriptiones Trium annorum, aliæ

Viginti

Digitized by Google

Viginti annorum, aliæ Triginta annorum, nonnullæ Quadraginta annorum, aliæ ſunt Præſcriptiones tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Harum plæraſque ordine ſuo (Deo Optimo fauente) declarabimus.

4 Præſcriptio itaque trium annorum locum habet in vtenſilibus, ac bonis mobilibus, (c) nequaquam in aliis. Hæc autem Præſcriptio trium annorum in iure vocatur Vſucapio, *vt inſtit. de Vſucapi. in principio, & l. 1. C. in quibus cauſſ. ceſſ. long. temporis præſcrip.* ad quam obtinendam, tria concurrere debēt, videlicet, Titulus, Poſſeſſio trium annorum, continua, & Bona fides.

5 Aliæ autem (d) Præſcriptiones omnes habent locum in fundis corporalibus, aut incorporalibus, §. 1. *verſ. Et ideo, inſtitut. de Vſucap.*

6 Ad obtinendam vero Præſcriptionem fundorū, aut ſimilium rerum corporalium inter præſentes, quatuor (e) concurrere debent, ſcilicet, Titulus, Tēporis diuturnitas decem annorum, Poſſeſſio continua, & Bona fides.

7 Et ad obtinendam Poſſeſſionem per Præſcriptionem temporis contra abſentes, debent adeſſe (f) Titulus, Plena ac continua viginti annorum Poſſeſſio, & Bona fides.

8 In triginta annorum Præſcriptionibus, Poſſeſſori duo ſufficiunt, ſcilicet Pacifica, eaque continua triginta plenorum ſiue completorum annorū poſſeſſio, & Bona fides.

9 In hac enim Poſſeſſione, ſiue præſcriptione non eſt neceſſarius Titulus. In Præſcriptionibus quadraginta annorum, ſi poſſeſſor velit præſcribere contra Eccleſiam in generali, aut contra Principē, (h) aut contra Ditionem, aut contra Patriam, aut contra Oppidum, vel Ciuitatem, (i) is debet habere & Titulum, plenam ac continuam quadraginta annorum Poſſeſſionem & Bonam fidem. (k)

10 Sed ſi quis poſſeſſor velit præſcribere contra eccleſiam particularem, (l) ipſi Poſſeſſori requiritur duntaxat Poſſeſſio quadraginta plenorum ſiue cōpletorum annorum.

11 In Centum completorum, ſeu in plenorum annorum Præſcriptionibus, quæ contra Eccleſiam Romanam (m) currunt, non vnus, aut alter articulus ſufficit, ſed omnia ac ſingula prænarrata neceſſario requiruntur, *leg. Vt inter Diuinum, & Autentica, Quas actiones. Cod. de Sacroſanct. Eccle. & c. Nemo 16. q. 3. & c. Si quis de Præſcript. lib. 6. Bald. in l. Sicut n. 18. C. de Præſcr. 30. vel 40 annorum.*

12 Præſcriptio autem tanti temporis, cuius nulla in contrarium memoria (n) exiſtit, ea habeat communiter locum in materiis & poſſeſſionibus Iuriſdictionum, (o) Seruitutum, (p) & aliarum rerum incorporalium, (q) ad quas præſcribendas, quinque concurrere debent, Primo, nempe, Temporis diuturnitas, Secundum ſeruitutis qualitatem, Secundo poſſeſſio continua ſine vlla interruptione. Tertio, Præſcribentis bona fides (r) Quarto, quod ea Seruitute fuerit vſus, tanquam ſuo iure. (ſ) Quinto & vltimo, quod ſuus vſus fuerit Publicus, per Viſum Auditum, & per publicum vniuſcuiuſque Notitiam. (t) *cap. 1.* & ibi ſcribentes de Præſcript. *lib. 6.*

Si quando contingat vt Hypotheca onerata cōperiatur, eadem iterum Præſcriptione 10. annorū cum bona fide exoneratur, (v) ſi tanto tempore ea onera incognita, & non ſoluta fuerint. 13

Dixi ſæpius de bona fide, quæ in præſcriptione requiritur, quia Poſſeſſor malæ fidei, nullo tempore (x) præſcribere poteſt, vt habet vulgata Iuris Canonici regula, Poſſeſſor, de Regulis Iuris, *lib. 6.* vbi latiſſ. vide D. Dynum tractantem, Quis malæ ac bonæ fidei Poſſeſſor dicatur? (x) quis item præſcribere ac non præſcribere poſſet? 14

De Feudorum autē Præſcriptionibus hoc notādum eſt, quod Feudum (vt nonnullorum eſt opinio) non ſit inter dominum Feudi & Vaſallum præſcriptibile, & allegant Titulum 55, incipientē Imperialem decet ſolertiam, *& c. de prohib. feud. alienat. per Frederic.* 15

Alij tamen contrariam habent opinionem, quorum vnus eſt D. Vdalricus Zaſius, Iuriſconſultus inſignis, qui in ſua vſus feudorum Epitome, commonſtrat, quomodo feuda conſtituantur, & quid iuris Vaſallus ex ipſius conſequatur, Parte ſexta, Pagina libri quem habeo 3. Vbi ait notandum eſſe quod Feudum etiam Præſcriptione acquiratur, ſic vt ſi quis per triginta annos (l) rem Domini pro Feudo tenuiſset, & tanto tempore ipſi debita ſeruitia præſtitiſſet, is iam tale feudum etiam ſine inueſtitura, præſcripſiſſe dicendus eſſet, *c. Primo, §. Si quis per 30. annos, Si de feud. defun. cōten. ſit inter domi. & agna.* Vaſal. in vſib. Feud. Et hic quoq; dicendum eſt, ſufficere ſemel, tunc condigna præſtitiſſe ſeruitia, dummodo poſtea triginta anni ſubſequantur, ita vt per eoſdem triginta ſingulos annos, ea præſtare ſeruitia, neceſſe non fuerit. *fa. ca. Cum de Beneficio, de Præben. lib. 6.* & notatur, *in ca. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & Proprieta.* 16

Hæc autem opinio vera eſt in Feudis ſecularib. Nam in Feudis, ac rebus Eccleſiæ, & in rerum publicarum bonis, ad Præſcriptionem, Quadraginta anni requirerentur, quam diſtinctionem ponit (c) And. de Iſer. *in d. §. Si quis per 30.* annos & ibi Aluaro. allegat. *l. Iranem, C. de fundis Patrimonialibus lib. 11. & l. 1. C. ne rei domi. vel Templorum.* 17

Non enim præſumitur derogatum eſſe Eccleſię, & rebus publicis, per iura Feudalia, Præpoſi. ibi Sed hæc interim de præſcriptione rerum Feudaliū, & rerum quæ pignoris loco poſſidentur, notanda eſt differentia, quod ſi poſt triginta annorum curriculum, controuerſia incideret, non eſſet neceſſe quod Vaſallus ſuper Feudali re, iuramentum loco 18

pro-

Digitized by Google

probationis præſtaret gloſ. *in ca Primo. de Conſuetud. rect feud.* Sed ſi aliquis rem Domini à principio
pignoris loco tenuiſſet, & triginta anni decurriſſent
neceſſum eſſet, quod is Iuramentum præſtaret, (*d*)
quia tempus poſſeſſorem à Sacramento non releuat, *c. Final., de Feud. dato vi leg. commiſ.* Imo tempus hoc quantumuis longum non ſufficeret, poſtquam de pignoris titulo conſtaret. Nec eſt quod
quiſquam putet ſe poſſe mutare pignoris titulum,
& alium ſuæ Poſſeſſionis poſſe prætexere titulum,
quia nemo Poſſeſſionis titulum, aut Cauſam, ſibi
ipſi mutare poteſt.

19 Id enim ſi quis faceret, poſſeſſor eſſet in mala fide, quæ temporis curſum etiam in Feudis impedit
(*e*) præpoſit, *in d §. Si quis.* Sed hic quæritur, quid
de Domino Feudi dicendum ſit, qui à me per annos triginta, de eo Feudo ſeruitia recepit? hoc eſt,
qui ſub feudi nomine, imo qui à me per 30. annos
permiſit ſibi præſtari de eo fundo, iura, & ſeruitia
Feudalia, non ſecus quam ſi is fundus vere Feudalis eſſet; de eo (inquam) fundo quæritur an feudalis
20 ſit habendus an nõ? † Ad quam quæſtionem reſpõdendũ eſt affirmatiuè quod ob ſeruitia (*f*) illi admiſſa, plane factus ſit feudalis. Ita enim tenet Spec. in
Titu. *de Feud. §. 2. Secundo, queritur, Bald. in d. §. Si quis qui allegat. l. Finalem, de acceptilat.* & ad hanc
aſſertionem facit natura correlatiuorum. Ex his
monſtratis conſequitur, quod Dominus Feudi, etiam libertatem (*g*) eiuſdem feudi, præſcribere &
annihilare poteſt, ſi eam rem feudalem tanto tempore pro libera poſſediſſet, ita quod intra tantum
tempus triginta annorum, nullus Vaſallus talẽ rem
feudalem pro Feudo. & in ea libertate poſſediſſet, & vſus fuiſſet. Nam tunc vtile Dominium, cũ
directo conſolidatur, quod eſt notabile, Bald. &
Præpoſitus, *in d. §. Si quis allegant, ar. in l. Si hæres. Ad Trebell.* & Guiliel. *in l. ſi quis emptionis, Co. de præſcript. 30 vel 40. annor.*

Secus vero eſt de Eccleſiarum Decimis, atque
21 de earundem Feudis. Decimæ enim Sacrarum Eccleſiarum, nunquam ſunt per laicos præſcriptibiles, (*h*) *c. Cauſam quæ, & ibi Doctor. & Hoſtienſ. extra de Præſcript. Io. And.* Bald. *in c. Primo, de cenſibus*
Freder. de Senis, conſilio incipiente: *Laicus de prædio, & c. Prohibemus, extra, de decimis.* Quæ quidẽ
Authoritates, diligenter obſeruandæ ſunt contra
quoſdem Laicos, qui ſe aliquando in conductis
decimis, præſcriptione longi temporis tueri conãtur: ſcilicet, vt Decimas diu ab ipſis habitas, &
poſſeſſas ſe optimo iure perpetuo poſſidere poſſe
putant, ſed fruſtrà, (*i*) *vide c. Peruenit, de cenſib. vbi gloſ. dicit.*

22 Quod Eccleſia quidem contra Eccleſiam gaudet præſcriptione triginta annorum; ſi ſine interruptione Decimas poſſideat.

23 Laicus vero nullo modo capax eſt decimarum,
ca. Tua, primo, & c. Dudum. de decimis, quin & ſine præcepto, Laici eas poſsidere non poſſunt, *ca. Vltimo 16. quæſt. 2.*

Nec etiam poſſunt Decimas ſub nomine Feudi 24
tenere, niſi illas prius habuiſſent ante decretum Vrbani (*k*) Papæ 2. factum anno milleſimo nonageſimo ſexto. Aut (vt alij dicunt) niſi eas habuiſſent (*l*)
ante Concilium Lateranenſe, celebratum Romæ,
per Alexandrum 4. an. Dom. milleſimo centeſimo
ſeptuageſimo nono, (*m*) vt per Henricum Bohic. in
c. Quamuis, de decimis.

Neque poſſunt Decimæ etiam per laicum poſ- 25
ſideri iure hæreditario, *c. Ad decorem, extra de militat. in verſ. Nec ſanctuarium.*

Poſſeſſio enim eſt ius (*n*) inſiſtendi rebus poſſi- 26
deri non prohibitis. Similiter nec poteſt cum laico
de decimis fieri Contractus vllus, per quem Dominium directum vel vtile transferatur. (*o*)

Talis enim tranſlatio rei ſpiritualis, eſſet Alie- 27
natio *d. cap. Quamuis.*

Neque etiam valet Præſcriptio propter conſue- 28
tudinem cuiuſcunque temporis cum ipſis Laicis:
quod omnia iura contra eos inſurgant, vt in *c. cauſam, extra de præſcript. & in c. Ad decimas, de reſtit. ſpoliato lib. 6.* Ita tenuit D. Franciſc. Mingon cõmentator conſuetud. Ducatus Andegauenſis, *titul. de præſcript. artic.* 439 *n.* 3. 4. 5. 6. 7 *fol. l. b. meo.* 239.

Porro de Præſcriptione redituum & cenſuum,
hic paucula obſeruanda ſunt. Sed prius ipſorum
differentiam & diuerſitatem nota.

Reditus itaque ſunt prouẽtus (*p*) annui, qui quo- 29
tannis ad Dominum lucrati redeunt. Horum alij
ſunt Perpetui, alij Vitales, omnes tamen aut fundales aut honorabiles: Fundales quod ex fundis, Domibus, Caſtris, aut Ciuitatibus proueniant, & ſuper eis hypothecati ſint.

Honorabiles, qui ex Dominiis aut Ditionibus
proueniunt. Cenſus autem fere ſunt, qui ex Agrorũ 30
aut Villarum locationibus redeunt, vnde & hi annui etiam reditus dicuntur, ſuntque aut fundales,
aut honorabiles, de his Ouidius 2. de Ponto; ſic
ait: *Ad reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit vtile, ſolicitis ſupputat articulis.* De huiuſmodi
igitur Reditibus, & Cenſibus notandum eſt, quod
qui ſunt fundales, illi Præſcriptione 30. aut 40. annorum (*q*) euaneſcunt, & quaſi exoleſcunt.

Qui vero honorabiles ſunt, illi nullo tempo- 31
re ſunt præſcriptibiles, quatenus ſoluuntur ex cauſa Dominij, (*r*) Ditionis, Principatus, aut Imperij.
l. comperit. vbi omnes Doctores notant. *C. de Præſcrip. 30 vel 40. an.* Pan *in c. Ad audiendum, col. 2 It. extra de præſcript.* Quod addo propter quædam
Dominia annuis reditibus onerata, qui quotannis
ſoluendi ſunt, non ratione Dominij, ſed cauſa oneris impoſiti, quod ſolutionis onus (vt alij reditus
fundales) eſt cum certo tempore, ſcilicet 30. aut

40. an-

Digitized by Google

40. annorum præſcriptibile.

32 Contra Pupillos quoque minores 25 (ſ) an. contra Prodigos & Furioſos (t) non cadit vlla temporis Præſcriptio teſte D. Barto. à Chaſſeneo, in ſuis Commentariis Conſuetudinum Ducatus Burgundiæ. Titu *des Iuſtices*. § 8. in verb. *Et leur*. num. 28. folio libri quem ego habeo 81. quia præſcriptio in ætate Pupillari, vel in ætate minoris, Prodigi, ac furioſi dormit, vt habet, *l. Sicut*, & *Bald. in l. Cum notiſſimi*, *C. de præſcripti. 30. annorum*, *§. Imò*, *2. colum*. Addo Panorm. *in cap. Cum non liceat. 3 colum de præſcript. verſic. vltim gloſſ.* innuitur, & Barto. *in l. Etiam*, *1. colum*. de Minoribus, Reliquos autem caſus (v) in quibus Præſcriptio dormit, vide apud Panorm. in *cap. Ex tranſmiſſa. in 2 & 3. colum. de præſcript*. De Prodigo ac furioſ. *gloſſ in l. 2 C de curat furio*, & Bald. *in l Finali*, *1. columna*, *in verbo*. *Quid autem de Furioſis*, *C. In quibus. cauſ. in integr. reſtitut*. non eſt neceſſar. *Et Authent. niſi*, *C. de. con. mater.*

Neque item valet Præſcriptio contra eos, qui
33 diu abfuerunt (x) in cauſa neceſſaria, aut ob legitimam excuſationis cauſam, veluti qui diu abſentes occupati fuerunt, in negotiis Reipub. Titulus enim quo vacarunt Reip. cum bona fide, ſaltem cum effectu eos à Præſcriptione excuſat, imò & ſi Pręſcriptio rerum fuiſſet decreta, ipſa reſcindenda erit, & res eædem in integram repetendæ, *l. 1. & 2. etiam l. 6.* quæ incipit. Ab hoſtibus, *C. Quib. non obiic. long temp præſcript.*

34 Dixi autem de abſentia neceſſaria, & de occupatione in rep. quia ſi quis non neceſſariè, ſed voluntariè diu abeſſet, talis voluntaria abſentia, à Præſcriptione temporis cum effectu non excuſaret *l. Prim. & l. Quod tempore militiæ*, *C de reſt. mil. & eor qui Reip cauſa abfuerunt.*

Neque etiam currit Præſcriptio contra armatæ
35 militiæ Milites, & in militia exiſtentes ſaltem effectualiter. Nam & his etiam ſi præſcriptio adiudicata fuiſſet, poſtea adiudicanda erit Reſtitutio, *d. l. 1. & 2. & l Ab hoſtibus*, *C. quib. non obiicit. long. tempor. præſcript. & l 1. & l. Quod tempore*, *C. de reſtit. mil.*

36 Dixi quoque de Militibus in militia exiſtentibus propter Milites quoſdam delicatores & focarios, domini apud Vxores, & in foco delitantes, qui quamuis Militum titulo & priuilegio gaudeant, nihil tamen boni veri que Militis habent, ideoque nec Militis nomen merentur: & per conſequens talium longa abſentia, ſub inani titulo militiæ ipſos à Præſcriptione non excuſat, *l. Finali*, *C. Quib. nõ obiic long temp præſcript.*

37 Contra impotentes, aut non valentes agere (z) non currit Præſcriptio *l. 1. §. Si quis propter inundationem. ff. de itin. actu. priuat.* Ita tenet D. Bartholo. à Chaſſeneo in ſuis commentarijs Conſuetudinum Ducatus Burgundiæ, Titu. *des Cenſes*, *§. in principio. nu. 35 folio libr. mei. CCC.XLVIII.* *l. 1. in fine*, *C. de annal. except.*

Neque etiam currit præſcriptio contra Eccle- 38
ſiam in Schiſmate exiſtentem, loquendo de Centenaria præſcriptione, quæ ſolum currit cõtra Romanam Eccleſiam, ſed tempora ſchiſmatum deducantur. *c. Cum nobis*, *ext. de præſcrip.*

Nec etiam currit Præſcriptio contra Eccleſiam 39
vacantem, quia tunc ipſa legi imo defenſore caret, *vt extra. Nec ſed. vacan. aliq.* innouetur per totum, ideoque eo tempore durante, dormit (a) præſcriptio, teſte gloſſ *in verb Si autem non fuerit*, *in d. c. Primo* Quod intelligit Archidiac. tam de interpretatione, quàm de verè vacante Eccleſia.

Neque item Præſcriptio temporis currit tempo- 40
re Epidimiæ aut Peſtis. Peſtis (b) enim ſuperueniẽs omnem interrumpit Præſcriptionem, ſecundum Barto *in l. Naturaliter*, *§. 1. ff de vſucap.* vbi idem dicit de bello.

Nam neque belli tempore vlla Præſcriptio cur- 41
rit. *c. Ex tranſmiſſa*, *ext. de præſcriptionibus*, imo illud tempus de præſcriptione ſubducitur. (c) *in c. Prima actione. 6. quæſtione 3 l. Poſtliminium*, *ff. de capti & poſtlimi, reuerſ. & l. Ab hoſtibus*, *C. Quibus nõ obiic. longi temp præſc.* Bald. *in l. cum notiſſimi*, *§. Imo*, *C. de præſcrip. 30. annor. & doct. Canoniſtæ*, *in d. c. Ex tranſmiſſa.*

Vbi dicunt Præſcriptionem dormire tempore 42
Peſtis & Belli. His autem finitis & ceſſantibus, tẽpora continuentur, vt ibi per Innoc. & Abba. Nec præſcriptio currit contra Remp. aut contra communem profectum ac vtilitatẽ, *l. 2. in fine*, *C. Quib. non obiic long tempor. præſcript.* Neque contra Fiſcum in re fiſcali, *§. Primo*, *& § res fiſci inſtitut. de vſucap & longi tem. præſcriptionibus: & c. Cum non liceat, iuncta gloſſ. in verbo. Non obſtante, extra, de præſcript.*

Nec etiam contra vxorem, pro Dote & Matri- 43
monio durante vlla valet Præſcriptio, *l. in rebus*, *§. Omnis*, *C. de iure doti*, *& l. Cum notiſſimi*, *§. Illud*, *C. de præſcript. 30. vel 40. anno.* Sunt præterea alii multi caſus, in quibus nulla currit Præſcriptio, quos tamen breuitatis cauſa hic omittimus, & ſtudioſos ad tractatum D. Io. Franciſ. Balbi remittimus, hoc interim commonentes, quod Præſcriptiones omnes in Iure ſunt Odioſæ, ideoque reſtringendæ, nunquam ampliandæ (d).

Item, reſtringẽdæ ſunt, quod ad alias res non tra- 44
hantur, iuxta vulgatam regulam: Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari, *de reg. iur. libr 6.* Sed quia hactenus monſtrauimus, in quibus modis Præſcriptio currat, & non currat, reſtat nunc vidẽdũ, quibus modis & cauſis Præſcriptio interrũpatur. Pro quo ſciendum eſt, quod Præſcriptio interrumpatur, ſcilicet, Naturaliter & Ciuiliter.

Natu-

45 Naturaliter (f) interrumpitur per inundationem Maris vel Fluminis, vel quando aliquis per Latrones, vel per alios modos, de poſſeſſione violenter eiicitur *l. C. vnus, §. Fin. ff. de bon. autor. Iudic. poſſiden. vt it textus.*

46 Si propter naturam rei, veluti ſi prædium inundatum ſit, aut propter latronum potentiam nõ poteſt poſſideri, rectè dicatur nõ eſſe, quod poſſideatur.

47 Hinc paria ſunt, item, non poſſe reperiri, & rem non poſſe poſſideri, *l. qui vniuerſas, §. Item, quod à mari, ff. de acquiren. poſſeſſ.* vbi Paulus. IC.

48 Item, quod à mari vel à Flumine occupatum eſt, id poſſidere nos deſiuimus. Item, naturalis habetur Præſcriptionis interruptio, quando aliquis longo tempore poſſidere deſiit, ſicut opinatur Ioan. *leg. furtum, ad finem ff. de vſucap.* Item eſt & forte quidem naturalis interruptio, ſecundum Canoniſtas, quando ſcilicet Præſcribens in aliqua parte temporis habuit malam fidem. (g)

49 Item, quando Præſcribens poſſeſſionem deſerit (h) & relinquit, ita vt eam amplius non poſſideat.

50 Item, interrumpitur naturaliter Præſcriptio à tempore ætatis Pupillaris, id eſt, ab eo tempore quo Parentes obierunt, & Proles ſub tutela eſſe cœpit.

51 Hoc enim tempore durante, Pupillus ſe contra Præſcriptionem tueri non potuit. Ciuiliter autem interrumpitur Præſcriptio multis varijsq; modis.

52 Primo per Litiſconteſtationem (i) *l. Nec bona, Co. de præſcript. long. temporis.*

53 Secundò, per quaſi Litiſconteſtationem, vtpote per denunciationem factam Colono, in iudicium vocato, (k) *l. 2. C. Vbi in rem act. exer. debe.*

54 Vel per ſolam executoris conuentionem, (l) *leg. Cum notiſſimi, primo reſponſo C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* quæ quaſi Litiſconteſtatio dicitur. Item per ſolam oblationẽ precum, factam Principi. (m)

55 Et per tales preces, quæ Annalibus inſcribuntur aut in Prætorijs actionibus locum habe it, *l. 1 & 2. C. Quando lib princ. dat lit. conteſtat. facit & leg. Vt perfectius, C. de a nal. except.*

56 Item, per ſolam ſupplicis libelli oblationem, coram quocunque Iudice etiam ea fiat. Imo etiam ſi ob iudicis inopiam, aut defectum, fiat coram quibuſuis perſonis publicis & honeſtis.

57 In quo libello, aliquis conqueritur, quod aduerſarium ſuum conuenire non poteſt, nempe, ob aliquem quatuor ſequentium caſuũ, vel quod infans ſit, vel Furioſus, vel in Dignitate conſtitutus, vel quod ſit Abſens, (n) *dict. leg. Vt perfectius.* Vbi & lex iſtud requirere videtur, vt conteſtatio fiat apud domicilium poſſidentis, & idem legitur, 16. *quæſt. 3. § Poteſt verſic. Is autem* Idem quoque videtur dicendum eſſe, & in quinto caſu, quando, ſcilicet vultus aduerſarij (vt tex textus verbis vtar) terribilis eſt, non minus propter dignitatẽ, quam propter ipſius diuitias, vel propter ipſius potentiam, & malitiam, qua fortaſſis conquerentem, ſtatim interficeret, *l. Generaliter, §. ſin autem, verſ. ipſe autem, C. de rebus cred. & Iuriſiurand. l. 2. C de his qui propter met. Iudic non appel.*

Itẽ, ciuilis interruptio fit per Synodalem (o) proclamationem, *c. Sanctorum extra de præſcript.* 58

Item, per Sacrum Oraculum Principi oblatum, ſecuta poſtmodum conuentione per executorẽ, *le. Sicut in rem, C. de præſcript. 30. ann.* 59

Item, per debiti agnitionẽ. (p) 2. cautionem, & vſurarum ſolutiones, *l. Cum notiſſimi. §. Sed & l. Si quis emptionis, §. Fin. C. de præſcrip. 30. ann.* 60

Item, Si is contra quem præſcribitur, rei quæ præſcribitur, poſtea nanciſcatur poſſeſſionem, quę quidem interruptio, Litiſconteſtationem imitatur, ipſius vim habere cenſetur *l. Cum notiſſimi, §. Imo, C. de præſcript. 40. ann.* Ideoque hic interruptio etiã naturalis eſſe videtur, (q) & fortius quam ciuilis operatur in *di. §. Et eſt hoc loco notatu digniſſimum,* quod per Litiſconteſtationem, ipſo iure, vt & ſupra diximus) Præſcriptio interrumpatur. 61

Secus vero fit in Vſucapione triennij, quę per litiſcõteſtationem non interrumpitur, Et ſi quis per eam interrumpere vellet. Præſcriptio triennalis ſemper curreret contra actorem, etiamſi per Iudicis officium ipſi probanti intentionem ſuam reſtituatur res vſucapta, *l. 2. §. Fin. ff. pro emptore, & le. Si poſt acceptum, ff de rei vend.* In qua libelli oblatione interrumpitur. Primò, quando Reus eſt Infans 62

Secundò quando Furioſus eſt. Tertio, quando in dignitate conſtitutus eſt. Quartò, Vſucapio interrũpitur per Fructuum leuationem, aut per Pignoris dationem, per proteſtationem, per ſimplicem à ſatellite Poſitionem in poſſeſſione, & ſi poſſeſſor etiam illa non vtatur, interrumpitur tamen his modis præſcriptio ciuiliter. 63

Sed hoc loco notandum eſt, quod licet naturalis interruptio omnibus proſit, Ciuilis tamen nulli (r) prodeſt, niſi illi per quem fit, nec etiam vlli obeſt, niſi illi contra quem fit, *l. Intra quatuor ff. de diuer. & temporal. præſcript. & leg. 2. §. Præſcriptio, Digeſtu, ne de ſtatut. defunct* poſt quinque quæratur. Sed hic quæri poſſet quis ſit Præſcriptionis effectus. 64

Ad quod reſpondendum eſt, quod primus Præſcriptionis effectus eſt, quod actiones perſonales tollat. Iſtæ enim omnes per Præſcriptiones omnino perimũtur, (ſ) elapſo tẽpore 30. an. Extinguũtur enim quãdo perſonæ viuere deſinunt, ſicut extinguuntur reditus vitales, quod probatur per communem maximam, ſilicet, Solutione eius rei quæ debetur, omnis obligatio tollitur. *vt Inſtitu. Quibus mod. tollit. oblig.* ſed is qui præſcribit ſimilis eſt ſoluenti ſiue ſatisfacienti, *leg. Si pupillus, Dig. Eis de ad-* 65

Digitized by Google

de adminiſtra tutor. ergo per præſcriptionem, ſicut & per ſolutionem, Perſonalis actio extinguitur, quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Neque valent vlla argumenta in contrarium, quia expreſſum eſt *in l. Sicut in rem, & l. omnes, C. de praſcript. 30.* vel 40. annorum ergo in perpetuum non reuiuiſcunt ſemel extinctæ, *l. Qui res, §. Aream ff. de ſolut.* Hæc enim non ex ipſo iure intelligas oportet, ſed ope & vi exceptionis (t) coram Iudice factæ, & probatæ, vt innuit, *l. illa*, Sicut in rem, in principio ibi, ſed ſi quas res, &c. Alioquin enim quilibet poſſet agenti illudere & dicere: Ego tibi nec reſpondere, nec ſoluere teneor, quia iam præſcripſi. Quibus illuſoriis tergiuerſationibus vt occurratur, dicendũ eſt, quod actiones perſonales vltra 30 annos non viuant, ſed extinguantur, vt ait *leg. ſicut in rem ſepe prealleg ata*. Quam legem etiam intelligas oportet, quo ad effectum, non quo ad tempus, alioqui tempus non eſſet modus tollendæ allegationis, *l. obligatio iur, 2. § placet ff. de actionibus & obligationibus.*

66 Secundus præſcriptionis effectus eſt, quo ad res corporales, de quibus volunt leges, vt ſi quis præſcripſiſſet aliquam rem bona fide 30. ann. is haberet vtilem rei vendicationem (v) contra quemlibet alium poſſeſſorem præterquam contra Dominum, (x) Et hoc eſt quod innuitur, *le. pen. §. Si vero mala fide, ibi* Ita tamen & c. ſecundum Azo. Neque huic obſtat quod Pla. contra ſenſerit, dicens quod etiã contra Dominum detur vendicatio rei. Legi enim potius quam vni Iuriſconſulto habenda eſt fides.

67 Ideoque dicendum eſt ſecundum *d. leg. Quod is qui mala fid. poſſedit.* per 30 annos, is non poterit habere veram rei vendicationem, ſub titulo Præſcriptionis, ſed tantum Exceptionem, & non veram actionem: niſi forſaſſis contra eum, qui ipſi abſtulit vel ſurripuit, vel niſi contra eum, qui propter contumaciam eiuſdem Præſcriptoris, & Poſſeſſoris, poſitus eſſet in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ. Quo caſu talis Præſcriptor intra annum ſe offerre, & ſatiſdando ſe iudicio ſiſtere deberet, atque ita demum Poſſeſſionem recuperare, vti notatur, *l. Si quis emptionis, C. de praſcrip. 30.* vel 40 anno. *Et c. Præſcriptionẽ 16 q. 3.* Sed ita in Ciuilibus, Nam ſecundum Canones, & quo ad Laicos; vel etiam quo ad res Patrimoniales Clericorum, effectus tricenariæ præſcriptionis, & bona fide continuatæ, talis eſt, qualis eſt, ſecundum *d. leg. vt tamen in t. ll gas*, hoc quod dicit de mala fide correctũ (z) Sed quo ad Eccleſiaſticas Præſcriptiones, & Eccleſiaſtica negotia, effectus Quadragenariæ Præſcriptionis videtur eſſe talis, qualis eſt ſecundum leges, effectus longæ Præſcriptionis.

68 Qua ſicut lex in longa Præſcriptione requirit bonam fidem, & iuſtum Titulum, deinde requirit, vt res ea ſit Præſcriptibilis, & vt continuationem Poſſeſſionis oſtendat, ſic etiam & canones, in longiſſima Præſcriptione requirunt bonam Fidẽ, iuſtum Titulum, Præſcriptibilitatem, & Poſſeſſionis continuationem. Ideoque talis effectus eſt, vt acquiratur except. contra Dominum rei, vel contra Creditorem habentem eandem rem obligatam, *l. ſi quis emptionis in prin C. de praſcrip. 30. vel. 40. an. l. Fin ff. de act. & Obligationibus.*

Quocirca quia exceptio Actionis eſt excluſio, 69 vt habet *l. 2. ff. de Except.* ideo apparet quod Dominus antiquus, vel primus actionem habeat, qua rem ſibi vendicare contra quemlibet Poſſeſſorem poterit, præterquam contra illum, qui præſcripſit, vel contra eum, qui ab eodem cauſam habet.

Præſcriptor enim habet vtile Dominium (a) *le.* 70 *1. & Authentica ibi ſignata, C. de bon. mat.* ſed Præſcriptionem oportet eſſe tricennalem, ſicut elicitur *ex Authentica de nupt. §. Si vero expectet in fine, coll. 4* Et ideo is Præſcriptor tricennalis, iuxta eum Authenticum, vtilem rei vendicationem habere poteſt etiam contra primum Dominum. Nam lex dicit per præſcriptionem mutari Dominos *l. Eũ qui heredes. ff. de Vſuca. & ad idem § 1. inſtit de Vſucap. per quos iura*, M. not. Dominium directum acquiri ( ) Ideoque tam pro ſecundo, quã pro primo Domino Iura conſiſtunt, quia in textu, illa diſtinctio de vtili Dominio expreſſe dicta non reperitur, niſi in conſtitu. Feud. de Feud, non alie. ſine conſen. in rubro & nigro, & ſecundum hanc conſiderationẽ ſequentes collabaſcunt rationes, quæ videntur eſſe in contrarium. Si enim per ſolum vſum acquiratur directum Dominium, vt notatur *in rub. de Vſuc. pro rerum pro ſuo. § Si quis ſit eius effectus*, quare etiam non acquiritur idem directum Dominium, ſed tãtum vtile Dominium, cũ præſcriptione longi temporis, cum tamen eadem requirantur in long. temp. *preſcr. quæ in Vſuc* imo etiam maius tempus requiritur. Ad quod reſpondendum eſt, quod per Vſucap. acquiruntur Mobilia per praſcript. vero immobilia.

Et Mobilia certe facilius mutantur, & ad alios 71 tranſeunt dominos, quam immobilia, vt innuit ipſa vocabulorum ratio, nempe, dicta bona mobilia quod facile moueantur & mutentur: immobilia, quod non mutentur, aut quod ægre mutentur. Et etiam probatur per *leg. Si rem meo. ff. de acquirend. poſſeſ.*

Sed contra hæc quæri poterit, quæ ſit ratio quod 72 per Præſcriptionem tollitur hypothecaria, *l. Si quis emptionis, C. de praſcript. 30 vel 40. ann. & non per vſuca. l. 1. § cum prædium, 1 ff. de pignoribus. l. Iuſto §. Non mut. t. de vſucap.*

Ad quod reſpondendum eſt, hanc eſſe cauſam, 73 quia per Præſcriptionem acquiritur exceptio, quæ omnem actionem excludit, *c. Ad aures de praſcr.* Sed per Vſucapionem acquiritur Dominium, cuius dominij

Digitized by Google

minij intentio, eſt à quæſtione pignoris ſeparata,
vt in d. cl. §. *Cum Prædium*, ſecundum Ioan. Azo Et
quamuis per vſucapionem dicatur exceptio acqui-
ri, vt habet *l. in rebus §. omnis autem, C. de iure doti.*
Hoc tamen dictæ reſponſioni non obſtat, ſed am-
bo conſiſtere poſſunt. Non enim abſurdum eſt,
quod aliquis ratione proprietatis acquiſitæ exci-
piat, Nam cum alicui datur Proprietatis actio, mul-
to magis eidem datur & exceptio, *l. 1. §. Quod ait
prætor, ff. de ſuperfic. Ad idē, l. Fi. C. de rei vendicat. &
l. Sine poſſideſsis, C. de Preb.* Dabitur ergo ipſi actio
& ratione Vſuſapionis, & ratione Præſcriptionis
legitimæ, ſi non poſſideat: exceptio ſicut ait M. &
probatur *in l. Si quis emptiones* (quã alij tamen etiã
pro ſe producunt) *C. de præſcript. 30. vel 40. annor.*
Sed nunc quæritur: Quomodo dabitur exceptio
Domino, cum ea ſit actionis excluſio? Et ſi excep-
tio excludat Actionem, quomodo Domino dabi-
tur per exceptionem, Actio ad rei vendicationem?
Ad quod reſpondendum eſt, quod exceptio ſit
actionis, id eſt, intentionis excluſio ſecum M. vel
quod ſit excluſio actionis, ſcilicet, vel veræ vel
putatiuæ, quod cum iuris Canonici mente conue-
nire puto. Sed & hoc nunc quoque quæri pote-
rit: Cur aliud ſit in Vſucapione, & aliud in Præ-
ſcriptione longi temporis? Ad quod reſpon-
dere licebit, quod prolixius tempus hoc faciat, Et
quia *l. 1. dicit ff. de Pignorib.* quod quæſtio Pigno-
ris ſit ab intentione Dominij ſeparata, hoc eſt, vt
per ipſam, Dominium ſiue proprietas rei acquira-
tur, non vt obligat pignor. perimatur, Et quod *l. 1.*
dicit ſeparata, id tantum verum eſt in caſu illo, de
quo ibi loquitur Non enim ſequitur, quod is qui
eſt Dominus Prædij, ſit etiam Dominus fru-
ctuum conſumptorum. Neque quod is qui prædiũ
obligatum habeat, is etiam conſumptos fructus ha-
beat obligatos, & ideo quamuis prædij Dominus
fructus futuros intendat obligare, tamen non te-
net obligatio in conſumptis, ſicut teneretur in præ-
dio, quia illi fructus nunquam fuerunt ſui, ſicut
prædium. Quocirca nec Creditor poteſt de ipſis
fructibus formare quæſtionẽ, ſicuti poteſt de præ-
dio obligato, & ita tenuit D. Io Franc. Balbus in
ſuo præcitato tractatu præſcriptionum, *in fine
num 52 53 54. 55 56. 57. folio li. meo, 289. col vlt.*
Sed quæ hic diſputationis cauſa expreſſimus, ea
74 ſic habent, vt ex ijs elicienda ſit hæc concluſio,
quod nec in Foro Canonico, nec in Ciuili Foro
valeat vlla, cum mala fide præſcript. *c. Finali, ext.
de præſcript* iuncta ibidem ſingulari gloſſa, *in verbo
Nullius temporis*, quam ibi per ocium videre licebit.
Sed hic quoque moneri poſſet quæſtio, vnde &
ob quam cauſam (*c*) introductæ ſint temporũ Præ-
ſcriptiones, de quibus hactenus egimus?
75 Ad quam reſpondendum erit, quod præſcriptio-
nes ſint introductæ de Iure Ciuili, (*d*) & propter
bonum publicum, *l. 1 & 3. ff de vſucap. not.* Azo. in
ſumma, *C. de vſucap pro emptor. circa exordiũ* Hinc
eſt quod Bal. id repeti *l. 1. col. 3. circa medium, Co.
de emancip. libero*, dicit, ſi Ius Ciuile non eſſet, ne-
que Præſcriptiones omnino eſſent, per hoc innuẽs,
quod præſcriptiones à Iure Ciuili ſuam originem
neceſſario trahant, Item, fuit præſcriptio introdu-
cta, vt tandem conſtitueretur optatus Litium fi-
nis *l. Final. ff. pro ſocio*, Item ne rerum Dominia in
incerto manerent, *§. 1. inſtit. de vſucap. & lon. tem.
præſcript. & l. 1. ff. de vſuc. & cap. Vigilanti. extr.
de præſcript.* Sic Epheſinus quoque Legiſlator præ-
ſcriptiones inſtituit, ſed tantum ad euitandos mi-
ſerorum intolerabiles ſumptus. Deinde propter
confuſionem Litium, & ad errores vitandos (qui
tra longum tempus incidere poſſent) tanquam tri-
geſimalem vel quadragenalem præſcriptionem
admiſit, cui ſoli vigorem legis impoſuit, & re-
ſtrinxit.
Sed poſſet his aliquis obiicere: Quod præſcrip- 76
tio ſeu lex Ciuilis, quæ præſcriptionẽ introduxit,
non poſſit auferre Dominium, quod eſt de iure
gentium, *l. Ex hoc iure*, cum ibi plene notatis, *ff. de
iuſtit. & iur. iuncto §. Sed naturaliter inſtit. de iur.
na. gent & ciuili, Ergo, &c.* Ad hoc poteſt dari ſo-
lutio (*e*) quod Lex Ciuilis ex cauſa poteſt aliquan-
do recedere à Iure naturali vel gentium, & illi de-
rogare in aliquo caſu, licet non in totum, vt habet
textus notabilis, in *l. Ius Ciuile, ff. de Iuſtit. & Iure*
Hinc eſt, quod Lex & princeps cũ cauſa, præſertim 77
propter bonum publicum, & ex cauſa publicæ
vtilitatis, poſſunt alicui auferre Dominium rei
ſuæ *l. Item, ſi verberatum, ff de rei vendicat. & leg.
Lucius. ff. de euictionib*, Notant glo. & Bart. *in l. Fi-
nali, C. Si contra vel vtili ſu. l* Item, *le. ſi priuatus,
ff. qui & à quibus manumiſ. lib. non fiunt, & l. Antio-
chenſium ff. de priu. credito* notat quoque idem Bar.
*in l. Omnes populi, 1. q 4. quæſt. principalis, ff de iuſti.
& iure* Alexan. *in l. 1. colum. antepe. ff. ſolut matri.
& plene Feli in c. Quæ in Eccleſiarum, colu* 8. *cum
ſeq* & poſt Panor. & alios Canoniſtas, *de conſtitu.*
& late Dominus Iaſon idem confirmat, *in leg. Bar-
barius, colum. 7 cum duabus ſeq. ff. de offic. prætor.* Et
Alexan. *conſ CXC. inc. pien* Æterni numinis 2 & 3.
columnis, 2 vol.
Hac igitur ſola ratione, poteſt Lex Ciuilis per 78
præſcriptionem auferre, & extinguere Dominium
quæſitum de Iure gentium, quia talis præſcriptio
introducta fuit propter bonum publicum, & ne
rerum Dominia diu eſſent in incerto *l. g. 1. ff. de
vſucapion.* ſed fortior eſt ratio, ſi præſcriptio talis,
principaliter fiat publicæ vtilitatis gratia, ſecundũ
Bart. *in l. Nemo poteſt, colum. 4. verſic* quærit Dyn.
ff. de legat. 1. & eſt de mente eiuſdem Bart. *in d. l.
1. circa finem.* Vel ſaltem ſi ſecundo propter publi-
cam vtilitatem fiat, vt habet verior opinio. Sic aſ-

Digitized by Google

ſerunt Ang Imol. & Alex. *in d l. Nemo potest, colu. penul.* Allegatur & hæc cauſa, vt eſſet litium finis, *d l. Fin ff. pro ſoci.* Quæ cauſa publicam vtilitatem etiam concernit, *l. Proferandum, in princ.* cum ibi not. *C. de iud.* Plures autem rationes propter quas fuit introducta præſcriptio, plenius explicat Pet. de Anch. *in repeti. c. Poſſeſſor, colum 2. de regul iur in 6.* poſt Ioan. And. in Mercu Sed priuſquam præſens caput abſoluam, vnam quæſtionem hanc obſeruãdam eſſe volui. Dictum eſt ſuprà, quod contra Eccleſias inferiores currat præſcriptio quadragenaria quæritur nunc, an contra talem præſcriptionem valeat priuilegium tali Eccleſiæ conceſſum, ne ſcilicet, contra eam præſcriberetur, niſi poſt centum annos, ſicut olim, *iuxta l. Final. C. de Sacroſan. Eccleſ.* Gloſſa magna, *in d. Autent. Quas actione. verſ. Item nunquid.*

79 Ad quam quæſtionem reſpondendum eſt, quod contra tale Priuilegium, non valet præſcriptio quadragenaria.

80 Et refertur ibidem, quod tale Priuilegium fuit aliquando conceſſum Eccleſiæ Nouantulanæ. Et prædicta ſolutio etiam confirmatur per Bartol. & Docto, cum reſtrictione tamen, ſcilicet, dummodo in tali priuilegio ſit appoſita hæc clauſula: non obſtante, & non aliter, vt ibi latè per Iaſonem, *colu. 7. circa medium & ſeq.* & per Felin. *in cap. Nonnulli, in princ. colum. 14. verſic. Sexto facit, de reſcript.* Vbi concludit (per ea quæ habentur *in d. Authen. Quas actionis,* maxime per Bald. *colum. 2. verſic. ul. ſed illa gloſſa. & verſi. Quid ergo. &c.*) non valere priuilegium, vt nulla Præſcriptio currat contra Priuilegiatum, niſi habeat clauſulam non obſtante. Notandum tamen eſt, ſi Imperator concederet alicui Eccleſiæ priuilegiũ Præſcriptionis cẽtenariæ, illud ſtatim valeret, quo ad Laicos, ſed non contra alias Eccleſias: quin eæ poſſent præſcribere contra illam ſic priuilegiatam, quadraginta annis, niſi S. Pontifex illud priuilegium confirmaſſet. Ita decidunt Arch. & Gemi. *in c. Quo iura, circa finem, 8. diſt.* quos refert & ſequitur Fel. *in ca. Ad audientiam, colum. ſi verſic. demum nota. de Praeſcript.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXXXVII.

a. SIt exceptio peremptoris.) Cou. latè differens, *in relect. c. poſſeſſor malefidei, part. 2. in ini. ſub num. 2. de reg. iur. in 6. vbi num. 3 cum ſeq. & nu. 5. verſ. 6* colligitur, *cum ſeq. & verſ. ult.* an ſit diſcrimen inter exceptionem & præſcriptionem qua de re itidem Oldendorp. *de vſucap. & praeſcr. ca. de ſignificat. vſuca. & praeſcr. poſt princip. verſ praeſcript. apud IC.*

b. *Talis natura.*) Ferrarien. *in praxi in form. reſponſ. rei conuent. ad verb. praeſcriptionis, nu. 1. Dixi ca. praecedenti 136. num. 5. ad verb. praeſcriptio*, & addatur quod annotatur hic inferius *num. 65. ad verb. perimuntur, in fin.*

c. *Mobilibus*) Quid de ſtylo & conſuetudine, diximus ſupra abunde *cap 51. nu. 10. ad verb. res mobilis*, Differentiam autem ab auctore quoque hic traditam vt vſucapio à præſcriptione in hoc differat, quod vſucapio rebus mobilibus, præſcriptio immobilibus conueniat, damnat late Oldend. *di. t. de ſignificat. vſucap. & praeſc. verſus fin. verſ deinde vſucapionem trahunt*, & Couarr. licet fateatur hanc com. omnium interpretum doctrinam, *in d. c. poſſ. malefidei, in int. part 2 §. un. praeſertim nu. 3.* vbi tamen *in verſ 7. ex his* interpretatur Panor. & Felin. *in rubr. de praeſc.* dum cenſent vſucapionem generice ſumptam etiam ad immobilia referri: vt verum id in hunc modum ſit, vt vſucapio non tantum de mobilibus ſed & immobilibus prædicetur; tametſi poſtmodum in vſucapionem mobilium diſtinguatur, differant ſiquidem hæ vſucapiones, tanquam ſpecies diuerſæ ſub eodem genere contentæ.

d. *Alia autem*) Zaſ. declarando, *ad rubr. de diuer. & temporal praeſcr verſ. item eſt praeſcr. 3. an.* vbi, in quibus differant vſucapiones trienni in mobilib. & decem vel 20. annorum in immobilibus.

e. *Quatuor.*) Ita fere, latius confirmando, & declarando Ferrarienſ. in forma reſponſ. rei conuẽt. *ad verb. praeſcriptionis, ſub n. 3. & nu 8. & ſeqq.* Verum VVeſenbec *conſ. 14 nu 74* (vt & Otaſc. pede, *dec. 179. nu. 15* tria tantum requirit, comprehendens, puta, ſub continua poſſeſſione, temporis diuturnitatem; & addens, vno deficiente, totam præſcriptionem corruere, id quod voluit & Pariſ. *conſ. 50. num 5. lib. 1.*

f. *Debent adeſſe.*) Dec. *conſ. 558 num. 11 & nouiſſ.* Meichſn. *dec. 1. numer. 42. tom. 3.* vbi inſuper requiri vt res ſit præſcriptibilis.

g. *Duo ſufficiunt.*) Imò vnum ſufficere, ſcilicet poſſeſſionem continuatam, cum ipſo curſu temporis, *per authentica malaefidei, l. ſicut, & l. omnes, Co. de praeſcrip. 30. annor.* Ferrar. *in dict. verb. praeſcriptionis, num. 4.* in form. reſponſionis rei conuent. Sic & Zaſ. *in d. rub. de verſ. & temporal praeſcript. verſic. ul.* tandem eſt alia. tradit, Præſcriptionem

30. an-

30. annorum, quam neſciuit ius digeſtorum, ſed de iure Camerſis, procedere de iure ciuili ſine titulo & bona fide, dum non ſit mala, voluitque copioſe VVeſenbec. *d. conſ. 14 nu. 75.* & Vaſq. *declarando d. cap. 77.* quod in 30. annorum præſcriptione nullus requiratur titulus, reſpondit itidem Alexand. *conſ. 48 num. 8 in fin. lib. 5.* latè Merchſner. *di. dec. 1. ſub num. 28.* vbi nihilominus bonam fidem præſumi, adeo vt longiſſimi temporis curſu purgatum cenſeatur, quidquid erat vitij in ea re mala fide ac vi poſſeſſa, per *leg. vlt. gloſ. in verb. 30 annorum*, & poſt Bart. *ad fin. num. 17* communiter alij *Co. vnde vi* Iaſ. *conſ. 57. ad fin. conſ. 72 ſub nume 2 libr. 1. conſ. 209. ſub num. 1 lib. 2 & in §. ſi d. ift num. 120. inſt. de action.* Alex *conſ. 6 ſub num. 1. cum ſeq. lib. 1. conſ. 151 num. 7. & conſ. 200 num. 7. lib. 2* Afflict. *dec. 40. num. 12.* Dec. *conſ. 257. num. 4. & 5 conſil. 266 num 5 cum apoſtil conſ. 267. ſub num. 5. conſil. 375. num 5. ad fin. conſ. 558. num. 12.* Crauett. *de antiq. temp. part. 4. in ſection. cui init.* materia iſta *ſub num. 16. cum ſeq.* Chaſſen. declarando, ad conſuet. Burgund. *tit 11 §. 2. num 9 cum ſeq* Pariſ. *conſ. 15. num. 21. lib. 1* Couarr. *ex com. d. c. arando, ad ca. poſſeſſ. r. part. 2. §. 8. num. 3 de reg. iur. in 6.* VVeſenbec. *co. ſ. 5 num. 15.* Roland. *conſ. 3 num 39. lib. 1.* Fichã. aliud ſentiens ſi contrarium manifeſte probetur, *conſ. 72. num. 6 in fin cum ſeqq. lib. 2.* idemque, aſſerens præſcriptionem 30. vel 40. annorum ſine titulo, æquiparari præſcriptioni 10. vel 20. annorum; cum quod deeſt ratione tituli, ſuppleatur ratione temporis *conſ. 73. ſ. 3. ſub numer. 2. cum ſeq. eod. lib. 2.* latè Men. *arbit. iud. caſu 43 n. 7. & recuperand. poſſeſſ. remed. 13. q. 10. num. 70.* & extendendo, *lib. 3. præſumpt. 130. num. 7.* Licet aliud hac in re tradat Pariſ. *d. conſ. 15. num. 12. ad fi. lib. 1.*

h. *Principem*] Diſtinguit late Guid *dec. 416 n. 1.* Boër. copioſe *dec. 264. ſub num 18 cum ſeq.* Couar. *in relect. c. poſſeſſor mal. fid. de reg. iur. part. 2. §. 2 num 7. cum ſeqq.* præſertim *num 9 de reg. iur. in 6.* Decian. *conſ. 124. num. 44 cum ſeq lib. 3.* Fachinæ *contro. iur. lib. 13 cap. 81.* Menoch. *conſ 201. num. 127. cum ſeqq. & conſ. 962. num. 1. cum ſeqq.* Cæterum contra principem, non recognoſcentem ſuperiorem ſeu imperatorem, non currere præſcriptionem niſi centum annorum, Alex. *conſ. 84 num. 2. cum apoſtill lib. 1. & conſ 14 num 14. ad fin lib 5* Oſaſc. *deciſ. 69. num. 13.* Crauett. latiſſ. etiam diſtinguendo, & declarando, *de antiquitat. temp. part. 4. cap. abſolutis differentiis, q. 6. num. 12. & q. 9 præſertim num. 36. cum ſeq.* Decian. ſic quoque exaudiendus, *dict. conſ 124. ſub num. 44. lib. 3. & com.* fatetur, licet aliter ſentiens diſtinguendo, Fachin. *controuerſ. iur. lib. 8 c. 3. verſ. quod attinet.* vt & idem in republica ſuperiorem non recognoſcente reſpondit, poſt Socin. *conſ. 86. num. 12 in fin. cum ſeq lib. 1.* aliosque, Menoch. *conſ. 1101. num. 44.* latiſſ. autem de omnibus his limitã do & diſtinguendo, Surd. iuſta *dec. 1. præſertim ſub num. 2 ſub num. 7. cum ſeqq. vbi numer. 8. & 9.* non procedere niſi illis caſibus enumeratis in adducta *l. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ.* neque vltra eos caſus requiri centenariam præſcriptionem, id quod generaliter reſpondit & VVeſenbec. *conſ. 5. in init.*

i. *Ciuitatem.* Extra caſus nimirum *in l. vlt. Cod. de ſacroſan. eccleſ. commemoratos,* Crauett. late *di. quæ. 9. ſub num. 37. cum ſeqq.* Villal. *com opin lit. P. n. 126.* Couarr. *d. cap. poſſeſſor. d. §. 2. nu. 9. verſus fin. verſ. ſic extra, per l. comunes, C. de præſcr. 40. annor.* vbi iuribus ciuitatis etiam præſcribitur 40. annis, Alex. *conſ 16 nu 24. l. b. 5.* & poſt Pariſ. *conſ. 25. ſub num. 27. lib. 1.* Suaz. alleg. *15. nu. 2. in fin.* aliosque Menoc. *conſ. 1169. num. 25. vbi num 26.* poſt Crauett. *conſ. 276 num. 4. in fin ius agendi de nullitate alienationis*, & actus geſti à ciuitate, tolli annis 40. licet aliter hic quoque ſentiat Facin. *d. lib 8 cap. 3. verſ. ſequitur, vt de ciuitatũ* Idemque, nihilominus, quod in ciuitate, in caſtris & villis reſpondit poſt doct. *in d. l. 2 lit. de ſacroſ. eccl. ſ* Roland. *ex com conſ. 90. n. 24 cum ſeqq. lib. 1.* Villal *ex com in d. liter. P n. 237. & lit. A. num 162.* licet aliud in pago aſſerat Suar. *recept ſentent. theſ. in lit. A. nu. 189.* Dixi ad Damh. *in loc. com. par. tit.* Eccleſia & reſpub. *ad verb. eccleſiam.*

k. *Et bonam fidem.* Sic in *c. 1. in fin. de præſcr. in 6.* ſancitum eſſe, curſu temporis immemorialis præſcribi eccleſiæ bona, quæ alioqui ſine titulo & bona fide non præſcribuntur alio temporis lapſu; Menoch. *de præſumpt. 131. num 40. & conſil. 1050. numero 14.*

l. *Contra eccleſiam particularem.* Quadragenaria præſcriptione opus eſſe ad excludendam eccleſiã, à proſecutione rei vel iuris ſui, Guid. *dec. 161 nu. 2.* Boër. *dec 264. num. 24. ad fi. cum ſeq.* late Meſchin. *dec. 1. num 19. & ſeqq. part. 3.* Crauett. declarando *conſ. 425. nu. 8. cum ſeqq.* non tantum ſi priuatus præſcribat cõtra eccleſiam, Bald. *conſ 211. toto, li. 1.* Ale. *169 ſub nu. 2 lib. 2. & conſ. 5. ſub nu. 13. libr. 5.* Pariſ. ex com. declarando & extendendo *conſ. 27. num. 58. & ſeqq. & conſ. 101. num. 76. lib. 1.* verum etiam ſi eccleſia contra eccleſiam, per *ca. de quarta & c. ad aures,* vbi Pano. & Felin *in princ. de præſcr.* Villal. *in com opin. liter. E num. 6. & 7.* Gribald. *in com. opin verb. eccleſia, reg. 3.* Couarr. *d. c. poſſeſſ. part. 2. §. 2. num. 3. cum ſeqq.* quadragenariam præſcriptionem hanc oportere vsque ad vltimam diem, ex toto eſſe completam; ſic vt nec vltima dies cœpta pro completa habeatur; quia odioſa ſit, per *gloſſ. 1. in leg in vſucapione, ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. & in l. 3. § minorem. de minor. & voluit* Zaſ. *in d. l. in vſucapione ſub init. & ad rubr. dict. tit. de diuerſ. & temporal. præſcript verſ eſt & alius* qua de re tamen Tiraq. latius, in tract. *de iud. in reb. exig. ferend. verſ. 69. his proximũ. eſt in fin.* Eccleſiã vero priuato ſucce-

Digitized by Google

ſuccedentem, in præſcribendo, pro præterito vti iure priuati, pro futuro autem priuilegio ſuo, diſtinguendo & diuidendo tempora, reſpondit Bald. d. conſ. 211 in fin lib. 1. Panorm ex com. latius declarando, conſ. 14. num. 1. in fin. cum ſeq. libr. 2. & in d. cap. de quarta, ſub num 20. Iaſ. poſt alios in adducta authent. quas actiones, verſus fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. Balb. ex. com. tractat. præſcr part. 1. part. princ. 5. in 3. ſpecial. quæſtione num. 1. Villal in com. opin. lit. P num. 227. & lit. E. nu 10. Soarez in recept. ſent. theſ. lit E. num. 9 Kirchou. cent. 2. concluſ 80. verb. eccleſia ſuccedent Surd. dec. 4. num. 17. Sed præſcriptionem longiſſ. 40. annorũ omnẽ excludere actionem, per d. c. ad aures, ca. vigilanti, & c. vlt. vbi not. de præſcr. Pariſ. conſil. 15. n. 12. conſ. 37. n. 57. & conſ. 101. n. 80. cum ſeqq. li 1. Migon. Luc. dec 62. ſub n. 5. apud quos etiã tribuere omnem ſecuritatem præſcribenti idemq; ie Meichſner. deciſ. 1 ſub num. 36. part. 3. Ant Fab. C. lib. 7. tit. 13. definit. 1. num. 2. & num. 38. Veruntamen præſcriptionem huiuſmodi contra eccleſiam particularem ſolum incipere currere poſt mortem illius prælati qui male alienauit rem ipſius eccleſiæ, atque ita ſolùm tempore ſucceſſoris eius, per tex. in cap. ſi ſacerdotes. cum gloſſ. 16. quæſtione, 3. poſt Bald. d. partic. 1. 5 partic. princ. quæſt. 1 num. 8. alioſque Menoch conſ. 191. num 37. vbi num. 38. poſt eundem Bald. d. quæſt. 1. nu. 8. verſ. 2. limita quod quando ius com. ſtatuit maius tempus in priuatorum rebus præſcribendis, puta in ſeruitutibus diſcontinuis, tunc non præſcribatur contra eccleſiam minori tempore, ne ſit deterioris conditionis quam priuatus.

m. *Contra eccleſiam*) Rom. Couarr. declarando, ad d. cap. poſſeſſor. part. 2 §. 2 num. 6. Surd. d. dec. 1. n. 2. & 9. Viui, idem in priuato rem cum eccleſia cõmunem habente aſtruens, dec. 521. num. 19 Meichſner. declarando, d. dec. 1. numer. 20. Fab. d. defin. 1. num 3. & 4 Facinæ. d libr 8. controuer. iur. cap. 3. verſ. reſtat de Rom. vbi poſt doct. ferè omnes, in d. authent. quas actiones, aduerſus Salycet. ibidem num 1. Pinell. in authent. niſi tricennale, nu 57. C. de bon. mater. alioſque aſſerit centenariæ præſcriptionis priuilegium à Iuſtiniano eccleſiæ Rom. datum, per nouellam conſtitut. 9. vt Eccleſia Rom. centum annorum gaudeat præſcriptione ſublatũ nõ eſſe alia nouella poſteriore; eamq́ue ſententiam veriſſ. non ſolum quia iure canonico recepta ſit, in c. ad audientiam, de præſcr. & alibi: cui par ſit viros graues ac prudentes ſummam fidem adhibere & acquieſcere verùm etiam quia longè firmiori nitatur ratione, vt ille ibidem latius demonſtrare ſatagit.

n. *Memoria*) De hac præſcriptione eleganter diſſerit Oldendorp. tract. de vſucap. & præſcript cap. de except. num. 7. Cum cœptæ (inquiens) poſſeſſionis nulla prorſus apud homines viuentes extat memoria, vſucapiendi ſpecies eſt omnium efficaciſſima; poſt tantum enim ſeculũ, nullo probationis genere, homini poſſibile eſt, aut defendere aut impugnare fidem poſſeſſionis: quamobrem ceſſat tunc neceſſario omnis diſputatio de iure poſſeſſionis, vel alterius rei, addẽs hanc eſſe rationem quare tam immenſo tempore, id acquiri permittatur quod alioqui nullam temporis alterius vſucapionem admittat, vt tractat Bart. cum alijs in l. ſi publicanus, 4. §. vlt. ff. de publicanis & vect. & quæ ſequuntur. Inde effectus quoque nonnullos, quos parit præſcriptio ſeu conſuetudo immemorialis, redigit Gabriel. pleniſſ. extendendo & reſtringendo tit. de præſcript. lib. 5 concluſ. 1. tota, de quibus itidẽ poſt Dec conſ. 85. num. 2. alioſque remiſſiue Pariſ. conſil. 27. num. 33. in fin. lib. 1. & dixi copioſè cum Damhoud. in locis com par. tit. conſuetudo inueterata, toto, cum ſeq. & tit. priuilegium. conſuetudo vetuſtiſſ. & nunc addo Chaſſen. conſ. 24 num. 7. cũ ſeq. & ad conſuet. Burgun. tit. 1. §. 2. ad verb. & la preuue. num. 4. cum ſeqq. & tit. 11. §. 2. ſub num. 3. cum ſeqq. rurſus num. 4 cum ſeqq. lib. 1. Hartman. tit. 46. obſer. 2. in princ. Roland conſ. 5. num. 56 lib. 1. Couarr. ad d. cap poſſeſſor. part. 2. §. 3. num. 7. verſus fin. de reg iur. in 6 Decian latiſſ. conſ. 24. numer. 111. & ſeqq. lib. 1. Menoch conſ. 1050. num. 13. cum ſeqq. de arbitrar. iud. caſu 43. num. 2. cum ſeqq. & latiſs. libr. 3. præſumpt. 131. num. 38. cum ſeqq. Verall. dec. 376. part. 2. Meichſner. dec. 1. num. 17. & ſub num. 49. & dec. 6. num. 7. cum ſeq. tom. 3. Gilman. dec. 14. numer. 30 ſub num 33. num 37. cum ſeq. tom. 2. VVameſ. conſ. 145. num. 2. cum ſeq.

o. *Iuriſdictionem*) Gabriel. limitando d. li. 5. concluſ 1 num. 17 tit de præſc. Meichſner. ex com. declarando, dec. 1 numer. 18. tom. 1. Gilman. d. dec. 14. num 2 cum ſeq. lib. 2. Dixi abunde in loc. com par. de tit. priuilegium, conſuetudo vetutiſs. ad verb. iuriſdictionem. Limitat etiam poſt Panorm. in 6. not. in cap ſolita, & alios Felin. num. 1. verſ alde rotam, in cap ſi quis, de maior. & obed. & Rebuff ad concordat reg. Franc. tit vlt. verſus fin. verſ. 3. infertur, vt non valeat conſuetudo vetuſtiſs. quòd clerici apud iudicis ſeculares conueniantur, qua de re latius ſuo loco ſuprà.

p. *Seruitutum.*) Diſcontinuarum ſcilicet. Bald. appoſitè conſ 370 ſub num. 1. lib. 3 Dixi copioſè ſupra cap 51. num 7. ad verb. ſeruitutum, ſub init. Et quæ requirantur ad præſcriptionem ſeruitutum continuarum, dixi ſupra remiſſiue c. 32. ſub nu. 3. ad verbum, ſeruitutem.

q. *Incorporalium.*) Etiam quæ per ſe non præſcribuntur, tempore immemoriali præſcribi poſſe, veluti regalia (vt tradit & Crauett. copioſe conſil. 338. num 4. conſil. 425. num. 10. Roland conſil. 3. numer. 81. & ſeq. lib. 1. & Teſſaur dec. 16. ſub numer. 4.) aut principi reſeruata, etiamſi eccleſiæ oneroſa eſſet præſcriptio, Bald. in cap 1. nu. 8. verſ. quæro quanto tem-

Digitized by Google

tempore, qui feud. dar. poſſ. in vſu feudor. Rot. dec. (mihi) 840. num. 2. verſus fin. Felin. latè. limitando, in cap. cum contingat. num. 6. de for. comp. VVameſ. conſ. 145. ſub num. 3. Sed & in regalibus ac feudis obtinere immemorialem potius præſcriptionem, quam centenariam reſpondit poſt doct. in l. compe- t. 1. C. de praeſcr. 30 annor. & alibi, VVeſenbec. conſ. 5. num. 2 vbi num 1. centenariam præſcriptionem immemoriali grauiorem eſse; ac difficillimæ probationis, quoniam tempus centum annorum exactè hic probandum ſit, de quo teſtes, quorum memoriam hoc ſpacium excedit, commodè teſtificari nequeunt. Sed hac de re accuratius Couarr. dum vtriuſque præſcriptionis diſcrimina expendit, in d. c. p poſſeſſor. num. 6. cum ſeqq. praeſertim numer. 9. de reg. iur. in 6. Porro autem centenariam præſcriptionem nunquam inueniri excluſam reſpondit præclarè Molinæ. conſ. 16. num. 25. & ad conſuetud. Pariſ. §. 7. num. 14. Fab. extendendo, & reſtringendo, ex SC. definit. 5. numer. 1. lib. 7. tit. 13. Rebuff. conſil. 148. verſus fin. verſ les obiects. poſt gloſs. & Bald. in l. 1. C. ne rei dominic. vel templor per text. in authent. vt de cæter. comment. non ſent. iunct. gloſſ in §. 1. in verb. praeſcriptione, quia vt poſt eundem Bal. in leg 1. C. de innani except. ſcribit ibidem Rebuff. omne quod ſub mundi machina gubernatur, in cẽtum annis renouatur, quod tempus ſuis numeris prope infinitum eſt iuxta l. an vſuſfructus. ff. de vſufruct. & vt poſt eundem inibi Bald. ait Molinæ, d. conſ 26. num. 31 poſt centum annos omnia vacillant, & nouiſs. ex ſententia aliorum viginti doct. in eam rem ex ordine enumeratorum, reſpondit Menoch. conſ 962. num. 44. centum annorum curſum poſse tollere, atque extinguere omnem facultatem, omneq́ue ius perpetuò competens; ita ſane (inquiens) dicimus, legem vel ſtatutum omnem reiicientes præſcriptionem, vt ſi ſtatuto cautum ſit, quod inſtrumenta dotalia, vel teſtamentorum perpetuo executioni mandentur nulla obſtante præſcriptione, non tamen hoc ſtatutum dicatur tollere & excludere præſcriptionem temporis immemorialis, & his addatur & Crauett. conſ 425. nu. 2. verſ. 2. reſpondeo, & Tiraquell de retract. conuent. §. 1 gloſſ 2. num. 25. ad calcem appoſitiſſ. confirmãs his verbis; & hoc ſatis ex eo probatur, quod licet in l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum. ff. de ſeru. dicatur, ſeruitutes quæ non habent poſſeſſionem continuam, non præſcribi; id tamen non intelligatur de præſcriptione immemoriali, vt patet ex l. hoc iure, §. dictus aqua, ff. de aqua quotidian. & æſti.

r. Bona fides.) Bald. conſ. 370. ſub num. 1. & num. 3. in fin. cum ſeq. Guid. conſ. 91. numer. 5 Afflict. dec. 368 ſub num. 10 Pariſ. conſ. 27 num. 116. cum ſeqq. rurſus num. 157 conſ. 101. num. 111. & ſeqq. conſil. 112. num. 34. lib. 1. Capyc. dec. 4. ſub nu. 22. Zaſ conſ. 19. num. 15. cum ſeq. lib. 2. Crauett. conſ. 146. numer. 2. Couarr. exacte ex com. d. cap. poſſeſſor. part. 2. §. 8. ſub num 4. Fachinæ, contr. iur. lib 8. cap. 26. Decian. conſ. 2 num. 196. & conſ. 24. num. 12. & num. 130. ad fin lib. 1. conſ. 73. ſub num. 55. cum ſeq lib. 2. Mynſinger. cent 4. obſer. 6. num. 5. Viui copioſe ex communiori dec. 195. num. 9. Cephal. conſ. 455. num. 86. latè Chaſſenę. diſtinguendo conſ. 24. num 7. verſus fin. Gabriel. copioſè tit. de praeſcr. lib. 5. concluſ. 1 nu. 57. verſ. contrarium. Licet contrà Bald. conſ. 352. nu. 3. verſ. imo nec de bona fide, lib. 1. Dec. conſ. 496. ſub num. 5. & conſ. 638 ſub num. 4. alijque relati à Couarr. Fachinæ & Gabriel. d. concluſ. 1. num. 57. verũ vt ibidem num. 58. declarat Gabr. poſt Alex. conſ. 5. num 1. verſ. nec etiam, & conſ. 7. num. 1. verſ. vbi eſtendi, lib. 1. alioſque, ſiue vnam ſiue alterã ſequamur opinionem, præſcribens non arctatur ad docendum de bonafide, ſed eam allegare ſuffecerit, nã ex vſu longiſſ. temporis præſumitur bona fides vt docet & Alex. conſ. 71. num 1. & conſ 142. ſub init. & num. 3. lib. 1. & conſ. 213. ſub nu. 2. lib. 2. Afflict. dec. 240. num 3. dec. 374. ſub num. 5. & dec. 288. nu. 8. Chaſſ. ad Conſuet. Burg. rub. 13. ſ. ne vlt. §. 8. nu. 14 Dixi copioſius hic ſupra, ad verb. duo ſufficiũt, quod tamen, iterum declarat Gabr. d. concluſ. 1. nu. 59. vt quod curſus longi temporis excludat præſumptionem malæ fidei, intelligatur in mala fide præſumpta; ſecus ſi mala fides vera probaretur itẽque Couarr. d. §. 8. ſub num. 4. Meichſner d. dec. 1. num. 28 tom. 3 & dixi ad d. verb. duo ſufficiunt, ad fin ex Fichard. d. conſ. 72. num. 6 in fin cum ſeqq. Sed & Fachinæ, dum in præſcriptione immemoriali aduerſarij; id ea ratione ſiue fundamento comprobat, quod in præſcriptione tanti temporis præſumatur bona fides, titulus, & omnia ſolemniter acta, in controuerſ. iur. lib. 13. cap. 83. Quod etiam non requiratur titulus, Couarr. plene in d cap. poſſeſſor. part 2 §. 3. num. 6. verſ 1. quidem differentia. Gab. d. concluſ. 1 num. 44. cum ſeqq.

ſ. Suo iure.) Tex. in o. vlt. ff. quemad ſeruit. ammit. in l. ij. vbi Bart. C. de acquir. poſſ. & in l. 1. num 12. in fin. ff de acquir. poſſ. ff & in l. 1. §. 1. num. 9. ff. itin. antiq priuat. Bald. conſ 352. verſ. item quod vtens, nu. 3. lib. 1. Caſtrenſ. conſ. 243. num. 3. lib. 2. Alex. conſil. 50 num. 8. lib. 3. Crauett. conſ. 227. num. 2. in fin. & in reſponſ. pro genero, 1. ſub num. 175. Oſaſc. dec num. 101. ſub num. 38. Imbert eleganter ex SC. in enchirid. iur. Gall. verb ſeruitutes quæ ſint poſt princ verſ. rurſusque animaduertendum.

t. Notitiam) In præſcriptione immemoriali rerũ incorporalium, requiri, ſcientiam eius cuius intereſt, Bart. in in. ſi publicanus. §. in omnibus, numer. 2. ff. de publicano & vect. Bald conſ. 340. num. 3. lib. 5. Alex. conſ. 125. num. 1. ad fin & conſ 108. ſub num. 4. lib. 2. conſ. 16. num. 13. lib. 5 ſentitq́ue Capyc. dec. 58 tota. Chaſſen. ad Conſuet Burg. tit. 1. §. 2. ad verb. & la preuue, num. 14. Menoch. declarando,

conſ 1095.num,21.cum ſeqq. Contra gloſſ. in l. hoc iure.§ ductus aquæ,in verb.memoriam, ff. de aqua quotid. & æſtiu eamque veriorem & magis com opinionem aſſerit Alex.conſ.6.num.4.vbi apoſt lib.1 & conſ 416.num.13.conſ.24.ſub num.15.libr.5. Dec. conſ 85.num.2 verſ. & in tali conſ.341.numer.14. verſ.& ideo ex tanto conſ.496 nu. 5.in fin. & conſ. 638 num 4.verſ ſimiliter in iſta.cum apoſt.Felin. in d.cap.de quarta num.41 verſ dum ſubdit Abbas.& in cap.cum nobis,num 2 verſ ſ.d aduerte,ibidemque Paris num.5.de præſcr.idemque Pariſ.ex com. conſ. 27.num 34.& 83.& d.conſ.111 num. 53.cum ſeq. lib.1.Tiraquell ex com.tract.de nobilitat.cap. 14 n. 4.Couarr d.cap poſſeſſor.in init.part.2.num.8 verſ. 3.ſupra ſcripta doct.opin Gabriel.extendendo & declarando latiſſ d.tit.de præſcr.concluſ.1.numer.61. Fachinæ,d.lib.13.cap.82.

v. *Exoneratur.*) Text.in l.1.& ij C ſi aduerſ.cred. Ferrarienſ in d forma reſponſ rei conuent. ad verb. præſcriptionis,ſub num.8.Menoch,declarando,conſ. 361 num.27.Quomodo autem Hypothecaria inſtituatur Rebuff. eleganter praxi ad l. pl.bi eſt. 238.§.pignus,verſ 2 caſus,de verb ſignif.

x. *Nullo tempore*) Dec.conſ.141.ſub num.4 Gail. ex com. atque in camera Imp. approbata ſæpius opinione,lib 2.obſ.18.num.7.Cephal.d conſ 455.n. 85.& copioſius conſ.161.num.32. Kirchou. com. opin verb præſcriptio nulla Leonin.conſ.50. num. 1.verſ præter prædicta Menoch conſ.1096 num. 6. etiam immemoriali (vt diximus) ſaltem iure pontificio inquit idem Menoch.conſ.1050 num. 2. vbi num 4.ex com Hanc malam fidem nocere hæredi & ſucceſſori,ne poſſit,etiam ex propria perſona, incipere præſcriptionem id quod aduerſus Vaſqui lib.controu illuſtr iur.1.cap 73 toto. oppugnationes,validiſſ.argumentorum machinis defendit & comprobat Fachinæ.controuerſ.lib.1.cap 66. toto. cum cap.24 lib.8 poſt Couarr. quem dicit hac in re loco eſſe omnium,in d.cap poſſeſſor part. 2. §.9. præſertim num 4.idemque Capyc. limitando,dec. 4 num.12 cum ſeqq.& dec.86.num.7 cum ſeqq.Villal.diſtinguendo,ex communiori,in com opin liter. P.num.208.cum ſeq.Minſinger etiam diſtinguendo centur.4.obſer.6.num.7 cum ſeq.Decian.ex communiori conſ.73 ſub num.53.cum ſeq lib.2. Gabriel. ex communiori.idem de iure etiam pontificio obtinere, poſt alios accumulatos,aſſerens,extendendo & reſtringendo latiſſ.d.tit.de præſcr.lib 5 concluſ.5. toto,Viui limitando,& de iure pontificio aliud ſentiens,dec.195.num.2.cum ſeqq.& voluit Meichſner limitando dec 1 num.30.& 32 tom.3. Licet aliud de æquitate canonica velit etiam Boër.dec. 42.ſub num.28.

z. *A bonæ fidei poſſeſſor ditatur*) Text. in cap ſi vir go,& inibi gloſſ.,4 quæſtio 1e 2.Bald.conſil 464. num 9.lib.1 Alciat late,in l.bonæ fidei. empror. 110. & ibidem Rebuff ſub init,ff de verbor.ſignif.Tiraq. in l ſi vnquam,verb.reuertatur,ſub numer 390. & ſeqq.C.de reuocand.donat.& de retract.conuent.§.1. gloſſ 1.ſub num 19.Pariſ.conſ.26.num.24. & conſ. 27.num.123.lib 1.Cephal.conſ.161.num.31. conſ. 316.num 17 & conſ.455.num.83.cum ſeq. Viui latiſſ.d.dec.195.num.11. cum ſeqq. Menoch. plene de arbitr.iud.lib.2.caſu 225.num.3.cum ſeqq. Verall. ex SC.dec 360.tota.part. 2. & dec.333.nu.7 part.3. Oſaſc dec.177.num.7.cum ſeq.

a. *Præſcriptibil.*) De hac re late etiam agit Alex. conſ 92.ſub num.24 cum ſeqq & inibi apoſt. libr. 6.VVurmbſer.obſer.21 tit.50.Molinæ, ad conſuet. Pariſ.§.40.num.15.verſ.breuiter reſpondeo.

z. *Vtile dominum.*) Bonæ fidei poſſeſſorem poſt curſum 30.vel 40.annorum habere, ſiue acquirere exceptionem, & publicianam actionem, contra dominum, imò vtilem in rem, & per conſequens acquirere vtile dominium, vel dominii effectum, *per l ſi duo §.1.ff.de iureiur,* aliter atque ſi foret malæ fidei poſſeſſor, quia tunc non acquirat niſi exceptionem, poſt gloſſ. Alex.*ex com num 3. & alios,in l traditionibus,C.de pact,*Viu. *in com. opin. verb.*actio publiciana ad hoc, *n.2. cum ſeqq* & dixi ſupra latius, cap. præced, 136.*ad verb.præſcri*, Curſu tamen temporis immemorialis acquiri fortius ius & directum dominium, Felin in Rubr.*de præſcript. num.3.*Dec.poſt alios *in d.l.traditionibus, num.11. & conſil.496 ſub num.5* Socin *ſe. conſ.127.ſub n. 8.lib 1.*Crauett. *de antiquit. temp. in 4.part ſection. cui init.materia iſta nu.24.*Menoch.*lib.5.præſumpt. 131.num 41.& conſ.1050 ſub num. 14.* voluitque Vaſq *illuſt.contr.lib.2.cap.89 num.7.in fin.*Gabriel copioſè *tit.de præſcript.lib.5.conc 1.n.66.*

b. *Martin. dominium directum acquiri.*) Martini hanc opinionem, vt ex 10.& 20. annorum præſcriptione acquiratur dominium directum, probat poſt Petr.à Bellapert.& doct. citramontanos, ſiue Gallos, etiam Coraſ *ad l.ſeruitutes,14 ſub num.12. cum ſeqq ff de ſeruit.& miſcellan lib.6.cap 20. nu. 3.cum ſeqq.*Ignæ exactiſſ *per 7 fundamenta, in repetit.l.contractus,24.num.130.*(præſertim *ſub nu. 147.*)cum ſeqq *ff.de reg iur.*Couarr.*per 5. fundamenta,in d.cap.poſſeſſor.part.3.in init.num.2.(verſ. cæterum contrarium.)cum ſeqq.de reg iur.in 6.* Pinell *per 10.*fundamenta, poſt alios in authent. niſi triennale, *num 36 cum ſeqq.C.de bon.mater.* Vaſq. accurate *lib.2.illuſtr.controuer.cap. 53.num.11.& cap.54.num.1.*cum ſeqq. vbi, cum omnes ferè conueniant triennali vſucapione directum dominium acquiri, per *d l.traditionibus,C.de pact.leg.3. ff. de vſuc.& inſtit.eod.tit.in princ.*& ſimiliter cum omnes conueniant, vtile tantùm dominium non etiā directum acquiri per præſcriptionem annorum 30 quæ ſine titulo (hoc eſt legitima poſſidendi cauſa) contingeret, *per d l ſiquis emptionis,§.1.C.de præſc. 30.annorum.*in eo duntaxat controuerſiam eſſe, an longi temporis præſcriptione vtile tantum dominium, an fortè etiam directum acquiratur, (licet Pinell. alioqui oculatiſſ. generaliter ſcribat, Martinum tenuiſſe, indiſtinctè ex vſucapione vel præſcriptione acquiri dominium directum:(proinde cū apud nos, perinde vt apud Gallos & Francos, mobilia & immobilia 30.annorum, nec minori ſpacio præſcribantur, vt annotauimus ſupra cap.51 num. 10 ad verb. res mobiles, fruſtra de ea controuerſia inſtituitur longior diſceptatio. Sed & elegāter Couarr. qui ſupra, in ea controuerſia tandem concludit: vtcunque ſit, etiamſi obtineat ea ſententia, quæ habet dominium tantùm vtile acquiri præſcribenti; hoc tamen dominium vſucapione quæſitum, verum dominium eſſe ac directo præferri, poſt *gl. in l.15.§.ex pluribus.*Bart *in l.1,*ibidemque Iaſ.*nu. 57. ff de acquir poſſeſſ.*vt apud eum latius. Et verè parum referre videri, directum an vtile dominium præſcribenti acquiratur, tradit ex ſententia Alciat. in *rubr.de præſcr.ſub num.11.* Pinell *in d.authent.niſi triennale,num.36.ad fin per l actio.49.ff.de negot. geſt.*de qua & Forcat.*in necyom. dial.63.*præſcitim *ſub num.3.*& late Rebuff *in l.cum prætor 81.verſ.in fin.verſ ſi eſt iniquum, ff de verb. ſignif.c.* vbi & in forenſi iudicio parum obſeruari hanc directarum ſeu vtilium actionum differentiam; nempe eundem eſſe ferè modum concludendi in vtriſque. Alij tamen hac in re communiter diſtinguūt, vt vſucapione acquiratur dominium, directum quidem rerum mobilium, vtile verò immobilium indiſcriminatim, vt per Soarez.*in receptar ſent. theſ.liter. F. nu. 207* Couarr *d.part 3.in init.num.2 & §.1.ſub num. 6.* alioſque quæ ſupra & latè quoque per Alciat. poſt alios, *ad rubr.de præſcript.ſub num.8 cum ſeq.* voluitque Rebuff.*ad d.l.cum prætor.81.verſ.in fin. verſ.vtilis actio.de verb ſignif.*& Tiraq.tract.*de præſcript gl 7.verſ verum ego ad fin.*

c. *Ob quam cauſam.*) Felin.ad Rubr.*de præſcr ſub num.11.*ibidemque Alc.*num 20 cum ſeqq & in lib. de quinque ped.præſcr.num 28.*Tiraquell. de retract proxim.*§.35.gloſſ 2.num 5.*& *de retract conuent. §1.gloſſ 2,num.32.*pleniſſ Couarr.*ad d.cap poſſeſſ. part.1*

ctionem,(*h*)ac reprobationem.Sic etiam omnibus
debet contradici.(*i*)quæ acta ſunt ad Litiſpenden-
tiæ præiudicium.

In materijs Spoliationis,item concurrit Excep-
10 tio præiudicialis. Debet enim tundante omnia (*k*)
reſtitui,priuſquam Actor procedere tentet.*l ſiquis
ad ſe fundum,C.Ad l.Iul de vi publ.ic.vel priua* cum
infinitis iuribus ſimilibus, hic cauſa breuitatis
omiſſis Hoc ſic intelligendum eſt: Si quis ab aduer-
ſario fuerit ſpoliatus, ſpoliatus reſpondere non te-
netur,priuſquam ſibi ſpoliato omnia reſtituta (*l*)
fuerint. Imò ſpoliatus talis,ſe nec in iudicium præ-
ſentare nec quicquam reſpondere tenetur, priuſ-
quam ipſi plene reſolutum,& ſatisſactum fuerit,vt
habetur,*2.quæſtione 2.per totum,c.ſupe ſpoliat. ext.
de ord.cog & c.Primo,ext.de reſtit.ſpo.& 3 quæſtione
2.per totum.*

Sed ſi Reus quiſpiam citatus eſſet Criminaliter,
& ſi bona ipſius fuiſſet poſita in manibus Princi- 11
pis, in Reus, per ſuam comparitionem, poſſet ex-
cipere de non reſpondendo,donec,ipſi adiudicata
eſſet bonorum relaxatio, leuatio,& manuum Prin-
cipis(vt dicitur)ſubductio,

In aliis autem omnibus exceptionibus non præ- 12
iudicialibus,id eſt,quæ non ſent præiudiciales,aut
Iudici aut Reo,in iis Iudex ordinat reo,vt vlterius
procedat,& concludat a d omnes fines, & dicetur
ipſi Ius ſuper omnia,& ſecũdum ordinem partium
proceſſus.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXXXVIII.

a. EXceptiones.) Illas demum dici præiudiciales quæ impediunt proceſſum, in quibus reus admittitur ad probandum, antequam actor, *per l. præſes,C ad leg.Fl.and.de plagiar* Bald.*in l. peremptorias,num.17.C.ſent.reſcin.d.non poſſe,* vbi itidem reperiri replicationem præiudicialem, in qua replicans prius quam excipiens, admittitur ad probandum, vt in *l.quoniam* Alex.*C.de adulter. & quinturque nouiſſ.* Muſcat.*prax.ciuil.part.4. gloſſ. verb. & ſimilia,num.11.* Sic Oldendor.in progymnaſmat *claſſ.3.action.9.ſub init.* cum præiudicium (inquit) à præ & iudicio ſit, omnes actiones, exceptiones & replicationes,quæ vllis rationibus in cognitione iudicialia præcedere debent.generaliter dicuntur præiudiciales, & paulò poſt,huc reſpexit(ſubiicit)vlpian *ff. de except* generaliter (inquiens) in præiudiciis actoris partes ſuſtinet,qui habet intentionem ſecundum id quod intendit: hoc eſt (ſubiungit (cum multa & varia allegenter in iudiciis, tũ agendo,tum excipiendo,aut replicando;tunc ſemper cenſetur actor,& primo loco admittendus is, qui ſi probauerit intentionem ſuam; futurus ſit iure ſuperior, victuruſque aduerſarium, ſicuti illam *l.generaliter ff de except.* ad eam,eleganter explicat & Zaſ.*& ſingul.intell.lib.1.cap.1.ad fin & lib.2 ca vlt.ad fin & ad l.fundum,in fin.eod. tit. de exc.* vbi praxin pulchrè demonſtrat.

b. *Differendam*)Præiudiciales cauſa ante omnia diſcutienda,per l fundi *& l.fundum.ff. de excep. l. ii.C.de ord.cogn.frederic conſ 98.num.2. verſ. præterea diffinitiua,& conſ 126.in princ.* Anchoran. *conſ 62.cui initium,*duplici reſpectu *num.1.* Afflict. *dec 219.ſub nu.1.* Meichſner.*dec.20.num.8 & ſeqq tom.3.* Craueit.*conſil 250 ſub numer 2.conſil 519. numer. 8. conſil. 592. numer. 127. verſus fin. conſil.907. numer. 6.* & latiùs *conſil 657. numer.8.* ubi poſt Bart. *in l.ſi quæramus,num.2.ff.de teſt. m.* aliosque in exceptione præiudiciali: inde fit (inquiens) vt litiſconteſtationem in actione principali exceptio impediat quæ præiudicialis ſit, idemque *d conſ.592.num,127.in fin.per tex.in d. l. quoniam* Alexand.*C.de adulter cap.1.& vlt de ord.cognit.* & Tholoſ.*dec.29* eleganter de his diſſerendo Leonin.*conſ.96 num.24 & ſeq.* Quod autem actiones cauſæ ſiue iudicia pluribus modis dicantur præiudicialia, poſt alios Iaſ.*in §. præiudiciales.ſub init.* & poſt eum Zaſ *inſtitut.de act.* Marant *de ordin iudic. 4.part diſtinct.20,* Crauetta *d conſ.75.ſub num.7.* & latius *d conſ 280,num.1.cum ſeqq.* Menoch. *conſil. 301.num.24.cum ſeqq.*

c. *Occaſio præripitur.*) Iudicium præiudiciale quoque dici quando in eo opponitur exceptio contra iudicem, puta incompetentiæ, ſuſpicionis, vel ſimilis, tradit & Marant *d.part.4.diſtinct.20.numer.17.* Sic incedente quæſtione ſpirituali in cauſa ciuili illius deciſionem remitti ſolere ad iudicem eccleſiaſticum, & interim ſuſpendi ac ceſſare iudicium ciuile, comprobat exemplis rei iudicatæ aliquot adductis Mynſinger.*centur.1 obſeruat.100 in princ. & eſt text.in cap.tu.m 3 vbi not de ord cogn t* Dec.*ex com.in cap.at ſi clerici,num.(mihi)154.cum ſeq.de iud.* Idemque quãdo præiudicialis quæſtio incidere ſolet ratione ſubſtantialium matrimonij, tunc remitti cauſam cum omnibus incidentibus quæſtionibus ad competentem eccleſiaſticum, Gilman. ex SC. *ſub decif. Imp. cameræ 43.numer.19. libr, 2.* Item in præiudiciali exceptione vſuraria, Bald. *conſ.275.n 1.cum ſeq lib 5.* vbi,quoties duo incidunt in proceſſum, quorũ vnũ eſt præiudiciale ad alterum, priùs tractari debere articulum præiudicialem, alioqui nullum eſſe ipſo iure proceſſum & ſententiam, *per l. quæritur, ff. de eo qui pro tut.*

& not. Bart *in l. multum intereſt, ff. de condit. & demonſtr.* ſequiturque poſt Caſtrenſ. *conſ. 28. num. 5. verſ. 2. quia lib. 1.* Crauett. *conſ 79 numer. 7. & conſ. 280 num. 2. verſ & adeo, conſ. 519 ſub num. 8. d conſ. 592. num. 127. verſ. fin. & d. conſ. 557. numer. 13.* Menoch. latè *d conſ 301. num 39. cum ſeqq.* quem ſequitur & cameræ Imp. *deciſ. cui initium,* petitum mandatum *denego num. 5 poſt dec. 59 lib. 2* per Gilman vt non videatur obſeruari modò, quod vidiſſe Mynſing. *d cent. 1, obſ. 100.* teſtatur, vt non obſtante tali exceptione præiudiciali iniungatur reo litis cõteſtatio, ſaluis tamen ei ſuis exceptionibus & defenſionibus quibuſcunque, poſt litem conteſtatam proponendis, nam & Zaſ. quem Mynſing. inibi reprobare videtur, in *l. fundum, & l. fundi, ff. de exc. & in rubr. eodem tit. & in §. ſin minus, & § præiudiciales, num. 4. inſtit. de action.* probat & *deciſ. 40.* præſertim *num. 10. li. 1.* per Gilm. vbi latius.

d. *Procuratorium exhibuerunt.* Ita quoque iudicium dici præiudiciale, quãdo contra agentem opponitur de illegitimitate perſonæ, docet & Maran. *d. part. 4. diſtinc. 20. num. 16.* qua de re diximus ſuo loco copioſè ſuperius.

e. *Debet eſſe numeratum.*) Huc ſpectat quod tradit ſcitè Baro, *ad inſtit tit. de except. commentar part 2 verſus fin* debitori (inquiens nulla exceptio prodeſt, quo minus æs alienum, cuius authenticam ſcripturam confeſſus eſt, creditori tradit; dũmodo is ſatiſdet, redditum iri, ſi ſuprema rei definitione id à iudice decretum fuerit, &c.

f. *Admittatur*) Contumax non auditur niſi refectis prius expenſis, *l ſancimus, & authent. qui ſemel, C. quom. & quand. iud.* Calder. *conſ. 146. toto*, etiam vno denario deficiente. Dec. late *conſ. 34. num. 6.* Rebuff extendendo & reſtringendo, latiſſ *ad cõſtit. reg. tom. 3. tract. de expenſ. dam. & intereſſ art. 5. gloſſ vn. num 37 cum ſeqq. vbi num. 38.* poſt Manſue. *tit. de expenſ § item ferè*, expenſas iſtis præiudiciales eſſe ex parte rei, qui non compellatur in cauſa procedere, niſi priùs refuſis ſibi expenſis.

g. *Retardati proceſſus*) Expenſas has non reſeruari in finem litis, ſed in quolibet articulo qui proceſſum impedit, victori refici debere, non expectata diffinitiua ſententia *per l pænult. C. de fruct. & lit. expenſ.* & inibi Bart Felin, latè in *cap ſignificantibus, ſub num. 25. de libell oblat.* Gail. è praxi, *libr. 1. obſer 150. num. 25.* vbi latius, vti & apud Rebuff. *conſtit reg tom. 3. tract. de dam expen. & intereſſ. art. 4 gloſſ vnic num. 4.*

h. *Obijci per contradictionem*) Cautelam eſſe pro appellante, vt in caſu notorio, ſuſpenſa cauſa principali, ante omnia ad reuocationem attentatorum agat, hodie conſtit, hodie agatur, hodie attentatum, hodie attentata reuocentur, ſcribit poſt doct *in ca. non ſolum, de appel. in 6.* Gail *l b. 1 obſer. 146. numer. 3. ind. c. poſſeſſ. ſpoliati, in int part 1 §. vn. præſertim n. 6 vbi ſub num* 10. poſſe attentatorum reuocationẽ in quacunque parte iudicij, ante concluſionem in cauſa peti, poſt Marãt. *de ord iud. part. 6 tit. de appel. num. 392.* & alios idemque Afflict. *ex SC. dec. 252. tota* Rot. Rom. *dec. 57 in nouis*, copioſè Couarr. declarando, *pract. quæſt. cap. 23. num. 3.* licet contrà Bald. *conſ. 245. num 2 verſ ſciendum eſt. li 2.* Guid. *conſ 4 ſub num 5. cum ſeq. & conſ 124. num. 4.* & poſt Iaſ. Socin, nepos, *in l. 1, num. 56. cum ſeq. ff. de nou. oper nunciat* Et petens reuocari attentata facit ſuperſederi in negotio principali, donec attentata reuocentur, per *tex. in d. cap. 1. non ſolum.* Afflict. latè *dec. 98. num. 1. cum ſeqq.* idemque (aliter tamen ſentiẽs) *dec. 131. tota*, Gail diſtinguendo, *d. obſ. 146. num. 2. & ſeqq.* Quin & via reuocationis attentatorum magis eſt priuilegiata quam poſſeſſorium recuperãdæ; quòd in poſſeſſorio requiratur libellus & litis conteſtatio, iuxta cad. conſultationibus, de offic deleg. aliter atque in reuocatione attentatorũ: quod illa fiat officio iudicis, & ſine libello, ſecundum notat, *in clem. 2. vt lit pend.* vti latius docet Rot. Rom. *dec. 14. verſ. ſecus vero in nouis* Alex. cũ apoſt Molinæ. *conſ 99. num 9. cum ſeq. lib. 5.* Dec. *ex com. poſt alios, in cap. ex parte, ij, num (mihi) 22 cum ſeq. de reſcript & in cap* bonæ memoriæ, *num. 14. & in numer. 61. cum ſeqq. de appellat. & in conſil. 103. ſub numer. 1. cum ſeqq. conſ. 200 numer 2. ad fin. cum ſeqq.* Sed de hac materia latius apud eos qui integros tractatus de ea conſcripſerũt, & hic inferiùs ſuo loco.

i. *Debet contradici.*) In hunc ſanè modum docet appoſitè Imbert. *inſtitution forenſ. libr. 1. cap. 33. ad fin.* vt ſi quis proprietatis iudicio pulſetur, & interim ab actore litigioſæ rei poſſeſſione frui prohibeatur, rectiſſimè præſcribi ne in ea lite pergere cogatur, donec alter vacuam permiſerit poſſeſſionem, quo loco, in ſua *gloſſ. ad d. verb. poſſeſſionem*, teſtatur id areſto comprobatum; nam cum prohibitum ſe quidam diceret, quo minus pendente proprietatis iudicio contra ſe inſtituto, rebus frueretur controuerſis, exciperetque de interpellata eò modo poſſeſſione, curiam vt id probaret ſtatuiſſe, interumque ſileret proprietatis iudicium (Plura id genus ibidem è praxi Franciæ congerendo) Et hoc caſu, petenti ad poſſeſſionem reſtitui per viam attentati, qui ſe lite pendente ſpoliatum diceret, ſufficere probare ſe litis inchoatæ tempore poſſediſſe, eaque pendente ſpoliatum fuiſſe, licet aliter poſſeſſionem ſuam non coloret, definit & *d Rot. Roman. deciſion. 14. numer. 1. cum ſeqq. in nouis*, quam probat & Dec. *conſil. 460 ſub num. 19 cum ſeq.* latiùs hæc declarando. *cap 51. nu. 10. ad verb. res mobiles, num. 5. in fin.*

k. *Tum*

Digitized by Google

k. *Tunc ante omnia*) Tex *in cap. 1. de reſtit. ſpoliat in 6.* Marant. *de ord. iud. part. 4 diſtinct. 20. n.* & *diſtinct. 6.* præſertim *ſub nu. 40. & ſeqq.* Afflict. *dec. 19 tota, & dec. 98 ſub num. 4.* Mynſ. limitando, *cent. 2. obſ. 1.* Gail. ex cõ. & SC. extendẽdo & reſtringendo. *lib. 2. obſ. 75. num. 2. cum ſeqq.* Soar limitãdo, *recept ſent theſ. in lit S cum ſeqq.* Viui extendendo & reſtringendo, in com. opin. *verb. exceptio ſpoliationis, num. 1. cum ſeqq. & verb ſpoliatus ſua, & verb. ſpoliatus non cum ſeq. ſpoliatus Beneficio.* Kirclate in comm. opinio. *verb ſpoliatus ante omnia, & verb. ſpoliatus regulariter,* Ant. de Matthę poſt alio *ad §. nihil commune, num 16 cum ſeqq. l. naturaliter de acquir. poſſeſſ.* Gabriel. exactiſſ. extendendo & reſtringendo, *tit. de reſtit. ſpol lib. 5. concluſ. 1.* Meno. pleniſſ. per quæſtiones prope infinitas in *in recuperand poſſ. remed. 1. nu. 11. & ſeqq.*

l. *Omnia reſtituta*) Etiamſi ſpoliato minima pars rei principalis, in qua fuit ſpoliatus, vel vnus quinimus fructuum vel expenſarum deficeret; non tenetur vltèrius reſpondere, niſi integram conſequatur prius ſatisfactionem, text. eſt in *c. grauis, vbi doct. & in ca. conquerente, in verb. integre* & ibi Bald *ſub init. de reſtitut. ſpoliatus,* Iaſ. *conſ. 162 verſ. 2. principaliter, & conſ. 172. poſt princ. verſ. ite ſpoliatus,* Alciat. *conſ. 307. nu 4. & ſeq.* Pariſ. *conſ. 1 nu. 147. lib 1.* Viui, *in d. verb ſpoliatus ſub num. 5. cum ſeq.* Vera *dec. 207 num. 5. part 2. idemque ex SC dec. 171. part. 3.* Ant de Matthæ. latè *in d. §. nihil commune, in 4. amp l at.* huius regul. Gabriel, extendendo & reſtringendo, *d. tit. de reſtit ſpoliat concluſi. 1. num. 11 cum ſeqq.* Raudenſ *dec. 15, num. 163.* Menoch. declarando latiſſ. *in d. remed. recuper. poſſeſſ. 1. q. 38. num. 412. cum ſeqq.*

CAPVT CXXXIX.

De Concludendo ad omnes fines.

SVMMAE.

1 *Fines proceſſuum, qui ſint.*
2 *Concludere ad omnes fines quid ſit.*
3
- *In Concilio*
  - *Flandriæ, Reus deſtitutus fine non receptionis concludit.*
    - *Ad omnes fines.*
    - *Ad malam cauſam.*
    - *Ad abſolutionem.*
    - *Ad expenſas cum intereſſe.*
  - *Mechlinienſi*
    - *Ius dicitur ſuper ſingulis finibus aut membris.*
    - *Executione impugnata petitur exemplar, & ius redditur.*
    - *Is dicitur, ſuper*
      - *Fine non receptibili.*
      - *Fine malæ cauſæ.*
      - *Parata probatione Rei.*
    - *Ad omnes fines concludere iubet, probatione non parata.*

4
5 *In Appellationibus concluditur ad omnes fines.*

1 IN hoc capite primo notandum eſt, quod finis omnium Proceſſuum ſiue ſcopus, ſit vincere Litem, & recuperare expenſas, cum intereſſe.

2 Hinc notum euadit, quod concludere ad omnes fines, (a) nihil aliud ſit, quam concludere, vt ſibi lis adiudicetur, cum expenſis, & intereſſe, & vt Pars condemnetur in principali & in expenſis cum intereſſe. Quæ concluſio quando fiet, ex ſequentibus obſerua.

3 In Flandriæ prouinciali concilio vtuntur, quod quãdo Reus eo, aut tam penitus in proceſſu ingreſſus eſt, vt nullum receptionis finem accipiat, quod tunc is Reus vlterius ad omnes fines concludere debeat, & præterea capere concluſioné malæ cauſæ, abſolutionis, & expenſarum.

4 In magno autem Mechlinienſi Concilio, faciunt Ius ſuper vnoquoque fine ſeparatim, & diuiſim, ſcilicet, quando Reus impugnat explotum ſiue executionem, aut procurationem, capiendo licentiam Curiæ; & petendo Expenſas. Eo enim caſu, Curia iubet ſibi exhiberi exploti & procurationis exemplaria, & tunc ſuper illis Ius dicit. Similiter faciunt ac reddunt Ius ſuper fine non receptibili (b) aut malæ cauſæ, quando Reus ſtatim ſuam probationem in promptu paratam habet. Sed quando ipſe Reus præſentat & offert probationem ad id faciendum, petẽdo diem ſiue terminum, eo caſu Curia mandat & ordinat ipſi Reo, vt ad omnes fines concludat.

In Appellationũ autem materiis, ſemper cõcluditur ad omnes fines, cum proteſtatione tamen, vt ipſi ius fiet ſuper vnoquoque fine, & ordine. 5

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT CXXXIX.

a. **A** *D omnes fines*) Effectum huius clauſulæ, ſiue concluſionis, explicat elegāter VVame. *conſ 143. verſus fin.* Leont. 56. n. 26. *ſub verſ. quibus accedit.*

b. *Fine non receptibili*) In forenſibus practici Galli ſolent dicere, exceptiones dilatorias proponi ad fines non procedendi, id eſt non vltra progrediendi, inquit Reb. *ad l. in itinere. 3. § eius qui. verſus fin. verſ Inde in forenſibus. ff. de verb. ſignif.* ſubdens eam praxim probari *in l. mutum. 43. ff. de proc.* vt per eum latius idemque ſentit & Imbert. *inſtit. forenſ lib. 3. cap. 9. in gloſſ verb. interrogatio, poſt. princ. & libr. 1. ca. 36. gloſſ verb. Imperatorum, poſt princ.* ſcribit exceptiones litis progreſſum impedientes, vulgo fines non recipiendi, aut non procedendi vocari; allegans Budæ in annota. poſterioribus *ad l. munerum. 18. § iudicandi, ff. de muner. & honor.* dum ibidem verſus fin verſ. vnde locus ille Ciceronis, tradit, conſtitutionem cauſæ tranſlatiuam, hodie finem tum declinatorium, tum non procedēdi, pragmaticos iudiceſque vocuare Subiicit & inter alia inibi apposite Imbert. exiſtiment intereſſe inter eas exceptiones quas fines non procedendi vocant, & eas quas fines non recipiendi; nempe illas non procedendi exceptiones ſic definiant, vt ſint quibus dicet reus ſe non teneri in lite procedere donec de illis ſit deciſum; veluti litis pendentis exceptio, vel fori declinatoria, fines vero non recipiendi eſſe dicant, quum reus dicat actionem propoſitam non eſſe admittendam idque fere ſummam & primordialem dirimat quæſtionem; nec plerunque poſſit ſcripto probari, ſed teſtimoniis; veluti ſi reus interdicto retinēdæ poſſeſſionis obiiciat illud intra annum & diem non eſſe oppoſitum.

CAPVT CXL.

De litiſconteſtatione.

SVMMAE.

1 *Litiſconteſtatio quid, & quæ ſit.*
2 *Litiſconteſtatio fit poſt affirmationem, vel negationem libelli Actoris.*
Ex parte { *Rei, naſcitur Litiſconteſtatio.*
3 { *Actoris naſcitur Litiſpendentia.*
4 *Litiſconteſtatio* { *Non eſt in vſu in ſuperioribus Conciliis.*
5 { *Eſt in vſu in Prætoriis Particularibus.*
6 *Si citatus* { *Ante Actoris libellum exhibitum, agnoſcat debitum, non Litem conteſtatur, ſed ad ſolutionem damnatur.*
7 { *Poſt libellum exhibitum agnoſcat debitum, Litem conteſtari dicitur.*
8 *In Parlamento Pariſienſi, Reſponſa partium pro Litiſconteſtatione habentur.*
9 *Litiſconteſtatio fit.* { *Quando Reus actori dicit: (Tu mentiris.)*
10 { *Quando Reus actori dicit, Volo, aut etiam, Nolo, locum proceſſum habere.*
{ *Quandò Reus dicit, non credo me tibi obligatum & ſi obligatus, &c.*
{ *Quando Reus negat Actoris petitionem.*
13 *Litiſconteſtatione opus non eſt, quando, proceditur ſimpliciter, & de plano.*
14 *Litiſconteſtationis effectus.*
15 *Litiſconteſtatio* { *Declinationem à iudice irritam facit.*
16 { *Omnem Præſcriptionem temporis interrumpit.*
17 { *Exceptio Dilatoriam tollit.*
18 { *Reuocationem procurationis non admittit.*
19 { *Procuratorib. & Tutoribus authoritatem tribuit, ad conſtituendos Procuratores alios.*
20 { *Delegatis non à Principe, cauſam committit*
21 { *Poſt ſe iuramentum & probationes ad principale, & ad ſententiam requirit.*
22 { *Actionem omnem perpetuat*
23 { *Viam claudit multis calumniis, & excurſionibus ſuperuacaneis.*
24 *Litiſconteſtatio* { *Quæ requirat.*
{ *Per quos fiat,*
{ *Vbi, & quando fiat,* } *vide ſupra cap 120.*
{ *Quos alios effectus habeat,* }

Litiſ.

Digitized by Google

1 LItiſconteſtatio eſt principalis negotij apud
competentem Iudicem facta narratio, & eandem
ſecuta reſponſio, *c. Vnico ext. de lit cont. c. Dudum, 2 ext de elect. & L. Rem non novam, §. Patroni*
ibi cum lis fuerit conteſtata, poſt narrationẽ propoſitam, & contradictionem obiectam, *C. de iudi.*

2 Quæ contingunt, *(a)* poſtquam Reus confeſſus
(b) fuerit, aut negauerit Actoris petitionẽ ſiue libellum, aut quando Reus aliquid proponit, vel
proponere cupit, quod actoris petitionem reiiciat
& plane deſtruat, & cum hoc ſimul concludat, &
finem capiat, quod per hoc debeat abſolui, & declarari liber indemnis, & abſolutus.

3 Atque iſtud hoc loco notandũ eſt, quod Litiſconteſtatio ex parte Rei *(c)* procedat, & Litiſpendentia ex parte actoris *(d)*

4 Secundo notandum eſt, quod in ſupremis curijs
ſicut in magno Mechlinienſi concilio, aut in prouinciali Flandriæ Concilio, non requiritur Litiſconteſtatio, nec ea admodum opus eſt conteſtatione, quæ fit per confiteri vel negare, vel (vt alij dicunt) quæ fit per credit, vel non credit.

5 Sed ibidem ſufficit ſi ſuper petitione ſiue libello
reſpondeatur *(e)* per aliquam iudicialem ac peremtoriam cõtradictionem Sed in particularibus prętoriis, in Vierſcariis, ſeu conſiſtoriis, imo etiam in
Feudorum curiis, ex communi Praxi habent, vt
curent ac mandent, partibus, vt Litem conteſtentur per credit, vel non credit.

6 Quæ cõfeſſio, vel negatio fieri debet tantũ poſt
petitionem Actoris exhibitã: Nam ſi citatus ilico,
poſt citationẽ factam, ſed ante petitionem, ſiue ante libellum exhibitum debitũ confiteretur, ea cõfeſſio non eſſet habenda, neque cenſenda pro Litiſcõteſtatione, neq; poſſet Iudex ſuper cõfeſſione,
condẽnationem ſiue ſententiã ferre, ſed ſolũmodo
ipſi confitenti ordinare, & mandare vt ſoluat. *(f)*

Sed ſi citatus poſt actoris petitionẽ auditã, petiſ-
7 ſet & accepiſſet diẽ ad reſpondendum, & ſi in ea
reſpõſione debitũ fateretur, & agnoſceret, ipſe tũc
per eã confeſſionẽ *(g)* Litẽ conteſtaretur, *(h)* adeo
vt ſuper ea confeſſione ipſe condẽnandus eſſet. *(i)*

8 In parlamento vero Pariſienſi, aliam pro Litiſcõteſtatione Praxim habent: Ibi enim pro Litiſcõteſtatione, accipiũt eas reſpõſiones *(k)* quas Partes
dicunt per verbũ Credit, vel non Credit: præcipue
in iis ditionibus, quæ conſuetudinibus reguntur.

9 Litiſconteſtatio præterea fieri dicitur, quando
Reus Actori iniurioſe dicit: Tu mentiris *(l)*

10 Item, Reus Litem conteſtatur, quum dicit: Volo
tecũ, aut contra te litigare, aut Proceſſum habere:
aut nolo tecũ, aut cõtra te litigare, *(m)* aut Proceſſũ
inſtituere. Sic etiã Litẽ conteſtatur, quando dicit.

11 Non credo, *(n)* & nego quod in aliquo tibi ſim
obligatus, & ſi in aliquo tibi obligatus exiſtam, in
omnibus tibi ſatis facere & ſoluere cupio.

Item, Litem conteſtari dicitur, quando Reus diffitetur, & negat petitionis narrationem, hoc eſt, 12
quando negat concluſionem, quæ ex ea narratione
emanat & procedit

In cauſis vbi proceditur ſimpliter de plano, & 13
ſine ſtrepitu & figura *(o)* iudicij, in illis nequaquam
opus eſt litiſconteſtatione.

Liſconteſtationis effectus eſt multifarius, nam 14
primus Litiſconteſtationis effectus quod poſt Litem conteſtatam, iudex non recuſatur, nec ab eo
declinatur, neque ab eo cauſæ remiſſionem petere
(p) aut exigere quiſquam poteſt.

Litis item conteſtatio, imo & ipſius effectus, 15
hic eſt, vt quamlibet præſcriptionem longi temporis interrumpat, etiam ſi facta ſit coram arbitro. *l. penultim. Cod de recept arbit.*

Eſt alius conteſtationis effectus, ſcilicet. & quod 16
poſt ipſam nulla exceptio Dilatoria *(q)* obiicitur,
c. Inter monaſterium, extra de re iudic.

Item, Quod poſt eam non poteſt reuocari man- 17
datum *(r)* procuratoris, niſi certis incauſis, *l. g. Poſt* 18
Litem & l ſeq. ff de procuratoribus.

Item, Quod poſt Litiſconteſtationem, procu- 19
rator & tutor tanquam Domini litis, Procuratores
conſtituere poſſint, *l Neque, C eodem de Procurato.*

Item poſt litiſconteſtationem, delegatus ab alio
quam à Principe, poteſt alij cauſam cõmittere, *cap. Cum Bartol. extra de re iud.*

Poſt Litiſcõteſtationem item iuratur, *(ſ)* & pro- 20
bationes ad principale recipiuntur, & Proceditur
ad ſententiam, *(t)* quod ante litiſconteſtationẽ fieri
non ſolet, ext vt Lite non conteſtat. per totum.

Eſt & alius Litiſconteſtationis effectus, ſcili- 21
cet, quod poſt ipſam omnis perſonalis actio perpetuetur, i. facit vt vſq; ad 40. annos extendatur. &
poteſta tranſit *(v)* ad Hæredes, *l. Sæpe, Co. preſcrip. 30. vel 40. annorum.*

Sed in hoc caſu excipitur Actio de Dolo, quæ 22
per Litiſconteſtationem nunquam continuari poteſt *l. Vltim. Cod de dol.*

Poſtremus autem, & vltimus Litiſconteſtatio- 23
nis effectus eſt, quod poſt eam, partibus laudatur
via multis malitiis, calumniis, & illegitimis excurſionibus, & quod poſt eam, Reus ſtatim obligetur
Actori ad vlterius procedendum, & tandem ad
Iudicis ſententiam, ad Principale expectandam.

De reliquis autem quæ ad litiſconteſtationem
ſpectare videbantur, ſupra meminimus, ca. 110. de 24
Defenſione & Litiſconteſtatione nẽpe, quomodo
fiat Litiſconteſtatio. Quod ad Litiſconteſtationẽ
requirantur Per quos fiat Litiſconteſtatio. Vbi fiat
Litiſconteſtatio. Quando fiat litiſconteſtatio. Et
quis ſit Litiſconteſtationis effectus.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXL.

a. *Contingit.*) Aſin. *ad ſtatutum Floren. de mod. procedend. part.* 1. §. 17 *cap.* 1. *ſub init. præſertim num.* 7. cum ex omni antiquitate docuiſſet, poſt Tiraq. *de retract proxim* §. 25 *gloſſ* 2. *numer.* 2. & alios, quomodo fieret litis conteſtatio; hodie verò (inquit) litis conteſtatio inducitur ex narratione ſeu petitione illius, qui alium ad iudicem cōpetentem vocat; & reſponſione citati, negando vel confitento, vel in dubium reuocando id quod ab aduerſario propoſitum eſt, *iuxta l* 9. *in princ. vbi notat. C. de iureiur* propter calumn & in adducto §. *patroni, cum ſimil.* Buſi verò noſter breuius *ad l. vbi acceptum,* 30 *ff. de iudic ſub num.* 3. dicit fieri fere litis conteſtationem propoſitione intentionis ab actore explicatæ. & reſponſione ad eam qualicunque rei. & voluit Merul. *prax. Holl. lib.* 4. *diſt.* 4. *ſect.* 3. *tit.* 6. *cap* 3. *num.* 3.

b. *Confeſſus*) Etiam per confeſſionem fieri litis conteſtationem Afflict. *dec.* 191. *num.* 6 Marant. *de ord iud. part.* 6. *memb* 10. *num.* 4. Sichard *in l* 1. *n.* 1. *in fin cum ſeq C. de litis conteſt.* Villal. *in com opin. liter. L. num.* 127. Meichſner *dec* 6 *num* 38. *part.* 3. & poſt Panorm. *num.* 6. *verſ & reo confitente*, & *num.* 13. Bald. *num* 4. *verſ modo quæro nunquid.* Felin. ex com. declarando, *in cap. olim num.* 5. *de l. t. conteſtat* alioſque Maſcard. *lib.* 1. *de probat concl.* 434 *num.* 8. *vbi num ſeqq poſt Panorm in d cap.* 1 *nu.* 14. alioſque, probari quoque per confeſſionem aduocati (etiam illicitam) niſi fuerit reuocata; Marian. declarando, *ad rubr. de lit conteſt. num.* 3. *verſ. item poteſt fieri etiam* Aliud tamen ante petitionem exhibitam, vel litem conteſtationem; tunc enim fiat præceptum de ſoluendo in confeſſum, iuxta *l ſi debitori* 21. *ff. de iudic d. cap. vn. ad fin de lit. conteſt gloſſ.* 1. *in l. ſi reus,* 73. *ff de procur.* Merul. declarando vernacule in prax. *d lib* 4. *diſtinc.* 4. *cap.* 3 *num.* 2. Roman. *ſingul.* 189. *quo loco & ſing.* 191. ſecus in iudice delegato, & in arbitrio vel arbitratore, voluitque Marc. *deciſ* 869 *num.* 10 *lib.* 1. *in nouis* Et hæc præceptum non eſſe ſententiam, ſed potius ad excutionem tendere, tradit poſt Bart. *in l. vn. C. de conſſ Auſr. in deciſ. Thol ſ* 350. (vbi hac de re latius) idemq́ue demonſtrat copioſius Felin. *ad rubr. de re iud ſub num.* 5.

c. *Ex parte rei*) Imò ex parte agentis litis conteſtationem intelligendam, aſtruit latè Curt. Brugenſis *conjectural ad fratr. lib.* 1. *cap* 30 quum inter alios & Vlpian. apertè hac verba: cum petitur, de litis conteſtatione acceperit, *in l* 9. *ff. de vſur.* & aliis, vt per eum accuratius.

d. *Ex parte actoris.*) Dicitur enim lis pendere per ſolam citationem emanatam ad inſtantiam actoris, *vt per clement.* 2. *vt lit. re pend. definit, poſt gloſſ. in cap. vt debitus, de appell.* Afflict. *dec* 220. *num.* 13. *in fin.* & vt res efficiatur litigioſa, ita vt eius alienatio ſit prohibita, ſolam citationem ſufficere, *per Authent. litigioſa,* vbi communiter doct. *C. de litigioſ.* Gail. *lib* 1 *obſ.* 74. *ſub num.* 16 declarando vt abſque dubio verum ſit, citatio ritè decreta & executa, cauſaque in ea expreſſa ſit, ob quam in iudicium vocetur, *per tex. in d. clement.* 2. Id quod voluit ex SC. & Mynſing centur. 4 *obſer.* 26 *num* 1. recitans *num. ſeq* poſt Zabarell *in d clement.* 2. (quem ſequitur & Gail qui ſupra) ex neceſſaria, ad hoc vt lis pendere dicatur, voluitque Dec *conſ.* 460 *num.* 28. & latiùs VVurmſer. *tit.* 13. *obſer.* 16. addens etiam ad hoc vt fiat pendentia litis neceſſe non eſſe quod in ipſa citatione inſeratur copia libelli, allegando *gl. in d. element* 2. Id quod tamen reprobatur per Aſin ad ſtatutum Florent. *de mod. procedend part.* 1. §. 5. *cap.* 2. *num.* 2 *poſt doct in cap præterea, de dilatio, in cap.* 1. & ibi Felin. *num.* 3. *in fin. de libell obl.* 1. & *alios.* Cæterum quò ad ipſum actorem, dicitur lis pendere, cum citatio fuerit tantùm decreta, nondū tamen executa, vt poſt Roman. *conſ* 330. *num.* 2. *ad fin* Felin *in cap. ſuper literis, num.* 19. *de reſcrip.* Bellamer *ex SC. d. c* 545. *ad fin.* Dec. *in cap.* 1 *ſub num.* (mihi) 16. *de reſcr.* & *in cap. vt debitus, num.* 14. *verſ. imò in præiudicium impetrantis, mihi num.* 45. (licet ibidem reprobet a poſtill. Molin) *de appell.* Menoch. exactè *lib.* 2 *de arbitr. iudic caſu* 202. *num.* 8. *cum ſeq.*

e. *Libello reſpondeatur*) Hodiernis moribus veteris iuris illam formam ſolennem litem conteſtandi per interpoſitas ſponſiones & formulas verborum in vſu amplius non eſſe; ſed ad eam ſeu potius eius effectum ſufficere, quoque modo declaratam per actorem & reum voluntatem lite contendendi; quę manifeſtetur per hoc quod reus ad petitionem actoris contradicendo peremptoriè reſpondet, & proponit, iuxta *cap.* 1. *vt lit. non conteſt* & iudex per narrationem negotij ex vtraque parte cauſam audire incipit, VVameſ. *conſ.* 74 *num* 3. & *conſil.* 86. *poſt princ.* vbi veteris illius conteſtationis ſolemnitatis poteſtatem nunc continere ſimplicem partis reæ contradictionem, & in lite perſeuerandi, ab eaque minimè recedendi tenax propoſitum. Atque ita conſuetudine poſſe induci, quod per ſimplicem facti narrationem, verbalemq́ue petitionē, & contradictionem ac reſponſionem inducatur litis con-

tis conteſtatio, poſt Panorm. *in cap. 1 i cauſis, de re iudic.* Mynſing *cent. 4. obſer. 62 poſt princ.* vbi proptereà rectè prouiſum eſſe inordinat, cameræ Imp. *part. 3. tit. 34.* cum in iudicijs inferioris germaniæ plerunque ſint tales conſuetudines quòd proceſſus huiuſmodi nullitatis contemplatione non ſint annullandi, ſed ad definitionem cauſarum procedendum, tam in ordinariis quam in ſummariis, ſide meritis euidenter conſtet, vti de iuſmodi conſuetudine ſine ſtylo ſui ſenatus teſtatur & Guid *dec.* 58. *num. 1. & dec. 369 num. 1.* & Gail. *lib. 1. obſer. 76. n. 5. & obſ 75 num 5. cum ſeqq. & in fin. vbi numer. 8. & ſub num. 11.* nec in iudicio principis attendi litis conteſtationem, idemque VVameſ. *d. conſ. 74. in fin.* Et de ſtylo & obſeruatione ſuarum curiarum, in lite conteſtanda, teſtatur & Merul. *prax. Holland. d. libr. 4. diſtinction. 4. titul. 6. cap. 3. num. 13.*

f. *Mandare vt ſoluat.*) Dixi diſtinguendo, paulo ante, ad verb. confeſſus, verſus fin. & latiùs infrà *cap. 145. numer. 4 ad verb. diffinitiua vim.*

g. *Tunc per eam confeſſionem.*) Ita diſtinguit quoque Panorm. *in d. cap. 1. num. 3. de lit. conteſtat.* & poſt eum aliosque Maſcard. *d. concluſ 434. num. 11.* idemque Aſin. ad *d. ſtatut. Flor. de proced. §. 17. cap. 2 num. 4.* & declarando, ibidem *in verſ. 4. etiam reo, cum ſeq.*

h. *Conteſtaretur.*) Actore, porrecto libello, reum ad reſpondendum cogi petente, etiamſi reus, actore abſente, ex interuallo reſpondeat, litis conteſtatio inducitur; proptereà, quòd libelli productione actorem animum litigandi habere liquido apparet, ideoque reſponſio, licet ex interuallo, propter animorum concurſum ſimultaneum conteſtationem inducat; vti latius declarat Aſin *ad ſtatut. Florent. de mod. proced. §. 17 cap. 2. numer 1. & è praxi numer. 5. cum ſeqq.* & ante eum quoque Marian. ex com. poſt alios, *in cap. 1. num. 76. de lit conteſt.*

i. *Condemnandus eſſet.*) Cum in confeſſum nullæ ſint partes iudicis quam in condemnando: & pro iudicato habeatur confeſſus. *l. 1. ff. & de confeſſ. l. poſt rem ff. de re iud. l proinde ff ad l falc. i l. fran.* Marc. *dec. 108. num. 1. lib. 1. & dec 439 num. 1. libr. 2. in* ... Roland. *conſ. 17. num. 23. libr. 3.* Et hoc quando quis in iudicio confeſſus eſt, circa id quod pertinet ad deciſionem litis, etiamſi ſine cauſa; exponendo tamen impropriè vt probat Aufrer. ad Tholoſ. *dec. 350* neq; enim propriè (inquit) eſt cõdemnatus, nec habetur propriè pro iudicato, ſed ferenda eſt ſententia &c.

* *Praxin habent.* Aliud enim de iure, vt eſt text. *in cap. dudum, 54 §. partibus ergo, de elect.* Panorm. *latiſſ. in d cap. 1. num. 9.* ibidemque Felin. *num 3. de litiſconteſtat.* Caſtrenſ *conſ. 401. num. 4. ad fin. ſub num. 7. & 8. & num. 10. verſ vlt prolatur. lib. 1.* Marant *de ord. iud. part. 6 actu 4 ſub num. 3.* Sichard *ad rubr. de lit. conteſtat. num. 3. verſ. dum enim.* Blarer. *in repet. l. diffamari, c. p. 7. num 17. C. de ingen. manumiſſ.* Gail. *lib 1. obſer. 73. num. 8.*

k. *Reſponſiones*) in iudicio criminali, reſponſionem factam per reum, accuſationi vel inquiſitioni, ad interrogationem iudicis, etiam abſente accuſatore, inducere litis conteſtationem, reſpondit Aretin. *conſ. 18, num. 7.* poſt Bart. è praxi, *in l. is qui reus ff. de publ. iud.* verùm Budæ ante litis conteſtationẽ fieri interrogationem ſentit, quàm anacriſin nominat, vt tradit Imbert inſtitution. forenſ. *lib 3. cap. 9. gloſſ. verb interrogatio, ſub init.* qui eos ſic conciliandos addit, vt Aretin. cenſeat hanc interrogationem vim habere litis conteſtationis ſecundum ius commune, quod velit fieri litis conteſtationem per reſponſionem & negationem conuenti, vt not. in *auth. offeratur, C. de lit. conteſt.* Budæ verò exiſtimet hanc interrogationem fieri poſt litis conteſtationem ex iudiciorum Francorum vſu, nam apud ipſos non dicatur lis eſſe conteſtata, niſi poſt reſponſionem & negationem rei conuenti, iudex litem vel iudicialiter vel ...icialiter conſtituerit.

l. *In mentiris*) Sichard. poſt Caſtrenſ. & alios, *in l. 1. num 6. C. de lit. conteſt* & poſt Marant *d. memb. 10 num 4 verſ. item inducitur.* Maſcard. *de probat. lib 1. concluſ. 343 num. 12.* Sed diſtinguit rectè Marian. poſt Barbat. & Butr *in cap 1. num. 85. de lit. conteſtat.* vt ſi animo reſpondendi ad libellum dicat verba illa probroſa, tunc inducatur litis conteſtatio, & procedat hæc opinio, ſi verò animo non reſpondendi, & calore potius iracundiæ inſpiciendum ſit tempus, geſta, & alia quæ ſolent conſiderari ad iudicandum de animo, vt in *l. dolum, C de dol. & cap. ij. de renunciat. lib 6.* ſequiturque Felin. *in l. cap. 1. num. 21.* dum poſt alios, ita limitat ſuperiorem hanc opinionem, niſi iracundiæ calore proferentur iſta verba, vti & nouiſſ. Aſin. *d. §. 17. c. 2. verſ. 3. lit. conteſtat fit.*

m *Contra te litigare.*) Si tamen aliter non contradicat petitioni, ſecus erit, *arg. l rem non nouam, C. de iudic.* quia per hoc neſciatur vtrum neget vel confiteatur petita, Marian. *in d. cap. 1. num. 78.* poſt doct. ibidem aliosque, *de lit. conteſtat.*

n. *Non credo*) Per verbum hoc credulitatis induci litis conteſtationem, Sichard. diſtinguendo tamen, *numer 9. verſ. porro dubitari,* poſt Bald *in l. 1. quæſt 9 num 10. C de lit. conteſt.* & poſt Panorm *ſub num 27.* Felin. *num. 21. in d. cap 1. de lit conteſt.* Marant. *de ord. iud. part. 6. membr. 10. verſ inducitur etiam,* aliosque Maſcard *d. concluſ 434. num. 13. cum ſeq.* vbi ſecus ſi reſponſio referat ſe non ad libellũ, ſed ad poſitionem, latè Marian *in d. cap. 1. num. 89. de lit conteſt.* vbi in fin. induci quoque conteſtationem

 tionem

Digitized by Google

vbi *in fin.* induci quoque conteſtationem ſi addatur, & ſi debeo ſum paratus ſoluere; vt & hic. Ibidēq; *num* 31. idem ſi dicatur, non præſumo; quia tantū valeat quantum non credo; Felin. ibidem *in d.c.* 1 *ſub d nu* 21. Aſin latè *d.* §. 17. *c.* 2. *verſ.* 6 *verb. illis neſcio* vbi quod vtantur etiam verb. ignoro, & ita communiter ſeruetur, quando lis à procuratoribus hæredibus, vel alijs conteſtatur, qui iuſtam in facto aliena ignorantiam prætendunt, per *l quanquam, ff. ad Vel e.*

o. *Et figura.*) Guid. declarando, *deciſ* 58 *n* 1. *&* *dec.* 369. *n* 1. Grib *com. opin. verb.* litis conteſtatio *reg.* 1. *& verb. poſſeſſio reg* 7. Reb. copioſè *tom.* 3 *conſtit. reg. tract. de mater poſſeſſ art.* 2. *gl* 1. *n.* 10. & remiſſiue *ad l. verium oport. bic.* 8. §. *actionis, ve bo, verſ.* 7. *in actione, in fin ff. de ve b ſignif* Viu *dec.* 310. *ſub n.* 11. Maſcard. *de probat. lib.* 1 *concl.* 23, *num.* 19. VVameſ. *conſ* 74. *num.* 3. *in fin.* Roland *ex com conſ.* 94. *n.* 4 *lib.* 2. licet aliter poſt eum *d co ſ.* 71. *n.* 35. *lib* 1. ſentiat Kirchou. *d. verb. lis non conteſtata.*

p. *Remiſſionem petere.*) Text *eſt in l. v. i acceptum,* vbi poſt alios Coſtal. *in princ.* & Buſi. declarando *n.* 3. *ff. de iud.* Merul. *prax. Holl. lib* 4. *diſtinc.* 4 *tit.* 6. *cap.* 5. *n.* 4 diximus limitando ſupra *cap.* 136. *num.* 7. *ad verb. declinari.*

q. *Dilatoria*) Tex. *in l. Pomponius.* 40 §. *ratiocinationis,* vbi pulchrè Buſi. limitando, *nu.* 1. *& ſeqq. ff. de procur.* Marant. *de ord iud part.* 6. *memb.* 10. *nu.* 9. Merul. limitando, *d. tit* 6 *cap.* 5. *num.* 5.

r. *Mandatum.*) Text *in cap. quamuis, de procurat. in* 6 *in l. poſt litem* 17. & inibi Buſ. quam legit cum *l.* 16. *n* 2 *ff de procu.* Sichard. plures ſimul eiuſmodi litis conteſtationis effectus adducens, *ad rubr. C. de lit. con eſt. ſub n* 7 Olaſc. *conſ* 8. *n.* 8. *& nouiſſ.* Merul. *prax. Holland. lib.* 4. *diſtinc.* 4 *tit.* 6. *cap.* 5 *num.* 9.

ſ. *Iuratur*) Regulariter iuramentum calumniæ poſt litis conteſtationem quò ad cauſam principalem præſtandum; quòd non intelligatur calumniari qui iudicium nondum ſuſcepit, Bart. *in l ſi nu.* 3. *&* 17. *C. de iur. calum.* Socin. latiſſ. *in cap.* 1. *num.* 16. *& ca. vlt ſub num.* 26. *& ſub num.* 49 *de iur. calum.* Gail. *lib* 1 *obſer* 74. *num.* 12 *dicemus infra cap.* 151. *nu.* 3.

t. *Ad ſententiam.*) Vt in *authent de exhibend. reis,* §. *ſi vero etiam ſententis* Rom. *ſing.* 405. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 74. *num.* 14. *obſ.* 75 *nu.* 4. *& obſ.* 76 *n.* 3. latè Merul. *a. lib.* 4. *diſtinct.* 4. *tit* 6 *cap.* 4. *num* 3.

v. *Et poſtea tranſit.*) Iaſ. latè poſt alios *in l ſi eum* § *qui iniuriarum, numer.* 3. *cum ſeqq ff. ſi quis caut.* Marant. *d. membr.* 10. *ſub num.* 9. Merul. *late prax. Holl. lib* 4. *diſtinct.* 4. *tit.* 6. *cap.* 5. *num* 1.

CAPVT CXLI.

De Petitione per Reconuentionem.

SVMMAE.

1 *Conuenire, Reconuentio, vel Reconuenire quid ſit.*

Reconuentio {
2 *Proponenda eſt ante litiſconteſtat. ſecundum multos.*
3 *Proponenda quouis tempore, vſque ad concluſionem in cauſa, ſecundum Specul.*
4 *Petenda eſt coram eodem Iudice, coram quo conuentio facta fuit.*
5 *In Flandria, admittitur in materia Criminali intentata Ciuiliter.*
6 *Vaſalli petenda eſt coram Domino Feudi.* }

Reconuentio non habet locum {
7 *Coram Arbitris,*
8 *In Curiis, ſcilicet ſecularibus, niſi, &c.*
9 *In Criminalibus.*
10 *In actionibus praiudicialibus*
In cauſis Spiritualibus, ſicut in { *Decimis. Matrimoniis.* } }

Reconuentio non habet locum {
11 *In cauſa Spoliationum.*
12 *In momentanea poſſeſſione.*
13 *In depoſito.*
14 *In Excommunicatis.*
15 *Quando Actor agit ex officio Iudicis.*
16 *Quando in conuentione procedendum eſt ſummariè.* }

17 *In Reconuentione procedendi modus & ordo.*

18 *Litiſconteſtatio facienda eſt,* { *Primo ſuper libello Actoris. Poſtea ſuper libello Rei.* }

19 *Debet* { *Ponere Iurare Probare* } — { *Actor prius. Reus poſterius.* }

20 *Cauſæ conuentionis & Reconuentionis eiuſdem Iuris eſſe cenſentur.*

Recon-

1 REconuentio ſpecies eſt exceptionis. (a) Nam
ſicut conuenire eſt aliquem in Iudicium citare
ita Reconuenire (b) eſt aliquem reciare, vel con-
tra citare: & Reconuentio idem eſt quod recitatio,
vel contra citatio. Veluti, ſi quiſpiam me citaret, &
expeteret à me decem Libras, ego eundem citare
(c) poſſum, & petere ſimiliter ſex, aut octo, aut de-
cem Libras, quæ recitatio, vel reconuentio gene-
raliter fieri debet, antequam in petitione Actor litẽ
conteſtatus ſit.
2 Nam poſt Litiſconteſtationem (vt quorundam
eſt opinio) nunquam Reconuentio fieri (d) poteſt
niſi reconuentionis libellus, prius fuiſſet exhibitus
vel niſi Reus proteſtatus fuiſſet de Reconuentione
facienda, vt notatur, *extra de mutu peti. per totum*,
Authent. Et conſequenter, C. de ſentent, & interlocu.
omni iudic.
3 Sed diſſimulanter omiſſis variis opinionibus,
Speculator hanc tenet ſententiam. Quod ſemper,
& ante, & poſt Litem conteſtatam, & eodem du-
rante iudicio, (e) vſque ad concluſionem in cauſa
reconuenire liceat, etiamſi Reus nullam proteſta-
tionem feciſſet de reconuentione facienda.
4 Reconuentio itaque omnis petenda eſt, & fa-
cienda coram (f) eodem Iudice, coram quo conuen-
tio principalis inſtituta eſt.
5 In Flandria admittitur reconuentio in materia
Criminali Ciuiliter intentata, & componunt Læ-
ſionem pro læſione Mutilationem pro mutilatione
aut ipſarum æſtimationem.
6 Reconuentio Vaſalli, non poteſt fieri, niſi corã
Domino Feudi.
7 Coram arbitris (g) tamen non fit reconuentio,
quia arbitri non procedũt, niſi ſecundum tenorem
compromiſſi. Barto. poſt gloſ. *in l. Si ſocietatem, §.*
arbitrorum, 2. colum. in verſ. Quærit gloſſ. ff. pro
ſocio.
8 In Curijs Sæcularibus, Reconuentio non habet
locum (vt aiunt Practici (h) niſi ex reconuentionis
Actio, ex ipſa conuentione naſcererur. (i) Neque et-
iam de Iure locum habet in multis cauſis, ſcilicet,
in materijs Criminalibus (k)
9 In Actionibus præiudicialibus (l)
10 In cauſis Spiritualibus, (m) vt in Decimis, in Ma-
11 trimonijs, ac ſimilibus. Item, in materiis Spoliatio-
num. (n)
12 In Momentaneæ (o) Poſſeſſione.
13 In Depoſito. (p)
14 In excommunicatis, qui nullo modo reconueni-
re poſſunt.
15 Neque etiam locum habet reconuentio, quando
Actor agit ex officio (q) Iudicis. Neque etiam in
cauſis conuentionum, ibi Iudex procedere debet
ſummariè, (r) reconuentio eſt admittenda, ob id
quod illæ ambæ Actiones, ſcilicet, Conuentionis,
& Reconuentionis, non poſſent tunc ſimul, & ab
eodem Iudice tractari.
Altera enim alteram ſic impediret, propter acce-
lerationem vnius, & tarditatem alterius. Quia in 16
Actionibus conuentionum, & proceſſibus ſumma-
riis, proceditur leuius, & celerius. In actionibus
verò & reconuentionibus ordinariis, procedendũ
eſt moderatius, & tardius. Ideoq; ne tales ambæ
Actiones, ab eodem Iudice, eodemque tempore ſi-
mul pertractari nequeunt, quod tamen in conuen-
tionibus, & reconuentionibus omnino fieri debe-
re diximus.
Nunc obſeruandus eſt in reconuentione pro-
cedendi modus, qui erit huiuſmodi: Poſtquam 17
Actor libellum ſuum exhibuit, tum Reus (ſi velit)
Actorem recõuenire poteſt, & ab ipſo petere ſum-
mam ſibi debitam ſed per libelli Reconuentionis
(ſ) exhibitionem quem itidem ante Litiſconteſta-
tionem (t) porrigere debet, iuxta quorundã opinio-
nem, aut ſecundum mentem Speculatoris (vt dictũ
eſt) quouis tempore, & in quauis Iudicij parte.
In quibus libellis hic ordo ſeruandus erit, vt
poſt deliberationem ſuper vtroque libello hinc 18
inde (v) habitam, fiat primò Litiſconteſtatio ſuper
libello Actoris, & poſteà ſuper libello reconuen-
tionis, qui libelli ambo ante Litem conteſtatam
fieri debent Interim tamen Iudex poſt Litiſconte-
ſtationem factam, Actorem cogere poteſt, vt libel-
lo Reconuentionis reſpondeat.
Deinde ſequantur alii Actus, ſed eodem ordine, 19
(x) ſic vt Conueniens iuret primò (z) & poſteà Re-
conueniens, Item, vt Conueniens ponat prius, (a)
poſteà verò Reconueniens Reus, Item, vt Conue-
niens prius producat teſtes, & poſteà Reconuenies
Sic & in alijs actibus, eodem ſeruato ordine, pro-
cedendum erit. Et tandem eodem die amborum
quæſtiones, veluti per vnam ſententiam (b) in iudi-
cio terminabuntur, prius tamen pronunciabit ſen-
tentiam, ſuper petitione Actoris, poſtea verò, ſu-
per petitione Rei reconuentoris. Quæ omnia pro-
bantur per *c. Primum, extra, de mutu petiti, & c.*
Cum Eccleſia, & c. Cum dilectus, extra, de cauſ. poſſeſ-
ſione & proprieta. 20
Sed hoc loco notanta eſt iſthæc regula pro maxi-
ma. Quod cauſa conuentionis & reconuentionis,
paris iuris eſſe cenſeantur. Et ideò ſi nõ poteſt ap-
pellari ſuper illa, ita nec ſuper iſta, *c. Secundo, ext.*
de mutu petiti Et ſi Actor Reo reſpondere non ve-
lit, nec ipſe Reus reconueniens Actori reſpondere
tenetur, & Iudex denegabit illi audientiam (c) in
cauſa ſua, *c. Finali, §. Pœna, extra, de iuram en. calũ.*
& l. Neque, ſcriptura. C. de compenſat.

ANNO.

Digitized by Google

Marian.*in d.c.1.art.4.q.2.& 3. num.11.cum ſeqq.* vti & in delegato ac ordinario Schurpf *conſ.15.n.21.cent.3.* VVurmbſer.declarando,*tit.12 obſeru 3.* Viu.*d.dec.128.num 1.*ſiue de perſonis litigantium, quia quiſque per quemcunque coram quocunque iudice conuentus, & in ius tractus poſſit eundem ibi reconuenire per *d.l.cum Papinianus* & tractat latiſſ.Marian.*in d. c.1 art.5.num.24.* ſiue quæratur de cauſis, & mutuarum actionum generibus ac qualitatibus,nam in omnibus cauſis, obligationibus, & actionibus, & generaliter ſuper omnib.rebus;regulariter locum habeat reconuentio; niſi in caſibus qui aperto iure inueniũtur prohibiti; Marian.*in d.c.1,art.6.nu.44.*poſt Lap. *allegat 67.* & nouiſſ.Menoch. de arbitrar.iud.*l.b.2.caſu 184.n.1.* & ante eum Marant.*de ord.iud part.4.diſt. 6.qua.3. princ.16 in fin.*

i. *Ex ipſa conuentione naſceretur*) Appoſite in hãc rem ſcribit Baro,*ad inſtit.tit.de except.commentar part.2.verſus fin.* mutuas actiones, ſeu reconuentiones, moribus quibuſdã Gallorum antiquitatas eſſe,in foro laico *(vt* & in conſuet.Bituricenſ. per Boër.*tit.2. de iuriſdict omn iud.§.8.*)niſi,inquiens, actioni propoſitæ mutua cohereat, vt interlocatorem & conductorem:addens & principis reſcripto apud quoſdam opus eſſe,vt hæc auxilia admittantur.Sed & generalis idem tradidit Imbert. inſtitut, foren *lib.1.cap.35 ſub init.* compenſationem (inquiens) reconuentionemque adoriri nemini licet, niſi principis reſcripto muniatur;neque id paſſim, nam compenſatio ſecundum iuris Cæſarei normã regitur, vt intra deſignatos ſibi cancellos concludatur:recõuentio vero arctius cohibetur,ac in vna tantum ſpecie vſurpatur,nempe cum ea vſque adeo actioni propoſitæ cohæret, vt ſeparari nequea, & aduerſus actoris intentionem exceptionem pariat, eique præiudicium faciat, hæc atque alia Imbert. Verum apud nos,non eſſe curandum, quod ex eadem cauſa non oriatur vtrinque conuentio & reconuentio;quia id non requiratur,cum natura cõuentionis & reconuentionis ſit diuerſiſſima, & cõtrarias qualitates admittat,reſpondit VVameſ *dict. conſ.71.nu.4.cum ſeq.* poſt marian.*d c.1 art 6.num. 45.cum ſeq.*aliosque, Socin.*in fall. dict. reg. 332 in princ.idemque conſ.38.num.13.ad fin.lib 1.* Schurp *dict,conſil.15.ſub numer.21.centur.3.* Viui.*d.dict.dec. 128.num.1.*

k. *Criminalibus*) Fab diſtinguendo,*in d authen.* & conſequenter ſub init Marian poſt gloſſ. & doctor.declarando per multas quæſtiones.*in d c.1.n. 64.cum ſeqq.de mut pet.* Marant.*per 4 membra, dict. part.4.diſt.5 n 51. & 59* Socin.*de reg.332.fall. 4.* late Gail.*d lib.1.de pac.pub.præſertim ſub num.3.* late itidem VVurmbſer. *tit.12.obſer. 8 cum ſeq.* latiſſ. Muſcat. declarando per 4. ſpecies reconuentionis, *d gl.verb.actorem,num 25 vſque in fin* Cæterum de iure com. poſſe aduerſarium ſuum reaccuſare, de pari vel maiori crimine,maxime,& abſque dubio, dum crimen ipſum ſit præiudiciale primo crimini, *per l præſes.ff ad l ſtaut.de plag & l.quoniam* Alex. *ff.de adult.de fin 1* limitando è ſtylo curiæ ſuæ Grãmatic.*dec.53.præſertim num.1.* de quo & VVurmbſer.*d.obſ.8 in princ.* & latius declarando Merul.*di. lib.4.diſtinct 4.ſect.3.tit.7 cap.6.numero 5.* latiſſ. è praxi Clar.*lib.5.ſent §.fin.q.14 num 12.cum appoſtil.* vbi in verſic.apud nos autem poſt angel.*in leg. qui prior ſub num.2 ff de iud & in l.quoniam, ſub num.1. C.de adulter.* quando reus perſonaliter in iudicio conſtitutus eſt, ſemper admitti querelant contra querelam,ſiue de maiori,ſiue minori crimine agatur,ſi ſe inuicem crimina contingant, neque enim fori priuilegium vllum habere actor poteſt, cum apud eundem iudicem in eodem negotio cõuenitur,etiamſi criminaliter reconueniatur, vt ex ſenatus ſui præiudicio tradit etiam Ant.Fab.*C.lib. 3.tit.1.defin.11.nu 5. & ſeq.*

l. *Præiudicialibus*) latiſſ.poſt alios *in d.c. 1.* Marian *ſub num 56.de mut pet.* Sichard. ex com. late declarãdo,*in d.l cum Papinianus, n.10.Co.de ſent. & interl.om.iud.*

m. *Spiritualibus.*) Marian poſt alios latiſſ.*in d. ca. 1.ſub n.56.* Socin.fallent.4.*dict.reg.332* Dec(etiam ſi incidenter cognoſceretur)*in c.* at ſi clerici.*n.(mihi)152.cum ſeqq. de iud.* VVurmbſer *titul. 12. obſeru.5.*

n. *Spoliationum.*) Marian limitando,*in d c.1.arti. 6.num.62.*Socin declarando,*dict.regul.332.fall.n 2.* Vincent.*dict. dec 193.num 9.in fin.cum ſeq.* Muſcatell. *dict.gloſſ. ver.actorem n.37.* VVamei.*conſil. 72 nu.2.*latiſſ.Marant.diſtinguendo in poſſeſſorijs. *d.diſt.6 nu.32.cum ſeqq.*

o. *Momentanea.*) Late Marian.declarando,*in dict. c.1.articulo 6.num 63.*

p. *Depoſito.*) Marian limitando.*in d.c.1 art.6. nu. 61* Marant.diſtinguendo tamen,*d.diſt.6.ſub n. 30.* Viu.*dec.191.num.4.*Menoch.*d.caſu 184 nu.6.* Muſcat.*d glo.verb.actorem,ſub num.27.& latius ſub num.14.*

q. *Agit ex officio*) Scilicet incidenter,ſecus ſi principaliter,Marian.latius diſtinguendo, *in d c 1.art. 6 num 94.*Socin.fallent.6. *& 16.dict.regul 332.* & poſt Iaſ.*in lege nec quidquam ſub numero 70 ff de offic.proconſ. & in l 1.num 8.verſ 4 differentia, ff. de iuriſd omn.iud.* Maran.alioſq; ex commun. vlterius etiam limitando, *d.part.4 diſt 6 n.17. cum ſequenti* VVurmbſer *dict. titul. 12.obſer.6.* Vincen. *di. dec. 193.ad fin.*

r. *Summariè.*) Roman.*conſ.323 num.* Marian. latiſſ.*in d c.1 in 6 princ.art.num.58.verſ.7.fallit.* & poſt Bart.*in d. authent.& conſequenter,num.13. & in l. 1 in fin var & extraord. cognit.* alioſque VVameſ.*d.conſ.71.ſub num.5 & d.conſ.71.nu 7.*

vbi

vbi non reiici tamen reconuentionem ſi ſummariè quoque pertractari poſſit, Socin. *fall.3. d reg* 232. Oſasc. *dec.*1 *ſub num* 1.& Marant. *d. diſt* 6. *ſub nu.* 29 diſtinguendo tamen, *vt & num* 27. *ibidem, ad fi.* vt ſi vna cauſa ſit ſummaria, alia plenaria, valeat reconuentio quoad iudicem prorogandũ, non quò ad effectũ ſimultanei proceſſus, aut vt eadem ſententia terminentur, niſi parte volente, idemque voluit Viui *l.b* 1. *com. opin. verb. re onuentioni*. Soar. *recept. ſi. t th ſ in lit R. num.* 18. Merul. *d. lib.* 4. *diſt.* 4. *ſect.* 3. *tit.* [illegible] *cap.* 6 *num* 4. Idemque in cauſis celerem exitum requirentibus quod in ſummariis tradit Marant. *d diſt* 6 *num* 27. *ad fin.* de quibus itidẽ Marian. *in d. cap* 1 *num* 57 lauſſ Z iſ. *d conſ* 22 *nu.* 7 *verſ.* nec obſtat quod petendi, *cum ſeqq. lit r.*1.& Muſcat. *d. gloſſ verb. a torem ſub num.* 12. *cum ſeqq.* Et quando cauſæ cognitio cenſeatur ſummaria, necne, diſcutit & latè Leonin. *conſil.* 96 *numer* 12. *cum ſeqq.*

ſ. *Libelli reconuentionis.*) In reconuentione ſcilicet ſeparata: aliter atque in connexa; in qua neceſſarius non eſt libellus; vt in iudiciis duplicibus; nam ſi agis contra me,& petis diuiſionem, tu aniet petitio reconuenit te,& quamuis agens debeas probare contra me, ius ad te pertinere, vt *in l.* 1. *ff. famil. erc. ſcund.* tamen mihi ſufficit quod poſſideo, ad hoc vt diu dam tecum, quia legitimarus ſum ad reconueniendum te ex tua petitione, vt in *l* ii *ff famil erciſc.* ſicuti eleganter diſtinguit poſt Bald *in d. l. cum Papin. a* [illegible] *num.* 2. *in fin cum ſeq.* C *de ſentent.* Marian *in d. cap ii. art.* 10 *num.*11 *de mut. pet.*

t. *Ante litis conteſtationem.*) Propoſitam in tempore reconuentionem, hoc eſt vel ante litis conteſtationem, vel in ipſa cõteſtatione ſeu in cõtinenti iuxta *d. authent. & conſequenter*, non tantum habere effectum prorogatiuum, ſi fortè iudex quo ad materiam in reconuentione poſitam ſit incompetens, aut ſub eo actor forum non ſortiatur, ſecundum *d. l cum Papini. nus*, ſed & neceſſitatem iniicere ſimultanei proceſſus, vt per doct. *in cap* 1. vbi Panorm. *ſub* 3 *num* 4. *de mut pet.* ſic vt pari paſſu cauſa vtrinque decurrere debeat, nec maiore diligentia acceleranda ſit cauſa conuentionis quam reconuẽtionis. vel contrà VVameſ. *d. conſ* 71. *num.*6. & 10. Schurpf. *d. conſ.* 15 *ſub num.*21. VVurmbſ. 4. *obſ* 4. *tit.*12.

v. *Hinc inde.*) Quomodo dandæ deliberatoriæ dilationes, Marian. latè *in d c ii. art.*10 *num.*13. *vbi num.*14, quomodo vtrinque tum lis conteſtetur, de quo & Marant. *d diſtinct.* 6. *num.*6.

x. *Ordine.*) Datur enim actori prærogatiua vt primo expediatur actus in cauſa conuentionis, eo quod primo prouocauerit ad iudicium; vnde ſuccedat regula æquiſſ. qui prior appellat prior agat *in l. qui prior.* vbi Bal. declarand. de iudic. & c. *ii de ord. cognit.* Marant. *d. diſt.*6. *n.*9. *ad fin.* & in proœmio illius *tractat. de ord. iudic. num.*11. Muſcat. *d. part.* 4. *gloſſ verb. actorem ſub num* 9. Merul. *d. lib.*4. *diſt.* 4 *ſect.* 3. *tit.* 7. *c. p.* 5. *nu.*2 *in fin.* & voluit Dec. *conſ.* 200. *num.*2. *verſ. & applicando*, idque quando actus vtriuſque cauſæ non concurrit in tempore; alioqui vbi nullum actori fit præiudicium, quod vtterque actus ſimul expediatur voluit Panorm. *in ca.* 1 *ſub num* 7. *de mut. pet.* & Marian. *in d c. p. ii. art.* 10 *ſub num* 12. allegans tex in clement. ſæpe, *de ve. b ſignif. in verb. & quia poſitiones*, vbi vtrique parti idem ſtatuitur terminus ad poſitiones ſimul producendas, & ad alia acta, & munimenta exhibenda, qua de re dixi ſuperius *cap.*116 *ſub n.*11. *ad verb. vtrique eandem.*

z. *Iuret primo.*) Marian. latè declarando, *in d c. ii. art.* 10 *num.*15. *de mut pe it.*

a. *Po at prius.*) Marian. diſtinguendo, *in d. ca ii art* 10. 2. 16. vbi idem in probationibus producẽdis addens tamen in fin. dilationem fore vtrique cõmunẽ.

b. *Per vnam ſententiam.*) Bart. *ſi. b num.*4 Bald *n.* 15. Sichard. *ſub num* 4. *in d. authent. & conſequenter*, Marant. late declarando, *d diſtinct* 6. *num.* 8. Mynſing. *centu.*1. *obſer.*10. *num* 1. Merul. *d. lib* 4. *diſtinct.*4 *ſect.*5 *tit.*1. *cap* 1 *num.*19 nempe ex eodem breuiculo recitandam, vt per eos, & *gloſſ in d. ca.* 1. vel certe per duas ſententias diſtinctim & in ſcriptis, ſed eodem tempore & coniunctim pronunciandas, VVameſ. *d conſ.*71 *num* 6. *ad fin ia.* [illegible] Marian. *in d. cap.*2. *art.*10. *num.*17. Et hæc quidem vera, ſi de vtraque cauſa pariter liqueat: ſin priùs de vna quàm de alia liqueat, vel non pergat reconuentor in reconuentione, poſſe iudicem ſolum pronunciare de ea cauſa de qua liquet, & ſuperſedere in alia poſt Panorm *in d. cap.* 1 *ſub num.*9. aliisque Marant. *d. diſtinct.*6. *num.*9. Mynſing e praxi S. C. *d obſer* 10 *num* 2. *vbi num.*3. & ſeq. poſſe ramen eo caſu reum, non obſtante ſententia in cauſa conuentionis lata, ſuam proſequi reconuentionem, etiamſi appellatum eſſet à ſententia in cauſa conuẽtionis, & poſſe iudicem in cauſa reconuentionis procedere, ea appellatione non obſtante, idemque Marant. qui ſupra, *ſub num.* 9. de quo ille hæc (*vt plura paſſim*) mutuatus videtur. Imo reconuentionem durare contra actorem etiamſi à lite deſiſteret, eique renunciaret, Marian diſtinguendo, *in d. cap.* 1. *numer.*22. & poſt Alexand *in l.*3 *numer.*7. *ff. quod quiſque iur.* Marant. *d. diſtinction.* 6. *num* 46. aliosque Viu. ex SC. *dec.*128. *num.*4.& poſt Afflict. *deciſ.*173. *in fin.* Menoch. *lib.*1. *de arbitr. iud. quæſt* 44 *num.*5. Vinc *d dec.*193. *num.*13. Additque idem Mynſ. ex SC. *num.*5 *cum ſeq.* iudici, ſi malit, licere cognitionem in cauſa conuentionis, de qua iam liquet, tantiſper differre, donec in cauſa reconuentionis pariter concludatur, & ſimul de vtraque cognoſcere: neque enim quod iudicis poteſtati permittitur, id ſubiicitur iuris neceſſitati, vt habet tex

Digitized by Google

text. *in l. non quidquid.* 40 *ff de iud.* Etenim debito etiam liquido propoſito non impediri reconuentionem poſt Salycet. *in l. neque ſcriptura, en fin, C, de compenſ.* VVameſ. *conſ.* 71. *num.* 8. vbi idem in inſtrumentis paratam executionem habentibus, (quæ guarentigiata appellant) in quibus idem quoque Muſcat *in d. gl verb. actore, n* 14. *cũ ſeq.* latiſſ. Mar. diſtinguẽdo, *in cap.* 1. *art.* 6. *num.* 59. *cum ſeq* & idem alioqui VVameſ. *d. conſ.* 72. *ſub num.* 5. reſpõdit, quoties de meritis cauſæ conuentionalis liquet in limine iudicij, & cauſa reconuentionalis altiorem indaginem & cauſæ diſcuſſionem deſiderat, non debere per reconuentionalem illiquidam, liquidæ conuentioni, quo minus terminetur, executionique mandetur, moram aliquam fieri; ita vt liquidato negotio conuentionis, ante propoſitam reconuentionem, reconuentioni omnino locus nõ ſit, allegat Bald. *in d. auth. et & conſequenter, num.* 10. quem inibi ſequuntur Salycet, Fulgoſ & alii, vt ait Decian. idem in terminis reconuentionis reſpondens, pleno *conſ.* 98. *præſertim num.* 5. & ſeq. vbi eiuſmodi reconuentionem non admittendam, etiamſi producta fuiſſet ſtatim in ipſo actu productionis ipſius conuentionis, declarando latius.

c. *Audientiam*) Marant. *d. diſtin.* 8. 6. *nu.* 7. Vinc. è praxi idem in actore clerico aſtruens, *d. dec.* 193. *num* 15. *cum ſeq.* VVameſ, *d. conſ.* 71. *ſub numer.* 6. Dicitur enim lis pendere, per ſolam citationem emanatam ad inſtantiam actoris, *vt per clement.* 2. *vt lite pend. definit, poſt. gloſſ. in cap. vt debitus, de appell.* Afflict. *dec* 220. *num* 13 *in fin.* & vt res efficiatur litigioſa, ita vt eius alienatio ſit prohibita, ſolam citationem ſufficere, *per Auth. nunc. litigioſæ,* vbi communiter doct. *C. de litigioſ.* Gail. *libr.* 1. *obſ.* 74. *ſub num.* 16 declarando vt abſque dubio verum ſit, citatio ritè decreta & executa, cauſaque in ea expreſſa ſit, ob quam in iudicium vocetur, *per tex. in d. clement. ii* Id quod voluit ex SC. & Mynſing centur. 4 *obſer.* 26 *num.* 1. recitans *n. ue ſeq* poſt Zabarell *in d. clement. ii.* (quem ſequitur & Gail qui ſuprà) ſex neceſſaria, ad hoc vt lis pendere dicatur, voluitque Dec. *conſ.* 460 *num.* 28. & latiùs VVurmſer. *tit.* 13. *obſer.* 16. addens etiam ad hoc vt fiat pendentia litis neceſſe non eſſe quod in ipſa citatione inſeratur copia libelli, allegando *gl. in d. clement. ii.* Id quod tamen reprobatur per Aſin ad ſtatutum Florent. *de mod. procedend part.* 1. §. 5. *cap.* 2. *num.* 2. *poſt doct. in cap præterea, de dilatio, in cap.* 1. & inibi Felin. *num.* 3. *in fin. de libell. oblat. & alios.* Cæterum quò ad ipſum actorem, dicitur lis pendere, cum citatio fuerit tantùm decreta, nondũ tamen executa, vt poſt Roman. *conſ.* 330. *num.* 2. *ad fin.* Felin *in cap. ſuper literis, num.* 13. *de reſcrip.* Bellamer *ex SC. dec* 545. *ad fin.* Dec. *in cap.* 1. *ſub num.* (*mihi*) 16. *de reſcr. & in cap. vt debitus, num.* 14. *verſ. imo in præiudicium impetrantis, mihi num.* 45. (licet ibidem reprobet apoſtill. Molin.) *de appell.* Menoch. exactè *lib.* 2 *de arbitr. iud. c. caſu* 202. *num.* 8. *cum ſeq.* Merul. *d. lib.* 4. *diſtinction.* 4 *ſect.* 3. *tit.* 7. *cap.* 4.

CAPVT CXLIII.

De Replicationibus, & Duplicationibus, &c.

SVMMAE.

1 *Replicandi & duplicandi, &c. Ordo*
- *Actor replicat ad reſponſum Rei.*
- *Reus duplicat ad replicationem Actoris.*
- *Actor triplicat contra Duplicam rei.*
- *Reus quadruplicat contra triplicam Actoris.*
- *Actor quintuplicat contra quadruplicam Rei.*
- *Reus ſextuplicat contra quintuplicam Actoris.*

2 *Replicationis & duplicationis exemplum.*
3 *Actor & Reus, petere poſſunt Replicandi & duplicandi, &c. terminos.*
4 *Ad replicam & duplicam, &c. alligari poteſt Ius alicuius tertij.*
5 *Exemplum allegationis Iuris tertii.*
6 *Ius tertij ſine Procuratorio allegari non poteſt.*
7 *Replicatio in quauis Litis parte vſque ad ſententiam opponi poteſt.*
8 *De Replicatione, & Duplicatione conſulendus Ange. Areti*

Noto-

1 NOtiora, & vſitatiora ſunt in iure hæc vocabula, Replicare, (a) Duplicare, &c. quam vt huc à Grāmaticis ipſorū ſignificationes & Etymologias fruſtra petamus, & hic narremus. Quocirca hoc loco tantum notandū eſt, quod Replicationes ſunt Exceptiones, (b) quæ actori competunt, ad elidendum Rei, vel Exceptiones, vel Reſponſiones, ſuper quibus Reus duplicat, Actor ad Rei Duplicam Triplicat Reus vero contra Actoris Triplicam Quadruplicat Actor contra, Quintuplicat & Reus contra Sextuplicat, Actor Septuplicat, Reus Octuplicat, & ſic vlterius in infinitum, (c) donec ambo cōtendentes, dicendo ſatiati fuerint, ſed Reo ſemper remanet vltima ac poſtrema reſponſio, (d) *l. 2. §. illud, ff. de exceptionibus*, quæ ſic habet: Illud tenendum eſt, omnem Exceptionē vel Replicationem excluſoriam eſſe. Sed Exceptio Actoré excludit, Replicatio Reum: ſed contra Replicationem ſolet dari Duplicatio, & contra Duplicationem Trplicatio, & contra Triplicationem rurſus Quadruplicatio, & ſic deinceps multiplicantur nomina, dum aut Reus, aut Actor ab vlteriori reſponſione ſuperſedet, §. *Primo inſtit. de replicationibus* Verbi gratia, vt hoc pro exemplo (e) ponamus: Actor exigit & petit à Reo quadraginta ex mutuo.

2 Reus reſpondet, quod Actor ipſi ſit pollicitus, nunquam ſe ea petiturum eſſe, Actor replicat (f) illam promiſſionem vi aut dolo fuiſſe factam. Reus duplicat, quod poſtea adhuc ea promiſſio fuerit libere renouata, & emologata præſentibus probis, honeſtis, & fide dignis viris. Actor triplicat, quod ea promiſſio facta fuerat conditionaliter, & ſub conditionibus, poſtea non purgatis. Reus Quadruplicat, quod Actor ab illis conditionibus deceſſerit, ipſiſque renunciauerit, & ſic deinceps in infinitum, & vſque ad ſatietatem alterutrius partis.

3 Et in his actibus iuridicis notandum eſt, quod Actor & reus accipere poſſint diem & terminum ad Replicandum & Duplicandum, &c. Sed in iis actibus, debent Aduocati prudenter procedere, ſic vt ſuarum Replicationum aut Duplicationum cauſas prudenter fundent & cauſentur.

Secundo, notandum eſt, quod ad confirmandā Replicationem aut Duplicationem, & ad melius fortificandum ſuum propoſitum, poteſt proponi & allegari in iudicio Ius tertij. 4

Verbi gratia: Si à me in iudicio exigatur Telonium, ego reſpondere potero, me liberum & immunem eſſe ab eo Telonio, nempe, quod Ciuis ſim Gandenſis aut Brugenſis, qui omnes vigore ſuorum priuilegiorum, à Telonijs ſunt immunes, pro quo reſponſo confirmando, imo pro iure meo corroborando, illud idem Priuilegium allegare & proponere potero, etiam ſi Gandenſes aut Brugenſes eo Priuilegio non ſint à Principe ditati, & illius ſint ignorantes. 5

Sed tales reſponſiones, aut allegationes debent fieri incidenter, nempe, ad litis protractionem, & non principaliter, quia principaliter, nemo in Iudicio poteſt inſtituere, nec pro ſe allegare ius tertij, niſi ad hoc habeat mandatum aut procuratorium. 6

Tertio notandum eſt, quod Replicatio opponi poſſit, in qualibet parte litis, vſque ad Sententiā, vt in gl. *in l. 2. §. 1. ff. de except.* 7

Poſſent nonnulla huc adduci, nempe replicatio ad quid ſit inuenta. Quid ſit Replicatio, cui competat, & quando competat, Quis ſit Replicationis effectus. Quomodo Replicatio, aut vitietur, aut prorſus tollatur. Item, An Replicatio ſit prius probanda, & an ſuper Replicatione ſit neceſſario probandum, & pronunciandum, quæ omnia breuitatis cauſa omittere conſtitui, remittendo lectorem ad D. Angel. Aret. *in. §. 1. inſtit. de replicationibus*, qui eadem ibidē copioſè tractat, (g) & diſcutit. 8

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CXLII.

a. REplicare, Replicationem inde dictam, quod exceptionem replicet atque reſoluat, ſicut cut enim exceptio excluſoria eſt, ita & replicatio (vt voluit & tex. *in l. 2. §. illud. ff. de except.*) excludit enim reum à defenſionibus atque allegationibus obiectis, vt poſt Mynſing. *ad rubr. inſtit. de replic num. 2.* Aſin ad ſtatut. Florent. *de mod. proceden. part 1. §. 16. ca. 1.* Et apud rhetores, replica nominatur reſiſtentia in ſuis terminis, vt docet Iaſ. *in d. l ij. verſus fin. verſ. ecll conſequenter, ff de except.* & ibidem exemplo demonſtrat *in l. g. 1. verſic 4. dictum.*

b. *Exceptiones.*) Replicationis deſcriptionem huiuſmodi, quam tradit Specul. *in tit. de excep. & replic. § vlt. in princ.* & ſequitur Panor. *in c. à nobis n. 14. de except. probat.* & Aſin. *d. §. 16. nu. 1. c. 1. vbi nu. 4. verſus fin.* poſt Dec. *in d. ca à nobis nu.* (mihi) 34. alioſq; plures ſimul deſcriptiones referent, ait omnes, licet verbis paululum inter ſe differant re ipſa idem continere. De his quoque Merul. teutodice (ſuo more) explicando, *prax. holland libr. 4. diſtinct. 4. ſect. 3. titul. 9. & titul. 10. cap. 1. in princ.*

c. *Infinitum.*) Apud ſupremam tamen Francorum curiam non admitti triplicationem, quæ olim permiſſa fuit, *inſtit. de replic. §. ſi rurſus* verum apud

curias

Digitized by Google

curias inferiores nonnunquam admitti, cum ſcilicet facti cuiuſdam tum primum, ceu nouè allegati, ſuadet qualitas, idque pro iudicantis arbitrio; ſed ſtatui vt aduerſarius quadruplicatione vti poſſit, ſumptu quidem huius factum id proponentis, docet latius Imbert. inſtit. foren. *lib. 1. cap. 36 in glo. verb.* Imperatorum, *verſ. in fin verſ. poſtremo ſciendū*, In quam ſententiam ſcribit & Baro, *ad d. tit. inſtit. de replic. part. 2 comment. verſ. fin.* Francis. Franciæ regem ſub quo agebat, ſua ætate, conſtituiſſe, ne litigantes plus quam ſemel, aut ad ſummum, bis aduerſariorum allegationibus reſpondeant: qua lege, inquit, triplicationem & quadruplicationem, olim frequentes in iudiciis, antiquauit, quæ adhuc locū habent, ſubdit, ex altera eiuſdem ſanctione, cum facti nouè ab alterutro allegati, ſuadet qualitas, & eo caſu, ſubiungit, quadruplicabit actor ſumptibus rei, qui noue factum allegauit. Sic neque è ſtylo curiarum ſuarum, triplicationem, quadruplicationē, aut deinceps quidquam admitti: niſi ex cauſis iudicum animos mouentibus aſtruit Merul. prax. Holland *d. lib. 4. diſt. nct. 4 ſect. 3 tit. 10. ca 1 num. 4.* Quæ quidem conſtitutiones ſiue conſuetudines, & ſi præter ius videantur ſummam habent rationem: cum ad lites abbreuiandas, ne fiant immortales, vt *in leg. properandum, 11 vbi not. C. de iud. cum ſimul*, tum vt vitetur infinitas, de qua ſuperius: quippe quæ vitanda eſt & reprobatur in omni iuris materia, *leg. vlt. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. leg. vn. Cod. de furt.* quæ pro eo quod intereſt, *proſ. cap. cum multis de reſcript. in 6.* Alex. *conſ. 16. num. 9 lib. 4.* atque ita ne in infinitum lis extendatur, iuxta *l. apertiſſimi, Cod. de iud.*

d *Poſtrema reſponſio.*) Idem non obſcure explicando, Merul. *d. lib. 4 diſtinct. 4 ſect. 3. titul. 11. cap. 1. num. 5.*

e. *Pro exemplo.*) Huiuſmodi exemplum tradit & Zaſ. *in d. l. ij. ſub init.* & Aſin, latius declarando, *di. §. 16. cap. 1 ſub num. 4.*

f. *Replicat.*) Quomodo contra exceptiones peremptorias poſſit fieri, replicatio, tractat quoque Marian. *in ca. 1 num. 49. de lit. conteſt.* vbi in fin. ſtatuto exceptiones in aliquo iudicio admittente, intelligi niſi exceptiones replicatione elidantur, ideoque non cenſeatur prohibita replicatio nullitatis, idque eo etiam magis, quod quamuis nomina multiplicentur exceptionis, replicationis, duplicationis, &c. ſecundum quod nunc reus opponit nunc actor ſe tuetur, iſta tamen omnia vi ſua ſint exceptiones, omnia contineantur nomine exceptionis, vis ſit eadem, vti pulchro exemplo docet Zaſ. è praxi, *per illum text. in d. l. ij. ad fin. verſ. tandem coll.*

g. *Tractat.*) Copioſius vero hæc, atque alia plurima, quæ ex æquiparatione exceptionis & replicationis inferuntur aut colliguntur, Aſin. *in d. §. 16. c. 3. & ſeqq.* Qui ibidem *c. 7. nu 2* poſt Alciat. *ad l. verbum oportebit. 8. §. actionis, nu. 3. ff. de verb. ſignt. & ad l. vlt num. 8. C. de eden.* generaliter itidem docet, replicationem actionem intendere, propterea quod inſtar actionis ſe habeat (de quo latiſſ. & quomodo actor & reus parificentur & differant Zaſ. *in l. 1. verſ. 2. coll ff de except.*) item poſt Bald. in *le. petens, num. 13. C de pact.* ibi actionem non videri, vbi replicatio eſſe non poteſt, & licet replicatio petitionis originem & principium non inducat, aut fundet; eam tamen adiuuet. Ita quoque Pinell. *ad l. ij. c. 3. part. 3 num 25 ex gl. in l. quæſitum, 31. §. vlt ff de pecul.* replicationem pro libello haberi, & *in l. vlt. quæſt. 17. num. 38 C de hæred. inſtit.* replicationem iuuare libellumum, idemque, & *num. præcedente, 24 poſt* Caſtr. *in l. ſub prætextu 19. num. 3 ff. de tranſact. & alios* limitat, quando replicatio non repugnat actioni, ſeu deductis in libello; alioqui non admittatur replicatio contraria libello: vt ſi in libello venditoris læſi proponatur primò rei vendicatio, qua nihil aliud deducatur, niſi quod agēs ſit dominus, conuentus autem ſine iuſta cauſa poſſideat: emptor vero reus ex titulo emptionis ſe defendit: deinde venditor replicando impugnet venditionem ex læſione & remedio illius, *le. ij Cod. de reſc. vend.* poſſit emptor reus, videns mutatum libellum & actionem, de iure id impedire, compellendo agentem, vt primam cauſam proſequatur, *iuxta authen. qui ſemel, C quomod. & quand. iudi.* nec enim permittatur actionem mutare poſt litem conteſtatam, *l edita, vbi doct C. de edend.* eamque reſolutionem Pinelli probat & Camill. Lepid. Luco *dec. 129.* declarando latiſſ. præſertim *in verſ. nec obſtare, ad fin. & in verſ. Pinel. autem* Hiſque vt breuiter, ita vtiliter, expedita ſit, in honorem Dei, materia iſta replicationis, vtcunque eam modicæ vtilitatis dicat etiam Felin. *in d. à nobis in fin.* vbi latè eam proſequitur & Dec. *d. 34. cum ſeqq.*

Digitized by Google

Capvt CXLIII.

De ſententia iudicis diſpoſitiua.

SVMMAE.

1 *Sententia interterlocutoria quæ ſit.*

2 *Quando Reus* { *Simpliciter negat factum actoris, aut Permittit ſe contumaciari,* } *Actor ſua ſcribit per intendit.*

3 *Factum Actoris non negatum, ad acta illius diei redigendum.*

Quando {

4 *Reus citat facta contraria tunc Partes ſua facta conſcribere & verificare debent.*

5 *Partes nulla facta proponunt, allegata ſua ſcribere debent per memoriam, cum titulis & teſtibus.*

6 *Partes ſua allegata ſine intellectu confundunt, mandatur in magnis Concilijs, vt ea corā Commiſſarijs clarius enarrent.*

7 *Cauſa eſt plenè litigata, mandatur in Concilio Flandriæ, vt Partes ſcribant per intendit, aut per facta contraria.*

8 *Partes ſcriptas ſuas allegationes retulerunt in iudicium, Partes ad conſenſum concordant.*

9 *Partium ſententiæ de ſcripturis diſcordant, examinantur ex ſcriptura ad pœnam ſolutionis lampreiæ.* }

In appellationibus {

10 *Quando proceſſus ſcriptus recipitur, non eſt ſcribendum amplius, ſed mandatur Partibus, vt concluſiones appellantes, in acta referant.*

11 *Quando proceſſus non excipitur ſcripto, appellans noua allegata proponere, & non probata, probare poteſt.*

12 *Sententiæ quatuor membrorum Flandriæ in Concilio Prouinciali, pro proceſſibus ſcriptis, & receptis habentur.*

13 *Iudicata Inferiorum ciuitatum, non habentur ibi pro receptis, ſed ibi de nouo procedendum eſt.* }

14 *Quando proceſſus cenſetur ſcripto exhibitus.*

1 SEntentia, ſiue Appointtamentum iudicis diſpoſitiuum, eſt illa interlocutoria, (a) quam Iudex dat, cùm cauſa plenè producta eſt & litigata, nempè, vt per eam, partibus mandetur, vt ſeſe regulent & ordinent, vel ad ſcribendum, vel ad non ſcribendum, vel ad ſcribendi modum.

2 Hæc clarius ſequenti demonſtratione cognoſcentur. Cùm Reus ſimpliciter negat Actoris factum, & interim nullum contrarium factum proponit, aut quando Reus permiſit ſe contumacem reddi tribus contumacijs, & ſe detrudi ac ſecludi ab omnibus exceptionibus, & defenſionibus: tunc ordinat Iudex diſpoſitiuè, & ſententiam diſpoſitiuam interlocutoriam ferendo, mandat Actori, vt ſcribat per intendit, (b) & vt illud verificet.

3 Quando verò vnicum duntaxat eſt Actoris factum, quod Reus non negat, tunc Actor cum eo facto allegato quieſcit, & ſuperſedet à ſcribendo, & ipſi tunc ordinatur, & mandatur, vt illud factum ponatur ac conſcribatur in Actis illius diei, & vt ſuper illo verificationem faciat.

Sed quando Reus alligat ac proponit factum, Actoris facto contrarium ordinat Iudex: (c) vt Partes ſcribant per facta contraria, & vt illa verificent. 4

Si verò neutra Partium factum vllum alleget, 5 aut proponat, ſed ſi vtraque Pars ſeſe referat & fundet, ſuper literis ac titulis in Iure, tunc Iudex interlocutoriè, ſiue diſpoſitiuè ordinat, & mandat Partibus, vt ſuas Allegationes conſcribant per memoriam, & vt tali memoriæ ſimul adiungant ſuas Literas, Titulos, & Teſtes, ſi quos habeant, aut ſi non habent, fateantur in eodem memoriali, ſe eos debere, & tunc ſuper illis dicetur ipſis Ius, aut reddetur ipſis iuridicū Appointtamentum, vt decebit,

Et

Digitized by Google

6 Et quando partes ſuas Allegationes, & Propoſita ita confundunt, miſcent, & conturbant, vt nugare potius, quam iuridicè contendere videantur, quod inter loquendum, ſcribendum, aut litigandum ſeſe ita gerant, & diſcurrant, vt non ſatis clarè intelligatur, quid ipſi dicere velint, tunc ordinatur in magno Mechlinienſi Conſilio, & etiam nonnunquam in Concilio Prouinciali Flandriæ (quæ rebus magis ſeriis habent intendere, quam vt nugatoriis implicita occupentur) vt tales nugaces litigatores, coram Commiſſariis ad ipſorum tricas expediendas deputatis, compareant, vt hi ipſos audiant, regant, legitima mandent, & de ipſorum perplexis querelis ac difficultatibus, ad cõſilium clarius referant.

7 In Prouinciali autem Camera, ſiue in Concilio Flandriæ, Praxis habet, quod quando & quoties cauſa plenè litigata eſt, quod tunc ordinent & mãdent Partibus, vt ſcribant ſimpliciter, non dicendo aut addendo, vt ſcribant per intendit, aut per memoriam, aut per facta contraria.

8 Et quando Partes ſcripſerunt ſuas Allegationes, & Propoſita, & quando ſuas Scripturas mutauerunt & retulerunt in Iudicium, tunc Procuratores ſimul concordant inter ſe, ſine vlla authoritate Curiæ, dummodo earundem Partium ſcripturæ, in factis, vel in Iure conſiſtant, & tunc Graphiarius ipſarum Partium conſenſum & concordiam annotat in dorſo, aut in margine ſuperioris partis dictarum Scripturarum.

9 Quando verò Partes in ſententiis diſcordant, ſic vt altera dicat, quod Scripturæ vtrimque exhibitæ in factis conſiſtant, altera neget, & dicat, quod in Iure conſiſtant, tum ſecundum Iura Conſilium illas Scripturas viſitat & examinat, ſub pœna exoluendi muranam, vel (vt ioco dicunt) lampredam.

10 Et poſtea vbi illas ritè diſcuſſerit & cognouerit, ordinat id quod Iuris eſt, & ſimul condemnat Procuratorem, qui cõtrarium malè & iniuſtè ſuſtinuit, ad ſolutionem lampredæ.

11 In materia appellationis, poſtquam totus proceſſus exceptus eſt in ſcriptis, non ordinatur partibus, vt ſcribant, ſed ſolùm per Appoinctamentum ipſis ordinatur, vt Concluſiones appellatorias ponant, ac conſcribant in Actis illius diei. Et illa Acta conſcriptionis ac annotationis, cum exploto, & ſimul cum introitu curiæ (vulgò) *Venue en court*, ſufficient ad eum proceſſum ſcripto per breuem memoriam exhibitum, ſi Partes vtrimque ita velint, & ſic omnibus viſis, perſpectis, & diligenter examinatis. Ius tandem fiet & ipſis reddetur, aut aliud ſimile appoinctamentum, quod decebit, ipſis decernetur. In materia verò Appellationis aut Reformationis, vbi Proceſſus non recipitur, aut non eſt receptibilis, tanquam Proceſſus ſcriptus, ibi Appellans aut Reformans poteſt proponere & allegare noua non allegata, & propoſita non probata probare, pro ſuo arbitrio, & vt ipſi placebit. Sed hæc efficere non poteſt, quando Proceſſus ſcripto, aut in ſcriptis eſt acceptus, niſi cum reſtitutione, aut cum releuamento (d) Principis.

12 Sed hic notandum eſt, quod in Appellationibus, quatuor membra Flandriæ à Comite olim obtinuerint & impetrauerint, quod omnes ſuæ ſententiæ latæ, ſiue quod omnes Proceſſus iudicati in ſuis Conſiſtoriis (vulgò *Vierſcharen*) eſſent & haberentur in appellationibus recepti in Concilio Prouinciali Flandriæ, & vt Proceſſus ſcripti habiti, abſque eo quod de illis quicquam diminui, mutari, aut addi debeat, & cum iis Proceſſus iudicati ſcripturis exhibitis, ſimul ex Proceſſu decedunt & exeunt.

13 Sed in aliis omnibus inferioribus ſubalternis Magiſtratibus, id Priuilegium non habent, neque id temerè, quandoquidẽ ab iis non eſt expectanda tanta Iuris ſecuritas, & perfectio, quanta à ſuperioribus Magiſtratibus, à quibus inferiores ſua Concilia, atque adeo Sententias ſuas in rebus arduis petere debent, vt paulò antè, cap. 134 commonſtrauimus. Ideoque in iis inferioribus Flandriæ Collegijs Scabinorum, Ciuitatum, Caſſellaniorũ, Pagorum, & etiam in Curijs Feudorum, ſeu parium curiæ, in Reformationibus debent à principio Proceſſum inſtituere & formare, quantumuis etiam ipſi ſuper exhibitis ſcripturis iudicauerint, ſiue Sententiam tulerint, aut quantumuis etiã ipſi Sententiam ex Concilio, aut mandato ſuæ Curiæ Capitalis, eam ſententiam tuliſſent, de qua ſupra, cap. 134.

14 Intelligitur autem Proceſſus eſſe ſcriptus aut ſcripto exhibitus poſtquam Iudex per Sententiam diſpoſitiuam, mandat partibus vt procedant. Item, quando Acta concluſionis in Iure, aut (vt dicitur) in cauſa ſunt propoſita. Quæ duo cum abſunt, aut quando alterutrum abeſt, ſcilicet, aut ordinatio Iudicis, aut Acta, tunc in magno Mechlinienſi Concilio non recipitur Proceſſus, vt proceſſus ſcriptus, ſed Curia ordinat, vt cauſam de nouo relitigent. (e)

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT CXLIII.

E*St illa interlocutoria.*) Eandem ferè appunctamenti diſpoſitiui deſcriptionem tradit teutonicè Merul. *prax Holland lib. 4. diſtinct. 4. ſect. 4. tit. 2. cap. 1 num. 3.*

b. *Per intendit*) Merul. *d. ſect. 4. tit. 2. cap. 1. num. 5.* declarando latius.

c. *Ordinat iudex*) Atque ita ſtatum cauſæ conſtituere dicitur iudex, cum aut iuris eſſe diſceptationem pronunciat, aut facti, vt docet Budæ, *ad l. 2. in verb. vindicias filiæ ſuæ, verſ. vocatur autem* & caput *ff. de orig. iur.* cum igitur, inquit, ſignificare volumus nos appunctatos eſſe contrarios, vt in foro loquuntur, Latinè dicere debemus ſtatum cauſæ coniecturalem aut inficialem eſſe, cauſamque inficialiter aut coniecturaliter eſſe conſtitutam, cum autem, ſubdit, iuris diſceptatio eſt, iuridicialis ſtatus eſt, & cauſam dicemus iuridicialiter conſtitutam eſſe. Imbert. verò *inſtit. Forenſ. lib. 1. cap.*, 6. triplicem cauſæ conſtitutionem explicat: vt primò lis iuridicialiter cōſtituatur, quoties conceſſo inter litigantes facto, æqui & iniqui ſolùm natura quæritur; legitimæ autem conſtitutioni tum locus ſit, quum ex ſcripto controuerſia naſcitur, vtpote litis cardine in tabulis inſtrumentiſque collocato, etiāſi de facto inter litigantes non conueniat modo nullis opus ſit teſtimoniis; inficialiter verò lis conſtituatur, & coniecturaliter, vbi implicita facti eſt controuerſia, teſtimoniiſque res agenda eſt. Verùm cum duo genera litis conteſtationis Franci memorent, & legitima conſtitutio ad iuridicialem pertineat apud quoſdam ex rhetoribus latius, hanc quoque iuridicialem nuncupari voluit & Eguin. Baro, *ad inſtit. titul. de replic. comment. par. 2.* vbi praxin horum latiùs declarat, & cum cauſæ ſtatus iuridicialis eſt, apud Francos exceptionibus locum non eſſe, aut replicationibus ferè, *&c.* Et quamuis etiam Zaſ. *ad l. verſ. pro ſolutione 1. ff. d. except.* extensè doceat omnem controuerſiam quæ in iudicijs controuertitur, quieſcere in quatuor ſtatibus, tamen Merul. *à praxi & ſtylo* curiariarum ſuarum, *d. diſtinct. 4 ſection. 4. tit. 2. cap. 1 præſertim, num. 9. cum ſeqq.* triplicem cauſæ conſtitutionem tradere videtur, ſicuti ferè ſupra ex Imbert. retulimus. Eſtque in eam rem, apud nos, *art. 448. cum ſeqq. ordin. curiæ Brab.*

d. *Cum releuamento.*) Quamuis enim in *l. per hanc C. de tempor. appell.* permittatur non allegata in cauſa principali, in cauſa appellationis allegare & probare, Chaſſen. *ex com conſ. 53. num. 10. vbi num. 17.* etiam ſuper eiſdem articulis teſtes poſſe produci in cauſa appellationis, quando in principali non fuerunt ritè examinati, *per tex. expreſſum in clemen. vlt. de teſtib.* quam aliter quoque limitat, tamen in patria Franciæ (cui paruit ab initio Flandria) id non licuit ſine literis regiis, vt vidiſſe in forenſi iudicio, teſtatur & Rebuff latiùs declarando, in procœmio *conſtit reg. gloſſ. 5. num. 95.*

e. *De nouo re litigent.*) Ita quoque, quando tam inepta & manca ſunt prioris inſtantiæ acta, præſertim in cauſis ex inferiori germania ad camerale iudicium Imp. deuolutis, quod de meritis cauſarum non poſſit iudici conſtare, ſolere cameram totum proceſſum & omnia acta caſſare (reſeruatis tamen actis probatorijs, ne pereat partibus probandi facultas, iuxta doctrinam Panorm. in *cap. cauſam quæ* & inibi *dec. num. (mihi) 4 & ſub num. 8.* de teſtib. & *gloſſ. cap. ſ. pe,* de verb. ſignif) & præſeruare partibus, quod in principali cauſa ibidem de nouo debeant procedere, Mynſing. ex SC. *centur. 2. obſ 16.* & eſt in eam rem apud nos *art. 609. & 610. o. din. curiæ Brab.* Sed hæc de appellationibus infra fuerint tractanda oportunius.

CAPVT CXLIV.

De Sententiis Interlocutoriis.

SVMMAE.

Sententia interlocutoria, quæ ſint

1 *Primò.*
2 *Secundò.*
3 *Tertiò.*
4 *Quartò.*
5 *Quintò.*
6 *Sextò.*

7 *Index*

Digitized by Google

7 *Iudex interlocutoriam reuocare poteſt.*
8 *Interlocutoria non niſi cum cognitione cauſa ferenda eſt*
9 *Interlocutoria fertur contra contumacem*
10 *Quaſtionis in Proceſſu emergentis exemplum.*
11 *Interlocutoria Appellationis cauſam praſcidit, & exceptionis materiam probet.*

12 *Ab interlocutoria, quando* { *Appellare licet.* & *Appellare non licet.*

Interlocutoria dantur, vel {
13 *Ad Proceſſum praparandum.*
14 *Ad emergentia, vel incidentia terminanda.*
Ad aliquid faciendum, dandum, &c.
Item,
15 *Ad petitionem Rei.*
Ad petitionem ambarum Partium ſimul.
Ex officio Iudicis ſolo.

16 *Emergentia quæ ſint, & dicantur.*
17 *Incidentia quæ ſint, & quæ dicantur.*

ACturus hic de interlocutoriis, primo commonſtrandum eſt, quæ ſententiæ ſint interlocutoriæ, & mox quomodo, à quibus, & ad quid, ferantur.

1 Pro quibus ſciendum eſt, quod ſententiæ Interlocutoriæ, ſunt ſententiæ (*a*) ſemiplenæ, quæ proferuntur inter principium, & finem cauſarum, non quidem ſuper principali, ſed ſuper aliis emergentibus & incidentibus quæſtionibus, vtpote, ſuper Libello offerendo, vel concipiendo, aut ſuſuper Dilatione danda, aut deneganda, aut ſuper ſimilib.
2 cauſis incidentib. principali cauſa ſemperdurante.

Vel Sententiæ interlocutoriæ ſunt, quando Iudex non reſidens pro Tribunali, inter Partes, ſine ſollennitate ſcripturæ, aliquid interloquendo pronũciat de plano, & ſuper aliquo incidẽti vel emergẽti, quod ad principale intẽtũ nõ directè ſpectat.

3 Vel Interlocutoria ſecundum Godef. dicitur eſſe eſſe declaratio Iudicialis, ſuper aliquo Articulo ſummariæ Ius tribuens inter partes.

4 Et omne verbum, (*b*) quod à Iudice in Iudicio iudicialiter profertur, quodque ad cauſam Litis facit pro ſententia Interlocutoria habendum eſt, vt *in Auth. de litigioſ. § Omne colla*

5 Vel alio modo, & paucioribus verbis. Interlocutoriæ ſunt ſententiæ, quas iudex Proceſſu durãte, pronunciat.

6 Et generaliter, omne quod Iudex commendat aut ordinat, durante Proceſſu (*c*) vſque ad diffinitiuam, & ad cauſam ſeruiens, interlocutoria appellatur.

7 Ideoque iudex talem interlocutoriam poſtea reuocare poterit, (*d*) ſiue is ſit ordinarius, ſiue delegatus, ( ) ſiue arbiter.

8 Debet tamen omnis interlocutoria cum vera ac debita cognitione cauſæ ferri, & (vt dici ſoli) iudice concedente, non procedente, *c. Inducia, §. Spacium, 3. q. 3.* ſecundum Gofre.

Sententiam autem interlocutoriam, Iudex ferre 9
ſolet contra reum contumacem, nempe, quando Reo citato, & non comparente, pronunciat Actorem fore mittendum in poſſeſſionem (*f*) Rei, aut bonorum ipſius, iuxta modum & menſuram debiti declarati, vel rei petitæ per quæſtionem emergentem.

Veluti, ſi incideret quæſtio inter partes, vel Ad- 10
uocatos, an aliquis in teſtimonium recipiendus eſſet, &c. Iudex eum cognitione cauſæ, de hac quæſtione Sententiam interlocutoriam ferre poterit, pronunciando talem, aut talem, in teſtimonium recipiendum (*g*) aut non recipiendum.

Quæ quidem Sententia interlocutoria talis eſt,
vt in rem iudicatam tranſeat, potiſſimum ad duo, 11
quæ præſtat: ſcilicet, quod per eam remedium contra Appellationem detur, quæ tunc attentari non poterit, & quod ob eam materia excipiendi auferatur, *c. Cum dilectus, in fin. de elect.* Non autem hoc efficit interlocutoria, vt ex ea agatur actione in factum, ſicut ex diffinitiua.

Ideoque à tali interlocutoria (ſtante eodem 12
Proceſſu) quilibet appellare poteſt: ſed ſecundum Canones, non autem ſecundum leges (*h*) generaliter.

Quod tamen fallit in caſibus legis ſecundę, Co.
vt lite penden. Item, Si interlocutoria ſit talis, quæ 13
ius alicuius totum abſorbeat (*i*) & tollat. Ea enim effectu plenæ diffinitiuæ vim haberet, ſic tamen, vt poſt talem interlocutoriam, non relinquatur locus, ad appellandum à diffinitiua, ſi ab ea interlocutoria aliquis appellauerit.

Secus verò fiet, ſi poſt talem interlocutoriam non appellauerit, ſed ſi beneficium appellationis
à diffinitiua ſibi ſalum & integrum reſeruauerit, 14
vt Gofr. tenet primum in ſumma, de Sententia & re Iudicat. Sententiæ autem Interlocutoriæ nonnunquam dantur, ad proceſſum præparandum

aut inſtruendum, aliquando ad emergentia & incidentia terminanda, (k) nõnunquã ad aliquid faciendum, aut non faciendum, aut ad aliquid dandum, aut non dandum, aut ad incidentia dedicenda aut ad aliquid aliud ſimile ordinandum. Interlocutoriæ dantur, nonnullæ ad inſtantiam & requiſitionem Rei.

15 Aliæ ad inſtantiam ambarum partium, ſcilicet, & Actoris & Rei, & aliæ ſine & abſq; e requiſitione, ex Iudicis officio.

16 In quibus intelligere debes, quod emergentia hic dicamus eſſe (l) exceptiones, quæ Proceſſum, ſed non cauſam principalem concernunt, veluti, quod teſtis ſit falſus (m) repertus, aut quod Procurator ſit falſus repertus, aut quod ille vel ille non ſit in Teſtimonium recipiendus, aut ſimiles Allegationes, quæ principalem cauſam præciſè non tãgunt.

Incidentia autem contra, dicuntur eſſe exceptiones concernentes cauſam principalem; (n) & nõ Proceſſum, ſicut proponere aut allegare pactum de non petendo, aut allegare, vel addere aliquid quod ſit peremptorium. 17

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXLIV.

a. *Sunt ſententiæ.*) Ita poſt glo *in clem. 1 in verb. diffinitiua, de ſequeſtr. poſſ. ff & fruct.* aliosque deſcribit Aretin. *conſ.* 20. *num.* 1. Marant. *de ordin. iud. part.* 6. *de ſent. ſub num.* 2. Guid *conſ* 89. *ſub num* 8. *Gail lib.* 1. *obſ.* 129. *num.* 2. Sichard *ad Rubr. de ſentent interlocutor. ind. num.* 6. Creſcen. *dec.* 6. *num.* 3. *titul de appell.* Merul. *prax. Holland. lib* 4. *diſt.* 4. *ſect.* 5. *tit* 4 *cap.* 1. *num* 2. latiſſ. Iaſ *ad rubr. ff. de re iud. num.* 3. *cum ſeq.* defendendo *glo in d clem.* 1. aduerſus Alex ibidem oppugnationem, & ex ea declarando, quando propria ſit, vel quaſi interlocutoria; ad interpretationem ſtatutorum loquentium de interlocutoriis, puta non appellandis, vt ille latius.

b. *Omne verbum,*) Ita declarat gl in adducta authent. *de litig. §.* ad excludendas, quam probat ibidem Angel. & in conſil. ſuo 114. *cui init quidam petit. ſub num.* 3. Guid. *dec.* 12. *ſub init.* voluitque Ferrar. in for. interlocuto. ſup. in comp. iudic. *ad verb. nos Bernar. nu.* 12 Marant. *d. tit. de ſent num.* 27. ad fin latiſſ. Iaſ. declarando, ad *rubr. de re iud, num.* 2. Verum Zaſ. eodem *tit. in l. quod. iuſſit, verſ. ad 2. punctum*, nimis generalem & effuſam definitionẽ hanc cenſet; itaque pauca addendo ad eam ſuo iudicio ipſe definit, & declarat latius, vti & aliter definit Rebuff. conſtit *reg tom.* 1. *tract. de ſent. execut, in præfat. num.* 5. *& art.* 1 *glo.* 1 *num.* 4.

c. *Ordinat durante proceſſu.*) Io. Fab. declarando, ad rubr. *C. comminat epiſt. l. program.* verum iudicis apud acta ſignata interlocutio, aut viuæ vocis extra iudicialis pronunciatio de aliquo faciendo, intra certum diem, ſub pœna, non eſt ſententia, ſed duntaxat pro comminatione, quæ rei iudicatæ auctoritatem non habet, vt poſt Caſtrenſ. *cõſ.* 99. *ſub num.* 1. *cum ſeqq. lib.* 1. VVameſ. *conſ.* 90 *ſub num.* 14. *& num.* 16. (*per. l.* 1. *& l. interlocutio Cod. comminat. epiſt.*) vbi præceptum tamen ſoluendi quod per iudicem per modum decreti, & per cauſæ cognitionem iudicialiter ſit etiam in ſummario iudicio, non ante ſed poſt litis ingreſſum, poſt propoſitam ab actore petitionem, præſente reo, ſeu alio pro eo comparente ſi non eſt inſerta clauſula iuſtificatoria, non pro nuda monitione eſſe, ſed pro plena condemnatione, vt ille latius demonſtrat poſt Bald. Fab. *ad d. rubr. comminat epiſtol. Caſtrenſ. conſ.* 183. *lib.* 1 vbi alioqui *ſub num* 2. magis è forma ſtatutorum quam *de iure com. fundatur.*

d. *Reuocare poterit*) Text. *eſt in leg quod iuſſit.* vbi poſt alios *in 2 not.* Zaſ. & latiſſ. *in verſ. ad 2. punctũ & num* 4. Socin. *ff. de re iud. & c. cum ceſſante* vbi poſt alios latiſſ limitando Dec *num.* (*mihi*) 2. *& ſeqq de appell* per quem extenditur. *d. l. quod iuſſit*, vt procedat etiam poſt interpoſitam appellationem, Zaſ. declarando, & limitando latiſſ. *in d. leg. quod iuſſit verſ hanc doctrinam* Amar, ex SC. limitando, *dec.* 65 *num.* 4. *& ſeq.* 1. *& dec.* 66. *num.* 7 & quandocunque adeoque poſt decem dies, Socin. vbi ſupra *num.* 12. & vſque ad ſententiam reuocari poteſt Zaſ. *in d. l quod iuſſit. verſ* 3. *amplia.* & latius verſus Fin. *verſ ſuper* 4. puncto vbi tamen litigantes tamdiu poſſe petere reuocationem, quamdiu appellari poſſet, id eſt intra decem dies à pronunciatione interlocutoriæ, poſtea petere non poſſe cum effectu (licet etiam poſtea petere poſſe, & niſi reuocetur quod poſſit appellari, velit Guid. *d. conſil.* 89. *num* 9 *in fi*) Itaque poſt Bart. *in d. l. quod iuſſit*, aliosque diſtinguit Ferrar. in *prax in form. ſentent. interloc.* ſuper incomp. in *d. ad verb nos Bernardin.* 7. vt ad inſtantiam partis poſſit infra decem dies reuocare, poſtea non arg. *Authen. hodie, C. de appel.*

alio-

Digitized by Google

alioqui enim lapſo decendio dicatur quo ad partem, ſententia in iudicatum tranſiiſſe, *c. cum dilecti in fin. de ele.* ex officio vero iudicis poſſit vſq. ad ſententiam diffinitiuam, aut donec duret officium ſuum, iuxta *l. iud. x, 55. ff. de re iud.* idemque voluit Alex. *conſ. 99. num. 11. l. b. 5.* Aufrer. late *ex com. ad dec. Tholoſſ. 158. ad fin.* VVeſenbec *conſ. 36. ſub n. 1.* Villal. *in com. opin. lit. S. num. 17.* Monter. latiſſ. *dec. 3. num. 5. & 6.* Merul. declarando *d. lib. 4. diſtinct. 4. ſect. 5. tit. 5. cap. 1. num. 1. cum ſeqq.* Maraut. etiam declarando, *d. part. 6. de ſent. num. 7. vbi num. 7.* limitat, quando interlocutoria fuerit bis confirmata idemque è ſtylo Aufrer. *ad d. Tholoſan dec. 18 c. in fin. Dec. latè*, idem quando bis fuerit reuocata interlocutoria docens, ad *c. cum ceſſante, (mih.) num. 45. cum ſeqq. de appell.* Vilal. *in d. lite. S. num. 2.* So-ar. *recept. ſent. th. ſ. in lit. I. num. 157.* & nouiſſ. Gratian. *dec. 33. in fin. vbi num. 12.* aliter quoque limitat quando res non eſt integra, aut interlocutoria exe-cutioni mandata, idemque Caſtrenſ. *conſ. 183. num. 7. libr. 1.* Guid. 89. *ſub. num. 9.* Ferrar in forma terloc. *ſup. incomp. iud. a d verb. nos* Bernard. *num. 9.* Rebuff. idem quoque aſſerens conſuetudine fori, aut ſtylo dictante contrarium conſtitut. *reg. tom. 3. tract. de ſent. art. 3. gl. vn. num. 35.* Monter. latè declarando, limitando, & diſtinguendo, *dict. dec. 3. ſub. num. 1. num. 7. 8. 11. ſub num. 12. & num. 13. cum ſeqq.* Soar. *in d. lit. I. num. 158 vbi num. 159.* nec reuocari, ſi ſe iudex competentem aut in competentem pronunciat, Dec. limitando, *in d. c. cum ceſſante, nu. (mihi) 41, latè in dict. d. c. Tholoſ. 185.* vbi Aufrer limitando, *ſub init.* Villalob. *in d. lit. S. n. 20.* Valaſc. diſtinguendo, *dec. 33. ſub num. 5. & nouiſſ.* Gam. itidem diſtinguendo, ex communiori, *deciſ. 159 ſub num. 1.* Kirchou. diſtinguendo & limitando, *in com. opin. verb. ſententia.* ſuper comperta vbi *in verſ. ſententia quando*, & apud plures eiuſmodi limitationes, vt & apud Capyc. *dec. 1 num. 24. cũ ſeqq.* Viui. *ex SC. dec. 58. num. 9 in fin. dec. dec. 332. num. 6.* quas, ne ſimus prolixiores, liquimus vidēdas.

e. *Sine delegatus.*) Ferrar. *in form. ſent. interl. ſup. in comp. iud. a d verb. nos* Bernard. *num. 8.* Socin. idē in arbitro demonſtrans, in *d. l. quod iuſſit, nu 6 cum ſeqq. ff. de re iud.* Rebuff. *d. tract. de ſent. art. 3. gl. ſſ. vn. num. 28. vbi num. 29.* idem in ſucceſſore iudicis, *per l. arbitro, 9.* vbi doct. & nouiſſ. Coſtal. qui ſatiſ. cog. Guid. *d. conſ. 89. ſub num. 9.* Muſcat. *in d. gloſſ. verb. actorem, n. 14. cum ſeq.*

f. *Mittendum in poſſeſſ. n. m.*) Pronunciationem circa primum decretum interlocutoriam eſſe tradit poſt Specul. de primo decreto in princ. alioſque, Felin. *ad d. rubr. de re iud. num. 15. verſ.* & ſi pronunciatur, vbi tamen ſuper ſecundo decreto eſſe diffinitiuam, vel diffinitiuæ vim habentem, ſed contra, quod ſit interlocutoria probat latius idem Felin. *in c. conſultationibus, num. 7. de offic. & poteſt. iud. deleg.* poſt Rom. *conſ. 454. num. 20. in fin. cum ſeq.* Mandoſ. in annot. alioſque, Crauett. *conſ. 181. num. 3.* Poſſe quoque miſſionem ex primo, vel etiam ſecundo decreto, licet ſit interlocutoria mādata executioni, per iudicem ex cauſa reuocari. probat latius poſt alios Iaſ. *in d. leg. quod iuſſit, num 33. & 34* & com. fatetur, licet in contrarium fortiter ſtringere dicat, quod velint miſſionem ex 2. decreto habere vim diffinitiuæ, prout dixi, vt & com. fatetur, licet aliter ſentiens, Zaſ. ibidem *verſ. quod de 2. decreto.*

g. *In teſtimonium recipiendum, Pronunciationem,*) an probationes ſint recipiendæ necne non habere vim diffinitiuæ tradit Aufrer. *ad dec. Tholoſſ. 48. ſub init.* idem tamen Aufr. *deciſ. 500.* ſiue *vlt. verſ. idem ſi iudex noluerit*, poſt Bald. *in l. poſt ſententiam, n. 4. verſ. pone ergo C. de ſent. & int. om. iud.* alioſque voluit, etſi in cauſis poſſeſſoriis non detur appellatio, non procedat quando iudex noluit teſtes recipere, vel eum recepit qui non erat admittendus, quia tale grauamen reparari non poſſit in diffinitiua; id quod voluit & Felin. *in c. ſuborta, nu. 4 vnde de iure & de re iud.* ita quoque Grauat ad prax. Veſtr *li. 3 c. 10. ſub num 6.* inter limitationes ad regulam, quod ab interlocutoria iure ciuili non appelletur, addit ſi iudex pronunciet probationes aut teſtes admittendos, vel non eſſe, idemque poſt Oſaſc. *dec. 25. num. 14.* alioſque copioſè Menoch. *adipiſcend. poſſ. remed. 4. q. 99. num. 817.* & nouiſſ. ex SC. Surd. iuſta *dec. 36 præſertim num. 17.*

h. *Secundum leges.*) Text. *in l. vlt. C. de ſent. in leg. ante ſententiæ*, vbi doct. *C. quor. appell. non recip. le. ij. ff. de appell. recip.* Guid. dicens ex ſtatutis Dalphi. hodie in appell. ab interlocutoriis non ſeruari iura Pontificia, ſed ciuilia, *dec. 75. num. 1.* Merul. nullitatem tamen aduerſus hanc interlocutoriam proponi aſſerens, *d. l. b. 4 diſtinct. 4. ſect. 6. tit. 2. cap. 1. & 2.* VVameſ. *conſ. 177. num. 1. & conſ. 178 num. 1. & ſub. num. 4.* vbi circumſcripta licentia iuris canonici *in c. ſuper eo de appell.* iuris ciuilis obſeruationem in vſum redactam eſſe, & per ſacroſanctum œcumenicum Conc. Trid. *ſeſſion. 24. de reform. cap. 20.* aperte conſtitutum eſſe, ne quæ appellationes, niſi à diffinitiua, vel à diffinitiuę vim habente, per quēcumque admittantur, Eſtque in eam rem, apud nos, *art. 586 ordin. curiæ Brab.*

i. *Totum abſorbeat.*) Ita vt grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non poſſet, vel non expectetur alia diffinitiua, per text. *in T. tia, ff. de accuſ. in l. in tra vtile. 29* vbi Bart. *num. 1.* & præclare Coſtal. in princ. Buſſ *ſub init. ff. de minor.* Gui. *dec. 435 num. 71.* Alex. *conſ. 72. num. 1. l. b 7.* Schur. *conſ. 60. nu 8. cent. 1.* Marc. *dec. 214 præſertim ſub nu. 1. l. b 2. in nouis* Gail. *lib. 1. obſer. 131. num. 2. & 3. cum ſ q.*

 k. *Ter-*

Digitized by Google

k

Terminandæ,) Si enim iudex omiſerit pronunciare ſuper emergenti vel incidenti, proceſſus quidem non eſt ipſo iure nullus, ſed debet pars appellare; niſi iudex admittere contempſerit, vt quia voluit recipere vel recepit, & nulla replicatione facta, ad vlteriora proceſſit, nam tunc non valet proceſſus tanquam factus in contemptum legis, vt poſt Caſtrenſ *in l. nam & poſt. a. § ſi damnetur, ſub num. 2 ff. de iureiur & in l. vlt num. 7. ff. ſi cert. petat.* aliosque, Muſcatell ita omnes concludere atteſtatus, & declarando latius *prax ciuil part. 5. gloſſ. verb. reſeruatis, numer. 29. in fin cum ſeqq.* late etiam hac de re, ante eum, Felin. *in cap cum contingat num. 18. de offic. deleg.*

l. *Dicamus eſſe.*) Incidentem quæſtionem illam eſſe deſcribit Bald. *conſil. 331. poſt princ. libr. 1.* quæ a tergo adiacet, & venit adminiculatiuè: non illa quę habet ſubſtantiare libellum, plenius vero Menoch *lib 1 de arbitr iud. quæſt. 45. ſub num. 5.* poſt relatas duas opiniones conſtituentium differentiam inter quæſtionem incidentem & emergentem; tertia (inquit) fuit opinio Abb. *in cap. 1 in fin de ord. cognit.* quam ſecutus eſt Rip *in l. quod iuſſit, num. 13. de re iud.* incidentem quæſtionem dici, quę ex exceptione iam orta ante litem motam prouenit: emergentem verò quæ ex exceptione orta poſt litem motã deſcendit; quare cum omnes peremptoriæ exceptiones (ſubdit) iam ante litem motam ſaltem ſpe competant, quod deinde ex illis oritur incidens dicetur; ita quoque cum omnes dilatoriæ exceptiones poſt litem motam oriantur, quæſtio de illis emergens appellabitur, quorum ſanè opinio (ſubiicit) ſi rectè perpendatur à ſecunda iam relata non diſcrepat; quam nunc probo, & ſequor atque ita Menoch. *d. quæſt. 45.* referentem omnes doct. opiniones de illa declaratione quæ ſit quæſtio incidens & quæ emergens, tum nuper vidiſſe teſtatur Muſcat *in praxi ciuili part. 4. gloſſ. verb. & ſimilia, numer. 9. cum ſeq in fin.* ac reſidere eum cum iis per ipſum inibi relatis, licet diuerſimodo doct. referant. Affirmatque Menoch. appoſitè pro regula, vbi ſupra ſub *numer. 12.* poſt Iaſ. *in l. ii. ſub numer. 7 C de edict. diui Hadrian. tollend* alioſque, eo modo procedendum coram eodem iudice, ſuper incidentibus ac emergentibus, quo in cauſa principali.

m. *Sit falſus,*) Qua de re Afflict. latiſſ. *decis. 229.* Grauett. *conſil. 280. numer 2. verſ. ſimiliter, ſi eſſis accuſatus,* Capyc. *dec. 25. numer. 1.* Grammat. *dec. 60. numer. 22. verſ. circa 3. cum ſeqq.* Surd. *dec. 153. n. 14.* Cornazzan. *dec. 100. numer. 10.* Menoch. *conſ. 301 num 29.*

n. *Conuenientes cauſam principalem.*) Et ea ſolam in fin. cauſæ reſeruari, Menoch. *conſil. 367. numer. 2.* Muſcat. *prax. part. 5. gloſſ. 1. ſub numer. 4. & numer. 9 in fin. cum ſeqq.* vbi *numer. 11.* aliquando etiam ſuper incidenti cognoſci, vt quando exceptiones litis finitæ opponuntur, non ad excludendum actionem, ſed ad impediendum proceſſum, vt per Bart *in l. 1 C. de ord. cognit.* ibidemque Bald. *numer. 10.* vocantem eas quæſtiones miſtas, ſed exceptiones incidentes eſſe ipſas peremptorias, latiſſ. autem hac de re varias opiniones referendo & declarando Aſin. ad ſtatutum Florent. *de mod. procedend. §. 18. cap. 2 & ſeqq.* vbi in *d. cap. 2. numer. 6. verſ. vt nihil.* opinionem Abbat. *in cap. 1. numer. 11. verſ ſed concludo, de ord. cognit.* probare videtur, ac tandem in fin. ex omnibus præcedentibus firmat concluſionem in hac materia, poſt Caſtrenſ. *in l. ſi quæramus, num. 5. ff. de teſtam.* alioſque commemoratos, vt exceptio decidi, & ſuper ea pronunciari debeat, quando ad proceſſum opponitur: ſi verò ad merita & factum principale, & ſic ad cauſam, vt ſuper ea pronuncietur neceſſarium non eſſe, ibidemque *d. cap. ſeq. 3.* & ſi ex hac concluſione facile intelligatur, quando poſſit ſeu debeat iudex exceptiones ad merita cauſę reſeruare, tamen diſtinguendo ex ſententijs doct. expreſſius demonſtrat. Plane quando exceptiones ſunt liquidæ, & poſſvnt probari incontinenti, reſeruatio facienda non eſt, vt poſt Innocent. *in cap. ex parte, numer. 1.* ibidemque Felin. *numer. 15. de teſtibus,* Dec. *in cap. ex parte, 13. numer.* (mihi) 48. *cum ſeq. de offic. deleg. & in cap. an ſit. 42. numer.* (mihi) 6. *cum ſeqq. de appell.* & Alc. *conſil. 753. numer. 4.* reſpondit nouiſſ. Cephal. *conſil. 753. cui init.* regula eſt. *numer. 12.* idemque et Dec. *conſil. 467. numer. 6. cum ſeq.* & voluis ſi exceptiones non concernant perſonas iudicis vel partium, poſt doct. *in l. vlt. ff. de iureiur.* Aſin. *d. cap. 3. ſub numer. 1.* aliud docens (vtrobique tamen diſtinguendo) ſi dubiæ ſint exceptiones, altioremque requirant indaginem, & exceptionem declinatoriam, proceſſum aut iuris perſonam iudicis concernentem non poſſe reſeruari, reo contradicente, reſpondit poſt Aretin. *conſil. 99. ſub numer. 2.* & Cephal. *d. conſil. 753. numer. 17. cum ſeq.* Vbi *numer. 13. cum ſeq.* poſt Afflict. *deciſ. 12. & ex SC. dec. 63.* appoſita exceptione iuriſiurandi & tranſactionis, ad impediendum litis ingreſſum, licet ex replicatione actoris requirant altiorem indaginem, non tamen reſeruari ad merita, ſed dandam dilationem ad probandum replicationem, ſi per inſtrumentum probentur, quamuis replicatione actoris dolo dicantur extortæ. Quando enim habet quis inſtrumenta in manibus, eaque oſtendit ſine alia dilatione, dicitur

probare

probare incontinenti, vt poſt Bald. *in l. ij. C. de edict. diu. Adr. tollend.* reſpondit Dec. *d. conſ.* 467. *n.* 7. atque his congruit quod poſt alios commemoratos tradit & Felin. *in cap. ſignificauerunt, ſub num.* 4. *de teſtibus*, quod ſi reus ante litem conteſtatam producat inſtrumentum, contra quod nihil pars, ſaltē coloratè, opponat exceptionem peremptoriam, quæ pobatur per tale inſtrumentum, repellere actorem à limine iudicij, dicique in euidenti eſſe calumnia, & in hunc ſanè ſenſum, id moribus francorum intelligi tantum incontinenti oſtendi, quod ſcripto docetur, voluit Imbert. inſtit. forenſ. *lib.* 1 *cap.* 36. *in gloſſ. verb. Imperatorum*, verum de iure com. cum parum vim obtineant inſtrumenta & teſtes, vt nouiſſ. tradit & Meichſner. *tom.* 3. *dec.* 6. *ſub num* 38 & dixi cum Damhoud. *in loc. com par. tit. inſtrument. teſtes, ad verb parem*, exceptio incontinēti probanda, dicitur eſſe in iudiciis arbitrio, vt probat Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 20. *num.* 3. *in fin.* ſicut & eſt arbitrarium quæ dicatur exceptio altiorem poſtulans indaginem, vt poſt Rebuff. *cōſt. reg. tom.* 3. *tract. de mater. poſſeſſ artic.* 7 *gloſſ.* 1. *nu.* 15 *in fin.* aloſque copioſè ibidem Menoch. *d. numer.* 3. & poſt Felin. *ex com. in cap. cum contingat. numer.* 18. *verſ.* 2. *fallit. de offic. deleg.* alioſque Aſſin. d. §. 18. *cap.* 4. *ad fin.* Ad hæc plura dixi ſuperius, *cap.* 136. *numer.* 4. *ad verb pertinendam.*

CAPVT CXLV.

De interlocutoriis definitiuam ſapientibus.

SVMMAE.

1 *Interlocutoria alia ſunt* { *Simplices, quæ principale non tollunt.* / *alia,* / *Definitiuæ, quæ principale Ius abſorbent.* }

Interlocutaria definitiua eſt. {
2 *Quando parti declinanti, reſpondere man datur.*
3 *Quando Iudex contra declinantem dicit, ſe non eſſe Iudicem competentem.*
4 *Quando Iudex mandat Parti confeſſum exoluere debitum.*
6 *In deſertione appellationis, quando fit.*
7 *Quæ ſuper nullitate datur.*
8 *Quando cum abſolutione inſtantiæ, principale perimitur.*
9 *Quæ datur ſuper Poſſeſſorio. cui proprietas annexa eſt.*
10 *Quando Iudex mandat Parti, ne alteram Partem impediat.*
Expenſarum taxatio. }

11 *Interlocutoria non datur Parti ſcripto, niſi in Iure Canonico.*

PRæcedenti capitè diximus, quaſdam eſſe interlocutorias, quæ vim obtinerent definitiuæ, à quibus appellare non licet, qui à definitiua poſtea appellare voluerit. Me his interlocutoriis, nūc dicendum eſt latius.

1 Sunt itaque Sententiæ interlocutoriæ, aliæ ſimplices, *(a)* de quibus cep. iam dicto, 144 aliæ qortiores, & quæ definitiuas ſafiunt, *(b)* vimque definitiuæ per effectum obtinent, ſic vt principali cauſæ etiam præiudicent, *(c)* ac totum Ius quaſi abſorbeant, & tollant.

2 Velut ſi Pars declinaret, aut remiſſionem à Iudice peteret, & ſi tunc Iudex nihilominus eidem Parti mandaret, & ordinaret, vt reſpondeat, ea ordinatio eſt interlocutoria definitiuam ſapiēs, quia ipſa remiſſioni petitæ præiudicat, ab appellando à definitiua Partem illam excludit, & ipſi perpetuū ſilentium imponit: ideoque effectum definitiuæ meritò obtinet

Item, In Declinatoriis, quando Iudex pronun- 3
ciat & declarat, ſeipſum Iudicem non eſſe competentem, tunc illius ſententia cenſetur, & eſt interlocutoria, & ſi ipſe contrarium declarat, tunc cenſetur, & eſt definitiua. *(d)*

Similiter, quando Pars debitum fatetur, & Iu- 4
dex condemnando, ipſi confeſſum debitum, certo

Digitized by Google

die ac tempore exſoluere mandat, tunc illa iuſſio, ſiue illud præceptum, non eſt proprie definitiua ſententia, quia ibi nulla eſt Condemnatio: ſed tantùm eſt ſententia interlocutoria, definitiuam ſapiens, & definitiuæ vim (*e*) obtinens.

5 Sed Sententia data ſuper appellationis deſertione, eſt ſententia Interlocutoria, quando ſententia de qua appellatum fuit, fuit Interlocutoria, (*f*) ſed ſi illa de qua appellatum eſt, fuiſſet Definitiua, tunc ipſa ſententia ſuper deſertione, etiã eſſet plene Definitiua.

6 Sententia quoque data ſuper nullitate, eſt Interlocutoria definitiua, (*g*) quia cum ipſa principale finitum eſſe cenſetur, & eſt.

7 Abſolutio Item ab inſtantia, ſiue plur. eſt etiam Interlocutoria; (*h*) ob eandem rationem, ſed quando cum abſolutione inſtantiæ, principale etiã perimitur, tunc & ipſa definitiua eſſe cenſetur.

Sententia præterea data ſuper Poſſeſſorio, eſt Interlocutoria ſimplex, ſed quando Proprietas ipſa cum Poſſeſſorio coniuncta & annexa eſt, eo caſu ipſa cenſeretur definitiua. 8

Defenſio, quam Iudex facit Parti, ne aduerſariũ in ſua Poſſeſſione impediat proceſſu durante. (*k*) eſt Interlocutoria definitiua. 9

Taxare expenſas eſt Interlocutoria definitiua)*l*) 10

De Iure Ciuili, non eſt opus Parti dare Interloautoriam in Scripto, ſed id de iure Canonico requiritur. 11

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CXLV.

a. A*Liæ ſimplices.*) De diuiſione ſententiæ interlocutoriæ diſſerit Marant. *de ord iud, tit. de ſent ſub numer.* 23. Merul. *prax. Holland. libr.*4. *diſtinction.* 4. *ſect.* 5 *tit.*4. *cap.*1. *numer.*4. *& ſeqq.*

b. *Diffinitiuas ſapiunt*) Quomodo cognoſcatur quod interlocutoria vim habeat diffinitiuæ, declarat aliquot concluſionibus Marant. *d. tit. de ſent numer.* 42 *cum ſeqq.* quas breuiter ita contrabit Mynſinger. *cent.* 3. *obſeru.* 88. *numer.* 1. *cum ſeq.* vt omnis interlocutoria, quæ non ſperet aliam poſt ſe ſententiam, vel per quam finiatur officium iudicis, aut quæ definiat vnum articulum ſubſtantialem cauſæ principalis, dicatur habere vim diffinitiuæ: ſupprimendo interim, aut omittendo, quartam Marantæ concluſionem, vt & interlocutoria, continens dari vel fieri, aliquid, vim habeat diffinitiuæ: & rectè quidem; nam licet id probet etiam Gail. Dec. declarando, *libr.*1. *obſer.* 130. *numer.* 6. & Merul. *d. tit.* 4. *cap.* 1. *numer.* 7. & Viu. in *dec.* 302. *numer.* 6. poſt Bart. *in l. nec quidquam*, §. *vbi decretum*, in prima lect. *num.* 1. *ff de offic. proconſ.* tamen procedit, quo ad id tantum quod dicit Bart nempe, vt cum cauſæ cognitione, & parte legitime citata feratur, non vero quo ad effectum appellationis, ſi poſtea debeat ſequi ſententia in cauſa principali, vt animaduertit ſcitè Valaſq. *dec.* 47. *numer.* 9. *vbi numer.* 1. ſignorum quibus dignoſcitur, quæ habeat vim diffinitiuæ, illud præcipuum eſſe, quando non ſperatur alia ſententia ab eodem iudice, idemque voluit Valer. Luc. *dec.* 76. *verſ nec obſtant. in fin.* & ſentit Viu. *d. dec.* 392. *numer.* 7. neque enim poteſt eſſe diffinitiua ſi non imponat finem cauſæ, vt ait Amat. *dec.* 66. *numer.* 5. *in fin.* Eſt autem interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quæ fertur ſine ſolemnitatibus in diffinitiua requiſitis, iniungens illud quod iniungeret diffinitiua, Bart. *in l. ii.* 1. *nu.* 9. *de appell.* recip. Ielin. *in Rubr. de re iud. numer.* 3. Triuiſian *dec.* 13. *numer.* 3. *& ſeq lib.* 1.

c. *Praiudicent.*) Omnem interlocutoriam, quæ parat præiudicium negotio principali, habere vim diffinitiuæ reſpondit, poſt Bart. in *l. Titia, ſuo num.* 5. *ff. de accuſat. & in l. ii, numer.* 25. *in fin. cum ſeqq. ff. de appell. recip* Guid. *conſil* 89 *numer.* 11. *& deciſ.* 12. *numer.* 2. Triuiſian. *dec.* 4. *numer.* 18. & voluit Merul. *d. ſect.* 5. *tit* 4 *numer.* 6. Qui immo tunc ſententiam cenſeri habere vim diffinitiuæ, quando parat in effectu tantùm præiudicium, quantum diffinitiua ipſa licet formaliter poſſit poſt ſe aliam diffinitiuam expectare, reſpondit poſt Aret. *conſil.* 20. *ſub numer.* 2. Cephal. *conſil.* 757. *cui init. in facto numer.* 12 *inferens* poſt eum Aret. *conſil* 106 *ſub numer.* 4. idem debere operari quod diffinitiua, ibidemque *d. conſil.* 757 *numer.* 15. *cum ſeq.* illam proprie dici diffinitiuam, quæ directò finem imponit principali controuerſiæ, ſi verò imponatur per indirectum & conſequentiam, dici interlocutoriam vim diffinitiuæ habentem, poſt Rip. in *d. rubr. de re iud. numer.* 15. *& in d. l. quod iuſſit*, *num.* 27 *verſ. circa*, 1 *alioſque.* Aliter paulo in eam rem reſpondit Crauett. *conſil.* 181. *numer.* 1. *ad fin.* ſententiam

tentiam licet effectualiter imponat finem litl. ſeu ex ea dependeat victoria cauſæ, non tamen dici diffinitiuam, niſi directo negotium principale definiat non in conſequentiam: ideoque ſententiam qua pronunciatur appellationem eſſe deſertam, vel per quam reiicitur exceptio peremptoria, vel conceditur ſecundum decretum, dici interlocutoriã, quia per eam non directò diffiniatur principale negotium, ſed in conſequentiam, allegans Corn. *conſil.* 262. *lib.* 4. quem inter alios, itidem allegat Cephal vbi ſupra.

d. *Eſt diffinitiua.*) Contrarium docet Ferrar *in d. form. interlocut ſupra incompet. iud. ad d verb.* nos Bernard *num.* 2. vt ſi competentem ſe pronunciet, ſit interlocutoria; ſi verò imcompetentem, ſit diffinitiua, ſequiturq; declarando Gail. atteſtatus tamen in camera Imp. eam differentiam non ſeruari *lib.* 1. *obſ.* 130. *numer.* 9. *&* 10. ſed Ferrar. cõtra com. loqui, quæ velit non eſſe diffinitiuam, reſpondit Cephal. *d. conſ* 757. *numer.* 25. licet ille ibidem preſertim *numer.* 24 *cum ſeqq.* poſt Rom. (ſibi contrarium) *Jcon, l* 358. *numer* 4. aliosque dicat crebriorem videri ſententiam, in iudice ordinario, aliter atque in delegato, quod poſſit, ſententiam eiuſmodi, reuocare, aduerſus eundem Rom. (quem ſequi pleroſque fatetur) *ſingul* (mihi) 129. indiſtincte reuocari non poſſe aſtruentem, id quod & nos ſuperiori *cap.* 144. *ad verb. reuocare poterit, in fin.* abũde ex communiori comprobauimus. Et huiuſmodi ſententiam inter vim diffinitiuæ habentes enumerat, poſt Felin. *in cap qualiter & quando,* 17. *nu.* 9. alioſque Triuiſ. *dec.* 4 *ſub num.* 17. *verſ.* 10 à pronuntia competentiæ, *& verſ.* 20. *interlocutoria,* idẽque voluit, poſt gloſſ. *& doct. in authent. habita,* C. *ne fil. pro patro,* non ſolum ſi ſe pronunciet incompetentem, ſed & ſi competentem, & poſſe appellari, Valaſc. *dec.* 47. *num.* 5. Viu. *d. dec* 301. *nu.* 8. *cum ſeq.* Etſi vero Cephal. *d. conſ.* 758. *ſub num.* 30. *cum ſeq.* aduerſus alios, neget vim diffinitiuæ habere; attamen admittit etiam appellari poſſe *num.* 31. vt & Mynſig. *cent.* 3 *obſ.* 25. & Grauat. *in annotat. ad prax. Veſtr lib.* 3. *cap.* 10 *ſub num.* 6 Gamm ex com. (idem fere quod Cephal. ſentiens) *dec.* 159 *ſub n* 1. copioſe Menoch. *de adipiſc poſſ r. med* 4. *queſt.* 99. *num.* 822. *cum ſeq.*

e. *Diffinitiua vim.*) Quod procedit, ſi actor libellũ in iudicis, cõtra debitorem, exhibuiſſet, qui demum debitum agnoſcendo condemnatus eſſet: ſecus ſi nullo præcedente libello, iudex præcipiat vt ſoluat, tunc dicitur interlocutoria, ob formam iudicii (vti in ſuperiore caſu) non ſeruatam, vt voluit, poſt Angel. *conſ* 115. *cui init.* primo inquiramus, *verſ. dico d pronunciationem,* aliosque Felin. *in c. querenti, nu.* 9. *de offic deleg. & d. rubr. de re iud. num.* 5 & ſentit Guid. *dec.* 12. *ſub num.* 1. licet aliter ſentiat, poſt Alex. *conſ.* 50 *num.* 11. *lib.* 2. Marant, *d. part.* 6 *tit. de ſent ſub num.* 28. cumque ſequutus Richard. in annot. ad Villal. *com. opin. lit.* I *ſub numer.* 9. qui tamen fatentur doct. communiter velle, interlocutoriam eſſe eiuſmodi præceptum, incõfeſſum, vt ſoluat. Et talem pronunciationem de ſoluendo, poſt propoſitam petitionem, non eſſe meram diffinitiuam, ſed interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, pronunciauit, poſt communiter doct. relatos per Marant. vbi ſupra, Rouat. in nouiſſ. Luc *dec* 80. *tota.*

f. *Fuit interlocutoria.*) Et ſic intelligitur quod tradit Bald. *ſub num.* 1. & Caſtr *numer.* 2 aliique, in *l. ſi præſes,* 6. C. *quom. & quan. iud.* & Tholoſ. *d. c.* 263. Oldrad. *conſ.* 206. *num* 3. Mynſ *conſ* 6. *num* 18 quod ſit interlocutoria, lata ſuper deſertione; eſtque text. *in cap. ſua nobis,* 65 §. cumque in verbis, interlocutus fuerit illos non potuiſſe de iure tertio appellare, de appel. nam habet & vim diffinitiuæ vt voluit Caſtr. vbi ſupra, Bald. *conſ.* 344. *in princ. lib.* 1. & poſt Bald. *in l.* 11. *num* 20. C. *de epiſc aud.* Mar. *d tit de ſent. num* 26 Triuiſ. *d. dec.* 4. *num.* 17. *verſ.* 12. *à pronuncia* Menoch *de arbitr. iud. lib.* 1. *quaſt.* 67 *num.* 5. Fab. C. *lib.* 7. *tit.* 15. *definit.* 9. *numer.* 2. Valaſc. *d. dec.* 47 *ſub num.* 2. & eſt confirmatoria primæ, vt poſt Bald in *d l ſi præſes. numer.* 3. *in fin.* aliosque comprobat hæc copioſe Viu. *d. dec.* 302. *num* 4 *& ſeq* ideoque vbi præcedit diffinitiua, & ſequitur deſertionis ſententia, diffinitiua quoque dicitur, vt pulchre diſtinguendo, & limitando, declarat, poſt Rot. Rom. (*mihi*) 427. alioſque Aufrer. *ad d dec.* 263. Guid *dec.* 11. *numer.* 1. *dec.* 220 *numer.* 3. *&* 4. *& dec.* 436 *numer.* 15 Marc. *dec.* 1. *numer.* 5. *libr.* 1 Mynſing. *cent.* 2 *obſer.* 36. *tota.* *& obſer.* 88. *numer.* 5. Crauett. *conſil.* 181. *num.* 2 *verſ non omitto* latè Gail. *dec.* 138. *numer.* 1. *cum ſeqq. libr.* 1 Fab. C. *lib.* 7. *tit* 15. *d. definit.* 6 *numer.* 2. *&* dici etiam tres ſententias conformes quando vna lata eſt ſuper deſertione appellationis, ſuſtinet latè Teſſaur. (aſtruens interlocutoriam eſſe ſolùm ad effectum vt reuocari poſſit, ad exemplum interlocutoriæ, ab eodem iudice) *dec.* 122. *numer.* 12. licet aliter ea in re ſentiat poſt alios commemoratos Couarr. *pract. obſ cap.* 25. *numer.* 5. & Laur. Auenion. *dec.* 3. *tota.*

g. *Interlocutoria diffinitiua.*) Imo ſententiam nullitatis proceſſus meram eſſe interlocutoriam, ideoque in ſcriptis ab ea appellandum, probat latè Guid *dec.* 220 *num.* 1 *cum ſeqq & conſ* 77. *numer.* 1. Mynſing. *conſ.* 6. *numer.* 15. *in fin. cum ſeqq.* idemque ſi iudex appellationis ſententiam & proceſſum iudicis à quo pronunciauit nullum, Guid. *dec.* 15. *tota, vbi apoſtill ad verb. iudex, limitat,* ſi appellatum fuerit ab interlocutoria: alioqui diffinitiuam fore cenſuit, idemque voluit appoſitè Caſtrens. *conſ.* 281. *num.* 5. *cum ſeq. lib.* 1. aliter tamen diſtinguendo.

h. *Etiam*

Digitized by Google

h. *Etiam interlocutoria.*) Abſolutionem ab inſtantia, ſiue ab obſeruatione iudicij, interlocutoriam eſſe Felin. ex com in c. examinata, num. 17 de iudi. Guid conſ. 69. nu 1. in fin. & dec. 22. num. 2. Maran. d. part. 6. tit de ſent. num. 33. & regulare dicit Amat. dec. 66. num. 5, habet tamen & vim diffinitiuæ vt voluit Marant. d. num. 33. in fin Gail. lib. 1. obſ. 132. num 5. & Felin ſub d. num. 17. Couarr. ex com. var. reſol. lib. 1. c. 1 num 8. verſ. alioquiſent. Valaſ d. dec. 47 nu. 2 Teſſar. d. dec. 122 ſub nu. 9. Triuiſ. d. dec. 4 num. 17. verſ. ſ. ab obſeruatione Villal. in com. opi. lit. S. num. 16. Magon. ex SC. Luc. dec. 32. numer. 15. ſub num. 52. & 54 vbi vlterius diſtinguit, vt ſi abſolutoria lata ſit ab obſeruatione iudicij, propter libellum ineptum, vel partis abſentiam, dicatur interlocutoria: quia nihil tractet de negotio principali, vt latius ante eum probat & Crauet, (etiam in ſententia qua pronunciatur inſtātiam peremptam) conſ. 181. ſub num. 1. addens inſuper, dici interlocutoriam, quia de integro agi poſſit ſuper negotio principali, & ſic talis pronunciatio ſolum feratur ſuper proceſſu, non ſuper negotio principali; & conſtet omnem ſententiam, Proceſſum ſolum reſpicientem, dici interlocutoriam, ſecundum rot. Rom. dec 86. in addit. in nouis licet aliter in his ſentire videatur Felin, in d. c. examinata, ſub nu 17. & Creſcent. ex SC. de appell, dec. 6. tota, Si vero lata ſit huiuſmodi abſolutoria, quia non probatū, vel quia ſolutū, aut occiſum impune poterat offendi, tunc dici diffinitiuam, pronunciat ibidem Magon. poſt Bart. in l. Titia, num. 4. ff. de accuſ. & quod, ſi reus abſolutus fuerit ex eo quod actor non probauit, diffinitiua omnino ſit, nec iterum tractari eadem cauſa poſſit comprobat Caſtrenſ. conſ. 65. ſub nume. 2. & conſ. 169 ſub num 3. lib. 1. & copioſius, poſt Alex num. 28 & alios, in l. ad mondi, ff. de iureiuran. Couarr. in d. c. 1. num. 8. verſ. tamen ſententia. vbi idem in abſolutoria ſimpliciter lata, eamque in dubio nulla cauſa expreſſa, cenſeri latam, quia probatum non ſit, per gl ſingul. in l. 1 ſi quis ad exhiben lē, 38 in verb rei iudicatæ. ff. de except. rei iud. & hanc com theoricam dicit Magon d. dec. 32. num. 15. & tradit nouiſſ. Amar. dec 66. num. 1. & 2. vbi ita eā ſententiam vt plurimum eſſe diffinitiuam, non interlocutoriam, ex ſententia Pariſ conſ 67. nu. 1. & ſeq. lib. 1. poſt Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 80. alioſque Quibus pro colophone addatur, quod ſcribit Feli. in d. c. examinata, n. 17 in fin. per illum text. quod ſi malè actum & bene probatum reſeruetur ius; non etiam ſi eſt bene actum malè probatum, quia abſoluatur reus diffinitiuè, extincto omni remedio actoris ſed ea de re, an reus ſit à petitione abſoluendus, vel ab obſeruatione iudicij latius Couarr. è praxi poſt alios commemoratos in d. c. 1. ſub n. 8. addatur & Fachinæ. controuerſ iur. lib. 11. cap. 28.

i. *Eſt interlocutoria.*) Imo diffinitiuam, eſſe Socin. ex com in d. l. quod iuſſit in 3. not. num. 21. & Nat. de appellatione eius late agens conſ. 582. num. 12. & definit, poſt Caſtrenſ. iſtum praxim curiæ Rom. atteſtatum, in l. ad peremptoriam, num. 6. ff. de iudic. alioſque Veral part. 3. dec. 119. nu 4. verum Mara. poſt commemoratos d. titul de ſent num 35. adhibendam diſtinctionem cenſet, quam veriorē, dicit, vt ſi principaliter agatur poſſeſſorio, & in eo lis conteſtetur, ſententia in eo lata, mera ſit diffinitiua, quia cauſam definiat poſſeſſorij principaliter intentatam; non obſtante quod in petitorio poſſit reuocari; quia id nouum eſſet iudiciū: ſed ſi poſſeſſorium tractaretur incidenter, tunc ſit interlocutoria, idemque ante eum Iaſ. exactiſſ. hæc omnia diſcutiendo, ad d. l. quod iuſſit, num 21. cum ſeq. poſt omnes alios in l. vn. C. ſi de moment. poſſ. fuer app. & alibi limitans itidem vt non ſit diffinitiua, ſi poſſeſſoriū cumuletur cum petitorio; cum in eo lata deinde ſententia vires poſſeſſorij abſorberet.

k. *Impediat proceſſu durante.*) Differentiam inter hoc iudicium (quod latius tractabitur infra 2. ab hinc. cap. 147. in princ.) & alia poſſeſſoria de quibus hic iam proximè egimus conſtituunt (inter alias) quod ſententia in alio poſſeſſorio (vt diximus) eſt diffinitiua, iſta vero ſit interlocutoria, Capyc. dec. 55. ſub num. 7. cum ſeq. Et ſi verò Marant. d. part. 6. tit. de appell. num. 297. & part 4. diſtin. 9. num. 45 poſt Ang. conſ. 45 ſub nu. 6. velit ab omni interlocutoria in poſſeſſorio lata, ante ſententiam poſſe appellari, quia reparari non poſſit grauamen eiuſmodi per appellationem à diffinitiua, eo quod ab ea non appelletur: tamen Oſaſc. dec. 25. num. 14. ad fin. validiſſimis argumentis aſtruit, quod ab ordinatione huiuſmodi, vt pendente iudicio, pars manuteneatur, appellari non poſſit, cum illatum, ſi quod ſit, grauamen in diffinitiua repaarri poſſit. idē que ſentit Alciat. conſ. 58. ſub num. 2. ſed hac de re dicetur latius è praxi inferius cap. 137. num. 17. ad verb. non obſtante.

l. *Interlocutoria diffinitiua*) Roman. pleno conſ. 358. præſertim ſub num. 2. eumque ſequitur Felin. in d. rubr. de iudi. num. 14. & Aufrer. ad Tholoſ. dec. 48. & quomodo à taxatione appelletur in Gallia, Imbert. inſtitut. forenſ lib. 2. cap. 17. ſub init. licet interlocutoriam dicat Iaſ in d. l. quod iuſſit, num. 6. Condemnatio tamen expenſarum, ſi fiat in proceſſu cauſæ ante diffinitiuam, eſt interlocutoria (vt id voluit & Guid. conſ 154. num. 3. Socin. in d. l. quod iuſſit, num. 20. cum appoſtill. Turan. quæ declarat etiam vt hic.) aliter atque fiat vna cum ſententia diffinitiua, quia tum cenſeatur pars diffinitiuæ, vt poſt Felin. in dict. rubric. de re iudic. num. 13. & alios Marant. ex comm. inferendo latius, in d. tit. de ſent. num 36 cum ſeqq. Grauat ad Prax Veſt. lib. 3. cap. 10. ſub num 12. Guid. dec. 69. numer 3. vbi idem.

idem ſi expenſarum condemnatio fiat in interlocutoria. De huiuſmodi autem interlocutorijs vim diffinitiuæ habentibus, earumque ſpeciebus, dixi quoque cum Damhoud *in loc. com. part. tit. ſententia, ad verò pares*, & nunc addatur Marant. *d. tit. de ſent. ſub num. 41. & ſeq.* Aufrer latè ad *d. deciſ. Tholoſ* 48. Gail. *libr* 1. *obſ.* 129. *num.* 1. *ad fin. & obſeru.* 130. *num* 6. *verſ. vbi exactè docent, & num.* 8. *cum ſeqq. & obſer.* 132. *num.* 1. *&* 5.

CAPVT CXLVI.

De Interlocutoriis Reuocandis.

SVMMAE.

1 *Interlocutoriam, non definitiuam Iudex reuocare poteſt.*
2 *Sententiam ex cauſa reuocare, non eſt ignominioſum.*
3 *Pontifices & Imperatores, pro tempore Decreta mutant, aut corrigunt, aut tollunt.*
4 *Temporibus in decretis, ſæpe conſulendum eſſe.*
5 *Interlocutoria bona reuocari non debet.*
6 *De interlocutoria bona, cum grauamine Partis, quid Iudici faciendum.*
7 *Interlocutorias Iudex reuocat, aut* { *Ob requiſitionem partium.*
8 *Ex ſuo officio* { *Partibus abſentibus, aut inſciis.*
9 *Partibus inuitis.*
10 *Quando de vna interlocutoria appellatum eſt.*
11 *Quando Iudex leuiter pronunciauit, ſe non eſſe Iudicem compe-*
12 *tentem.*
13 *Interlocutorias, Iudex non reuocare poteſt,* { *Quando pronunciauit, ſe non eſſe Iudicem competentem.* *Quando tacitè ſe Iudicem competentem eſſe declarat.*
14 *Quæ reuocata magni forent præiudicij.*
15 *In magno Concilio Hollandiæ, quomodo appelletur ab Interlocutoria.*
16 *Ab interlocutoria* { *Iudiciali, appellare non licet, ſed*
17 *Irreparabili, appellare licet.*
18 *In Concilio Flandriæ, & Parlamento, non proceditur ſuper ſola nullitate.*

1 QVando Iudex videt & ſentit, ſe malè iudicaſſe, aut malè à Partibus proceſſum fuiſſe, ob quod & ipſius ſententia interlocutoria minus digna, ſed indebita videbitur, tunc poteſt eandem ſuam interlocutoriam (a) (non definitiuam reuocare, (b) & ſeipſum quodammodo ſic corrigere, *l. Quod iuſſit, ff. de re iudica. concord. text. in c. p Cum ceſſante, de appell.*

2 Neque eſt, quod Iudicem talis reuocationis aliquando aut pudeat, aut pigeat, quòd nulli probro eſſe poſſit, ſi ab errore ad veritatis lucem properet. Nihil enim tam eſt ſecundum humanam naturam, quàm labi, errare & decipi. Sed quando Veritatis via oſtenditur, eâ non velle agnoſcere, minusquè recipere, ſed potius præferre, in errore permanere malle, & errorem Veritatem appellare, & pro Veritate defendere, hominis eſt, non ſolum Stulti, & Amentis, ſed etiam Inſaniſſimi, & pœnè Brutiſſimi: quod vitium cum ab omni homine deberet eſſe alieniſſimum, omnium minimè conuenit Iudicibus, aut ijs, qui alijs præſunt, & Veritatis viam ſuis præmonſtrare debent. Hoc enim Veritatis amica natura, per ſe in omnibus rebus, locis, & temporibus requirit, & optat à nobis, vt errata ſtatim corrigamus, & erroris tenebras; quàm longiſſimè, & quam citiſſimè à nobis ſine pudore diſpellamus, præſertim quum videamus ipſos S. Pontifices, † ipſos Imperatores, ipſa denique Concilia 3
non puduiſſe reuocare malè iudicata, aut inſtituta aut certè corrigere & mutare, quæ pro tempore perperam fuere ſancita, præſertim, cum poſtea perpenderant, alia tempora, alios requirere mores, aliaque plebiſcita repoſcere, ſi ſuos Ciues, ſi ſuas Reſpublicas ab exitialibus diſcordijs liberatas eſſe, & in florenti concordia, & per Veritatis conſenſum triumphare voluiſſent, iuxta commune illud Prouerbium:

Diſtingue tempora, & concordaberis ſcripturas, hoc eſt: Omnia humana Iudicia, cum temporum diſtinctione diſcernenda, mutanda, corrigenda & reſtituenda ſunt, & ſic quæ ſcripta ac inſtituta ſunt, facilè cum tali diſtinctione ad conſenſum & concordiam rediguntur, & conſona erunt omnia, etiam quæ pro tempore diſſona videntur. 4

Sic

Digitized by Google

Sic & Iudex ſuam ſententiam reuocare, mutare & corrigere ſine dedecore poteſt, quando ſe non ſatisfacienter ſuam interlocutoriam tuliſſe cognoſcit. Quia qui ſeipſum corrigit, is ab alio corrigendus non erit.

5 Si vero Iudex certo nouerit (Iudicio non errante) quod ſuam Interlocutoriam ſententiam bene pronunciauerit, tunc non eſſet neceſſe, eam reuocare, aut dicere (ego interlocutoriam hanc reuoco.)

6 Sed tantum dicet: Si vlla in re tibi obfuerim aut damno per meam ſententiam te grauauerim, paratus ſum, illud damnum tibi reſarcire, aut ſententiam mutare, vel reuocare, iuxta opinionem & conſilium ſapientum & prudentum, atque ad hoc do tibi tempus 14. dierum, vt interea temporis mature cum Doctoribus, de cauſa tua conſultes, & tunc ad me reſponſa illorum delaturus, meq́ꝫ te item conſulturus reuertaris. aut certe poterit tunc Parti dicere: Non credo, quod in aliquo te grauauerim, & ſi ſit aliquod grauamen, per hanc meam Interlocutoriam tibi illatum, dic & oſtende cum veritate, in quo te grauauerim, damnoque affecerim, ego pronunciata reuocabo. Prius enim non habeo cauſam, quæ me ad reuocationē, aut mutare, aut compellere debeat.

7 Sed hoc loco notandum eſt, quod Iudex Interlocutoriam ſuam reuocare poteſt, duobus modis, ſcilicet, ex requiſitione Partium, (d) ſicuti iam diximus & ex ſeipſo, vel ex ſuo officio, Ex ſeipſo quidem, & ex ſuo officio, reuocare poterit quouis tempore, ſed tamen antequam definitiuè iudicauit, idque modis quatuor.

8 Primo enim ſuam Sententiam reuocare, ex ſe poterit, etiam ipſis Partibus, (e) aut ignorantibus, dummodo cauſa fuerit ante talis, quæ Partium præſentiam, aut notitiam non requirat. Nam ſi cauſæ cognitio (f) Partiū notitiam aut præſentiam maximè requireret, tunc in illarum abſentia, aut iis inſciis reuocare non deberet.

9 Secundo, ex ſuo officio, Interlocutoriam, reuocare poterit, non tantum Partibus abſentibus, aut inſciis, ſed etiam ipſis inuitis: potiſſimum, ſi talem Interlocutoriam ſe Iudicem grauare cognoſceret, ſed id ex officio ſuo non poterit, quando ſua Interlocutoria pure & nudè grauet ſolam, (h) ipſam Partem, ſed tantum, quando Pars id cum ratione requirit, & ſe per eam grauatam eſſe demonſtrat, vti ſupra diximus.

10 Tertiò, ſi de vna Interlocutoria appellatum fuiſſe, (i) tunc poterit Iudex illam interlocutoriam reuocare, quia reuocatio appellationem extinguit & annihilat, ſed id non poterit, ſi ipſa executioni expoſita, (k) & mandata fuiſſet.

11 Quarto, ſi Iudex ſine cauſa cognitione leuiter Interlocutoriam pronunciaſſet, quod ipſe non eſſet Iudex competens, poſſet is tunc eam interlocutoriam reuocare, & Partes denuo ad ſe reuocare illas audire, & certius ipſarum allegata cognoſcere.

12 Si vero Iudex per Interlocutoriam pronunciaſſet, ſe non fuiſſe Iudicem competentem: tunc non poſſet eam reuocare, quia tunc non amplius eſt Iudex (l) niſi de illo ſuo Iudicato aut niſi, vt dixi, de Sententia appellatum eſſet.

13 Et hoc loco notandum eſt; quod ſi Iudex non pronunciaret expreſſe, ſuper Exceptione Declinatoria, ſed ſi in cauſa vlterius procederet, (m) tunc non obſtante illa Exceptione, intelligeretur, quod ſeipſum tacitè Iudicem cōpetentem declaraſſet: ſed tamen Partes interim, quæ per hoc grauarentur, poſſent de eo appellare, (n)

14 Interlocutorias rerum, quæ magni forent, ſi reuocarentur, præiudicij, (o) Iudex, ſine cognitione cauſæ reuocare non poteſt.

15 In Camera, ſiue Prouinciali Concilio Hollādiæ, Praxis habet, vt ſi quis ab Interlocutoria appellare, propter grauamina paſſa voluerit, vt is, inquam, ea grauamina Concilio exhibeat inter triduum. vt Concilium, his grauaminibus perſpectis, & cognitis, & etiam, vt poſt Partem ſuper illis auditam, de illa interlocutoria iudicet, & pronunciet: nempe, vt eam, aut confirmet, aut reuocet. Et prius Appellantem admittunt ſuper Principali, quam de interlocutoria determinatum, (p) & pronunciatum fuerit.

16 Cæterum, hoc notandum eſt, quod non licet cuiquam de iure appellare, ab interlocutoria iudiciali, ſiue definitiua, niſi cauſa id poſcente, quā tenetur Appellans tunc exprimere. (q) Sed tamē bene licet contra Interlocutoriam proponere (r) nullitatem.

Ab interlocutoriis verò irreparabilibus, in definitiua appellare licet, tam ſecundum ſtylum, quā etiam ſecundum Iura.

17 In Concilo Prouin. Flandriæ, & etiam in magno Mechlinienſi Conſilio, vſus hic habet, quod Nullitatem ſimul cum Appellatione, aut cū Reformatione produci velint. Nunquam enim ibi proceſſum vllum intentari, ſuper ſola Nullitate ſinunt.

AN-

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CLVI.

a. *INterlocutoriam, non diffinitiuam.*) Quòd interlocutoria habens vim diffinitiuę non poſſit reuocari, poſt doct. in d. cap. cum ceſſante vbi Dec. num. 36. & in d. l. quod iuſſit, vbi Socin num. 17. cũ ſeqq. & Iaſ. in 6. limitatione, num. 10 ad fin Rip nu. 29. Aufrer. ex com ind. d. c. Tholoſ. 48. poſt princ. Crauett. d conſ. 181. num 2. verſ ſed idem, Corſet in ſingul verb ſententia, 5 Capyc. dec. 144. nu 6 & dec. 1, num. 24. vbi tamen num. 26 ex SC. ſecus in huiuſmodi interlocutoria nulla poſſe enim reuocari, etiam appellatione non obſtante, ſequiturque Viu. dec. 54. ſub num. 9. Marant. quoque d. t t. de ſent. nu. 46. aliud. diſtinguendo; voluit, in hac interlocutoria, quæ detur in medio proceſſu quæ ſperet poſt ſe diffinitiuam, & hanc diſtinctionem late aſtruit Socin. in d. l. quod iuſſit, nu. 68. cum ſeq.

b. *Reuocare.*) Dixi latè ſuprà cap 144, ad verb reuocare poterit, Et quidem iudex etiam inferior, ſine reſcripto ſuperioris, meram interlocutoriam reuocare poteſt, vt ait Crauett. conſ 144 nu 20 quem refert & ſequitur Aſin. ad ſtatutum Floren. de mod. procedend. §. 13. cap. 6 limitat. 21. num. 3.

c. *Ab alio corrigendus*) Ideoque conſultum magis fuerit, vt ſeipſum corrigat, quam corrigatur ab aliis vii hanc rationem huius reuocationis aſſignat Dec ad d cap cum ceſſante, ſub num (mihi) 32 per §. 1. in authent. de nupt. Sic quoque Crauett. conſil 23. nu. 8. reſpondit cum reſpectu iudicis interlocutoria nunquam tranſeat in iudicatum; quando honeſtas ſuadet, debere iudicem talem interlocutoriã nunquam tranſeat in iudicatum; quando honeſtas ſuadet, debere iudicem talem interlocutoriam reuocare, licet pars hoc petere non poſſit, comprobatque hæc omnia copioſius Monter. dec. 3. num. 16. in fin. cum ſeqq. addens vnam rationem, quòd id à præcepto naturæ proueniat, ne alter lædatur, & quod ſic faciendo iudex euitabit quærelæ periculum, recurſumque illum, quem contra eum pars habitura foret, iuxta deciſa per gloſſ. & doct. in ca. paſtoralis, § quia vero, de offic. deleg. Verum apud nos, quærelæ huiuſmodi pericula non norunt, minuſque curant, vbi hæc (vtcunque laboret hic auctor) non facile perſuaſerit niſi ſponte ſequentibus quæ ſi quibuſdam (de bonis non loquor) quis recitet, diſperеam, ſi (vt nunc ſunt mores) adducta ab eo conuitia, impudentiſſ. non ſtatim regerant.

d. *Ex requiſitione partium.*) Et licet tunc nõ poſſit fieri reuocatio poſt decendium: ex officio tamẽ iudicis fieri poteſt vſque ad diffinitiuam, Iaſ. exactè, limitando, in d l quod iuſſit ſub num. 27 cum ſeqq. ibidemque Socin, declarando, nu. 24. cum ſeqq. Dec. ex com, (licet aliter paulò ſentiens) in d cap. cum ceſſante, num (mihi) 54. cum apoſtill. de appel. Diximus copioſè ſuperius cap. 144. num 7. in verb reuocare poterit. ſub init.

e. *Partibus abſentibus*) Interlocutoriam cauſæ cognitionem requirentem, putà ſi partem lædat, nõ poſſe reuocari; alias ſecus, Ferr. in d. form inter ſup. in com ind. ad d. verb. nos Ber. ſub num. 10. Iaſ. poſt alios, in d l. quod iuſſit. n. 47. ibidemque Zaſ in verſ. ad 2. punctum, quia ſicut in probatione interlocutoriæ, quando agitur de præiudicio partis, requiritur eius præſentia, ſiue citatio, vt reſpondit & Roman. conſ. 72. ſub num. 1 & 4. vbi Mandoſ. ex com ad verb neceſſaria, Alex. conſ. 100 num. 3. l br. 5. Dec. ex com. in cap. in nomine, num. (mihi) 56. in fin. cum ſeq. de teſtibus. ita quoque requiritur in eius reuocatione, vt ait, Iaſ in d l. quod iuſſit, per illum tex. in verb contrario imperio, eadem enim ſolemnitas quæ requiritur in actus confectione, requiratur & in eius diſſolutione, iuxta auth. ex cauſa ... ſi filii, & ibi not. Bart C de repud ... naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt, ff de reg. iur.

f. *Si cauſæ cognitio*) Ita quoque Dec. in d. cap. cum ceſſante, num (mihi) 55. de appell. poſt alios concludit, interlocutorię reuocationem cauſa cognitio, alioqui ſecus: Si tamen reuocetur abſque cauſæ cognitione, valere quidem reuocationem ſed, poſſe appellari: Cæterum lata interlocutoria ſine cauſæ cognitione, quæ requirebatur, etiam in reuocatione, cauſæ cognitionem non fore neceſſariam; vt enim de facto quid fecerit iudex, ita de facto debere reuocare, vt id comprobat & Bald. in l poſt ſententiam, ad fin. C de ſent. & interl. idemque, dicens iudicem facilem in mittendo, debere eſſe facilem in extramittendo, conſ. l 181. nu. 1. ve ſus fin lib. 1. Angel. dicens niſi retractet facere lite ſuam, conſ. 276 num. 4 in fin cum ſeqq. Corſet. ex com. in ſingul. verb ſententia 4 Oſaſc declarando, dec. 34 ſub num. 11 & ſub num 15. Monter. d dec. num. 7. copioſiſſ. limitando & declarando, tit. de citat. lib. 2. concluſ. 1. num. 441.

g. *Si iudicem grauat e.*) Ferrarienſ. in d form interloc. ſupra in com ind. ad d. verb. nos Bern nu. 10.

h. Graues

h. *Grauat ſolam ipſam partem*) Ferrar. *ad d. verb. n s Bernar ſub num.* o. Huic congruit, quod docet Sichard. *ad rubr. C. quomod. & quand. iud. cnt. pro- ſer d. h. num.* 12. interlocutorias poſſe ſemper corrigi, vel etiam penitus tolli; exceptis caſibus quibus iudex interlocutoriè pronunciaret mihi aliquid dandum abs re, vt fortè refundere expenſas: illam enim interlocutoriam quæ pariat mihi ius, non poſſe iudicem in meam præiudicium, me nolente mutare, ſecundum gloſſ. in d. l. quod iuſſit, omnem interlocutoriam continentem quid dari vel fieri, habere vim diffinitiuæ, tradit poſt Bart. in *l. nec quicquam, §. vbi decretum, in princ. ff de offic proconſul.* Marant. *d tit de ſentent num* 45 Sed hæc neque tuta ſunt, neque perpetua, vt partim demonſtrauimus ſuperiore *cap. 145 num. 1 ad verb diffinitiuas ſapiunt, ſub init.* & reprobat latè Iaſ. *in d l. quod iuſſit, num. 21 & 23.* vbi eleganter Zaſ *in d. verb. ad 3. punctum* ad fin docet, ſi iudex, interlocutorias quibus aliquid decernitur dari, reſtitui, poſſideri, vel ſimiles, reuocaret ſine cauſæ cognitione, partibus non citatis nec præſentibus, tunc daretur iuſta facultas appellandi parti læſæ de iure canon. vel ſi appellari non poſſet, ſicut de iure ciuili niſi in caſibus, iudex teneretur parti læſæ ad intereſſe.

i. *Appellatum fuiſſet*) Ferrar. *in form. appell ab ab interl ad verb. cauſis & rationibus, num. 3.* Etſi verò interlocutoria habens vim diffinitiuæ reuocari non poſſit, vt hic ab initio probauimus; tamen vbi ea appellatum fuerit, poſſe iudicem à quo eam reuocare; & ſic appellatio addat robur ad reuocandum, declarat latius Capyc, *dec. 1. num. 27. cum ſeqq. poſt rot. Rom dec 86. in nouis, num. 2. tit. de appell. & ear. deſert.* alioſque quem ſequitur, *Viui. dec.* 53. *ſub num.* 9. idque confirmat & ex eo, quod clarum ſit, in mera interlocutoria, iudicem à quo poſſe, etiam appellatione interpoſita, reuocare grauamen, vt & Iaſ. latè limitando, in *d. l. quod iuſſit, num.* 36. & nos probauimus *d. cap. 144 ad d. verb. reuocare poterit in princ.*

k. *Executioni expoſita*) Interlocutoriam executioni mandatam non poſſe per iudicem qui eam tulit, reuocari probauimus (incidenter, copiosè tamen ſatis) ſupra *cap 144 ad d. verb. reuocare poterit, verſus fin.* Idque niſi de limitate partium vel niſi ex iuſta cauſa, & ſic cauſa cognita, Ferrarienſ. *in d verb. nos* Bernard. *num.* 9 Natt. idem in geminata & qualibet alia interlocutoria, vt partibus cõſentientibus poſſit reuocari aſſerens, *conſ. 337. num.* 2, Socin. declarando, poſt alios, in *d. l quod iuſſit, n.* 54 *cum ſeqq* ibidemque Zaſ. *verſ. hanc doctrinam,* Iaſ. *num* 10. *& num. 32. extendendo,* poſt Alex inibi *in 9. fall. nu.* 14 etiamſi ſit interlocutoria quæ ſecum trahat executionem: vt ſi pronunciat iudex te non eſſe admittendum ad probandum, & ſimilia; quæ hominis executionem nõ requirant, cum à lege fiat executio, idemque poſt Rip. ibidem *num.* 33. Menoch in annot, ad Socin. vbi ſupra *numer* 65. *ad verb. quæ non expectat, & de arbitrar. iud. lib. 2. cõſ* 51. *num* 30. *cum ſeqq.* Roman. *conſ. 226 num. 1. num ape lil.* Mandoſ. Tiraquell. *in repet l ſi. vnquam, ad verb reuertatur, num.* 309.

l. *Non amplius eſt iudex*) An interlocutoriam, qua finitur officium iudicis, poſſit reuocare, diſputat latiſſ. Socin. *in d. l quod iuſſit, nu. 31 cum ſeqq* Iaſ *nu.* 27, *cum ſeqq.* Zaſ. ſuccinctè, *in verſ nunc coll. cum ſeqq.*

m. *Vlterius procederet*) Quod declinatoria iuriſdictionis, per proceſſum ad vlteriora intelligatur reiecta reſpondit latè Angel *conſ 217 num 4. verſ.* 5. probatur, Dec. latè declarando, *conſ. 107 ſub init verſ quia reſpondetur,* & in *cap. ſi duobus, num.* (mihi) 38. *cum ſeqq. de appell.* late Iaſ. (aliter tamen ſentiens) *in l. ex quacunque, numer.* 45. *cum ſeq. ff ſi quis in ius voc non ier.* vbi idem in aliis exceptionibus vt & apud Felin latiſſ limitando, *in cap. ſuberta, num. 4. verſ.* & cum iſtis *cum ſeqq. de re iud.* Alex. *conſil. 37. num. 19. lib.* 2. Dec *in cap. cum ſuper. num* 28 *de offic. deleg. & in cap ex parte in 67 numer.* 8. *cum ſeqq. de appell.* Gabriel. extendendo & reſtringendo, exactiſſ. *tit. de except lib. 2. concl. 1. tota* Dixi quoque alibi.

n. *Appellare.*) Dec. in *d. cap. ex parte M.* per illum tex. *ſub num 8. cum ſeqq. & d. cap cum ſuper, numer.* 28 *in fin.* Felin late *in d. cap ſuberta num 4. verſ. vnde de iure,* vbi non appellari eò quia tacite pronunciando grauauit partem, ſi erat exceptio legitima: & quia tale grauamen vexationis & fatigationis non eſt reparabile cum appellatione à diffinitiua, vt ille latius, vbi enim grauamen reparari nõ poteſt in diffinitiua, tunc iure quoque cum licita eſt apppellatio ab interlocutoria, per *l. 1. § quæſitum, de appell. & l. arbitro. ff. qui ſatiſdar cogant.* Gail. *lib. 1. obſ. 132. num.* 4 & poſt Bart. *in l. ſi. ff. de appell. recip.* alioſque copioſe Surd. ex SC. *dec. 36. num.* 13. vbi poſt Felin. *in cap. cum ſuper, num 17. verſ tamen 3. de re iud.* id procedere etiam quando reparari quidem poteſt, ſed non ex toto, idemque poſt eundem Bart. *in d. l. ſi. num.* 2. ibidemque Ang. *num* 9. *ff de appell. rec.* Quando reparari quidem poſſet, ſed cum difficultate: quia non dicatur fieri poſſe, quod ſine magna difficultate non fiat, vt per eum, & dixi cum Damhoud. *in loc. com. par tit.* fieri difficulter, ad verb. non poſſe, quæ notanda ſunt ad cognitionem *artic. 586. ordinat curia Brab.*

o. *Præiudicii*) Diſtinctionem hanc Bald. *in leg. poſt ſententiam, ad fin. C. de ſentent.* probat. Dec. *in d. cap cum ceſſante. num. 33. & ſeqq. de appell.* vt in hoc, an requiratur cauſa, in reuocanda interlocutoria, necne, diſtinguamus, vtrum agatur de modico, vel de magno præiudicio, in tali reuocatione, & do-

Digitized by Google

& declarat latè Zaſ. *in d.l.quod iuſſit, d. verſ. ad 3. punctum* Porrò quãdo aditur iudex officio ſuo nobili, poſſe interlocutoriam reuocari, cõcludit poſt alios Socin *in d.l.quod iuſſit, num.* 70. & voluit ibidem Zaſ. diſtinguendo tamen, *in verſ. quid de 2. decreto, ad fin.* idque cauſa cognita, vt inibi Soc. *num.* 71. *vbi num ſeq.* non requiri, cauſæ cognitionem quando reuocantur ea, quæ expediũtur iure actionis, idque comprobat ibidem in annotat. ad eũ Menoch, quod tamen intelligẽdum ſecundum exactius ea in re, à nobis, hic tractata.

p. *De interlocutoria determinatum*) Ea de re tota, articulum 215. *inſtruct. curiar. Holland.* vna cum poſteriore eiuſdem ampliat, & *artic. ſeq* 216. §. *vlt.* declarat latè Merul, *prax. Holland. lib 4 diſtinct 4. ſect 6. tit 2. cap.* 3. 4. 5. & 6. vbi in ſingulos huiuſmodi actus longiores dilationes conceduntur.

q. *Exprimere*) Si ſimplex eſt interlocutoria appellabilis tamen, in ſcriptis appellatio interponi, cauſaque grauaminis inſtrumento appellationis in ſpecie inſeri debet, alioqui non ſubſiſteret, ſiue incontinenti ſiue ex interuallo interponatur, Text. *in cap. vt debitus,* 58. & *in cap. cum cauſa,* 63. *in fin. vbi gloſſ. in verb dummodo, de appell. in cap.* 1 *de appell. in* 6. Bar. *in l. eius qui* 4 *num* 2. & 8 *ff. de appell. recip* Iaſ. *in l hac conſultiſſ* §. *per nuncupationem, num.* 2. *C. de teſtam.* Ferrar. *in d form. appell ab interl. ad verb. cauſis, num.* 1. Guid. *dec.* 220 *ſub num* 1. & ex SC. *dec.* 16, ſub init & ad fin. Marant. *d. par.* 6. *tit. de ſent. num* 18. & *tit. de appell. num.* 124 & 126. *ſub num.* 141. & *ſeq.* Capyc. *dec.* 34. *num.* 9. Hartman, *tit.* 17. *obſ.* 12. *verſ. vnde eſt appellandum.* Tholoſ. *dec.* 129. Villal *in com. opin lit. A. num.* 120. Soar. *in recept. ſent. lit. A. num.* 203. Oſaſc. exactiſſ. (opinionem hanc adeo veram aſſerens, vt ſi fuerit quis primò grauatus, & appellauerit in ſcriptis, deinde grauatus iteratò appellet, dicatque appello prout in primæ appellationis ſcriptura quam produco, & peto inſeri in actis, non dicatur appellaſſe in ſcriptis, propter ſcripturæ formalitatem quæ requiratur in appellatione) iuſta *dec* 6 *praeſertim num.* 5. *cum ſeq.* Mynſing. *obſer.* 15 *num.* 3. *obſ.* 35. *verſ. cum autem,* & *obſ.* 36 *ſub init cent* 3. Gail. (adeò verùm dicens, vt non ſufficiat cauſam exprimere per relationem ad acta; niſi facta ſit relatio, exprimendo ſpecialiter qua in parte actorum hoc dicatur; quia ſpecialis hæc relatio habeatur perinde ac ſi nominatim cauſa fuiſſet expreſſa) *lib* 1. *obſ.* 130. *num.* 1. *cum ſeqq.* rurſus *num.* 6. *ver iudex igitur.* & *numer. ſeq.* & *obſ.* 138. *ſub num.* 1. Roman. *conſ* 124 *num.* 4. *in fin.* & *ſeq. conſ.* 41. *ſub num.* 1. & *conſ* 501. *num.* 1. vbi in appellatione ab interlocutoria requiri decem quorum altero deficiente non valeat appellatio quæ enumerat itidem Rebuff. ad concordat. *reg. Franc tit de friuol appell.* 1. *verſus fin.* Si verò vim diffinitiuæ habeat interlocutoria ſufficere ab ea appellari viua voce, incontinenti, perinde vt à diffinitiua, Marant. *d. tit. de appell. num.* 130. & 145. Aufrer, *ad d. Tholoſ. dec.* 129 *ſub init.* Mynſing. *cent.* 1 *obſ.* 66 *in princ.* & *d. obſ* 15. *numer.* 3. Montan. *in comment. de appell. lib.* 1. *cap.* 4. *verſ* ſunt tamen aliique quos commemoraui in annot. ad Damhoud. *in loc. com par. tit. ſententia, ad verb pares. fin.* licet (vt ibi dixi) aliud velit Guid. alibi, & *dec.* 436. *num.* 18. *latiſſ.* inſuper de his Mer. *d. lib* 4 *diſt.* 4 *ſect* 6. *tit.* 2. *cap. num* 3 *cum ſeqq.*

r. *Proponere nullitatem.*) Imò appellantem à ſimplici interlocutorie, non poſſe de nullitate agere, coram iudice ad quem, *per d. cap vt debitus,* Guid. *dec.* 436 *queſt.* 72 *num.* 79, quem ſequitur Grauar, *ad prax* Veſtr. *lib.* 3. *cap.* 10 *num.* 7. Vant. *de nullit. proceſſ tit. coram quo poſſit & dub. null. propon. num.* 7. Vinc. *Ann. ſingul,* 33. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 127. *num.* 4. & poſt Crauett. *conſ.* 273. *praeſertim numer.* 5. aliosque Cornazzan. *dec.* 131. *num.* 4, vbi de nullitate dici tantum coram iudice quæ tulit interlocutoriam Viui. *dec.* 53. *num* 9. Adeoque licet interlocutoria executioni mandata reuocari non poſſit, vt è com. diximus ſupra tamen quando nulla reperta eſſet, vt de facto lata eſſet, de facto itidem reuocaretur, Menter, *d. dec.* 3. *nu.* 1. qua de re & ſupra, *d verb ſi cauſæ cognitio, ſub init*

ſ. *Nullitantem ſimul*) Sicut cauſa appellationis deuoluit ad ſuperiorem cauſam nullitatis, ſic cauſa nullitatis deuoluit cauſam iniquitatis: vnde iudex cognito, quod ſententia ſit nulla, cognoſcere poterit de cauſa principali, ſi enim videat ſententiam nullam, non tamen differre debet, neque abſtinere, quin reum condemnet, ſi viderit condemnandum, vel abſoluat abſoluendum, vt latius declarat poſt Bart. *in l. ſi expreſſim.* 19. *ff de appell* aliosque Ferrarienſ, *in form, appell à ſentent. diffinit. ad verb ſuiſſe & eſſe nullam, numer.* 8. *cum ſeq.* & poſt eum VVurmſer, *pract. forenſ obſ.* 23. *tota tit.* 24. Viui. *d. dec.* 53. *num.* 14. *ad fin.* & voluit; Guid. *dec,* 436 *queſt.* 47. *num* 53. & *queſt.* 60. *num.* 67. Mynſing. è ſtylo, latè declarando, *cent.* 4. *obſer.* 63. *num.* 1. *cum ſeqq.* & *obſ.* 91. *num.* 1. *cum obſ. ſeq. ſub nu.* 4. Kirchou. diſtinguendo, *in com. opin verb. nullitas ſi non eſt expreſſa,* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 127. *num* 2. vbi, iudicem ex officio, nullitatis rationem habere debere licet ab appellante allegata non fuerit. quia in cauſa appellationis veniat incidenter, etiamſi nulla eius ſit habita mentio; *per tex in l. quedam mulier, ff famil. ercis.* & *idemque obſ.* 77 *numer.* 6. *cum ſeqq.* Alexand. *conſil.* 2. *ſub num.* 12. *libr.* 3. Dec. declarando, *in cap. dilecto, numer.* 16. & *ſeq. de appell.* latè Schurpf. *cent.* 1. *conſil.* 60. *num.* 9 *cum ſeq.* Vant, *d. tit coram quo poſſ, & deb, null. propon, numer.* 4, & *ſub numer.* 7, Mynſinger, è ſtylo, *etiam lite non conteſtata,* & ſiue ab interlocutoria, ſiue à diffinitiua ſimpliciter appelletur, obtinere aſſerens, *cent* 1. *obſ.*

2. *obſerv.* 20. *tota*, & *centur.* 4. *d. dec.* 63. *nu.* 4. *centur.* 5. *d. obſ.* 91. *num* 7. & *obſer. ſeq nu.* 4. *ad fin.* vbi tamen in materia nullitatis latius diſtinguendo, per ſimplicem appellationem ab interlocutoria, nullitatem non deuolui; vt hic ſupra proximè dictum eſt. Alioqui ſub verbo appell[illegible] ſimpliciter prolato, nullitatem includi, probat etiam poſt Bald *in l.* 1. *C. quando prouo. non ſit neceſſ.* Zaſ *in l. cum querebatur, ff re iud.* voluitque Vant latiſſ. docens quomodo hoc caſu appellationis iudici pronunciandum ſit, *tit quot & quibus mod. null in iud propon num.* 115. *cum ſeqq.* ſolamque itidem appellationem ſufficere ad obtinẽdam ſententiæ emendationem quæ de nullitate redargui poſſit, reſpondit & VVameſ. *conſ.* 90. *nu.* 6. cum (vt inquit) omnis nullitas contineat iniuiuſtitiam, nec maior ſit vlla iniuſtitia quam quæ ex nullitate ſententiæ ſeu actorum conſurgat, poſt Innocent. *in d. cap. dilecto, num.* 1. & 2. alioſque qua de re etiam Vant. vbi ſupra ſub *nu* 121. Proinde iudicem apppellationis poſſe aliquando ſententiam nullam abſolutè declarare nullã; aliquando, ſi ſententia nulla poſſet iuſtificari ex eiſdem actis, & conſtaret appellationis iudici æquam fuiſſe, poſſe confirmare, *per leg querebatur*, & inibi Bart *in fin. ff. de re iud.* aliaque adducta ab Alex. *conſ.* 181. *num.* 15. *lib* 6. alioquando vero reformare; aliquando etiam partim annullare, partim confirmare, & conſequenter prouidere ſententiam fuiſſe nullam in vno capitulo, in alio vero fuiſſe rectè iudicatum, tradit è praxi Viu. declarando *dec.* 53. *num.* 1. & 14. *per d l. carmelia c.* Raynutius, *de teſtam. d. l quidam mulier*, & inibi Bart. Vant. *de tit. quot. & quib. mod. null. propon. num.* 113.

CAPVT CXLVII.

De Recredentiis.

SVMMAE.

1 *Recredentia quid ſit.*

2 *Recredentia Ius potius oſtendit.*

Recredentia { *In Beneficialibus datur* {
3 *habenti titulum, ſi alter non habeat.*
4 *habenti cum titulo Ius potius.*
5 *habenti longiorem poſſeſſ. pacificam.*

6 *Recredentia* { *In Prophanis datur* {
6 *habenti poſſeſſ. vnius anni & diei.*
7 *habenti in poſſeſſ. Ius fortius.*
8 *habenti pro ſe Ius commune.*
9 *habenti titulum, per explotum oſtenſum.*

10 *Ante Recredentiam, exhibendi ſunt tituli, & explota.*

11 *In* { *Simplici Saiſina, tituli vetuſtiores, & explota,* / *Recredentia tituli recentiores.* } *præferuntur.*

Recredentia non datur vlli; {
12 *Quando queſtio naſcitur, de Iuriſdictionibus.*
13 *Quando queſtio oritur, de Poſſeſſione Redituum.*
14 *Quando queſtio oritur, de ſoluendis Vectigalibus.*
15 *Quando, Complenta non executa, reſtituitur.*
16 *Quando aliquis per vim à ſuo depellitur.*

17 *Recredentiæ mandantur executioni, realiter ſine oppoſitione vel appellatione.*

18 *Recredentiæ executionem nec epiſcopus, nec Capitulum impedire poteſt.*

Rece-

Digitized by Google

1 Recredentia(a) eſt interlocutoria(b) quã Iudex dat, Proceſſu durandte, in materia Nouitatis, Manutenentiæ, aut in aliis materiis Poſſeſſoriis, ſuper vſufructũ, aut rei litigioſæ. Vel vt aliis placet: Recredẽtia nihil aliud eſt, quam miſſio in Poſſeſſionem,(c) cauſa ſeruandorum Fructuum.

2 Dicta quidem Recredentia, quaſi Rei credentia, (d) quod Res, Fructus, & poſſeſſio rei, vni potius credenda & adiudicanda videatur, quam alteri. Ideoque fere fit, vt cui Recredentia adiudicatur, illi quoque potius Ius eſſe credatur. Hic autem ſtylys & praxis recredentiarum ex Francia nobis proceſſiſſe videtur.

3 In materia autem Beneficiali, is, qui titulum habet,(e) præfertur (f) ad recredentiam illi, qui titulũ non habet.

4 Et quando ambo, aut vterque litigantium titulum habet, eumque ſimul ambo exhibent, tunc fere datur & adiudicatur illi, cui vetius, meliuſque Ius (g) ex allegatis competere videbitur, aut quem Iudex iam reperit in recenti Poſſeſſione.(h)

5 Sed ſi Pars aduerſa, viciſſim oſtendere ſuam (i) Poſſeſſionem, eamque antiquiorem, aut quod ipſe tribus annis Beneficium ſuum pacifice poſſediſſet, eo caſu ipſi recredentia adiudicanda foret.

6 In materia vero Prophana, communiter datur & conceditur Recredẽtia, ſuper Poſſeſſione (k) vnius Anni & Diei.

7 Quin & is, qui melius ac fortius Ius in ea Poſſeſſione prætendere poteſt, ac melius in ea fundatus eſſe videtur, habens quemcunque titulum, etiam vel coloratum, huic Recredentia adiudicari debet.

8 Aut certè datur illi, qui pro ſe Ius habet commune, quique ſuam intentionem, & ſua allegata melius in Iure fundata eſſe probabit.(l)

9 Aut adiudicatur illi, qui titulum ſuum oſtendit, per vltimum Explotum. Aut datur (vt dictum eſt prius) illi, qui Poſſeſſionem vnius Anni, & Diei oſtendere poteſt. Sed omnia conſiſtunt in prudentia Iudicis, vt illi Recredentiam adiudicet, cui potius Ius deberi putabit.

10 Et ideo in hac materia recredentiæ, Iudex mandat partibus, vt ſuos Titulos, & Explota in iudiciis, per ſcripta exhibeant (m) in quibus, ſeſe nonnunquam ita gerit, vt de ea Poſſeſsione, ſe ſummariè tantum informet, (n) nempe, ex vtraque parte ſolum ſex, aut octo teſtes audiendo, & non plures, vt ex his auditis, & reliquis omnibus diligenter præſpectis, Recredentiam adiudicet illi, qui ad eam obtinendam, maiorem apparentiam habere videbitur.

11 In ſimplici autẽ Saiſina, vetuſtiores Tituli, & explota ſunt meliora ad Recredentiam obtinendam, In Complainta verò, noui Tituli ſunt præferendi Titulis vetuſtioribus, & antiquioribus, vti & ſuprà monſtrauimus, cap. 37.

Sed hoc loco notandum eſt, quod Iudex non dat 12
nec concedit vlli recredentiam in cauſis, vbi quæſtio eſt, & vertitur de Iuriſdictione, (o) aut (vt loquuntur) de Iuſtitia, ſed tunc ea Iuſtitia, aut ea Iuriſdictio contentioſa, durante Proceſſu, regitur & gubernatur (vt vulgò dicunt) per manum ſuperiorem.

Neque etiam Iudex concedit, aut dat vlli Recredentiam in Litibus, vbi quæſtio eſt de poſſeſsione 13
Redituum currentium, quia tunc manent illi Reditus ſtantes, & ſuſpenſi vſque ad definitiuam.

Similiter, nulli adiudicatur Recredentia, quando 14
quæſtio oritur contra Telonarium, de ſoluendis Teloneis, quando quæſtio eſt de cenſendis Teloneis, Pedagiis, Vectigalibus, Tributis, & ſimilibus, Nam ſi Mercator quiſpiam, aut alius per prædicta Telonea, Vectigalia, aut Pedagia pertranſiret, aut ſolus, aut cum Mercibus, & ſi ab eo Telonarius ſolutionem Telonei expeteret, & Mercator, vel alius ille pertranſiens diceret, ſe ab eo Teloneo eſſe liberum & ideo nollet ſoluere, ſed Lis protraheretur in iudicium, tunc, eo proceſſu durante, hærent inſoluta Telonea, &c. vſque ad definitiuam, & interim, eadem connotantur, & regiſtrantur, vſque ad definitiua, vel ad vſum Telonarij, vel ad libertatem Mercatoris, aut alterius tranſeuntis, ſecundum tenorem ſententiæ prolatæ.

Quando aliquis impetratam Complaintam, ſuo 15
tempore ad executionem non inſtruit, & de ea omiſſione ſe releuari, aut in integrum reſtitui curauit, quod, ſcilicet ſuam Complentam, intra annum executioni non mandauit, tunc non eſt opus, ne requiritur vllum Reſtabiliſſamentum, nec Sequeſtrum, nec Recredentia.

Vbi aliquis vi repulſus eſt ex ſuo, vel ex ſua Poſ- 16
ſeſſione, ibi non ſeruit, nec opus eſt Recredentia, ſed debet illa vis, & violẽtia reparari in principali.

Hic autem ſciendum eſt, quod omnes Recredẽ- 17
tiæ, executioni mandantur realiter, & de facto, nõ obſtante vlla (p) Oppoſitione, aut Appellatione, Attamen Appellatio recipitur, ſed non ſuſpendit (q) executionem.

Secundò, ſciendum eſt quod nec Epiſcopus, nec 18
Capitulantes vnquam poſſint executionem Recredentiæ, in materia Beneficiali impedire, ſub prætextu ipſorum ſtatutorum, quia ſi id fieri poſſet, Sententia Principis in Poſſeſſorio, eſſet Parti illuſoria.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT CXLVII.

a RE*credentia.*) Vindicias hodie recredentiam vocari; & vindiciarum litem eam eſſe, qua controuerſæ rei poſſionem fiduciariam petimus, interea dum lis de re ipſa aut de poſſeſſione diſceptatur, comprobat Budæ *ad leg. ij. ff de origin. iur ad verb. vindicias ſibi e ſua*, verſ. vindicias hodie ex Aſcon. Pœdian. *comment. (ſcilicet in iij M.* Ciceron. *oratione contra Verrem, verſus fin.* verbis his; lis vindiciarum eſt, cum litigatur de ea re apud prætorem cuius incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor; & ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro præde litis vindiciarum aduerſario ſuo, quo illi ſatisfaciat, is nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum de qua iurgium eſſet: rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab aduerſario, certæ pecuniæ aut æſtimationis, quam amittat, ni ſua ſit hæreditas de qua contendit: prædes ergo dicuntur ſatiſdatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis eſt, ne interea qui tenet, diffidens cauſæ, poſſeſſionem deteriorem faciat, tecta diſſipet, excidat arbores, & culta deferat, hæc Aſcon. vbi dum legitur pro præde, malit Manut. ad eadem Ciceron. ibidem verba) quæ Aſcon. ex eo repetit) legere per prædes; vt clarior ſit ſenſus, declarat quoque Alciat. *parerg lib. 1. cap 9. poſt princ. lib. 6. cap 24. ſub init. lib. 8. cap. 24. in fin. & in l. pecunia, verbum. 178. § actionis, num. 4 de verb. ſignific* Zaſ. *in d l ij. §. initium fuiſſe, ad verb. vindicias.* In quã rem eleganter Baro, *in comment. partic. 2. ad inſti tit. de interdict.* ſcribit, in conqueſtione retinendæ poſſeſſionis, tria eſſe capita: primum, rem controuerſam ſequeſtro ponendam eſſe per iudicem, niſi triennij poſſeſſionem litigator probet, quæ ſola apud quoſdam ſequeſtrationem rei controuerſæ remoretur: & hanc quidem ſequeſtrationem rerũ omnium promiſcue, nulla habita perſonarum ratione, iure communi non probari *iuxta leg 1 vbi not. C de prohib. ſequeſtrat pec. de reſtitutione* ſponſiones fieri ſolitas apud veteres, ni reſtitutus ſis, &c. ſecundum poſſeſſorij iudicij caput de momẽtanea poſſeſſione eſſe, *iuxta l. momentaria C. vnde vi. & l. 1. C. ſi de moment. poſſ.* quam ſibi adiudicari litigator poſtulet, vtpote cuius cauſa iure ſuperior videatur, litem vindiciarum veteres appellaſſe: ſatiſdationemque in hoc capite ab eo ſemper exigi conſueuiſſe, cui poſſeſſio momentaria addicebatur, *vt in l. 1. C. vti poſſid.* & hoc caput *la recreance*, dictum eſſe, caput tertium pleniſſimam & irreuocabilem poſſeſſionem rei controuerſæ continere; quod vocent *la maintenuë, ou le plain poſſeſſoriè.* Eademque perinde vt apud Gallos, *ex conſtitut. re. Franc.* ita fere ex inſtruct. curiarum Hollandiæ, *art. 39. eſt apud Merul prax. Holl. lib. 4. diſt 4 ſect 1. tit. 3. cap. 5. 10. 0,* ibidemque *tit. 4. cap. 10 nu. 1. cum ſeqq. & ſect. 3. tit. 1 c. 2. nu. 7. & ſub nu. 16.* Et ſi vero Baro qui ſupra addat, huiuſmodi poſſeſsionis diuiſionem in tria capita, inauditam eſſe, in iure cõmuni tamen ante eum tradidit eam Imbert. *inſtit. for. lib. 1 cap. 27* & eadem quæ illi in tria capita, in duo diuiſit Rebuff. *conſtitut. reg. tom. 3 tractat. de mater. poſſeſſ. art. 1 gl. num. 10. & 12. & de eiſdem* Gail. *lib. 1 obſ. 5 num. 1. cum ſeq.* in Germania ſimilem conſtitutionem Impp. referens; dicit fundari eam in iure communi: nam quotiens de poſſeſsione inter duos pluresue contentio eſt, ita vt vterque poſſidere ſe contendat, vt *in l. 1 §. ſed ſi inter. ff vti poſſid.* & res ob litigioſam poſſeſſionem ad arma ſpectare videatur, tunc iudicem ex officio, vel parte petente, poſſeſſionem ſequeſtrare poſſe rei controuerſæ, citatis partibus, vt certa die compareant, & iura ſua poſſeſſoria ſummariè deducant, *iuxta l. ſi coloni, C. de agric. & cenſit. lib. 11.* interimque ab armis abſtineant, *iuxta leg æquiſſimum 17 ff de vſufr. & l. vlt. ff de offic. proc. Cæſar l ſi ſuper poſſeſſione, 9. C de iur. fact. l. congruit, & l 9 illicitas § ne potentiores, ff. de offic. præſid. cum ſimil* aſſerens ita quoque communiter concludere doct Innocẽt. *in c. in præſentia 8. ſub num. 2. de prob.* Guid. (tria tamen ad hanc ſequeſtrationem requirentem) *dec. 578. Ferrar.* (intelligentem tamen quando dubium eſſet vter poſſideret, alioqui enim quemlibet excogitata malitia cauſificaturum, rixam imminere & ſcandalum, vt aduerſarius priuaretur commoditate fructuum) *in forma ſequeſt. gl 1 n 3.* alioſque idemque voluit Coſtal. *ad l ſi cuius res 13. §. ſed ſi inter, in princ* ibidemque poſt Bart. *num 1.* Buli *ſub nu. 2. cum ſeqq. ff de vſuf.* Grammat. *conſ 64 colo. in crimi.* alioſque, Menoch. *retin. poſſeſſ remed. vlt. nu 1 cum ſeqq.* Et quod hoc poſteriore caſu, ſe iudex ſummatim informare debeat, & turbanti facere preceptum ne poſſidentem turbet, tradit quoque poſt Caſtrenſ. *conſ. 3. num. 1 ad fin. lib. 2.* Capyc. *ex SC. dec. 289. num. 11. cum ſeq.* Couarr. accuratiſſ. *pract. q c. 17. ſub nu. 1.* Ludouic Luc *dec. 20. n. 3.* vbi iſtud iudicium eſſe præparatorium ad aliud iudicium poſſeſſorium plenarium, idque comprobat & Menoc. *d. remed vlt num. 3.* vbi *nu 4.* poſt Alci *d. conſ. 385. num. 1.* ab aliis nominari, vt & à Ludouic. *d. dec 20. ſub num. 4. & 6.* aliiſque commemoratis, & apud Hiſpanos vulgo Interim appellari, Couarr. *d. cap. 17. numer. 1. ad fin.* poſt Manſ. *in prax. tit. de poſſ.* alioſque interdictum eiuſmodi apud Gallos paſſim pronunciari, & recredentiam appellari.

idem.

idemque Guid. appoſitè *dec.* 552. *nu* 5. Tiraq. *tract. le mort ſaiſit le vif. part.* 6 *declaratione* 9. *num.* 2. *in fin.* Rebuff. *conſtitut. reg. tom.* 3 *tract. de mater. poſſ. art.* 1. 1. *gloſ.* 1 *num.* 10 Coraſ. *ad l.* 11. §. *& cum placuiſſet ad verb. vindicias num.* 17 *ff de orig. iur.* Menoch. late *d. rem. d.* 5. *num.* 5. *cum ſeq.* Shauumn. copioſè dum interpretatur d. conſtitutionem Imp. ſuper litigioſa poſſeſſione, de qua ſupra, *obſ.* 56. *nu* 3. Gail. *d. obſ.* 5. *nu.* 3. addens practicam illam Belgas appellare prouiſionale remedium, ſiue fiduciariã poſſeſſionem; cum tamen ea, & credentiarum ſtylus, vt ſubnectit hic auctor, è francia illis proceſſerit, quinimo in curiis Batauorum & pleræque Hãdriæ, Francorum more ac pronunciatione vernacula nominent recreantiæ, *vt in d. art.* 39. *in ſtrui. earum* & per Merul. qui ſupra, aliter atque apud nos in Brabantia, vbi more curiarum iuris ſcripti Gallorum, nominamus recredentiam vt *in artic.* 440. *& ſeqq. ordinat. curiæ Brab.*

b. *Eſt interlocutoria.*) Neutri parti, tam in poſſeſſorio ordinario, quam in petitorio præiudicialis, non habens effectum niſi quouſque lis durauerit proproprietatis vel poſſeſſionis, vt reſpondit Caſtrenſ. plures differentias inter vtrumque poſſeſſoriũ referens, *d. conſ* 3. *nu.* 2 *li.* 2. *Felin. in rub. de treug. & pac. in fin.* Cipyc. *d. dec.* 55. *num.* 8. *ad fin.* Natt. *conſ.* 121. *ſub num.* 9 Crauet. *conſ.* 141. *num.* 4. Coua. *d. c.* 1. *num.* 2. Gail. lib. 1 *obſ.* 7 *ſub num.* 6 Menoch. copioſe *d. remed. vlt. quæſt.* 16 *num.* 45. *& q.* 21. *num.* 58. Schauumn. *obſ.* 58. *num.* 3.

c. *Miſſio in poſſeſſionem*) Quod ius ciuile primũ decretum, Italos tenutam, Gallos verò recredentiam appellare, tradidit Rebuff. *conſtitu. reg. tom.* 1. *tract. de ſent. execut. art.* 1 *gl.* 4. *n.* 1. *& gl.* 8 *ſub nu* 2. Sed & ſequeſtrum, (in primo interdicti retinendæ capite) videri ſuccedere loco miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto, reſpondit poſt alios *in c.* 1 *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* Alci *d. conſ.* 386. *ſub. nu.* 2. Ideoque ſi is cui adiudicata eſt recredentia ſuccumbat in pleno poſſeſſorio, omnes fructus perceptos tenebitur reſtituere, perinde atque is qui miſſus eſt ex primo decreto in poſſeſſionem, iuxta *l. ſi quis emptionis* §. *ſed et ſi C. de præſcr.* 30 *annorum* vt probat latius idem Rebuff. *conſt. reg. tom.* 2. *tract. de cauſ. ben. poſſ. art.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 18.

d. *Quaſi rei credentia*) Quia res credantur illi interim, cautione data, id eſt, committantur per hanc ſententiam, cui adiudicatur recredentia, vt ait Rebuff. *d. art.* 1. *gloſſ.* 4 *ſub num.* 2. *vbi num.* 3. inſuper explicat latius.

e. *Qui titulum habet*) Idem voluit Rebuff. conſtit. *reg. tom* 3 *tract. de cauſ. benefic. poſſeſſor. artic.* 3. *gloſſ. vn. nu.* 7. quia tunc (inquit) apparentiorem cẽſetur habere titutulum, cum altera pars nullũ producat: ſicut minus ſolutum intelligitur, etiam ſi nihil eſſet ſolutum, *leg. minus, ff. de verb. ſignif.* ſic minimus apparens titulus, vbi eſt nullus.

f. *Præfertur*) In beneficiis enim poſſeſſio ſine titulo nec acquiritur nec retinetur, Rebuff. *d. tracta. de ſen. exec. art.* 3. *gl.* 1 *num.* 2 *& ſub num.* 7. *& trac. de cauſ. benef. poſſeſſor. art.* 1. *glo.* 1. *nu.* 1 *& ſeqq tom.* 3. Oſaſ. late. *dec.* 55. *num.* 4 *cum ſeqq. rurſus, num* 7. & poſt Rebuff. *in prax. benef. titul. de miſſ. in poſſeſſ. num.* 7. docet Peck. *in c.* 1. *de reg. iur. n.* 21 *in fin.* vbi vtrobique in beneficialibus negotiis, poſſeſſionem ex titulo colorari debere, *per c. in literis, de reſtitut. ſpol. & c.* 1. *de eo qui mitt. in poſſeſſ.* & quod ex titulis proferenda ſit recredentiæ ſententia, adeo vt ſi lata fuerit ex probationibus teſtium vel teſtimoniis ſolis, & ſine titulis, non valeat, tradit latè Rebuff. *d. tract. de ſent. exec. art* 1 *gloſſ* 7. *præſertim. num.* 3 *&* 5. idemque belliſſ. Imbert *d. lib.* 1. *inſti. ſor. cap.* 37. dum retinendæ interdictum, vt dictum eſt, tripartito diſcidit, in ſequeſtrationem, fiduciariam poſſeſſionem, & poſſeſſionem irreuocabilem ſi de duobus primis capitibus diſceptetur, reique ſacræ aut ſacerdotij poſſeſſio in iudicium deducatur, cauſam iudicialiter conſtituit, ſin de tertio capite, inficialiter conſtituendam dicit: verum caueamus oportere, ne prius in hoc vltimo capite, litis ſtatus inficialiter conſtituatur, quam de vindiciarum iure pronunciatum ſit, ibidemque *in gloſſ. verb. ſacerdotij*, fiduciariam ſacerdotij poſſeſſionem fuiſſe ei adiudicatam contendentiũ, qui legitimam oſtendebat inſtitutionem, licet ne hilum quidem de poſſeſſione doceret, cum aduerſarius iuſtam poſſeſſionis cauſam ſeu titulum non probaret: quia ex negligentia adipiſcendæ poſſeſſionis nõ amittatur, ante trienni lapſum, ius ſacerdotij, vt ille limitando latius. Veruntamen & ſi iudex viderit titulum vnius partis, & non alterius, non poterit præſenti recredentiam adiudicare, ſi non fuerit pars altera contumax; ideoque ſi in primo termino reo comparente, iudex ad producendum ſuum titulum dilationem denegauerit, ſed ſtatim illi qui ſuum titulum produxerit hanc credẽtiam adiudicauerit, non erit executoria, vt ex SC. ſummi ſenatus Pariſ. ſcribit Rebuff. *d. gloſ. num* 4. Et hæc quidem magnopere poterunt etiam conducere ad pleniorem cognitionem *art* 441 *&* 442. *ordin. cur. Brab.* ad quos cum duobus *art. ſeqq* videatur inibi quoque Reb. *art.* 2 *glo.* 1. *& art.* 4 *gl.* 1. *& d. tit. de cauſ. benef. poſſ. præſertim art.* 3. *& ſeq.*

g. *Meliuſque ius.*) Sic quoque Rebuff. *d. gl.* 7. *nu.* 2. *in fin & ad concordat. Franc tit. de annot. ad verb. poſſeſſionem, inter regulas*, in materia poſſeſſor, *benefic. reg.* 5 ſcribit, tam *ex l. regni* quam ex iuris diſpoſitione, ſententiã recredẽtiæ adiudicari habenti primo aſpectu magis apparentem titulum, & magis clarum, per *l. vlt. C. de edict. diu. Hadrian. toll.* ideoque aliquibus non receptis probationibus fiat iſta adiudicatio recredentiæ: etiamſi velit pars pro-

Digitized by Google

bare titulum alterius falſum, non audiatur vt obuietur malitiis volentium recredentias continuis impedire, allegat *l. quamuis, d. tit. de edict. d. u Hadr. toll.* niſi è productis liceus, ſaltem præſumptiue conſtet de falſitate, vtpote quia appareat in iis raſura vel euidens contrarietas, ſecundum Manſu in *prax. rubr. de poſſeſſor. verſ. idem ſi alter a.*

h. *In recenti poſſeſſione.*) Imo in recredentia iudices duo maximè debere videre, titulos partium & earum capacitatem, *iuxta c. ordinarij, 3. §. in conferendis de off. ord. in 6.* & adiudicare recredentiam habenti apparentiorem titulum, ſi capax & idoneus ſit, alioqui non probat latius Rebuff. *d. tit. de cauſ. benef. poſſ. art. 3 gl. 1 nu 8.*

i *Oſtenderet iustam poſſeſſionem.*) Hic quoque apparere poterit, non obſeruari apud nos in Belgica id quod apud Francos vt in recredentia tantū admittatur probatio per literas, vt teſtatur Rebuff. *d. art. 1 c. 1 gl. 5. ſub n. 2.* & vt dictum eſt ſuperius. Neque enim per literas aut inſtrumenta, oſtenditur aut probatur poſſeſſio, niſi alter doceatur, *l. prædia 48 vbi not. de acq. poſſ.* & poſt Alex *conſ. 10. præſertim num. 3. lib. 4.* Pariſ. *conſ. 104. num. 18. lib. 1.* late VVeſenb. *conſ. 12 ſub num 66.*

k. *Super poſſeſſione.*) Sic in interdicto retinendæ, ſi alter collitigantium fateatur aduerſarium poſſidere, ſed contendat eam poſſeſſionem aut violentam eſſe, aut clandeſtinam, aut precariam, ac proinde vitioſam, momentaneæ poſſeſſionis commodum ei adiudicandum, quem conſtet poſſidere: quia credendus ſit quilibet iuſte poſſidere potius quam iniuſtè, & magis ſuo nomine quàm alieno, Ant. Fab. ex SC. *lib. 8. C. tit. 4. de ſin. ... num 5. cum ſeqq.* Quinimo ex poſſeſſione præſumi dominiū, quando incidenter deducitur, & allegatur poſſeſſio de præſenti *per l. 1 ... g' ſſ. famil. herciſc.* Bart. *in l. quidam in ſuo, num 4 verſ. 2. ff. de condi. inſti.* Alex *conſ. 101 num 10 lib. 1* Boër. *d. c. 4: n. 8.* Menoch *lib. ... præſump. 63 num. 11* Sic quoque in hac materia debere iudicem ante omnia videre ſummariè, quis poſſideret, eumque manutenere, quem iſtic reperiret in poſſeſſione; imo eum debere tueri, alio ſibi non conſtito, qui collegiſſet fructus; quia præſumatur poſſeſſor iuxta tradita *in l. Titia, ff de ſolution.* Bart *in d. l. quidam in ſuo 27 ff. de condit. inſtitu.* cum concord. non ... tamen prius debuiſſe iudicem procedere ad ſequeſtrationem, reſpondit latius Alciat, *d. conſ 386 num 4*

l. *Fundata eſſe probabit.*) Interdictum retinendæ in tria capita diſtinguendo, Imbert. inſtit. for *d. c. 37.* (vt ſupra) ſi de re prophana agatur, capitis primi ſtatum iuridicalem eſſe aſſerit in altero vero capite, ſi controuerſia literariis documentis decidi queat, hanc iuridicialiter conſiſtere ſolère, ſin minus, teſtimoniiſque indigeat, inficialiter; tertiū denique caput, litis ſtatum inficialem depoſcere; verum non rarò accidere vt mutuo litigantium conſenſu cum altero coniungatur, & ſuper his ambobus probationes teſtibus inducendæ decernantur, vt apud eum, ad inſtructionem iudicum hac in re, & ſimul partium, latius.

m. *Per ſtilum ... b. b. ant.*) Diſponitur hac de re latius *in d. ordinat. ... Brab. artic. 440.* cui reſpondet ſimilis *art. 10* quem declarat late Rebuff. *in d. tract. de cauſ. beneſi. poſſeſſor. tom. 3 conſt. reg.* dum volunt vno proceſſu ſimul deduci, & decidi recredentiam & plenum poſſeſſorium, nam facienda nō ſunt duo poſſeſſorij capita, quando in vno vtriuſque deciſio ne fieri poteſt quod per pauciora expediri poſſet in plura & varia diffundatur capita, iuxta *l. dominus, 52 in fin. & mihi Fa ... ff. de cond. inde.* vt reſpondit VVameſ *d. conſ. 251. ſub num. 2* Sed quemadmodum olim apud Francos duos faciebāt proceſſus, ſiue inſtantias, & prolata credentiæ ſententia, de nouo inchoabant proceſſum in pleno poſſeſſorio, vt ait Rebuff *d. artic. 10 glo. vn. in prin.* & tenet poſt Caſtr. *d. con. 2. num. 6.* Gail. licet in Camera non obſeruari dicit *d. obſ. 6 nu. 7.* ita fere & apud nos, vt patet ex Euerard. qui ſuo tempore, in eadem materia reſpondit *conſ. 119. ſuper recredentia, & conſ. 1, 6.* ſuper pleno poſſeſſorio, ſeu manutenentia quam vocamus.

n. *Summariè tantum informet.* Caſtrenſ. *conſ. 2. nu. 2. ad fin.* Capyc. *d. dec. 55. num. 4 cum ſeqq. & d. dec. 56 num. 1,* Gail. *d. obſ. 6. num. 8. in fin. & obſer. 7. ſub num. 6* apud quos, quomodo in momentaneo poſſeſſorio procedatur latiſſ. & apud Menoch. retinendæ poſſeſſ. *d. remed. 2 ... præſertim quæſt 7. & 8. num 23. cum.*

o. *Iuriſdictione.*) Rebuff *d. tom. 1. trat. de ſent. exec. art. 1 gl. 4. num. 10 & tom. 3. tract. de mater. poſſ. art. 1 gl. 1. n. 25.* eaque etiam de re ibidem *art. 4 in fin.*

p. *Non obſtante.*) Rebuff ex SC *gl. 7 num. 11 tract. de ſent. exec. & ... tract. art. 5. gl. 2 n. 1 cum ſeqq. tom 1. & tom. 3. d. tract. de mater. poſſ. art. 7 gl. ... n. 16. & art. 12 gl. vn. num 34. cum ſeqq. & d. tract. de cauſ. benef. poſſ. art. 4 gl. 1 num. 9* VVameſ *d. conſil. 2... num. 1* Non tamen appellationem, ad effectum deuolutionis cauſæ, & ad facultatem ſententiæ illius, ſi id iuſtitia appellationis poſtulet, retractandæ, iure, ſimul & ex conſuetudine ac praxi forenſi permitti, poſt Rebuff *d. art. 1 gl. vn. n. 25. & d. tract. de ſent. exec. in præfat. ſub num 23. & d. art. 1. gl. 14* vbi latius.

q. *Sed non Suſpendit.*) Poſſe tamen, in Francia, executionem differri, ſi altera pars prætenderet enormem læſionem, vel maximum intereſſe per illam executionem, id quod allegare & probare ſtatim, ſaltem ſummarie debeat, Rebuff ex SC. & praxi *d. tract. de ſent. exec. art. 1 gl. 18 num. 9* Hiſque vtiliter expedita ſit in Dei honorem, forenſis iſta nec obuia paſſim materia.

CAPVT CXLVIII.

De Decretis.

SVMMAE.

1 *Decreta aliquando ſunt Sententiæ* { *Interlocutoriæ, aliquando Definitiuæ.*

2 *Decreta prudenter, & cum cognitione cauſæ ſunt interponenda.*

3 *Decretum Iudicis interponitur* { *in Alienatione bonorum immobilium.*

4 *in Venditione rerum per Subhaſtationem.*

5 *Decretum non eſt neceſſarium in Venditione rerum, quæ citò pereunt.*

6 *Decretum aliud eſt* { *Primum, aliud Secundum.*

7 *Decretum primum, quod ſit.*

8 *Primum non ſemper refertur ad ſecundum.*

9 *Primum Decretum, quod ſit.*

10 *Secundum decretum, quod ſit.*

11 *Decreta Conciliorum* { *Mecl. linienſ. & Flandriæ.* } *valent quocunque ſua authoritate extenduntur.*

12 *Decreta abſolutè explicarunt* { *Speculator, & Andræas Alciatus.*

1 DEcreta ſunt nonnunquam vel Sententiæ Interlocutoriæ, (a) *vt l. Prima in fine, ff. de offic. aſſeſſor.* Vel aliquando ſunt Sententiæ Definitiuæ, (b) *vt l. Decreta, ff. de re iudic.*

Et quæuis Decreta Iudex dare debet prudenter,
2 & cum cauſæ cognitione, ſcilicet. Expectando, quod expectandum eſt, Permittendo, quod permittendum eſt. Approbando, quod approbandum eſt, & Reſtituendo, quod reſtituendum eſt, ſic vt vbique ſuam authoritatem interponat Si enim darentur leuiter, & ſine cauſæ cognitione, (c) ea nullius eſſent momenti.

Decretum autem Iudicis, requiritur & interpo-
3 nitur in multis (d) cauſis. Primò, In Alienationibus rerum, nempe, Feudorum, ac bonorum immobilium, bonorum Pupillorum vel Minorum, (e) &c. *l. Inter omnes Minores. & ferè per totum, C. de prædi. & aliis rebus minor. &c.*

Secundò, Decretum interponitur, in omnibus
4 alienationibus & venditionibus Feudorum, Fundorum, Domorum, Molarum, & aliorum bonorū immobilium, quæ venduntur per Subhaſtationem, (f) aut per alios modos ſimiles, quibus aut Princeps, aut Magiſtratus aliquid cum authoritate vēdit, ſub reali, aut perſonali executione (vulgò) *op eerlycke executie,* ſic vt ea Vendita, firmiorem habeant effectum, pro decreti iudicati cōpletione. (g)
5 In Venditionibus verò bonorum, quæ perire poſſunt, ſiue (vt alijs placet) quæ ſeruando ſeruari non poſſunt (h) decretum Iudicis nō eſt neceſſariū, *l. 1 §. Fuit quæſitū, iuncta ibi gl. in verb. neceſſaria nō eſt. ff. ad* SC. Trebel. latè Tiraq. *du retraict lin. gier, §. 1. in ver. ou aultre choſes. gloſſ 7 nu. 104. 105. 106.*

Diuiditur autem Decretum bifariam, ſcilicet, in 6
Decretum primum, & in Decretum ſecundum, (i) de quibus tamen in Praxi, nullus eſt vſus. (k)

Decretum autem primum Decretum, quaſi pri- 7
mum Iudicis Iuſſum. Et licet Decretum aliquod dicatur primum, id tamen non ſemper ſit reſpectu ſecundi, ſic vt neceſſariò ſequatur.

Hoc eſt Decretum primū, ergo neceſſariò opor- 8
tet eſſe ſecundum, (l) cuius reſpectu, illud diceretur primum, ſicuti, non ſequitur (vt hoc obiter annotū) Maria peperit Filium ſuum Primogenitū, *Luc. 22.* igitur Maria, poſtea alios peperit, reſpectu quorum Ieſus Seruator noſter, diceretur Primogenitus, vt pulchrè annotat, magnus ille Eraſmus Roterodam. *in 2. c. Luc.* Idem cōprobat (m) *l. Qui duos ff. de reb. dub. Et c. Ioſeph. extra de verb. ſignif.* quia quandoq; interponitur primū Decretū, poſt quod nunquā ſequetur ſecundū. Vide Speculatorē. Dicitur (n) igitur (vt diximus) primū Decretū, quod ſit prima à Iudice iubēte, in Poſſeſſionē facta miſſio † Vel primū 9
Decretū, dicitur primū Iudicis iuſſum, quo mandat bona alicuius contumacis, propter contumaciam, & in pœnam contumaciæ, ab altera parte obtineri.

10 Pariformiter definiri poteſt Decretum ſecundum, ſupponendo vbique (ſecundam miſſionem) loco primæ, tametſi non ſemper poſt primũ Decretum ſequatur ſecundum (*o*) quum non ſemper opus ſit ſecundo Decreto, vti iam pauló ante diximus, & ſicuti notatur in *c quoniam frequenter*, §. *In aliis vero, in gloſſ. ve. bi. Conſtituitur, extra, vt Lite non conteſtat.* Vide & bonam glo. *in l Si finita*, § *Si plures, in verb. Prius, ff. de clam. infect.*

11 Decretum datum per Dominos Concilij Flandriæ habet locum, & ſortitur effectum per vniuerſam, ſiue totam Flandriam. Et Decretum datum per Dominos magni Concilij Mechlinienſis, habet locum, & ſortitur effectum vbique locorum, (*p*) quo eorum Iuriſdictio ſeſe extendit.

Quot modis autem dicatur primum decretum. 12 Item, Quomodo debeat interponi. In quibus rebus, vel Actionibus interponatur. A quibus Iudicibus ſoleat, & debeat interponi. Quis ſit primi Decreti effectus. Præterea, ſecundũ Decretum quid ſit, Quomodo, Quando, & intra quantum tempus (*q*) interponatur? In quibus Actionibus, & quo Iure poſtuletur interponi, Quis ſit ipſius effectus (vt hic prolixitati vitandæ ſtudeam) Lectorem remitto ad d. Speculatorem, & ad Compendium Iudiciarij Proceſſus D. Andr. Alciati, *fol* 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120 quos ſuper his Decretis, dictis locis per ocium conſulere licebit.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPPVT CXLVIII.

a. INterlocutoria) Tex eſt in *l. ſed etſi*, 26. §. *ſed & ſi dum de reto, ff de quibus cauſ maior. & in* § *ſi quis autem, in authent. de hered. & falcid.*

b. *Diffinitiue.*) Tex. in *l penult. in verb decernit de iuſt. & iur & l. 1. in verb vel cognoſcens decreuit. ff. de conſtit. princ. & in l. 1. in fin. C. vt lit. pendent. vel poſt prouoc. vel poſt d ffi.n. non lic. ſupplic. l. ſi pretor.* 75. *ff de iud.* Iaſ. varijs modis accipi docens, in *l. nec quicquam*, 9 § *vbi decretum, nu* 1. *ff. de offic. proconſ. & leg.* vbi tamen poſt alios copioſè, decretum propriè, & in ſpecie, eſſe auctoritatis iudiciariè interpoſitionem, cauſa cognita, ſuper eo quod petitum eſt, factam, in hoc à diffinitiua differentem, quod ea negotium definiat abſoluendo vel condemnãdo, id quod latius declarando, tradit ibidem Coraſ. *ſub num. 1. cum ſeqq. & in adducta l. 1. num 9 de off. aſſ ff* ſequiturque poſt Alciat. *lib. 2. paradox cap. 3. num 2.* Menoch. latiſſ. confirmando, *recuper poſſeſſ. remed* 15. *num.* 143. voluitque late Rebuff. *ad l. hoſtes ij ſunt*, 118 *verſ.* decretum etiam dicitur, *cõſeq. ff de verb ſignif.* idemque, de his & quomodo decretum accipiatur, agens latiſſ. ad reg. Franc *cõcord. tit de concluſ.* Lateran. *concil ad verb. decretis in 1. quæſt.* Licet hac in re longè aliter ſentiat Petr. Stel. *in repet. d. §. vbi decretum, verſ nunc videamus*, aſſerens decretum propriè ſumptum ſeparari non poſſe à ſententiis interlocutorijs, quæ in lite ordinaria incidentia & emergentia decidunt, vt doct. cõmemorati conantur; quum tales ſententiæ, ſub definitione decreti, à doct. ipſis poſita comprehendantur, vt ille latius, decreti appellationem aliter explicando.

c. *Leuiter & ſine cauſa cognitione.*) Text. eſt *in. l. cum ii* 8 §. *ſi pretor. ff. de tranſact.* traditque Damhoud. *in ſubhaſtation. ex egeſ. cap. 2. num* 36. Afflict. *deciſ.* 249 *num.* 2. & notat Bart. *in d l. cum ii. num.* 1. ibidemque Iaſ. *num.* 2. quem communiter doct. ſequuntur, vt poſt alios quoque Ludouic. Luc. *dec.* 49. *num.* 16. & Gail *lib 2. obſ.* 72 *ſub num.* 1. regulam eſſe, quod vbicũque in aliquo actu auctoritas prætoris vel iudicis requiritur, neceſſaria ſẽper ſit cauſæ cognitio, per *l. ſi d ſi hac*, 10. §. *prætor.* vbi poſt alios, & idem Iaſ. *in 1. not. &* Socin. *num.* 1. *ff. de in ius vocand. & l in cauſa*, 13, § *cauſa autem cognita, ff de minor. 25 ann.* Eaque non adhibita non præſumi pro iuſtitia & rectitudine decreti: adeo vt ex ſola temporis breuitate, præſumatur decretum nõ interueniſſe, ac inſuper fraus, Caſtrenſ. ſcitè *conſil.* 38. *num.* 3. *cum ſeq. lib.* 2. *iuncto conſ.* 68. *verſ. breuiter ego tutarem, & conſ* 174. *num.* 5. *& ſeqq. libr.* 1. Alex. *conſ* 218 *num* 10. cum Molin. apoſtill. *lib* 2, *& conſ.* 163 *num* 5. *libr.* 5. Iaſ *conſ* 21. *num* 5. *libr.* 1. & latius *in d. §. vbi decretum, num.* 69. *cum ſeqq. & in d. §. pretor. num* 1. *& in l pacta nouiſſima. ſub num.* 7. *C. de pact* Marſil. *in l. qui ſedem, nu* 12 *cum ſeqq ff. ad l. Cornel. de ſicar. in prax. criminal num.* 32. *cum ſeqq.* & in Rubr *ff de fideiuſ n.* 9 *cum ſeqq.* Dec. *in l. ii. ſub n.* 36 *C. de edend & conſ* 295. *nu* 6. *conſ.* 403. *ſub n* 19. *conſ.* 410. *nu.* 7. *verſ.* 1. *quia talis, conſ* 479. *ſub n.* 6. *cum ſeq. conſ.* 580. *n.* 8. *ad fin. conſ.* 587. *ſub n.* 5. *conſ.* 606 *n* 9. Alc. *tractat. de præſumpt. reg.* 3. *præſ.* 9. *ſub n* 8. *cum ſeq.* plenè Crauett *conſ.* 153. *n.* 1 *cũ ſeq. & conſ.* 179 *n* 1 *& in* 1. *reſponſ. pro genere n.* 155 *& ſub n* 251. poſt Ferrar *cautel.* 60. *& vltim ſub n.* 1. Pariſ *conſ.* 99 *n* 9. *lib* 1. Gabriel *tit. de ſentent lib.* 2. *concl.* 5. *n.* 16 alioſque, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 75. *n* 11. Et in hanc ſententiam, non præſumi pro decreto, niſi conſtet formam iuris eſſe ſeruatam, reſpondit Bald. *conſ.* 184 *ſub n.* 2. *lib.* 2. (vbi tamẽ præſumi omnia iſta, ſi fecerit notarius mentionem: id quod latius tradit idem Bald *in conſ* 376. *nu.* 1. *lib.* 1.) ſequiturque Crauett. *d. reſponſ pro g nero ſub num.* 251. Nat *conſ* 731. *num.* 27 vbi latius. Sed vbi decretum eſt interpoſitum ritè, præſumitur etiam rectè,

Digitized by Google

rectè vt reſpondit idem Bald *conſ.475.nu.4.libr.1.* ſentitque diſtinguendo ipſe Bald *in l. iuriſgentium, §.quod ferè ſub nu.2.ff. de pact.* Sed & iudici in decreto aſſerenti, adhibitam fuiſſe plenam cauſæ cognitionem credendum, comprobat Dec, *in cap. contra nu (mihi) 192. de prob.* & poſt Socin. ſenior. (de ais quoque latè agentem) *conſ.115.nu.4.in fin.lib.1.* aliosque, Viui. *lib.1.co. opin.ve b.iudex*, interponens, ad fin. & Soar. *recep.ſent.theſ in lit. D nu.19.* & poſt Bald, quem ita exaudit, quando in ipſo decreto ſolennitates ſunt enunciatæ, *conſ 66.nu.3. lib. 3.* Damhoud. hunc, in ſubhaſt. ex egeſ. *ca.2.nu. 24. cum ſeq.* Gabriel. *d. lib.2 concluſ.5.n 1* Crauett. *d. antiquit. tempor. parte.2. princ. num.19 cum ſeq. & d. reſponſ.* pro genero, *1.num 10.* aliosque, Menoch. pleniſſ. *conſ.153. præſertim num.34. conſ 41. nu. 78. cum ſeqq.* & varios caſus diſtinguendo, reſtringendo & declarando, *d. præſumt. 75 num.12. cum ſeqq.* Raudenſ. late Piſan *deciſ 29 præſertim, ſub num.181 cum ſeqq part.1.* Sfort. Odd. *conſ 40. præſ. rtim num. 1. & num 10. cum ſeqq. & de reſt part. 1.q. 11. art. 9.* & nouiſſ. Viu. addens reſtitutionem petenti cõtra probãd m, dec 4 6 *num.6. cum ſeqq.* rurſus *nu. 21. & dec.437 num.12.* Alioqui vbi enunciatæ non ſunt, ſolemnitates non præſumi definit & Achill. *dec.199, num.4* Dixi quoque in loc. com. par. tit. de cretum iudicis, verb. æquiparatur, late etiã hac de re Reb. tract. *de præcon licet & ſubhaſt. art.7.gl. va. num.13 & ſeqq. tom.2. conſtit. reg.*

d. *Interponitur in multis*) Caſus 20 in quibus interponatur decretum recenſet Rebuff *d tit. de cõcl.* Lateranenſ. *concil in qu. ſt verſ.* verum enimuero, *ad d. verb. decret.s,* vbi rurſus *in 3, quæſt. verſ 3 quæritur,* quomodo decretum annulletur.

e. *Vel minorem*) Gomez, *var. reſ tom.2. ca.14. nu. 13,* Fab. *C. lib. 5. tit.38. deſin.1 in princ. & fin.* Gam. *dec.37 in princ* Viu *dec. 426. num 4. in fi. Domhoud. d. ca.2 toto præſertim num.12.* Etiam ad dotis dationem, vltra auctoritatem tutoris, decretum exigi illarum rerum quæ abſque decreto alienari non poſſunt. per tex. *in l. lex quæ tutores & inibi gloſſ. & doct. C. de adminiſtra. tut.* Couar. *ex receptiori pract. quæſt ca.28 ſub num.10.* quem ſequitur Surd *ex SC. diſcutiend. exactiſſ. deciſ. 178. tota.* Sed licet neque pater, filii emancipati tutor vel curator, poſſit ſine decreto alienare, vt in *l.3. C de præd minor.* poſſe tamen legitimum adminiſtratorẽ filii familias minoris, bona in quibus vſumfructum habet, alienare ſine decreto, ex cauſa æris alieni neceſſaria, quod ſoluere teneatur filius, iuxta text. *in l vlt § ſin autem et al. enim, C. de bon qua lib.* Afflict ex SC. *dec. 393 num.1. cum ſeq.* & poſt Tiraq. *ad l. ſi vnquam, in præfat num 12. C. de reuoc. dona.* Couarr. *var. reſ lib. 1 cap.8 num.6.* Pinell. *ad l.1 part 3 nu 21 cum ſeq. C de b n matern.* quem ſequitur & Gomez. *d. cap 14. ſub nu.13.* Soar. *ex com. in annot. ad verb.* quod maſter legitimus, idemque Soar. *recept ſent. theſ. in lit. P. num.46. &* ex com. Gail. *li.2. obſer.72. nu.14, cum ſeqq.* Mynſing. ex SC declarando, *cent.6 obſer.61. tota.* Licet nouiſſ. poſt recẽtiores quoſdam aliud ſentiat Monter. à Cueua *dec.1. num.7. verſ. & in eodem caſu, rurſus num.27. in fin.*

f. *Subhaſtationem*) Regulariter, vbi in alienatione decretum requiritur, & ſubhaſtatio deſideratur, vt poſt Bart in *l. licitatio, rum 3 ff. de publica. & vect.* aliosque tradit Pinel. ad *l.1. part. 2.c.2.n 25. in fi. C. de reſc. vend* & ex eo com. aſſerit Soar. *rec. ſent. lit. D. n 20* voluitque poſt Afflict *dec.249. ad fi.* Rebuff. *conſtit reg. tom.2. tract. de reſtit art.2. gl ſſ 7 n.8. & in fin* rurſus *conſ. 144 verſ. addunt etiã.* & poſt Roland. *ex com. conſ 33. num 13, li.1.* Menoch. *de arbitr, iud. li 2. caſu 171 n.27.* Viu. *d. dec.426.n.6. & 9.* rurſus *dec. 145.n.5 cum ſeqq.* Crauet. *conſ. 336 n 9. conſ. 442 n.1* Raudenſ. *d. dec. 29 ſub nu 198* & remiſſiuè *dec. 16.n. 6.* aliique à me congeſti in loc. com. Dãhoud. tit. bona pupillorum & eccleſię *ad verb ſolẽnitate,* dum ſolennitates & requiſita in alienatione immobilium referunt, de quibus & Zaſ. *conſ 21 ſub n.2. li.1.* Cęterum ſubhaſtationem eleganter diuidit Pinell. ad *d l 1 part .2. ca.2 n 26. C de reſcind. vend.* in neceſſariam & voluntariam; vt neceſſaria, cenſeatur in diſtrahendis rebus fiſci, minorum, eccleſiæ, vel reipubl, ſecundum receptiores traditiones Doct. proximè adductorum, & Dec. *conſ. 596. nu 3. cum ſeqq.* aliorumque voluntaria dicatur, quando extra has cauſas, voluerit quis res ſuas, in loco publico, ad vocem præconis diſtrahere, vt ex licitatorum calore, carius res vendantur, vel ſaltem ex hominum concurſu citius diſtrahãtur. Proinde nec in hac voluntaria obſeruabitur quod tradit Rebuf. *conſtit. reg. tom 2 tract. de præcon lici. & ſubhaſt. in præfat. num.* 18. non poſſe ſolennitates (de quibus agit ibidem latiſſime) præconiorum, è partibus remitti vti nec illud, quod (inter alia) ſcribit ibi *art. 4 gl vnic. num.31.* de iure requiri quod ſit res diebus 20 publicè venalis, nec poſſit hoc tempus minui nec augeri, licet addat, ſecundum conſuetudinem curiarum vidiſſe nihilominus augeri & minui Sed de hoc latius itidem, poſt auctorem noſtrum, *in d. ſubhaſt exeg. cap.5. num.1 cum ſeq.* aliosque Menoch *d lib 2. cent. 2. caſu 129. toto.*

g. *Iudicati c. mpletione.*) Sciè in hanc ſententiã ſic ſcribit Pinell *in d. c 2 ſub num 26.* dicitur etiam neceſſaria ſubhaſtatio in rebus condemnati, pro executione rei iudicatæ, iuxta text in *l. ordo & l. à Diuo P. o §. in venditione, cum ſeqq. de re iud.* De qua ſubhaſtatione agit Rebuff. latiſſ. *d. tract. de præcon licit. & ſubhaſt. ar. 1. & ſeqq.* Damhou. vberrime *in d. ſubhaſt. exegeſ. cap 3. num 1. cum ſeqq* Boëè ſtylo, *dec. 45. 3. & 1 1* Imbert. appoſitè inſtitut. *forenſ. lib. 1. c 54. & cap. 57*, & ſtatuitur apud nos *ar.642 cum ſeqq.* rurſus *art.653 cum ſeqq. ord. curiæ*

Digitized by Google

Brabant. item apud Batauos *art.175.ad fin. cum ſeq.* rurſus *art.179 cum ſeqq.inſtruct.curiæ Holl.* quos declarat Merul.*prax.lib.4.diſtin.4.ſect.5.tit.8.ca.3. num 2.cum ſeqq.*rurſus *cap 6.cum ſeqq.*

h. *Seruari non poſſunt.*) Alex *conſ.49 ſub num. 4. lib.1.ſiue conſ.37.lib 4.* vbi duplatum legitur, Gomez, itidem addendo, eas dici res, quæ ſeruãdo ſeruari non poſſunt, quæ non triennio durant, *d cap. 14.num.13.verſ & idem eſt*, Soar, *recept.ſent.lit. F. num.359.*

i. *Et in decretum ſecundum.*) In ciuilibus cauſis, contra abſentem non comparentem, prodita ſunt remedia primi & ſecundi decreti, inquit Guid. *d. 419.num* (in his) *2.in fin poſt Bart.* (ſed materia primi & ſecundi decreti) in *l ſi finita, 15. §. Iulianus, ff. de damn.infect.* Quodque miſſio in poſſeſſionẽ pœna ſit contumaciæ, probat late Rom *conſ.454.n. 3.& 13.cũ ſeqq.* vt & inter pœnas quas patitur cõtumax, enumerat ſecundo loco miſſionem ex primo decreto: & tertio loco, ex ſecundo decreto, Marant. *de ord iud part.6.in 2.memb iud.de contum num.10 cum ſeq.* de qua re itidem Oldendorp. *in progymnaſmat act.cm 2 claſ in aſſin remed. puniende contum.num 3.& de miſſione ex 1 decreto tractat.* elegantur Zaſ. *in l 11.vſque a d l.7.* vbi itidem de reliqua, *ff.quib ex cauſis in poſſ.eat.* Quid etiam operetur primum & ſecundum decretum, quando interrogatur, & quando rurſus primum collocatur, copioſè apud VVurmſer *tit.7.obſer.6. cum ſeq.*

k. *Nullus eſt vſus.*) Imò apud Batauos, in actione reali, poſt quatuor edicta ſiue defectus, etiamnum vtũtur vera ſpecie miſſionis ex primo decreto, iuxta *§.in aliis vero in ca.quoniam frequenter, 5. vt lite non conteſt* idque ex inſtruction *Car.5.Imp.art.110* quem declarat Merul.*prax lib.4.diſtinct.4.ſect.2.tit 8.ca 2 toto*, vt itidem ex ordin.cameræ Imp.ad immiſſionem bonorum quoque procedi poſſe, ſecundum naturam intentatæ actionis, & diſtinctionem traditam *in d §.in aliis verò*, docet Gail. *obſer.60. ſub num 1.* vbi in camera fieri primò immiſſionem per interlocutoriam, dein de ſuper ea executoriales decerni.

l. *Eſſe ſecundum*) In realibus neceſſarium nõ eſſe, ſecundum decretum, notat Marian *in § quod ſi ſuper, n 6.ex fin illius tex in d ca.quoniam frequenter,* neque vbi quæritur de iure dominij vel quaſi, in actione reali, interponi ſecundum decretum, ſed ferri ſententiam ſolum dominij declaratoriam, iuxta *l.ex diuerſo.ff.de rei vendic.* Ferrar. *in form.reſpõſionis rei conuenti, ad verb. in termino ſibi aſſignato, num.17.ad fin.*

m. *Item comprobat*) Tex eſt etiam *in l.ii. § legitima in fin ff.de ſuis & legit* vbi dicitur etiam primus qui ſolus eſt, & poſtremus, laté Rebuff *ad l. proximi appellatione, 155. verſ. aide in verb. cum verſ ſeq.ff de verb.ſign* poſt Boër. *dec 204. in princ.*

n. *Dicitur.*) Aliter paulò primum & ſecundum decretũ deſcribit Ferrar. *ad d.verb.in termino ſibi aſſignato, n.14.* aliter quoque Marant *d tit.de contum.n. 12* appoſitiſſ. de his diſſerendo, aliter itẽ poſt Bart. *in d.§.Iulianus, n.2.* alioſque Menoch. *de arbit.in d. lib.2.caſus, num.1.& 2.*

o. *Secundum.*) Aliter etiam ſecundum decretum deſcribit Rom. (de eo quoque agens, appoſitiſſ.) *d conſ.454.n.15.vbi n.20 in fin cum ſeqq.* appoſitè probat, ſecũdum decretum ſententiam interlocutoriam eſſe, non diffinitiuã, & poſt eundem Rom. *in rubr.ff de re iud.* comprobat Alciat. *in c. 1. n.34 ad fin.de iud.* & latè hac de re Felin. *in c. conſultationibus.ſub n.3.& nu.7. de offic.del.* dixi quoque ſuperius, *cap 144.ſub num 9.*

p. *Vbique locorum.*) De officio & iuriſdictione, huiuſmodi conciliorum diximus quandoque ſuperius præſertim *c 6* Verùm alias de iure, ſi decoctores, debitores fugitiui, & fraudulenter latitantes, in diuerſis locis merces, aliaque bona habeant, iudicem domicilij debitoris adeundum eſſe, vt cognoſcat & pronunciet de facienda immiſſione vel venditione bonorum quorumcunque, vbique locorum exiſtẽtium; verum per eundem fieri non poſſe executionem, ſed territorij iudicem pro executione facienda requiri debere, tradit poſt Bar. *in l 1 per illum tex n.1.& in C.cum vnus, § is qui poſſidere, n 1 ff de b. n auctor iud poſſ.* Alex *conſ.44 n 17.* apoſt. Molin. *lib.5* Gom *ex com.var.reſol.tom.2 c.14 nu.17.verſ. ex quib.* vbi in princ. aliter quoque atque Gail. qui ſupra, tradit ex com. quemlibet iudicẽ, ſiue domicilij, ſiue originis, ſiue vbi bona ſita ſunt, poſſe interponere decretum. Apud Gallos verò magiſtratus municipales, neque exigere cautionẽ ſolere ab ijs, qui à præſidibus dãtur tutores: neq; tutores nominare ſuo periculo præſidibus prouinciarũ; ſed præſides ipſos, præfectos municipiorũ, & caſtellanos regios iudices, pro ſua quemque iuriſdictione dare tutores, & cautionem exigere, ſcriptum reliquit è conſtitutionibus Franc. Baro *ad inſtit tit de A.til. tut.comment. part 2.verſus fin.*

q. *Et intra quantum tempus.*) Non ſtatim, poſt primum decretum interponendum etiam ſecũdum ſed cum iure eiuſmodi tempus non ſit præfinitum, arbitrio iudicis relinquendum, poſt gloſ & Bal *in l. pen.C de bon.auctor iu d poſſ.* Marſil. *in l. quanti nis modum.n.12 ff.de quæſt.* alioſque Gabr *ex com tit. de a l l.1.2. concl.4 n 15 cum ſeq.* Hæc hactenus de vtiliſſ. quæſtione magis appoſita, de reliquis verò ab auctore vna propoſitis nec reſolũtis, pariter remitto nouiſſ. ad Simõcelli de decret. libros, neque enim quæ vndique ſine delectu, tractatibus eiuſmodi infarciuntur, ſed vſui forenſi magis accõmodata, & in foro & praxi magis vbiq; trita & digeſta, ad maiorẽ omniũ certitudinẽ, promptitudinẽ, ſimul & ſoliditatẽ, Dei gloriã hic paſſim annotauimus.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CXLIX.

De Actis.

SVMMAE.

1 *Acta in Diario ſunt regiſtranda.*

2 *Acta ſunt triplicia, ſcilicet* { *Diſpoſitiuæ.* / *Productionum.* / *Deciſionum.* }

3 *Acta ambabus partibus ſunt communia.*

4 *Ad acta omnia ſunt reſtituenda, quia illa ſunt certiſſima.*

5 *Concluſiones Partium reſtituendæ ſunt ad Actorum Regiſtra.*

6 *Graphiarij præſentatio non recipiebatur, niſi per acta conſtaret eam tunc ſeruire.*

7 *Expenſæ taxandæ ad Actorum regiſtra.*

8 *Defectus, aut detruſionem prodeſt parti, niſi per Acta de detruſione conſtet.*

9 *In Parlamento Mechliníenſ. requiruntur* { *Acta petitoris.* / *Concluſio Rei.* / *Acta diſpoſitiua.* / *Concluſio in Iure.* } *Acta Iudicialia.*

10 *Acta Iudicialia nullos Teſtes requirunt.*

11 *Acta Arbitrorum Teſtes requirunt.*

12 *Actis certior habenda fides, quàm Iudici.*

13 *Actorum loco Schedula memorialis apud quoſdam traditur.*

14 *Noua oblata, noua requirunt Acta.*

DE omnibus Interlocutoriis (*a*) per Graphiarium conſcribitur nota, quam Acta vel Actā vocant. (*b*)

1 Has Actas quotidie Graphiarius redigit in Diarium, hoc eſt, in Regiſtrum diurnum. Per nullum enim alium, quam per Graphiarium, (*c*) aut per Notarium criminalem, aut per alios, qui ad hoc peculiariter ſunt deputati, illa Acta conſcribi ac regiſtrari debent.

2 Huiuſmodi autem Acta ſunt triplicia. Sunt enim alia Acta (*d*) diſpoſitiua, ſcilicet, quæ ſunt ſuper proceſſus deductione. Alia ſunt Acta ſuper productionibus, & prolationibus.

Et alia ſunt Acta deciſionis Cauſæ. Quæ quidem
3 Acta, omnia vtriſque ſunt communia, (*e*) hoc eſt, ad ambarum partium commoditatem, & ad Iudicij certitudinem ita rediguntur, in euentum, vt ſi ea Acta alterutrius partis aliquo Caſu periſſent & amiſſa forent, vt, inquam eadem ex dicto regiſtro reperi & recuperari certiſſimè poſſent.

4 Aut ſi corrupta aut obliterata, aut lacerata eſſent partium Exemplaria. (*f*) vt ad hæc tutiſſimè reſtitui, & probari poſſent, cum omnibus annotationibus annexis.

5 Hinc factum eſt, quod etiam Concluſiones, quas partes cœperunt, ſemper corriguntur & reſtituuntur ad regiſtrata Acta, quæ tamen ſunt ſemper certa, (*g*) vt nulli Aduocatorum, ad hæc Acta adulteranda, aut aliter ſcribenda, quàm conſcripta ſunt, & quàm ipſa Acta in ſe contineant, accedere liceat.

Sic per inſtructionem criminum Anni, Milleſi- 6
mi, Quadringenteſimi, vigeſimiſexti, Dux Burgundionum Philippus ordinauerat Procuratoribus, vt haberent ſua Acta ſemper parata, & noluit vt Graphiarij præſentationem ſuper Rotula reciperent, niſi per Acta conſtaret, quod ipſa oblata præſentatio eo tempore ſeruiret.

In Expenſarum quoque Taxationibus, nihil ta- 7
xatur pro partium citationibus, aut Procuratoribus, aut pro Aduocatis, niſi per Acta omnia ita ſe habere conſtaret.

Nemo præterea acquirit ſibi profectum, aut cō- 8
modum ob defectum, aut ob detruſionem alterius partis à dilationibus, niſi prius de eo defectu, & de vltimis dilationibus, per Acta, aut apud Acta apertè conſtiterit.

Secundum autem ſtylum Magni Concilij Mech- 9
linienſis, in vnoquoq; Proceſſu neceſſario quatuor Acta requiruntur & producuntur, (*h*) ſcilicet, Acta petitoris, Concluſio rei, Acta diſpoſitiua, & Acta concluſionis in Iure, ſiue (vulgò) in cauſa.

Obſer-

Digitized by Google

Obſerua autem quod in nullis Actis Iudicialibus
10 aſſumuntur Teſtes (*i*) præſentes, ſicuti tamen aſſumuntur in inſtrumentis, quia Acta capiunt ſuã authoritatem, robur, & poteſtatem à præſentia Iudicis ordinarij.

11 Sed tamen in Actis coram arbitris, Teſtium præſentia omnino eſt neceſſaria.

12 Quin & hoc de Actorum certitudine dicendum eſt, quod in Curiis ſiue Conſiſtoriis, vbi Graphiarij ſunt iurati, potior habetur fides Actibus, quàm ipſi Iudici, (*k*) ita vt ſi quæſtio oriretur, quonam pacto fuiſſet ſententia prolata, aut ſi dubitaretur, quomodo per Iudicem partes eſſent concordatæ, tunc partes omnino ſe regularent, & gubernarent ſecundum Acta, etiam ſi Iudex de illo dubitaret, aut etiam contrarium Actis adſtruere vellet.

Sed hoc quoque de Actis notandum eſt, quod 13
conſuetudo in multis Conſiſtorijs (vulgò) *Vierſcharius* habet, vt Actorum loco accipiant ſchedulã vnam legalem ac memorialem.

Secundo notandum eſt, quod ſuper noua obla- 14
ta, noua requirant Acta.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXLIX.

a. *INterlocutorijs*) Etiam diffinitiuam ſententiam contineri nomine actorum reſpondit Bald. *conſ* 137 *num.* 3. *lib* 3. Marant. *de ord iud part.* 6. *actu* 10 *ſub num.* 1 *& ſub num nu.* 7 .copioſè Boër. *dec* 258. *num.* 6. Aſin. *ad ſtatutum Florent. de mod. proc. par.* 1. § 14 *cap.* 3. *toto*, & poſt longam diſquiſitionem exactiſſ. *Dec ex com. in cap. quoniam contra, in* 11 *not. num.* 56. *cum ſeqq. de prob. & ibi* Felin. *num.* 7.

b. *Actam vocant.*) Quæ dicantur acta, poſt gloſſ. 1. & alios in *l acta* 45. Zaſ. *in princ ff. de re iud. dec. in cap quoniam contra num.* (mihi) 44. *in fin. cum ſeqq. de prob. & in l ij. in princ. C. de edend.* Guid. *dec.* 616. *num.* 2 Rebuff *ad l. Labeo*, 19. *verſus fin, verſ. acta dicuntur, ff de verb. ſignificat.* Aſin. *ad ſtatut. Florent. de mod. procedend par.* 1 § 14 *cap* 3 *n.* 1. Burſat. *conſ* 260 *num* 39. Marant. latiſſ. declarando, *d part.* 6. *actu* 10. *num.* 1. *cum ſeqq. vbi num* 5. poſt Innocent. *in cap.* 1. *num.* 3. *de probat* & Bald. *in l. comparationes*, verſ. quærit etiam de forenſi, *C. de fid. inſtr.* non ſolum acta quæ fiunt in iudicio contentioſo & contradictorio, appellatione actorum venire, ſed & omnia alia, quæ fiunt in iudicio voluntario; in quibus decretum iudicis interponitur; vt ſunt tutelæ, emancipationes, aliaque ſimilia; quæ alio vocabulo (inquit) dicuntur acta forenſia, eò quod in foro agitentur, de quibus egimus & cap. præcedente.

c. *Quàm per graphiarium.*) Actuarios, ſiue notarios ad acta ſcribendum deputatos, poſſe acta conficere, alios tabelliones non item, de partium etiam voluntate. Bald. *conſ.* 137. *num* 2. *& in fin. lib.* 3. poſt Guiliel de Cun. latè in *l. repetita, num.* 1. *cum ſeqq. C. de epiſc. & cler.* ibidemque poſt alios. & Bald ſub *num.* 2. *& in l. teſtamenta, ſub num.* 1. *C. de teſtam.* Rom. cum apoſtill. Mandoſ. *conſ.* 281. *num* 5. *cum ſeqq* Alex. *conſ.* 213. *num* 5. *in fin libr.* 2. Natt. *conſ.* 138. *num.* 23. latè Dec. limitando, *in d. cap quoniam contra num.* 50. *& ſeqq.* Marant. *de ordin. iud. d. act.* 10 *num.* 14. *& ſeqq.* Boër. declarando & reſtringendo, *d. dec.* 258 *ſub num.* 6 *cum ſeqq.* copioſè Viu. *ex SC. dec.* 48. *num.* 1 *cum ſeqq.* Amat. *dec.* 9. *num.* 24. idemque Dec *in d. l ij num* 7. voluitque poſt Marſil *in l vlt. num.* 201 *ff de iuriſdict.* Aſin. *d.* § 14. *cap.* 16. latè Roland. *conſ.* 70 *num* 8. *& ſeqq. lib.* 1. Gratian *dec.* 78. *num.* 5. *vbi num.* 6. poſt Bald *in d. l. teſtamenta, num.* 1. *in fin* alioſque, non debere quemquam excedere officium ſibi commiſſum, & de alterius tangere, idemque Amat. *d. dec.* 9. *num.* 25. Natt. *d. conſ.* 138 *ſub num.* 24. Nam & in temporalibus officiis prohibetur pluralitas, quando ſunt incompatibilia, vt poſt eundem Bald. in *l. conſtitu. C. §. id. eque dec conſ.* 641. *num.* 4. *&* voluit Aſin. *d.* § 14. *cap.* 19 *num* 2. & Rebuff. *tract de conſuet. vſu & ſtyl. in præfat. num.* 87. *conſt. ut. reg tom.* 3. & tractat latè Marc *dec.* 524. *libr.* 1. aliud ſentiens in actu iuriſdictionis voluntariæ, vt poſſit quis fungi vice duorum, per *l ſi conſul, cum l. ſeq ff. de adopt.* & poſt Bart. & Bald. ibidem, alioſque addit Dec. *d. conſ.* 614. *num* 6. in ſuperiore concluſione omnes conuenire, quod non poſſit quis duo officia incompatibilia habere, qui tamen in *cap. ex literis, num.* 52. *ſub num.* 53 *& ſeqq.* poſt Panorm ibidem, *de prob.* concludit, regulariter quem duplici fungi officio, quando inuicem ſe compatiuntur; vti in iuriſdictione voluntaria, idemque Felin. latè etiam declarando, in *d. cap. ex literis nu.* 10. vnde & Rom. *conſ.* 25. *num* 1. vbi copioſe & Mandoſ. in annotat. reſpondit, duplex gerentem exercitium, duplex diſtinctum ſalarium petere poſſe. Sed quia de prioribus his recordor me dicere, obiter quoque ſuperius, *cap.* 10. *ſub num.* 3. vlterius ſuperſedendum, ne propria paſſim repetere contingat, cum nihil vnquam ab aliis ſuppreſſis, (aliorum ferè more) tranſſcribere velimus.

d. *Sunt enim alia acta*) Acta duplicia eſſe, alia litis ſiue cauſæ; alia verò iudicij: teſtium enim atteſtationes, confeſſiones, ac tandem omnia factum reſpi-

reſpicientia, litis acta potius quàm iudicij appellare deberet: alia verò, vt ſatiſdationes, cautiones, & conſilia iudicij tantùm acta cenſeri, vt & inſuper quæ ad litis ordinationem tendunt, puta libellus, litis côteſtatio termini, & ſimilia, voluit poſt Alex. *conſ 58. num 1. cum apoſt. & num ſeq lib. 2.* Guid. *d. dec 616 ſ. b num. 2.* Afflict. *dec. 148 num 3.* Marant *de ord. iud part. 5. num. 55. verſ acta iudicii dicu t ir* aliosque Aſin. *d. §. 14 cap. 3 num. 5 cum ſeqq.* voluitque Barſat. *d. conſ. 260. ſub numer. 39.* & poſt alios Felin præſertim *num. 1. & 27.* Dec *num. (mihi) 4. cum ſ qq. in ca. cauſ. m quæ, 11. de teſtib* & poſt alios quoque Zoannett. *ad d l. ii. ſub num 23. cum ſeqq.* & Dec. *num. 53 & ſeqq. C de edend.* dum tractant, quæ acta pereant perempta inſtantia, & inſuper Dec. *in d ca quoniam contra, num 136* & poſt alios præclarè Monter. Aragon *dec. 12. num 51* latè Marant. *tit part. 6. actu. 10. numer. 6* appoſite ſubdens, *num. 7.* in materia actorum fieri ſolere diſtinctionē trimembrem (vt hic videre eſt) vt quædam ſint acta quę reſpiciunt litis ordinationem: ſintq; ie ea quæ modo appellarit acta iudicij quædam ſint quæ concernant veritatis indaginem: ſintque illa quæ prius nominarit acta litis ſiue cauſæ: quædam vero contingant litis deciſionem: ſintq; ie ſententiæ diffinitiuæ.

e. *Sunt communia*) Dec. late in *d l. 2. ſub num. 16. C. de edend.*

f. *Exemplaria.*) Actuarios teneri dare partibus actorum copiam, denegantesque cogi poſſe. Dec. latiſſ. extendendo & reſtringendo, *in cap. ex epiſtolę num. (mihi) 243. cum ſeqq. de probat. id inque num. 14 cum ſeqq.* poſt Oſaſ. & alios *in d l. ii. C de edend. & Aſin d clarando d §. 15 cap. 23.* Dec. *quoque in d. cap. quoniam contra, nu. 44. cum ſeqq. eod tit de prob.* docens eorum officium præſertim in tribus verſari, primo, vt vniuerſa acta iudicii conſcribant: 2. vt copiam tradant partibus: 3. vt apud eos ſeruentur originalia, ad quæ recurratur, occurrēte aliqua difficultate, quia inquit, quando exemplum diſcrepat ab originali, ſtatur originali, id quod latius cōprobat idem Dec. *in cap cum venerabilis, num. 34. de except.* & appoſite Felin. *in d. cap. quoniam contra num. 10.* Aſin. de his agens latius *d. §. 14. ca 23. Præſertim num. 2.* & ante eos Alex. *conſ. 105. numer. 1.* cum apoſtill. *lib. 2* & poſt Bald. *conſ. 409. num 1. lib. 3.* & Caſtrenſ. *conſ. 307 num 2. cum ſeqq lib 1.* Pariſ. *conſ. 28. num 21. cum ſeqq lib. 2. & conſ. 61. num. 2 lib. 3.* Boër. *dec. 252. num 7 in fin cum ſeq.* aliosque, Menoch. *de arbitr. iudic lib. 2. caſu 187. num. 1. cum ſeq.* vbi ſtandum potius inſtrumento authentico, deſumpto per duos notarios ex primo prothocollo (vt vocat) cœterato, quā ſumpto ex extenſo per eundem notarium rogatum.

g. *Semper certa*) Acta habere ſtabilitatem & firmitatem perpetuam, per *l geſta, 5. v. i doll. C. de re iud. & l. omniū. C. de teſta.* poſt Ignæ *in l iii §. ſiquis tabulas. nu. 80. ff. ad SC Sillanian.* aliosque Aſin *d. §. 14. cap. 27. num 6. cum ſeqq* ibidemque *c. 1. nu. 1.* VVameſ. *d. conſ 132. num 2.*

h. *Et producuntur.*) Iuxta acta enim ius dici, non autem ex extrinſecis, & non productis: conſtare enim iudici debere, vt iudici, non vt priuato, iuxta *l. illicitas, §. veritas, ff de offic. præſidis. l. h. c. autem in princ. verſ. conſtare liquereque pra tr. ff ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* cum ſimilibus congeſtis, Oſaſc. *dec. 1. num. 29.* vbi poſt Bald in *cap cum ſuper, in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propr* acta eſſe vehiculum ad ſententiam: & latius etiam hac de re ex ſententiæ Alex. *conſ 82. num. 11. l. b. 3. & conſ. 186. ſub num. 15. libr. 2.* aliosque. Quomodo autem & in quem finem ſecundum ſtylum curiarum Hollandiæ, iniungatur partibus actam producere, tradit Merul. *prax. lib. 4. diſtinct 4. ſect. 4. tit. 2. cap 1. nu. 8. & 10.* & latius *tit. 9 cap 1. & tit. 11. cap. 1.*

i. *Aſſumuntur teſtes*) Credi ſcripturæ actorū non habenti teſtium ſubſcriptionem, *per l. in donatio. ibi.*, *C. de donat. poſt gloſſ. ius in verb. duos viros*, aliosque, Felin. *in d. cap quoniam contra, numer. 12 de probat.* Mynſing *conſ. 9 n. 5.* VVameſ. *conſ. 132 ſub nu. 2.* Roland. *conſ. 70. nu. 11. li. 1.* licet in extraiudicialibus debeant teſtes adhiberi, vt ibidem *nu. 76.* docet diſtinguendo exactius Dec. ex com. vbi tamen *num. 75. ex com. quoque*, non requiri vt teſtes in contractibus ſe ſubſcribāt, ſed ſufficere, ſi notarius eos inſcribat, id quod voluit & idem Dec. *conſ. 458 num. 6.* poſt Alex. *conſ. 13 num. 8. l. b. 3.* quod duplatum fuit *conſ. 19. lib. 4.* Limitat autem priorem concluſionem quam com. dicit Marant. *d part 6. actu 10 ſub num. 23. cum ſeq.* vt acta coram iudice habeāt ſine teſtibus fidem publicam; aliter atque ſi fiant coram arbitro; etiamſi à notario conſcribantur, ſubdens hoc perpetuo ſignandum: tanquam eo ipſo multi poſſint annullari arbitrorū proceſſus; quod raro teſtes adhibendos conſiderent, ſed tamen per partes ipſas, teſtibus deficientibus, curantur acta ſubſcribi. Et hinc reſoluit ibi Marant. poſt Bald. *in l ne in arbitris, verſ. venio ad ver. C. de arb tr. per l quoniam, C. de hæret.* etiam per teſtes probari acta dummodo deponant de tenore ipſorum, intelligēdo tamen quando ſcripturam requirentia, inſcriptis celebrata fuerunt, ſintque deperdita, tunc enim probentur per teſtes (vt & per Dec. *conſ. 8 2. num. 2. in fin & ſeq*) aliter atque ſi nunquam fuerint conſcripta, quia cum non ſubſiſtant, fruſtra probentur. Verùm acta ſcripturam non requirētia, poſſe indiſcriminatim teſtibus probari, ſecundum Bald. *in l. emancipationem. ſub init. C. de fid inſtr.* aliosque cōmemoratos, voluitque Felin. *num 5 1. & Dec. num. (mihi) 254 cum ſeqq.* declarādo latiſſime, poſt alios, *in d cap quoniam contra*, & accuratiſſ. Aſin. *d. §. 14. c. 5 præſertim num. 7. & ſeqq.* Licet addat conſuetudinem ta-

nem tam in Italia quam extra inualuiſſe, vt acta in ſcripturam redigantur) rurſus *cap 6. & 7. præſertim num.* 2 Et ſecundum hæc exaudiendum puto, quod reſpondit Bald. *conſ.* 150. *num.* 4. *libr.* 2. acta cauſæ probari non tantum per ſcripturam, ſed & aliis legitimis documentis, puta per confeſſionem partis: quod item, ex ſententia Caſtrenſ. *conſ.* 60. *num.* 2. *lib.* 2 Mynſing. *d. conſ* 9. *num.* 12. poſſe acta probari per teſtes & adminicula, qui ibidem *num.* 7. quoque reſpondit, iudicem actis aliqua annotare omittentem, quæ poſtea probari, & expenſas in eo fieri oporteat, parti expenſas refundere obnoxium eſſe, id quod voluit poſt alios & Felin. in *d cap quoniam contra, ſub nu.* 55. ſed prius clauam (quod aiunt) ab Hercule extorſeris, quàm id genus aliquid apud nos obtinueris.

CAPVT CL.

De Stylo.

SVMMAE.

1 *Stylus Curiæ vbique obſeruandus eſt.*
2 *Stylus quid ſit primò.*
3 *Stylus non eſt de Iure.*
4 *Stylus quid ſit, ſecundò, tertiò.*
5 *Stylus circa quæ verſetur.*
Styli, & Conſuetudinis affinitas.
7 *Styli, & Conſuetudinis differentia.*
8 *Inſtructio ad* { *Principale, pertinet ad ſtylum Curiæ, vnde venit.* / *Appellationem, pertinet ad ſtylum Curiæ, ad quam venit.* }
9 *Styli diuerſitas, ſæpe ambiguitatem parit.*
10 *Stylus Curiæ ſpiritualis, non eſt ſeruandus in Curia ſæculari.*

1 IVdex in ſuis Sententiis (*a*) Interlocutoriis, debet ſeipſum regulare ſecundum Stylum Curiæ: ſic etiam debet regulare in Proceſſus deductione, (*b*) ſecundum Stylum, quia Stylus vim legis (*c*) habet: & ideo vbique conſiderandus & obſeruandus eſt, vt notatur, *l. Obſeruandum, ff. de iudic.* Ita dicit Bart. *in l. Iuriſperitorum ff de excuſat.* Tutor. & in *l. tertia, ff de Teſtib.* dicitque Bald. in *l Prima, C. quæ ſit longa conſuet. & in l de quibus, ff. de legib.*

2 Et ratio eſt, quia Stylus eſt Practica Curiæ vſu confirmata. (*d*) Et ideo, quando eſt quæſtio de Stylo, Iudex debet ſe de Stylo Curiæ informare (*e*) in Camera, priuſquam aliquem citatum curet. Ita dicit Iacobin de S. Georgio, in *d l de quibus, in ſua Repetitione, colum.* 2 *ff. de legibus.*

3 Sic Petrus & Cynus, *in l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet. dicunt*, quod de hoc Stylo non habeatur in Iure, (*f*) quamuis de hoc verbo, Stylus, textus habeat, in *l. Prima, C. de Sacroſan. Eccleſ.*

4 Vnde iidem dicunt, quod Stylus ſit regula, aut inſtitutio, qua vtuntur in Iudicio, ſuper inſtructionibus & deductionibus Proceſſuum, vel (vt aliis videtur) Stylus eſt ius non ſcriptum, ab vnius tamen Iudicis voluntate ſæpè vſurpatum aut ſtylatum. (*g*) ita tenet D Barth. à Chaſſe. in procemio conſuetudinum Ducat. Burgund. *fol.* 1 *num.* 8. Ideoque Stylus propriè locum habet in illis, quæ ſpectant ad 5
modum ordinandi Acta, & Sententias, & ad reliqua, quæ ſecundum Stylum ſcribuntur, vt notatur in *l.* 2. *§. Sed ſi, C. de veter. iur. enucle. & d. l. Prima, C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Stylus itaque & Conſuetudo magnam inter ſe 6
affinitatem habent, adeò vt ferè eadem eſſe videantur, quod vnum quandoque ponatur pro alio: (*h*) vt patet *in cap. Graui, extra, de falſ ad quod facit, l. Finalis, C de donat. & l. Teſtamenta, de teſtament. & l Veteribus, ff. de action. bus empt.* Differunt (*i*) tamen in hoc, quod Conſuetudo ex tacita voluntate, & vſu multorum introducitur, nempe, ex conſenſu totius populi, vel maioris partis eiuſdem populi Deinde, quod ipſa ad principale, atque ad principalis deciſionem ſeruiat. Stylus verò, 7
tantum ſeruit ad proceſſum inſtructionem, deductionem, & ordinem, proficiſcens quidem non ex populi arbitriis, ſed tantùm ex vnius Iudicis approbatione, ad Acta & ad Sententias

ſuo ritu

ſuo ritu & modo producendas, & conſcribendas, vt ſuprà diximus. Et qui plura, & abſolutiora de Stylo deſiderabit, is legat Angel. Aret. *in* §. *Ex non ſcripto, in 2 & 3. colum. Inſtitut. de iure natur. gent. & ciuil.*

8 Sed hoc loco notandum eſt, quod ſicut Proceſſus ſunt bifarij, ſcilicet, ad principale, & ad appellationem vel reformationem, ita quoque eorundē Proceſſuum inſtructiones ſunt duplices. Nam inſtructiones proceſſuum, ad principale ſiunt, & iudicantur, ſecundum Stylum Curiæ, (k) vnde venerunt & proceſſerunt. Inſtructiones verò proceſſuum adpellationis vel reformationis fiunt per Iudicem, ad quem appellatur, & ſecundum eius Curiæ Stylum. † Sed hic animaduertendum tamen 9 eſt, quod Styli diuerſitas aliquando generet ambiguitatem, vt Bald. in *l. Vn. ca. num. 1. C. de emend. iuſtit. ſed ſolio* 5. potiſſimum vbi claritas per aliud nō apparet.

Hinc fit, quod Stylus Curiæ Epiſcopalis ſiue 10 Spiritualis, non debet obſeruari (l) in Curijs ſecularibus, teſte Bald in *l. Certum eſt. numer* 11 *verſic. Stylus verò, C. vnde legit.* Sic nec etiā debet in Curia Flandriæ obſeruari Stylus Parlamenti Pariſienſis, nec ſupremi Concilij Mechlinienſis.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CL.

a. SEntentijs.) Morem & ſtylum iudiciorum obſeruandum, ſententiamque aliter latam nullā eſſe, per *l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omn. iud.* poſt Guid. *dec.* 292. *num* 2. Rebuff. *conſt. reg. tom. 3. tract. de conſ. vſ & ſtyl. art. 2. gloſſ* 13. *numer.* 44 & Gibr. *tit de ſentent. lib. 2. concluſ 7. num.* 21. & *poſt* Felin *in cap cauſam quæ.* 19. *ſub num* 11. *de teſtibus*, aliosque Oſaſc. *dec.* 22. *num* 6. addens poſt eundem Bald. *in l. vlt. C. quæ ſit long. conſuetud.* talem obſeruantiam haberi pro forma, nec ab ea recedendum eſſe, (vt id refert & Boër. *conſ.* 8 *ſub num.* 7.) imò nec à iudice remitti poſſe. poſt eundem Bald. *in authent. iubemus, in fin. C. de iudic & in tit. de milit. vaſall. qui conteſt. num.* 2 *in vſ. feud.* alioſque, Viui, de his copioſè agens, *dec.* 401 *ſub num.* 50. eademque de re etiam Rebuff. *d. gloſſ* 12. *numer* 22. *ad fin. vbi num.* 27 *ad fin* iudicem non ſeruantem ſtylum ſuæ curiæ facere litem ſuam, perinde ac non ſeruantem legem Teſaur. *dec.* 1. *ſub num.* 9. Viui. *dec.* 297. *num.* 7 Menoch *lib* 2 *præſumpt.* 8 *num.* 17. idēque *lib.* 5. *præſumpt.* 34. *num.* 6, poſt Felin. *in cap* 2. *in verb. ſtylus, ſub num.* 17. *de reſcr.* Iaſ. *in l.* 1. §. 1. *ff. ſiquis ius dicent. non obtemp.* Socin. in Fall. *reg* 301. *in princ.* Areletan. in annotat. ad Alciat. *in reg.* 2 *præſumpt.* 30. *ſub num.* 4. alioſque, appoſitè tradit, præſumi contra iudicem, qui aduerſus antiquam curiæ praxim & ſtylum, nouā citationis aut in ius vocationis formam inducit, vt ſi in ciuili & pecuniaria cauſa citari conſueuerit ſub pœna decem librarum; iudexque nouator citari iubeat ſub pœna eris & perſonæ. Adeoque poſt Bal *in l. de quibus, verſu ſin. verſ. item quæritur, ff. de leg.* ſcribit Bott. *in memorab in verb practica. verſ. hinc etiam*, & Zaſ *conſ* 12 *ſub num* 36 & *conſ.* 14. *num.* 75. *d. libr.* 1. quoties ſtylus infringitur, non valere quod agitur, vt in multis declarat Felin. *in ca. ij num.* 16. *cum ſeqq de reſcript.* Rebuff limitando, *d. gloſſ.* 12. *nu* 31. *cum ſeqq.* & Vant. *de nullit proceſſ. tit. de null. ex defect. citat ſub num.* 76. *cum ſeqq.* & *tit. de null. ex defect proceſſ. ſub num* 86. Boni enim ſtyli ſeruandi ſunt quia inuenti à peritioribus, & vbi prudentia, ibi mortua eſt pœnitentia, vt reſpondit Bald *conſil.* 352. *num.* 3 *lib.* 1. *per l. diuium.* 3. C. *de repud.* & *l. ſi auia,* 19 *C. de donat.* & voluit Zaſ. *d. conſ.* 12 *num.* 63. *cum ſeqq d. conſ* 14 *num.* 74. & *conſ.* 15. *num.* 28. *lib* 1. Alciat *de præſump* 30. *ſub num* 4. Molin. *ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 21. *num* 11 & *conſ.* 15. *num.* 15. Roland. *d. conſ* 4 *num.* 22. & *ſeq. lib.* 3. & *libr* 1. *conſ.* 70. *num.* 12. Rebuff *gloſſ.* 13. *nu.* 23. & 25. Men. *conſ.* 287. *num* 26 *cum ſeq.* VVameſ. *conſ* 185 *nu.* 6. Viui *dec.* 101. *ſub n* 49. & poſt Afflict. *dec.* 79. *ad fin. dec.* 135. *n.* 3 *in fin dec.* 391. *ſub n.* 5. alioſque copioſè Aſin. *ad ſtat. Florent. de mod proced.* §. 22. *c.* 16 *in* 3. *limit. n.* 1. *cum ſeqq* intelligendo tamen poſt Alex. *conſ.* 36. *ſub num.* 9 *lib.* 2. quo ad legum & ſtatutorū interpretationem; nam ſtylus & practica vnius curiæ, legum vel ſtatutorum contra ius commune derogationem inducere non poſſit, ſed eārum tantūmodo declarationem: exempli gratiā, lege cauetur, vt in cauſis iudicialibus, præterquam in breuioribus, libellus in ſcriptis detur, iuxta *authent. niſi breuiores, C. de ſent. ex breuic. recit.* neque tamen quæ ſint cauſæ breuiores deciſum eſt, illæ breuiores dicentur, quas eiuſmodi eſſe, curiæ ſtylus, & cōmunis practica declarauit, putà: quia in cauſis decē ſolidorum libellus in ſcriptis ex ſtylo curiæ nō datur: at verè ſi contra leges vel ſtatuta ſit: quia magiſtratus iuri dicundo præpoſiti, abolendi legem & condendi contra ius commune ſtatuta, ius non habent, per *l. formam, C. de offic. præfect. prætor.* & *not. in cap. vlt. de hæret. in* 6. id quod voluit & Roland. *conſil.* 4. *numer.* 36. *in fin. libr.* 13. non poterunt idem magiſtratus ſtylo aliquid, conſuetudineue inducere contra ius commune, vti comprobat & Dec. *conſ.* 677 *nu* 6. & *ad rubr. de conſuet. num. (mihi)* 16.

b. *Frø-*

Digitized by Google

b. *Proceſſus deductionem.*) In concernentibus non litis deciſionem, ſed ordinationem ſolummodo, iudicem ſequi ſtylum ſiue conſuetudinem ſui fori. Guid. dec. 262 ſub num. 1. & dec. 292 ſub num 2. Iaſ. in l. 1. num. 57. C. de ſumm. trinit. Rebuff. d. artic. 2. gloſſ 23. num 2. Vant. de nullit. proceſſ tit. de null. ex defect. proceſſ ſiue ord iud. num 56. Surd dec. 13. num. 8. & dec. 133 num 5. Amat. dec. 81. ſub num 9 Ant Fab. ex SC. lib 3. C tit. 1 definit. 22. aliique à me relati ad Damhoud. in loc com. par. tit. contractus & delicta, in verb contractus, ad fin.

c. *Vim legis*) Text. eſt etiam in cap. quàm graue, de crim. falſ Afflict. dec 135. num. 3. dec 153. ſub num. 4. Chaſſen. conſ. 68. num. 57. Pariſ. conſ 44. num. 8. & 17 lib. 1. Menoch conſ 100 numer. 74 conſ. 270. num 19. conſ 345 num. 52. & copioſius libr. 2. præſumpt. 8 num. 14 & ſeq Ludouic. Luc. dec 36 ſub num. 8 cum ſeq & poſt Rebuff. d tract. de conſ. vſ. & ſtylo. gloſſ 13. num. 22 Teſſaur. dec 1. num. 9. & poſt Roland. conſ. 70. num. 13. libr. 1. alioſque copioſè Viu. dec 401. num 49. & dec. 297 num. 1. Merul. prax. Holland. libr. 1. tit. 5. cap. 2. num. 2.

d. *Confirmata vel continuata.*) Vt poſt Bald. in l. vlt. C quæ ſit long. conſuet. alioſque comprobat & Rebuff. d tract. de conſuet. vſ. & ſtyl. art. 2. gloſſ. 13. ſub num. 9.

e. *Curiæ informare.*) Quando ſtylus concernit non deciſoria cauſæ, ſed tantùm procedendi modum, ſufficere iudicem ex officio, de eo ſumere informationes, docet ex ſententia Bart in l de quibus, in 4. quæſt. princ. ff de l g. aliorumque Menoch. conſ. 364 num 12 & d libr. 2. præſumpt. 8. num. 13. ſic quoque intelligendum addens Neuizan. libr. 3. ſyluæ nupt. num. 32. in fin Alex conſ. 82 num. 7. libr. 3 conſ. 14. num 1. vbi apoſtill. Molin declarando, lib. 5. alioſque relatos ab Aſin. ad ſtatutum Florent. de modo procedend. §. 22. cap. 16 in 3. limit. numer. 7. quibus addatur & Dec. declarando conſ. 447. ſub num. 10. cum ſeqq. Aufrer. ad dec. cap. Thol. 115. ad finē, Boër conſ. 8 ſub numer. 17 cum ſeq. Natt. conſ. 318 num. 3. Rebuff. limitando appoſitiſſ. d. gloſſ 13. num. 52. cum ſeqq. Ludouic. d dec. 36. numer. 15. cum ſeqq. Viu. latè ex SC. d dec. 297. numer. & ſeqq. Sed neque in tali ſtylo requiri quod ita fuerit obtentum in iudicio contradictorio addit Menoch. vbi ſupra poſt Crauett. de antiquit. temp. part. 4. num. 36 in fin & poſt eundem Crauet. conſ. 201. ſub num. 22. Ludouic. d. dec. 36. num. 22.

f. *Non habeatur in iure*) Refert & Boër. latius d. conſ 8. num. 6. in fin. cum ſeq. addens videri tamen tex. in l ſi quando, 3 in verb. & diligenti ſtylo ſigillatim omnia adſcribat, C. de bon vacan. libr. 10. ſubdens poſt Luc. ad illa verb. ibidem, quid ſtylus dicatur, de quo & Rebuff d gloſſ. 13. præſertim num. 3.

g. *Stylatum.* Rebuff, aliter quoque ſimul ſtylum definiens, d. gl. 13. ſub n. 9. Boër. d conſ. 8 nu. 2.

h. *Ponatur pro alio.*) Dec. ad Rubr. de conſuet. num. 13. in fin. Boër. d. conſ 8 num 1. Rebuff. d. art 2 gloſſ. 13 num. 4 & 12 in fin.

i. *Differunt*) Dec. in cap. ex literis num. (mihi) 28. de conſtit. & latius ad d. Rubr. de conſuet. num. 14. cum ſeqq & conſ 11. num. 11. Marſil. conſ 8 num. 27. lib. 1. Boër. latè declarando & limitando, d. conſ. 8. ſub num. 3. cum ſeqq. Aſin. d. §. 22. in 3. limitat. cap. 16 num. 5. Rebuff. lex differentias explicando, d. gloſſ 13. num. 12. cum ſeqq. latè itidem Menoch. d 2. libr præſumpt 8 num 2. cum ſeqq & conſil. 187. num. 56. & nouiſſ. Marilian. ex SC. dec. 51. num 8, Merul d. lib. 1. tit. 5. cap. 2. num. 1.

k *Curiæ ſtylum*) Neque enim ſtylus ligat generaliter, ſed tantum in curia in qua viget, vt poſt Bald. in adducta l certum, num. 11 C. vnde legi. docet Rebuff. d gloſſ 13. num. 56. & vt ibidem num. 21. poſt Bald. in l ſi quis intra, C. de bon. dam. ſtylus habet vim conſuetudinis in illa curia, in qua eſt præſcriptus, & maximè debet ſeruare iudex ſtylum curiæ, vt poſt Iaſ num. 2 in l ſi domus, §. in pecunia, de legat. 1. alioſque Reb in eadem gloſſ. 13. ſub num 22 & 14. Imò quando conſuetudo eſt notoria, vt accidit cum viget in curia, iudicem debere, licèt à parte non opponatur, ex officio ſupplere, Viuid. dec. 297. num. 6. poſt Bald. in fin. Alex. in princip. in l. 1. C. vt quæ deſ. aduoc. part. alioſque.

l. *Non debet obſeruari.*) Iudicem ſæcularem non teneri obſeruare ſtylum curiæ epiſcopalis, nec econtra, Rebuff. d. gloſſ. 13. ſub num. 56. poſt Aufrer ad dec Tholoſ. 115. ad additionem ad repertor. Mil. in verb. ſtylus, alioſque. Sed & ſtylum curiæ ſæcularis recipere interpretationem primò à iure ciuili; cur æ verò eccleſiaſticæ à iure canonico, ſcribit ibidem d. gloſſ 13. num. 20. Rebuff poſt Panor. in cap. ex literis, de conſtit. Neque tamen alias curias habere pro iure communi id, quod ſeruatur ſingulariter in curia Romana, tradit inibi d gloſſ 13. num. 57 Rebuff. poſt Bald. in cap. ij. ſub num 1 de fer allegans inſuper Gomez in proœm. reg. cancellar. qui tamen ibidem in 2. quæſt. verſ. 4. pro iſta parte, verſus fin docet apertè contrarium, quod ſtylum iudicandi Romanæ eccleſiæ ſeruare teneantur inferiores eccleſiæ, poſt Cardinal. in clement. quamuis, in princ de appell. alioſque, vti & ſtylum Papæ pro iure haberi, reſpondit Roland. conſ. 46. num. 16. libr 1. Veruntamen ſententiæ deciſiones Rotæ latam, non propterea dici nullam poſt Felin. in cap. 1. num. 12. verſ ſcias. etiam de ſent. & re iudic. Gaſſador dec. 17 num. 3. de præbend. alioſque Gabr. lib. de ſentent. lib. 2. concluſ 7. num. 22 adeoque priorem hic ſententiam exiſtima veriorem. Nam & deciſionibus rotæ Romanæ tantum eſſe tribuendū quantum ratio ipſa vrget, ſcribit poſt alios & Menoch. lib. 2, præſumpt. 71. num. 14. Ideoque Neuizan. ſyluæ

nuptial.

Digitized by Google

nuptial. *lib* 5.*nu.*62, longè lateque in eam rem diſſerens, ſolummodo hortatur iudices inferiores, vt ſe conforment cum opinionibus rotæ Romanæ, aliarumque ſupremarum curiarum; eaſque ſequi potius conſilij quam neceſsitatis eſſe cenſet.

* *Nec ſupremi concilij.*) Quælibet enim curia communiter ſuum habet ſtylum: licèt autem in verbis quilibet ſtylus ſit diuerſus; in effectu tamen virtute, & ſubſtantia idem ferè ſunt, vt poſt alios tradit Rebuff. *d. gloſſ* 13. *ſub num.* 57. *cum ſeq.*

CAPVT CLI.

De Iuramento Calumniæ.

SVMMAE.

1 *Iuramentum de Calumnia quid ſit, & quomodo fiat.*

2 *Iuranti de Calumnia competunt quinque:*
- *Quod credat ſe agendo, vel defendendo, bonam habere cauſam.*
- *Quod interrogata vera non negabit.*
- *Quod nulla falſa probatione vtetur.*
- *Quod nullam Dilationem in fraudem ſit petiturus.*
- *Quod Iudicem muneribus non corrupit, vel corrumpet.*

3 *Iuramentum de Calumnia præſtandum, poſt Litiſconteſtationem.*

4 *Iuramentum Calumniæ ante Litiſconteſtationem omiſſum, repeti vbique poteſt.*

5 *Iuratur ante Litiſconteſtationem,*
- *Quando ob contumaciam aliquis mittitur in Poſſeſſionem.*
- *In Exceptionibus, iuratur de malitia.*
- *In Appellationibus.*
- *In cauſis, vbi Litiſconteſtatio non eſt neceſſaria.*

6 *Iuratur de Calumnia, ob tres cauſas:*
- *Vt Partes probationibus exonerentur.*
- *Vt veritas certior clareſcat.*
- *Vt calumnioſè agenda, ac defendenda vitentur.*

Iuramentum, aliud eſt
- 7 *Deciſorium, ſ. quando iuratur ita eſſe, vt petitur.*
- 8 *De malitia, ſ. quod præſtatur in Exceptionibus.*
- 9 *De Calumnia non quærenda. Et huius* } *Forma.*
- 10 *De veritate dicenda. Et huius* }

Iuratur de Calumnia in
- 11 *Cauſis non Spiritualibus.*
- 12 *Criminalibus cauſis.*
- 13 *Cauſis mixtis.*
- 14 *Cauſis Appellationum*
- 15 *Cauſis Iuriſpatronatus, dubiè tamen.*
- 16 *Cauſa leuiuſcula.*
- 17 *Proceſſibus vltra triennium ſuſpenſis, iuratur ſecundò.*
- 18 *Mutatione Iudicis intra triennium.*
- 19 *Non in mutatione rerum incidentium.*
- 20 *Omnibus exceptionibus.*
- 21 *Prætoriis ſtipulationibus.*
- 22 *A partibus principalibus.*
- 23 *A Tutore, Curatore, Oeconomo, &c.*
- 24 *Ab Epiſcopo, Archiepiſcopo, Orphanotropho.*
- 25 *Non à Procuratoribus communibus.*
- 26 *Ante Litiſconteſtationem ſæpius.*

27 *Iuramenti de Calumnia expreſſa per Iudicem forma.*

28 *Pœna nolentium iurare de Calumnia.*

In
- 29 *Curiis Spiritualibus,*
- 30 *Concilio Flandriæ,*
- 31 *Concilio Mechlin.*

} *Non iuratur de Calumnia.*

32 *In magnis his Conciliis, vtuntur Iuramento de Malitia.*

33 *Differentia inter Iuramentum Calumniæ, & Malitiæ.*

QVoniam ſuprà capitibus 120. & 40. de litiſconteſtatione meminimus poſtquam iurari conſueuit de Calumnia, ideo competenter & hic, de eo Iuramento Calumniæ nobis loquendum erit.

1 Eſt autem Iuramentum (*a*) de Calumnia, cũ quis iurat ſe bona fide, & non animo calumniandi agere, vel reſpondere, egiſſe, vel reſpondiſſe: & quod Lis, quam intendit Actor contra Reum, ſibi Actori iuſta videatur Et contra, quod Actoris petita ſibi Reo videantur iniuſta, & quod ad ea petita non obligetur, *ca. 1 ext. de iurament. calum.* & ibi bona gloſſa, in verbo, Criminali.

2 In hoc itaque Iuramento de Calumnia, quinque (*b*) omnino ſunt neceſſaria. Primũ, quod credat in agendo aut in reſpondendo ſe bonam habere & ſuſtinere cauſam. Secundum, quod interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit Tertium, quod nullis falſis vtetur probationibus. Quartum, quod nullam dilationem in fraudem ſit petiturus. Quintum, quod pro ſuæ cauſæ fauore, neminem muneribus corrumpet, hoc eſt, quod nec dedit, nec dabit nec promiſit, nec promittet, directè, aut indirectè aliquid pro ſua cauſa niſi illis perſonis, quibus Leges dare permittunt, *l. 2. C. eod tit. & Authentica*, Principales, & in Authentic. *vt litigan. iurent. in principio, coll. 9. §. 1.*

3 Hoc autem Iuramentum de Calumnia, & ilicò & generaliter præſtandum eſt, poſt Litiſconteſtationem, (*c*) *c. Cum cauſam, in fine extra, eod. tit. & ca 1. & 2. & c. Dubium, 2. il i.* Lite verò coram nobis legitimè conteſtata, præſtitoque Iuramento *& l. 2. C. eodem, & l Rem non nouam, in medie legis Cod. de iudic.*

4 Et ſi tacite vel negligenter hoc Iuramentum ab initio fuiſſet omiſſum, idem poſtea (*d*) in quamcunque partem Iudicij repeti, & in eadem exhiberi poterit, vt iuretur.

5 Incidunt tamen nonnunquam Caſus, (*e*) id quibus etiam ante Litiſconteſtationem, de Calumnia iurari poterit, ſcilicèt, cum propter rei contumaciam, facienda eſt miſſio in Poſſeſſionem, vt ſuprà dictum eſt *de 1. & 2. decreto, cap. Praterea*, in Exceptionibus iuratur ante Litiſconteſtationem, ſed non de Calumnia, verum de Malitia. Item, in cauſa Appellationis. Et breuiter: Vbicunque non eſt neceſſaria Litiſconteſtatio, ibi ante Litiſconteſtationem iurari poteſt de Calumnia.

6 Pro clariori autem huius iuramenti notitia, notandum eſt, quod multipliciter iuretur de Calumnia, potiſſimum ob tres cauſas (*f*) Primo, ſcilicet. vt Partes à probationibus exonerentur, vt Veritas cauſæ certius manifeſtetur, & vt calumnioſè agenda, ac defendenda euitentur, *l. 1. C. eod & in Auth. de his qui ingr ad appell §. Fi. colu. 5.*

7 Secundò, notandum eſt, quadruplex eſſe genus Iuramenti. Primum enim eſt iuramentum deciſorium, ſcilicet, quando ſuper principali negotio iuratur, rem ſcilicet, ſic eſſe vti petita fuerat. De quo Iuramento hic nihil tractabimus, quod de eo latiſſimè tractetur in *c. Fin, ext. de Iuram. & le. Generaliter, C. de reb. credit.*

8 Secundum vocatur Iuramentũ de malitia, quod hoc fere præſtatur ſuper exceptionibus, vel cum aliquid loco exceptionis proponitur, & præſtatur, vel ante Litiſconteſtationem, vel etiam poſt Litiſconteſtationem. Imò etiam in quacunque parte litis, quando præſumptio eſt contra aliquem, quod aliquid ab ipſo malitioſè ſit propoſitum, *l. Theſaurus, ff Ad exhibend. & c. dil. fili extra de elect.* Et poteſt Iudex hoc iuramentum exigere, non obſtante, quod de veritate dicenda, & de Calumnia prius iuratum fuiſſet.

9 Tertium Iuramentum, eſt iuramentum de Calumnia, ſcilicet vitanda. Quæ interpretatio etiam locum habet, in illo Pauli: Propter Fornicationem autem (ſcilicet vitandam) vnuſquiſque ſuam Vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat, 1. *Cor. 7.* Vti etiam, *c. Nerui teſticulorum, 3. diſt. not. ad finem*, Hoc iuramentum eſt, de quo hoc capite agimus: cuius forma his cõceptis verbis, aut ſimilibus exprimi poteſt. Ego N. iuro, quod ea quæ peto, non calumnioſè petam: ſed credo, & exiſtimo, me illa iuſtè, & ex iuſta cauſa petere: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

10 Quartum Iuramentum, eſt Iuramentum de Veritate dicenda. Cuius forma erit iſtiuſmodi: Ego N. iuro, quod reſpondebo, & dicam veritatem, ſuper quibus interrogatus fuero, & quod nihil contra Conſcientiam negabo, quodq; ſciens nullam Probationem, nullum Teſtimonium, nullum falſum Inſtrumentum producam, ſic me Deus adiuuet. De hoc Iuramento habes. *leg Iuſiurandum, Cod de Teſtibus*, Porrò ſi qua alia Iuramenta in Iure reperiantur, ea facile ad iſta quatuor genera reducuntur.

11 Sed hoc loco quæri poterit in quibus Cauſis iurandum ſit de Calumnia, & in quibus non. (*g*) Ad quod reſpondendum erit, quod in omnibus cauſis (exceptis cauſis ſpiritualibus) iuretur de calumnia.

12 In cauſis vero Spiritualibus, non iuratur de Calumnia, (*h*) ſed tantum de veritate *ca literas extra, eodem.* Vide hic bonam gloſſam, in verbo, Rebus ſpiritualibus.

13 Item, in cauſis Criminalibus, iuratur de Calumnia (*i*) vt notatur, *ext eodem, cap.* & ibi vide gloſſam *in verbo Criminali.* In cauſis item mixtis, vt *cap Tua, extr. de procurat. & cap ſuper his ext. de accuſat.*

14 In cauſa quoque Appellationis (*k*) iuratur de Calumnia, ſi petatur, *leg 2. in principio Cod. eodem*

& in

Digitized by Google

& in Authent. De his qui ingred. ad appell. §. illud, leg, Qui bona §. final ff. de dam. infect. c Primo ext. eodem.

15 In cauſa vero iuris patronatus, dicunt quidam nō iurari de Calumnia: ſed de Veritate, quod, ſcilicet, ea cauſa ſit annexa Spiritualibus, *c. Ad aures, ext. de iure patrona.*

16 In cauſa itidem leuiuſcula, dicunt etiam quidam non iurari de Calumnia, quod in ea ſententia ſine ſcriptis lata teneat, & quod aliæ ſolemnitates, propter exiguitatem cauſæ omittantur, *Authētica, Niſi C. de ſent ex bre. recit.*

17 Item, iuratur de Calumnia, in Proceſſibus ſuſpenſis vltra triennium, & tunc denuò repetitis.

18 Item, ſi in medio triennij, contingeret Iudicem mutari, ac deponi. In Quæſtionibus verò incidentibus, vel caſu emergentibus, non videtur iurandum eſſe de Calumnia, cum in principali prius iuratum ſit.

19 Eiuſdem enim iuris ſunt iurare in principali, & iurare in acceſſorijs, *c. Prudentiā in fin. ext. de offic. delegati.* Et quia ſemel tantum. *Authent. In iuſto. C. eodem.*

20 Sed hoc tantùm verum eſt in eadem cauſa. In omnibus item Exceptionibus, imò etiam declinatorijs, iurandum eſt de *Calum. l. Prima. C. eodem. & probatur l. De die, §. Finali, ff. Qui ſatiſdat. cogan.*

21 Item in Prætorijs ſtipulationibus, iurabitur de Calumnia. *l Prima, C. de iurament. Calumnia, l. Prætor in principio, ff de dam. infect. & d. l Qui bona §. Finali.*

22 Secundo, quæri poteſt, à quibus iurandum ſit de Calumnia? Ad quod reſpondēdum eſt, quod principalis perſonæ debeant ſic iurare, vt primo actor & poſteà Reus, *l. 2. §. 1. & 2. C. eodē, & c. 3. & c. Caterùm, ext eodem.*

23 Secundò, principalium loco iurabunt, Tutor, Curator, Oeconomus. (l) Syndicus, Actor, & Procurator Vniuerſitatis, *(m) l. 2 C. eodem. & Authent, Principales, & §. Finali, inſtit. de Curator.*

24 Item, Epiſcopi & Archiepiſcopi & Orphanotrophi, & omnes alij, qui legitimam minorum habent adminiſtrationem, vel à Magiſtratu, vel à Iudicis authoritate. l. Orphanotrophos, *C. de Epiſcop. & Cleri.*

25 Dixi iam de Procuratore Vniuerſitatis, quia alius Procurator non iurat *(n)* de Calumnia, *l. 2. §. Sin autem, C. eodem.*

26 Tertio, quæritur quomodo, *(o)* & quando iurandum ſit de Calumnia, ad quod reſpondetur, quod ſtatim poſt litem conteſtatā, Iudex Actori ſic proponere, ac iuramentum exigere ſoleat.

27 Tu N. iuras hic, quod non calumnioſè petas, ſed quod credas, te iuſtè petere? Ad quod Actor ſtatim reſpondebit, ita iuro. Tum Iudex ſecūdò iuras etiam, quod Veritatem reſpondebis ſuper his, ſuper quibus interrogaberis, quodque nihil contra Conſcientiam negabis? Ad quod Actor dicet, ita iuro. Tum Iudex tertiò dicet: Iuras etiam, quod ſciens, ac volens non vteris vllis falſis Probationibus, falſis Teſtibus, falſis Inſtrumentis, aut aliqua alia falſa Probationis ſpecie? Ad quod Actor reſpondebit; Ita iuro. Quarto, Iudex dicet: Iuras, quod nō corrupiſti Iudicem, neque corrumpes vel Graphiarium, vel Tabellionem, quodque nec dediſti, nec dabis nec promiſiſti, nec promittes, directè, aut indirectè aliquid per te, vel per interpoſitam & mediam perſonam, pro hac cauſa tua, vt ſententia feratur pro te, niſi illis perſonis, quibus iura dare permittunt, ſcilicet, Notario, Aduocato, & ſimilibus alijs Ad quod Actor reſpondebit: Ita iuro. Quintò dicet: Iuras quod Dilationem Litis differendæ cauſa non petes? Ad quod Actor reſpondebit; Ita iuro. Et quod hic de iuramēto Actoris diximus, idem quoque de rei Iuramento faciendū erit, mutandis pauculis tantùm verbis. Primum probatur per *l 2. in primo verſic. & Actor. C. eodem, & Authent Hoc Sacramentum, & §. Item, Actoris, Inſtitut. de pœna temer litig* Secundum probatur, per Authenticam In iſto Sacramento, *C. eod,* Tertium intelligendum potius eſt fieri de conſuetudine, quā de iure. Nam de iure debet dici ſic. Tu iuras, quod nullam probationem exiges, niſi quam pro veritate credes fore neceſſariam? vt in *d. Authentica, In iſto Sacramento, C. eodem, Quartum item habetur, l. 2 C. eodem. & Authentica. Principales,* Quintum habetur etiam, *l. 2. in principio verſic. Reus. C. eodem,*

Pœnæ autem partium nolentium, ad dictum modum iurare de Calumnia, erunt iſtæ. *(p)* Actor qui 28
de Calumnia, vel de veritate dicenda iurare noluerit, ab inſtituta cadit Actione, per ſentētiam Reus item nolens iurare de Calumnia, vel de veritate, condemnandus erit, quia tunc actoris petita, pro confeſſis habentur, *l 2. §. Quod ſi Actor. & §. Si autem Reus, C eodem, c. Finali, ext. eodem, in Authētico. vt litig. iur. §. 1.*

Sed hic notandum eſt, in varijs Curiis variam 29
eſſe Praxim. In Curijs enim Spiritualibus, & etiam in nonnullis alijs Curijs, non vtuntur iuramentis de Calumnia, ſed pro eo vtuntur Litiſconteſtatione, per quam faciunt partes iurare de Calumnia, hoc eſt, (vt ſæpe diximus, affirmabunt partes in ſuis Conſcientiis, quod putent ſeſe habere bonum ius, ac iuſtam fouere cauſam, quodque eam nō ſuſtineant ad calumniandum.

In Flandriæ verò Prouinciali Concilio, & in 30
magno Mechlinienſi Conſilio, hoc Iuramento non vtuntur, *(q)* fortaſſis quia timendum ſit, ne partes huiuſmodi prædictum Iuramentum præſtando,

Digitized by Google

ſæpe peierarent, & contra Præceptum Diuinū pec-cantes, ſuam perderent Animam potius, quàm Litem. Aut fortaſſis tale Iuramentum non admittunt ex Conſuetudine, nec in Ordinariis, nec in ſummariis Iudiciis.

31 Attamen ibidem benè vtuntur, durante Proceſſu, Iuramento malitiæ, hoc eſt, quo iurent ſeſe extraordinarias Dilationes ad calumniandum, non petituros, vel accepturos, neque etiam impertinentes Exceptiones, ac productiones ad Proceſſum, ſiue ad Iudicium differendum, aut ad ſuas partes vexandum, propoſituros, & allegaturos. Et pro his melius intelligendis, notanda eſt hæc differentia (vt etiam paulò ante diximus) inter Iuramentum Calumniæ, & Iuramentum Malitiæ: (r) quod Iuramentum Calumniæ, datur & conceditur duntaxat ſemel, & ſtatim poſt Litiſconteſtationem Iuramentum vero malitiæ datur & conceditur toties quoties Iudici æquum & iuſtum, & expedire videbitur, non minus ante, quam poſt Litiſconteſtationem.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CLI.

a. *Eſt autem iuramentum.*) Socin. copioſiſſ. *ad rubr. extr. de iuram. calum. num.* 1. & 2. adde Sichard ad rubr. *C. de iureiur. propt. calum. num.* 4.

b. *Quinque.*) Refert & Marant. *de ord. iud. part. 6 actu. 1 de iurament. num.* 10. Sichard. poſt gloſſ. & alios, *ad rubr. C. de iureiurand. propt calum. num.* 5. & poſt VVurmbſer. *de iurament. calum. titul.* 14. *obſeru.* 5. & *obſer.* 8. aliosque Merul. prax. Holland. *lib. 4. diſtinct. 4. ſect. 3. tit. 8. cap. 6 cum ſeq.*

c. *Poſt litis conteſtationem.*) Marant. *d part 6 actu. 1. num.* 1. Gail. rationem addens, quod non intelligatur calumniari qui nondum ſuſcepit iudicium & quia ad totam cauſam pertineat, quæ poſt litis conteſtationem, in iudicium propriè deducta cenſeatur, *libr.* 1. *obſ.* 74. *numer.* 12. & *obſ.* 85. *numer.* 1. Socin latiſſ. *in cap.* 1. *numer* 15. *de iuram. calum.* Merul. *d, libr.* 4. *diſtinct.* 4. *ſect.* 3. *tit.* 8. *c.* 5. *num.* 5.

d. *Omiſſum, idem poſtea* Merul. *d. tit.* 8. *cap* 2 *p* 5. *ſub numer.* 5. voluitque Socin. *in cap. vlt. num.* 26. *verſ.* 1. *declaratio, eſt de iuram. calum.*

e. *Caſus*) Tractat eiuſmodi caſus Mar. *d tract* 1. *numer.* 5. *ſeqq.* Sichard *ſub numer.* 1. *cum ſeqq ad d. rubr. C. de iur. propt. calum.* Gail. *d. obſ.* 85. *ſub numer.* 1. & remiſſiuè & *d. obſeru.* 73. *numer.* 12. *in fin.*

f. *Cauſas.*) Socin *ad d. rubr. exempt. de iureiur. calumn. verſus fin. præſertim numer.* 17. & *ad cap. vlt numer.* 29. dum de effectibus eiuſmodi iuramenti tractat. *eodem tit.*

g. *Et in quibus non*) Socin. latiſſ. declarando & limitando, in adducto *cap. literas, numer. 6 cum ſeqq.* & *in cap. vlt. num.* 49. *cum ſeqq. de iuram. calumn.* additur & Menoch. *de arbitr, iud. lib.* 1. *cap.* 20, *ſub numer.* 2. *cum ſeqq.*

h. *Non iuratur de calumnia.*) Imò licet ſecundum tempora adducti *c literas. de iuramento calumniæ,* non iuretur in ſpiritualibus de calumnia, ſed de veritate: tamen hodie expeditum eſt, iuxta *cap.* 1. *ad fin. eodem tit. in* 6, vt etiam in ſpiritualibus præſtetur iuramentum calumniæ, ſed ſimul cum veritatis iuramento, vt docet latius poſt alios Socin. *in d. cap. literas. numer.* 6. *verſ.* 3. *procedit etiam.* Bald. *in l. ſi poſt ſub numer.* 1 *C. de edict.* quod hodie iſtud iuramentum, calumniæ cōtemnitur, vt non æſtimetur vno obulo; quia facti ſimus cōtemptores Dei, & religionis eius, id quod referens Marant. *de ord. iudic. part.* 6. *tit de iurament numer.* 11. vnde ego puto, inquit, quod litigatores noſtri temporis, potius iurant de calumnia committenda, quàm vitanda & ideo melius eſſet, vt iſtud iuramentum ex toto tolleretur à iudicio, cauſa vitandi tot periuria, & quæ ſequuntur. Scribit tamen aſſeueranter Sichard. ad *rubr. C. quæ ſit longo conſuet. ſub numer.* 12. quia de iure improbetur conſuetudo, per quam remitti poſſit iuramentum calumniæ, vt eſt in Saxonia; ideo eam vt irrationabilem & inhoneſtam, ſeruari non debere per *d. cap. cæterum. de iur. calumn.* & quia hoc fuerit inductum fauore veritatis, & ad excludendam hominum calumniam, vt poſt pract. Ferrarienſ. *in form. libell. in action. real. in verb. per ſacramentum calumniæ, numer.* 8. Roman. *ſingul.* 413 Matheſ. *ſing. l.* 65. aliosque reſpondit & Roland. *conſil.* 71 *numer.* 10. *libr.* 1. Caſt. *in mem. rub. verb. iuramentum calumniæ ſub init.* VVurmbſer *tit.* 14. *obſeru.* 2. *ſub init.* Kirchoui. *com. opin. verb. iuramentum calumniæ D. cet. verſ. quod adeo,* Men *de arbitr. iud. lib.* 1 *quæſt.* 20. *numer,* 4. Gail. *libr.* 1. *obſeru.* 85 *numer.* 3. *cum ſeqq.*

i. Crimi-

Digitized by Google

i. *Criminalibus iuratur de calumnia*) Socin. latiſſ. *in d. cap. literas, num. 7. præſertim ad fin. & ſub n. 16. verſ. 9.* Fallit idemque in repetitio. *cap. qualiter & quando, num 119. cum ſeqq de accuſat.* Marant. remiſſiuè *d. actu, 1. num 4.* VVurmſer. *d. tit. 14. obſ. 4* Clar. reprobans huiuſmodi praxin ceu manifeſtam periurii occaſionem, *lib. 4 recept ſent. §. fin. n. 9.* Kirchou, *com. opin. verb iuramentum c. lumnia licet, ad fin.* Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap 12. num. 4. in fin. cum ſeq.* vbi præclarè Soar. *ad verb. ego teneo indiſtinctè,* 1. ſi non qua itur, inquit, ſed qua eundum eſt, vt optimi quique auctores præcipiũt, ſpectemus, & veritatem nudam ac ſimplicem multis multorum opinionibus anteponamus, nuſquam huiuſmodi iuſiurandum in criminum examine deferendum erit: cum & procul dubio iniuſtiſſimè iniuſta offeratur conditio, vel ſeipſum turpiter damnandi vel periurio ſuſcepto crimen ante patratum augendi; & quæ ſequuntur. Damnatque eandem opinionem apud Batauos Merul in praxi *d. libr 4. diſtinct. 4. ſect. 3. tit. 8. cap 8 num. 5* atque ego ſemper ſciui probos & doctos iudices eiuſmodi iuramenta auerſatos.

k. *Appellationis.*) Etiam ſi iuratum fuerit in cauſa principali, Marant. *d caſu 1. num. 9. per tex. in c. ij. in init. de iuram. cal. in 6.*

l. *Oeconomus.*) Ac cœteri alieni patrimonij adminiſtrationem habentes etiam ſine ſpeciali mandato, per *tex. in l. ij. §. quod obſeruari,* & inibi Bar. communiter receptum, *C. de iureiur. propt calum.* Couarr. poſt alios quoque commemoratos, *var. reſolut. lib. 1 cap. 6. num. 6. verſ. 9. erit.* Fichard. in Annot ad Viilal. *in com opin lit. I num. 159.*

m. *Procurator vniuerſitatis.*) Idemque in procuratore fiſci de iure verius videtur, vt voluit Luc. de penn, *in l inſtas, C. de iur. fiſc. libr.* 10. & exactè Gail *lib. 1 obſ. 90. numer. 2. cum ſeqq.* ubi tamen ſecundum doct. communiter hoc conſuetudine non obſeruari, neque etiam in camera Imp. vt docet & Mynſinger. ex SC. *cent. 1. obſ. 74. tota.* idemque copioſius Surd, etiam ex SC. iuſta *dec 18 præſertim ſub num.* 10. Merul. è ſtylo Batauorum, *d. tit. 8. cap 4. num. 3.*

n. *Procurator non iurat*) Imò de iure procuratorem ſpeciale mandatum ad hoc iuramentũ habentem, non ſolum in domini, ſed & in propriam animam iurare debere, per text. *in l. ij. in princ. & §. vlt.* vbi communiter doct. *C. de iureiur. prop. calum.* Marant. declarando *d. actu 1. numer.* 8. Gail. etiam latius declarando, *d. libr. 1 obſ. 89. numer. 1. cum ſeq.* Surd. *d. dec. 18 num. 3.* Grauat ad praxin Veſtr. *libr. 5. cap. 2. ad verb. et ſi pars, num. 15.* Merul *d. tit 8 c. 4. num. 1. & ſeq.*

o. *Quomodo.*) Declarat è ſtylo ſuo etiam Merul. *d. tit. 8. cap. 5 toto.*

p. *Erunt iſta.*) De pœnis his tractat Socin. latiſ *in d. cap. vlt. numer. 30. cum ſeqq. de iur. calumn.* Marant. *de contum. numer. 18 & d actu. 1. numer 6.* Roland. *d. conſ 71. num. 11. lib. 1.* Gail *d. lib. 1. obſ. 86. ſub numer. 1. cum ſeqq.* Merull. *d. tit* 8. *cap. 9 numer. 1. cum ſeqq.*

q. *Iuramento non vtuntur.*) Quemadmodum nec in curiis ſecularibus Franciæ iurari de calumnia teſtatum reliquit Rebuff, in proœmio, *conſtitut. reg gl. 5. ſub num.* 50. ſubdens, ſic parum ſeruire, *rubr. de iuram propt. calum. dand* quamuis iura dicant non poſſe hoc iuramentum expreſsè remitti, vt ibidem *in l. ij.* nec valere conſuetudinem, *vt cap cœterum, de iuram. calumni & c p. 1. §. 1 eod. tit. in 6.* quia paſſim partes calumniam exercebant non obſtante iuramento, ideo noluerint eas adigere ad iuramentum, ne plus peccarent, Sed antea quoque idem generaliter dixit Bald. *in l. ſi poſt ſub num. 1. C. de euict,* quod hodie iſtud iuramentum, calumniæ cõtemnitur, vt non æſtimetur vno obulo; quia facti ſimus cõtemptores Dei, & religionis eius, id quod referens Marant, *de ord. iudic. part. 6. tit de iurament. numer.* 11. vnde ego puto, inquit, quod litigatores noſtri temporis, potius iurant de calumnia committenda, quàm vitanda & ideo melius eſſet, vt iſtud iuramentum ex toto tolleretur à iudicio, cauſa vitandi tot periuria, & quæ ſequuntur. Scribit tamen aſſeueranter Sichard. *ad rubr. C. quæ ſit long, conſuet. ſub numer.* 12. quia de iure improbetur conſuetudo, per quam remitti poſſit iuramentum calumniæ, vt eſt in Saxonia; ideo eam vt irrationabilem & inhoneſtam, ſeruari non debere per *d. cap. cœterum. de iur. calum.* & quia hoc fuerit inductum fauore veritatis, & ad excludendam hominum calumniã, vt poſt pract. Ferrarienſ. *in form. l. bell. in action. real. in verb. per ſacramentum calumniæ, numer* 8. Roman. *ſingul. 423* Matheſ *ſingul. 65.* aliosque reſpondit & Roland. *conſil. 71 numer. 10. lib. 1* Cott *in memorab. verb. iuramentum calumniæ ſub init.* VVurmbſ *tit. 14. obſeru. 2. ſub init.* Kirchoui. *com. opin verb iuramentum calumniæ licet, verſ. quod adeo,* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1 quæſtione, 20. numer, 4* Gail. *libr. 1. obſeru 85. numer. 3. cum ſeqq.* vbi tamen poſt Socin. præclarè *in d. cap. cœterum, numer.* 8. poſſe talem conſuetudinem ob hominum peruerſitatem valere, vt cum experimento apparet, homines communiter obtinendi aut vincendi cupiditate falſum iurare; tanta enim, ſubdit Gail. facilitate & leuitate, hoc iuramentum paſſim in iudicijs, tam à partibus, quam earum procuratoribus præſtatur, vt planè in contemptum abierit iuramenti religio, adducens in hoc verba priùs hic relata ex Bald. & Marant. & confirmans pluribus à Socin. allegatis: deinde cum eodem concludens, conſuetudinem tollentem iuramentum calumniæ in dubio eſſe contra rationem, & pro-

Digitized by Google

& proinde allegantem rationem eius probare eam oportere, puta, quod tacito populi conſenſu, ad periuria euitanda, introducta ſit, iuxta *notem l. g. de quibus. ff. de leg.* addens maxime hoc procedere in conſuetudine hominum memoriam excedente, vt ibidem latius. Etſi vero calumniæ iuramentum tacitè remitti poſſit, quod fit eo ipſo, ſi ab altera parte non exigatur, per tex. in *c 1 § propter, de iurame. calum. in 6. & in leg. inſinuā. & ad petunias. §. qui iuſiurandum, ff. de minor.* expreſſe tamen hoc fieri nequit, per tex. *in l. 2. §. ſed quia veremur. C de iureiur. propt. cal. dand.* quia tale pactum calumniis viā aperiat, adeoque turpitudinem contineat, vt poſt Socin. *in d. c. cæterum num. 11.* docet Gail. ex com. *d. obſ. 85. num. 2.* vel quia ſit contra vtilitatem publicam, vt poſt alios Sichard. *in l. properandum, 11 ſub num. 10. C de iud.* idemque voluit poſt Marant. *d. part. 6 actu. 1. num. 2.* Gail. *d. lib. 1. obſ. 84. nu. 2. vbi num. 1.* iuramentum hoc ab altera parte exactum, de ſubſtantia iudicij; adeo vt eius omiſſio vitiet proceſſum, ſententiamque latam nullam reddat, per tex. *in dict. §. ſed quia veremur.* & inibi Bart. *num. 3.* aliiſque Tholoſ. *dec. 114.* VVurmſer. *d. tit. 14 obſ. 2.* Vant. *de nullit. proceſſ. tit. de nullit. ex defect. proceſ. num. 20.* Roland. *ex com. d. conſ. 71. num. 7. cum ſeq. lib. 1. vbi num. 9.* etiam in ſummariis obtinere. id quod voluit & Cott. limitando. in min. memorab. *d. verb. iuramentum calumniæ poſt princ.* & Kirch. *com. opin. d. verb. iuramentum calumniæ licet* & Menoch *d. lib. 1. d. quæſt. 10. ſub num. 2. & num. 5. cum ſeq.* late Merul. *prax. Holland. lib. 4. diſt. 4. ſect. 3. tit. 8. cap. 11* Sed hoc tamen in camera Imp. non obſeruari, quia licet in prima vel ſecunda inſtantia, calumniæ iuramentum exactum à parte, ſed præſtitum non ſit proceſſus nihilominus ob id non annullatur; ſed eo non obſtante in cauſa principali pronunciatur, maximè eo caſu, quo pars quæ tale iuramentum exegit, iudice ad vlteriora procedente non appellauit, ſed cauſam ad concluſionem vſque proſequuta ſit, idemque ante eum voluit & addit, ad VVurmbſ. *d. tit. 14 obſ. 2* Alioqui, vt ibidem *nu. 6.* addit Gail. iuramentum hoc, in iudicia cameræ petitum, omitti non poteſt: etſi enim nullitates primarum & ſecundarum inſtantiarum, ibidem vigore ordinationis, ſi alias ex actis plenè de meritis cauſæ conſtet, non attendantur, legitimus tamen proceſſus, & ordo iudiciarius requiritur, ideoque ſi iuramento exacto, neque tamen præſtito, à partibus in cauſa concluſum ſit, ex officio facta concluſio reſcinditur, pariique vt petitum iuſiurandū, ſub pœna legali præſtet, per interlocutoriam iniungitur: id quod de iure etiam poſt concluſum in cauſa iudicem ex officio, non tamen ad partis inſtantiam, exigere poſſe ait, poſt Roland. *d. conſ. 71. num. 32. lib. 1* aliosque & tradit Marant. *d. part. 6. actu 1. num. 3.* & accuratius, poſt Aſin. *ad ſtatut. Florent. de mod. proced. part. 1. §. 23. cap. 10.* alioſque Kirchou. com. opin. verb. iuramentum calumniæ etſi.

r. *Et iuramentum malitiæ*) Plures differentias & (vt ſic dicam) conuenientias inter vtrumque iuramentum cōgerit Socin *in d. rub. de iuramen. cal. num. 14 cum ſeq.* Marant. remiſſiue *d. actu 1. num. 7.* Gail. *d. lib. 1. obſ. 87. num. 6.* in fin. remiſſiue etiam, Viui *dec. 101. ſub n. 49.* & poſt Afflict. *dec. 79. ad fin. dec. 135. n. 3 in fin. dec. 391. ſub n. 5* aliosque copioſè Aſin. *ad ſtat. Florent. de mod. proced. §. 22. c. 16. in 3. limit. n. 1. cum ſeqq.* intelligendo tamen poſt Alex. *conſ. 76. ſub num. 9 lib. 2.* quo ad legum & ſtatutorū interpretationem; nam ſtylus & practica vnius curiæ, legum vel ſtatutorum contra ius commune derogationem inducere non poſſit, ſed earum tantūmodo declarationem: exempli gratia, lege cauetur, vt in cauſis iudicialibus, præterquam in breuioribus, libellus in ſcriptis detur, iuxta *authent. niſi breuiores, C. de ſent. ex breui. recit.* neque tamen quæ ſint cauſæ breuiores deciſum eſt, illæ breuiores dicentur, quas eiuſmodi eſſe, curię ſtylus, & cōmunis practica declarauit, putà: quia in cauſis decē ſolidorum libellus in ſcriptis ex ſtylo curiæ nō datur: at verè ſi contra leges vel ſtatuta ſit: quia magiſtratus iuri dicundo præpoſiti, abolendi legem & condendi contra ius commune ſtatuta, ius non habent, per *l. formam, C. de offic. præfect. prætor. & not. in cap. vlt. de hæret. in 6.* id quod voluit & Roland. *conſil. 4. num. 1. 36. in fin. libr. 3.* non poterunt idem magiſtratus ſtylo aliquid, conſuetudineue inducere contra ius commune, vti comprobat & Dec *conſ. 677 nu 6. & ad rubr. de conſuet. num. (mihi) 16* & latius Boër. *d. conſ. 8 ſub num. 18.* Rebuff. ita habere effectum declarandi ſtylum docens, *d. gl. 13. num. 18.* Natt. *conſ. 252. num. 6. conſil. 318. & conſ. 575. num. 33.* Olaſc. *d. dec. 22. nu. 4* Ludouic. Luc. *dec. 36. n. 3. & 27.* Meno. *conſ. 164. n. 10. & d. lib. 2, præſum. 8. n. 10.* vbi limitat, quādo fuiſſet præſcriptus ſtylus (vt reſpondit & Rolan. *conſ. 3 n. 36 lib. 3.*) vel veniſſet in notitiā populi vel maioris populi partis; quia etiam tunc fuerit legitimè ſatis introductus, etſi non à magiſtratu habente poteſtatem condendi legem, poſt Crauet. de antiquitat. tempor. part. *4. ſub num. 36.* vbi poſt Alex. *conſ. 65 n. 9. in fin. cum ſeq. lib. 1.* limitat inſuper, niſi ſtylus eiuſmodi concerneret ſolummodo modum & ordinem procedendi, quod tunc valeat, licet ſit iuri contrarius, rationem ſubdens, quia vbi ſtylus concernat modum & ordinem procedendi, dicatur agi de modico præiudicio, & Alex. *d. conſ. 65. num. 10.* ſequitur etiam Roland *conſ. 70. nu 15 lib. 1.* quæ licet cōtrouerſa ſit limitatio, vt videri poteſt & apud Ruminald. iuniorem *conſ. 165 num. 58.* tamen apud nos (ni fallor) paſſim præualeret,

C A-

Digitized by Google

CAPVT CLII.

De Poſitionibus.

SVMMAE.

Poſitiones
1 *Sequuntur Iuramentum Calumniæ, hoc ſequetur Litiſconteſtationem.*
2 *Quæ dicantur, &. quæ ſint.*
3 *Sunt de ſubſtantialibus Proceſſuum.*
4 *Originem ducunt ex* { *Vſu hominum.* / *Iure antiquo.* / *Iure nouo.* }
5 *Ponentem ab onere probationis liberant.*

Poſitiones
6 *Etiam vocantur Articuli.*
7 *Quomodo differant ab interrogationibus.*
8 *Fiunt poſt Litiſconteſtationem.*
9 *Ab vtraque partium.*
10 *A* { *Patronis aduerſarij.* / *Aduocatis, Aſſeſſor.* / *Notarijs.* / *Conſiliariis.* } *Formantur.*

Poſitiones
11 *Formandæ ſunt ante Litiſconteſtationem.*
12 *Super principali fiunt poſt Litiſconteſtationem.*
13 *Et interrog fiunt ſuper dubiis, vſque ad Concluſionem.*
14 *Non fiunt ſuper Atteſtationibus.*
15 *Formandæ ſunt ad intentionem probationum.*
16 *In multis Curiis non recipiuntur.*
17 *In Curia Rom. fiunt ſuper exceptione Excommunicationis.*

18 *Forma poſitionis ſuper exceptione Excommunicationis.*
19 *Forma poſitionis ſuper materia Reali.*
20 *Ad poſitiones formandas clara inſtitutio.*
21 *Poſitiones ad fallacem Reum circumueniendum, aliquando conducunt.*
22 *Poſitiones fiunt* { *Ex libello Actoris, ad ſtabilimentum intentionis Actoris,* / *&* / *Ex libello Rei, ad ſubuerſionem intentionis Rei.* }
23 *Poſitiones exhibendæ ſunt ſcriptis, vt* { *Iudex certam habeat* { *interrogandi* / *examinandi* } *Materiam.* / *&* / *Partes certius cognoſcant quid reſpondeant.* }
24 *Poſitiones exhibitæ, in Acta ſunt redigenda.*
25 *Super poſitionibus exhibitis, quomodo Iudex interrogat,*
26 *Ponenti ſufficit dicere, quod credat interrogata eſſe vera.*
27 *Poſitiones formandæ ad naturam actionis propoſitæ.*
28 *In Flandria tantum ſcribenda ſunt, quæ in Proceſſu ſunt narrata.*
29 *Iudicis eſt ex libellis non allegata reiicere.*
30 *In Parlamento Mechlin.* { *Scribuntur Partes quæ volunt,* / *&* / *Libelli ſubſignantur per Aduocatum.* }
32 *In Concilio Gandenſi* { *Libelli ſubſignantur per Graphiarium.* / *&* / *Vtuntur ſolutionibus cum conſenſu Partium.* }

32 *Aduocatis probibitum eſt* — *Scribere impertinentia.*
33 *Proponere* — *Acta falſa.* / *Stylum inuſitatum.* / *Conſuetudinem non receptam.*
34 *Allegare ſemel allegata*
35 *Ex vno facto plura deducere.*
36 *Allegare facta in ſuis reprobationibus.*
37 *Allegare rationes Iuris.*
38 *Allegare, aut ſcribere iniurias.*
39 *Aduocatis mandatum eſt* — *Vt ſcribant per rationes Iuris.*
40 *Vt ſolum ponant fines, ad quos Sriptura ſeruiunt ſuæ.*
41 *Vt in Appell. deducant grauamina.*
42 *Poſitiones non recipiuntur in Proceſſibus de plano.*
43 *Aduocati prudentis Officium.* — *Si in ſcriptis ſuis dicat, omnia ſua allegata eſſe vera.* / *Si dicat Publicam eſſe Famam.* / *Si neget facta Partis.* / *Si probationem omnium promittat.* / *Si pro ſe officium Iudicis requirat.* / *Si articulos non coniunctim probandos offerat.*

1 POſt Litiſconteſtationem (vt diximus *cap* 120. 140. 151. præſtandum eſt Iuramentum de Calumnia, aut de Veritate. Poſt hoc Iuramentum ſtatim recipiuntur Poſitiones, ſiue Facta, vel dicta illa, quæ Partes pro veris factis ſe probaturas aſſerunt.

2 Sunt enim Poſitiones certa quædam dicta, aut Scripta, aut Articuli, interrogationum loco poſita. Vel aliter, Poſitiones ſunt Dicta, aut ſcripturæ, aut Articuli, quos Partes in Iudicium exhibent, ad verificationem eorundem ſuorum dictorum, ſcriptorum vel articulorum, ſecundum ordinationem diſpoſitiuam certius formandam. Vel aliter: Poſitiones ſunt breues verborum Formulæ, mentem ſiue intentionem ponentium continentes, & ad veritatem eliciendam conceptæ ac formatæ.

3 Atque hinc fit, quod Poſitiones dicantur eſſe de ſubſtantialibus Proceſſuum, & eorundem membrum ordinarium.

4 Traxerunt autem huiuſmodi cauſarum Poſitiones originem, non ſolum ex inolito vſu hominum, verum etia ex lege antiqua, & etiam ex Iure nouo. Ex lege antiqua patet *leg.* Offidius, §. *Et diuerſo*, ibi pone, inquit, incredito, *ff. de legat.* 3. Quod autem ex Iuris ſint noui, id patet. *ca Statuimus, de confeſſ. lib. 6. cap. Vnico*, ibi cum non per poſitiones, *extra, de Litiſconteſtat* & *c. Dudum*, & ibi factis poſitionibus, *ext de elect.*

5 Introductæ ſunt poſitiones ad hunc finem, (ſicuti in principio huius Capitis meminimus) vt ponens releuetur, & liberetur ab onere probationis potiſſimum dum aduerſarius poſita Actoris confitetur, vt patet per *d. cap. Statuimus*, & *leg Eum qui, reſpon 2 ff. de Iureiur.*

6 Et hoc loco notandum eſt, quod Articulus & Poſitio pro eodem plerunque ponantur. Eſt enim articulus Pars intentionis, continens illud, quod Actor vel Reus probare intendit, ſicuti habetur in *c. Veniens, & in c. 1. de reſtit lib 6.*

Dixi ſupra, Poſitiones eſſe dicta, interrogationũ loco poſita. Huiuſmodi enim dicta partium, olim ſub formis interrogationum ponebantur, hodie ſimpliciter, & de plano ponuntur, verbi gratia: Si olim voluiſſem conuenire Iudicem, in materia hæreditatis, his verbis eum Iudicem compellabam: Domine Iudex, interroga Aduerſarium meum, an ipſe ſit verus hæres talis Defuncti, & ex qua parte ſit illius hæres? Hæc Iudex olim per interrogationem ſic cognoſcebat. Hodie verò, hunc in modum dicitur: Pono talem N. eſſe hæredem talis. Item, pono ſecundo, eum eſſe ex aſſe hęredem argumẽto *cap. Vnici, ext. de Litis conteſtat.* Differunt autem Poſitiones ab Interrogationibus. Primo, Forma tantum & non ſecundum eſſentiam. Nam Poſitiones fiunt in forma ſimplici & aſſertiua, Interrogationes vero minimè, ſed ſub forma interrogandi. Secundo differunt, quod interrogationes ſpecialiter fiunt ante litiſconteſtationem, idque aliquando à Iudice & aliquando, à parte *l. Si ſue, ff. de interrogat. actio* Poſſunt tamen etiam fieri generaliter, in qualibet iudicij parte, & quando Partes ponere non poſſunt, *c. Cum Ioannes prope finem, ext. de fide inſtrum.* 7

Poſitiones verò, propriè fiunt, & poſt Litiſconteſtationem, & poſt Iuramentum de Calumnia, vti hic in principio diximus 8

Sed hic oritur quæſtio: Quiſnam dictas Poſitiones formare debeat? Ad quod reſpondebitur, quod Poſitiones fiant ab vtraque parte, hinc & inde *cap. Prout. extr. de dol. & contuma, c. Vnico, de Litiſcon. c. Dudum, & c. 2. circa medium.* Et ratio eſt, quia ſicut probare vtrique parti competit, ita & Poſitiones 9

Digitized by Google

tiones (quæ in locum Probationum ſuccedunt vtrique partium competunt. Reus tamen, aliquando ad probationem obligatur, ſcilicet, in Exceptionibus In ijs enim Reus fit Actor. *l. Prima, & l. In exceptione, ff. de except.*

10 Item, Patronus aduerſarii poteſt Poſitiones formare, vel ponere, & interrogare. Item, Aduocatus. Item, Aſſeſſor quoque poteſt interrogare. Itē, Notarius interrogare poteſt, vel etiam alius quiſpiam, cui Iudex id commiſit. Verum ſecundum communem conſuetudinem formabit poſitiones ſeu interrogationes ſolus Aduocatus, vel alius, qui ipſi eſt à Conſilio, ſicut etiam is Libellum formare ſeu dictare poteſt, Et ratio eſt, quia Poſitiones formare, & Libellum dictare & conſcribere, tangunt Ius, & quicquid Ius tangit, id expediendum eſt per Aduocatum, *l. Aduocatos, C. de Aduocat. diuerſor. iu lic.*

11 Alia quoque hic oritur quæſtio, ſcilicet, quo tēpore faciendæ ſint Poſitiones? Ad quam reſpondebitur: Primò, Quia Poſitiones ſuccedunt (vti diximus) in locum probationum, & quia eas imitari debent, ideo generaliter vbicunque Probatio admittitur, ibi quoque Poſitiones faciēdæ ſunt, & conſequenter, quia Probationes fieri debēt ante Litiſconteſtationem, ſic quoque Poſitiones formandæ ſunt ante Litiſconteſtationem, ſuper Exceptionibus Dilatorijs, atque tunc probari debent, *c. Vnico, ext. de Litiſconteſt.*

12 Dixi, ſuper exceptionibus Dilatoriis, quia Poſitiones ſuper principali, regulariter non fiunt ante Litiſconteſtationem, vt ſupra poſuimus, ſed ſuper principali, regulariter fieri debent, poſt Litiſconteſtationem, & non ante, ſicuti & ipſæ Probationes poſt Litiſconteſtationem fieri debent, *c. Quoniam frequenter, in principio ext. de Litiſcont.* Et quia Poſitiones & Reſponſiones fiunt per Iuramentū, ideo etiam Poſitiones fieri dicuntur poſt Iuramentum, in cauſa præſtitum.

13 Poſſunt nihilominus fieri & Poſitiones & interrogationes, ſuper quibuſlibet dubiis, donec omnia in Iure, vel in Cauſa concluſa fuerint.

14 Non fiunt autem in publicis Atteſtationibus, licet fiant in inſtrumentorum Productionibus, vt notatur, *c. cum dilectus, 1. reſponſo ext. de fide inſtrumēto* Ratio enim diuerſitatis eſt hæc, quia in Inſtrumentis & Poſitionibus non timetur ſubornatio, quæ aliquando in teſtibus metuitur. Veruntamen ſi ante Concluſionem datus fuiſſet Terminus peremptorius ad exhibendum omnes probationes, eo caſu volunt aliqui, quod poſt talem terminum non poſſint fieri Poſitiones, quod ipſas Probationum loco ſuccedere dicant.

15 De his igitur hanc Regulam ponunt: Quandocunque aliquid intendis probare, priuſquam terminum ad probandum recipias, facito tunc Poſitiones quia per earum Reſpōſiones, tunc fortaſſis ab onere alterius probationis probandæ liberaberis.

Quæ Regula mente tenenda eſt, Modus autem quo in Iudicijs Poſitiones fiant, ſic habet: In multis locis, nullæ recipiuntur Poſitiones, ſed Lite cōteſtata præſtitoque Iuramento, ſtatim Iudex ſuper ſingulis articulis, libelli Reum interrogat. 16

Verùm in Curia Rom. & ferè vbique in Curiis Spiritualibus Poſitiones formantur, potiſſimum quando fiunt ante Litiſconteſtationem, ſuper exceptione Excommunicationis, quę à Reo ſic proponetur. 17

Coram vobis D. Iudex dico N. eſſe excommunicatum, quia percuſſit N. Clericum: atque ideo dico quòd in cauſa, quam contra me agit, non ſit audiēdus, Tunc ſi ille Actor replicet, & neget ſe eſſe excommunicatum, vel ſi neget, ſe percuſſiſſe talem, vel ſi neget illum Clericum fuiſſe, tunc Reus duplicans contra Actoris Exceptionem, & Replicam Reſponſiuam, hoc modo ſuas Poſitiones formabit Ego pono, & pro factis probandis ſtatuo, & dico, quòd imo percuſſiſti talem N. in tali corporis parte aut membro, Baculo, aut Pugno, tali die, in tali loco, talibus Teſtibus pręſentibus N. & N. Atque iſtud Feciſti non ioco, ſed maximè ſerio, & animo furioſo, & lædendi cupidiſſimo, vti manifeſtum fuit ex percuſſi, & læſi perturbatione maxima, & ex ipſius clamoribus, & lachrymis, atque eundem percuſſiſti, non vt Laicum, quia certiſſimè noueras illum fuiſſe tunc temporis Clericum. Hæc enim ſi Actor confiteatur, probata erit Excommunicatio, per ſuam Actoris confeſſionem, vt notatur *in cap. Prudentiam, ext de offic. delegat* Pro maiori autem elucidatione huius rei, accipe hanc formam generalem, omnium poſitionum Actionis Realis, ac finge Litem intentatam eſſe in cauſa iniquæ Poſſeſſionis, in qua ſint iſtæ perſonæ. 18

Ioannes Syluius, Venditor, & Actor. Petrus Moronus Emptor.

Carolus Barbarus, Reus, & iniquus poſſeſſor.

Iam Actoris Poſitiones ad hanc ſubiectam formā exhibeantur.

Poſitiones, & articulos infra ſcriptos at contentis, & deſcriptos in eis omnia & ſingula dat, facit & exhibet coram vobis Honorabili, D. N. Officiali, &c. Procurator & nomine Procuratorio Ioannis Syluii. huius litis Actoris, cum ſuo Iuramento, in tali cauſa præſtito, & ex quibus omnibus petit, vt Reus Carolus Barbarus, clarè, articulatim, & ſufficienter reſpondeat per Iuramentum ſuum, & per verbum credit vel non credit; offerens idem Actor ſe ſimul ad probandū à Reo negata, & neganda, & ad ſuperflu m interim probationem ſe non reſtringens Imprimis igitur ponit 19

articulat, & probare intendit Ioannes Syluius, prædictus Actor, quod anno Millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto, in agro, & campo Brugensi, & iuxta Mœnia Ciuitatis, fundum (cuius confines infra specificantur) habuit ad se pertinentem. Idem quoque Actor Ioannes ponit, quod anno iam prædicto, & die sexto Nouembris, &c. hunc eundem fundum Petro Morono emptore, vendiderit Centum libris, monetæ Flandriæ. Item ponit, quod tridem Petrus Moronus Emptor precium prædictum, prædicto Ioanni Syluio vēditori numerauerit. Item ponit, quod Carolus Barbarus eundem fundum legitimè emptum, & venditum, à tali tempore violenter, & subdolè Emptori eripuit, & ab eo tempore inique possedit, & adhuc iniquè possidet, occupat, & quod eundem Petro Morono, vero Emptori, restituere negat, cum graui periculo animæ suæ, & magno damno & interesse Petri Moroni Emptoris. Item ponit, quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama, ideoq; dat etiam hunc libellum pro parte sua hic oblatum, pro Positionibus & Articulis, offerens simul hæc Producta, inquantum sufficiunt pro parte sua, & alia producenda in hac causa, si videbuntur necessaria, de Notorijs, Signis, & Sigillis, & non vltra, saluo semper suo iure addendi, minuendi, declarandi, supplendi, vt moris est.

Ad hanc formam, licebit reliquas omnes positiones formare, in quacunque materia id fuerit.

20 Sed quia paulo ante diximus, positiones super principali regulariter fieri post Litiscontestationem, idcirco, vt ad eas debitè formandas, certius perueniat hac nostra præmonitione vtatur.

21 Quisquis positiones formare volet, is in promptu, & ante oculos habeat Libellum, tum suum, tum Rei, atque eorum tenores, diligenter consideret, vt quid ex iis libellis ipsum probare oporteat, pernoscat. Nam ex iis omnibus probandis, & reprobandis, suas positiones formare debet, per quas conabitur, fallacem Reum, quocunque poterit, modo ad suam sententiam, & intentionem, pertrahere, etiam per varia diuerticula, & etiam cauillosè (si id ex re sua esse credat) *l. Natura cauillationis, ff. de verbo significat. & l. Ea est natura, ff. de regul. iur.* Sed hæc non scribimus, quòd parùm syncera docere, & aliquem hoc loco instruere velimus, sed vt Rei dolis ac fraudibus, alio dolo occurrere conemur; sicut malo nodo, malus aptandus est cuneus.

Debent enim primò positiones fieri, super con-
22 tentis in Libello suo, vel super iis, quæ ad ea contenta pertinere, ex parte Actoris videbuntur, vt ex iis suam intentionem fundet. Ex parte verò Rei, & ex eius Libello, formabit etiam suas positiones, nō ad intentionem suam quidem fundandam, sed ad Rei intentionem, vel extenuandam, vel planè infringendam, *c. 1. 4. quæstione. 4.* Possunt igitur Actoris positiones (vt dixi) fieri super factis aduersarij, quod enim nisi liceret, nec Actor ad facta aduersarii cogeretur respondere, *l. Finali, in fine, ff. pro socio l. Vsusfructus, ff. si vsusfruct. petat & l. Prima ff. Si pars hæredit. petat.*

Postquam autem Actor suas positiones, ad hanc 23
formam legitimè collegerit, & formauerit, tūc eas Iudici in scriptis exhibebit, iuxta *c. Quoniam contra, extra de probat.* vt Iudex habeat, super quo partes certo interrogare poterit, & partes etiā certius ad interrogata respondere valeāt, vt notatur in *l. Certum. ff. de confess.* Item, vt tam partes, quam Iudex videant, an sint tales positiones, vel admittendæ, vel reiiciēdæ. Nam debet Iudex eas positiones examinare, an faciant ad causam, & an sint admissibiles, & non captiosæ, non negatiuæ, & sic de aliis idque partibus præsentibus.

Quod si Iudex videat eas recipiēdas, curabit eas 24
in Acta redigi, priusquam respondeatur, ne quam in iis mutatio, aut adulteratio fiat. *l. Acta, ff. de re iudica.*

Oblatis igitur ab Actore positionibus, quærat 25
Iudex primo à ponente Actore sic ponis tu, vel credis tu N per Iuramentum à te præstitum, quod in his positionibus continetur? et si affirmatiuè respondeat: quod sic. Tunc conuertet se ad Reum cōtra quem fiunt positiones, & ipsum adhortabitur, vt habita Animæ Salutis ratione, nihil horum neget, quod verum esse nouerit, &c.

Actor vero ponens, non semper tenetur, dicere 26
omne id, quod de Causa, & positionibus nouit, sed sufficit dicere quod credat interrogata esse vera, quando iuratum fuit de Calumnia.

Positiones autem omnes sic formandæ sunt, vt 27
fundent intentionem ponentis secundum naturam actionis propositæ. Verbi gratia: Si agatur de Dominio, cōsideranda sunt, quæ sint ad probationem eius Dominii necessa, in *l. Cum res C. de probat. cap. Licet, extra eodem, & l. In rem actio, ff. de rei vendicat.*

In Flandria vsus est, vt partes scribant tantùm ea 28
quæ in Processu producta sunt, & non plura. Nam si altera Partiū plus scriberet, aut annotaret, quàm quòd in Processu narratum, ac productum fuerat, tunc illi Articuli, aut verba, quæ non fuerint in Lite commemorata, Cruce, aut Asterisco, aut alio simili signo annotantur, & per Partem aduersam notari debent in margine, et vt Iudex ea non allega- 29
ta eliminet, aut litura tollat, nisi fortassis Aduocatus affirmaret illa allegata, aut in Processu producta fuisse, aut quod Princeps ipsum, de omissione talium narrationum releuasset, ac in integrum restituisset.

In magno verò Concilio, scribunt Partes ipsæ 30
omne illud quod volunt, per additionem, & etiam nonnunquam per superadditionem, sed id tantum in quibusdam causis ac Processibus. Positiones etiam

iam omnes, ſiue Poſitionum Libelli ſubſignandi ſunt per Aduocatum, quod ſedulò ſemper obſeruatum fuit, in d. magno Mechlinienſi Concilio.

31 Sed in Flandriæ Prouinciali Concilio, nequaquam ſubſignantur Poſitiones aut Scripturæ, per Aduocatum, ſed tantùm per Graphiarium eiuſdem Concilij, qui in earum dorſo inſcribit diem, quo Poſitionum Articuli litigati (vt ita loquar) & exhibiti fuerunt, aſſcribens ſimul & nomina, & cognomina Procuratoris, & Aduocati, qui in eadẽ cauſa, ſeruierunt. Vtuntur etiam in d. Flãdriæ Prouinciali Concilio ſolutionibus, idque cum conſenſu Partium, aliàs minimè, niſi per Requæſtam Ciuilem.

32 Prohibitum ſimiliter eſt in Francia, per Edicta & Ordinationem Regiam Aduocatis, ſub pœna perpetuæ Infamiæ, & ſub Pœna Arbitraria, ne litigando allegent, aut ſcribant, quod impertinens eſt, quodque Cauſæ non ſeruiat.

33 Imo prohibitum eſt, proponere vlla facta falſa, aut non probabilia, aut Stylum aut conſuetudinem non receptam.

34 Aduocatis etiam prohibitum eſt ſcribere & allegare, quæ ſemel ſcripta & allegata fuere.

35 Item, ex vno facto, duos, tres, quatuor, aut plures Articulos efficere, & addere, aut plures Reſumptiones, & Iterationes coaceruatim connectere.

36 Ipſis etiam Aduocatis prohibitum eſt, aliqua facta ponere in ſuis contradictionibus, aut ſaluationibus, quæ facta ad principalem cauſam ſeruiunt, aut etiam repetere. (vt dictum eſt) illud, quod ſemel in ſuis ſcripturis ſcriptum & allegatum fuit.

37 Quin iiſdem Aduocatis etiam vetitum eſt ponere, & allegare aliquas rationes Iuris, aut eas in ſuis inuẽtariis inſcribere, quæ de ſuis ſcripturis, ad claudendum Proceſſum conficiunt & exhibent.

38 Aduocatis etiam interdictum eſt, litigare aut ſcribere Iniurias, contra aliquẽ (quiſquis etiam is fuerit) aut aliquid proponere, vel in mediũ auferre quod materiæ non ſeruiat, aut conueniat, vt ſuprà ſemel dictum eſt.

Sic contra, Aduocatis præcipitur, primo, vt ſcribant per rationes Iuris, quando Partibus per Iudicem ordinatum eſt, ſcribere per facta contraria. Sed ſi ipſis ordinatum eſſet, vt ſua facta ſolum diſpoſitiuè, atque vnumquodque factum per ſe, ac diſtincte conſcriberent, & ſi ipſis aliquid ex Iure addere, ſiue adiungere vellent, id facerent ſeorſum & ſeparatim, per aliquod medium Iuris. 39

Secundo, Aduocatis præcipitur, vt ſolum ponãt fines, ad quos ipſi eaſdem ſuas ſcripturas producendo, ſeruire & explorare volunt, idque ſub pœna. Centum Solidorum Pariſienſium. 40

Tertio, in materia Appellationis ipſis iniunctũ, & ordinatum eſt, vt deducant ſua grauamina, ſine vlla repetitione alicuius de principali, præcipuè, quãdo Proceſſus ſcripto, receptus aut exceptus eſt. 41

Poſitiones non admittuntur in cauſis, in quibus Iudex procedit ſimpliciter, & de plano, vt ſupra tetigimus. 42

Prudentis eſt Aduocati, ſi in fine ſuarum poſitionum, aut Scripturarum ponat & addat, quod omnia facta ſua, quæ ſcripturis inſeruit, inſcripſit, & exhibuit vera ſint, quodque de illis ſit publica vox & fama, vt ſupra meminimus, & ſi contra neget facta partis aduerſæ, tametſi antea nondum ſatis plenam, ac ſufficientem ſolutionem dederit, atque ideo ſi præſentet, ſe ea probaturũ, vbi probatio ſeruiet, & opus erit, & præterea ſi ad hæc omnia & ſingula, imploret Officium Iudicis, & interim non omittat petere Expenſas, & cætera, vti ſupra ſemel dictum eſt. Eſt etiam magnæ prudentiæ Aduocati, vel Actoris, ſi idem Actor vel Aduocatus ſuas poſitiones non articulet, nec congreget coniunctiue, quia ſi pars aduerſa eas negaret, Actor ſe ſubiiceret periculo perdende Litis, quia per coniunctiuas poſitionès, deberet omnes Articulos ſimul probare & ſi vnam earum probare non poſſet, diceretur: poſitiones Coniunctiuas, non poſſe probare, Atque ideo diſiunctim exhibebit ſuas poſitiones probandas. Nam ad earum verificationem, ſufficit vnam eſſe veram, vt docent Dialectici. *& vt notatur in c. Inter cæteras, extra, de præſcript, cum ſimilibus.* 43

CAPVT CLIII.

De Poſitionibus iuramento affirmandis.

SVMMAE.

1 *In Concilio* { *Mechlinien.* *&* *Flandriæ.* } *Facta iurantur coram Commiſſarijs.*

2 *Commiſſarii mandant Partibus, vt reſpondeant per verbum Credit, vel non Credit.*

3 *Procuratores iurare poſſunt pro ſuis Magiſtris.*

Digitized by Google

SIcuti proximè præcedentibus Capitibus commonſtratum eſt, quomodo iuretur de Calumnia, & quid ſit Poſitio, & quæ Poſitionem concernant, ita hoc quoque Capite aperiendum eſt, quomodo iuretur ſuper verificatione Poſitionum, quæ in Proceſſibus pro facto allegantur, & ſcripto ſunt exhibitæ.

1 Pro his itaque notandum eſt, quod in Prouinciali Flandriæ Concilio, & etiam in magno Mechlinienſi Concilio, vſitata Praxis habet, quod quando cauſa Litis conſiſtit in facto, aut factis probandis (quæ coram Commiſſariis deponi, & iuramento affirmari conſueuerunt) quod tunc Partes ambæ iuramento vtantur conſuetudinario, ſecundum ſtylum Curiæ, quo affirmando iurant; quod putent, & firmiter credant ſuas Scripturas, quas depoſuerunt, & exhibuerunt, veras eſſe & certas.

Ideoque iidem Commiſſarij mandant Partibus, vt ſuper illo, aut aliis factis depoſitis reſpondeant per verbum Credit, vel non Credit. 2

Et quando altera partium non eſt præſens, ſed eſt abſens, tunc iurat illius abſentis Procurator, in eadem cauſa ſui Magiſtri. 3

CAPVT CLIV.

De Reſponſionibus ad Poſitiones.

SVMMAE.

1 *Reſponſuro, quæ obſeruanda ſunt.*
2 *Reſponſiones in ſcripto ſunt exhibendæ.*
Reſpondendum non eſt
3 *Ad ſemel interrogata, & reſponſa.*
4 *Super eodem Articulo bis interrogatus, iniuria afficitur.*
5 *Reſpondens ſit propenſior ad negandum.*
6 *Ad ea, quæ in Iuramento non intelliguntur.*
7 *Reſpondendum eſt tantum ad principalem quæſtionem.*
8 *Ad incerta.*
9 *Ad Poſitiones ſuperfluas.*
10 *Ad Poſitionem impertinentem.*
11 *Ad Poſitionem obſcuram, niſi, &c.*
12 *Ad Poſitionem quæ alium reſpondentem requirit.*
13 *Ad Poſitionem præiudiciariam.*
14 *Ad Poſitionem, ad quam Reus reſpondere non tenetur.*
15 *Ad Poſitionem negatiuam.*
16 *Ad Poſitionem generalem.*
17 *Ad Poſitionem captioſam.*
18 *Ad Poſitionem plures Articulos implicantem.*
19 *Ad Poſitionem in Iure fundatam.*
20 *Ad Poſitionem Calumnioſam.*
21 *Ad Poſitionem impoſſibilem.*
22 *Ad Poſitionem proprij criminis.*
23
24 *Reſpondendum eſt* { *Ad Crimina manifeſta, &c.* / *Ad Poſitiones claras, & irrefragabiles.* }
25 *Reſpondere nolens pro agnoſcente cenſebitur.*
26 *Forma* { *Exceptionis formandæ contra Poſitiones.*
27 *Reſpondendi negatiuè ad debitas Poſitiones.* }
28 *Poſitionum effectus eſt, credere rem ita eſſe, qualis ponitur.*
29 *Ad Poſitionem* { *Non reſpondentis.* / *Falſi negantis.* / *Tacentis.* / *Non reſpondentis ad interrogata.* / *Obſcurè reſpondentis.* / *Dolum committentis.* } *Pœna.*

30 *Poſi-*

30 *Poſitionum* { *Dulia, videbis apud Speculatorem.*
31 { *Confeſſiones, videbis infra, cap. 173.*

32 *Ad Poſitiones, Reſponſio ſit in* { *Concilio Flandriæ,* / *Concilio Mechlin.* } *Coram Commiſſarijs.*

33 *Ad Poſitionum Reſponſionem citandæ ſunt Partes.*
34 *Parte confitente non eſt opus vlteriori probatione.*
35 *Reſponſiones ad Poſitiones ſunt per (Credit, vel non Credit.)*

36 *Procurator* { *Olim Reſponſionum loco negabat in Poſitionibus contenta.*
37 { *Suadet plerunque, vt Pars pronior ſit ad negandum.*
38 { *Sciens factum Aduerſarij verum eſſe, illud negare non debet.*
39 { *Qui falſo reſpondere ſuadet, tenetur ad reſtitutionem, &c.*

40 *Ad Articulos* { *iteratos,* / *Contrarios,* / *Obſcuros,* / *Captioſos, &c.* } *Reſpondere non oportet.*

41 *Ad Articulos partim veros, partim falſos, reſpondebitur diſtinctim.*

QVemadmodum Capite proximo, probè inſtruximus eum, qui contra aduerſarium ſuum debitè poſitiones formare velit: ita hoc Capite, Aduerſarium docere conabimur, quomodo contra eaſdem poſitiones ſeſe opponet, & cautè reſpondere curabit.

1 Cuicunque igitur ad poſitiones exhibitas reſpondendum erit, huic diligenter obſeruandum erit an eæ poſitiones ſint pertinentes, an impertinẽtes, legitimæ, an ſuperfluæ, &c. de quibus mox narrabimus. Diuini enim Iudicij illum eſſe puto, qui Aduerſarij poſitiones ritè obſeruare, notare, & ad eas legitimè reſpondere poterit. In reſponſionibus enim formandis, & in Poſitionibus reprobandis, multæ cautelæ ſunt obſeruandæ.

2 Primò, curandum eſt, vt omnes Reſponſiones ſcripto exhibeantur, ſicuti ipſæ poſitiones ſcripto prius fuerant exhibitæ, vel certe ſi tale ſit Iudiciũ, in quo Acta omnia ſcribantur. Eſt enim admodum vtile & commodum, ſi omnes Reſponſiones ſcribantur.

3 Primò, vt de illa Reſponſione facta, certò conſtare poſſit, eam fuiſſe factam. & ne ſuper eodem Articulo, reſpondens iterum interrogetur, quod omnino fieri non debet, ſiue is prius negauerit, ſiue confeſſus fuerit, *l. licet ff naut. caup & ſtabul. & c. At ſi clericè, ibi cum ſuo ſit functus officio, ext. de iudic.* Niſi fortaſſis nouũ quid emergeret, veluti, ſi priora Acta fuiſſent perdita, vel ſi aliud ſimile fuiſſet recenter emerſum, aut accidiſſet, quo caſu reſpondens ſuper eo interrogari poſſet, vti notatur, *c. Cæterum, ext. de iuramen calum.*

4 Si enim Iudex iterum, ſuper eodem Articulo reſpondentem interrogaret, is ipſum grauaret, & iniuria afficeret: imò talem Reſpondentem (ſi is parum memor eſſet primæ Reſponſionis, aut ſi primã Reſponſionem in ſecundã mutare vellet) ad Periurium Anceps, & ſic ad Infamiam publicam adigeret. Nam ſi in ſecunda Reſponſione contraria primæ, ex cauſa reſponderet, ſe Periurũ redderet. Eſſet enim Periurium, vel in prima, vel in ſecunda Reſponſione. Ideoq; reſpondentem ad iteratam Reſponſionem, Iudex non debet cogere, ob dictum periculum, nec Reſpondens interrogatus, reſpondere tenetur.

Sit præterea cautus ille reſponſurus, & contra quem Poſitiones ſunt exhibitæ, ſic vt ſaluo Iuriſiurandi Sacramento, propenſior ſemper ſit ad negandum, quam ad confitendum, maximè quando Poſitiones dependent, ex ſuo reſpondentis facto: tunc enim certius vel negare, vel affirmare poterit, quæ de ſe, & ſua, eſſe nouit, quæque ſic eſſe, vel nõ eſſe, certa cognoſcit. Nam poſt talem negationem rei, Actori incumbit onus probandi negata, quod erit difficilius, trita ac vulgata, *l. Ei qui dicit, ff de probat.* 5

Non debet autem Reus reſpondere ad ea, de quibus in Iuramento non fuit expreſſum, aut opinatum, veluti de his, quę ad cauſam non ſufficiunt, *l. Quoties, § Finali ff de noxalib. & l. Qui iuraſſe, §. Pen ff de iureiurand.* 6

Reſponſio enim ſolùm referri debet ad id, quod principaliter quæritur, & non ad id, quod aliquo modo augeri, aut locupletari potſſe. 7

Ad planè incerta, nemo quoque reſpondere tenetur, per *d. l. Qui iuraſſe. §. 2. ff de iu. iurand* 8

Poſitioni ſuperfluæ non eſt reſpodendum, vtpotè quæ eadem eſt cum iam facta, vel cum iam conceſſa, ſiue cum iam negata, vel ſi ſit contraria iam factæ, vel iam negatis, vel profeſſis, ſic vt videatur Poſitio contra Poſitionem facta. quibus Caſibus non eſt reſpondendum. *C. Cum in ext. de ... & c. venien. ... ext. de iu ... l. Finali C. ... verſu vendit, & l.* Si quis libertatis *§. Finali, ff de petit. hæredit.* 9

Falſi-

Digitized by Google

10 Poſitioni impertinenti, ad negotium non eſt reſpondendum, vt licet videre per Speculatorem, multa Iura ad hoc allegantem. Verum ſi dubium eſſet, an ea Poſitio eſſet impertinens, tunc ad eam reſpōdendum eſſet, ſed cum ſolita Proteſtatione præmiſſa hoc modo: Iure impertinentium, & non admittendarum poſitionum, ſemper ſaluo, &c. Ad Poſitionem obſcuram, nemo reſpondere cogitur.

11 Non tamen obſcura Poſitio ſtatim reiicienda, ſed clarius explicanda, & tunc demum ad ipſam reſpondendum erit.

12 Poſitioni ponenti aliquid, ad quod non tu, ſed alius reſpondere debet, etiam reſpondere non cogeris.

13 Poſitioni, ad cuius reſponſionem præiudicium fieret tibi reſpondenti, quaſi ex quadam præcipitatione, non compelleris reſpondere, *l. qui interrogatur & l. ſeq. ff. de interrogat. actio.*

14 Poſitioni, quæ talis eſt, cui non ſit reſpondendū, non cogeris reſpondere, vt ſi Filius qui ſe ab hæreditate Paterna vltro abſtraxit, & ſe priuauit, pertraheretur in iudicium, tanquam hæres, & pertrahens ſic diceret: Ego pono te eſſe Hæredem, certè Filius non cogeretur, ad eam poſitionem reſpondere, *l. Si filius, ff. de interrogat. actio.*

15 Poſitioni negatiuæ, non eſt reſpondendum, quia qui negat, is nihil ponit, ſed remouet. ſiue eius Poſitio ſit negatiua explicita, ſiue implicita. Poſitioni generali, in genere generaliſſimo, non eſt etiam reſpondendum.

16 Verbi gratia, ſi dicā: Pono, mihi fundum dari, debere, Vel ſic: Pono quod N. mihi debe aliquid Tales enim poſitiones nimium ſunt generales, ideoque & obſcuræ, & reſponſione indignæ, ſed cum obſcuris prorſus reſpuendæ. Siquis enim mihi daret fundum vnius digiti, vel feſtucam, aut floccum aliquem, is contra quem fieret poſitio, ſeipſum à poſito debito liberaret, Nimia anim generalitas parit obſcuritatem, & obſcuræ poſitioni reſpondendum non eſt, vt ſupra viſum eſt.

17 Poſitioni quoque captioſæ non eſt reſpondendum: Verbi gratia: Fingatur Pater aliquis, qui in ſua poteſtate adhuc habeat Filium, qui negotiando ſibi certum parat, vel parauit peculium, quique Petro Sollio Mercatori debeat triginta libras, quas is Filius, ſuo conſtituto tempore, non exoluit, ob quod dictus Mercator Petrus Sollius, Patrem dicti Filij conuenit, & citat in Iudicium, pro ſolutione prædicti debiti Filij ſui, non quidem ob id, quod is Pater ſit, aut hæreditatis paternæ gratia, ſed cauſa peculij, quando Filius ſibi comparauit, & apud Patrem ſuum expoſuit. Si igitur is Pater, ita conuentus, contra dictum Mercatorem exciperet, negando, quod Filius apud ipſum aliquid haberet peculij, idque Iuramento ſuo aſſeueraret, ipſe Pater, per tale Iuramentum, à ſolutione facienda liber eſſet. Verum, ſi contingeret, vt poſtea apud eundem Patrem, aliquid inueniretur, quod eſſet de peculio Filij (etiam tempore iuramenti præſtiti) & Mercator Aduerſarius replicando, talem Poſitionem formaret: Ego pono quod hæc Res, eo tempore, quo iuraſti, fuerat in peculio Filij tui, ergo male iuraſti, nihil fuiſſe in peculio, & per conſequens, mihi abs te, cauſa eiuſdem peculij, debetur ſolutio. Ad hanc Poſitionem, Pater reſpondere non tenetur, propter eius captioſitatem, & inconueniens, quod inde ſequeretur: ſi enim id confiteretur, Periurum ſe redderet, quod iuraſſet non eſſe, quod tamen erat. Si verò negaſſet, etiam peieraſſet, cum in rei veritate, id in peculio Filij fuiſſet. Quocirca tutiſſimum Iuramentum foret, ſi Pater in eo caſu ſic iuraret: Ego per meum Iuramentum affirmo, quod Filius meus, nihil apud me habeat peculij, quod ſciam, & ſic haberet, ego tibi ex eo perſoluerem, & ſic contingat, ipſum poſthac aliquid peculij corradere, ex eò à me tibi ſatisfiet. Sed hoc Iuramentum, cum mente conſcia, conſtare deberet, alioqui & ipſum eſſet periurium: ſed ſi poſtea aliquid reperiretur, cuius non fuiſſet conſcius, periurium non æſtimaretur, quod contra mentem non fuiſſet commiſſum, & excuſata fuiſſent dicta inconuenientia. Nihilominus pro illa re, in peculio filij, contra iuſiurandum Patris reperta, aut pro alijs rebus, quas is filius, poſtea apud Patrem peculij loco conquiret, & deponet, pro ijs, inquam, dictus Mercator eundem Patrem conuenire poterit, quod ipſius Actio ob prius iumentum Patris, extincta non fuerat.

Poſitioni multiplici, ſeu implicitæ, & implicanti in ſe plures articulos, ſeu plura dicta, non eſt reſpondendum, *l. Ita fidei, de iure fiſci.* Verbi gratia: Pono Titium filio Menij, & mihi debere centum. Iſta poſitio, duo complectitur, quorum vnum poteſt eſſe verum, & alterum falſum, idque (vt dicunt) ſimul & ſemel. 18

Poſitioni item, quæ eſt de Iure, non eſt reſpondendum. Verbi gratia: Ego pono, quod impubes, non poſſit facere teſtamentum. Vel ponq talem legitimè, rectè, & ſecundum Iuris Ordinem proceſſiſſe: vel, Ego pono, Ioannem iſtam rem Canonicè, Ritè, & Iuſtè in Iudicio peregiſſe. Certè his, & ſimilibus poſitionibus, nemo reſpondere cogitur, ob id, quod nemo cogatur probare Ius ſcriptum, ſed tantùm factum, ex quo Ius oritur. 19

Poſitioni item calumnioſæ non eſt ſimpliciter reſpondendum, ſed cautè, & cum diligenti obſeruatione, & matura deliberatione. Eſt autem poſitio calumnioſa, quæ per quandam calliditatem, & ſubtilem interrogationem inducit ad concedendum, quod iam negatum eſt: vt ſi in prima poſitione, 20

Digitized by Google

ſitione, aduerſarius meus negaſſet Lucium fuiſſe ſuum Procuratorem, ego ad infringendam huiuſmodi negationem, cuniculis, & ambagibus aduerſarium aggrediar, formando Poſitiones contrarias, ſed per obliquum, ad hunc modum: Ego pono, quod is denominatus Procurator (licet à te negatus) vendiderit Vina tua, item quod culturam Vinearum tuarum adminiſtrauit. Item, pono quod ipſi mandauerit, vt quæ præmiſſa ſunt, vel aliquid ex eis, diligenter curaret, & tuo nomine perficeret, &c. Si enim hoc concedat, manifeſtè concluditur contrarium eius, quòd prius negauerat.

21 Poſitioni item impoſſibilem, vel contra naturam aliquid ponenti, non eſt reſpondendum, neque talis poſitio etiam eſt admittenda, veluti, ſi quis ponat Virginem peperiſſe, præter Diuam Virginem Mariam.

22 Poſitioni item, quæ eſt ſuper Crimine; contra quem ponitur, reſpondere nullus cogitur, quia nemo cogitur reſpondere, ſe Criminoſum eſſe, quod ſanè intelligendũ eſt, ſcilicet, de criminibus occultis, & ad Reip. perniciem non pertinentibus. Attamen, ſi ad ea reſponderet, negando, de iniuria proteſtando, & reparationem poſcendo, non video quid peccaret, cũ vnicuique curandũ ſit de bono nomine.

23 Et certe ſunt Crimina, ad quæ omnino reſpondendum eſt, ſcilicet manifeſta, per ſententiam publicata. Item, quæ impediunt executionem Officij, aut retentionem Beneficij, vel quæ periculum grauius diſſimulata minantur, vel quæ propriam Infamiam gignunt, aut per confeſſionem aut condemnationem ſunt notoria, *Vide Speculatorem, libr. 2. particul. 2. de poſitioni paragrapho, 40.* Hactenus de Poſitionibus, ad quas reſpondere non licet; nunc accipe, quomodo ad debitas poſitiones reſpondẽdum erit.

24 Poſtquam igitur formatæ, & oblatæ fuerunt poſitiones, & eæ fuerunt repertæ pertinentes, claræ & certæ, & contra quas nulla cadit Exceptio, tunc debet ad eas reſponderi, *c. Præſentium, de teſtibus. cap. 6.*

25 Nam ſi interrogatus ſuper iis legitimis poſitionibus, & reſpondere iuſſus, omnino reſpondere nollet, poſitiones haberentur pro confeſſis, iuxta illud: Qui tacet conſentire videtur, niſi certe legitima cauſa eum recuſantem excuſaret, *ca. 2. de confeſſ. lib. 6. & ibi gloſſ.* De huius autem reſpondere nolentis pœna, alia videbis mox infra. Sed notandum eſt, quod aliquando fiant Exceptiones contra poſitiones, verum illæ exceptiones ad contradicẽdum poſitionibus, aut ad eis reſpondendum fieri debent, ante expiratum tempus dilationis permiſſę & ſub hac forma, vel ſimili.

26 Contra poſitiones & Articulos oblatos per talem Titum actorem, vel talem N. ipſius Procuratorem in cauſa talis fundi Procurator, & Procuratorio nomine talis rei N, &c. proponit & dicit excipiendo, quod huiuſmodi prætenſæ poſitiones, & articuli ſunt generales, nimis obſcuri, & incerti, informes, indeterminati, dubij, multiplices, indefiniti, in Iure non fundati, captioſi, de facto alieno, impertinentes, & tales, qui non magnopere releuarent Actorem à probationibus. Ideoque ad eas, quatenus pro poſitionibus dantur, non eſt pro parte ei reſpondendum: quatenus verò offeruntur, vt Articuli, nullatenus ſunt admittendi, vti ex eorum inſpectione patebit euidenter, & latius (ſi fuerit opus) productionibus monſtrabitur. Quare prædictus Procurator rei petit: per vos Iudicem pronunciari, decerni, & declarari Poſitiones & Articulos prænarratos, & exhibitos non eſſe admittendos, ſed planè reiiciendos eſſe, ac ſimul reiicere, & nullo modo admittere: partem Ream ab inſtantia Iudicij abſoluendo, & Actorem in expenſis legitimis condemnando: ſaluo iure addendi, diminuendi, & cætera. Accipe nunc viciſſim formam Reſponſionis, ad debitas Poſitiones exhibitus.

Procurator nomine Procuratorio Iodoci Rei, ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum poſitionum, & Articulorum prætenſorum Ioannis Actoris, ſic quod Reſponſiones, quas forſitan ad impertinentes, & indiuiſibiles Poſitiones huiuſmodi à ſe fieri continget: pro non factis habeantur, reſpondet, dat, facit, & exhibet, medio Iuramento, Reſponſiones infra ſcriptas. Imprimis enim Procurator Iodoci prædicti, reſpondendo ad ſecundam poſitionem, dicit quod non credit eam eſſe veram, & cætera. Tertia dependet à ſecunda negata, ſimiliter & quarta. Ad quintam, credit ſe fundum poſſidere, & eius reſtitutionem Ioannis, & aſſignationem iuſtè contradicere. Poſtremo & finaliter credit confeſſa de confeſſis, & negat negata. De effectu autem poſitionum, hæc paucula accipe. Effectus poſitionum, hic eſt, quod is, qui ponit aliquid, eo ipſo quod ponit, videtur confiteri id quod ponit. Nam non debet aliquis ponendo aſſerere, niſi id quod certo ſcit, vel credit. Sunt autem quædam pœnæ conſtitutæ illi, qui ad debitas poſitiones, aut reſpondere nollet, aut ad eas falſo reſponderet, &c de quibus ſequentia perpende, ac primo de pœna non reſpondentis, vel falſo reſpondentis, aut falſo confitentis, de qua vide *leg. Si quis in iure interrogatus, & l. de ætate, § 1 & 2. ff. de interrogat. actio* 27

De pœna vero falſo negantis, vide *l. Non alienũ eodem titu.* De pœna vero tacentis, vide *d. l. de ætate, Sed limita, vt Spec. hic.* De pœna autem non reſpondentis ad interrogata, vide eandem *leg. Quod autem, & l. Si defenſor, §. 2 in fine.* 28

Pœnam autem obſcure reſpondentis videbis, *d.* 29

l, De

l. De ætate, §. nihil De Pœna autem dolum committentis circa rem, de qua agitur, vide *l.* si ſeruus non ſit, in fine, eod tit.

30 Notandum quoque hic eſt, quod multa occurrunt circa hanc poſitionum materiam, dubia, quæ hoc loco mihi enarranda nō aſſumpſi, ſed ea apud Spec. tibi videnda relinquo. Nobis enim ſufficiebat vſitatiſſima explicaſſe, & ad reliqua viam indicaſſe tyronibus.

31 Hoc loco item non impertinenter tractari potuiſſent Confeſſiones, quæ ad Poſitiones fieri ſolent, ſed quia illas tractabimus infra, ſub c. p 173. De probatione facta per Partium confeſſionem, ideo hoc loco de illis non meminerimus, ſed ad Reſponſiones formandas pergemus.

32 Reſponſiones igitur communiter fiunt, tam in Prouinciali Concilio Flandriæ, quā in magno Mechlinienſi Concilio corā Commiſſario ordinato ac deputato, ad Informationem faciendam, & coram ſuo adiuncto, ad finem, vt ſeipſos, ſcilicet, Commiſſarius, adiunctus, ac Partes in illo regularent. Et incidentia (ſi quæ inciderent aut conſurgerent) terminarent, & deciderent, aut relationem (vulgo) rapportum ad Concilium (ſi difficilia fuerint) facerent & referrent.

33 Ad dictas itaque Reſponſiones faciendas, debet primò Pars aduerſa citari, ſi enim non citaretur, Reſponſiones nullas facere teneretur. Sunt autem Reſponſiones (vt ſæpe diximus) introductæ, vt Producens releuetur ab onere probationis, per confeſſionem aduerſarij *cap. Statuimus, de confeſſ. lib. 6. & leg. Eum qui primo reſponſo, Dig. ſtis de interrand.*

34 Quia ſi Partes aut Pars credat, aut confiteatur, tunc vlteriori probatione non erit opus.

35 Et fiunt Reſponſiones per credit, vel non credit, quod ex occaſione Iuramenti de Calumnia procedit, quia ſi præſtitiſſet Iuramentum Veritatis, ſiue de Veritate, teneretur & obligaretur per verbum ſcio, vel non ſcio. Nam vſus communis in reſponſionibus hic eſt, vt pars compellatur ad reſpondendum per verbum credit, vel nō, ſed iſtud eſt erroneum (vt quidam ſuſtinent) quod pars aliquando neceſſaria ſcripturas cambire aut mutare, ac inuicem tradere debet.

36 A multis autem annis vſi ſunt in magno Mechlinienſi Concilio, quod Procurator, loco omnium Reſponſionum neget factum, aut facta contentata in Scripturis partis aduerſæ, ſine ampliori reſponſione per verbum credit, vel non credit. Sed id ab hinc aliquot annis ipſis Procuratoribus partium per eandem Concilij ordinationem, prohibitum eſt, ipſis mandatum, vt poſtea ſemper reſpondeat per verbum credit, vel non, priuſquam Commiſſarius decedat à Mechlinia.

Nonnulli conſulunt reſpondentibus, ſiue reſ- 37 ponſuris, vt ſemper magis promiores ſint ad negādum, quam ad confitendum, maximè quando poſitiones dependent à cauſis aliorum (vti ſupra diximus) Iuramento, & Conſcientia ſemper ſaluis.

Quando vero procurator certo ſcit, quod factū 38 in ſcripto verum eſt, debet illud credere, aut alioqui ſe ipſum, ac ſuum Dominum, ſiue Clientulum grauaret, & maximè ſuam læderet conſcientiam.

Aduocatus enim aut Procurator, qui ſuum Do- 39 minum ac Magiſtrum, falsò per Reſponſiones facit, iubet ſiue ſuadet reſpondere, is tenetur de dāno, & intereſſe Partis. Sed corrupta praxis de iſto eſt in contrarium. Nam multi Aduocati & procuratores nonnunquam conſulunt Dominis ac Magiſtris ſuis, vt illum aut illum articulum negent, & non confiteantur, quod ipſi cum tali confeſſione, etiam ſi vera eſſet, ſuam cauſam perderent, ac in ſua cauſa ſuccumberent. Sed hi non conſiderant quod Veritatem ſimulanter, & falsò negando, ſuas Animas damnant, & ita Veritatem negantes, ad Inferna deſcendant.

Sed reſponſiones formaturis ſciendum eſt, mul- 40 tos Articulos irreſponſibiles, & ad quos reſponderi non poteſt: quales ſunt Articuli reiterati, quia ſuper illis ſemel reſponſum eſt. Item, Articuli cōtrarij, ac non releuantes, etiam ſi ijdem eſſent probati. Item, Articuli obſcurè, malitiosè, aut captiosè poſiti, aut qui ſunt cum duobus intellectibus, aut qui purè in Iure conſiſtunt, aut qui ſunt purè illatiui, aut Alternatiui, aut qui generales ſunt ſine ſpecificatione, aut declaratione, aut qui impoſſibiles ſunt, & id genus ſimiles, quorum hoc Capite paulo ante etiam meminimus.

Super Articulis autem partim credibilibus, & 41 partim non poteſt reſpondens diuidere ſuum reſponſiuum, & credere illud, quod eſt credibile, & reliquum non credere, vt ſcriptum eſt, aut (vulgò) vt iacet.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CLV.

De Commiſſariis.

SVMMAE.

1 *Commiſſarij alii ſunt* { *Referendarij, qui* / *alij* / *ad deciſiones Cauſarum, qui* }
2 *Commiſſarij referendarij* { *Teſtium depoſitiones ad Curiam referunt.*
3 *ſed*
4 *ſurrogare non poſſunt.* }
5 *Commiſſarij ad decidendum* { *ſunt Iudices delegati.* / *pronuntiant Sententiam. & alios ſubrogant.*
6 *Appellationes à ſe ad Curiam permittunt.* }
7 *A Commiſſarijs referendarijs non appellatur.*
8 *In Francia, Referendarij per Appellationem, à procedendo non impediuntur.*
9 *In Concilio Flandriæ ſunt. 4. Commiſſarij ordinarij.*
10 *Præſes & Conſiliarij Flandriæ, quot Commiſſiones habeant.*
11 *Commiſſarij in Concilio Flandriæ, omnes ſunt Referendarij.*
12 *Commiſſariorum in Concilio Flandriæ, quod ſit Officium.*
13 *In Concilio Mechlin. Commiſſarij* { *Committuntur à ſolo Præſide.*
14 *Aliquando ſunt Referendarij, aliquando ad terminandum*
15 *Proceſſum inſtruunt vſque ad definitiuam.*
16 *Non poſſunt ſine nouo mandato, iterum informare ſuper factis contentis in reprobationibus.* }
17 *Commiſſiones in Concilio* { *Flandriæ, expediuntur ſub Chirographo Graphiarij.* / *Mechlinienſi, expediuntur ſub Chirographis Conſiliariorum.* }
18 *Poteſtas Commiſſariorum cum conſenſu partium, & Commiſſarij, prorogari poteſt.*

ACturus hic de commiſſariis, primò commiſſariorum diuerſitatem ponere volui.

1 Commiſſarij itaque ſunt duplices: quidam enim ſunt Commiſſarij referendarij, nempe, quorum Officium eſt, Informationes audire, & quòd inde cognoſcere poſſunt, id ad Concilium fideliter referre. Alij ſunt Commiſſarij fortiores, ſcilicet, qui ordinati ſunt ad decidendum Cauſas, ad terminandum, & adiudicandum, quorum Officium, Vſum, & Praxim, pro variis Curiis ex ſequentibus cognoſces.

2 Commiſſarij itaque referendarij (vt diximus) tantum accepta, & teſtium depoſita referunt, & ideo nullas Sententias ferunt, aut pronũciant, ſed ſolum committuntur ad Teſtes recipiendos, ad Teſtes iurare faciendos, ad ipſos audiendos, ad iudicium ſiue proceſſum inſtruendum, ad proceſſum verbalem faciendum, ſuper omnibus differentijs aut incidentibus, quæ coram ipſis eueniunt, & ad relationem de iis omnibus, ad Curiam ſolummodo faciendam, & nihil eorum omnium terminandum, & decidendum.

3 Hoc quoque de referẽdariis notandum eſt, quod non poſſint ſubrogare, neque aliquem in ſuas vices, aut loca ſubſtituere aut committere, niſi ea poteſtas in ſuis commiſſionibus, per Articulum fuiſſet expreſſa.

Alij vero Commiſſarij, nempe, ordinarij, or- 4
dinati ſunt ad terminandum, † ſuntque tanquam Iudices delegati, feruntque Sententiam, & ordinãt ſuper Partium differentiis, ſed tamen, ſub conditione remiſſionis faciendæ ad curiam, à qua ſuam commiſſionem acceperunt, ſi modo ad eam Partes appellare voluerint. 5

Nam ab his Commiſſariis licitum eſt Partibus, appellare ad Curiam dictorum Commiſſariorum. 6 Qui quidem Commiſſarij, ad terminandum omnino ex ſe etiam ſubrogare poſſunt idque etiam ſecundum ſtylum Parlamenti Pariſienſis: Sed ſecundum ſtylum harum Regionum, id ipſis nequaquam licet, niſi ipſis ea poteſtas expreſſe à Superioribus data & conceſſa fuiſſet, & ſuis commiſſionibus articulatim inferatur.

Dixi à Commiſſariis ad terminandum licere 7 appellari, propter Referendarios, à quibus non appellatur, nec eſt neceſſe; quod hi ſententias non ferant,

Digitized by Google

rant, ſed ſolum Informationes audiant; à quibus quoque informationibus faciendis etiam appellari non licet, etſi ab ipſis appellaretur, procederent nihilominus iidem Referendarii ſemper vlterius, vſque ad tempus, quo ipſis eſſet à Curia inhibitum, ne procederent vlterius, & tunc eam appellationem Proceſſui verbali inſerunt, & inſcribunt, niſi ipſis videretur, quod dicta Appellatio aliquo modo eſſet fundata, quo caſu ipſi etiam eidem Appellationi deferunt, cedunt, & ſuum curſum habere permittunt.

8 In Francia vero, Commiſſarij præfati Referendarii, non obſtante vlla appellatione, procedunt ſemper vlterius, atque recipiunt ſcripto, id quod Partes de Poſitionibus ſuis dixerunt: & ordinantur in ſacco.

9 In Prouinciali verò Flandriæ Concilio, vt cognoſcas quomodo Commiſſiones peragantur, hæc obſerua. Sunt in eo Concilio quatuor Commiſſarij ordinarij, qui quocunque locorum ad Informationes audiendas mittuntur, vtpote, quibus id munus ex officio ordinario competit, ſed tamen reſtrictiuè: nempe, vt non omnes eas Commiſſiones accipere poſſint, ſed tantum eas quas Præſes, aut Conſiliarij accipere recuſant.

10 Præſes enim Conſilij quotannis duas Cõmiſſiones, & ſinguli Conſiliarij vnã Cõmiſſionẽ ſingulis annis accipere poſſunt, quas volunt, & quando volunt, reliquæ dictis quatuor Cõmiſſariis ordinariis cõpetunt. Qui (vt Præſidi & Cõſiliariis optio accipiendi vel nõ accipiẽdi relinquatur) quoties aliquę Commiſſiones ad inquiſitiones faciendas eueniunt, eaſdem ſtatim ad Curiam deferunt, & committunt, vt præſes, vel Conſiliariorum aliquis (qui tunc nullam habuit) eam accipiant. Si verò ab iis non accipiantur, tales commiſſiones accipiuntur ab vno illorum quatuor Commiſſariorum, qui ſuo ordine & vice tunc ſequitur, qui adiunctum (etiam ſi velint) ſecum aſſumere poſſunt, quod tamen in Concilio Mechlinienſi propter ſuſpicionem eſt prohibitum.

11 Hi itaque Commiſſarij Flandriæ omnes ſunt Referendarij, & nulli alij: niſi Princeps aut Conſilium Principis ipſis Maiorem, & ampliorem poteſtatem tribuiſſet, & commiſiſſet.

12 Vnde ijdem Commiſſarij Concilij Flandriæ faciunt aut conficiunt informationes (vulgò Enqueſtas) recipiuntque productiones ſine pluribus, quas informationes ad Curiam clauſas ſigillatas (vt decet) deferunt, & Curia tunc curat & mandat, vt partibus dentur nomina & cognomina Teſtium, vt (ſi velint) iis Teſtibus contradicant, ipſoſque (ſi quid cauſæ norint) reprobent, & confutent.

In magno verò Mechlinienſi Concilio, non ſic Commiſſiones per vices, aut ex arbitrio Comiſſariorum aſſumuntur, ſed ibi omnes Commiſſiones diſtribuuntur, ſecundum placitum & prudentiam ipſius Præſidis, qui induſtriam & aptitudinem perſonarum, & qualitatem vel naturam cauſarum ad eam commiſſionem conſiderare debet. 13

Huius itaque magni concilij Mechlinienſis Cõmiſſarij, omnes aliquando ſunt Referẽdarij, & aliquando ſunt Commiſſarij ordinarij, ad terminandum & iudicãdum, nempe, iuxta poteſtatem ipſis à Principe, aut ab ipſius priuato Concilio, aut à Parlamento factam, conceſſam, & commiſſam. 14

Generaliter ipſorum eſt officium, vt non tantum Informationes audiant, ſed vt etiam Proceſſus inſtruant, vſque ad definitiuam excluſiue, recipientes omnes actiones Proceſſuum, ſcilicet, Reprobationes Contradictiones, Saluationes, & Concluſiones. in iure, ſiue in cauſa. Quibus omnibus peractis cauſam, & omnia actitata concludunt, & ad Curiam terminanda, deferunt, in quam tunc nullæ ampliores Reſponſiones, Allegationes aut iuridicæ Actiones aliæ, tranſmitti poſſunt, quod omnia tunc concluſa ſint in Iure, ſed tamen tunc licet partibus in Curiam tranſmittere certa Iuris motiua, quibus Iudicem acuant, promoueant, & ad certius ſententiam ferendam inſtruant. 15

Hi tamen Commiſſarij commiſſi ad Proceſſum inſtruendum, vſque ad definitiuam excluſiue, non poſſunt ſine nouo mandato iteratam informationẽ facere, ſuperſactis contentis in reprobationibus, ſiue contradictionibus & Saluationibus, & ſuper iiſdem ſemel auditis, etiamſi poſtea occurrerent & inciderent aliqua, quæ pars aduerſa ad ſuas Reprobationes, Contradictiones, aut ad Saluationes faciendas, maximè conducere & conuenire putaret. 16

In Flandriæ Prouinciali Concilio, omnes Commiſſiones audiendorum Teſtium, poſtquam in Curia ordinatæ fuerint, ſcribuntur, notantur, & expediuntur à Graphiario ſub ſuo Chirographo. Sed in magno Mechlin. Concilio, ipſimet Commiſſarij expediunt ſuas Cõmiſſiones, ſub ſuis Ipſorum Sigillis & Chirographis, quemadmodum etiam faciunt in Parlamento Pariſienſi. 17

Quando poteſtas Commiſſarij ad informationẽ faciendam conceſſa eſt, & expedita, partes poſſunt eandem poteſtatem cum ipſorum Commiſſariorũ, & etiam partium conſenſu prorogare. Sed de hac prorogatione & conſenſu, certa Acta expediri debet per Curiam, & nullo modo per Commiſſarium quod de ea prorogatione facta, & cum conſenſu partium permiſſa, ipſi non crederetur. 18

CA-

CAPVT CLVI.

De Commiſſariis & Adiunctis.

SVMMAE.

1 *Commiſſarij Flandrenſes accipiunt adiunctos, quos partes permittunt.*

Commiſſarij Mechlinienſes
2 *non poſſunt aſſumere Adiunctos.*
3 *aſſumens alium Conſiliarium, ſi Præſident aut Partes eum permittant.*
4 *Per ſe informationem audire, & ſcribere debent.*

5 *Commiſſarij, ſi bini ſint coniunctim informationem audire debent.*
6 *Commiſſarij Articulos eiuſdem facti, ſimul colligare debent.*
7 *Adiuncti iurare debent, ſe nihil ex confirmatione detecturos eſſe.*

1 DIxi capite præcedenti, quod Commiſſariis Concilij Flandrenſis permiſſum ſit, vt in ſuis Commiſſionibus peragendis poſſint ſecum aſſumere aliquem Clericum, aut Amanuenſem, (quem Adiunctum vocamus) qui, in præſentia Commiſſarij, Teſtium depoſitiones fideliter annotet, & ſcriptis excipiat. Sed huiuſmodi adiunctos non capiunt pro ſuo arbitrio, quos volunt, propter ſuſpicionem fauoris, aut odij, ſed tantùm ipſis adiunguntur, quos partes ipſis Commiſſariis adiunctos eſſe permittunt. Quocirca contra tales Adiunctos reprobandos, nihil amplius dicendum à partibus, quàm quod talem Adiunctam non recipiant, ſed illum, vel illum habere velint, ſine vlla expreſſione Cauſæ.

2 In magno tamen Mechlinienſi Concilio, Commiſſariis planè interdictum eſt, ne pro ſuis Adiunctis, ſuos Clericos, ſeu Amanuenſes accipiant, etiamſi in illis accipiendis, partes conſenſerint.

3 Quin ne ipſis quidem Conſiliariis admiſſum aut conceſſum eſt, vt ſecum alium Commiſſarium, pro ſuo arbitrio, aſſumant, niſi facerent cum Præſidis & cum partium conſenſu.

4 Quocirca conſtitutum & ordinatum eſt in præfato magno Conſilio Mechlinienſi Commiſſariis, vt ipſimet Informationem & Enquæſtam perſonaliter faciant, ac Teſtes ipſos iurare faciant, Iuramenta ab ipſis capiant, eoſdem interrogent, & ipſorum Depoſitiones ipſi manu fideliter ſcribant, ſi modò ipſi laborem ferre poſſint, & quod non iubeant ſcribi eo caſu, per ſuos Adiunctos Clericos, Si verò ſcribere nequeant, ſaltem depoſitiones proprio ore ſuis Amanuenſibus ſcribendas pronuntient, & vbi conſcripſerint, ea coram iiſdem Teſtibus relegant, & an ſic res habeant, ſicuti ſcripſerunt, aut legerunt, eoſdem denuò interrogent.

Item, ipſis etiam Commiſſariis & Adiunctis (ſi quando hi adfuerint) iuſſum & ordinatum eſt, vt 5
ſimul, & coniunctim ſuas Informationes, & Inquiſitiones faciant, & ne vnus eas Inquiſitiones faciat, in abſentia alterius, quia duo ſimul melius vident, quàm vnus ſolus (& vt vulgò dicitur) plus vident oculi, quàm oculus.

Commiſſarij præterà mandatum & ordinatum eſt, vt inter examinandum, Teſtes ſimul congregent Articulos, idem factum continentes, ſiue de 6
vno facto loquentes, & quorum vnum ab altero dependere videbitur, nempe, vt euitetur confuſio, & verborum prolixitas, Clerici ſiue Amanuenſes Commiſſariorum, qui Informationes aut Inquiſitiones primò leui manu, ſiue minutim conſcribunt, quique eadem ſcripta in mundum poſtea redigunt, tenentur præſtare Iuramentum, in manibus ſuorum Dominorum, ac iurare ſeſe non reuelaturos Secretum informationis, aut informationum, nec ex depoſitis, aut ex probatis, aut non 7
probatis, ſe quicquam partibus detecturos.

Digitized by Google

CAPVT CLVII.

De Probatione.

SVMMAE.

1 *Probatio eſt* { *Vis & poteſtas Iudicij,* / *annima Proceſſus.* }

2 *Probatio aliquando competit;* { *Actori ſoli.* / *Reo ſoli.* / *Vtrique ſimul.* }

3 *Probat* {
- *Actor ſolus, quando Reus;* { *Negat petitionem Actoris* / *aut* / *Non ponit facta contraria* }
- *Reus ſolus, in multis caſibus, vide cap ſeq.*
- *Vtraque pars,* { *quando non ponuntur facta contraria.* / *aut* / *In materiis Poſſeſſoriis.* }
}

1 IN Probando, ſiue in Probationibus formandis, conſiſtit omnis vis & poteſtas Iudicij, ſiue Proceſſus, quia qui probare non poteſt, is nihil habet nihilque conſequitur. Ideoque multi dicunt, quod Probatio ſit Anima Proceſſus.

2 Probatio autem nonnunquam competit Actori ſoli. Aliquando verò ſolus Reus probat, & nonnunquam probat vterque.

3 Actor autem ſolus probat, quando Reus negat ipſius petitionem, ſeu libellũ duntaxat, non ponẽdo factum contrarium, aut facta cõtraria. Reus verò probat ſolus, in multis ac variis caſibus, *vt infr. declarabimus, ca ſeq.* Vterque probare debet, quando ponuntur facta contraria. Vtrique item partium probatio incumbit, in materiis Poſſeſſoriis. Nam in his vtræque partes & Actores ſunt, & Rei.

CAPVT CLVIII.

Quando Reus probare tenetur.

SVMMAE.

Reus vel Rea probare tenetur,

1 *Quando proponit factum deſtructiuum petitionis.*
2 *Quando Ius commune militat pro Actore.*
3 *Quando cauſa pro Actore eſt priuilegiata.*
4 *Quando Actor obtendit falſitatem.*
5 *Reus tamen raſuram ſuam iuſtificare debet.*
6 *Quando negando affirmat implicitè.*
7 *Quando Probationem ſuam præſentat.*
8 *Quando Parti Iuramentum defertur.*

1 REus aut Rea ad Probationes tenetur, quando excipiendo proponit factum peremptorium, & deſtructiuum petitionis, ſiue libelli Actoris, huiuſmodi ſunt, Solutio, Liberatio (vulgò) Quietantia, Tranſactio, Pactum de non petendo, Innonatio, Præſcriptio, & ſimilia.

2 Reus aut Rea præterea tenetur probare, quando Ius commune aut præſumptio eſt pro Actore aut Actrice. Exempli gratia: Ego Actor petò à Fratre meo Ius meum, quod mihi ſucceſſionis cauſa, in certo fundo debetur, vel deberi putatur, qui fundus ad Patrem noſtrum, dum viueret, pertinebat, Frater meus negat mihi, in eo fundo aliquod ius competere: Hoc caſu idem Frater meus docere, ac probare debebit, quomodo ab eo fundi iure, & hæreditate detruſus, & priuatus fuerim. Præſumptio enim, & Ius commune pro mè Actore, & Petitore militat, & hæreditatem mihi, cum fratre comunem,

munem, competere cenſet, ob id, quod ego cum eodem Fratre, eiuſdem Patris ſim Filius, Reus aut Rea item probare debet, quando controuerſię cauſa eſt priuilegiata pro Actore, aut Actrice.

3 Verbi gratia: Si Pupillus, aut Mulier, aut alia priuilegiata perſona, nimium, aut plura Creditori perſoluiſſet, eademque hoc ipſum, quod nimium perſoluerat, repeteret, tunc Creditor docere debebit per articulos, quod tantum ſibi debita receperit: aut ſi id præſtare non poteſt, probare debebit, quod prius fuerat debitum, & quæ ſolutiones ſuper eo factæ. Si plus ſolutum ab Actore, vel Actrice per Syngraphas, aut per alios modos commonſtretur, ſcilicet, Creditor vel Creditrix, tunc probare debebit, ob quam cauſam illud nimium, aut plus receperit, quia Pupillus, aut Mulier, aut alia priuilegiata perſona, decipi non poteſt.

4 Reus vel Rea etiam probare debet in crimine falſi. Verbi gratia: Quādo Actor aut Actrix petit, & exigit debitum, & ſi Reus, aut Rea tale debitum neget: & ſi contra Actor vel Actrix, hoc ipſum debitum probare pergat per inſtrumenta, & Reus vel Rea huiuſmodi inſtrumenta negaret, & vt falſa reiicere vellet, tūc hic Reus vel Rea, talis inſtrumenti
5 falſitatem docere debebit, † potiſſimum, quando non apparet vlla ſuſpicio falſi per raſuram, aut lituram facti, hæc enim ſi aperte apparerent, Actoris eſſet probare, & iuſtificare ſuum inſtrumentum, quod bonum eſſet, & non vitiatum, nempe, per Regiſtrum, ex quo exſcriptum fuerat.

6 Debet etiam Reus, aut Rea probare, quando ponit negatiuam, quæ implicitè continet affirmatiuā, quæ vocari ſolet negatio prægnans. Exempli gratia: Si Actor aut Actrix habeat Donationem Teſtamentariam, eamque poſcat, & ſi Reus, vel Rea eādem neget, ſed reprobet, dicendo, quod Teſtator eam donationem faciens, non fuerat ſatis compos mentis, tunc idem Reus aut Rea debet probare ſuā negationem, aut negatiuam, quia ſic negando, tacitè & implicitè affirmat, quod Teſtator, tempore cōdendi teſtamenti, alienatus fuerat à ſuis ſenſibus. Similiter ſi Actor aut Actrix obiiciat, & dicat: Tu renunciaſti Succeſſioni ſiue domui Mortuariæ, & Reus aut Rea negando reſpondeat, ego eam renunciationem non feci cum libera voluntate, Reus aut Rea tunc probare debebit eam negatiuam, quia ipſe aut ipſa ſic negās, implicitè affirmat, quod eā renūtiationem aliquo metu, aut vi compulſus fecerit.

7 Reus aut Rea debet etiā probare & docere, quādo ipſe aut ipſa talē probationē præſentat & offert quia cū ea præſentatione & oblatione, ipſe aut ipſa ſeſe ad oblatam probationem aſtringit & obligat.

8 Poſtremò, quando Pars, aut Iudex cauſam ponit, ac committit Iuramento aduerſarij, tunc is aduerſarius tenetur iſtud Iuramentum, ſiue Iuſiurandum oblatum acceptare, quod Iuramentum aut Iuſiurandum, probationis loco habendum eſſe, cenſendum eſt.

C A P V T CLIX.

Quid Probare debet.

S V M M AE.

1 *Probanda ſunt facta in Iudidijs exhibita.*

Non ſunt probanda
2 *Facta impertinentia, aut ſuperflua.*
3 *Quæ Iudex ſcit, vt Iudex.*
4 *Facta, quæ nec commodant, nec incommodant.*
5 *Facta per aduerſarium confeſſa.*

1 DEbent primò doceri ac probari facta, & pro factis concepta, aut præcogitata, potiſſimum quæ in Iudicijs ſunt ſeruita, & exhibita, & quæ quiſque ſuæ cauſæ, ſuiſque iuribus ſeruire & profutura eſſe, putabit, quod addo ob id, quod nemo impertinentia, inualida, aut ſuperflua probare teneatur.

2 Id quod Iudex ſcit, vt Iudex hoc eſt, quod ipſi
3 vt Iudici, notum eſt, non eſt probandum, nec probatione indiget, vt latius infra monſtrabitur: cap. Omnis enim probatio ad hoc requiritur, & conducit, vt Iudex de rebus certior fiat, quarum certitudinem, ſi Iudex vt Iudex ſemel conſecutus fuerit, ſuperuacanea erit omnis probatio, Sed id quod non ſcit, aut quòd ſcit, non tanquam Iudex, ipſi omnino probandum erit; quantumuis id aliis modis cognoſceret, vt Ioānes, aut Petrus: De hac enim cognitione Iudex dicere poſſet, quod ſcio, neſcio.

4 Facta quæ producenti nec incommodare, aut releuare poteſt, ea non ſunt probanda, quòd eorum Probatio eſſet omnino ſuperuacanea, & inutilis.

5 Sic etiam non ſunt probanda facta, quæ Pars aduerſa in ſuis Reſponſiuis credidit. Quorſum enim attineret velle probare ea, quæ Aduerſarius, ſua ſponte fatetur, & pro confeſſis relinquit, & vt cōfeſſa in fauorem producentis ſunt permiſſa & conceſſa?

CAPVT CLX.

Quis in Productionibus ordo.

SVMMAE.

1 *Probatio prior incumbit Actori.*
2 *Reus ad Productionem, ante Actoris Productionem, compelli non debet.*
3 *Reus ante Actorem procedere poterit, ſi maturationem optet.*

1 QVando ambę partes ſimul paratę ſunt ad producendum, Actor aut Actrix (ſi vult) præcedere debet, vti diximus ſupra, *c.* 141.

2 Imo, quod magis eſt, ita hunc ordinem obſeruari volunt, vt in Concilio Flandriæ Prouinciali, & etiam in magno Mechlinienſi Concilio ſtatuerint, & omnino nolint, vt Reus aut Rea vllo modo ad Productionem ſuam faciendam, compellatur, priuſquam Actor aut Actrix ſuam Productionem fecerit, aut facere iuridicè recuſauerit.

Attamen, ſi reus aut Rea accelerationem deſideraret, poſſet tunc ſemper, cum ſua Productione 3
præcedere, cum vellet, quia tempus ad Productiones præfixum ambabus eſt commune.

CAPVT CLXI.

De diuerſis Probationum ſpeciebus.

SVMMAE.

Probationes fiunt, per
1 *Teſtes.*
2 *Confeſſionem aduerſarij.*
3 *Euidentem notitiam, & conſpectum rei.*
4 *Literas inſtrumenta, Schedulas, &c.*
5 *Liberos, epitaphia.*
6 *Famam publicam.*
7 *Sola fama non habet locum in criminalibus.*
8 *Delationem Iuramenti.*
9 *Communem omnium opinionem.*

10 *Probationes* *Factorum fiunt, per modos prædictos.* *ſed* *Iuris fiunt, per* *Leges.* *Canones.* *Conſuetudines.*

Probationes
11 *Facta in vno Iudicio, etiam valent in alio Iudicio.*
12 *Facta coram arbitro, etiam valent coram Iudice.*

1 VArij multiplicesque ſunt Probationum modi Primò enim Probationes fiunt, per Teſtes, *c.* 2. *&c. Ex literis, extra, de probat.*

2 Aliquandò verò fiunt, per Confeſſionem Partiũ aut Aduerſariorum, *c. Cum dilectum, extra, de reſt. ſpoliat. & l. Si fine. ff. de interrog. actio.*

3 Item fiunt, per certam notitiam, & euidentiam facti ſcilicet, per ipſum Rei aſpectu, *in c. Euidentia, extra, de excuſat. c. Ad noſtram, extra. de iureiurand. l. Prima, ff. de vent. inſpicien.* Si etiã fiunt de atroci iniuria, quæ multorum conſpectibus patuit.

4 Item fiunt, per Literas, aut per Inſtrumenta, vt per totum, *extra, de fid. inſtrument.*

Item, per libros antiquos, per Rotulas, aut per Scripturas ſiue recentes, ſiue antiquas, iuxta quali- 5
tatem rerum, aut per Sepulturas, aut per Epitaphia vetera, in Lapidibus, in Marmore, in Muris, vel in Columnia inſculpta, *c. Cum cauſam, extra, de prob. & l. Cenſus. ff. eod. titu. de probat.* Item fiunt, per Literas Sigillatas cum Sigillo Epiſcopi, *c. Poſſeſſionem, extra de probat.*

Vide Speculatorem, de Sigillis latè tractantem. 6
Item per Famam cum aliis Præſumptionibus, *c. Tertio loco, extra, de præſumpti.* Nam vicinorum multo-

multorrum fama, probationem facit, *c. Vltimo, extra de frigid & maleſi.* Aut certe fiunt per Famam, cum vno Teſte, *c. ſicut. extra, de probat.* Sed hæc Fama tantùm operatur in Ciuilibus. Nam Fama non ſufficit ad condemnandum de crimine, quia in crimine debent eſſe probationes apertiſſimæ, & meridiana luce clariores, ſecus autem in ciuilibus, *l. Vltima C. de probat.* Item, fiunt per Vehementem Suſpicionem, de qua probatione infrà latius, *cap.* 173.

7 Item, Per Iuramenti delationem factam ab aduerſario, *l. 1 & 2. & l. Manifeſte, ff de iureiurand. & c. Finali, extra, eodem.* Vel factam à Iudice alterutri litigantium, quia hæc iuramenti delatio ſemiplenā probationem habet, *l. bonæ fidei, C. de reb. credit. c. Ex inſinuatione, extra, de procurat. & c. extra, de probat.*

8 Item, per Denunciationem publicarum perſonarum. Item, per communem omnium Opinionem, & ferè per omnium Sententias, & indicia indubitata, *c. Excommunicamus, in fine 1. extra, de hæretic l. Indicia, C. de rei vendicat. & de Sciant. 2 quæſt. 7.* Et habent prædicta locum in Probatione facti.

Sed ſciendum eſt, quod hactenus probandi ſpecies enarratæ, tantùm intelligendæ ſunt, de Probationibus factorum, non de Probationibus Iuris. 9 Hæc enim Probatio iuris fieri debet aut per Leges, aut per Canones, aut per Conſuetudines, interdum directè & interdum per Argumenta. Hæc quoque de Probationibus notanda, priuſquam præſens caput abſoluamus, ſequentem annotatiunculam memoriæ ſcrinio diligenter commendabimus.

Primùm, quod Probationes factæ in vno Iudicio, quales ſunt, Atteſtationes, Confeſſiones, & huiuſmodi, fidem quoque faciunt in alio Iudicio. 10

Secundum, quod Probationes factæ coram arbitri, fidem quoque faciunt coram Iudice, de quibus 11 videbis latius apud Speculatorem, de Probationibus, &c. De quorum nonnullis, nihilominus infrà per diſtincta capita, pro noſtrarum virium tenui portiuncula, tractabimus.

CAPVT CLXII.

De Probationibus per teſtes, Et primò, de Teſtibus producendis ante Litiſconteſtationem.

SVMMAE.

1 *Probatio Teſtium* { *eſt omnium validiſſima.*
2 *ſit regulariter, poſt Litiſconteſtationem.*

Exceptio.

Probatio Teſtium ſit ante Litiſconteſtationem,
3 *quando timetur de morte Teſtis.*
4 *quando Teſtis diu abſuturus erit.*
5 *quando agitur de electione alicuius firmanda, vel infringenda.*
6 *quando in cauſa Matrimoniali, Teſtis diu aberit.*
7 *quando in Criminalibus, per præcedentem informationem, res perquiritur.*
8 *quando Teſtimonia petuntur, ob perpetuam aut longam memoriam.*

9 *Teſtes auditi ante Litiſconteſtationem, iterum audiri debent, ſi poſt Litiſconteſtationem ſuperuiuant, aut adſint.*

Item.

Probatio Teſtium ſit ante Litiſconteſtationem,
10 *quando aliquod acceſſorium, ante Litiſconteſtationem opponitur.*
11 *in exceptionib.* { *Dilatorijs. Declinatorijs. Peremptorijs.* }
12 *in Caſibus à Speculatore explicatis.*

1 PRoximè præcedenti Capite, vtcunque commonſtata probationum varietate, condecens eſt, vt eas probandi ſpecies, ex ordine tractemus latius, ac primò de Probatione, quæ fit per depoſitiones Teſtium.

Hæc enim, inter omnes Probationum ſpecies, habetur efficaciſſima, potiſſimum, cum fiat viua voce, *c. Cum Ioannes,* & quæ ibi notantur, extra, de fide inſtrumento.

Sed de hac Probatione Teſtium ſciendum eſt, 2 quod regulariter non producantur Teſtes, ante Litiſconteſtationem, *c. Quoniam frequenter. extra, de Lite non conteſtat. non proced.* ad Teſtium receptionem.

Digitized by Google

3 Dixi Regulariter, quia aliquando ex cauſa, Teſtes produci poſſint ante Litiſconteſtationem, imò etiam ante inceptum Iudicium, ſcilicet, quando timetur de morte Teſtis, vel Teſtium à me producendorum: nempè, quod ſint Infirmi vel Senio confecti, vel quod accincti ſint ad bella.

4 Vel vt ſi timeatur de Teſtis, vel Teſtium longa & diuturna abſentia, ob id, quod velint hi Teſtes traiicere Mare, nauigare ad Indos, proficiſci Romam, aut Compoſtellam, aut Hieruſalem, aut ad alias Regiones longinquas.

5 Item, præueniri poterit Teſtium productio, ſi agatur de electione alicuius, aut confirmanda, aut reprobanda, *cap. Cum qui, extra, de eo qui mit. in poſſ. cauſ. rei ſeruan.*

6 Item, Cum agitur de Matrimonio carnali, & is, qui conuenitur, malitioſè ſe abſentat, & contumax eſt.

7 Præterea: Si agatur de alicuius crimine, per modum Inquiſitionis præcedentis, *cap. Veritatis, extra, de dol. & contu. & cap. Nouit. extra. de iudic.*

8 Item, quando petuntur Teſtes audiri, produci, aut publicari, aut ad perpetuam rei memoriam, aut ad ſe cum talium teſtimonijs iuuandum, aut prouidendum in futuris temporibus, ſcilicet, quando timetur de ipſorum morte, aut longa abſentia, vti dictum eſt. Prædicti autem ſex Caſus, habentur expreſsè in *d. Decretal, Quoniam frequenter, ext. vt lit. non conteſt.* in quibus ſolis Caſibus, deberent audiri teſtes, ante Litiſconteſtationem.

Nihilominus, ſi præfati Teſtes, poſt litiſconteſtationem adhuc ſuperuiuerent, aut adhuc in Patria eſſent, deberent iidem tunc denuo audiri, alioqui ipſorum præmiſſa teſtimonia eſſent inualida, & nulla etiam ſi ea, præſente Parte, fuiſſent facta. Sed ſi auditi Teſtes illi mortui eſſent, aut non reperibiles ad deponendum, eo caſu, teſtimonium valetudinariorum, & abſentium haberetur bonum ac validum. 9

Sunt interim adhuc plures alij Caſus & cauſæ, in quibus Teſtium Productio, ante Litiſconteſtationem fieri poteſt, nimirum, quando aliquid, ante Litiſconteſtationem, acceſſoriè, aut incidenter opponitur, & probatur, vt *ca. veniens, ex. de teſtib.* 10

Item, In exceptionibus Dilatoriis & Declinatoriis Fori: & etiam in quibuſdam Peremptoriis, ſcilicet, cum excipitur de re Iudicata, vel Tranſacta *c. Inter Monaſterium, ext de re Iudicat & c. exceptionem, de Litiſconteſt. lib. 6.* 11

Reliquos autem Caſus, in quibus Teſtes recipiuntur ante Litiſconteſtationem, breuitatis cauſa hic prætereo, quod eos ad ſatietatem vſque videre liceat, apud D. Speculatorem, titulo aut rubrica de Teſtibus. Et apud Dominum Andr. Alciat. in ſuo Iudiciarij Proceſſus Compendio, *eodem titul. de Teſtibus.* 12

CAPVT CLXIII.

De producendis Teſtibus.

SVMMAE.

1 *Teſtes producendi* { *Primò, ſunt excogitandi.* *Deinde, citandi per Iudicem.* *Tertiò, citatos præſentabit Iudici, aut Deputato.* }

2 *Dilationes ad productionem petendæ*

Teſtes {
3 *Seipſos præſentare non poſſunt.*
4 *Inuiti ſunt compellendi.*
5 *Produci debent à Partibus, non à Iudice.*
6 *Producendi ſunt ſumptibus Producentis.*
7 *Debent habere à Iudice ſecuritatem.*
8 *Produci poſſunt per varias Ciuitates.*
9 *A veritate dicenda, ſeipſos excuſare non poſſunt, ſed ad Teſtimonium ferendum compelli debẽt.*
10 *Se excuſantes per ignorantiam, etiam compelli debent.* }

11 *Iudex, qui inuitum compellere nollet, tenetur de damno & expenſis.*

12 *Dominus Feudalis, qui Prætorem ſuum non compellit ad Teſtimonium audiendum, perdit Iuriſdictionem ſuam.*

13 *Ad informationem, non ſunt compellendi* { *Clerici.* *Spirituales perſonæ,* } *De quibus Speculator.*

Qui

1 QVi teſtes producere voluerit, is primò in ſuam memoriam colligat, & cogitet, quos nouerit ſuæ cauſæ fauturos, atque eoſdem omnes curabit per Iudicem citari, & citatos (vbi comparuerint) ſtatim producet, aut præſentabit Iudici, aut Curiæ Graphiario.

2 Sed in euentum, quo non ſatis multos Teſtes inuenire poterit, Cõſultum erit, ad eam Productionem, Dilationes aliquot à iudice petere. Quæ vbi à Iudice conceſſæ fuerint, curabit, vt ſub prima Dilatione producat, quos primo habebit paratos. Sub ſecunda Dilatione, producet, quos poſtea reperire dabitur. Sub tertia Dilatione, producet, quos tunc amplius reperire poterit. Ad quas Dilationes, & Productiones, debet conſentiri ad minus vna dies, aut plures, ad arbitrium Iudicis, qui certam & competentem Dilationem & Terminum aſſignabit Parti, ad productionem ſuorum Teſtium, vti docetur, *ca. in lucis*, §. *Spacium*, 3. *quæſt.* 3.

3 Dixi teſtes debere per Iudicem citari, quia Teſtes non poſſunt ſeipſos offerre, præſentare, aut ſeipſos ingerere, ad ferendum teſtimonium, ſed debent ad id citari, Iuridicè cogi, &, ſi neceſſum ſit, minis, ac pœnis per iudicem compelli. Alioqui enim tanquam ſuſpecti haberentur, & reiici poſſent *l. Quæ omnia*, §. *Sed & ſi aduerſarius*, *ff. de procuto.* & *Authentica, Rogati, Cod. de teſtibus.*

4 Vnde fit, vt non raro etiam Teſtes inuiti producantur, compellente, ſcilicet, Iudice.

5 Quin & hoc de productione Teſtium eſt notandum, quod ipſi à Partibus, vel per Partes produci debeant, & nullo modo à Iudice, aut per Iudicem, aut à Iudicis officio, quia Iudex ex ſuo officio, Partium facta in cauſis Ciuilibus, aut in cauſis Criminalibus Ciuiliter intentatis, inquirere non poteſt: licet id poſſit in Criminalibus cauſis, Criminaliter intentatis.

6 Producendi ſunt præterea Teſtes, ſumptibus ipſius Partis producentis, *leg. Quoniam Cod. de teſtibus.*

7 Ad hæc, ſi Teſtes eſſent tales, qui non tuto poſſent, ad teſtimonium ferendum, accedere, ea caſu Iudex debebit ipſis liberum acceſſum, & reditum permittere, aut (vt dicunt) ſecurum Saluicon-ductum concedere. Argumento, *c. Hortamur*, 3. q. 9. & *c. Ex parte, ext. de appell* & *c. Sine*, 33. q. 2. Teſtes recipi debent, altera Parte præſente, vel ſe cõtumaciter abſentante, *c.* 1. *extra, de teſt b.* & *leg. Si quoniam*, *C. eadem.*

Vel certi produci poterunt Teſtes, de Prouincia in Prouinciam, vel de Ciuitate in Ciuitatem, ſi Iudex id proſpexit expedire, ſed cum ſecuritate (vt dixi) præſtita. Si autem videretur ipſi hoc non expedire, ſcribet iudici, ſub quo degunt Teſtes, vt eos recipiat & audiat iuxta ſchedulam informationis eò tranſmiſſam & ſecundum formam ac ſtylum loci. Et de his vide latius Speculatorem, ponentem formam Commiſſionis & Receptionis Teſtium. 8

Nemo Teſtium poteſt ſeipſum, à Teſtimonio ferendo, aut à veritate, quam nouit, dicenda excuſare ac ſubtrahere. 9

Sed eſt ad hoc, etiam in Cauſis Ciuilibus, per Multas & Pœnas compellendus, ac conſtringendus, quæ Pœnæ ad id à Iudice conſtitui poſſunt, vt fere per totum, extra, de teſtib. cogend. 10

Imò etiam poteſt compelli ad hoc, per Citationem realem, quam Capturam vocamus. Si contingeret, quod Teſtis citatus executori reſponderet: Ego non veniam, quia ego de cauſa nihil ſcio, tamen deberet venire & comparere, & ad hoc compellendus eſt, ſaltem vt illa ita declaret, & affirmet ſub ſuo iuramento. Et ſi Iudex compellere teſtes nollet ad veniendum, & ad teſtimonium ferendum, & ſi Pars Intereſſe aliquod ex eo ſubiret, Iudex ipſe deberet & obligaretur illud Intereſſe, cũ omnibus expenſis inde dependentibus emendare, luere & exoluere. 11

In Feudorum Curijs, Dominus ſuum Balliuum compellere nollet vt recipiat Teſtes ad Teſtimonium ferendum, ipſe (ſecundum Iura Feudalia) amitteret ſuum Principatum Dominationem ſeu Ditionem, atque Proprietatem ſui Feudi. 12

Sed ab hac compulſione, excipiendi ſunt Clerici, & Spirituales Perſonæ, quæ ad hoc, ſine conſenſu ſuorum Prælatorum, non ſunt per Iudicem ſæcularem compellibiles. Excipiuntur prætereà multi alij, qui à Teſtimonio ferendo ſeipſos excuſare poſſunt, de quibus infra videre licebit in Capitulis, de Teſtium reprobatione, & de Teſtium ſaluatione. 13

Digitized by Google

CAPVT CLXIV.

De Teſtium multitudine Producenda, ſiue de Teſtibus producendis (vulgò) per Turbam.

S V M M A.

1 *Multitudo ſiue Turba ad quas cauſas ſit producenda.*
2 *Ex multitudine ſeu Turba, producendi ſunt Teſtes ad minus decem.*
3 *Infra decem non cenſetur multitudo, ſeu Turba Teſtium.*
4 *Ex multitudine decem idem loquentes, cauſam comprobant.*
5 *Ex multitudine ſeu Turba, Teſtes produci poſſunt* { *Coniunctim* *vel* *Separatim.* }
6 *Conſuetudines* { *Notoriæ, in Parlamento Probatione non indigent,* *ſed* *Non notoriæ, probandæ ſunt decem Teſtibus.* }

Contingit aliquando, vt ad cognitionem Cauſæ, & ad ſtabiliendam Veritatem Cauſarum, producendus ſit non ſolùm vnus, aut alter Teſtis, ſed vt producenda ſit tota multitudo, imò ferè tota Ciuitas, totuſve Pagus, aliquis, aut ex eis maior pars, qui habentur Seniores & Cordatiores.

1 Verùm hæc Productio non fit, ob Controuerſias perſonarum priuatarum, aut in rebus particularibus, ſed tantùm propter cauſas Publicas, & ſuper Articulis, qui ſunt de Iure publico, de inolita, & diu Poſſeſſa Conſuetudine, de vſu ac ſtylo alicuius Iuriſdictionis, aut de Priuilegijs diu vſurpatis, & de ſimilibus.

2 Ad quæ omnia verificanda, ex ea multitudine ſeu Turba, produci poterunt tot Teſtes, quot Productor ipſe voluerit, ſed ſupra Decem, vſque ad Sexaginta, ſi ita velit.

3 Infra enim Denarium numerum, non cenſeretur multitudinaria productio, quæ in dictis Caſibus requiritur. Sed ſupra Denarium excedat oportet.

4 Ex ea multitudine ſiue Turba, ſi reperti fuerint Decem, Duodecim, Viginti, Triginta, Quadraginta, Quinquaginta, aut Sexaginta Teſtes idem loquentes, idemque, quaſi ex vno ore, loquentes, hi ad confirmationem Iurium, Conſuetudinum, Stylorum, & Priuilegiorum ſufficerent.

Sed hic notandum eſt, quòd non ſit neceſſe, tot Teſtes producere ſimul, niſi id ita placeat: ſed ſufficit, quòd ad Iura prædicta, aut ad Conſuetudines, Stylum, & ad Priuilegia probanda, producantur, & audiantur ſeparatim, in tanto numero, quanto volet ipſe Productor, modò vſque, & vltra Decem producat. Atque hic modus audiendi ſingulos ſeparatim, ſecundum plurimos, habetur commodior, melior, & ſecurior, ſicuti particulares Informationes omnes (quæ Iura, aut dictas Conſuetudines non concernunt particulatim, & viritim) fieri conſueuerunt. 5

Et certè etiam fieri poſſet, vt in ea multitudinis aut Turbæ Productione etiam inquirenda, ac probanda, ſint ſimul alia facta particularia, ad quę quoque tutior eſſet particularis inquiſitio. Vtuntur in Parlamento Pariſienſi, quòd non faciant fieri Probationes, ſuper Conſuetudinibus Notorijs, potiſſimùm, quando Partes ſeipſas, ſuper ea Notorietate, informant Sed conſuetudines non Notoriæ debent ibi probari decem Teſtibus, vno ore idem loquentibus, vti iam antè diximus, 6

CAPVT CLXV.

De Teſtium numero.

S V M M A.

1 *Particularis cauſa, Iure tantùm decem Teſtes requirit.*
2 *Iudex pluralitatem Teſtium coarctare poteſt.*
3 *Fides Teſtantium inſpicienda potius, quàm ipſorum Teſtimonia.*
4 *Duo Teſtes fideles ad probationem ſufficiunt.*
5 *Plures Teſtes fortiùs probant.*

Plura

Plures Teſtes requiruntur,

6 *In Teſtamentis ſolennib. condendis, ſ. 7. aut 8.*
7 *In Teſtamentis ſimplicibus.*
8 *In Teſtamentis pietatis.*
9 *In teſtamentis Militum reip.*
10 *Ad reuocationem Teſtamenti ſolemnis.*
11 *Ad interpratationem Teſtamenti obſcuri.*
12 *In Cood.cillis Teamentorum.*
13 *Vnus Teſtis, nullus Teſtis.*

Vnus Teſtis probat, ſcilicet,

14 *Qui Executor eſt commiſſionis acceptæ.*
15 *Graphiarius in ſuo Regiſtro,*
16 *Probatione ſemiplena.*
17 *Cum ſuo Iuramento.*
18 *Ad Matrimonium impediendum.*
19 *Cum Publica Fama conſonante, ſed hoc in Ciuilibus.*
20 *Spoliatus per vim. & cum ſuo Iuramento.*
21 *Ad reuocationem procurationis,*
22 *Nuncius, in Literarum ſuarum præſentatione.*
23 *Qui prodit molimina, contra Papam.*

AD comprobanda Iura, Priulegia, & Conſuetudines locorum, diximus produci poſſe Teſtes, vſque ad Sexaginta. In particularib. vero cauſis, reiicitur hæc turba, ne confuſio potiùs, quam certitudo rei paretur.

1 Quamobrem Iure ſtatutum eſt, ne ſuper vno particulari facto, plures particulares Teſtes produci poſſent, quam decem, quod in Pariſienſi Parlamento hodie quoque vſurpatur, adeo, vt illi Teſtes qui ſuperabundantes numerum prædictum excedunt, prorſus reiiciãtur, ſicuti citat D. Maſſuetus, in ſuo aureo ac perutili Tractatu, de iudiciorũ Praxi, *ſub Rubrica, de Teſtib. colum. 6.* Sed in his noſtris Regionibus, non eſt præfixus certus Teſtium numerus.

Iudicis tamen eſt, immodicam Teſtium multi-
2 tudinem inhibendo cohibere, & conſtringere *l. 1, § quanquam ff de teſtibus*, vbi eleganter textus: Quanquam quibuſdam legibus, ampliſſimus numerus Teſtium definitus ſit, tamen ex Conſtitutionibus Principum, hæc licentia, ad ſufficientem numerum Teſtium, coarctatur, vt Iudices moderentur: & eum ſolum numerum Teſtium, quem neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur: ne effrænata poteſtate ad vexandos Homines ſuperflua multitudo Teſtium protrahatur.

3 Non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad Synceram Teſtimoniorum fidem, & ad ea Teſtimonia, quibus Lux Veritatis certius affulget, *l. Ob Carmen §. Finali. in fin. ff de teſtib* Regulariter igitur, ſuper vnoquoque Facto ſiue Articulo, duo Teſtes non ſuſpecti, & idem deponentes ſufficiunt
4 Textus eſt in *l. Vbi ff de Te teſtibus, qui habet.* Vbi maior numerus Teſtium non obtinetur, ſiue aducitur, ibi duo Teſtes ſufficiunt: pluralis enim elocutio, tunc duorum numero contenta eſt, *c. In omni, & c. li. et vniuerſis, extra, de teſtibus,* Et iuxta illud Dominicum, In ore duorum, vel trium Teſtium ſtat omne verbum.

Si tamen plures Teſtes non ſuſpecti haberi po- 5
terint, illorum quoque Teſtimonia ſunt recipienda vt fortior & comprobatior ſit Atteſtatio. Quin & Caſus ſunt in quibus vel Iura, vel Canones, vel Conſuetudines omninò requirant plures non ſuſpectos Teſtes, quam duos, & in quibus duo Teſtes non ſufficiunt. Quos quidem Caſus Speculator clarè expreſſit, in titulo, *de teſte. §. ac numero teſtium, libr. 1. § 4* Ideoque ad eum locum Lectorem remitto, aliquot tantum eorum Caſuum huc attuliſſe contentus, quibus aut duo Teſtes ſufficiant, aut plures omninino requirantur.

Primo igitur in Teſtamentis ac Vltimis Volun- 6
taribus, ſiue in elogiis ſolemnibus ordinãdis, vbi teſtator diſponit de ſuis bonis, & Hæredem, vel Heredes inſtituit, ibi nececeſſario requiruntur ſeptem Teſtes, de Iure Ciuili, *l Hac con ultiſſima, in principio, & l. Finali, Cod. de teſtamen. & §. Finali, Inſtitution. de teſtamen ordinan.* Quod ſi literas Teſtator ignoret, vel ſubſcribere aut neſciat, aut nequeat, octauo ſubſcriptore pro eo adhibito, eadem obſeruare decernit *d. leg. hac conſultiſſima*, quam ibidem videre licebit. Et eo Caſu ſunt octo Teſtes neceſſarij. Item ſi Teſtator ſit Cæcus, octo etiam teſtes ſunt neceſſarij, vt in prædicta, *l. Hac conſultiſſima § Fina.*

In Simplicibus ac minus Solemnibus Teſtamẽ- 7
tis, quibus prouidetur Nepotibus, aut Nepribus, & filiis, duo, tres, aut quatuor Teſtes ſufficiunt, vt in prædicta, *l Hac conſultiſſima. §. Ex imperfecto. & §. Finali C. de teſtamentis, & leg. Finali, C. famil. herc*

Tertiò In Teſtamentis, aut Legatis ſiue in Reli- 8
ctis ad Eleemoſynas, vel ad pias cauſas, duo Teſtes cũ Presbytero, aut Notario ſufficiũt, ſiue in Teſtamento,

mento,ſiue in Codicillis ea legata exprimantur, *c. Cum eſſes,& c. Relatum,extra,de teſtament.*

9 Quod & hodie quoque, non ſolùm in Cauſis Pietatis,ſed etiam ad omnes Cauſas,imò & ad omnes Perſonas, Conſuetudine approbata, receptum eſt. Quartò,In Teſtamentis conditis à Militibus Reipublicæ, qui ſunt in expeditione, ſufficiunt quandoque duo,quandoque vnus Teſtis, ſed quia hodie(teſte Speculatore,*lib. 1. particularum,4. titul de teſt. §.de numero Teſtium,num. 4. ad medium*) hos Milites non habemus,ideo & hunc Caſum ceſſare certum eſt,ſicuti apertè monſtratur *in inſtitution. de teſtam milit.in principio. & §.Planè,& l.milites C.eodem,de teſtamentis milit.*

10 Vbi de hòc.Quinto,Ad Reuocationem Teſtamenti ſolemnis, requiruntur de Iure Ciuili quinque Teſtes,*d l.Hac conſultiſſima,§.Si quis autē,verſicul.in qua voluntate*,quinque Teſtium Iuratorum Depoſitiones ſufficiant,*C.de Teſtamentis & quemadmodum Teſtamenta ordinentur.*

11 Sexto,Ad interpretandam,aut elucidandam ſolemnis Teſtamenti obſcuritatem,vel ambiguitatē, de Iure,& neceſſariò requiruntur tres Teſtes. Septimò,In codicillis,neceſſariò requiruntur quinque Teſtes,*l Finali,in fine,C,de Codicillis.*

12 Niſi in Legatis ad pias cauſas, vbi duo Teſtes ſufficiunn,ſicuti paulò antè diximus. Diximus iam ſæpe,quod ad cauſarum Probationes.ad minus requirantur duo Teſtes.

13 Nulla enim Cauſa, vnius Teſtimonio, probari terminariue poteſt,quia(vt dici ſolet) Vox vnius, Vox eſt nullius,vti habetur *c.Admonere,33. queſt, 2.& l.Iuriſiurandi,C.de* teſtibus, & ibi Bald. Hoc tamen etiam fallit quibuſdam Caſibus, in quibus creditum dicto vnius. Hi autē Caſus ſunt ferè Triginta,quos videbis apud Speculatorem, titulo de Teſte,ſupra allegato Interim aliquot Caſus hic,ex principalioribus inſerere conſtituimus, in Tyronum Iuris fauorem ac commoditatem.

14 Primò itaque, ſoli & vni Executori in ſua Execution,aut(vulgò) exploto,& dicenti ſe citaſſe vel denunciaſſe creditur,*c.Cum parati,extra,de appellation.& l.Magis,§.Illud,verſicul.Nec tamen.ff. de rebus eor.qui ſub tutela vel curatel.ſunt.*

15 Item,Graphiario ſoli in ſua Acta,aut in ſuo Regiſtro creditur,fidesq́ue adhibetur.

16 Alias,vnicus Teſtis efficit duntaxat ſemiplenā Probationem.*l.Theopompus.ff.de dot.praleg.l.Prima § Finali.ff quemadmodum teſtament aperi l. Si duo.ff.de iureiurand.* Si enim duo faciunt plenam,*vt 4.quæſt.3.verſic.Vbi numerus,& c.in omni extra, de teſt.bus.*

Ergo vnius Teſtis ſemiplenam probationem efficit. Vnicus item Teſtis ſufficit, cum Iuramento principalis perſonæ,*l.In bona fides,C.de rebus credit.& c.Sicut.extra.de Probationi.* 17

Vnus Teſtis etiam ſufficit,dictoque ipſius creditur,cum ipſi iuramentum defertur.*c. Finali, extra, de iureiurando.* 18

Vnus Teſtis progreſſum in Matrimonio impedit 19 hoc eſt,vnus Teſtis Matrimonium contrahendum impedit. *c.Super eod.2.extra.de teſtibus.c.Preterea, 2.extra.de ſponſ. libus,l teſtium.5.id.oque ibi*, alias velut conſentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem,*ff.de teſt.* Vbi prarerea Teſti creditur, quando cùm ipſius teſtimonio,publica vox & fama conſonat,ſed hoc potiſſimum in cauſa Ciuili, non autem in Cauſis Criminalibus, Ioan. And,*in c. Preterea,1 & Panor.in c.Tam literis, extra, de Teſtibus.* In cauſis verò Criminalibus(vt dixi)nō ſufficit vnius probatio cū publica fama,ſed debent in ijs eſſe probationes apertiſſimæ, & meridiana luce clariores *l.Vltima.C.de probatio.& c.Sciant cūcti 2.q.Vltima.*

Vni quoque ſoli ſpoliato creditur, hoc eſt,Creditur iuramento dicentis.ſe rem, per alterius violentiam, perdidiſſe,modò prius eā violentiā probet.*c.Finali,extra,quod met.cauſ.& l. Si quando, C.Vnde vi*,quæ lex quotidie in Iudicijs practicatur Dictum vnius Teſtis præſumptionem efficit,& inducit,*L.1.in fine.ff. Quemadmodum teſtament aperi,& l.Theopompus aliàs Pomponius,ff.de dote prælegat.* 20

Vni teſti etiam creditur,in ſemel traditi mandati reuocatione,aut in reuocatione poteſtatis alicui traditæ,& cum ſuo iuramento, *ca.Ex inſinuatione extra, de Procurator,* vbi de hoc 21

Creditur etiam Nuncio ſoli,in ſuarum literarum præſentatione,atque de reſponſione ipſi data. 22

Creditur item vni,reuelanti inſidias factas eſſe, 32 aut conſpirationem factam eſſe Papæ,Similiter, ſi quis prodat alia crimina læſæ maieſtatis, *capitulo, Si quis Papa.§ Propter occultas fraudes,lxxix. diſt. c. Quæro § Verum,6.quæſtione 1.notatur.in l Quiſquis,C.Ad l.Iul.Maieſtat.* Creditur vni tanquam recitatori.propter eius fidem indubitatam,*c.Talia §.q.3.& c.* De Syracuſanæ,28.*diſtinct.*

C A-

CAPVT CLXVI.

De Teſtium iuramento.

SVMMAE.

1 *Chriſtianorum dicta, pro Iurato Teſtimonio habenda ſunt.*
2 *Teſtis non Iuratus nihil probat.*
3 *Teſtis Iuratus fortius probat, quam non Iuratus.*
4 *Iuramenti forma à Teſtibus, requirenda.*
5 *Iuramenti forma ab authore vſurpata.*
6 *Iuramenta Teſtium præſtanda ſunt, in præſentia Aduerſarij.*
7 *Procuratore comparente ad iuramentum recipiendum, quid Commiſſario faciendum.*
8 *Teſtes producturus debet Aduerſarium citare ad videndum iuramenta Teſtium.*
9 *Nec Producente, nec Citante comparente, Commiſſarius à progreſſu ceſſabit.*
10 *Iuramento Teſtium ſunt, de ſubſtantialibus Proceſſuum.*
11 *Affirmatio ſimplex, per Iuramentum poſtea comprobata, pro Iuramento cenſenda eſt.*
12 *Iuramenta non ſunt præſtanda diebus Feſtis.*
13 *Teſtes examinari poſſunt Feſtis, ſi pridie Iuramentum præſtitiſſent.*
14 *Teſtes iurati tempore commiſſionis, examinari poſſunt, poſt commiſſionem extinctam.*
15 *Presbyter coram Iudice Laico, iurare non debet.*
16 *Officiarii Principum, an iuramenta coram Iudice præſtare debeant.*
17 *Teſtes examinandi ſunt ſingulatim.*
18 *Teſtis e veſtigio ſuum Teſtimonium corrigere poteſt.*
19 *Teſtis Literatus cum conſenſu, ſuam depoſitionem ſcripto exhibere poteſt.*
20 *Teſtimonium rei, quæ contingit à decem annis, à tempore teſtimonij metiendum eſt.*

1 QVamuis in Foro Conſcientiæ, & corã Deo, Idẽ
cenſeri debeant ſimplex & ſyncera aſſertio, vel
affirmatio, & Iuramẽtum, ob quod iubet Chriſtia-
nis, tantùm affirmare per eſt, eſt: & negare per nõ,
non: in Iudiciis tamen, non creditur Teſti, * niſi
2 Iurato, quantumuis is etiam magnus, aut in ſublimi
ſtatu, aut dignitate conſtitutus fuerit, aut etiam
quantocunque præclaro Curiæ honore præfulgeat
vulga, *l. Iuriſiurandi, C. de teſtib*, vbi textus in prin-
cipio ſic habet: Iuriſiurãdi Religione Teſtes, priuſ-
quam perhibeant Teſtimonium, iamdudum arcta-
ri præcipimus, & vt honeſtioribus potius Teſtibus
fides adhibeatur, *& c. cui concordat c. nuper. extra,
eodem, titu de Teſtibus*, & textus ſingularis, & quo-
tidianus, *in c. Tuis quæſtionibus, ext de Teſtibus*. Et
licet (vt dixi) Chriſtianis ſimplex affirmatio, Iura-
menti loco eſſe debeat, tamen Iura habent in illis
differentiam, quę maiorem ac meliorem fidem Te-
ſti Iurato, quàm non Iurato attribuunt, *d. l. Iuriſiu-
randi, in principio, C. de Teſtibus, c. Quotiens, & c. Li-
cet vniuerſis, ext. de Teſtibus.*
Ideoq́ue etiam maiorem punitionem Periuro
3 aut Peieranti, quàm ſimpliciter affirmanti adiu-
dicant.
Teſti itaque depoſituro, Iudex Iuramentum ſub
4 hac forma proponet: Tu iurabis, quod dices, aut
mihi, aut Graphiario, aut Notario illi (cui hoc cõ-
miſero inquirendum) totam, plenam, & meram ve-
ritatem, quam credas vel ſcias ſuper hac quæſtione
quæ vertitur inter N. & N. Hæc forma, quia multos
habet articulos, à me hic prolixius nõ tractabitur.
Lectori tamen, vt Speculatorem de hac videat, cõ-
ſulo, in titulo: *De Teſtium iuramento, lib. 1. Partis,*
4. Prætereà formam Iuramenti Teſtiũ habes clarè
in vltima glosſa incipiente: Iuramentis in *c. Frater-
nitatis, ext. de Teſtibus.* Aliam item Iuramenti formã
videbis apud Cynum, in *l. Teſtium, in 1. quæſt. C. de
Teſtibus.*
Annectam ipſe etiam formam Sacramenti, qua 5
Brugis multis annis, cum Ciuitati Brugenſi fueram
à Conſiliis, ante Teſtium examinationem vſus fui
quæ ſuperiori formæ non admodum diſſimilis eſt,
ſcilicet: Ego iuro ac promitto dicere veritatem, de
& ſuper omnibus ac ſingulis, quæ à me hic interro-
gabuntur, quatenus concernant Negotium ac Cau-
ſam, ſuper qua productus ſum tam pro vna, quàm
pro altera Parte, aut Partibus, & quod nec Amore
nec Odio, nec Timore, nec Precio, nec pro vlla
re mundi, quam mẽs humana excogitare, aut con-
cupiſcere, aut odiſſe, aut lingua loqui poterit, veri-
tatem cognitam ſubticebo, ita me Deus adiuuet,
*& c. §. Primo in Authentico, de teſtibus, col. 7 c. Hortamur, 3. quæſt. 9 c. de Parentela, 35. quæſt. 6 c. Cum di-
lectus, & c. Qualiter, extr. de accuſat, c. Puræ 3. q. 9.*
Et quod

h... quod dicent veritatem pro vtraque Parte *Au-*
thentica, ſed Iud.x.C.de Epiſc.& Cl ric.c. Venient, 2.
extr.de Teſtibus, Maſſuerus in ſua Praxi, Rubrica de
6 Teſtibus Atque iſtum quidem Iuramentum ipſe
Teſtis ad iuratus præſtare debet, præſente aduer-
ſario. vel ſe contumaciter abſentante. vt in talibus
fieri decet, niſi de aliter audiendis Teſtibus, inter
Partes conueniret. *c Secundo, extra, de Teſtibus, Au-*
thentica. Sed & ſi quis, c de Teſtibus, c. Cha. ta. 3. q 9.
7 Alioquin enim, examinatio Teſtium nulla eſſet
argumento, *c. 2 cum ſeq. 3 q 9 & l. De vnoquoque, ff.*
de re iudicat. & l Nam. ita diuus, ff de adoptionibus.
Si autem Procurator, ad videndum iurare Teſtes,
compareat, eo caſu, debet Commiſſarius diligen-
ter animaduertere, & examinare ipſius Mandatum
ac Procuratorium, ne ſua Informatio ſiue Enquæ-
ſta, quam facturus erit, vllo modo illuſoria ac fru-
ſtatoria fiat *d.c. 2. extra, de Teſtibus.*
8 Quando verò inter partes, de auditione Teſtiũ
non conuenit, nec concordes ſunt, tunc Producẽs
tenetur curare, vt Partem aduerſam peremptoriè
citet. vt ad illũ diem, & ſequentes dies, videat ſuas
Teſtium Productiones fieri, *d. cap. 2. extra, de*
Teſtibus.
9 Si Partes citatæ eſſent, & non comparerent, nec
etiam Producens compareret, ad Contuma-
ciam deſiderandam vel petendam, Commiſſa-
rius non procederet ad Teſtium auditionem,
abſque noua citatione, quia Commiſſarius eo
caſu non poteſt declarare, vel decernere contu-
maciam irrequiſitus, ſicuti notatur in *d. cap. 2. in*
verſicul.
10 Si verò, & ibidem doctores, *extra, de Teſtibus.*
Hoc loco autem ſciendum eſt, quòd iſtud Iuramẽ-
tum, quod Teſtis facit & præſtat, eſt neceſſarium,
ac de productionum Subſtantialibus; ideoque Iu-
ramentum, ab ipſo Teſte omitti non poteſt, niſi
cum Partium conſenſu, Textus eſt notabilis &
quotidianus, *in cap. Tuis queſtionibus*, cum
ibi notatis, & iuncta bona gloſſa, *in verbo, Re-*
m ttunt, extra de Teſtibus. & Speculator, *titul.*
de Teſte, § Sequitur de Teſtium iuramento in fine. Et
Maſſuerus in ſua praxi, titul. de Teſtibus, Ideòque
ſi Teſtis nolit iurare, Commiſſarius ipſum ad hoc
compellet, per detentionem ipſius perſonæ. *l. Si*
quando, in principio, C. de Teſtibus, l. Iuriſiurandi, C.
eodem titu de Teſtibus, in illa gloſſa ibidem, argumẽ-
to, l Prima, de ferijs, & l Finali. in fine. C. de tempor.
appellat.
11 Si verò Teſtis deponeret ſuum Teſtimonium nõ
iuratus, aut non præſtito prius Iuramento, & tamẽ
ipſe poſtea Iuramentum præſtaret, affirmando id,
quod dixerat, ac iniuratus depoſuerat, verum eſſe,
talis affirmatio cum Iuramento ſequente, nullius
eſſet momenti, (vt nonnulli dicunt.) Sed alij con-
trarium dicunt ac cenſent, quando Teſtis eſt boni
nominis & famæ, quod prior affirmatio, per ſequẽs
iuramentum confirmata, valida eſſet, & efficax.
Vide Speculatorem, *in titul. de Teſte. §. Sequitur de*
Teſtium Iuramento in fine.
Item ſciendum eſt, quod Iuramentum Teſtis nõ 12
accipitur diebus Dominicis, aut Feſtis, quibus die-
bus nullus iurare debet, † ſed tamen diebus Feſtis 13
examinari poteſt. Iuſtitiæ, ſcilicet, obtinendæ cau-
ſa, potiſſimum ſi pridie, ſcilicet, die non Feſto, Iu-
ramentum præſtitiſſet, de veritate dicẽda, Ita tenet
d. Maſſuerus in ſua Praxi, tit. de Teſtibus, per notata,
in Clementina Vnica, in prima gloſſa, de offic. iudic. de
legat Et Specul *tit. de ferijs, §. 2. verſic. Quid ſi tũc*
& §. 3. verſic. Quid ſi renunciant, quia habetur Teſtis
pro recepto, poſtquam iurauerit die non Feriata, al-
legans in vtramque partem Opiniones, quas ibi
Lector videre per ocium poterit,
Ideoque vtuntur etiam, vt audiant & examinent 14
bene Teſtes Commiſſarij, poſtquam ipſorum pote-
ſtas finita & extincta ſit, quando Teſtes prius iurati
fuerunt eo tempore, quo commiſſio ipſorum ad-
huc durauerat, vti teſtatur Speculator, loco iam
iam allegato.
Presbyteri autem non præſtant Iuramentum, 15
aut non iurant coram Iudicibus Laicis, ſed tantùm
manum propriam pectori applicant, quæ manus
applicatio, Iuramenti loco habetur & reputatur.
Aut Curatur ab ipſis Preſbyteris ac Sacerdotibus,
Iuramentum fieri ac præſtari in manibus Epiſcopi,
aut alterius Ordinarij Speculator titulo, de Teſte,
§. Sequitur de Teſtium Iuramento, verſic. Quid de
Presbytero, & Authentica. Sed Iudex, C. de Epiſco. &
Cleric.
Officiarij quoque Principis, Iuramentum non 16
præſtant, ſed interrogantur & examinantur ſuper
Iuramento, quod Principi præſtiterunt, in aduentu
ipſorum officiorum, quod quibuſdam diſplicet, di-
centibus illud nequaquam ſufficere, quia prius Iu-
ramentum ad alium finem præſtitum fuit, ſcilicet:
Quod erunt ſuo Principi fideles, quodque bene-
ſuis ſtatibus ac officij inſeruient Quod quidem Iu
ramentum non ſeruit, ad dicendam in hoc negotio
aut in hac cauſa veritatem. Doctores in *d. Auth. vt.*
Sed Iudex, C. de Epiſc. & Cleric.
Teſtes debent examinari non coniunctim, ſed 17
ſigillatim, & quilibet per ſe, alioqui non valerent
ipſorum dicta Teſtimonia, *ut c. Venerabili, ext. de*
Teſtibus. & l Nullum, C. eod. titu de Teſtibus.
Et audiri debent in Iudicio, & producti, & Iura-
ti, & cum conſenſu Partium, ſi fuerit in cauſis leui-
bus: ſed in cauſis grauibus cum citatione Partium
licet inuitatum.
Teſtis eueſtigio poteſt ſuam depoſitionem cor- 18
rigere, addere vel minuere, & ea correctio, additio
vel diminutio debet à Commiſſario recipi, & ſcri-
bi ſub prima depoſitione, dicendo, quod Teſtis ad
mentem

Digitized by Google

mentem reuerſus, & ad certiorem memoriam actus dixerit, & corrigendo depoſuerit, quæ ſequuntur, &c. Sed ſi poſt interuallum, priorem depoſitionem corrigere, mutare vel minuere vellet, tunc non debet recipi, nec audiri, vt notatur *c. cum cauſam, ext. de Teſtibus.* Et Cyn. *in Authentica. Qui ſemel. C. de probat* Bartol. *tangit in l. Si poſtulauerit, §. Qui ſi negauerit ff. de Adult.*

19 Teſtis, qui eſt Literatus, cum conſenſu Iudicis, vel commiſſarij, poteſt dictum ſuum in Schedulam ſcriptam redigere, & in ſcriptis tradere, & valet tale ipſius Teſtimonium, iuxta *l. Diſcretis, C. Qui Teſtament. facere poſſunt.*

Si vero talis Schedulæ atteſtatio, non fiat cum 20 conſenſu Iudicis, aut Commiſſarij, ipſa non valet, argumento, *l. De minore. §. Tormenta, ff. de Quaſtio.* Quando autem & vbi Teſtis dicit rem, de qua ferendum eſt teſtimonium, quæ contigerit ante decem annos, tunc illud ſumitur à tempore lati teſtimonij, & eſt inſpiciendum tempus Litiſconteſtationis, vt notat Bart. *in l. Celſus, circa finem, ff. de Vſucap.*

CAPVT CLXVII.

De Articulis formandis & exhibendis.

SVMMAE.

1 *Teſtes producturus, ex petitione ſua Articulos colligit.*

2 *Idem ſunt* { *Articuli.* / *Capitula.* / *Intentio, Intendit.* / *Interrogatorium* }

3 *Articulorum Poſitio, imitatur poſitionem factorum.*

4 *Articuli ſimul cum Poſitione exhiberi poſſunt.*

5 *Articuli contractius, Poſitiones fuſius ſpecificant.*

6 *Articulorum copia non eſt danda Parti.*

7 *Articuli formandi ſunt, per voces affirmatiuas.*

8 *Articuli non ſunt exhibendi conditionaliter, vel disiunctim.*

9 *Articulorum non exhibitio, proceſſum non vitiat.*

1 TEſtes producturus, debet prius intentionẽ ſuę examinationis faciendæ, ex petitione ſua elicere, eamque in ſcriptum quoddam redigere, idque Iudici tradere, vt ſuper ijs contentis examinationẽ futuram inſtituat.

2 Et vocatur illa ſcriptura Schedula, quandoque Articuli, *c. Finali, extra, de Teſtibus cogend. &c. Præſentium, §. Teſtes, extra, de teſtibus, lib.* 6. Quandoque verò vocantur Capita, vel Capitula, *c. Cauſa q. 2. &c. Fraternitatis, &c. Per tuas ext. eodem, titul. de Teſtibus.* Et apud pleroſque, totum id ſcriptum, vocatur Intendit vel Intentio. Aliquando vocatur Interrogatorium vel Aſſertiones *c. Accuſatur, 6. q. Vltima.*

3 Fiunt autem Articuli eodem modo, ſicut & Poſitiones, excepto duntaxat, quod in poſitionibus dicitur: Item, ponit talis vel talis, & hic dicitur loco articulorum, talis vel talis probare intendit.

4 Sed qui volunt ſe breuius expedire, ſimul faciũt poſitiones, & articulos, ſic dicentes, vel ſcribentes Ponit talis vel talis, & probare intendit. Et ſic poſitiones negatas dant pro Articulis, vt licet videre apud Speculatorem.

5 Secundò, quod per Articulos ſpecificãtur ea, quæ in poſitionibus generaliter fuerant poſita.

Formatis itaque Articulis ab Actore & Reo, eorundem Articulorum copia danda non erit Partibus (niſi id conſuetudo loci in vſu habeat) ſed vel Iudici, vel Graphiario, vel Notario dandi erunt Articuli, Et quotieſcunque mutatur genus, vel forma Articulorum, toties iſtud verbum (Item, probare intendit) repeti debet. Articuli quoque debent fieri per verba affirmatiua, & non negatiua 6

Et per eos Articulos, poteſt Articulator declararet, colorare ſpecificare, & ampliare, quæ in petitione continentur, eorundem verò ſubſtãtiam minimè. 7

Articuli non ſunt ſub diſiunctione, vel conditionaliter formandi, niſi fortè agatur de alieno facto, & de quo probabilis eſt ignorantia, *l. Regula, ff. de iur. & fact. ign.* tunc enim poſſunt, ſub conditione formari Articuli. *c. Conſtitutus, ext. de in integ. reſtitut.* 8

Veruntamen, ſi contingat, vt non dentur Articuli, ſcilicet, vbi non eſt ea conſuetudo recepta, ea exhibitio non vitiat proceſſum, Vide Speculatorem, hæc prolixe tractantem, & Articulorum formam aperte ponentem, Vbi, &c. 9

C A,

Digitized by Google

CAPVT CLXVIII.

De Interrogatoriis.

SVMMAE.

1 *Interrogatorium quid ſit.*
2 *Interrogatorij Copia non datur Parti.*

1 INterrogatoria dicuntur Quæſtiones, Schedulæ, aut Libelli articulorum, quos Pars fieri curat, ſuper negotij circunſtantiis, ad Teſtes ſuper iis producendos, & examinandos, *cap. Præſentium,* §. *Teſtes, ext. de teſtib. lib. 6.*

2 Talis autem interrogatorij Copia non datur Parti, contra quam Teſtes producuntur, propter periculum ſubornationis, aut potius perpetui odij, contra Teſtes gerendi; Ex Articulis enim Interrogatorij, & ſimul ex productis Teſtibus, Pars facilè colligeret, quid ſingulæ Partes contra ipſum eſſent teſtaturæ, quod ipſum conſcire omninò non expedit, quantum enim hinc periculi oriri poſſet, nemo non facilè intelligere poterit.

CAPVT CLXIX.

De Interrogatoria qualiter, & quibus danda.

SVMMAE.

1 *Interrogatorium quis exhibere debeat.*
2 *Ad Interrogatorium conficiendum petitur tempus Dilationis.*
3 *Interrogatorium primò exhibetur Iudici.*
4 *Forma exhibendi Interrogatorium.*
5 *Interrogatorium à Iudice traditur Commiſſario.*
6 *Obſeruanda ſunt Teſtium perſona, Mores & Affectus.*

1 INterrogatoria, ſiue Libelli articulorum exhibendi ſunt ab eo, qui teſtes ſuper aliqua cauſa producere volet.

2 Hæc interrogatoria ſi producturus in promptu non habeat, à Iudice petet terminum Dilationis, vt ea maturè, & debitè exhibere poſſet. Atque talis Dilatio ipſi deneganda non erit, quæ, longa cõſuetudine recepta, inoleuit, quæ quidem conſuetudo eſt optima legum interpres, *l. Si de interpretatione, ff. de legibus,* de qua re vide Specul.

3 Collectis itaque ſuis Articulis, & ſuo Interrogatorio ritè confecto, producturus id interrogatorium, primo & ſecreto exhibebit Iudici, vt hic per ſe, aut per Aſſeſſorem corrigat, & reſecet articulos ſuperfluos, & ſi qui deſint, ex officio ſuo ſuppleat. Argumento, *l. Vnica, C quæ deſint Adu. ca. part. ind. ſupple.*

4 Hos Articulos exhibebit fere ſub hac forma Interrogatoria infra ſcripta, dat & exhibet Procurator procuratorio nomine talis N. ſecundum quæ omnia & ſingula, petit ſingulos Teſtes Partis aduerſæ interrogari, & interrogationes huiuſmodi cum reſponſionibus Teſtium, in Actis redigi, & conſcribi, alioquin de inualidatione depoſitionum, & quod ſibi non præiudicent, proteſtatur, vt moris eſt.

Hoc interrogatorium Iudex poſteà ita accuratũ, tradit Commiſſariis examinatoribus, vt hi certam habeant formam, & certos articulos, ſuper quibus Teſtes examinare debeant. Nihilominus, ſi interim alia interrogauerint, quam iuxta expreſſos Articulos, nullum ex hac inquiſitione, præiudicium naſceretur Partibus, argumento *l. Finalis, ff. de interrogat. actio.* 5

Datis itaque & exhibitis Commiſſario Articulis ſuper quibus Teſtes examinandi erunt, & de quorum circumſtantiis inquirendi erunt, diligenter Commiſſarius obſeruabit perſonas Teſtium, quomodo deponant, audacter, confidenter, frigidè, dubitanter, an vacillanter, &c. vt tanto certiora recipiat Teſtimonia. De his omnibus vide Speculatorem. 6

CA-

Digitized by Google

CAPVT CLXX.

De Teſte examinatione.

SVMMAE.

1 *Teſtes examinandi ſunt ſeparatim ab inuicem.*
2 *Examen Teſtium ſimul, colluſionis eſt ſuſpectum.*
3 *Teſtes de periurio non faciendo, præmonendi ſunt.*
4 *Informatio eſt* { *In ciuilibus, per Iudicem, Graphiarium, Notarium, vel Commiſſarium.* &
5 *In criminalibus, per ſolum Iudicem.* }
6 *Abuſus eſt in Criminalibus, audire Teſtes per Commiſſarium.*
7 *Iudex informationem Commiſſarius alteri,* { *Videat qualis ſit Commiſſarius.*
8 *Videat quales ſint Teſtes.* }
9 *Informatio facienda* { *De Teſtium vocatione, & officio, & ætate.*
10 *An non deponant ea ex affectibus.*
11 *Non ab ebriis Commiſſariis, aut ebriis Teſtibus.*
12 *In domo Commiſſarij, niſi dignitas, aut infirmitas Teſtium aliud ſuadeat ſuper Factis, &*
13 *ſuper Circunſtantiis.*
14 *Circunſtantiæ quæ ſint.*
15 *Iuxta interrogatorium exhibitum, ſed in quibuſdam locis tantum.*
16 *Poſt viſa facta contraria, idq; prudenter.*
17 *In Conciliis Mechlin. & Flandr. quoquo modo.* }
18 *Teſtes* { *Debent claris verbis deponere.*
19 *Debent depoſitionis ſuæ cauſas exprimere.*
20 *De viſis cauſam non reddunt.*
21 *Non poteſt teſtari ſic, Ego ſcio ex fama communi, vel, vt omnis mundus.*
22 *Debent dicere, Ego vidi, aut audiui.*
23 *A Commiſſario inſtrui poſſunt, vt pertinenter reſpondeant.*
24 *Ætatis decem annorum cum dimidio, in Ciuilib. teſtari poſſunt.*
25 *Depoſitiones ſuas ſcripto aliquando exhibent.*
26 *Recordantes ſe erraſſe, depoſita corrigere poſſunt.* }
27 *Teſtis correctio, priori depoſitioni eſt aſſcribenda.*
28 *Teſtes* { *Vacillantes, tortura ad certiorem depoſitionem cogendi ſunt.*
29 *Falſa loquentes, incarcerari poſſunt, &c.*
30 *Obſcurè locuti, obſcuritatem explicare debent.*
31 *In ſua notiſſima lingua examinandi ſunt.* }
32 *Teſtium depoſita à Commiſſario ſunt ſcribenda.*
33 *Teſtium depoſitiones ſeparatim ſunt ſcribendæ, & ſingulatim.*

1 NOn parum refert, quomodo in Teſtium examinatione procedendum fuerit.

Proceditur autem hoc ordine, poſtquam teſtes iurauerunt. Iudex ſuper articulis datis ſecretè, diſcrete, & ſingulatim Teſtes eoſdem per ſe, aut per Commiſſarium ſuum audiet interrogabit, & examinabit, hoc eſt, quemlibet ſeorſum examinabit, & per ſe, ſic vt nullus ſciat, quid alter dixerit, & depoſuerit.

2 Hoc enim niſi fieret, vnus inſtrueret alium, ſic vt ſequeretur dictum alterius, quo facto colluſio & falſitas eorum facile deprehenderetur. Hoſtienſ. *in c. Venerabili, extr. de Teſtibus, Arhid. in c. Præſentium* §. *Teſtes, eod. titul lib. 6.* Hanc examinandi formam imitatus fuit Daniel, Præmonitione ad teſtes facta prius, c 13.

Nouit enim quam periculoſum ſit, falſum dicere 3
teſtimonium, & ipſam veritatem tegere. Ideoque ſecretò, & ſeparatim illos Seniores, qui accuſabãt Suſannam, examinauit, vt omnis vitaretur Teſtiũ colluſio, & nequitia Teſtium deprehenderetur, ſicuti etiam late de hac re deſcribit Speculator.

Dixi per ſe, aut per ſuum Commiſſarium, quia
4 Iudex poteſt etiam ad examinationem Teſtium, aſſumere Commiſſarium, Notarium, Graphiarium, aut ſimilem perſonam publicam, qui teſtes diligẽter, & prudenter examinet, ipſorumque reſponſa diligentius connotet, & ſcripto excipiat.

5 Hoc tamen fieri non licet in Cauſa Criminali, quia in ea, Iudex examinationis officium, alteri committere non poteſt, ſed per ſeipſum Teſtes examinet, & prudenter omnia, & ſingula ſcriptis excipiat oportet.

6 In Ciuilibus vero negociis, raro ipſi Iudices (vt nunc ſunt mores) per ſe Teſtes examinant, ſed id officij Notarijs, Graphiariis, ac ſimilibus publicis perſonis perſonis committunt, de quo abuſu conquæritur Hoſtien. vt ſcribit Ioan. Andr *in c. præſentium, de Teſtibus, lib. 6. ſuper gloſſa.* Interrogatoria, quam vide: de hoc itẽ conqueritur Specul. *tit. de teſtific. §. Nunc. tractandum, verſic. licet autem dixerim, lib. 1. partic.* 4. Potius enim Iudices quæuis alia committerent Commiſſariis, quam hanc Teſtium examinationem, quia in Probatione, quæ ex Teſtibus habetur, totum Ius Cauſæ dependet.

7 Et ſi omnino placeret, hanc teſtium examinationem alteri committere, eam certe cum gemina conſideratione faciat. Primo, vt id officij probatis idoneis, & doctis Notariis, Graphiariis, vel Commimiſſariis demandet, non inſulſis, & ſtupidis quibuſuis, *c. Si qui Teſtium, extra. de Teſtibus, c. primo, extr. de Teſtibus cogend. & c. Primo, ext. de Conſang. & affin.*

8 Secundo, qualitatem Teſtium conſideret, quia quando teſtes ſunt vel priuilegiati, vel honeſtæ perſonæ, vel Senes, vel infirmi, qui aut nolent, aut non poſſent coram Iudice comparere, ſed quos Iudex eam ob cauſam ſequi deberet, tunc Iudex eo ipſo poterit eam examinandi curam committere, vel delegare Notario, Graphiario, vel Commiſſario, ſicuti dicta iura ſatis oſtendunt.

9 Et vt reuertamur, vnde paululum digreſſi ſumus, ſciendum eſt, quod Teſtes primo interrogari & examinari debeant, de & ſuper ipſorum Vacatione, Officio, Ætate, Habitatione aut Reſidentia, & an vni, aut alteri partium vllo propinquitatis gradu & quoto gradu ſint coniuncti, & an ipſi in cauſa controuerſæ, directè aut indirectè aliquid amittere, aut ſibi lucrifacere aliquid poſſint. Horũ enim omnium cognitio, plurimum teſtimoniorum authoritatem aut eleuat, aut minuit.

10 Sunt etiam Teſtes examinandi, imo & compellendi per Iuramentum, vt aperte teſtentur, an quæ depoſuerunt ab ipſis ſint depoſita, ac reſponſa, ex Odio, aut inuidia, aut ex Amore, aut ex Amicitia, aut Inductione, aut ex Corruptione, aut ex vllius hominis perſuaſione, *cap. & per totum. extra, de teſtibus cogend. leg. Si quando, Cod. de Teſtibus & leg. Prima, ff eod. titu. de teſtibus.*

Notarijs quoque prædictis, Graphiariis ac Com- 11
miſſarijs diligenter cauendum, ne ipſi examinaturi ſint ebrij. Item curandum erit, ne teſtes audiant, & examinent ebrios, aut alioqui mente, ſenſibuſque turbatos, non obſtante communi Prouerbio: Ex ore Pueri, Stulti, & Ebrij, plerumque ebullit veritas. Imò (vt Græcum habet Prouerbium) In vino Veritas. Nam quamuis Ebrij ad Veritatis teſtimonium plerumque ſint propenſiores, ebrietas tamen nihilominus occaſionem præbet Inconſiderationis, Incogitantiæ, Odij, Amoris, Fauoris, & reliquorum affectuum, quos omnino à ſynceritate teſtimoniorum, procul abeſſe conuenit, & verum, ſyncerum, & incorruptum Iudicium, in ijs præſens adeſſe requiritur, quæ ſola cauſa eſt, cur Pueri, Stulti, & Amentes à Teſtimonijs arceantur, quod ſenſu communi, & iudicij vera ſynceritate careant.

Commiſſarius poteſt, & debet iubere Teſtes ac- 12
cerſiri ad ſe, hoc eſt, vt veniant ad ſuum, aut Hoſpitium, aut Domicilium, vt ab ipſo ibidem examinentur, quibuſdam duntaxat perſonis exceptis, ad quas ipſe Commiſſarius tunc ex honeſtate & vrbanitate quadam adire & accedere debebit, ſcilicet ad Principes, Duces, Comites, Marchiones, &c. Item, ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Suffraganeos, Præpoſitos, Abbates, & ad ſimiles inſignes perſonas, magnæ nobilitatis, atque dignitatis ornamento commendatas. Adire etiam debent ad Infirmos, Senes, Debiles, ad honeſtas etiam & antiquas Matronas. Item, ad Senatũ, Magiſtratum, aut ad Collegium Senatorium, & ad ſimiles perſonas publicas. Vrbanitatis quoque erit, ſi Commiſſarius adeat ad ædes Conſanguineorum, aut Affinium ſuorũ quæ omnia in diſcretione Commiſſarij conſiſtunt, ſic tamen, vt in officio examinationis ſuæ, conſeruet propriæ mentis integritatem, & interim nihilominus Domini ſui, aut Curiæ ſuæ honorem, & mandatum.

Commiſſarius item tenetur, & obligatur diligẽ- 13
ter interrogare, & examinare Teſtes, non ſolum ſuper facto principali, ſed etiam de, & ſuper cauſæ circumſtantijs.

Circumſtantiæ autem ſunt Tempus, Hora, Dies, 14
Locus, Modus, Inſtrumẽtum, quo animo quis præſens adfuit, quoties, cauſa, & ſimiles aliæ, *c. Cum cauſam, extra. de teſtibus, & l. Tertia, ff. eod. titu. de teſtibus.*

Hæ Circunſtantiæ, vt certius in examine ſeruẽ- 15
tur, & ne Commiſſarij impertinentia rogent, in quibuſdam Curijs Praxis habet, vt Commiſſario dentur certa interrogatoria, ad Teſtes melius ac ſynceriùs interrogandos, & examinandos.

Quocirca nulli Commiſſarij, vt ſuam examina- 16
tionem ſynceriùs peragerent, tam ſunt diſcreti, vt Teſtes omnino examinare nolint, antequam viderint

Digitized by Google

ſint facta contraria. Ex his enim viſis, melius ſua interrogatoria facere poterunt. Porrò in Parlamẽto Pariſienſi, non interrogat nec examinat Commiſſarius extra Articulos, ſiue extra Articulata, ſed bene interrogat, de, & ſuper Circunſtantiis, quia Circunſtantiæ extra Articulos, aut extra articulat nullæ cenſendæ ſunt.

17 In magno Mechlinienſi verò, & in Prouinciali, Flandriæ Concilijs.

18 Commiſſarius format ſua Interrogatoria, in omnibus ijs, quæ ipſi aliquo modo, ad veritatis inquiſitionem, pertinere videbuntur. Commiſſarius quoque curare debet, vt Teſtes clarè & lucidè loquantur, & vt deponant de facto, de quo ipſi interrogantur & examinantur, & nequaquam de iure *l. Teſtium, C. de Teſtibus.*

19 Commiſſario item curandum eſt, vt Teſtes viuidas, ac ſufficientes rationes ſuorũ Teſtimoniorum aſtruant, & certam ſuarum ſcientiarum rationem conteſſentur, tam clarè, & intelligibiliter, vt quinque Teſtes, quaſi ex vno ore, locuti fuiſſe ſentiantur. Maxima enim, & præcipua difficultas, in Teſtibus examinandis eſt, efficere, vt Teſtis bene concludat, ac narret ſuæ depoſitionis rationes, quod Iudicis ſit magis conſiderare & attendere ad rationes Teſtium, quam ad ipſorum principalem depoſitionem.

20 Porrò de negociis aut rebus, quæ teſtificandæ erunt de viſu, non poteſt Teſtis cœcus Teſtimoniũ ferre de re oculis ſuis conſpecta, neque etiam certã ſuæ ſcientiæ cauſam dare poterit. Idem cenſendũ eſt de Surdis, Mutis, qui teſtificari non poſſunt de obiectis ſuorum ſenſuum, quibus orbati ſunt.

21 Quin & ſi Teſtis dicat, ſcio hanc rem eſſe veram & Commiſſarius mox roget, vnde, & quomodo ſcis hanc rem eſſe veram, & Teſtis reſpõdeat, quia ego ſcio ex fama publica, & ſicuti totus mundus ſcit, aut ſcio, quod mihi dictum eſt à perſonis, id bene ſcientibus, aut quia fides mea talis eſt, aut quod ita mihi videatur; omnes iſtæ rationes ſunt inualidæ, & nihil adſtruunt, quia nullam certam notitiam præbere poſſunt, per confirmationem alicuius ſenſus exterioris.

22 Similiter quando teſtis dicit, ego certo ſcio, quia ego præſens adfui, ea ratio non ſufficit, niſi ſimul etiam dicat, quod aut viderit, aut audiuerit: fieri enim poteſt, quod nonnulli fuerint præſentes, qui tunc aut dormierant, aut alijs rebus occupati fuerant.

23 Commiſſarius examinaturus poteſt Teſtes acceptos præmonere, & inſtruere, vt bene, & pertinenter veritatem teſtentur, verùm non poteſt eoſdem ſubornare, aut inſtruere, vt aliter deponant, quàm ſecundum rei veritatem. Iſtud enim eſſet Criminale, & grauiter puniendum.

24 Teſtis item interrogari poterit ſuper illo, quod vidit, & ſciuit in ætate decem annorum cum dimidio; quia Iura præſumunt, quod tunc fuerit capax intellectus, & iudicij. Verùm id durum videtur, ideoque non magni faciendum in criminalibus, in quibus teſtimoniorum Probationes debent eſſe Sole, ac luce meridiana clariores, & longè certiſſimæ, *l. Sciant cuncti, C. de probat. c. Sciant cuncti. 2. q. 8. & c. Epiphanium, 5. q. 6.* quales non ſunt puerorũ teſtificationes, qui ob ætatem, ex certa ſcientia, & cum prudenti iudicio, cumque eorum diſcretione nondum teſtari poſſunt.

25 Commiſſarius bene poteſt conſentire, vt Teſtis ipſemet (vt ante diximus cap. *166.*) ſuam depoſitionem ponat in ſcriptis, quando cauſa Ciuilis eſt, & ſi is Teſtis ſit vnus Practicus, aut Vir alioqui Doctus, ſed id faciens, debet poſtea ipſi Commiſſario ſuam Depoſitionem legere, ad ſciendum, an in ea aliquid corrigendum, aut amplius, ſiue latius ſuper ea examinandum erit.

26 Si Teſtis poſt depoſitionem recordaretur, ſe in deponendo erraſſe, poterit is ſeipſum, ſuaque depoſita corrigere, & certiora iam deponere, & Cõmiſſarius debet ipſum ad hoc admittere, dummodo id ſtatim faciat, & priuſquam à loco decedat, aut certe, priuſquam Parti locutus fuerit. Aliter enim ipſe de ſubornatione aut corruptione Partis, aut alterius per talem reuocationem ſuſpectus fieret, vti etiam notatum eſt ſuprà *c. 166.*

27 Et quamuis Teſtis (vt diximus) ſua depoſita corrigere poteſt. Commiſſarius tamen eam Depoſitionem Teſtis prius factam, non corriget, nec mutabit. Sed eandem priorem Depoſitionem ſimul ſcriptam ſeruabit, & eidem correctionem poſtea factam aſſcribit, adiungens ſimul & tempus, quando Teſtis eam correctionem fecit, & etiam cauſam cur eam correctionem fecerit.

28 Quando Teſtis vacillat aut variat, hoc eſt, quando ipſe aut dubitat, aut dubie, aut timidè loquitur, dicendo nunc iſtud, nunc illud, ſine certa aſſertione, vnde non poteſt certa ſcientia ac reſolutio haberi; tunc Iudex, ſed non Commiſſarius, poterit talem verſipellem (dũmmodo perſona vilis ſit) ad torturam rapere, & ſimul eundem torquere, vt ſaltem hoc modo, ab ipſo veritatem extorqueat, quam leuiter elicere non potuit.

29 Sic etiam, ſi teſtes falſo loquerentur, ita vt Cõmiſſarij clarè, & aperte intelligerent fucum, corruptionem, aut ſubornationem factam fuiſſe, poterit tunc Iudex eoſdem Teſtes apprehendere, & apprehenſos in carcerem conijcere, & poſtea etiam ipſos ad Curiam mittere, vt ibi, tanquam Falſarij, puniantur.

30 Si verò teſtis obſcurè locutus ſit, ipſius ſolius erit, eam obſcuritatem explicando interpretari, & ſuam depoſitionem clarioré reddere, quod nullus alius efficere poterit. Quocirca vt omnis vitetur ob-

Digitized by Google

obſcuritas, Commiſſarius diligēter curare, & prœuidere debet, ne Teſtes in narrando obſcure loquantur.

31 Secundo, vt vitetur obſcuritas, Teſtis examinādus, & interrogandus eſt in ea lingua, quam potiſſimum nouit, & in qua maximè exercitatus eſt, ſiue ea lingua ſit Teutonica, ſiue Latina, ſiue Hiſpanica, ſiue Gallica, & cæte. Quocirca bonum eſt Commiſſarios varias callere linguas. Nam in quacunque lingua teſtis Depoſitionem ſuam pronunciat, ea non eſt reiicienda, modo cognita ſit, & certa.

32 Depoſitiones omnium Teſtium debent conſcribi, aut in certam ſcripturam redigi, alioqui Curia aut Iudex non poſſet quicquam ex depoſitis legitimè iudicare, & Proceſſus haberetur vitioſus & defectuoſus. In conſcribendis autem Teſtium depoſitionibus, Commiſſario habēda eſt magna prudentia, & diligens Cautio, vt in ſcribendo linguā, idioma, & modum loquendi Teſtium, quam proximè poterit, imitetur, & iiſdem vtatur terminis, quibus Teſtis in deponendo vſus fuit.

Singulorum quoque Teſtium depoſitiones poni, & conſcribi debent ſeparatim, & per ſe, & ad longum, & non ſic conſcribere, Magiſter Paulus dicit & deponit idem, quod depoſuit Magiſter Iudocus, illud enim magnum vitium eſſet, in Informationibus audiēdis, In quibus communiter vnus Teſtis non poteſt ſcire, quid alter dixerit. Sic etiā non eſt audiendus, neque recipiendus is Teſtis, qui ad hunc modum deponere volet. Ego Petrus teſtor & depono idem, quod depoſuit Ioannes, neſcit enim Petrus, quid Ioannes depoſuerit, deinde neſcit, quid Commiſſarius ab ipſo exquiſiturus erit. 33

CAPVT CLXXI.

De varia Fide, & authoritate Teſtium.

S V M M AE.

1 *Non omnibus Teſtibus æqualis fides eſt & authoritas.*
2 *Teſtis negatiuus nihil probat.*
3 *Negatiua { Simplex, nihil probat / ſed*
4 *Reſtricta, probat per indirectum.*
5 *Negatiua reſtricta aliquando fortior eſt, affirmatiua.*
6 *Negatiuæ Laicorum, per indirectum probantes, fortiores ſunt pro Reo, affirmatiui Clericorum.*
7 *Rei cauſa ſemper eſt fauorabilior.*
8 *Negatiuæ credulitatis & purgationis, ad probandum ſunt valida.*
9 *Plus fidei (cæteris paribus) habent in dignitate conſtituti, quàm non conſtituti*
10 *Diuiti, quàm pauperi, videtur plus fidei tribuendum.*
11 *Vnicuique in ſua arte credendum eſt.*
12 *Teſtes, idem quaſi præmeditatum loquentes, ſubornationis ſunt ſuſpecti.*
13 *Teſtis mentitus in vno, mentitus cenſetur in alijs.*
14 *Teſtis contraria aſſerens repellitur.*
15 *Vni Teſti credendum non eſt.*
16 *Si duo Teſtes ſibi contraria deponant, neutri credendum eſt.*
17 *Teſtis vnus contradicens multis, Teſtis eſt nullus.*
18 *Si Teſtes vnius partis { Concordent, & motus Iudicis accedat, hi probant.*
19 *Diſcordent in pari numero, creditur præſtantioribus.*
20 *Plus ad fidem præſtantes, quàm ad numerum Teſtium ſpectandum.*
21 *Æquè præſtantes concordent, ipſis credendum eſt.*
22 *Æquè præſtantes diſcordent, concordandi erunt. }*
23 *Teſtimonia inſtrumentalia minus valida ſunt, quàm Teſtium coram Commiſſarijs.*
24 *Atteſtationibus inſtrumentalibus creditur, in Concilio Mechliniensi.*
25 *Teſtibus { Ægrotis decumbentibus, / &*
26 *Coram arbitris auditis } creditur, poſt mortem ipſorum.*

Iudicis

Digitized by Google

1 IVdicis eſt, diligenter conſiderare qualitates Teſtium, non enim omnibus par, & æqualis adhibenda eſt fides, & authoritas. Imò quibuſdam Teſtibus nulla prorſus habenda eſt fides, veluti Teſtibus negantibus.

2 Maior enim fides duobus Teſtibus affirmantibus, quàm decem, aut centum, imò mille Teibus negantibus, adhibetur. Hinc illa Dialecticorum maxima. Teſtis negatiuus, Teſtis nullus, vel Teſtis negatiuus nihil probat. Cui accinunt Panormitanus, & Feli. *in c. In noſtra, extra de Teſtib.* Idem Panorm *in c. Bo ia memoria primò, num. 13. extra. de Ele t* cuius diſtinctionem ibidem videbis, & memoriæ ſcrinio commendabis, quoniam vtilis, & quotidiana eſt in Praxi. & potiſſimum in Teſtium materia, & Imol. *in c. Super hoc, extra. de renunciat.*

3 Sed ſciendum eſt hic, quod prædictæ maximæ, iuxta omnium Scriptorum ſententias, tantùm intelligendæ ſunt de negatiua, vaga, nuda, & ſimplici hoc eſt, quæ nulla certi temporis, loci, aut Perſonarum expreſſione eſt reſtricta, & coarctata Talis enim negatiua nec directè, nec indirectè quicquam per Teſtes probare poteſt. Hinc fit, quod tunc onus probandi transferatur ad Aduerſariũ, & hoc ideo, quia talium negationum nõ ſunt adiectæ cauſę, & circunſtantiæ.

4 Nam ſi ſimpliciter, & generaliter dixiſſem, nego, quod contraxi Matrimonium cum Sempronia, non eſt neceſſe, quod per Teſtes iſtam negatiuam probem, quæ ſimplici negatione ſatis negata probatur ſed ſi negatiua mea haberet reſtrictionem temporis, loci, vel perſonæ: tunc ea negatiua poteſt probari indirectè: vel per obliquum, ſeu per quandam cauſam concurrentem. Veluti ſi quis accuſaretur, quod interfeciſſet Titium, hora ſecunda noctis, in noua platea, accuſatus poteſt negare factum, quod Titium non interfecerit, & ſimul negabit circunſtantias, & probabit per obliquum quod prædicta hora, in noua platea non fuerit, ſed quod eadem ſecunda hora noctis fuerit cum quibuſdam amicis in alio loco, ita vt fieri non potuerit, vt ibi exiſtens, vllo modo potuiſſet Titiũ interficere, in dicta noua platea Quocirca teſtes qui deponunt, de prædictæ negatiuæ circunſtantiis, ſcilicet, quod hora ſecunda noctis cum ipſis fuerat in alio loco citato, non aperte teſtatur, quod non interfecerit Titium, ſed tamen ipſorum teſtimonia ſunt talia, vt virtualiter & per obliquum probent, & euincant ipſum non interfeciſſe Titium, ex hoc quod dicant ipſum tũc temporis, in eo loco non fuiſſe, quando, & vbi Titius dicitur interfectus, ſed quod eo tempore cum ipſis in alio loco fuerit, longinquo à loco interfectionis.

5 Eſtq́ue hæc obliqua negatiuæ probatio tam efficax, vt præferatur probationi factæ de affirmatiua, de quo vide Gloſſam notabilem, in verbo: Ajiqui, *in c. Clerici 18 diſtinct.* quæ dicit ad hunc modum: ſi duo Teſtes Clerici dicerent, quod Ioãnes Clericus commiſiſſet Homicidium Brugis, & tali nocte, & ſi accuſatus probaret per alios duos Teſtes, etiam laicos, quod illa eadem nocte cum ipſis Teſtibus fuiſſet Gandaui, quodque non potuiſſet tale Homicidium committere Brugis, vbi non fuit, & præterea, quod non potuiſſet id committere, quin id ipſi vidiſſent, quum eo tempore & loco ab ipſorum conſpectu nec ſemel abſuiſſet.

6 [printed in the right margin beside the first line of the preceding paragraph's continuation]

7 Et hæc probatio præferenda eſt priori, nempe quia eſt pro Reo: cuius cauſa ſemper eſt fauorabilior, quod Iura ſint ſemper proniora & promptiora ad abſoluendum, quàm ad candemnandum, vt in *c. Ex literis, extra, de probat. & in l. Abſentem, ff. de pœnis* Et ita de aliis ſimilibus exemplis dicendum erit, ſi quando per occaſionem occurrãt, prout notatur in *d, c. Bona memoriæ primo*, cum ſingulari gloſſa ibidem in *verbo: Per rerum naturam.*

8 Quando ergo dicitur, quod plus creditur duobus Teſtibus affirmantibus, quam Centum, imo Mille negantibus, vt in *c. Super hoc, extra, de renunciat.* non habet locum in negatiua ſic coarctata: ſed tantùm in negatiua ſimplici, & in negatiua credulitatis, vel purgationis, argumento, *c. Ad noſtram, extra, de probat.* ad quæ loca ſupra allegata, prolixitatis euitandæ gratia, recurrendum eſt, vbi etiam comperient Lectores de diſtinctione Negatiuarum ſcilicet, de triplici Negatiua, Facti, Iuris & Qualitatis, &c.

9 Sed hactenus de Teſtibus affirmantibus, & negantibus, poſt hos ad alios. Plus etiam ſunt credendi Teſtes, in Dignitate conſtituti, quam non conſtituti. Panor. *in c. In noſtra, num. 6. extra, de Teſtibus, & c. Si Teſtes, §. Item in Teſtibus fides, 4. q. 3.* Nam quanto dignitas Teſtis maior eſt, tãto maior fides ipſi adhibebitur, nempè, propter Dignitatis reuerentiam. ſed hæc ſanè intelligẽda ſunt, ſcilicet, cæteris paribus. Nam ſi quis ſtolidus, aut ſenſu cõmuni carent (quod aliquando fit) in Dignitate cõſtitutus eſſet, non maior ipſi adhibẽda eſſet fides, quam viro prudenti, & cordato, in Dignitate non conſtituto non conſtituto: imò ne Principi quidem ipſi. Alioqui ſapiens fruſtra dixiſſet. Vę Patriæ, in qua princeps Puer eſt. Puer, inquam, non ætate, ſed Sapientia. Maior itaque fides adhibetur Imperatori, quam Regi, Regi, quam Cãcellario, Archiepiſcopo, aut Epiſcopo, quàm Officiali, aut eius Vicario, Nobili, quam Plebeio.

10 Maior item fides adhibenda videtur Diuiti ſeu Opulento, quam Inopi ſiue Pauperi, cæteris paribus (vt diximus) quia pauper, Egenus, Inops, & Miſer, faciliùs corrumpi putantur, aut de corruptione aut ſubornatione ſuſpecti videntur. Dixi videntur, putantur, & cæteris paribus, quia ſi ambos Pietate, Religione, & honeſtate pares eſſent, pares quo-

quoque fide æſtimandi erunt. Verum Pauperi bene famato, & inculpatæ bonæq; vitæ magis creditur, quam Diuiti male famato, ac culpatæ maleque vitę *c. Si Teſtes, §. Teſtium fides, 4. q. 3. & l. Teſtium fides, in principio. ff. de Teſtibus.*

11 Item (vt in genere loquamur) vnicuique potiſſimum credendum eſt in ſua arte, vt Medico in ſua Medicina, Obſtetrici in ſua inſpectione, Iuriſtæ in ſuo Iure, Clerico de ſuis Libris, Aduocato de ſua Praxi ſiue Practica, Fabro ferrario de ferro fabricando, Fabro lignario de ligno fabricando, & ſic deinceps de ſimilibus *l. Prima in principio*, & ibi Bart. & alij ſcribentes. *ff. de vent. inſpicien.* & Speculator. *in §. Finali, ver. hoc quoque no. de probat* & iuxta illud: Tractant fabrilia fabri, & Experto crede Roberto: & , Ars facit credi cuilibet, in ea experto. Hoc eſt, Vnuſquiſque tractat, & libenter diſputat de iis, in quibus verſatus eſt, quia in ijs ſe valere putat: ideoque in ijs, vbi verſatiſſimus eſt, ipſi credendum eſt.

12 Cum autem plures ſiue multi Teſtes, ſuper vno facto & materia, vnum ac præmeditatum ſermonẽ loquuntur, illi ſunt ſubornationis ſuſpecti & præſumptio eſt, quod prius ſimul collocuti fuerunt, vt ſimiliter ac conformiter deponerent. Quando ve-
13 ro Teſtis, in vno articulo mentitus fuiſſe deprehẽditur, à tota ipſius depoſitione, perit authoritas fidei, ſic vt ipſi in ea depoſitione, credendum nullo modo fuerit, tametſi in articulis reliquis aliter veritatem diceret ac deponeret.

14 Porrò ſi vnus Teſtis ſibi ipſi contradiceret, vt poté, ſi diceret ſibi contraria vel varia: Vel etiam, ſi diceret verum in vno, & falſum in alio, tale ipſius Teſtimonium repellitur, *c. Si Teſtes, verſ. Qui falſo vel variè 4. q. 3. & l. Vbi pugnantia. ff. de regu. iur. & c. licet, circa finem, extra de probat & l. Cum prædium, C. de liber. cauſ.*

15 Sic etiam nec vni ſingulari Teſti, in ſua depoſitione credendum eſt.

16 Et ſi duo ſint Teſtes, quorum alter alteri contradicat, neutrius Teſtimonio ſtandum erit. Vtriq; enim in ſua depoſititione ſingulari, iuxta credendũ erit, *c. licet ext. de probat.*

17 Si vero vnus pluribus contradicat, tunc vox vnius, vox nullius, vt ſupra diximus. Vnius enim dictum non eſt tam efficax, vt reliquorum omniũ dicta reiiciat, aut damnare poſſit, niſi is vnus inſcriptus eſſet cum reliquis, in aliquo inſtrumento, *leg. Prima, §. Si quis, ff. quemadmodum Teſtament. aperiant.* Quando plures Teſtes ſunt, qui ſibiipſis cõtrariãtur, Iura tũc tribuunt Iudici certam regulam, atque conſiderationẽ hanc tradunt, ſecundum quã ipſi in ea varietate procedendum erit.

18 Si enim plures Teſtes pluribus contradicant, hi producuntur, vel ab vna parte tãtum, aut ab vtraq; parte ſimul. Si quidem ab eadẽ parte plures producti fuerint, quorum Teſtimonia ſatis concordant, & ſi negotij qualitas, & motus animi Iudicis cum his conuenerit, ſequenda ſunt iſtorum dicta, ita, vt ſecundum ea ipſi ſententia pronuncianda erit, & non ſecundũ dicta Teſtiũ Partis aduerſæ, *l. Ob carmen §. Fin ff. de Teſt. & c. Si Teſtes, §. Si Teſtes, 4. q. 3.*

Sed ſi Teſtes vnius Partis ſibi inuicem contra- 19
dicant, ſintque hi in pari numero ſtandum erit ipſorum dictis, qui ſecundum naturã, & proprietatẽ cauſæ, potiſſimum in depoſitionibus conueniunt, quique præſtantioris cenſentur eſſe fidei, omnique ſuſpicione carent. Formabit autem, & ſtatuet Iudex motum animi ſui, ex teſtibus fide dignioribus, & ex argumentis & indiciis, quæ cauſæ aptiora eſſe conſpexerit.

Non enim tam ad numerum, & ad multitudinẽ 20
Teſtium, quam ad eorundem ſynceram fidem attendere, & Iudicium ſuum colligere debet, *cap. in noſtra, & c. Veniens, ext. eod. tit. de Teſtib. Vide Speculator. eod. tit. de Teſte.*

Hi ſyncerioris fidei teſtes, ſi inter ſe concordet 21
ipſorum dictis inſiſtendum erit.

Si vero, & hi inter ſe contrarientur, Iudex cura- 22
re debet, vt ipſos quoquo modo (ſi poſſit) concordet, vt ipſorum dicta fiant valida, *c. Cum tu, extra, eod de Teſtib.* Quod ſi Iudex hos teſtes nullo modo cõcordare poterit, tunc iudex ex motu, & ex proprio iudicio animi ſui obſeruabit, quibus potior fides erit adhibenda, idque cum ſumma diſcretione, quam apud Speculator. vide.

Teſtimonia producta per atteſtationes, aut per 23
inſtrumenta confecta, & ſcripta per Notarium, aut tabellionem, aut per aliquem Iuſtitiarium ſeu Magiſtratum, minus ſunt valida, quàm quæ per priuatos teſtes fiunt coram Commiſſariis, aut coram Magiſtratu, vbi informatio aut enquæſta pẽdet, ideoque ijs teſtimonialibus literis non creditur, nec ſtatur, niſi ea ipſa teſtimonia fuiſſent facta, & audita per literas requiſitoriales, & Parte vocata, vt decet, & neceſſarium eſt.

Vtuntur tamen in magno Meclinienſi Concilio, 24
& recipiunt Atteſtationes huiuſmodi inſtrumentales, &c. productas per alteram Partium, quando pars aduerſa ſuper eas Atteſtationes iurare cupit, quia aut nullas alias promptiores probationes habeat, aut quia Pars eas non reprobat, aut confutat.

Teſtibus item valetudinariis, hoc eſt, ægris, & 25
decumbentibus, vix vlla fides adhibetur, niſi hi teſtes valetudinariè auditi & examinati, priuſquam ab hoc ſeculo migraſſent, ſic vt alios teſtes poſt litiſconteſtationem, ad manum productor non habeat, nec eos inuenire poſſit, niſi illos valetudinarios prædictos, quorum teſtimoniis tunc fides adhibenda erit, teſtimonium quoque auditum per Arbitros, efficit probationem coram Iudice ordinario,

Digitized by Google

nario, quatenus iidem teſtes defuncti fuerint, ſed ſi adhuc ſuperuiuant, & ſtuperſtites ſunt, tunc in libera optione, Partis aduerſæ erit, ipſos admittere, aut non admittere, niſi aliter prælocutum fuiſſet.

Quocirca teſtimonium auditam coram Arbitris, nullam probationem efficere poteſt, nempe, quod id ab Adnerſario reiectari poteſt.

Capvt CLXXII.

De falſis Teſtibus.

S V M M AE.

1 *Teſtis ſemel Falſus, perpetuò Falſus eſt habendus.*
2 *Teſtimonium Falſum, lege diuina eſt prohibitum.*
3 *Teſtis Falſidicus tribus perſonis praiudicat.*
4 *Qui Veritatem celat, tum Falſidico comparandus eſt.*
5 *Teſtis Falſidici Punitio.*
6 *Teſtis Veritatem occultans, puniendus eſt.*
7 *Teſtis, qui aliud antea dicit, & aliud poſtea deponit, Impoſtor eſt.*
8 *Teſtis falſus puniendus eſt à Iudice, coram quo periurauit.*
9 *Teſtis Commiſſario de falſitate ſuſpectus, comprehendi poteſt.*
10 *Teſtis citatus ad deponendum, & non comparens, ad comparitionem cogendus, & de contumacia puniendus eſt.*
11 *Non Teſti, ſed Commiſſarij ſcriptis credendum, ſi de ijs oriatur quaſtio.*
12 *Nemo Teſtem ſua cauſa, Falſitatis redarguere poteſt.*

Teſtimonium falſum eſt duplex.
13 *Simplex, vel extra Iudicium, nempe omne mendacium.*
14 *Mendaciorum cauſa varia.*
15 *Mendaciorum noxiorum varia incommoda.*
16 *Mendacia noxia à Deo puniuntur.*
17 *In iudicio, fit cum adiuratione.*

18 *Teſtimonij falſi in Iudicio multiplicia incommoda.*

Teſtimonium falſum punitur Lege
- *Diuina,*
  - 19 *Occulta, ſine Iudicio Humano.*
  - 20 *Expreſſa, ſcilicet, Lege Talionis.*
- *Lex Talionis quæ fuerit.*
- *Humana, variè.*

1 TEſti, qui ſemel repertus atque conuictus eſt, Falſum depoſuiſſe Teſtimonium, huic nunquam Fides vlla erit ahibenda, neque is ad teſtimonium ferendum, in aliquo Iudicio admittẽdus erit, ſed vti infamis, ab omni teſtimonio ferendo arcebitur, vti notatur *in l. Lucius, ff. de his qui not. infam. & facit l. Siquis maior, C de tranſact.* Quocirca curet omnis teſtis, ne vllam Falſitatem, in ſua depoſitione committat, aut admiſceat.

2 Nam ſi ſemel admiſerit, nunquam ipſi in aliquo fides adhibebitur, *c. Teſtes, & c. Pura, & c. Hortamur, 3. quæſtion* 9. Hoc falſum teſtimonium, quam ſit indignum, ex eo patet, quod Deus populo ſuo Iſraëlitico, cum tanto ſtudio in Dealogo prohibuerit, cum nono præcepto ſuo dixerit: *Non loqueris contra Proximum, Falſum Teſtimoniũ Deut.* 4. & 10. Vbi & hoc notandum eſt contra quoſdam, qui nimis anxij, reformidant quicquam teſtari contra Proximum, quod Deus non prohibuerit ſimpliciter, ne teſtimonium ferrent contra Proximũ, quia hoc, ad legitimæ iuſtitiæ vſum omnino inter homines eſt neceſſarium, vt pateſcat Veritas, quæ non eſt abſcondenda, ſed illuſtranda, vt per Iuſtitiam, tribuatur vnicuique, quod ſuum eſt. Sed tantum prohibuit, ne quis Falſum teſtimonium ferret contra Proximum, quod contra Deũ, contra Veritatem, contra Salutem propriam, & cõtra Salutem Proximi committi poteſt.

Nam falſidicus teſtis, tribus Perſonis nocet, & offendit. Primum enim, offendit Deum, cuius Maieſtatem, non obediendo, contemnit. Secundo, offendit Iudicem ipſum, quem mentiendo fallit, & à vero Iudicio ſeducit. Tertio, innocẽtem lædit, & ipſi cum ſuo Falſo teſtimonio, damnum infert. 3

Et his malis ſunt obnoxij non ſolùm, qui Falſum
4 Teſtimonium dicunt, ſed etiam, qui Veritatem ad-
iurati celant, & occultant. Nam eiuſdem Criminis
Rei ſunt apud Deum, & qui Veritatem occultant,
& qui Mendacium dicunt; Illi prodeſſe non volunt
& illi nocere ſtudent, *c. Primo, extra, de crimine,
falſ.*

5 Et ex his conſequitur, vt qui in tribus oſtendit,
triplici quoque Pœna plectatur, Primò enim, quia
Deum offendit, Septennis Pœnitentia ipſi iniungi-
tur pro Periurio, *ca. Quicunque. 6. quæſt. 1. Quia
Iudicem deluſit, infamabitur, c. Quiſquis conuictus,*
& præterea verberibus caſtigabitur, 22. *quæſt. 5. &
c. Illi qui, 5. quæſt. 5. vel certè.* extraordinariè punie-
tur, Et quia Proximum lædit, iuxta modum læſio-
nis, præter reſtitutionem damni punietur, argumē-
to, *c. Nihilominus, 3. quæſtion. 9. ita gloſſ in d. ca. Pri-
mo, in verbo lædit.*

6 Teſtis quoque, qui adiuratus interrogatur, de
Veritate dicenda, & eam ſubticet, is pro falſario
reputandus, & etiam puniendus eſt, vt eſt caſus
egregius. *in l. Prima in principio, ff Ad l. Cornel. de
falſ. & d. c.* Primò.

7 Teſtis autem. qui in Taberna, aut Caupona, aut
in Plateæ, aliter locutus eſt ſine Iuramento, quàm
deponit coram Commiſſario, cum Iuramento, hic
pro Deceptore reputabitur, & pro Impoſtore pu-
niendus erit, maximè ſi aliquod ſalarium, ad ita de-
ponendum, aut ad tale Teſtimonium ferendum,
prius accepiſſet.

8 Falſus Teſtis puniendus eſt, non à quouis Iudi-
ce, ſed tantùm à Iudice, coram quo ipſe Falſum de
poſuit, ſed hoc non habet locum, in remiſſio-
nibus.

9 Formam punitionis habebis mox infrà. Quan-
do Commiſſarius, in examinatione ſuæ in forma-
tionis, expreſſè & apertè comperit, Teſtem falſa
fuiſſe locutum, ipſe tunc poterit, imò debebit ip-
ſum apprehendere, & in Carcerem coniicere, vt à
Concilio, aut à Magiſtratu puniatur.

10 Qui citatus non comparet, ob id, quod Verita-
tem dicere recuſet, is non punietur, vt falſarius,
quia Iuramentum nondum præſtitit, ſed Iudex ip-
ſum curabit ad ſe accerſitum, ipſumque compellet
ad Veritatem deponendum, ipſumque tunc de ſua
contumacia puniet, & in Expenſis, Damnis, & in-
tereſſe, in quæ producens, ob ipſius contumaciam
incidit, condemnabit, vt pulchrè notat Speculator
*in tit. de Teſte: §. Sequitur. verſic vltimo, per l. Quidā
in fine, & l. Tutor. ff de adminiſtra. tuto.* Nam quia
Teſtificandi munus publicum eſt, & neceſſarium;
ideo nullus, à ferendo Teſtimonio, ſeſe contuma-
citer abſtrahere debet, *vt l. Eum, & l. Sed ſi quis in
princ. ff quemadm. teſta aper. & c. Primò, extra, de
Crimine falſ.*

11 Si orietur Controuerſia inter Teſtem, & Com-
miſſarium, ſcilicet, de depoſitione Teſtis, & ſuper
ſcriptione & annotatione Commiſſarij, ita vt Te-
ſtis diceret, ſe aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum
eſſe cōperiet, tūc in ea Cōtrouerſia, Teſti nulla fi-
des adhibebitur, potiſſimū, ſi Cōmiſſarius Adiun-
ctum, & Clericum haberet idem cum ipſo affirmā-
tem. Sed tota fides pendebit ab ipſo Commiſſario,
cum ipſius Adiuncto.

Nemo poteſt ſuum Teſtem in ſua propria cauſa, 12
Falſitatis redarguere, aut falſum imponere. Etſi cō-
tingeret, vt is Teſtis, à producturo interrogaretur
de re aliqua, iſque Teſtis ad talem priuatam inter-
rogationem aliquid reſponderet, quod ipſe produ-
ctor, ad cauſæ ſuæ fauorem competere putabit: Id
reſponſum pro ſimplici dicto, & non pro depoſi-
tione habendum erit. Quia autem Iuriſperito non
indignum, ſed fas eſſe putaui, ſubinde (vbi commo-
dum erit) parum Theologari, ideo huic loco non-
nulla aducere placuit, quę ad falſitatis teſtimonio-
rum conſiderationem, multum facere videbātur,
Principio igitur ſciendum eſt, quod Falſum Teſti-
monium bifariam conſideratur.

Eſt enim aliud ſimplex, vel extra iudicium, aliud 13
vero in Iudicio commiſſum. Ad prius Falſum Te-
ſtimonium pertinet omne Mendacium, quod eſt
duplex: Aliud enim committitur ignoranter, quod
culpa carere videtur.

Aliud ſcienter, quod varium eſt, & multiplex: 14
Alius enim mentitur, ex timore Dei, vel horrore
naturali, ſicut Obſtetrices Ægyptiæ, Alius ex metu
aut imbecillitate Carnis, ac Fidei, vt S. Petrus, in
negando Chriſtum. Alius ex Charitate, & fide de-
debita, vt Michol ſuuum mentiendo, liberauit Da-
uidem Maritū ſum. Alius ex ſtudio iuuādi proximi
ſic Ionathas Filius Saulis, liberauit Dauidem,
ex manibus Saulis Patris. Alius ex Fide, vt Raab.
Alius ex Metu, & Pudore ſimul vt Sara, quæ ma-
ritum dicit eſſe fratrem. Et quando Angelis nega-
bat, ſe riſiſſe. Alius mentitur, proprij commodi gra
tia, vt Ananias, & Sapphira, *Actum* 5. Alius adulā-
di gratia. Alius nocendi, atque Proximo detrahēdi
cauſa. Alius denique non tam ioco, quam ex leui-
tate mentis, & ex mala prauaque mentiendi con-
ſuetudine.

Quam malum autem ſit hoc Falſum Teſtimo- 15
nium, coram Deò præcipue, quod ad nocendi ſtu-
dium ſpectat, & ad detractionem, vel aſſentationē,
id multis patet modis. Primo enim, tales Mendaces
excludit Cælo. *Pſal.* 5. Secundò, ſeparat eos à Deo,
& coniungit Diabolo, quia Diabolus eſt Mendax,
& Pater Mendacij Tertio, linguas eorum Verita-
ti, & Laudibus Diuinis conſecratas, conſpurcat ad
gratiam mendaciſſimi mendacij Auctoris. Quartò,
fidem, in hominum Commerciis neceſſariam, aut
labefactat, aut tollit. Quinto, Chriſtianæ Religioni
probrum infert, Deo mentitur, & Proximi com-
modis

Digitized by Google

modis plerunque incommodet, quod quotitianis exemplis notius eſſe puto, quam vt priſcis exemplis latius commonſtretur.

16 Et quanquam hæc mendaciorum mala, leges nō puniant, Deus tamen (niſi reſipiſcant) ea accerrimè aliquando puniet, de cuius punitione non eſt, quod mea temeritas hic quicquam pronunciet, quum ea in ipſius Diuino arbitrio tota conſiſtat. Ideoque ipſi tota aſſerenda potius, quam Humanæ vltioni aut forenſi Iudicio. Sed hæc de falſo Teſtimonio, ſiue Mendacio, extra Iudicium obiter dicta ſufficiant.

17 Falſum autem Teſtimonium in Iudicio eſt, quando aliquis adiuratus, aut ſcienter Falſum, & mere confictum deponit, quale fuit Falſum Teſtimoniū, contra Prophetā Naboth. Aut quando verba, ad peruerſum ſenſum detorquentur, ſic falſum ferebant Teſtimonium, de verbis Chriſti (*Soluite Templum hoc, &c.*) Et Teſtes illi, contra Stephanum Act. 6. Aut quando adiuratus Veritatem celat, vel ex Malitia, vel ex Metu inani, ne contra Proximū teſtando, Charitatem Fraternam violare videatur, cum tamen interim mentiendo, non reuereatur Deum; quem mentiendo offendit, nec propriam Animam, quam commaculat, nec alterius Proimi commodum, quod celando remoratur, & impedit.

18 Quantum quoque malum ſit hoc Falſum Teſtimonium, nemo ſatis expenderit Primo enim (vt & ſupra dixi) Deum (qui veritatis eſt Patronus) ſui Mendacij Patronum efficit. Secundò, nomen Dei Mendacio polluit, & ipſius mandatum violat. Tertiò, Iuriſiurandi vſum, in rebus Humanis neceſſarium, corrumpit. Quartò, Iudicem deludit, & corrumpit, adeo vt ob tale Falſum Teſtimonium, non raro bona adindicentur impropriis Dominis, & excipiantur veris Poſſeſſoribus aut Hæredibus, ob quod etiam Proximo ſuo plurimum (vt ſuprà diximus) incommodat. Imo fit, vt ob Falſum Teſtimonium, ſubinde plectantur Innocentes, & abſoluantur Nocentes Imò, vt per Iudicem aliquando innoxij rapiantur ad Torturām, per quam contra ſe falſa aſſerere malint, quam ea tormenta diutius perpeti. Hanc autem Falſi teſtimonij malitiam licet non ſtatim puniant Leges Humanæ, quia non ſemper ea falſitas venit in propatulum, non ob id tamen Falſi Teſtes fœliciores, ſed multò ſunt infœliciores, quia grauiſſimum eſt, incidere in manus Domini, cuius notitiam nulla humana fallere poſſunt.

Puniuntur itaque Falſa Teſtimonia bifariam, 19
ſcilicet, Lege Diuina, & Lege Humana. Lex iſthęc Diuina aliquando eſt occulta, aliquando expreſſo mandato prolata. Occulta eſt, qua Deus, ſine Humano intellectu, omne malum punit, quia coram Deo, nullum malum impunitum. De hac occulta punitione, non eſt, quod hic à me quicquam temere pronuncietur.

Punitio verò Diuina, quæ de hoc malo expreſ- 20
ſa legitur, ſtatuitur Deuteronomij 19. nempe, vt Falſus Teſtis puniatur Lege Talionis, quæ exigebat Animam pro Anima, Oculum pro Oculo, Dentem pro Dente, Pedem pro Pede, Manum pro Manu, Hæc lex multò fuit iuſtiſſima, quia per eā, Falſus Teſtis patiebatur, quod Fratri ſuo facere cogitauit, quodque Frater ſuus fuiſſet paſſurus, niſi mendacium, ac falſitas teſtimonij fuiſſet deprehēſa. Si iſthęc Lex Talionis, apud nos Chriſtianos adhuc duraret, & executioni mandaretur, non tot paſſim committerentur Periuria, nec tam faciles eſſent multi, ad ferendum falſum Teſtimonium contra Proximum: & poſtremo, ſi qui ita contra Proximum falſa fuiſſent teſtati, hi è medio tollerentur ad quod Deus eam Talionis legem tulit, vide Deuteronomij 19.

Portò Lex Humana, quomodo Falſum Teſti- 21
monium puniat, in hoc Capite ſupra monſtrauimus, & in noſtra praxi Criminali capitibus. *C. xix. de Falſis. C. xx. De Falſitate per Conſenſum, C. xxi. De Falſitate in verbis, C. xxij. De Falſitate Scriptorum, C. xxiij. De Falſitate per Abuſum, & C. xxiiij. De Falſitate per Silentium*, apertè expreſsimus. Quin & Iura paſsim de eius punitione clare commonſtrāt, vt non ſit opus huc ea congerere, potiſsimū, quod hic non Criminalem, ſed Ciuilem praxim cudere conemur.

CAPVT CLXXIII.

De Probatione facta per Confeſsionem Partium.

SVMMAE.

1 *Confeſſio alia fit* { *in Iudicio* / *extra iudicium* } 1. { *præſente Parte* / *abſente Parte* } 2. { *cum Cauſa* / *ſine cauſa* } 3.

Digitized by Google

2 *Reus Actoris petitionem in Iudicio confitens, conuictus habetur.*
3 *Reus confitens, damnationi ſubijcitur.*
4 *Confeſſio omnem probationem excludit.*
5 *Confeſſio extra Iudicium (ſi conſtet) praiudicat.*
6 *Confeſſio cum Cauſa, etiam praiudicat.*
7 *Confeſſio coram Arbitris, praiudicat.*
8 *Quando confeſsio coram Arbitris faciat fidem.*
9 *Confeſsio* { *ſine cauſa, ad ſe obligandum, non praiudicat.* & *ſine cauſa, ad ſe exonerandum, praiudicat.* }

Confeſsio
10 *Ægroti decumbentis praiudicat.*
11 *Per errorem facta, nulli praiudicat.*
12 *Facta coram Iudice incompetente, non praiudicat.*
13 *Obſcura, non praiudicat.*
14 *Facta in praiudicium ſui Domini, aut Superioris, non valet.*
15 *Facta per Procuratorium, praiudicat.*
16 *Facta per Procuratorem, in praiudicium Clientis, non praiudicat.*
17 *Facta per Aduocatum, quando praiudicet.*
18 *Facta per Tutores, aut Curatores, non praiudicat.*
19 *Minoris, qui minor eſt 25. annis, ligat.*
20 *Tutoris cum damno Pupilli, non praiudicat.*
21 *Per principalem perſonam praiudicat.*
22 *Error facti ſine damno, nulli praiudicat.*

1 ANtequam commonſtretur, quomodo per Confeſſionem Partis naſcatur Probatio, primò conſideranda eſt confeſſionis varietas. Ex enim Confeſſiones ſunt duplices. Quia earum aliæ fiunt in Iudicio, & aliæ extra Iudicium, Rurſum aliæ fiunt in præſentia partis, & aliæ in partis, aut partium abſentia fiunt.

2 Item aliæ fiunt cum Cauſa, & aliæ ſine Cauſa. His Confeſſionibus itaque ſic diſcriminatis, ſciendum eſt, quod, quando Reus in Iudicio confitetur Actoris petitionem, ſeu libellum exhibitum, tunc cenſetur conuictus, & omnes aliæ probationes faciendæ ceſſant, quod Confeſſio facta in Iudicio, plenam probationem efficiat, *l. Poſt rem, in fine ſui, ff. de re Iudica. & l. Prima, ff. de Confeſſ. & l. Vnica, C. eodem tit. de Confeſ.*

3 Ideoque tunc nullæ reſtant aliæ partes Iudicis, quam vt confitentem condemnet, *l. Proinde 2. in fine, ff. ad l. Aquil.*

4 Et ita Confeſſio non inducit obligationem, ad vllas probationes faciẽdas, ſed ſecum omnes vlteriores probationes cõfert, aut potius, ab omni probandi onere releuat, liberat, eaſque prorſus extinguit, teſte Ioanne Andr. in *cap. Bona, extra, de elect.* Bald. *in l. Si ex cautione. 10. q. C. de non num. pec.* quod verum eſt, niſi in mutuo per Chirographum, & in Dote, ſecundum eundem Baldum, in *l. Generaliter, 1, qu. eodem tit.* vbi etiam dicit, tunc ceſſare debere omnia Priuilegia, *l. Aſsiduis, C. Qui potio. in pign. hab.*

5 Porrò Confeſſio extra Iudicium, etiam probationes omnes tollit, dummodo pars eam Confeſſionem, per dignos teſtes verificare poterit, aut per Iuramentum confitentis. Sic quoque Confeſſio facta, aut in abſentia, aut in præſentia partis, valida erit, ad vlteriores probationes faciendas, ſi modò ea Confeſſio, aut teſtibus, aut Iuramento probata exiſtat.

Confeſſio verò cum cauſa, vel Confeſſio cauſæ fit, quando confitens exprimit cauſam litis, ſcilicet, ex qua cauſa debitum ſit ortum, nempe aut ex Mutuo, aut ex Mercibus, aut ex permutatione, aut ex domus conductione, ex pacto, aut ex aliquo Contractu. Et hæc Confeſſio fieri poteſt in Iudicio, aut extra Iudicium. Et vbicunque fit, confitenti præiudicat, & probationes tollit, modò de ea confeſsione conſtet. 6

Sic & multò magis, Confeſſio facta cum cauſa coram arbitris, præiudicat in Iudicio, coram Iudice ordinario, eaque vti poſſumus, in Iudicijs ordinariis, *l. Penultima, in fine, C. de recept. arbit. Abbas in ca. Præſentata, in 1. column. de Teſtibus, & Ioan. de Imol. eodem ca. Præſentata.* 7

Sed quomodo intelligatur, quod Confeſsio facta coram arbitris; faciat fidem coram Iudice, vt valeat, aut vt Extraiudicialis, aut Iudicialis, videbis per Doctores in locis iam iam allegatis. Vbi Abbas intelligit, de Extraiudiciali Confeſsione, ſecundum Cynum, in *l. Prima, C. de Confeſſ. & Ioan. Andr.* & Anton. de Butrio, *in d. cap. Præſentata,* & eundem Anton. in *cap. Quintauallis, ver. 14. differentia, extra, de Iureiurand.* Sed Ioan. de Imol. *in d. c. Præſentata* ſuſtinet, quod valet, vt iudicialis Confeſsio. 8

Sed

Digitized by Google

Sed Confeſſio facta in iudicio, aut extra Iudi-
9 cium ſine cauſa, item facta abſente Parte, non ſtatim præiudicat confitenti, vt per talem confeſſionem ſe obliget, aut oneret, ſicuti videre licet *in tractatu D. Lanfranci de Oriano, de Confeſſionib. numer. 40* Cuius Allegationes, prolixitatis vitandæ gratia, hic omittimus, & Lectorem eò remittimus.

10 Sed Confeſsiones factæ in Iudicio, aut extra Iudicium, ad aliquem exonerandum, aut quietandum, omnino præiudicant, etiam ſi eſſent factæ ſine cauſa, & in Partis, aut Partium abſentia, dummodo ea facta fuerit legitimè, *c. 2. & 3. extra, de Confeſ. & l. Vnica, C. eod. tit. de Confeſ.*

11 Confeſsio autem omnis facta in lecto, à graui morbo laborante, aut in articulo Mortis conſtituto, facta ab eo, qui in morbo ſupremam, ſiue vltimam voluntatem teſtari voluerit, ea omnino præiudicat, ſiue ea ſpectet ad ſeſe obligandum, ſiue ad ſeſe liberandũ, & exonerandũ. Quod intelligendũ eſt, niſi ea Cõfeſsio ante Mortẽ reuocaretur. Prçſumitur enim talis Cõfeſsio, in Vitę diſcrimine facta, eſſe ſyncera, vera, nulloq; humano affectu corrupta

12 Confeſsio verò erronea, hoc eſt, facta per errorem, nulli præiudicare poteſt, *l. Non fatetur. ff. de confeſſ. & l. Error, C. de iur. & facti ignor. & l. prima, cap. de falſ. cauſ. adiect. legat.* Et intelligitur Confeſsio facta per errorem, quando res aliter fuit, aliterque ſe habuit, quàm confitens putabat, aut opinabatur.

13 Confeſsio facta coram incompetenti, hoc eſt, coram non ſuo Iudice, non præiudicat, nec nocet, *cap. At ſi, extra, de iudic.*

14 Confeſsio item dubia, incerta, & non ſatis clara non præiudicat. quia vt Confeſsio valeat, ipſa debet eſſe clara ac certa, aliàs talis Confeſsio ſine cauſa facta, incerta eſſet probatio, quæ in Iure cenſetur nulla, nulliuſque roboris, aut effectus, *cap. In præſentia, extra, de confeſſ.*

15 Confeſsio quoque facta in præiudicium ſui Domini, aut ſui Superioris, non valet, *cap. Cum tempore, extra, de Arbitr.* ſic nec valet etiam Confeſsio à demente, lunatico, aut à furioſo facta, *l. In negotijs, ff. de regul. Iur. & c. Finali, extra, de ſucceſſ. ab inteſtat.*

16 Sic etiam Confeſsio, facta per Procuratorem præiudicat, niſi eam reuocet, quod facere poterit, quouis tempore ante ſententiam, quando errorem ſuum, & detrimentum inde ſecutum probabit, *cap. Olim, prope finem, extra, de offic. delegat. & c. Finali, extra de Confeſſ.* Quod autem Procuratoris confeſsio, aliquando noceat Domino, probat *ca. Primò ad finem, §. verum, extra, de poſtulan.* De iſthac Procuratoris reuocatione notandum eſt, quod ſint nonnulli Practici, qui dicant, quod Procurator eam Confeſsionem, ſine releuamento reuocare non poteſt.

Confeſsio item facta per Procuratorem, in præ- 17
iudicium ſui Domini, cui ſeruit, nequaquam valet, niſi ad hanc confeſsionem ſpeciale mandatum, aut Procuratorium habuiſſet.

Confeſsio facta per Aduocatum, præſente ſuo 18
Clientulo, aut eo abſente, ſciente tamen, aut permittente, eadem eſt, ac ſi per ipſum Clientulum fieret, *l. Prima, C. de error. Aduocat.* Vnde ſi tacet, ſibi præiudicat, niſi eum Aduocati confeſsionem reuocaret, *c. Olim, extra, de Cenſib.*

Quæ quidem reuocatio, ſecundum nonnullos 19
debet fieri intra triduum. Sic etiam confeſsio facta per Tutores, in Pupilli, aut Pupillorum abſentia, aut confeſsio per Curatores, in Minoris, vel Minorum, ſeu Adultorum abſentia non præiudicat, nec obeſt, *l. Certum, §. Si quis abſente, verſic. Sed an ipſis, ff. de confeſſ.* Neque etiam valet confeſsio à Pupillo facta, quia hic ipſo Iure, ab omni præiudicio tutus eſt, *c. Paruuli, 22. q. 5.*

Verùm Pubes, minor 25. annis, bene obligatur 20
ex confeſsione, ſed reſtituitur, ſi læſus fuerit, *d. l. Certum, §. Vltimo, ff. de confeſſ. & l. Si ex cauſa iudicati, §. 2. ff. de minorib.* Attamen in Spiritualibus, tenet Sententia lata contra Minorem, *vt c. Ex parte extra, de reſtitut ſpoliat.*

Confeſsio item, quæ fit per Tutorem, vel Cura- 21
torem, non præiudicat, dummodo hæc Tutoris vel Curatoris confeſsio noceat Pupillo vel Adulto, notatur in *d. l. Certum, §. 2. ff. de confeſſ.* vt & ſuprà hoc *cap. 173.* meminimus.

Sed confeſsio facta per principalem perſonam, 22
ſi fiat legitimè, vt ſuprà dictum eſt, præiudicat, & confitenti nocet, quia huius confeſsioni Iudex innititur, *d. l. Vnica, C. de confeſſ. & c. 2. ext. eodem titul.* Nec talis reuocari poteſt, niſi errore probato. Vide Speculatorem. Sed hic ſciendum eſt, quod error facti, ſi damnum erroris nondum ſecutum ſit, nemini noceat, *l. Error, C. de iuris, & fact. ignor.* Secus autem cenſendum eſt, ſi erratum ſit in Iure. Nam tunc ſtatim confeſsio habetur pro iudicato, *l. Prima, C. eodem titul. de Confeſſ. concordat. textus in l. Poſt rem, in fine ſui, ff. de re iudic. & l. Vnica, C. eodem titul. de Confeſſ.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT CLXXIV.

De Probatione per Literas, Scripturas, aut Inſtrumenta.

SVMMAE.

1 *Literæ, Scripturæ, ac Inſtrumenta, alia ſunt* { *Publica,* / *alia* / *Priuata.*

Publica Inſtrumenta ſunt, {
2 *Quæ per Publicas Perſonas conſignantur.*
3 *Quæ Sigillis Authenticis muniuntur.*
4 *Regiſtra, Protocolla, & Acta Iudicialia,*
5 *Rationes Priuilegiatæ.*
6 *Originales Literæ, quibus fides adhiberi ſolet.*

7 *Copiæ ex Originalibus, quando fidem habent.*

8 *Copia quomodo ex Originali paranda, dum metuitur,* { *Ne permittatur Originalis exſcripto,* / *aut* / *Sumptuum ferendorum grauitas.*

9 *Videndum, an Originalibus inſint vitia, aut loca ſuſpecta.*
10 *Inſtrumenta vetuſtate, aut ex alio accidente corrupta, reſtituenda ſunt.*
11 *Plura Originalia pari fide ſunt prædita.*
12 *Copiæ Authenticæ ex originalibus exſcriptæ, Originalium fidem habent.*
13 *Scriptura vetuſta, arma, inſcriptiones, &c.*
14 *Scriptura vetuſta ex libris Eccleſiaſticis,*
15 *Inſtrumenta quæuis publica, arma, inſculpta.* } *probationem efficiunt.*
16 *Si dubitetur an notarius ſignauerit literas, certitudo ex verbis notarij petenda*
17 *Literæ notariorum, &c. & Acta iudicialia ſunt inſtrumenta publica.*
18 *Conſuetudo litteris fidem tribuit.*
19 *Literæ priuatorum, proprijs manibus ſcriptæ, probationes faciunt.*
20 *Literæ negotiationum, Contractuum, Locationum, &c. Authenticatæ habentur pro Inſtrumentis publicis.*
21 *Teſtes non ſunt inſtrumenta publica.*
22 *Quæſtiones variæ circa fidem Inſtrumentorum.*

DIximus præcedenti capite, quòd probationes per Inſtrumenta, minoris ſint ponderis, quã affirmationes Teſtium coram Commiſſarijs: habent tamen aliquando plenam fidem, vt iis creditur, ſicuti Teſtibus, vbi patebit ex ſequentibus.

1 Sed priùs notandum eſt, quòd ſicut omnes Literæ, aut Scripturæ, aut Chirographa ſunt duplicia, ſcilicet, Publica & Priuata, ſic etiam omnia Inſtrumenta ſunt duplicia, alia enim ſunt, aut Publica aut Priuata, de quibus dicemus in hoc, & in ſequenti Capitibus.

2 Publicæ itaque literæ aut Scripturæ ſunt illæ, quæ aut conſcriptæ, aut ſaltem ſubſignatæ ſunt per Tabellionem, Notarium, Graphiarium, & per ſimiles perſonas publicas.

3 Aut quæ recognitæ, munitæ, & ſigillatæ ſunt, cum Authenticis Principum, Ducum, Comitum, Ciuitatum, Parium Curiæ, aut aliorum Iuſtitiariorum ſigillis.

4 Aut ſunt Regiſtra, Protocolla, aut Literæ, ſiue Scripturæ, aut Acta Iudicialia, quæ vtriſque Partibus ſunt communia, quæ quidem Protocolla. Regiſtra, & Acta Iudicialia faciunt plenam fidem, ſecundum Innoc. In *cap. Primo, extra, de Procurat,* dummodò ea Regiſtra, Protocolla, vel Acta facta ſint per eos, qui habent authoritatem faciendi Authenticam ſcripturam, aliàs Regiſtra Protocolla, & acta nullam faciunt fidem, vt ti tenet Bald. referens Innocent. in *Authentica, Si quis in aliquo, C. de edend.*

5 Aut ſi priuilegiatæ rationes, Chirographa, aut aliæ ſcripturæ in Archiuis publicis, aut Principum, aut Ciuitatum Theſaurariis quieſcentes, *vt in Authent. Ad hæc, C. de fid. inſt.* & ibi hoc tenet Bald. Idem tenet Bart. *in Authent. Si quis, C. qui pot. in pig. h. b.*

6 Quin & generaliter omnes Scripturæ aut Literæ, quibus de Iure, aut Conſuetudine Fides attribuitur, ex appellantur Literæ Publicæ, quorum Originales exhibitæ, & productæ plenam efficiunt Proba-

Digitized by Google

Probationem, potiſſimũ quando Pars aduerſa eas de raſura, aut alio vitio notabili, aut de aliqua ſuſpicione loci, vel perſonæ, &c. reprobare nõ poteſt.

7 Dixi Originalibus Literis, quia Exemplaria, aut Copiæ (quas tranſumpta vocant) ex dictis Originalibus ex ſcripta, non parem fidem habent, nec ipſis ita creditur, vti Originalibus, niſi eadem Exemplaria ad Originales Literas, per Commiſſarium colla donata fuerint, idque in præſentia Partis, aut certè in abſentia Partis, ſi ea ad hanc collationem videndam fuiſſet vocata, & contumaciter ſeſe, ab eius collationis conſpectione ſubtraxiſſet, & ob id contumax declarata eſſet.

8 Porro ſi Pars metueret, ne ipſum Originale ſibi permitteretur, aut daretur, vt ex eo per Commiſſarium collocatio fieret, aut ſi metueret immodicos ſumptus, nempe, quod nimio conſtaret, Commiſſarium adducere, aut mittere ad locum, vbi Originale requieſceret, eo caſu Iudex poſſet ordinare, & committere Magiſtratui, aut Iudici eius loci, vt eã collationem ibi faciat, in vocatæ Partis præſentia, aut in eius abſentia, ſi citata contumaciter comparere nollet. Tunc enim huius Iudicis collationi eadem fides adhibebitur, ac ſi à Commiſſario facta fuiſſet, Sed eo caſu is Iudex debebit acutè animaduertere, an in tali originali, non inſint aliqua vitia, aut an ipſe locus originalium literarum, non ſit ipſi ſuſpectus.

9 Nam ſi quæ vitia, aut ſuſpiciones reperiat, ea vitia, ſcilicet, ſuſpecta loca, nomen, ſumma, data, locum & ſimilia diligenter annotabit, & ita notata, cum tranſumpta collatione, remittet ad Commiſſarium, aut ad priorem Iudicem.

10 Cæterum ſi aliquæ Literæ, Scripturæ, aut Inſtrumenta fuiſſent negligenter cuſtodita, aut ſi in aquam cecidiſſent, aut ſi à muribus, aut blattis eſſent corroſa, aut madore aliquo putrefacta, aut ſi ipſa, ex nimia vetuſtate, inciperent fieri tenebroſa obſcura & vitioſa, tum Iudex poterit eaſdem, in præſentia Partis vocatæ reſtituere, & renouare, ita vt ſint legibilia.

11 Contingit, vt Originales Literæ aliquando duplicentur, aut binæ, vel ternæ, aut quaternæ ſcribãtur, ob periculum incendij, aut alicuius alterius caſu ali[illegible] perditionis, quæ omnes Originales dicuntur, & parem fidem faciunt, & vocantur etiam duplæ, triplæ, &c.

12 Sic etiam Literæ, Scripturæ, aut Inſtrumenta, quæ poſtea ex his originalibus legitime ſunt exſcripta, & accurate (vt dicunt groſſata, aut in mundum redacta. Aut ſi ſecunda vice, ex Tabellionis, Notarij, Graphiarij, aut alicuius ſimilis Regiſtro, Protocollo, ſiue Imbreuiatura ex ſcriptæ ſunt ob id, quod Pars ſuas Literas, ſiue priora Inſtrumenta ſua perdiderit, eæ omnes Literæ, & Inſtrumenta legitimè exſcripta, erunt æquè bona, ac alia priora deperdita, dummodo iſthæc duplicatio facta. ſit Parte vocata, & Chiropho Graphiarij, vel Notarij authentico munita.

Antiquæ item ſiue vetuſtæ Scripturæ, antiqua Arma, Inſignia, aut alia ſigna, aut Scuta picta, aut inſculpta Lapidibus, Sepulchris, aut Tumbis, vel ad Muros, aut ad Columnas, ea omnia publicæ quoque ſunt Probationes, ideoque Iudicem plurimum mouent, vt ex his fidem colligat, potiſſimum ſi multum eſſent vetuſta, aut ſi tam longo ſtetiſſent tempore, vt eorum initij vix vlla extaret memoria ideoque & vehementem probationem proculdubio efficiunt, & tanto maiorem fidem faciunt, ſi cum iis, & alia adminicula concurrant. 13

Sic etiam dici poteſt, de illis literarum, aut ſcriptorum Probationibus, quæ reperiuntur in antiquis Eccleſiarum Libris, Miſſalibus, Martyrologiis, aut in ſimilibus, quorum initij quoque memoria non exiſtat. 14

Nam hæc omnia probationem magnam efficiũt 15
Imo omnes huiuſmodi prædictæ Scripturæ, ſiue Inſtrumenta publica in iudicium exhibita & iudicet producta, ſecundum Innoc *in c. Primo, extra. de fid. inſtrum.* plenam faciunt fidem, ſine vllo alio adminiculo, adeo vt non ſit opus ampliori Teſtium productione, aut depoſitione, aut vt Notarius, Graphiarius, aut ſimilis deponat dictum ſuum, quia & ſi omnes Teſtes, & Notarij, & Graphiarij mortui eſſet, ſolæ illæ Scripturæ, aut Inſtrumenta publica, aut Arma, aut Inſcriptiones Sepulchrorum aut vetuſta ſcripta prædicta, plenam fidem facerẽt, *vt in c. 2. ext. de fid. inſtru. & voluit gl. ff n l g 2 in princ. ff quemad. teſta. aperian.*

Veruntamen ſi dubitaretur, an Tabellio, Notarius, aut Graphiarius talem Scripturam, aut tale Inſtrumentum ſcripſiſſet, tunc reuocandus eſſet Tabellio Notarius, vel Graphiarius, vt deponeret, ac Iuramẽto affirmaret, an tale Inſtrumentũ cõſcripſiſſet, aut ſubſignaſſet, & tũc ipſius dicto ſtabitur fidesq; firmior erit, vt in *l. Si quis decurio, C. de falſ.* 16

Ad maiorem quoque dictorum comprobationem, adiicit etiam Innoc. *d. c. 1. & dicit*: quod dicta Inſtrumenta, confecta per Tabelliones, Notarios, Graphiarios, & ſimiles, & etiam quod Acta Iudicialia dicuntur, & ſint publica Inſtrumenta. Cæteræ verò ſcripturæ, cenſeãtur priuatæ, ſed hæc tantum, ſecundum Innocentium loco prædicto. 17

Si vero conſuetudo eſſet, vt non quibuſuis Inſtrumentis publicis, ſed tantum certis quibuſdam Inſtrumentis, plena eſſet adhibenda fides, tunc iis ſolis quoque fides eſſet tribuenda. Si vero conſuetudo, & Praxis haberet, vt quibuſuis ſcripturis adhibenda eſſet fides, eæ quoque, iuxta eam conſuetudinẽ, plenam facerent fidem, etiamſi per Tabellionem, Notarium, vel Graphiarium nõ eſſent cõfectæ, caſus eſt *in c. cum dilectus, extra, de fid. inſtru.* 18

Ideo-

Digitized by Google

19 Ideoque iuxta communem conſuetudinem, omnes Scripturæ, ſchedulæ, aut ſyngraphæ, quas priuatæ perſonæ conſcribunt manibus propriis corã Iudice, cenſentur Inſtrumenta publica, & plenam fidem faciunt, etiam ſine Teſtibus, caſus eſt ſingularis *in l. Ne in Arbitris, C. de Arbitr. in primo,* & ibi tenet hoc ſingulariter Baldus.

20 Sed hic nec abſurde quæri poſſet, an Chartæ papyraceæ, in quibus Negotiationes, aut Contractus, aut Locationes, &c. à Tabellionibus, Notariis, Graphiariis, & ſimilibus deſcribuntur, publicorũ quoque Inſtrumentorum vim obtineant. Reſponſionem ad hanc quæſtionem videbis in gloſſ. *in le. notationem, § Inſtrumentorum, ff. de verbor. ſignif.* quæ tenet, quod tales Cartæ, in quibus Negotiationes, & Contractus, &c. ſunt deſcriptæ, & confectæ à Tabellionibus, Notariis, Graphiariis & ſimilibus publicis perſonis, etiam publicorum Inſtrumentorum Appellationes mereantur.

Verum Teſtes propiè non dicuntur Inſtrumenta publica, vti latius diſputat D. Lanfranc. ab Oriano: numero primo, in ſuo Tractatu de Inſtrumentorum fide. & productione.

Poſſent huc adduci multo plures Quæſtiones, 21
de fide inſtrumentorum, ſcilicet: An publicum inſtrumentum, ſemper plenam fidem faciat. An exẽplum quandoque fidem faciat, & quando non An Protocollum quandoque faciat fidem, & & quando non. An breuiaturæ credatur, ſi inter ipſam, & Inſtrumentum diuerſitas oriatur, & ſic de ſimilibus aliis multis, ad hanc materiam concernentibus, ſed quia harum meminit prædictus D. Lanfrancus in d. allegato tractatu, de Inſtrumẽtorum fide & Productione. num 10. 11. 17. 18. &c. ideo breuitatis ſtudio, has quæſtiones hic omittimus, & Lectorem ad d. D. Lanfrancum conſulendum tranſmitto, & ad alia propero.

CAPVT CLXXV.

De Probatione per Scripturas priuatas.

SVMMAE.

1 *Scriptura Priuata quæ dicatur.*

2 *Scriptura Priuata, alia concernit* { *Commodum proprium.* / *Commodum alterius.* / *Commodum proprium, & alienum.* }

Scriptura Priuata {
3 *Ad proprium commodum, nihil probat.*
4 *Ad obligationem ſui, probationem efficit.*
5 *Tam pro ſe, quàm pro alio, aliquando probat, aliquando non.* }

6 *Libri Rationarij Mercatorum, Probationem faciunt tantum, apud ſuos Mercatores.*
7 *Libro Mercatorum bona fidei creditur, apud omnes.*
8 *Libri Redituum 30. annorum, Probationem faciunt.*
9 *Scripturam ſuam qui fatetur, damnationi ſit obnoxius.*
10 *Scripturam ſuam negans, de Calumnia damnandus eſt.*
11 *Propria Confeſſio fortior eſt, citato auxilio.*

12 *Solis Scripturis probantur* { *Compromiſſa in Arbitros.* / *Commiſſiones Officiariorum.* / *Priuilegia.* / *Appellationes ab Interlocutoria.* }

Obligatio non cauſata, apud {
13 *Priuatos efficacia eſt exigua.*
14 *Mercatores eſt valida, & ligat.* }

15 *Exemplum Obligationis non cauſatæ.*

Exceptio {
16 *Contra non cauſationem.*
17 *Contra Schedulam, in principio eſt proponenda.*
18 *Friuola, requirit Nantizationem.* }

19 *Scriptura priuata, Epiſtola, & Rationarium, Probationem faciunt.*

20 *Priuata ſcriptura eſt triplex,* { *Apodyxa,* / *Rationarium,* / *Epiſtola,* } { *quæ Probationem efficiunt, aliquando.* } { *Plenam.* / *Semiplenam.* / *Nullam.* }

21 *Apo.*

21 *Apodyxa quando plenam Probationem faciat.*
22 *Rationarium contra ſe Probationem facit.*
23 *Epiſtola contra debitorem ſcribentem, Probationem facit.*
24 *Scriptura negata comparationem ad aliam requirit.*
25 *Quando, & in quibus Literæ ſunt conferendæ.*
26 *Obligatoria ſcripta* — *Non requirunt diem, & locum, quantum ad ſui ſubſtantiam.*
27 *Requirunt diem, & locum:* — *Quantum ad Prioritatem.*
28 *in Legitimatione.*
29 *In efficiendis naturalibus.*

CApite præcedenti viſum eſt de ſcriptura Publica, & Inſtrumento Publico, ſupereſt vt nũc de ſcripturis Priuatis quædam explicemus.

1 Sunt itaque priuatæ ſcripturæ, quas aliquis propria manu conſcripſit, aui ſubſignauit ſuo ſigno Manuali conſueto, aut quas ſuo Sigillo ſigillauit. Huiuſmodi autem Scripturæ trifariam diſtinguũtur.

2 Sunt enim harum aliæ, quæ in proprium commodum ſunt conſcriptæ, hoc eſt, pro ſemetipſis. Aliæ conſcriptæ ſunt pro alijs, & tertiæ, tam pro ſemetipſis, quam pro aliis ſuntconſcriptæ.

3 Illa autem ſcriptura, quã quis pro ſemetipſo ſcripſit, nullam in propria cauſa, & pro ſuo commodo probationem efficit, aut pro ipſo ſcribẽte quicquã probat, niſi ea Scriptura corroborata eſſet, duobus aut tribus Teſtibus.

4 Sed Scriptum illud, quod quis ſcribit pro alio, hoc eſt, ad alterius commodum, & ad ſui obligationem, vel liberationem, id contra ſe ſcriptorem probationem efficit, ſiue id fiat, aut factum ſit ad obligandum, ſiue ad quietandum aut liberandum.

5 Ea autem Scriptura, quam quis ſcribit, aut ſcripſit partim pro ſe, & partim pro alio, ea nonnunquam probationem efficit, & aliquando, non ſecundum qualitatem & conditionem ſcribentis.

6 Nam Libri Mercatorum Rationarij, quos Mercatores conſcribunt, & aſſeruant pro ſe, & pro aliis, hi probationem quidem inter Mercatores faciunt, cum quibus contractant & negociantur, ſed non contra alios, cum ipſis non contractantibus.

7 Nihilominus, ſi Mercator æſtimaretur Honeſta perſona, & Verax, veraque ſcribendi aſſuetus, perpetuò fidelis apud omnes haberetur. Quin & ſi librum, & vltimam clauſulam propria Manu conſcripſiſſet, aut etiam ſi ſcripſiſſet cauſam, ob quam, & cur ita ſit, tunc eius libro fides adhibetur, & ipſi creditur apud omnes.

8 Redituum Libri, Rotulæ, Chartularij ſunt etiam priuatæ Scripturæ, attamen quando Dominus ſuos reditus, ſuper illis triginta annis, ſine contradictione alicuius, recepit, probationem efficiunt, & authentici habentur.

Scriptura priuata admodum ſcribenti præiudicat quia ſi ipſe ſuam Scripturam in Iudicio cõfiteretur, ilico eſſet condemnabilis exoluere, aut ſi contra eam aliquid dicere vellet, nantizare aut conſignare condemnaretur ad ſummam, in d. ſua ſcriptura priuata contentam, vt ſtatim hoc capite infrà, clarius per exemplum demonſtrabitur. 9

Quod ſi quis talem ſuam Scripturam non agnoſcendo negaret, ac inficiaretur, & poſtea tamen veraciter conſtaret, eandem fuiſſe, & eſſe ſuam, is ſtatim de iure condemnabilis eſſet, & de calumnia punibilis ad diſcretionem Iudicis. 10

Probationes, quæ per literas fiunt (vti alias diximus) minoris ſemper ſunt roboris, quam depoſitiones Teſtium, nempe, quæ illas longè ſuperent. Et conſuetudinarij in Cõſiſtoriis (vulgò Vierſchariis) & in Curiis Feudorum aſſerunt, & ſuſtinent, propriam ac Iudicialem Confeſſionem præcedere citatum auxilium, & omnibus probationibus eſſe validiorem. 11

Multa tamen ſunt, quæ aliter probari nequeunt, quam per literas, ſicuti Compromiſſa in Arbitros, Commiſſiones Officiariorum, Actitata, Priuilegia, Appellationes ab Interlocutoriis, & plura alia iſtiuſmodi. 12

Priuatæ ſcripturæ, Apochæ ſiue Chirographa, quæ Obligationẽ, ſine cauſa cõtinent, de Iure ſunt aut nullius momenti, aut certè efficaciæ perquam exiguæ, ideoq́ue non obligant, iuxta vulgatiſſimũ ac tritiſſimum, *c. Si cautio, extra, de fid. inſtrum. cum ſimilibus Iuribus.* Intelliguntur autem ſcripta Obligatoria, aut Obligationes non eſſe Cauſatæ, vel eſſe ſine Cauſa, quando Obligationis cauſa in eis non exprimitur, ſcilicet, an ſint ex Mutuo, aut ex Vini, aut alterius mercis emptione, aut ex aliis cauſis ſimilibus. 13

Quod tamen ſanè intelligendum opinor, ſcilicet, niſi ſtatutum, aut loci conſuetudo aliter diſponeret, & ordinaret, Vti Brugis, Antuerpiæ, ac in aliis Ciuitatibus, in quebus frequentes Mercatores negotiantur. In his enim ſtatutum & ordinatum eſt quod ſuper priuata Scriptura, Apocha, Chirographo, ſiue Oligatione etiam non cauſata, nec vllam Obligationis cauſam continenti, reddatur ius. 14

Exempli gratia: Sit Petrus Bauerius Mercator, qui aut Brugis, aut Antuerpiæ habeat priuatã Scri- 5

pturam,

Digitized by Google

pturam, Apocham, Chirographum, ſiue Obligationem à Ioanne Nigro, continentem quod hic Ioães Niger, ipſi Petro Bauerio debeat, & obligatus ſit ad ſummam Mille Librarum Groſſorum monetę Flandriæ, ſine ampliori cauſatione vel ſpecificatione cauſarum, vnde tale debitum ortum eſſet, certè talis obligatio, quantumuis ſimplex, & non cauſata, in d. loco valet.

16 Ideoque non eſſet audiendus Debitot obligatus ſi in Iudicium vocatus, ad ſuum confitendum aut negandum Chirographum, hanc exceptionem cõtra talem obligatoriam Schedulam proponeret, & obtenderet, dicendo, quod cauſam nullam contineret, quodque ob id de Iure huiuſmodi Obligatio eſſet inualida, & nulla, iuxta dictum tritiſſimum, *c. Si Cautio*, quodque præterea creditor actor veniat declarandus non receptibilis, virtute, ſcilicet, illius Scripturæ, Apochæ, Chirographi, aut Obligationis non cauſatæ In hac (inquam) exceptione, non eſſet debitor Ioannes Niger audiendus, ſed ilicò, eſſet cogendus ad confitendam aut negandã ſuam Scripturam, Chirographum, Obligationem, aut Signaturam. Si eam confiteatur, & nihil aliud dicat, aut dicere ſciat, quã dictæ cauſationis omiſſionem, nullaſque exceptiones alias allegare poſſit contra talem Schedulam Obligatoriam, tunc Actor petet, vt Reus cõfitens condemnetur ad eam ſummam ipſi exoluendam, in Chirographo, Apocha, & Scriptura expreſſam Et tunc ſtatim iuxta ſuam Confeſſionem, id Iudicio à Iudice ad perſolutionem eiuſdem ſummæ condemnatur, ſine vlla conſideratione, an debita cauſa in literis ſit expreſſa, an non expreſſa.

17 Porrè, ſi Reus vellet dictam exceptionem, aut quamuis aliam contra ſuam Schedulam, aut etiam contra totam Actoris petitionem opponere, id ipſi licet, ſcilicet, vt vel in principio eam proponat, ſi modò eam in promptis habeat, ſin minus, petet à Iudice diem, ad exceptionem ſuam proponẽdam, quem diem Iudex ipſi non negabit, ſed ipſi ad hoc communiter trium dierum tempus aſſignabit, aut aliud vel breuius, vel longius, pro ſua prudentia, & ſecundum rei ac negotitij exigentiam, Et ſi tunc Reus, intra id tempus conſtitutum, ſuam exceptionem non protulerit, is haud dubiè ad ſummam in Chirographo, ſiue Scriptura contentam exoluendam condemnabitur, ſimul cum expenſis.

18 Aut ſi Reus aliquam exceptionem proponat nõ releuantem manem, & friuolam, ipſe nihilominus per Iudicem, ſemper condemabitur, ad conſignationem (vulgò Namptizationem) & expenſæ reſeruabuntur vſque ad definitiuam. Et poſtea, ſcilicet, conſignatione aut namptizatione facta ac furnita, procedere & litigare Reo licebit, quãdiu ipſi placuerit, ac ſibi vtile videbitur, etiam vſque ad ſententiam definitiuam incluſiuè, Et Actor interim eã pecuniæ conſignationem, cũ debita cautione præſtita, leuabit. Quod quidem ſtatutum ab hinc multis ſeculis Brugis, & poſtea Antuerpiæ publicatum & in fauorem Mercatotum in hunc vſque diem firmiter & conſtanter obſeruatum eſt.

19 Priuata itaque Scriptura omnis, quam quis propria manu conſcripſit aut ſubſignauit, præcipuè cauſata; item, & Epiſtolæ (quas Miſſiuas vocamus) & item proprij Libri Rationarij, Fidem & Probationem in Iudicio faciũt, ſicuti videre licebit apud Panormita. *in ca. ſecundo, extra, de fid. inſtitut.* vbi reliqua, & ampliora de iſtarum probationibus explicantur, cum variis diſtinctionibus. Huiuſmodi quoque diſtinctiones ponit D. Lanfrancus ab Oriano. in d. ſuo tractatu, de fide inſtr. vbi ait. Scripturam priuatam eſſe triplicem.

20 Prima vocatur Apodyxa, id eſt, euidens Probatio, quæ datur à Parte Parti. Secunda Scriprura habetur Liber Rationarius. Tertia, eſt Epiſtola Abſentis ad Abſentem, de qua ſuprà. De quibus omnibus, & ſingulis hic explicandum eſt. Et primò de Apodyxa.

21 Quærit itaque D. Lanfrancus: An Apodyxa faciat plenam probationem Reſpondit diſtinctè ſic. Aut debitor eam confitetur ſua Manu fuiſſe ſcriptam, & tunc ea plenam facit probationem. aut eã negat ſua Manu fuiſſe ſcriptam, & ſimul negat contenta in ea Et hic opus eſt diſtinctione, nam talis Scriptura, aut habet ſubſcriptionem Partis aut Partium, aut certè ſimul cum ſcriptione Rei, habet Subſcriptionem trium Teſtium, qui certò cognoſcunt, & teſtantur eam Scripturam aut ſubſcriptionem eſſe Rei, aut certè nullius Teſtis ſubſcriptionem habet, ſed tamen Debitoris Rei ſubſcriptioni interfuerunt, aut ipſum talem Schedulã ſcribentem, aut ipſi ſubſcribentem viderunt, & tunc talis Apodyxa, aut euidens probatio certò probat, vt in *Authẽtica. Si quis, C. Qui potio. in pig. hab.* Aut talis Scriptura habet ſolam ſubſcriptionẽ Teſtium, qui Debitoris nomine ſubſcripſerunt, vel qui Debitori ſubſcribenti adfuerunt, hi ſi tres fuiſſent, ſemiplenam Probationem, ſimul cum aliarum Literarum exhibitione & collatione, facerẽt, *vt in Authentica Et ſi contractus, C. de fid. inſtrum.* Aut talis Scriptura nullam Teſtium Subſcriptionem habet, nec ad eam poteſt fieri, vlla alterius ipſius Scripturæ comparatio ſeu collatio, nec aliqui Teſtes interfuerunt, qui vidiſſent eam Apodyxam per Debitorem ſcribi aut ſubſcribi, & tũc ea nullam facit Probationem, ſed tantùm qualecũque Iudicium ex ijs colligere licebit, ita ſuſtinet Bald. *in l. Nuda ff de donat. & in l. Admonendi, ff. de iureiurand.* Et Iaſon Maynus in ſua Aurea Repetitione *d. l. Admonendi. ff. de Iureiurand. in Columna, 75. cum 7. ſeq.* vbi ſummariè & notabiliter tractat Apodyxæ priuatæ Materiam.

De

Digitized by Google

22 De ſecunda Scriptura, ſcilicet, de Libro Rationum dicit. Aut liber conficitur per Debitorem ſcribentem, & tunc facit contra ſe plenam Probationem, pro ſe autem nihil probat. *gloſſ. eſt in leg. Quædam, in §. nummularios, ff. de edend.* & tacit textus *in leg. Exemplo, & in leg. Rationes, Cod. de probat. & in l. Cum indebito, §. Finali, ff. de probat.* Sed poſterius fallit in his, quæ dependent à libera ſcribentis voluntate, quia tunc pro ſe etiam fidem faciunt, vt in *leg. Neſennius Apollinarius, ff. de nego. geſ.* Exemplum poteſt poni in Proteſtatione, quæ dependet à pura & libera Proteſtantis voluntate. Item, Confirmat hoc per Scripturam pro ſe, quæ fit in Hæreditatis aditione. Reliqua autem, quæ huic materiæ quam aptiſſimè congruunt, quæque ponit Angel. *in d. l g. Quædam, in Paragrapho nummularios, ff. de edend.* prolixitatis vitandæ gratia, hic omittimus, & eodem curioſum Lectorem remittimus.

23 De tertio autem Scripturæ genere, nempe de Epiſtola, quam abſens ſcribit abſenti, hoc notandum eſt, quod ea, aut à Debitore, aut ab alio conſcripta fuerit. Si ea ſcripturæ Epiſtola per debitorem eſſet confecta; pleniſſimè probaret. Si verò per Debitorem non eſſet conſcripta, ſed per aliquem alium, qui eam Epiſtolam Debitoris nomine conſcripſiſſet, & nihilominus haberet ipſius Debitoris qualecunque ſubſcriptum ſignum, debitoris nomine & requiſitione poſitum ea Epiſtola ita conſcripta, & ſubſignata, veram probatione efficeret, vt *in leg. Si contra per calumniam, Cod. de Epiſcop. & Cleri.* Nam ſignum multum operatur, ad faciendam Scripturam eſſe indubitatam, teſte Baldo ita notante, *in leg. In Bonæ fidei, Cod. de reb. cred.*

24 Porro ſi ea Epiſtola nullo Sigillo obſignata fuiſſet, nec munita Chirographo, eamque Debitor negaret ſua manu fuiſſe ſcriptam, aut à ſe miſſam, tunc ad literarum comparitiones confugiendum eſt, quæ quidem Comparatio ſi conformis reperiatur, plenam efficit Probationem, ſecundum Bartol. *in dict. leg. admonendi, & in dict. leg. Nuda.* Cæterum, quia hic de literarum comparatione quædam attigimus, non abſurdum eſſet, & hic ſubiungere paucula, quomodo, & quando, & in quibus Scripturis, Literarum comparatio fieri debeat, ſed tempus, & publica negotia nos alio vocant.

Ideoque candidum Lectorem remittimus, ad 25 D. Alex. de Imol. in ſuis Conſiliis, *Conſilio 76. per totum, maximè in 2. & 3. columnis in 3. Parte, & in Conſilio 84.* in 1. *Column. in 3. parte & in Conſilio 121. eadem Parte*, & qualiter probetur per Teſtes, quem ſcripſiſſe talem Scripturam, videte per eundem, *in dict. Conſilio 74. in 2. column, & plenè Felinus, in cap. 2. in 1. columna, in verbo, 7. declaratio, extr. de fid. inſtru.* Vbi plene, an, & quando Literarum comparatio locum habeat, & D. Lanfrancus *in dicto ſuo Tractatu, de inſtrum. fid. & productione, folio in libro meo 212. numero 59. & 60.*

Item, de ſcripturis priuatis hoc quærendum 26 eſt. An ne requiratur in ſcripturis priuatis, vt in iis notentur, Dies, & Locus, quando, & vbi ſcriptæ fuerint, ad quod reſpondendum eſt paucis, & dicendum, quod quatenus concernitur contractus ſubſtantia, hactenus non requiritur dies, neque locus, & hoc pacto intelligitur *leg. Cum tabernam, §. Idem quæſiit, ff. de pignoribus.* Ita intelligit Cynus illum textum, *in leg. optimam Cod. de Contrahen. ſtipul.* Neque etiam ad debiti probationem, vllus requiritur dies, aut locus, *vt in leg. Publia, in fin. ff. depo.*

Verum ad Temporis prioritatem aut poſterioritatem probandam, omninò requiritur diei expreſſio, quia ſine ea expreſſione, certitudo temporis haberi, & conſtare non poterit. Et iſta eſt diſtinctio notabilis Angeli, in *§. Si quis in Authent. de inſtrument.* 27

Vbi ſubiicit, caſum eſſe ſingularem, in quo 28 dies, & locus de ſcripturæ priuatæ ſunt ſubſtantia, ſcilicet, in filiorum naturalium Legitimatione. Ideoque in huius legitimationis Scriptura priuata, Dies & locus requiruntur. Item, ibidem allegat alium caſum, *in l. quantum vero, in Authentic. Quib. mod. natura, effic. legit.*

Vide quoque de his D. Alex. de Imol, in ſuis cõſiliis. *Conſil. 70 in 5. col. in 1. Parte, in Conſil. 15. in 3 col in 3 Parte, & in Conſil. 76. in 4. eadem col parte, & in Conſil 179 in 2. Parte, & in Conſil. 131, in 2. colum. in 4 Parte.* 29

Capvt CLXXVI.

De Literarum Productionibus.

S V M M AE.

1 *Probationum Literæ exhibendæ ſunt, parte præſente.*
2 *Copia Literarum exhibitarum, permittenda eſt Partibus.*
3 *Copia extractæ Clauſulæ, cum inſpectione totius Originalis, Parti permittenda eſt.*
4 *Copia Clauſulæ Teſtamenti, cum inſpectione totius Teſtamenti, permittenda eſt Parti.*
5 *Graphiarius copiam Parti denegans, per Literas compulſorias compellendus eſt.*
6 *Literas Originales ſemel exhibitas, Productor recipere poteſt.*
7 *Literas falſas exhibens* { *A ſe non ſcriptas, punitur de Falſo.*
8 *A ſe ſcriptas, vel curatas, punitur acrius.*

DIximus Literas, & Priuatas Scripturas, &
1 Publicas, in Iudiciis magnam vim habere probandi: Sed eæ literæ non ſimpliciter, ſed competenter ſunt exhibendæ. Nam huiuſmodi literæ, quas ad probationes exhibere cupimus, tantum exhibendæ ſunt in iudicio, coram parte citata, & præſente, aut ſaltem vocata & contumace effecta & declarata.

2 Et in huiuſmodi Literarum productionibus, Pars (ſi prius adſit, vel per procuratorem) requiret Originalis Scripturæ exhibitæ copiam, quæ ipſi denegari non poteſt: Nam ex iis cognoſcere debet, quid contineant, an contenta vera ſint, an falſa contineant, & vt his perſpectis, & cognitis videat, quid reſpondere velit. Ideoque pars etiam debet habere copiam integram literarum exhibitarum, ſed cum ſuis expenſis, potiſſimum, quando producens eas totas, & integras producit.

3 Quod addidi non temere, quia quando pars ipſa, non plus producit, quam vnicum extractum, hoc eſt, vnicam duntaxat clauſulam, ex ipſis Literis Originalibus, eo caſu, pars aduerſa tantum habere debet Literarum, & ſigillorum inſpectioné ſimul & Lecturam, & illius extractus exhibiti copiam, & non plura.

Sic in materiis Teſtamentorum, ſufficit producere Donationis, aut legati competentem Articu-
4 lum, aut Articulos, & non eſt neceſſe totum & integrum producere Teſtamentum, aut Codicillum. Attamen, ſi Pars aduerſa deſideret, & velit integrum videre Teſtamentum, aut Codicillum, debet ei oſtendi, & integra lectura de illo dari & concedi; verum, copia totius Teſtamenti, non pariter ipſi tradenda erit.

Quando autem Iuſtitiarij, Graphiarij, Clerici, 5
aut ſimiles recuſant Teſtamentorum, aut Originalium oſtendere copiam, aut ſua Protocolla, aut Regiſtra, vt Extractus, aut Copias ex illis excipiát, tunc compellendi ſunt ad hoc faciendum, per literas compulſoriales, quia omnia Acta ſunt, & debent eſſe communia vtriuſque Partium, ita vt neutri earum, deneganda ſit copia.

Poſtquam itaque Literarum Originalium pro- 6
ductio, in Iudicio ſemel facta eſt, poterit tunc is Productor, eaſdem Literas Originales iterum ad ſe repoſcere, recipere, ſibique reſeruare: in proceſſu verò, copiam duntaxat authenticam, & debitè collationatam, & ſignatam per Commiſſarium in præſentia Partis aduerſæ (vt decet) relinquere tenebitur.

Porrò ſi contingat, vt aliquis in ſuis productio- 7
nibus, ſe iuuare vellet falſis inſtrumentis, aut aliis falſis Scripturis, Apochis, Chirographis, ſiue Obligationibus, quas ipſemet non cófeciſſet, nec ſubſignaſſet is punitur pœna Falſi, potiſſimum, ſi cóſcius eſſet, eas literas fuiſſe Adulterinas, & Falſas. Sed non tam acriter, neque tam rigoroſe, quam ſi ipſemet eas confeciſſet, & adulteraſſet.

Attamen præter hanc punitionem, etiam ſuam 8
cauſam amittit, ſiue in ſua ſuccumbit. Verum ſi eas falſas Literas ſtudio, & calumnioſè productor ipſemet, vel conficta manu conſcripſiſſet, vel ſubſignaſſet, vel per aliquem ignotum fraudulenter conſcribi, ac ſubſignari curaſſet, is profecto rigoroſius puniendus eſſet de crimine falſi.

C A-

Digitized by Google

CAPVT CLXXVII.

De Probatione per Euidentiam Facti, & per Aſpectum.

SVMMAE.

1 *In Notoriis, Iuris ordo ad probationem non requiritur.*
2 *Crimen Iudici Notorium, Accuſatione læſi non indiget.*
3 *Crimina* }
4 *Ciuilia* } *per aſpectum Iudici innoteſcunt.*

1 Contingit aliquando, vt factum tam ſit euidens, ac manifeſtum, vt apud Iudicem non ſit opus vlla probatione, nempe, quando iudex ipſemet, ſuis propriis oculis factum vidit, & conſpexit, tunc enim ipſi cauſa fit planè euidens & notoria, ita vt non requirat, ad notitiam rei aliam probationem, *c. Euidentia, extr. de accuſat.*

2 Sic quoque euidentia patrati Sceleris, non indiget apud Iudicem clamore Accuſatoris, ſed ſuper notorio is Iudex producere poterit, nemine accuſante, *ca. Ad noſtram, 3. ext. de iureiurand. & l. Prima, ff. de vent. inſpiciend.*

3 Et ſicut hæc notitia certa contingit, per aſpectum in Crimine, ita & certa cognoſcitur, per aſpectum in Ciuilibus. Nam ſicut atrox, aut leuis iniuria fit manifeſta, & certa per Iudicis præſentiam, & conſpectum, ita vt alia Teſtium probatione non indigeat: & ſicut læſio grauis, aut leuis, per aliquem facta in ſuo corpore, certior & euidentior fit, per vulneris inſpectionem.

Ita etiam per inſpectionem Perſonæ, Senectus ipſius, Iuuentus, Imbecillitas ſeu Infirmitas Iudici certò conſtat & patet, ita vt ad earum rerum notitiam, ampliori probatione non indigeat. Atque ita cenſendum eſt de omnibus aliis, quæ Iudici per proprium aſpectum certò innoteſcunt, & de quibus ob id, ampliorem probationem non requirit, qualia etiam ſunt differentiæ limitum, quæ terminantur & deciduntur, per ſolam loci inſpectionem. Item, & huiuſmodi ſunt Literæ, Chirographa, Sepulchra, Epitaphia, & reliqua omnia per Iudicis conſpectionem nota, & certificata. 4

CAPVT CLXXVIII.

De Probatione per Præſumptionem.

SVMMAE.

1 *Præſumptio aliquando Probationem facit.*
2 *Præſumptio quid ſit.*
3 *Præſumptio quid ſit, ſecundum Goff.*
4 *Exemplum Præſumptionis boni Pueri, boniq́; Viri futuri.*
5 *Præſumptionum alia eſt* { *Temeraria.* / *Probabilis.* / *Vehemens.* / *Neceſſaria.* }
6 *Præſumptio temeraria quæ ſit.*
7 *Non eſt ſuſpicioſa Chriſtiana Charitas.*
8 *Exempla Præſumptionis temerariæ.*
9 *Præſumptio probabilis quæ ſit.*
10 *Exempla Præſumptionis probabilis.*
11 *Præſumptio probabilis, ſemiplenam Probationem efficit.*
12 *Præſumptio violenta quæ ſit.*
13 *Exemplum Præſumptionis violentæ.*

Digitized by Google

14 *Ex cohabitatione cum ſuſpecta.*
15 *Ex laſciuis colloquiis, & moribus.*
16 *De Ignorantia, quando de Scientia non conſtat.*
17 *Maritum viuere, ſi de morte non conſtat.*
18 *Obligationem eſſe factam cum conſenſu, donec conſtet contrarium.*
19 *Aliquis eſſe bonus, donec conſtet de malo.*
20 *Aliquis bonus, ex bonis procreatus.*
21 *Aliquis malus,* { *Qui ſemel fuit malus.*
22 *Qui cum malis conuerſatur.*
23 *Qui arma geſtat prohibita.*
24 *Præſumitur* *Maſculum Puerum natum, ante puellam.*
25 *violentè* *Infantem extinctum, ante Matrem in naufragio.*
26 *De fraude læſum, quando aliquis ſua vendit ſine neceſſitate.*
27 *Vicinum ſcire facultatem ſui conuicini.*
28 *Vxorem ſcire facta Mariti.*
29 *Mulierem eſſe Vxorem eius, cui cohabitat.*
30 *Aliquem eſſe idoneum, donec conſtet de contrario.*
31 *Vxorem obiiſſe ante Maritum, donec conſtet de contrario.*
32 *Aliquis ſemper furioſus, qui ſemel furioſus*
33 *Mulierem ex alio concepiſſe, quæ poſt mortem Mariti peperit menſe vndecimo.*
34 *Aliquis eſſe falſarius, qui falſis Inſtrumentis ſemel eſt vſus.*
35 *Titulus bonus, niſi conſtet de contrario.*
36 *Præſumptio violenta Iudicem afficit plurimum.*
37 *Præſumptio Iuris vel neceſſaria, quæ ſit.*
38 *Eſſe Matrimonium, in verbis de futuro, ſequente copula.*
39 *Sponſum conſenſiſſe in conditionale Matrimonium, ſequente copula.*
40 *In Matrimonium conſenſiſſe, quando cohabitant.*
41 *Ius præſumit* *Presbyterum eſſe Fornicatorem, ſi cum ſuſpecta cohabitat.*
42 *Prolem eſſe Viri & Mulieris, quibus cohabitant.*
43 *Eum eſſe Hæreticum, qui Hæreſes ſpirat, &c.*
44 *Voluntariè poſſeſſum, donec conſtet de contrario.*
45 *Præſumptio quintuplex, in c. Is qui fidem.*
46 *Præſumptionibus non eſt Iudici nimium immittendum.*
47 *Præſumptio alia eſt* { *Cui ſimpliciter inſiſtitur.*
Cui inſiſtitur, donec probetur contrarium.
Cui nullo modo inſiſti poteſt.

1 QVoniam in ſuperioribus Capitibus breuiter perſtrinximus, de veris & plenis probationibus, quæ per teſtes & per inſtrumenta fieri monſtrauimus, ſupereſt, vt & paucula de præſumptione dicamus, quæ aliquando plenam, & aliquando ſemiplenam probationem efficit.

2 Hæc vt clariora euadant, prius ſtatuenda eſt præſumptionis definitio, & commonſtrandum, vnde oriatur præſumptio, de qua loquimur, & quot ipſius ſint ſpecies. Præſumptio igitur eſt qualecunque argumentum & indicium, ad credendum aliquid ex probatione alterius, fidem, vel fidei opinionem præben[s]. Exempli gratia: Ex cohabitatione perſonarum ſuſpectarum, præſumitur carnale commercium, *cap. Literis, ext. de præſumpt.* Verum hæc præſumptio, ad id probandum, parum eſt efficax, & incerta ſuſpicio potius vocanda.

3 Ideoque à Goffredo, definitur generaliter ad hunc modum: Præſumptio eſt alicuius facti dubij, ex quodam indicio, aut plena, aut ſemiplena probatio: Vel eſt modus, quo ex circunſtantiis colligitur, vel apprehenditur veritas, hæc autem apprehenſio aliquando certa, aliquãdo eſt incerta. ideoque etiam certam, aliquando incertam probationem facit. Exemplum ſumere licet, *ex cap. Ex ſtudiis, ext. de præſumpt.*

Vbi notatur exemplum præſumptionis, de bono puero, qui futurus eſt vir bonus, ad hunc modum. Iſte puer libenter Sacras Conciones audit, ſtudioſus eſt Sacræ Lectionis, parentibus eſt obediens, omnibus Facilis, Comis, Moriger, nulli Rebellis, non procax, non pertinax [...], Bonis, ac ſapientibus libenter ſe adiungit, Malorum conſortia (vt Peſtem) [...] omne [...]orum genus aſpernatur, & omnia virtutum, bonorumque morum exempla ſectatur, igitur ex his ſignis, & indiciis certè colligitur, & præſumitur, quod ſi puer natura bonus, quodque pariter futurus ſit vir bonus. Verùm non omnes præſumptiones tam ſunt certæ & euidentes, quæ[…] eſt iſta hæc. 4

Quo-

5 Quocirca notandum eſt, quod Præſumptionis quatuor ſint ſpecies. Eſt enim Præſumptio alia Temeraria, alia Probabilis, alia Violenta, & alia Neceſſaria, de quibus ex ordine dicemus. Temeraria

6 itaque ſiue leuis Præſumptio eſt, quæ conſurgit ex leuibus cauſis, ſcilicet, ex malis, aut ex leuibus hominibus, aut alioqui ex Puerilibus, aut alijs leuibus cauſis: veluti ſi aliquis ſemel, aut iterum cum aliqua Muliere conuerſari viſus fuiſſet, atque ex hoc aliquis ſiniſtram ſuſpicionem, ac leuem Præſumptionem mali conciperet, Temeraria eſſet hæc Præſumptio & indigna: dubium enim eſt, quo animo, & ob quam cauſam, cum ea conuerſatus ſit. Ideoque in dubiis, prius animus ſemper piè ſentit, & opinatur, iuxta illud Pauli. 1. *Cor.* 13.

7 Christiana Charitas benigna eſt, non æmulatur, non cogitat malum, &c. Ideoque dubia quæuis, in meliorem partem ſemper interpretanda ſunt, c. Secundo, extra, de Reg. Iuris, cum multis aliis ſimilibus, quæ in omnibus dubijs, æquam interpretationem habendam eſſe cenſent, adeò, vt ſi quis videat.

8 Presbyterum amplexantem Mulierculam, præſumendum eſſe cenſeant, quòd id virtutis, & alicuius boni cauſa fecerit, ſcilicet, vt ipſi Benedictionē impartiat, aut vt ipſam ad reſipiſcentiam per oſculum virtutis adhortetur, *c. Abſit, 11 quæſt. 3. & c. In ſcripturis, 96. diſtinct.* Verùm, vt nunc ſunt huius Seculi mores (teſte D. Alciato in ſuo Iudiciarii Proceſſus Compendio, Titulo, de Præſumptione) non tantum Fidei hodie tribuitur Presbyteris, & ea excuſatio calua notatur, vt quæ non rarò fallat. Accipe & alia Temerariæ Præſumptionis exempla. Si quis videat Iuuenem & Puellam vſpiam ſimul colloquentes, & colludentes, temerè præſumet, ſi ob id de ſtupro, aut illicito ſuſpicionem habeat. Aut ſi videat egregiam ac formoſam Mulierē, præter ſolitum, incidere in veſtitu honoratiori, ac ſplendiori, ac ſolito cultiorem eſſe, & ornatiorem, aut Annulis aut Gemmis, aut Catenulis aureis, ac ſimilibus, atque ex eo colligat, aut præſumat quòd ea ſibi comparauerit, aut furto, aut concubitu, aut alio ſimili turpi quæſtu, certè Temeraria, erit huiuſmodi Præſumptio, & in debita ſuſpicio, nimiſque leuis & inualida, ideoque & à Iure repellitur, veluti quæ animum Iudicantis permouere non debeat. *c. Primum, 2 quæſt. 1. & c. Licet Helí, extr. de Symonia* Nā iſtas omnes, & ſimiles temerarias, leues, ac friuolas Præſumptiones prudens Iudex negligit, & explodit.

9 Probabilis autem, ſiue vniuerſalis Præſumptio dicitur illa, quæ eſt Iudicis, & quam Iudex ex indiciis colligit.

10 Hæc autem ſurgit multis ex cauſis, & ſuſpicionibus, ipſiſque ſtandum eſt, donec contrarium probetur: vt quando Reus, poſt Peremptorias Exceptiones, proponit Dilatorias. Iudex præſumit, quod id faciat ad calumniandum, & ad Partem aduerſam vexandam & moleſtandam. Item, Si res iſthæc aliquando fuerit Patris, præſumitur nunc eſſe Hæredis. Vel contrario modo, Iſte Petrus nunc poſſidet hanc rem, quæ prius fuit Ioannis, ergo Petrus præſumitur eſſe, aut Filius, aut Hæres Ioannis. Et hæc Probatio, ante Probationem contrarii, ſemiplenā Probationem facit.

Prætereà inducit etiam purgationem, maximè fama crebreſcente, vt *c. Si quis de gradu, ext. de purgacano.* 11

Vide latius Speculatorem, Violenta Præſumptio eſt, quæ ſurgit ex veriſimili & efficaci probatione. 12

Ideoque vocatur hæc Præſumptio Iuris, nēpè quod Ius, ex Violentia Præſumptione, præſumit rē ita eſſe, veluti ſi appareat Chirographum eſſe cancellatum, aut transſcriptione pennæ eſſe viciatum, præſūmit Debitorem liberatum eſſe, *l. Si Chirographum, ff. de probat.* 13

Item, violentè præſumitur, quod aliquis cognouerit Vxorem vel ſuam, vel alterius, ſi cum ea diu habitauit, etiam ſi nullus eorum cōcubitum vidiſſet, nec vllæ conſequerentur Proles. Item, vehemēs & Violenta eſt Præſumptio, ſi quis inuentus ſit nudus cum nuda, & ſolus cum ſola in lecto vno concumbens, violente enim nunc præſumitur facta Fornicatio, vel Adulterium, & cæt. *c. Literis, ext. de Præſumpt.* 14

Item, Si quis ter aliquem monuiſſet, ne cum Vxore ſua loqueretur, & poſtea eundem iterum inueniret ipſum cum ipſa loquentem, Violenta eſt Suſpicio mali, adeò vt ex hac poſſit ipſum Iudici tradere puniendum. *In Authentico, vt lic. mat. vel Auiæ. § his quoq; colla 8.* Facit ad hunc, §, *c. Si quiſquam. extra de cohibit. Clerici & Mulier.* vbi tractatur late de hac materia Suſpicionis. Et *Authentica, Si quis ei. C. ad leg. Iul. de Adulter.* 15

Sic Ius ſemper præſumit Ignorantiam. vbi de Scientia non conſtat, & is ſemper ignorare præſumitur, qui de ſua ſcientia conuinci non poteſt, *l. Verus, ff. de Probat. & §. quod autem inſtitut. de lega.* 16

Item, Ius præſumit Maritum alicuius viuere, donc de ipſius cōſtiteri Morte, etiam in dubio, idque vſque ad Centum Annos, *l. Finali, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* 17

Item Ius præſumit Obligationem aliquam factam eſſe, cum conſenſu & libera voluntate, niſi de coactione & violentia illata conſtiterit. 18

Item, Quilibet de iure præſumitur bonus & legalis, niſi conſtet de ipſius malitia, aut Malus eſſe probetur. Guido Papæ in ſuo Tractatu de præſumptio, *num.* 37. Et Laurentius de Rodulphis, in ſuo Tractatu *de vſur. num.* 4. 19

20 Prǽſumitur etiam bonus, qui natus eſt ex parentibus bonis, *l. Si ſeruus commun. s, §. Qui man. ip. a ff. de edil edict.*

21 Item, Ius præſumit eum ſemper malum, qui ſemel fuit Malus, in eodem genere mali ac delicti, *c. Semel Malus, de regul. iur lib. 6.* iuncta ibi gloſſa *in verbo: Semel Malus*, vbi huius exempla varia ponũtur, *& leg. Si cui. §. Iiſdem, ff. de accuſat.* & plenè de hoc per Bartol. *in leg Non ſolum, §. Si plures ff de not. oper. nunciat. & in ca. Scribat, extra, de præſumptio.*

22 Item, Qui cum Malis conuerſatur, Malus eſſe prǽſumitur, ſufficit enim, quod aliquis Malus eſſe prǽſumatur, & vt ſuſpectus repellatur, ſi cum Malis conuerſari probetur. *l. Si plures, § Si pares, ff. de administrat. tutor.*

23 Item, ille qui geſtat ſuſpecta Arma, præſumitur habere Malum Animum, vt notat Bald. *in Feudis in titu de Pace tenen. & eius violatoribus in §, Si quis Ruſticus*, & ibi vide textum, qui prohibentur portare Arma: & qua pœna puniantur: de hac materia portatus Armorum, & qua pœna puniantur, vide quæ plenè dixit & conſcripſit Dominus Guido Papæ in Deciſi. Curiæ Parlamenti, q CCCC. XXIIII.

24 Item, Quando duæ Proles, Maſculus & Fœmelis, ſimul naſcuntur, Ius præſumit, quod Maſculus primò natus, ſit, niſi contrarium conſtet. Vel ſic: Si in vtero Matris ſimul naſcantur, Maſculus & Fœmina, nec apparet vter prior natus fuerit, præſumitur Maſculus primò natus, *l. Si fuerit, §. Fina. ff. de rebus dub.* Huius ratio eſt, quod Maſculus natura fortior eſſe præſumitur.

25 Item, In Naufragio Matris cum infante, præſumitur infans prius fuiſſe mortuus, *l. Inter Socerum, ad principium, ff. de pact. dotalibus, & l. Si Mulier. ff. de rebus dub.* Vbi textus. Si Mulier, cum Filio impubere Naufragio perijt, Filius prior ſubmerſus eſſe creditur, propter ipſius ætatem imbecilliorem Nam ſi Filius ad pubertatem vſque adoleuiſſet, & ſic vna cum Matre ſubmerſus fuiſſet, præſumeretur tunc Matrem prius fuiſſe mortuam, quod tunc Filius adultus fortior habeatur, *l. Cum pubere. ff. de rebus dubiis.* Diſtinctio hæc eadem etiam ſeruanda eſt, in Patre & Filio ſimul mortuis, *l. Qui duos, §, Cum in bello & §. Si Lucius, ff. de rebus dub.* Sed ſi Pater & Filius ambo ſint viribus pares, etiam ambo pariter mortui eſſe præſumuntur, *l Si hi qui inuicem, ff de donat. cauſ. mort.* Ita decidit gloſſa, *in verbo: Infantem. in d l. Inter Socerum, ff. de pact. dotal.*

26 Item, Quando aliquis debitor donat, aut vendit omnia ſua bona, abſque neceſſitate, aut coactione, Ius præſumit quod hoc ad ſuos Creditores fraudandos faciat, *l Omnes §. Lucius & §. Qui omnia. ff. Quæ in frau. credit.*

Item. Vicini præſumuntur ſcire Facultatem, Secreta, Facta, & Vitam alterius Vicini, *c. Quoſdam*, & ibi per Doct, *extra, & præſumpt. & l, Si vicinis, C. de nupt. & c. Paratus, verſicul. Principi. 23 q. 1.* 27

Item, Vxor præſumitur ſcire facta Mariti. Et ſimiliter, Conſanguinei præſumuntur noſſe facta ſibi Coniunctorum, vt dicit Andr. de Yſernia, in lib. Feudorum, in titul. ne natur. ſucceſſ Feudo. circa finem. 28

Item Apud ignoros, Mulier præſumitur eſſe Vxor quæ tanquam Vxor tractatur, hoc eſt, ſi quis habet Mulierem in domo, & eam alat & tractet, non ſecus quàm ſi vera Vxor eſſet, ea certè etiam præſumenda eſt, eſſe ipſius Vxor, vt probatur in *c. Illud, extra, de præſumpt.* 29

Item, Quilibet præſumitur Idoneus, niſi de inidoneitate monſtretur, *c. Finali, extra, de præſumpt.* Sic præſumitur aliquis eſſe dignus, niſi probetur eſſe indignus, *l Seruus, ff de manu. Teſtam.* 30

Item, Præſumitur Vxor, prior obijſſe mortem ante Maritum, quando eſt dubium, vter prior deceſſit, per gloſſam *in l. Si poſſeſſor. ff. de Religio. & ſumptibus funer.* 31

Item, Aliquis præſumitur maior, niſi minor probetur, nor. gloſſa, *in cap.* In præſentia, *extra, de probat.*

Item, Præſumitur aliquis perpetuò Furioſus, qui Furioſus fuit, vt probatur, *l. Ambiguitatis, C. de vſufruct.* 32

Præſumitur Mulier ex alio concepiſſe, quæ poſt mortem Mariti vndecimo menſe peperit, vt in Authẽtico, de inſtitut. & ea quæ parit. *§. Mulier. & videtur probari, in l, Gallus, in primo ff. de liber. & poſthu.* 33

Aliquis Falſarius eſſe præſumitur, qui ſemel Scriptura ſuſpecta, in iudicio vſus eſt. *l. Iubemus, C. de probat.* 34

Ex titulo Putatiuo præſumitur bona fides, niſi aliqua alia præſumptio in contrarium appareat. *In l. Penultima C. de præſcript. long. temporis.* & ponit D. Ioan. à Graſſis. *In c. Si diligenti, extra, de præſcript.* & non præſumitur bona fides, niſi ea in iudicio allegetur. per Partem, vti notatur *in §. Alia. inſtit. de Actio.* Quia probatio bonæ Fidei eſt facti & animi, ideo debet allegari, antequam præſumptio haberi poſſit, ſecundum Bald. *in Feudis, in titu, Si de Feud. contro. fuer. In c. Si quis per xxx.* 35

Item, Ius præſumit vbique bonam fidem, niſi conſtet de contrario, & ſic deinceps. Hæc itaque Violenta prǽſumptio, in enarratis Caſibus Iudicem permouere poteſt, & inflectere, vt ex ijs conſideratis ad liberandum, ad cõdemnandum, & ad æqua pronunciandum inclinetur, *c. Dixi Dominus, 32. q. 1. & l. Filium, ff. de his qui ſui vel alie. iur ſunt, & c. Literis extra, de Præſumpt* niſi probetur contrarium. 36

Quartam præſumptionis ſpeciem, diximus eſſe 37

præ-

Digitized by Google

præſumptionem neceſſariãm quæ eſt, quam communiter vocant, præſumptionem iuris, & de iure. Hæc eius eſt efficaciæ, vt plenam probationem inducat, & iudicem ad pronunciandum permoueat, & probationem in contrarium non recipiat. Dicitur autem ideo præſumptio iuris & de iure, quia ius ex Circunſtantiis, vehementer præſumit, rem neceſſariò ſic eſſe, vel non eſſe, adeò vt propter talem præſumptionem, iudex ius ſuper ea ſtatuat, & Sententiam pronuntiet.

38 Verbi gratia, Si quis contraxit cum quadam de futuro, & poſtea eam cognouerit, ius certè præſumptiuè ſtatuit, inter huiuſmodi verũ Matrimonium eſſe contractum, & eius cauſa, nullam aliam probationem eſſe admittendam. Non ex quo eam cognouit, & verba de futuro præceſſerint, præſumptiuè intelligitur, eam in Actum conſenſiſſe, tanquam ex effectu Matrimonij futuri, quamuis cum ea, per verba de præſenti, non plenè contraxerit, *c. is qui*, & ibi in exemplis notatis, *extr. de ſponſalibus*.

39 Item, ius præſumit, quod ſponſus conſentit in Matrimonium, qui Mulierem duxit in vxorem, cũ conditione, vt eam carnaliter cognoſceret. Ius enim tunc præſumit, amborum purum conſenſum acceſſiſſe, ideoque ſtatuitur Matrimonium tale eſſe ſeruandum, in *c. De illis, ext. de deſponſa. impub. & c. Per tuas, ext. de condit. appoſit. not.*

40 Speculator *in tit. de Præſump, in c. vnico.* Item, Ius præſumit quod filia, quæ nupta eſt contra ſuam voluntatem: in Matrimonium tamen conſenſerit, quando ipſa Viro permiſit ſe cognoſci, & cum ipſo Familiam alere incipit.

41 Item, Ius præſumit, presbyterum eſſe Fornicatorem & Concubinarium, quando Mulierem ſuſpectam in ſua domo continet, quia ex cohabitatione perſonarum ſuſpectarum, præſumitur (vt ſuprà diximus) Carnale commercium, *c. literis, extra, de Præſumptio.*

Item, Ius præſumit, quod proles ſpectent ad Vir,
42 & Mulierem, quando Vir ille & Mulier, ſimul alẽtes familiam, cohabitant.

Item, Ius (præcipuè Canonicum) præſumit, illũ
43 eſſe Hæreticum, aut ſaltem Hæreſeos, vel Hæreticarum opinionum ſtudioſum, qui Hæreticorum libros apud ſe, in ædibus ſeruat, & eos publicè vel iactitat, vel de ijs gloriatur, vel illorum contenta, fauorabiliter prædicat, vel qui redolet Hæreſimũ. Quæ addo propter eos, qui ipſorum libros habere curãt, vt vel cõtra eos ſcribant, vel ſimpliciter eos legant, tantùm vt cognoſcant, & videant quid aſſerant, quibus argumentis & ſcripturis innitantur, non vt imitentur, aut ſe ſeduci permittant, ſed vt eos confutent.

Quando Monaſticus quiſpiam, qui (vt dicunt) 44
profeſſus eſt, de vi ac violentia ſuorum parentum conqueritur, dicendo, quod monaſterium contra animi ſui voluntatem ingreſſus ſit, Præſumptio vehemens eſt in contrarium. Nam ob id, quod confitetur ſe eſſe Profeſſum, ius præſumit, quod omnia ſint acta ac celebrata per ipſius conſenſum, donec aliqua in contrarium probatio proferatur: Vide notabilem gloſſam, pro hac præſumptionis materia, *in c. Is quidem, in verbo, Contra Præſumptionem,*
extra de ſponſalibus, & Matrimonio. 45

Quæ quidem gloſſa Quintuplicem Præſumptionem in medium adfert, ſicuti ſtudioſo Lectori ibidem videre licebit, Varia quoque de his Præſumptionibus, & plura quam hactenus dicta exempla, eiuſque membris conuenientia reperies paſſim apud Doctores, & maximè apud Speculatorem, eodem titu.

Sed priuſquam huic Capiti finem imponam, Iu- 46
dicem diligenter præmonitum eſſe velim, ne hiſce Præſumptionibus nimium innitatur, ſed vt reliqua omnia diligenter conſideret, antequam ad definitiuam deſcendat, & vt matura deliberatione omnia prius perquirat, quàm ex Suſpicionibus Præſumptiuis vllam Sententiam pronunciet, & ſemper æquior ſit ad cauſam Rei, quam actoris. De his vide latius Speculatorem, & ſignanter D. Guidonẽ Papæ, in ſuo Tractatu, *de præſumptionibus Iuris tantũ, & de iure.* Et ne in Præſumptionibus imprudentiùs peccatur, notanda eſt triplex illa præſumptionis diſtinctio, cuius meminit *gloſſa ſuper rubric. C. de Probat. & Præſumpt.*

i Nam quædam eſt talis, tamque certa, & vehemẽs 47
vt ipſi omnino ſtandum eſſet, etiam ſi quis contra ipſam probaret contrarium vt ſi mulier ſtipulata eſſet Dotem, *vt l. Prima, in princip. C. de rei vxo. act.* alia talis eſt, cui ſtetur, donec contra probetur: vt ſi res aliqua fuiſſet patris, ea quoque eſſe præſumitur *vt l. Siue poſſideris, C. eodem.* Alia talis eſt, cui nullo modo ſtandum erit, niſi adiuncta adminicula habeat, qualis eſt probatio per priuatum inſtrumentũ *vt l. Inſtrumenta, C. eodem.*

Digitized by Google

CAPVT CLXXIX.

De Probatione per Iuramentum.

S V M M AE.

1 *Iuramentum ad Probationem, magnam obtinet efficaciam.*
2 *Iuramentum eſt triplex,* { *Voluntarium.*
3 *Neceſſarium.*
4 *Iudiciale.*
5 *Iuramentum Iudiciale recuſari poteſt.*
6 *Iuramentum neceſſarium fit,* { *ob defectum melioris Probationis.* / *ad Purgationem ſui.* / *ad examinationem Proceſſus.*
7 *Iuramentum* { *nulli defertur, quando Probatio eſt nulla, aut plena.* / *defertur Actori, vel Reo, in probatione ſemiplena.* / *defertur Reo, quando Partes pares habent Probationes.*
8 *In iuramento deferendo, obſeruandum eſt Iudici,* { *An Probatio ſit plena, an ſemiplena.*
9 *An ſemiprobatio* { *Criminalis,* / *Ciuilis, & hæc an* { *famoſa.* / *non famoſa.* } / *Spiritualis.*
10 *Vtra Partium certius probet.*
11 *Perſonarum qualitates.*
12 *Actor metuens, ne Reo deferatur Iuramentum, allegabit Reum ſibi ad hoc ſuſpectum eſſe.*
13 *Iuramentum defertur à Perſona principali, non à Procuratore, niſi, &c.*
14 *Actor Iuramentum deferre poteſt Reo ſuper toto libello.*
15 *Actor ad vnam libelli partem Iuramentum, ad alteram, Probationem deferre poteſt.*
16 *Actori ſemiplenè probanti, à Iudice Iuramentum defertur.*
17 *Actore nihil probante, aut non ſemiplenè probante, Reus abſoluitur.*
18 *Iuramentum defertur Reo, quando ambæ Partes pariter probant.*
19 *Iuramentum damni defertur Actori ſpoliato.*
20 *Antequam Iuramentum deferatur, à Iudice quæ ſint ſpectanda.*
21 *Quis ſit Iuramenti effectus.*

1 NEmo eſt qui non fatebitur, Iuramentum in probando, magnam habet efficaciam. Hoc enim Religio Chriſtiana de omnibus præſumit, quod nemo iuraturus ſit, niſi quod cum Veritate conſtare putabit, niſi is aut ſit Impius, aut Diuini Præcepti prorſus incurius, ac propriæ Salutis contemptor, quum ſub pœnæ perdendæ cæleſtis Gloriæ, iuret ſe dicturum Veritatem. Pro ampliori itaque iſtius Iuramenti explicatione, ſciendum eſt, triplex eſſe Iuramentum, ſcilicet, Voluntarium, Neceſſarium & Iudiciale.

2 Voluntarium Iuramentum eſt, quod Pars Parti, vel in Iudicio, vel extra Iudicium, Voluntariè defert, de quo in *l. Iuſiurand. ff. de Iureiurand.*

3 Iuramentum neceſſarium eſt, quod ipſe Iudex alicui defert, & etiam ad tale iuramentum compellit. Ideoque hoc iuramentum nemo reiicere poteſt, niſi prætendatur iuſta recuſationis cauſa, *l. Generaliter, C. de Iureiurand. & l. Mandante, ff. eod. tit.* Iudiciale iuramentum eſt, quod pars parti in iudicio tantùm defert, & iudicè approbante.

Hoc iuramentum, non eſt neceſſarium, vt quis 4
præſtet, quum iſtud liberè nunc recuſare poſsit, *l. Delata, C. de iureiur. Nec huic obſtat*, quod olim nô licuit recuſari, ſed referri. Vnde vide gloſſam, in *cap. Finali extra, de iureiurand.* quia illa conſuetudo iam exoleuit, & iudicialis iuramenti recuſatio cuiuis permittitur.

Verùm ita recuſando, cauſam ſuam multum 5
labefactat, & veritatem agnoſcere videtur. Neceſſarium porrò iuramentum tribus ex cauſis fieri ſolet.

Primò, quando alicui defertur, ob defectum 6
melioris probationis. Secundò, quando purgandi ſui cauſa, alicui defertur. Tertiò, quando defertur, propter litem examinandam, *argum. §. Item ſi quis, inſtitut. de Actionib.* Sed hic notandum eſt, quod nô ſemper, nec omnibus, nec in quauis cauſa, iuramentum deferri poſsit.

Nam

Digitized by Google

7 Nam quando omninò nihil probatum eſt, aut quando totum, aut plene eſt probatum, tunc non debet vlli deferri Iuramentum. Quando vero ſemiplene eſt probatum, tunc cum ea ſemiplena probatione, Iuramentum quoque defertur Reo, vel Actori, ſecundum arbitrium Iudicis, vt hoc Iuramentum ſemiplenam probationem iuuet, abſoluat, & certam plenamque faciat. Quando autem Actor pro ſe vnam Probationem, & reus itidem pro ſe vnam Probationem habet, tunc Reo deferendum eſt Iuramentum, non Actori, quod Iudex ſemper debeat eſſe pronior ad abſoluendum ſeu liberandũ quàm ad condemnandum, vulgata, *l. Arrianus, ff. de actio, & obligat concordat, c.* Veniam nunc & ibi gloſ. *in verbo, Si faciendum, 35 quæſtion. 9.* In iuramenti itaque delatione, quatuor iudici ſpectanda ſunt.

8 Primum, An Actor aliquid plenè probet, an ſemiplenè, vel nihil, vt iam diximus. Secundum, An ſemiplenæ probationis quæſtio & cauſa ſit, aut criminalis, aut Ciuilis, aut merè Spiritualis.

9 Nam ſi cauſa fuerit Criminalis, non eſt Iuramentum à Iudice deferendum Reo, *leg. Fin. li, C. de proba. & c. Finali, extra, de iureiurand.* quia in criminalibus, omnes Probationes debent eſſe apertiſsimæ, *l. Dolum, C. de dolo, c. Sciant cuncti, 2. quæſt. 8.* Si vero cauſa fuerit Ciuilis, ea aut eſt famoſa aut non famoſa. Famoſa, vt eſt actio Doli, Furti, Iniuriarum, cauſa metus, & cauſa, ob quam aliquis de Iure, vel ex ſententia lata ſit infamis, quantumuis in ea ciuiliter ſit actum & proceſſum, *vt l. 1. ff. de his qui not. à infa.* Ideoque in hac Ciuili cauſa famoſa, Iuramentum non defertur Reo, licet Partes id poſcant, ne videlicet Reo detur occaſio peierandi, vt, ſcilicet infamiam per, tale iuramentum, euadat. Sed de his vide Speculatorem *lib. 2. partic. 2. de Iura delatione.* Non Famoſa Cauſa eſt, aut grauis, vel ardua, & non facile defertur *l. legitimos, ff. de legit. tutorib,* Aut eſt parua, vel leuis, & tunc Iuramentum deferendum, vel non referendum relinquitur arbitrio Iudicis, vt ex Rerum, & Perſonarum conſideratione decernat, quod iuſtum videbitur. Si autem cauſa fuerit mere Spiritualis, veluti cauſa Monachatus, vel Matrimonii, tunc Iudex nequit deferre ob defectum probationis. Si autem non ſit mère Spiritualis, tunc poteſt, vide hic latius Speculator.

10 Tertio, Iudici diligenter obſeruandum eſt, vtra Partium certius, & clarius veritatem noſcere, & probare videatur: Hinc eſt, quod ei de cuius facto agitur, præcipue deferendum ſit Iuramentum, *cap. Videtur ibi: Qui enim melius extra, qui matri accuſ. poſſ.* In alieno enim facto, aut in aliorum cauſa, nõ debet deferri Iuramentum, ne ipſi detur occaſio anceps ſubeundi Periurium vt ibi: & *l. V. deamus in prin. ff. de in lit iurand. & l. Iuſiura. §. 2. de iureiur.*

11 Quarto, conſideranda eſt Iudici perſonarum qualitas, quæ ſcilicet, melior, quæ dignior, quæque ad veritatem fatendum, videatur eſſe certior, & fide melior, cui Iuramentum deferatur *d. l. legitimos ff. de legit. tutoribus,* Vide Specu. *Rub de Iura, delat.*

12 Inſuper hoc aduertendum Actori, in Iuramento præſtando, ſcilicet: Si videat, aut metuat, ne Iuſiurandum à Iudice deferatur, ex ipſius officio, Reo, *vt c. Fin. li, ext, de iureiurand.* quod tunc poterit ipſi Reo, ad Iuramentum præſtandum, præcludere viã dicendo Reum ſibi ad iuramentum præſtandum eſſe ſuſpectum, *l, Non omnes §. à Barbaris, ff. de re militar.*

13 Notandum eſt præterea, quod is ipſe ad quem negotium proprio, nomine ſpectat Iuſiurandum deferre poteſt. Procurator vero non item, niſi in tribus caſibus Procurator enim in tribus tantũ caſibus, poteſt deferre Iuramentũ, ſiue Iuſiurandum, ſcilicet, ſi ad hoc ſpeciale mandatum habeat, ſi ſit datus veluti in rem ſuam, & ſi liberam & generalem commiſſionem, ſeu adminiſtrationem habeat, *cap. Qui ad agendum, in fine de procurat. lbr. 9.*

14 Imò actor ſuper toto, ac integro libello, poteſt Iuramentum deferre Parti, & ipſum ſuper eo quodammodo Iudicem conſtituere.

15 Et ſi Actoris libellus ſit talis, vt diuerſas partes diuerſaque facta contineat, poterit tunc Actor pro vna Parte, deferre Iuramentum Parte ſuæ aduerſæ & pro altera Parte offerre Probationem, & tunc tenetur Pars in oblatam Partem iurare.

16 Si autem Actor petitionem ſuam ſemiplenè, nempe, cum vnico teſte probare poteſt, aut cum alia ſemiprobatione tantum probat, & ſi tunc Reus ex ſua parte nihil probat, tunc Iudex defert iuſiurandum Actori, ad adiuramentum Probationis ſemiplenæ, vt, ſcilicet ea ſemiprobatio per Iuramentum confirmetur, & plena fiat.

17 Et contrà, quando Actor aut nihil probat, aut non ſemiplenè probat, tunc Reus abſoluitur, etiam etſi nihil probaſſet, aut præſtitiſſet, & Actor ad nullum Iuſiurandum admittitur, Actore enim non probante plenè vel non ſemiplenè, Reus abſoluitur, etiam ſi nihil præſtiterit, & Actor condemnatur in expenſis, tritiſſima, *leg. Qui accuſare. Cod. de edend. & vulgata leg. Secunda* (quam frequenter allegant Aduocati, iam in iudiciis, quam extra iudicia, *Cod. de Probatio cui concordat gloſſa in c. Bon primo, extra de elect. Facit leg. Fruſtra, & leg. Actor. Cod. eodem tit. de probat.*

18 Sed quando vterque tam Actor, quam Reus vnico Teſte, aut cum alia ſemiprobatione tantum probant, tunc Iuſiurandum defertur Reo, quia iudex debet eſſe pronior, ad liberandum ſeu abſoluendum, quam condemnandum, vti iam ſæpe diximus.

19 Quando Actor deprædatus, aut ſpoliatus eſt in Nemore, aut in Mari, & probauit de vi aut violentia, Iudex facit eum ſuum damnū, & quæ perdidit æſtimare ſuo Iuramento, hoc eſt, iurabit in Litē.

20 In his, & in ſimilibus aliis omnibus, Iudex debet obſeruare multa, vti ante prædiximus, ſcilicet naturam cauſæ, quantum ipſa momenti habeat, magni, an parui. Item, qualis fidei ſint ipſi Teſtes, vtri Partium ſit potior adhibenda fides. Vtrâne Pars firmius probet, & ad veritatem propinquius accedat, & ſimilia plura, vti notatur, *in gl. in verb. Decidi oportet, in l. In bonæ fidei, Co. de reb. cred. & Iureiuran. ad finem.*

Quis autem ſit Iuramenti (de quo hactenus) proprius effectus, latiſſimæ videre licebit apud D. Iaſ. §, *Item, ſi quis, inſtit. de actio.* 21

CAPVT CLXXX.

De ſemiplena Probatione.

SVMMAE.

Probatio ſemiplena ſit,

1 *Per vnicum Teſtem irrefutabilem.*
2 *Duo probi Teſtes plenam Probationem faciunt.*
3 *Per Famam Publicam.*
4 *Per Scripturam priuatam.*
5 *Per Fugam.*
6 *Per aſſertionem compulſionis.*
7 *Per collationem Scripturarum.*
8 *Per Indicia, quæ Iudici ſic apparent.*

QVia hactenus de plena ac Semiplena probatione meminimus, vt quæ plenam probationem efficiant, in 178. *cap.* monſtrauimus, reſtat, vt paucula etiā de Semiplena probatione dicamus pro qua ſciendum eſt, multa eſſe Semiplenæ probationis genera.

1 Primò enim ſemiplena probatio fit, per vnum Teſtem non reprobabilem *l. Theopompus, ff. de Dote prælegat. l prima, §. Finali, ff. Quemadmodum teſta. aperi. & leg. Si duo ff. de Iureiurand.* Quod autem vnus teſtis non confutabilis, Semiplenā probationem efficiat, ex eo patet, quod duo teſtes non reprobabiles, ac omni exceptione maioris, faciant plenam probationem.

2 Ideoq; à paritate rationis, dictus vnicus Teſtis ſemiplenam probationem efficere tantum poteſt atque ita tenet gloſſa, in *verbo. Decidi oportet* verſus medium, *C. de reb. credi.*

3 Secundo, fit per vulgarem famam. quæ etiam Semiplenam efficit probationem, potiſſimum, quando ea fama procedit ex viris honeſtis, & ex Indiciis apparentibus, & non ex plateari rumore, qui plerunque falſus eſt, *l. in bona fidei, C. de reb. credi: concordat cap. 2. circa finem, extra, de probat. cum gloſſ. 1.*

Tertiò fit per Scripturam priuatam ſiue Domeſticam, quæ quidem non ſola, ſed cum aliis adminiculis valet, & Semiplenam inducit probationem, *l. Inſtrumenta, C. de probat. Quarto, per fugam, In Authent. de collato. & de aliis capitulis, collat. § 9.* 4

Super hoc, & §. *Si quis autem, & c. Nullus ext. de Præſumpt. & c. Decernimus 3. q. 9.* 5

Quintò, quando quis ſe dicit in Vrbe compulſum, quod quia non eſt veriſimile, facit ſemiplenam probationem tantum. 6

Sexto, per Collationem alterius ſcripturæ, ex qua non plenè, ſed qualis qualis ſumitur probatio, aut fides, *colligitur in Authent. de inſtrumento, cau. & fide, §. Si vero moriantur, & §. ſeq. colla. 6.* 7

Septimò Iudex ſæpe etiam ſumit ſemiplenam probationem, ex Præſumptionibus, & Indiciis, vt hic ſupra dictum eſt. Sed vide hic Speculat. *qui optimè tract. & gl verbo: Decidi oportet, In d. leg. in bona fidei, C. de reb. credit.* 8

CAPVT CLXXXI.

De concludendo ſuper principalibus Factis.

SVMMA.

1 *Concludere ſuper principalibus factis quid ſit?*

Digitized by Google

2 *Concludere ſuper principali, aliquando* { *Super productionibus Teſtium tantùm,* & *Super productione Teſtium, & Titulorum ſimul.*

1 POſtquam altera partium, aut ambæ partes ſimul, à ſuorum factorum probationibus ſuperſedere ſtatuunt, nec habent quod amplius probent, tunc altera pars, aut ambæ ſimul omne negotium actum in Cauſa, & ſuper principalibus factis concludunt.

2 Eſt enim concludere ſuper principalibus factis, renunciare vlterioribus productionibus, aut acceptare diem ad reprobationes teſtium, aut ad reprobationem productionum, idq́ue diuerſimodè. Nam aliquando concludunt partes tantùm, ſuper productionibus teſtium, tantùm, ſuper productionibus teſtium, ſine pluri, & poſtea faciũt Titulorum productiones: Aliquando verò concludunt ſimul ſuper omnibus, tam teſtium, quàm titulorum productionibus, & poſtea nihil producunt amplius.

CAPVT CLXXXII.

De Atteſtationum Publicatione.

SVMMAE.

1 *Atteſtationes Teſtium an Partibus publicandæ ſint.*
2 *Atteſtationes publicantur Partibus, vbi Ius ſcriptum locum habet.*
3 *Ad Atteſtationem faciendam, citandæ ſunt Partes.*
4 *Atteſtationum copia permittenda eſt Partibus.*
5 *Partes ad Atteſtationes nihil opponentes, repelluntur.*
6 *Atteſtationes non publicantur hoc tempore,* { *Vbi ex conſuetudine iudicatur.* *In Concilio Mechlinienſi.* *In Concilio Flandriæ.* *In Parlamento Pariſienſi.*
7 *Atteſtationes alicubi publicantur, in Cauſis realibus.*
8 *Atteſtationes publicandas fore, ſupplicarunt Hollandi & Brabantini.*
9 *Status Hollandiæ & Brabantiæ quinam ſint.*
10 *Supplicatio Hollandorum, & Brabantorum pro concedenda Atteſtationum Publicatione.*
11 *Atteſtationum Publicatio* { *Accelerationem Iuſtitiæ confert, & lites citius præſcindit.*
12 *Partes ad Concordiam facilius excitat.*
13 *Nihil incommodi, ſed plurimum commodi habet.*
14 *Rex Supplicationes cum varijs Conſilijs conſultat.*
15 *Concilio diſſuadent Publicationem, quod* { *Cauſæ enarratæ non ſint certæ.*
16 *Allegata non ſint probata.*
17 *Multum inde orietur incommodi.*
18 *Eius cauſa, pauci à Lite ſuperſederent.*
19 *Eius cauſa, rarius Proceſſus terminentur.*
20 *Teſtes ob eam citius corrumperentur.*
21 *Informationes debitè fiant.*
22 *Ob futura incerta, non ſit diſcedendum à ſtylo.*
23 *Concilia Regi ſuadent, vt* { *Priuilegium permittat, ſub forma experimenti.*
24 *Priuilegium permittat, vſque ad reuocationem.*
25 *Poſt Publicationes, negentur vlteriores Informationes.*
26 *Informationes ante Litiſc. impetrentur, & audiantur à Conſiliarijs.*
27 *Rex conſultata cum ſuis deliberet.*
28 *Reſponſio Regis ad Supplicationes Hollandorum.*
29 *Reſponſio Regis ad Supplicationes Brabantorum.*

Diui

Digitized by Google

1 DIxi præcedenti Capite, Depoſitiones Teſtium
non debere publicari, aut communicari Par-
tibus propter pericula ex eo emerſura.

2 Sed hoc tantùm locum habet in quibuſdam lo-
cis, & etiam in quibuſdam priuatis Cauſis. Nam in
Regionibus illis, in quibus Iuſtitia, Iure ſcripto
adminiſtratur, Informationum, ſeu Atteſtationum
publicatione vtuntur, & vtrique Partium omnium
Atteſtationum communicatur copia, vt non minus
vtrinque contra Teſtimonia, quàm contra Teſtes
ipſos excipiatur.

3 Sed quando Iudex volet huiuſmodi Atteſtatio-
nes publicare, Partes ad hoc prius curabit vocan-
das, per edictum citatorium. Partibus enim non
vocatis, non debet iudex quicquam ex depoſitis
aperire, vel publicare Partibus, *l. In cauſæ prima, §
Cauſa autem cognita, ff. de minoribus, 25. annis &c.*
Tenor literarum, extra, de ſenten. & re iudica. Poſt
quam autem Partes ad hoc citauerit, dabit eis ter-
minum, ad recipiendum copiam Atteſtationum,
Inſtrumentorum, Munimentorum, Obligationum,
& omnium Actorum, & Productorum, vt ſi quid
nouerint, quod contradicant, tam contra Teſtium
Depoſita & producta, quàm contra Teſtes ipſos
excipiant, & exceptionum cauſas proponant. Quam
quidem Atteſtationum & Productionum copiam,
Partibus Iudex communicare tenetur, *c. Quoniam
contra extra. de probat. & l. Secunda, C. vt lit. pend.*
& ſuper eis diſputetur.

4 Originalia autem remanebunt apud Iudicem,
vel Graphiarium, vel Notarium, ne adulterentur,
aut ab aliquo vitientur, *l. Finali, ff. de tabu. exhi-
bend. &c.*

5 Vide ad hanc materiam Speculatorem. Portò ſi
Partes poſt huiuſmodi publicationem ſibi factam,
& intra terminum, ad contradicendum ſibi à Iudi-
ce conceſſum, nihil opponere norint, repelluntur,
& Iudex in cauſa pergit.

Sed in multis Regionibus, quæ ſolis Conſuetu-
6 dinibus reguntur, Atteſtationes nullo modo pub-
licantur. Sic neque in Concilio Prouinciali Flan-
driæ, neque in magno Mechlinienſi Concilio (vti
& præcedenti capite diximus) vtuntur hac Atte-
ſtationum Publicatione, quod ex parlamento pa-
riſienſi defluxum eſſe videtur, vbi etiam huiuſmo-
di publicationibus non vtuntur, tametſi extra Lu-
tetiam in Regionibus, quę per Conſuetudinem
adminiſtrantur, hac publicatione vtantur, præci-
puè in Cauſis Ciuilibus. Nam in Cauſis Crimina-
libus, ea nuſquam habet locum.

7 In nonnullis etiam aliis locis publicantur Atte-
ſtationes, maximè in Actionibus realibus, quando
quæſtio eſt, de aliquo Fundo, tunc enim parti con-
ceditur, & datur copia, & publicatio, ſed id non
fit in Actionibus perſonalibus. Iſtorum tamen Cō-
ciliorum Flandrię & Mechlinienſis, & parlamenti
Pariſienſis Sententiis, Vſibus & Conſuetudinibus,
de Atteſtationum publicatione non facienda.

Non obſtantibus, fuerunt nihilominibus in hiſce
noſtris Regionibus multi, quibus contraria opinio 8
videbatur melior, nempè, vt omnino non tantum
nomina Teſtium, ſed & Teſtimoniorum depoſita
partibus publicarentur, vt vel hoc modo proceſſuū
Lites citius, ac fœlicius terminarentur.

Vnde contigit à pauculis ab hinc annis, quod 9
duo Status Comitatus Hollandiæ (qui ſunt Nobi-
litas Hollandiæ, & ſex Ciuitates Metropoles, ſci-
licet Dordracum, Harlemum, Delphi, Leida, Am-
ſtelrodamum, & Gauda:) & etiam tres Status Du-
catus Brabātiæ (qui ſunt Pręlati Eccleſiaſtici, No-
biles, & quatuor Ciuitates Metropoles, ſcilicet, 10
Louanium, Bruxella, Antuerpia, & Buſcunducis)
voluerint Regi noſtro Catholico, & Principi no-
ſtro Clementiſſimo, reſpectiue, exhibere Libellos
Supplices, quibus ipſius Maieſtatem ſuppliciter
rogabant, vt ad fauorem, & ad accelerationem Iu- 11
ſtitiæ, ad ſolatium † & commodum Collitigantium
nempe, ad breuiandas rixoſas, & plene immortua-
les Lites, dignaretur ipſis de nouo concedere gra-
tum priuilegium in ſuis, Comitatu & Ducatu præ-
dictis, de publicatione Atteſtatione partibus faciē-
da, non obſtante quod eatenus ſecundum ſtylum,
& conſuetudinem contrarium vſitatum fuiſſet. De-
inde, vt id priuilegium vim ſuam haberet, à tem-
pore conceſſionis in omnibus, citra exceptionem
proceſſibus tunc inceptis, & poſtea incipiendis,
etiam ſi tales eſſent, in quibus reprobatio, ac ſal-
uatio peractę fuiſſent. † nempe, vt ex iis teſtimo-
nijs viſis, & bene cōſultis Pars aduerſa ſtatim col- 12
ligeret ſtatum Cauſæ ſuæ, & ilico claris videret
oculis, in quibus res ſuæ conſiſterēt, & an ipſi pro-
cedendum eſſet vlterius (in Atteſtationibus enim
anima proceſſus infixa hæret) ac potiùs cum Parte
aduerſa amicam, & fraternam tranſactionem, & cō-
cordiam de Litis Cauſa inire, & componere cum
animorum vtrorumque ſecuritate, & ad vitandos
innumerabiles ſumptus, quos Proceſſuum longitu-
do ſecum trahit, quique hoc prædicto modo, facilè
vitatum iri, & litigantium ſolatio, & commodo, ſi-
mul & iuſtitiæ breuiandę optimè conſultum iri aſ-
ſerebant.

Hoc quoque addentes, quod tale Priuilegium 13
concedendum, præter enarrata commoda, nihil
habere adiunctum incommodi, aut præiudicij, nec
ipſis Iudicibus, nec ipſis Collitigātibus, ſed potiùs
multum commodi pro Repub. & pro omnibus Li-
tigaturis, adeo vt niſi ea Publicatio partibus per-
mitteretur, ſed potius celeratur, plurima inde con-
ſequerentur incommoda & præiudicia. Addentes
& hoc, quod ea Publicatio planè conformis eſſet
cum Iure ſcripto. Ex quibus commonſtratis, viſis
ac conſideratis, ipſius Maieſtatem rogauerunt, vt
præ-

prædictę Publicationis Atteſtationum Partibus faciendæ Priuilegium, ipſis in debita forma prædicta elargiri, expedire, & ſuis Literis cum Sigillo munire dignaretur.

14 Quorum Supplicationibus acceptis, & viſis, ipſius Maieſtas, vt certius quiddam de ijs ſtatueret, cum matura ac prudenti deliberatione rem omnē prius conſultare voluit, cum varijs ſuis Concilijs, ne his Supplicationibus temerè, & inconſulto aſſentiri, aut refragari videretur. Miſſis itaque his Supplicationibus ad Cancellariam Brabantiæ, ad Concilium Mechlinienſe, ad Concilium Flandriæ, ad Concilium Hollandiæ, & ad reliqua iſtarum Regionum Concilia, requiſiuit ab ipſis prudentem reſolutionis Sententiam; & quid ad eam Supplicationem reſpondendum eſſet, decernerent. Quæ quidem Concilia, viſis diligenter prædictis Supplicationibus, & negotio prudenter diſcuſſo, Sententias ſuas ſingulatim & ſimul concordantes ad ipſius Maieſtatem clauſis Literis tranſmiſerunt, concorditer reſpondentes, [illegible] Cauſam ſibi non videri talem, cui ipſius Maieſtas ob cauſas ab ipſis prænarratas conſultò acquieſcere deberet, præcipuè quod Cauſæ in Libellis ſuis ſupplicibus memoratæ, non ſtatim ſint tales, quales pro eo tempore eſſe ab iis creduntur, ſed quod partim magis pēdeant à futuro rerum euentu, quàm ex facie primò apparente.

15 Qui quidem euentus futurus, qualis erunt, incertus ſemper haberi debet.

16 Partim pendet ex facto, [illegible] ab ipſis allegata ſint alia, veraque eſſe probentur. Id eoque, quia ipſorum allegata non ſunt probata, neque etiam certa, neque talia, quibus veluti ſolido fundamento tutò innitendum foret, Neque talia, vt de iis incommodis, quæ ex non publicatione oriri poſſe aſſerunt, quicquam comperti ac certi demōſtrari poſſet, ideo ipſius Maieſtati ſuaſerunt, Supplicatoribus petitionem ſuam non eſſe annuendam, potiſſimùm, quòd omnia ipſis ſecus euentura videbantur. Nempè, quod ex Atteſtationum publicatione non ſolum nihil commodi, ſed potiùs contrà, plurima incommoda, & detrimenta horrēda inde eſſent emerſura.

17 Et quod longiores Proceſſus ex iis futuros eſſe metuerent, tum in Informationibus audiendis, tū in Reprobationibus faciendis, maximè in locis, vbi huiuſmodi Abbreuiationes, ex publicatione ſperarentur. Ex ea enim publicatione, aiebant, non minus Reprobationum, non minuſque Informationum concurrere, ad Depoſitiones ſecundarum informationum, aut confutandas, quàm ad [illegible] ipſos repellendos, ſicuti per quotidianam experientiā, id quotidie euenire cōſpicitur in Curijs Spiritualibus, in quibus perpauci ſunt qui poſt publicationē ſibi factā, à Lite vlteriori ſuæ receſſere velint.

18 Quod fieri dicunt, vel ex collitigantium pertinacia, vel ex malo animo alterius Partis, quæ ſuum Collitigatorem, temporis diuturnitate, & ſumptuū immanitate labefactare ſtudet, quod minus faceret ſi depoſitorum conſcius non eſſet. Quin regin Curiis quidem Secularibus, potiſſimum Hollandiæ, vſuuenire conſpicimus, vt Partes ægrè, & non libenter à lite diſcedant, quantumuis etiam ipſorum Cauſæ manifeſtæ fuerint, & informationes omnium Articulorum, ex coniectura fuerint apertiſſimæ, & ex Teſtibus ferè norint, quid iidem contra ipſos, vel pro ipſis teſtati fuiſſent, quodque ſecundò per informationem ordinariam auditi, nihil aliud teſtarentur, quàm quod in præuia informatione contra ipſos teſtati fuerant.

19 Præterea, quod in ijs Regionibus, in quibus Atteſtationum Publicatio locum habet, rariùs ac tardius proceſſus expediantur, quàm in locis, vbi dicta publicatio non permittitur. Quod autem ſupplicatores præſumant, ex publicatione dicta futuras ilicio, aut ſæpius partium concordationes, vt id in quibuſdam locis fieri contendunt, id forſitan fieri poteſt in præfatis locis, vbi tot proceſſus non intentantur, & per conſequens, pauciores Proceſſus definiuntur. Certè id ex ipſa publicatione fieri, non eſt (inquiunt) veriſimile. Neque præſumendum eſſet, quod Teſtes, propter Publicationem non faciendam, minus liberè teſtaturi eſſent, quod res haberet, quam teſtarentur, ſi Publicatio ſuarum Atteſtationum eſſet euulganda.

20 Imò contrà potiùs metuendum eſſet, quod ob Publicationem faciendam, ſinerent ſe potius corrumpi, ad Atteſtationem ſuam adulterandam, aut fucandam, nempè, vt nudam Veritatem Perſonarum gratia tegerent, quæ palliatio, in libera & non reuelanda depoſitione, ob Perſonarum qualitatem gratiam, aut fauorem, locum habere non Præſumitur.

21 Cauſantes poſtremò & hoc, quod nulli Magiſtratus ſint conſueti, habere vllum reſpectum ad Depoſita, niſi ea ex fide dignis perſonis ſint prolata, & cum debitis cauſis & cum certa notitia circumſepta, ita vt ſi [illegible] depoſitiones maximè publicarentur, eæ tam eſſent cum ratione & æquitate conſentaneæ, vt Pars nō haberet, quod reprobare poſſet.

22 Ex his præfatis cauſis, & ex aliis hic breuitatis cauſa omiſſis, & præcipuè etiam, quod ob futuros, eosque incertos rerum euentus, non temerè [illegible]dendum eſſet, à multis Seculis inolita conſuetudine, Stylo, & Praxi receptiſſima, non ſolum in Brabantia, & Hollandia, ſed pene in omnibus huius inferioris Germaniæ Regionibus, cenſuerunt præfata Concilia, & Regiæ Maieſtati [illegible], nec fore conſultum, nec vtile, vt dictis ſupplicatoribus

ribus

ribus, ob cauſas ab ipſis allegatas, annueret, & petitum Priuilegium ipſis faueret, & concederet.

23 Nihilominus hoc addentes, quod ſi Regiæ Maieſtati omnino placeret, dictis Statibus ſuam conſentire Petitionem, ex certis cauſis ipſius Maieſtatem mouentibus, ipſis itidem videri conſultum, vt talem permiſſionem ipſis permitteret cum Reſtrictione, Limitatione, & ſub certis Conditionibus, nempe, ſub quadam forma experimenti capiendi, an poſtea ad cauſas prætenſas talis permiſſio aliquid profutura, & quid vtilitatis allatura videretur,

24 Aut certè, vt indefinitè permittat, vſque ad reuocationes, nempè, vt ſi poſtea eam conceſſionem parum vtilitatis, ſed potius plurimum incommodorum, & malorum attuliſſe comperiat, eandem Priuilegij conceſſionem, tunc eo caſu libere reuocare, & omnia in priſtinum ſtatum denuo reſtituere poſſet.

25 Sic tamen, vt intra tempus huius experimenti capiundi, ipſius Maieſtas ſtrictè prohiberet omnibus Magiſtratibus, Notariis ac perſonis Publicis, ne vllas vlterius Certificationes ac Atteſtationes ad requiſitiones Partium fieri permitterent.

Sed ſi partes interim ante litiſconteſtationem, vllas præcedentes Informationes fieri vellent, ad futuram rei memoriam, tunc eas facerent in forma Iuris, impetrantes ad hoc, ſpecialem commiſſionē ad eam cauſam peculariter pertinentem. Atque vt ea Inquiſitio per Commiſſarios audiretur, & ſecreta in clauſis & obſignatis Literis ſeruaretur, vſque ad futuram Publicationem faciendam, aut donec Iudex (coram quo Proceſſus erit inſtituendus) decernet, ita omnino fieri expedire ac debere 26

Has Conciliorum Literas, ac Reſolutiones acceptas Regia maieſtas, in ſuis Statuum priuato, & Flandriæ Conciliis exhibuit, & ſimul communicauit cum ſuis, quid hac in re Supplicatoribus reſpondendum expediret. Et quum prædicti Status, & Supplicatores conſtanter conceſſionem petiti Priuilegij vrgerent, & ambo (licet diuerſo tempore) hanc conceſſionem, ſub eorundem fere verborum tenore, expoſcerent, Regia Maieſtas Statibus Hollandiæ, veluti prioribus Supplicatoribus reſpondit, & priuilegium optatum eis conceſſit, ad formam hic ſubiectam. 27

RESPONSIO REGIS AD SVPPLICATIONES Statuum Hollandiæ.

28 *Notum facimus, quod nos viſis, & conſideratis Cauſis prædictis, propenſi fuerimus ad Vota, & Petitiones dictorum Supplicatorum, adeo vt ex reſpectu bonorum & fidelium ſeruitiorum, nobis ab ipſis præſtitorum, amplientes noſtrum prædictum Priuilegium* (quod expreſſum fuit in ipſorum Supplicatione) *ipſis permiſimus, & conceſſimus, & per has permittimus & concedimus ex gratia ſpeciali, Patefactionem, & publicationem omnium Atteſtationum, etiā in omnibus Cauſis indeciſis, & in Statibus quibuſcunque, tam in noſtro prædicto Concilio, & in aliis Curiis, ac Magiſtratibus, & Iuſtitiariis, Hollandiæ, quam in noſtro magno Concilio, & quomodocunque eæ Cauſæ eo aut per reſortum, aut per recētem Actionem deuolutæ fuerint, aut deuoluendæ erunt Ordinātes dilecto, & fideli noſtro Præſidenti, & Conſiliarijs magni noſtri Concilij, & ipſorum Vicarijs, & alijs, qui ſunt de noſtro Concilio in Hollandia. Item, reliquis omnibus alijs Iudicibus, & Magiſtratibus Ciuitatum & curiarum Hollandiæ, vt ad prædictam noſtram Conceſſionem ſeſe componant, & conforment. Atque hæc omnia ſub conditionibus, & reſeruationibus, in primis noſtris Literis narratis, & contentis. Annunciantes, & mandantes vlterius noſtro prædilecto, & fideli præſidēti, & ijs qui ſunt de noſtro Concilio Status, & Secreto. Item, magno noſtro Concilio, & item Concilio noſtro Hollandiæ, & reliquis omnibus noſtris Iudicibus, & Officiarijs, quorum iſta intererunt, vt prædictis Statibus Hollandiæ Supplicatoribus, hanc noſtram præſentem gratiam, conceſſionem, & conſenſum annuentem, ſub conditionibus, reſeruationibus, formis, & modis, ſinant, & permittant quietè, & pacificè poſſidere, & vſurpare. Ita vt ceſſent omnia impedimenta, & Contradictiones in contrarium, ob id, quia nobis ita placuit. In quorum teſtimoniam has literas noſtro Sigillo appenſo munire curauimus. Datum in Ciuitate noſtra Bruxellenſi. an. Domini 1556. die 23. Martij, ante Paſcha, &c.*

Proximo anno ſequenti, ſuam Supplicationem, ad idem obtinendum, Regiæ Maieſtati exhibuerunt Status Brabantiæ, iuxta tenorem ſupra allegatam. Quibus Regia quoque Maieſtas, ad eundem ferè modum & formam reſpondet, quibus Hollandis.

RE.

Digitized by Google

RESPONSIO REGIS AD SVPPLICATIONES Statuum Brabantiæ.

29 *NOtum facimus, quod nos prædictam Statuum Supplicationem, cum ſuis Cauſis maturè conſiderantes, & conſultantes, inclinati fuerimus, ad clementer annuendum petitioni prædictorum Supplicatorum Statuum Brabantiæ, præcipuè ex conſideratione & reſpectu fidelis, ac debiti feruitij, tum Imperatori Domino ac Patri noſtro, tum nobis fideliter præſtiti, habentes ad hoc Sententiam, & Conſilium, primò, Cãcellarij noſtri, & reliquorum noſtri Concilij Brabantiæ, deinde & Capitum, Præſidentis, & Conſiliariorũ, Statuum, & priuati Concilij, poſtremò, ex matura deliberatione noſtri dilecti, &c. Ducis Sabaudiæ, &c. eandem Supplicationem interpretantes, aut ampliantes noſtram prædictam Conceſſionem, manentem alias in plena ſua poteſtate, & vigore, annuimus & conceſſimus, & ſimul ex ſpeciali gratia per has ipſis concedimus Patefactionem, Publicationem, atque Copiam omnium Depoſitionum, & Atteſtationum, etiam in omnibus Cauſis indeciſis, & in quocunque ſtatu eæ fuerint, tam in noſtro Concilio, & Cancellaria, quàm in Curijs Feudalibus Brabantiæ, ſimul etiam in omnibus reliquis Curijs. Prætorijs, & Magiſtratibus noſtræ Ditionis, ac Ducatus Brabantiæ prædicta, ſiue illæ Cauſæ, per recentem Actionem, in prima inſtitutione ſolùm intentatæ fuerint, aut poſtea intentandæ erunt. Et ſiue illæ eò deuolutæ fuerint, aut per Appellationem, Reformationem, aut alio quoque modo, ſiue quæ poſtea eò deuoluendæ erunt. Præterea ſiue eæ fuerint in proceſſibus nondum deciſis, & modò in Cauſa concluſis, & de ipſis ius expetitum fuerit, ſiue non. Et præterea in omnibus locis, in quibus iuxta Depoſitionem communium, & ſcriptorum Iurium, prædictæ publicationes, & patefactiones requirendæ erunt, & pertinere comperientur. Excepto tamen, & ſanè intelligendo, quod in prædictis Proceſſibus iam deciſis, nondumque tamen per Sententiam prolatis, ac diuulgatis, huiuſmodi publicationes expetitæ ſolummodò permittentur, ad ſuperſedendum ab iiſdem proceſſibus, aut vt cum partibus amicè tranſigant. Ita tamen, quod ipſis tunc neque ordinario, neque extraordinario modo quicquam amplius ad dictas publicatas Atteſtationes addere licebit. Et præterea, quod Partes eandem publicationem ſibi faciendam, per Requeſtam expetens ab iis Magiſtratibus, & Iudicibus, coram quibus illi proceſſus producuntur. Qui quidem Iudices tunc Partibus petitam publicationem concedentes, ſimul ipſis præfigent certum tempus, intra quod à proceſſu cedere, aut cum Partibus tranſigere poterunt, vt eo tempore expirato, Iudex in Cauſa concluſi proceſſus ad definitiuam, & Sententiam pronunciandam, procedere poſſet, vt æquum erit, & decebit: mandantes & ordinantes noſtro dilecto, & fideli Cancellario, & prædicti noſtri Concilij Brabantiæ Conſiliarijs Item ibidem Vicario ſeu Monitore noſtræ Curiæ Feudalis. Et præterea quibuſuis alijs Curijs, prætorijs, & Iuſtitiarijs omnibus dicti noſtri Ducatus Brabantiæ, vt ad prædictam noſtram Conceſſionem ſeſe accommodent, & regulent, aut conforment. Committentes ſimul, & mandantes dicto noſtro Cancellario, & Conſiliarijs Concilij noſtri in Brabantia. Item, noſtro Vicario ſiue Monitori Curiæ noſtræ fendalis, Prætori Louanienſi, Amanno Bruxellenſi, Scultetis Antuerpienſi, & Buſcoducenſi, & quibuſuis alijs noſtris Vaſallis, & inferioribus Magiſtratibus, Iudicibus, Iuſtitiariis, & Officiarijs Ducatus noſtri Brabantiæ, & ipſorum Vicarijs, ac locum tenentibus, & vnicuique ipſorum particulariter, quorum iſta intererant, vt prædictis Statibus Brabantiæ huius Priuilegij impetrandi Supplicatoribus, noſtrã præſentem Gratiam, Interpretationem, Ampliationem, & Conſenſum ſub Conditionibus, Formis, & modis ſupra dictis, permittant quietè, & pacificè poſſidere, & vſurpare. Ita vt ex eo ceſſent omnia Impedimenta, & Contradictiones in Contrarium, ob id quia nobis ita placuit. In quorum teſtimonium hiſce literis Sigillum noſtrum appenſum iri curauimus. Datum in Ciuitate noſtra Bruxellenſi, vigeſimo ſexto die Martij. 1575.*

CAPVT CLXXXIII.

De Reprobatione in Genere.

SVMMAE.

1 *Reprobare quid ſit?*

2 *Reprobantur* { *Productiones indebitè.* *Teſtes.* *Schedulæ, vel Tituli.*

1 REprobare in iure eſt, Exceptionem aliquam proponere, aut contra facta, aut contra perſonas, aut contra res aliquas, nempe, allegare illa non debitè, nec legitimè facta, aut eſſe perſonas non audiendas, aut res eſſe admiſſione indignas. Ideoque hæc omnia reiicienda, & ad probationem contra ſe non admittenda. Reprobantur itaque tripliciter.

Primò enim reprobantur productiones, reprobantur & Teſtes, reprobantur etiam Tituli, & Literæ, contra ſe productæ. Et hæc omnia duobus modis, ſcilicet, & per Reprobationes, aut Contradictionis Iuris, & per Reprobationes facti. De his tribus Reprobationibus, nunc paucula ex ordine dicemus. 2

CAPVT CLXXXIV.

De Reprobandis Productionibus.

SVMMAE.

1 *Reprobare Productionem quid ſit.*

2 *Reprobantur Productiones* { *non facta in præſentia Partis, vel Procuratoris.* *non facta coram conſtituto Commiſſario.* *in quibus Teſtes vltro ſe ingerunt, non citati.* *in quibus Teſtes non iurant, in conſpectu Partis.* *in quibus Teſtes non diuiſim examinantur.*

1 REprobare Productionem, ſcilicet, Teſtium, aut titulorum, eſt, quando Aduerſarius ſe cōtra talem Productionem opponit, & dicit, eam nō eſſe legitimè factam, eoque reiiciendam. Nempe, quod in ea deſint illa quinque, aut vnum ex illis quinque, quę ad debitam, ac legitimam Productionem neceſſario requiruntur.

2 Quæ ſupra cap. 170. diximus eſſe iſta, ſcilicet, vt omnis Productio fiat in præſentia Partis, aut Procuratoris ſui vocati, & ad hoc citati. Item, vt fiat coram commiſſariis, qui ad hoc, ſpeciale mandatum habent, & poteſtatem. Item, vt ipſi Teſtes nō compareant ex ſeſe, ſed tantum citati. Item vt teſtes citati, & producti iurent in præſentia partis, aut procuratoris, de veritate dicenda. Poſtremò, vt ijdem Teſtes audiantur, & examinentur ſeparatim, & nullo modo coniunctim. Si vnum ex his quinque deſit, ipſa productio ab aduerſario merito reiicitur: Allegabit enim quod ea facta ſit, aut Parte non vocata, aut per Commiſſarios, qui nec Commiſſionem, nec Poteſtatem habuerunt, aut quod Teſtes venerint vltro, & ſeipſos ad teſtandum promouerint ſuaque teſtimonia non ſint citati depoſuerint, aut quod teſtes non ſint iurati, in præſentia Partis nec ſecretè auditi, nec examinati diſiunctim, aut ſinguli ſeorſum, & id genus ſimilia quales Productiones ſupra monſtrauimus eſſe inualidas, *capitibus* 163 166, 170.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CLXXXV.

De Reprobandis teſtibus per Reprobationes Iuris.

SVMMAE.

1 *Reprobantur Teſtes*
- *Vacillantes, & variantes.*
- *Sibi contraria deponentes.*
- *Singulares.*
- *Depoſita ſua non cauſantes.*
- *De auditis tantum loquentes.*
- *Impertinentia teſtantes.*

2 *Reprobatio Teſtium, ob depoſita illegitima, non habet locum in Conciliis Flandriæ, & Mechlinienſi.*

3 *In Francia reprobantur Teſtes ſuſpecti, ante Iuramentum præſtitum.*

Ex Reprobatione Productionis facile euadit, quomodo reprobandi ſint ipſi Teſtis, & Teſtium Depoſitiones.

1 Reprobantur enim Teſtes ipſi, per Reprobationes Iuris, ſcilicet, quando Aduerſarius dicit, quod Teſtes in ſuis Depoſitionibus partim vacillẽt, partimq; inter ſe varient, aut ſibi cõtraria deponãt, aut quod ſint ſingulares, aut quod ſua depoſita, nulla euidenti cauſa firment, aut corroborent, ſed tantum vagè loquantur, aut quod tantum loquantur, de auditis, & non de viſis, aut certis, aut quod tantum deponant impertinentia, aut quæ propoſito non ſeruiant, aut ſimilia. Tales enim Teſtes, & talium Teſtium Teſtimonia, omnia habentur ſuſpecta, vti ſuprà diximus, Capitibus 163, 166. & 170. Sed hoc loco ſciendum eſt, quod huiuſmodi Reprobationibus Iuris, raro vtantur in Concilio Flandriæ, & item rarius in magno Mechlinienſi Concilio.

Sed partes de hoc ſeſe referunt ad Iudicis diſcretionẽ, quia nec ibi, nec alibi huiuſmodi Atteſtationes Teſtium publicantur, neq; Partibus communicantur, propter pericula, quæ inde oriri poſſint, & per conſequens Partes ignorant, & ſcire non poſſunt, quid, aut quomodo ipſi Teſtes depoſuerunt. 2

In Francia verò vtuntur Teſtium Reprobatione, coram Commiſſariis, antequam iurent, quatenus ipſi eos cognoſcãt, & ſi eos non cognoſcant, tunc ipſorum nomina, & cognomina exſcribunt, ac diem petunt & accipiunt, vt interea ſe informare poſſint, nunquid inuenire valeant, quod ad talium Teſtium Reprobationes faciendas, ipſis cõducat. Hæc enim niſi faciant à Reprobationibus, ſiue à Contradictionibus faciendis repelluntur. 3

CAPVT CLXXXVI.

De Reprobatione Teſtium per Reprobationes facti.

SVMMAE.

Teſtes reprobantur,
1 *Inimici, & partiales.*
2 *Amici, Parentes, Cognati, & Affines.*
3 *Aduerſarij mei famuli, & familiares.*
4 *Prætor, aut Receptor producentis.*
5 *Raptor, Fur, Adulter, Concubinarius,*
6 *Coniurator, Hermophroditus.*
7 *Iudæus, Infidelis, Hæreticus.*
8 *Accuſatus Criminaliter, damnatus repetundarum.*
9 *Impuber, Mutus, Surdus, Amens, Pupillus,*
10 *Perſona Eccleſiaſtica.*
11 *Precio corruptus, Subornatus, Falſarius.*
12 *Pauper leuis fidei.*

Digitized by Google

Teſtes reprobantur,

13 *Qui in ſimili cauſa Proceſſum habet*
14 *Qui aliquando contra Partem teſtatus ſit.*
15 *Qui querelam contra Partem habuit.*
16 *Qui in eadem cauſa fuit Iudex, Poſſeſſor. Procurator, Aduocatus.*
17 *Qui ex fauore, odio aut metu deponit.*
18 *A dignitate depoſitus eiuſdem criminis conſors, Libertus.*
19 *Obſcure, vel negatiue, vel impertinenter deponentes.*
20 *Cauſam Teſtimonij ſui non explicans*
21 *Teſtes vacillantes, variantes, titubantes. & verboſi.*
22 *Recepti poſt Renunciationem Productionis, vel ante Litiſconteſt.*
23 *Adulator, Captator beneuolentiæ. Perſona vilis.*
24 *Teſtes idem, ac quaſi ex vno ore deponentes.*
25 *Qui nec perſonas, nec quicquam de re nouerint*
26 *Qui de Loco, Tempore. & perſonis diſcordant.*
27 *Quorum cauſa etiam agitur.*
28 *Non ſeorſim examinati, & inimicis cohabitantes*
29 *Teſtis laicus contra Clericum, & contra,*
30 *Homicida, infamis, vel improbæ vitæ.*
31 *Teſtis potus, vel ebrius deponens.*
32 *Furioſus, vel in cauſa propria deponens.*
33 *Qui accuſauit, & ſimul teſtari cupit.*
34 *Publica emenda damnatus.*
35 *Qui falſa deponit, & vtrique Parti depoſita narrat.*
36 *Qui à Productore ſemel liberatus fuit.*
37 *Qui à Producente non fuit rogatus.*

38 *Qui Teſtem Criminoſum reprobat, donon iniuriando proteſtari debet.*
39 *Nemo reprobandus de Crimine, niſi ſimul deponat & locum criminis commiſſi, & damnationis.*
40 *Teſtes vltra decem reprobantur, vt ſuperuacanei.*
41 *Teſtem ſemel pro ſe productum, nemo contra ſe productum reprobare poteſt.*
42 *Teſtis reprobatus (licet reprobatio vtilis) nullius erit fidei.*

43 *Teſtes audit.* { *Per informationem præcedentem,* / *In Proceſſibus ſummariis,* / *In Compromiſſis.* / *In Recredentiis, & Acceſſoriis,* / *Ex officio Iudicis.* } *non reprobantur.*

1 REprobantur etiam Teſtes per Reprobationem ſeu contradictionem facti. Nempe, cum Pars dicit, quod Teſtis ille, qui contra ſe Teſtimonium tulit, ſit ipſi Capitalis Inimicus, ipſique nocendi, & incommodandi cupidus, *l. Teſtium, in principio ff. de Teſtib. & l. ſi quis, C eod. tit. & c. Repellantur, extra, de accuſat.*

2 Vel, quod ſit magnus, vel ſingularis Amicus ei, pro quo teſtimonium tulit, *d. l. Teſtium.* Vel, quod ſit Parens, qui contra Filium, vel pro Filio teſtari non poteſt, ſicut nec Filius pro vel contra Patrem etiam ſi vterque id maximè velit, *l. Parentes, Cod. de Teſtib.* In quibus autem caſibus hæc locum non habeant. videre licet apud Speculator. titulo de Teſte. Vel cũ dicit, quod Teſtis ille ſit germanus Frater, vel Affinis; aut Conſanguineus Aduerſarij ſui, vel quod ſit Aduerſarij ſui Socius, & confœderatus, & ad lucri, vel perditionis cauſam particeps.

3 Vel quod ſit aduerſarij ſui Famulus, *ca. Nullus, 2. q. 5. §. Teſtes, inſtit. de Teſta. ordinan, & l. Quoniam & l. Si Teſtis productus, C. de teſtib.* Vel quod ſit Aduerſarij ſui familiaris, aut Domeſticus, ideoque repellendus, *l. 2. C. de Teſtib. & l. Penultima. ff. eodem tit. & c in literis, extra eod. tit.*

Aut quod ſit Bailliuus, aut Receptor Producẽtis, aut etiam ipſius Vaſallus, niſi in Materia Feudali, qui ob id, ad ferendum Teſtimonium habetur ſuſpectus. Vol, quod ſit excommunicatus, qui tunc teſtari non poteſt, *c. Veniens, 2. extra, de teſtibus, & l. Penul, C. de hæretic.* Vel quod ſit perſona infamis aut leuis opinionis, *c. Ex parte, & c. Teſtimonium, ext. de teſtib. & l. 3, §. l. Iul. ff eod. de teſtib.* 4

Vel, quod ſit Fur, Raptor, Adulter manifeſtus, & huiuſmodi, *c. Ex parte, & c. Super ext. eod. de teſtibus & l. Non poteſt. ff. de furt.* Vel, quod ſit Concubinarius manifeſtus, vel inceſtuoſus, qui contra Accuſatum non auditur, *c. Conſanguineorum, 3. q. 4.* Aut quod ſit Conſpirator, aut Coniurator, *c. Conſpiratores, 3. q. 4. & c. Cum oportent, ext. de accuſat,* 5

Aut quod ſit Hermophroditus, *c. Si teſtes, verſic. Hermo-* 6

Hermophroditus.4.q.3.

7 Vel quod ſit Iudęus,ſiue Sarracenus,vel infide-
lis,vel Hæreticus, qui non poſſunt contra Chri-
ſtianum deponere,*c.Iudæi. & c.Licet,extr.de Teſti-
bus, & l.Quoniam,C.de Hæretic*

8 Vel quod ſit accuſatus Criminaliter, qui non
admittitur ad ferendum teſtimonium contra alium
in Cauſa Criminali,niſi in exceptis Criminibus,&
pendente Accuſatione ſua *c.Fin ext.de teſtib. & le.
Teſtium,ff eodem.*

Vel qui per legem Iuliã damnatus ſit repetun-
9 darum. Aut quod ſi talis,qui teſtari non poteſt,vt
Mulier,Impubes,Mutus,Surdus,Furioſus,vel cui
bonis interdictum eſt,vel qui eſt inteſtabilis, & in
poteſtate Teſtatoris, vel Hæres in eo Teſtamen-
to ſcriptus.

10 Vel quod ſit monachus,vel Canonicus regularis,
vel Conuerſus, vel alius Religioſus ſub obedien-
tia conſtitutus,qui non poteſt eſſe Teſtis, ſine li-
centia ſui Superioris, *c.Non Magnopere, extr.ne
Cleri vel Monachi,l.Tertia,§.In bello,ff.de re mili-
tar. & l.Deo nobis,Cod.de epiſc. & Cler. & in Au-
thent.de Monachis,§.illud,& Si quis autem.*

11 Vel quod ſit corruptus, inſtructus, aut ſuborna-
tus,hoc eſt,quod precium receperit, vel receptu-
rus ſit pro Teſtimonio ſic,vel ſic dicendo, vel pro
Veritate tacenda,*l.Si quis,in fi.C.de Teſtib.*

Vel quod repertus ac condemnatus fuerit falſi-
12 tatis,Vel quod ſit Pauper,& qui non habeat quin-
quaginta aureos in bonis, quique apud vulgus ha-
betur Improbus,Leuis, & Verſipellis,contra talẽ
enim corruptionis ſuſpicio facile præſumitur, vt
in Authentico,de Teſtib.§.*Primo.verſic.Sancimus*
vide Speculatorem. De Paupere verò probo, &
pio, non eſt habenda talis Suſpicio. Vel quod Te-
ſtis ea quæ loquitur, ſine intellectu, mente, ac ra-
tione loquatur.

13 Vel quod Teſtis in ſimili Cauſa, Proceſſum ha-
beat,ob cuius fauorem metuendum eſt,ne pro ſuę
quoque Cauſæ defenſione, teſtaturus ſit, & inte-
rim ita teſtando,alteri noceat,*cap.Perſonas,extr.de
Teſtib. & l.Quoniam,C.eodem.* Ideoque vulgaris
eſt ſententia,quod eodem morbo laborantes, ab
eodem Teſtimonio repellantur,hoc eſt,qui conſi-
milem Cauſam habent, in Cauſa conſimili Te-
ſtes eſſe non debent. Teſtes enim debent eſſe à
cauſa liberi, & non Cauſarum Socij vel parti-
cipes.

14 Vel quod is Teſtis aliquando in alia Cauſa Cri-
minali,contra me tulerit Teſtimonium,quare nunc
non debet admitti in iſta,quia præſumitur eſſe mi-
hi Inimicus,*c.Cum P extra,de accuſat. le, Produci,
ff.de Teſtib.* quæ clarè hoc dicit.

15 Vel quod habeat Cauſam, aut querelam contra
eum,contra quem producitur,*cap.Cum in iuuentu-
te,prope finem ext.de purgat canoni.*

Vel quod fuerit in eadem cauſa Iudex, vel Ad- 16
uocatus, vel Procurator,aut aliàs à Cõſiliis Baro,
vel Aſſeſſor,vel Executor, vel Actor, vel Arbiter,
c Romana de teſtib lib.6.l.Final ff eo.

Vel, quod ex Amore, Odio,vel ex Commodo, 17
vel Timore depoſuerit, *Quoties, ext. de Teſtibus
cap.Cum contra, & c.ſeq extr.de teſtib. cogend. &
leg Eos,Cod.de Teſtib.*

Vel quod ſit ab aliqua dignitate, propter turpi- 18
tudinem remotus,*l 2.ff.de Sen.* Vel quod ſit ſocius
Criminis,ſiue in eod. Crimine irretitus, *c.Veniens
ext.de teſt. & l.Sicuti,C de quæſt.*

Vel quod ſit libertus, qui ne volens quidem cõ- 19
tra Patronum ſuum audiri debet,*l.libertorum, Co.
de teſte.* imo teſtificando punitur. Vel quod obſcu-
rè vel confuſè depoſuerit,quæ nõ valet,niſi ite-
rum deponat, & dictum ſuum declaret ſiue inter-
pretetur,quod facere ſ o eſt.*c.Cum clamor.extra de
Teſtib* Quod non perhibeat Teſtimonium de au di-
tis, aut viſis, aut de certa ſcientia, ſed tantum de
credulitate,quod ita eſſe credat,ſed vide latius Spe
cu.*tit.de teſti.* Vel quod depoſuerit negatiue,*c.cum
ec. §. Nos igitur, extr. de cauſ. poſſ. & propri.* Vel,
quod impertinenter, & ſuper alio depoſuit, quam
ſuper quo fuit interrogatus, & productus.

Vel (vt nonnulli dicunt) quod depoſuit extra ar- 20
ticulata. Vel quod interrogatus non reddidit cau-
ſam ſui dicti,*c cum cauſam quæ ext.de teſt.* Vel quod
ſint varij Teſtes, & in dictis ſuis varient, & va-
cillent,*d c.cum Ecc.ext.de cauſ poſſ. & propri.*

Vel,quod titubanter depoſuerit, & in dicto ſuo 21
vacilauerit, titubans enim pro ignorante habetur
*l.Fin. C.de condic.indeb. & l.non debet, 2. §. in re
obſcur ff.de regul iur.* & præſumitur contra Teſtem
ſi non cum conſtantia, ſed cum trepidatione de-
ponat,*l.De minorè, §.Tormenta,ibi plurimum quo-
que,ff.de quæſt* Et poteſt Iudex,ſi talem viderit va-
cillantem,pallidum, tormentis afficere, & timorẽ
incutere, vt certo ac intrepide veritatem deponat,
l.Nullum,in fi.C de teſt.quia(vt ait Cic.in Top.)ſę-
pe pallor vultus, rubor, & titubatio faciunt, vt
minus fidei alicui habeatur. Et iuxta illud Ouidij:
O quam difficilè eſt crimen non prodere vultu. Vide
Specul.*tit.de teſt,lib.primo, parti.* 4. Vel, quod ſit
nimium verboſus, contra talem enim etiam præ-
ſumitur, iuxta illud:In multiloquio non deerit
peccatum.

Vel, quod receptus ſit, poſt ampliorem Renun-
ciationem factam,vel poſt Publicationem,vel ſuf- 22
ficientem Productionem factam. Vel,quod recep-
tus ſit ante Litiſconteſtationem, quia tunc teſtari
nõ licet,*c.1.& 2.& c.Quoniã,ext.vt lit nõ cõt* licet
fallat in certis caſib.hic cauſa breuitatis omiſſis.

Vel, quod ſit Adulator, & aduerſarij mei gra- 23
tiam captans,*c.Similiter, & c.Accuſator 3 quæſt.
5.* Vel,quod ſit Arenarius, vel perſona vilis, quæ

ſine Tormentis non debet admitti, *l. Ob crimen*, §. *Si eu Rei, ff. de Teſtibus.*

24 Vel, quod Teſtes omnes idem dicant in omnibus, ob id enim omnes quoque ſubornati præſumuntur, *l. Teſtium, §. Ideoque, ff. de Teſt. l. Qui ſententiam, C. de pœnis, & c. Si Teſt. ver. in Teſtib. 4. q. 3.*

Vel, quod non nouerit Perſonas litigantium, nec nomina ipſorum dicere potuit, *c. Licet ex quadam, in fin. ext. de Teſtibus, & l. Scimus, §. Sin autem dubius, in fin. C. de iure deliber.*

25 Vel, quod ſit huius rei inſcius & ignarus, vel ſaltem, quod contra ipſum ſit ſuſpicio violenta, quod nihil de iſta re cognoſcat, *l. Alii ff. de accuſat.*

26 Vel, quod Teſtes diſcordent de Loco, de Tempore, & de Perſonis, *c. Licet, ext. de Teſtib.* Vel, quod crimen Teſti obiectum contingat cauſam, de qua agitur, *cap. Primò in fin. ext. de except.*

27 Vel, quod Teſtes non fuerint ſingulatim & ſecretè examinati, Vel quod Teſtis cohabitet inimicis eius, contra quem producitur, *c. Repellantur, & c. Cum oporteat, ext. de accuſat. & l. Finali, ext. de teſtibus.* Vel, quod ſit laicus, qui non admittitur contra Clericum in Criminali cauſa, *c. Veniens primo, ext. de Teſtibus. c. Laicos, & c. ſeq per totum. 2. q. 7.*

28 Vel, quod ſit Clericus, qui non admittitur cõtra Laicum, *c. Nullus, 11. q. 1.* Sed intellige in Criminali vel coram Iudice ſeculari. Vel, quod Homicida ſit, *c. Conſtituimus, 3. q. 5. Quod mulier, c. Forus, ext. de verbo ſignif.* Verùm ſecundum leges, Mulier in Cauſa Ciuili & Criminali, poteſt eſſe Teſtis, *l. Ex eo ff. de Teſtib.* Vide Speculat. Vel quod ſit infamis vel nõ Probatæ, nec bonæ Exiſtimationis, *c. Teſtimonium extra de Teſtib.* Vel, quod publicã Pœnitẽtiam ſemel egerit, ob quam quodãmodo redditur infamis, & per cõſequens, à Teſtimonio repellendus.

29 Vide latiùs Specu. titu. de Teſte. Quod non tulerit Teſtimonium ieiunus, ſed bene potus, *c. Primò, ext. de Teſtib.* Sed hoc intelligendum eſt, decoris gratia, & non neceſſitatis cauſa, vt multi dicunt.

30 Ideoque iſtud capitulum vix vſpiam obſeruatur quod tamen obſeruatur maximè eſt neceſſarium. Nam ſi ſtupidi & amentes à teſtimonio ferendo arceantur, cur non pariter & poti, qui vinolenta, Bacchica, beluina Amentia ſunt capti, vix ſcientes quid deponãt, & poſtridie ſæpè ignari vbi fuerint nedum quid egerint.

31 Vel, quod aliquid de ſuo addendo, mendacio Teſtimonium decolorarit, *c. Pura, 3. q. 9.* Vide tamen Spec. *tit. de Teſte*, qui hunc modum moderatur. Vel, quod natura ſit furioſus, vel (vt dixi) quod potu ſit egregiè captus, & inſipidus, Talis enim pro abſente, & ignorante habetur, *l. Prima, §. Sed furioſus ff. de acquir. poſ.*

32 Vel, quod ſit Teſtis in Re vel Cauſa ſua, *l. Omnibus, C. de Teſt. c. Si Teſtis, §. Item omnibus. 4. q. 3. & l. Nullus ff. de Teſtib.* Vel, quod ſit ſimul & Teſtis & Accuſator, quod eſſe nõ poteſt, *c. Forus, §. In omni ext. de verb. ſignif. c.*

Vel, quod fuerit ob Crimen famoſum damnatus, 33 *c. Si Teſtes, §. Ob crimen 4. q. 3. l. Ob crimen ff. de teſt.* Vel, quod ſit publico Iudicio, puta de Calumnia, damnatus, *l. Quæſitum, l. Scio, & l. Repetundarum, ff. de Teſtib.* Vel, quod olim fuerit Criminoſus, & 34 adhuc præſumatur, *l. Quiſquis, C. ad l. Iul. mai. & c. 3. in ſi. ex de pig.*

Vel, quod falſe, aut variè Teſtimonium dixerit, 35 vel vtrique Parti dictum ſuum prodiderit, *d. cap. Si Teſtes, §. Qui falsò vel variè, 4. q. 3. l. Nullum, C. de teſtibus, l. Qui falsò, ff. eod. l. eos, ff. Ad l. Cor. de falſ.*

Vel, quod ab eo aliquando liberatus fuerit, pro 36 quo producitur, vel quod Parens ipſius fuerit, vel quod Teſtis in publicis vinculis, ſeu cuſtodia detineatur, vel quod ſe ad pugnandum cum beſtiis dentata locauit, vel quod pecuniam ob Teſtimonium dicendum acceperit, *c. Si Teſtes, §. 1. Iul. de vi. & §. in Teſtimonium, 4. q. 3.*

Vel, quod non fuerit rogatus à Producente, vt 37 in Authentic. *de Teſtib. § Et licet, & c. Quanquam* 14. q. 2 talis tamen eſt caſus, in quo rogari debuit. Quiſquis autem in Reprobationibus ſuis proponere volet Crimen, ob quod Teſtem reprobare cõtendet, is debet illud Crimen ſpecificare, & interim proteſtari, quod id non iniurãdi cauſa dicat, ſed ſuæ Cauſæ patrocinandi gratia deponat, & veluti ſuo propoſito plurimum ſeruiens.

Secundum Stylum autem Parlamenti, nemo poteſt reprobare aliquem de Crimine, aut de Infamia 38 niſi ſimul deponat locum, vbi Teſtis conuictus. * & condemnatus fuerit, aut certè, niſi reprobatus 39 ibidem, Crimen ſuum confeſſus fuerit,

Et ſecundum eundem Stylum, omnes Teſtes, qui 40 vltra decem ſunt auditi & examinati, ſuper vno Articulo reprobantur. Nam Conſiliarii de Parlamẽto Ius dicunt ſuper primis decem Teſtibus, vt ſunt ex ordine deſcripti, non habentes reſpectum ad alios ſequentes, etiam ſi iſti melius ac veriſimilius probarent, quàm decem præcedentes.

Productor autem non poteſt reprobare Teſtem, 41 quem ipſe ex ſua Parte prius produxit, quique poſtea etiam à Parte producitur.

Teſtis enim ab vtraque Parte productus, omni 42 Exceptione maior eſt habendus, & nullo modo reprobabilis. Contingit aliquando, vt Pars Teſtem aliquem reprobet, qui tamen pro ipſo improbante & ad commodum ipſius depoſuerit, & ea depoſitio licet reprobanti commodo nullius eſt fidei, propterea quod is Teſtis ſimul cum ſuo teſtimonio reprobatus fuerit, niſi fortaſſis ipſum condition aliter reprobaſſet, ſcilicet, inquantum, aut quatenus aliquid depoſuit in ſuum præiudicium, & non vltrà. Contra Teſtes, qui audiuntur per Informationem præcedentem, aut in proceſſibus ſummarijs,

aut

Digitized by Google

aut in Compromiſſis, aut in Recredentiis, aut in alüs Acceſſorijs, non valent Reprobationes vllæ quæadmodum etiam non ſeruiunt Reprobationes contra Teſtem aut Teſtes, quos Iudex audit, aut
41 audire facit ex ſuo officio. Atque ita hactenus de Teſtibus, & de Teſtium Depoſitionibus, quos, & quas ob cauſas reprobare licet reliqua, & his ſimilia etiam in ſuperioribus *Capitibus*, ſcilicet, 170. 172. & 178. 179. vtcunque explicauimus.

CAPVT CLXXXVII.

De Reprobatione titulorum aut Scripturarum.

SVMMAE.

1 *Scripturæ Probationum Efficiunt, vt Teſtes.*

2 *Ad ſcripturæ Reprobationem, diligenter eſt examinanda ipſius copia.*

Reprobantur literæ.
- 3 *Propter falſitatem contentam.*
- 4 *Propter vitia raſuræ, aut lituræ.*
- 5 *Propter vetuſtatem, quia vix legi queant.*
- 6 *Propter datam, aut cauſam non expreſſam, aut quod pugnantia contineant.*

Falſitas eſt, aut ex
- *Raſura*
  - 7 *In Subſtantialib. ſ. Indictionis, Vel Anni Domini, ſic totum Inſtrumentum habetur falſum.*
  - 8 *In non Subſtantialib.*
    - *Elucidatis per locum non raſum, ſic raſura non obeſt, ſed fides manet.*
    - *Non elucidatis per locum non raſum, tamen*
      - *In loco ſuſpecto, tunc totum Inſtrumentum habetur ſuſpectum.*
      - *In loco non ſuſpecto & tunc Inſtrumentum non habetur vitiatum.*
- 9 *Vitio Articuli*
  - *Principalis, ſic vitiantur omnia copulata.*
  - *vel*
  - *Non principalis, ſic non vitiantur reliqui articuli copulati.*
- 10 *Teſtis deponent falſum*
  - *Circa ſubſtantiam cauſæ, omnia depoſita ſua falſificat.*
  - *Non circa Subſtantiam cauſæ, ſed tantum circa Circonſtantias, non falſificat reliqua.*
- 11 *Cancellatione facta*
  - *In cauſa ſeculari, valet Cancellatio.*
  - *In cauſis pietatis, non valet Cancellatio.*

12 *Priuilegiorum Literæ reprobantur, quod*
- *Contineant Ius commune.*
- *Priuilegiator concedendi poteſtatem non habuerit.*
- *Impetratio contigerit lite pendente.*
- *Impetratio fuerit ſurreptitia.*

13 *Priuilegiorum literæ reprobantur, quod*
- *Tempus conceſſionis fuerit exactum.*
- *Conditiones in iis Contentæ non ſint purgata.*
- *Contrarium ſit iudicatum.*
- *Eo priuilegio abuſum ſit.*
- *Ei priuilegio renunciatum ſit.*
- *Id priuilegium per Principem reuocatum ſit.*

14 *Tranſumpta reprobantur:*
- *Si facta ſint in abſentia partis,*
- *aut,*
- *Si facta ſint ab alio, quam per Commiſſarium.*

15 *Reprobantur omnes Atteſtationes, aut Literarũ copiæ conſcriptæ per non Notarium, Graphiarium, Inſtitiarium loci profeſſum.*

Digitized by Google

1 Sicuti reprobantur Teſtes, & Teſtium Depoſitiones, ita etiam reprobantur & Tituli, Inſtrumenta ſcripta, & Obligationes, Apochæ, ac Chirographa, quod hæc in Iudiciis Probationem quoque magnam efficiant, non ſecus, quam ipſi teſtes, quorum officium, & locum obtinere videtur. Qui circa qui ſe contra Titulos, aut, ſcripta opponere, eaq; reprobare volet, is primo curare debet, vt eorum fidelem habeat copiam.

2 Deinde hanc diligentiſſime, ſæpiuſque leget, & releget, omneſque ipſius Partes accuratiſſimè obſeruabit, nunquid vitij, nunquid falſi, nunquid ſuſpecti, aut reprehenſibile contineat, quod aliquo modo reprobare poſſet Vna enim parte reprobata facile reprobatur & totum. Reprobantur itaque Scripta multis variiſque modis.

3 Primò, quod falſa ſint, quæ falſitas colligitur ex ſignatura ipſa falſa, & efficta, aut ex ſigillo falſo, fictitio, vel imitatiuo, & adulterino. Vel, quod res aliter contigerit, aliterque tranſacta, atquè tractata fuerit, quam Scripta loquantur.

4 Item, quod ipſæ Scripturæ, ſeu Literæ ſint vitiatæ per raſuram, aut lituram, præcipuè in ſuſpecto loco veluti in Nominibus, in Datis, in Summis, in loco, aut in Puncto, vbi ipſa controuerſiæ materia maximè eſſet ſpectanda.

5 Item, quod Scriptura ſit nimia vetuſtate penè extincta, & talis, quæ vix legi queat. Aut quod ſigillum ſit incognitum, ſine Probatione, & non Authenticum.

6 Item, quod in illis Scriptis non contineatur debita Datæ Expreſſio, nec Cauſa rerum, vel quod tale Scriptum ſibiipſi contrarietur. Hæc omnia facilè etiam colligi poſſunt, *ex cap.* 147. Sed ad hos quatuor falſitatis modos opus eſt ampliori conſideratione, & certiori diſtinctione. Pro quibus notandæ ſunt aliquot quæſtiones. Primo enim quæritur, an quæuis falſitas in Inſtrumento, totum Inſtrumentum vitiet, ac falſum reddat. Pro cuius reſponſione præmittenda eſt diſtinctio. Hæc falſitatis ſuſpicio naſcitur, aut ex raſura, aut ex alio quopiam vitio, aut ex cancellatione, Si propter raſuram appareat falſitas, tunc ea raſura eſt circa ſubſtantialia Inſtrumenti, aut in aliis Inſtrumenti Partibus.

7 Si itaque raſura comperiatur facta, circa ipſum Subſtantiale Inſtrumenti, puta circa Indictionem, vel circa Annos Domini, vel ſimile, tunc totum Inſtrumentum redditur falſum, vt tenet Bald. *in le. Si ex falſis, C. de Tranſ.* (vbi vide D. Ia. Mayn. & D. Alexandrum. & Sal. & Fran. Aret. & Felinum *in c. Fraternitatis, de Hæretic* & D. Alex. de Imol. in Cõſil. 4 1. 4. *parte in 2. colum.*

8 Si autem raſura commiſſa ſit in non ſubſtantialibus Inſtrumenti, ſed in alia parte, aut in aliis locis Inſtrumenti, tunc quoque gemina diſtinctione opus eſt. Ea enim in aliis locis facta talis eſt, vt locus non raſus locum raſum elucidet, & explicet, & tunc fides loco raſo, totique Inſtrumento datur, ſic vt totum Inſtrumentum integrum, & non vitiatum habeatur. Aut locus non raſus, locum raſum non explicat, nec elucidat. Sed & hic occurrit gemina diſtinctio. Ea enim raſura, aut eſt in loco ſuſpecto, aut in loco non ſuſpecto. Si ſit in loco ſuſpecto, nempe, in quo Punctus ipſe quæſtionis verſatur, tunc Inſtrumentum totum vitiatum habetur Ita tenet Bald *in leg. ſ. Co. de edict. Diui. Adrian. coll.* vide tu plene per Fel. *in c, ex liter s extra de fid. inſtrum.* & plene *in c. Inter dilectos, in 2. colum. ver. in textu, ibi, Sed contra de fid. inſtrum* Si autem ea raſura commiſſa ſit in loco non ſuſpecto, licet locus non raſus non explicet, nec fidem præbeat, eſt tamen talis, vt Inſtrumento non deroget, nec fidẽ eripiat, ſed potius fidem omnem, & Iuſtificationem relinquat.

Porrò, ſi in Inſtrumento reperiatur aliud vitium, per quod indicaretur falſitatis ſuſpicio, tunc 9
à ſimili, ſi illud vitium eſſet tantum in vno Capitulo, eoque principali, vitiarentur ſimul omnia connexa. Verum ſi ea plura connexa Capitula eſſent ſeparata, tunc propter vnum Capitulum vitiatum, non haberentur vitiata Capitula reliqua, ſicut tenet Innoc. *in c. Fraternitatis, de Hæret.* Et idem tenet Bald. *in d. l. Si ex falſis, C. de tranſact.*

Idem quoque vſuuenit in Depoſitionibus Te- 10
ſtium. Nam ſi teſtes falſum dicant, circa ſubſtantiam negotij principalis, vel circa id, quod eſt qualificatiuum totius probationis, totum ipſorum dictum vitiatum & falſum cenſetur: veluti ſi Teſtis interrogaretur, an affinis eſſet, iſque reſponderet quod non, cum tamen in rei veritate eſſet affinis, totum ſuum dictum vitiaretur: falsò enim negando, in quo tota fidei probatio, vel reprobatio conſiſtit, etiam tota ipſius Depoſitio habetur falſa Minor enim ipſi fides adhiberetur, ſi eſſet affinis, quã ſi non eſſet. Atque ita determinat Innoc. *in d. cap. Fraternitatis, quod ſequitur Bald. in d. l. Si ex falſis.* Secus autem iudicandum eſſet, ſi teſtis falſum deponeret, circa aliquas circunſtantias, quæ negotium principale non ſuſpectum redderent, quia tunc ob illud falſum, non vitiaretur totum ipſius dictum, vt notat Innoc. *in d. cap. Fraternitatis,* Veluti ſi quis diceret, Contrahentem eſſe propinquũ alia affinitate, quàm in rei veritate eſſet, &c.

Sed hic notandum eſt de vitio Cancellationis, 11
quod quando reperitur in aliquo Inſtrumento verbum aliquod cancellatum, tunc præſumitur illud ſponte, & conſulte cancellatum fuiſſe per illum, qui cancellandi poteſtatem habuit. Ideoq; id quod cancellatum eſſet, haberetur pro vitio, & non ligaret. Veluti, ſi Teſtator in inſtrumento legaret centum Titio, & in Inſtrumento eſſet vnum verbum

Digitized by Google

bum,quod diceret ducenta,idque cancellatum eſſet certè illa ducenta ob Cancellationem non deberentur. Sed hoc fallit in teſtamentis relictis ob pias cauſas, quia illud præſumitur inconſultè cancellatum, & per conſequens,ligaret illud cancellatum, niſi poſtea probaretur contrarium:ita notat Bartolus in *l. Proxime, in fin. ff. de his quæ in teſtam. delen.*

12 Literæ autem Priuilegiorum peculiarem habent reprobandi modum. Reprobantur enim iſtæ multis variiſque modis Primo dicendo,quòd contentum literarum ſit Ius commune,& per conſequens, quod non ſit Priuilegium. Item, quod is qui tale priuilegium conceſſit, non fuerit talis, qui tunc temporis,tale Priuilegium concedendi poteſtatem habuiſſet, aut quod impetratum & acquiſitum ſit proceſſu pendente, aut quod impetratum ſit per Surreptionem & Obreptionem, aut quod tempus in impetratione conceſſum & limitatum, iam expiratum & extinctum ſit, aut quod inibi Conditiones inſertæ ſint,quæ nondum ſint purgatæ, aut quod contrarium iudicatum ſit,aut quod illis abuſum ſit,aut quod de illis renunciatum ſit,aut quod per Principem reuocatum ſit,tanquam contrarians communi profectui.

Tranſumpta autem, hoc eſt, Copiæ Inſtrumentorum reprobantur, & confutantur hoc modo, 13 quando dicitur, quod facta ſint in abſentia partis, aut quod facta ſint per alium, quàm per Commiſſarium.

Omnes prætetea Atteſtationes,aut Copiæ factæ 14 & conſcriptæ per Notarium, Officialem, aut per alios Iuſtitiarios, quàm per Iuſtitiarios loci, vbi Proceſſus peragitur, ſunt reprobabiles.

Caput CLXXXVIII.

De Saluationibus.

SVMMAE.

1 *Saluatio quid ſit.*
2 *Saluatio quid ſpectet.*
3 *Nec Reprobatio, nec Saluatio ſunt de ſubſtantia Proceſſuum.*
4 *Reprobationes Reprobatis ſunt odioſa.*
5 *Gratioſior eſt Saluatio,quàm Reprobatio.*
6 *Nec Reprobatio,nec Saluatio permittuntur,ante Proceſſus examinationem.*
7 *Reprobationes & Saluationes ſunt proponendæ ante Conclusionem in Iure.*
8 *Reprobationes,Saluationes,&c poſt Concluſionem in Cauſa,repelluntur.*
9 *In Francia Reprobationes, & Saluationes non permittuntur ante examen Proceſſus.*

1 Poſt Reprobationes Depoſitionum, Teſtium, Atteſtationum,ac Scriptorum,recto ordine ſequuuntur earundem Depoſitionum ſaluationes, quibus productor ſuam Depoſitionem, contra Reprobationem ſaluat & iuſtificat.

2 Saluationes enim ſunt Defenſiones,aut ſolutiones contra Reprobationes ſeu contradictiones à Parte productas, & quibus ſuam Productionem, ſuos Teſtes, ſuorum Atteſtationes iuſtificat, & verificat.

3 Sed hoc de reprobationibus ac Saluationibus omnino notandum eſt, quod neutra earum ſit de ſubſtantialibus Proceſſus, ideoque nemo cogitur, producta aut reprobare,aut ſaluare,niſi velit: ſed vtraque Partium poeſt ad omnia depoſita quieſcere,ab vlterioribus actibus ſuperſedere, cedere, & in Partium Depoſitionibus, ac Probationibus acquieſcere, & ſeſe referre, atque ſubmittere ad Reprobationes & ſaluationes Iuris.

4 Et quia Reprobationes ſemper in ſeipſis ſunt reprobatis odioſæ, ob id, quod Chriſtiana Charitas non debet præſumere de Teſtibus, ac Teſtium Depoſitionibus,quam quod fuerint Viri pij, quique nihil aliud teſtari vellent, quam quod haberet Veritas. Ideoque indignè fertur à Teſtibus, & à Teſtium Productoribus, ſi vel ipſi Teſtes,vel ipſorum Teſtimonia indebitè reprobentur, ſemper enim præſumit Charitas, quod vnuſquique velit ſuum Iuramentum, ſuam Conſcientiam, & ſuam Animã vera teſtando,ſaluare,& in Depoſitionibus nihil contra Veritatẽ (qui Chriſtus eſt) velit aſtruere. Ideoque iuſtior, & gratioſior, & humanior eſt ſaluatio,quam Reprobatio.

Hæc enim plerunque Odium,illa verò Gratiam 5 ſæpius parit,non ſecus quam in bello, Iuſtior eſt belli defenſio,quam illatio.

Quocirca vt omnia æqua ſint, Iudex non per- 6 mittit,nec ordinat vllam Reprobationem, aut ſaluationem fieri ſuper depoſitis ac reprobatis, priuſquam ipſe totum Proceſſum viderit, examinauerit, & comperit totam materiam principaliter conſiſtere in Reprobationibus, aut quod Pars repro-

CAPVT CLXXXIII.

De Reprobatione in Genere.

SVMMAE.

1 *Reprobare quid ſit?*

2 *Reprobantur* { *Productiones indebitè.* / *Teſtes.* / *Schedula, vel Tituli.* }

1 REprobare in iure eſt, Exceptionem aliquam proponere, aut contra facta, aut contra perſonas, aut contra res aliquas, nempe, allegare illa non debitè, nec legitimè facta, aut eſſe perſonas non audiendas, aut res eſſe admiſſione indignas. Ideoque hæc omnia reiicienda, & ad probationem contra ſe non admittenda. Reprobantur itaque tripliciter.

Primò enim reprobantur productiones, reprobantur & Teſtes, reprobantur etiam Tituli, & Literæ, contra ſe productæ. Et hæc omnia duobus modis, ſcilicet, & per Reprobationes, aut Contradictionis Iuris, & per Reprobationes facti. De his tribus Reprobationibus, nunc paucula ex ordine dicemus. 2

CAPVT CLXXXIV.

De Reprobandis Productionibus.

SVMMAE.

1 *Reprobare Productionem quid ſit.*

2 *Reprobantur Productiones* { *non facta in præſentia Partis, vel Procuratoris.* / *non facta coram conſtituto Commiſſario.* / *in quibus Teſtes vltro ſe ingerunt, non citati.* / *in quibus Teſtes non iurant, in conſpectu Partis.* / *in quibus Teſtes non diuiſim examinantur.* }

1 REprobare Productionem, ſcilicet, Teſtium, aut titulorum, eſt, quando Aduerſarius ſe cōtra talem Productionem opponit, & dicit, eam nō eſſe legitimè factam, eoque reiiciendam. Nempe, quod in ea deſint illa quinque, aut vnum ex illis quinque, quę ad debitam, ac legitimam Productionem neceſſario requiruntur.

2 Quæ ſupra cap. 170. diximus eſſe iſta, ſcilicet, vt omnis Productio fiat in præſentia Partis, aut Procuratoris ſui vocati, & ad hoc citati. Item, vt fiat coram commiſſariis, qui ad hoc, ſpeciale mandatum habent, & poteſtatem. Item, vt ipſi Teſtes nō compareant ex ſeſe, ſed tantum citati. Item vt teſtes citati, & producti iurent in præſentia partis, aut procuratoris, de veritate dicenda. Poſtremò, vt iidem Teſtes audiantur, & examinentur ſeparatim, & nullo modo coniunctim. Si vnum ex his quinque deſit, ipſa productio ab aduerſario merito reiicitur: Allegabit enim quod ea facta ſit, aut Parte non vocata, aut per Commiſſarios, qui nec Commiſſionem, nec Poteſtatem habuerunt, aut quod Teſtes venerint vltro, & ſeipſos ad teſtandum promouerint ſuaque teſtimonia non ſint citati depoſuerint, aut quod teſtes non ſint iurati, in præſentia Partis nec ſecretè auditi, nec examinati diſiunctim, aut ſinguli ſeorſum, & id genus ſimilia quales Productiones ſupra monſtrauimus eſſe inualidas, *capitibus* 163 166, 170.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CLXXXV.

De Reprobandis teſtibus per Reprobationes Iuris.

SVMMAE.

1 *Reprobantur Teſtes*
- *Vacillantes, & variantes.*
- *Sibi contraria deponentes.*
- *Singulares.*
- *Depoſita ſua non cauſantes.*
- *De auditis tantum loquentes.*
- *Impernentia teſtantes,*

2 *Reprobatio Teſtium, ob depoſita illegitima, non habet locum in Concilijs Flandriæ, & Mechlinienſi.*

3 *In Francia reprobantur Teſtes ſuſpecti, ante Iuramentum præſtitum.*

EX Reprobatione Productionis facile euadit, quomodo reprobandi ſint ipſi Teſtis, & Teſtium Depoſitiones.

1 Reprobantur enim Teſtes ipſi, per Reprobationes Iuris, ſcilicet, quando Aduerſarius dicit, quod Teſtes in ſuis Depoſitionibus partim vacillẽt, partimq; inter ſe varient, aut ſibi cõtraria deponãt, aut quod ſint ſingulares, aut quod ſua depoſita, nulla euidenti cauſa firment, aut corroborent, ſed tantum vagè loquantur, aut quod tantum loquantur, de auditis, & non de viſis, aut certis, aut quod tantum deponant impertinentia, aut quæ propoſito non ſeruiant, aut ſimilia. Tales enim Teſtes, & talium Teſtium Teſtimonia, omnia habentur ſuſpecta, vti ſuprà diximus, Capitibus 163. 166. & 170. Sed hoc loco ſciendum eſt, quod huiuſmodi Reprobationibus Iuris, raro vtantur in Concilio Flandriæ, & item rarius in magno Mechlinienſi Concilio.

Sed partes de hoc ſeſe referunt ad Iudicis diſcretionẽ, quia nec ibi, nec alibi huiuſmodi Atteſtationes Teſtium publicantur, neq; Partibus communicantur, propter pericula, quæ inde oriri poſſint, & per conſequens Partes ignorant, & ſcire non poſſunt, quid, aut quomodo ipſi Teſtes depoſuerunt. 2

In Francia verò vtuntur Teſtium Reprobatione, coram Commiſſariis, antequam iurent, quatenus ipſi eos cognoſcãt, & ſi eos non cognoſcant, tunc ipſorum nomina, & cognomina exſcribunt, ac diem petunt & accipiunt, vt interea ſe informare poſſint, nunquid inuenire valeant, quod ad talium Teſtium Reprobationes faciendas, ipſis cõducat. Hæc enim niſi faciant à Reprobationibus, ſiue à Contradictionibus faciendis repelluntur. 3

CAPVT CLXXXVI.

De Reprobatione Teſtium per Reprobationes facti.

SVMMAE.

Teſtes reprobantur,
1 *Inimici, & partiales.*
2 *Amici, Parentes, Cognati, & Affines.*
3 *Aduerſarij mei famuli, & familiares.*
4 *Prætor, aut Receptor producentis.*
5 *Raptor, Fur, Adulter, Concubinarius.*
6 *Coniurator, Hermophroditus.*
7 *Iudæus, Infidelis, Hæreticus.*
8 *Accuſatus Criminaliter, damnatus repetundarum.*
9 *Impuber, Mutus, Surdus, Amens, Pupillus.*
10 *Perſona Eccleſiaſtica.*
11 *Precio corruptus, Subornatus, Falſarius.*
12 *Pauper leuis fidei.*

Teſtes reprobantur,

13 *Qui in ſimili cauſa Proceſſum habet*
14 *Qui aliquando contra Partem teſtatus ſit.*
15 *Qui querelam contra Partem habuit.*
16 *Qui in eadem cauſa fuit Iudex, Poſſeſſor. Procurator, Aduocatus.*
17 *Qui ex fauore, odio aut metu depoſuit.*
18 *A dignitate depoſitus eiuſdem criminis conſors, libertus.*
19 *Obſcure, vel negatiue, vel impertinenter deponentes.*
20 *Cauſam Teſtimonij ſui non explicans*
21 *Teſtes vacillantes, variantes, titubantes. & verboſi.*
22 *Recepti poſt Renunciationem Productionis, vel ante Litiſconteſt.*
23 *Adulator, Captator beneuolentiæ. Perſona vilis.*
24 *Teſtes idem, ac quaſi ex vno ore deponentes.*
25 *Qui nec perſonas, nec quicquam de re nouerint*
26 *Qui de Loco, Tempore, & perſonis diſcordant.*
27 *Quorum cauſa etiam agitur.*
28 *Non ſeorſim examinati, & inimicis cohabitantes*
29 *Teſtis laicus contra Clericum, & contra.*
30 *Homicida, infamis, vel improbæ vitæ.*
31 *Teſtis potus, vel ebrius deponens.*
32 *Furioſus, vel in cauſa propria deponens.*
33 *Qui accuſauit, & ſimul teſtari cupit.*
34 *Publica emenda damnatus.*
35 *Qui falſa depoſuit, & vtrique Parti depoſita narrat.*
36 *Qui à Productore ſemel liberatus fuit.*
37 *Qui à Producente non fuit rogatus.*

38 *Qui Teſtem Criminoſum reprobat, donec miuriando proteſtari debet.*
39 *Nemo reprobandus de Crimine, niſi ſimul deponat & locum criminis commiſſi, & damnationis.*
40 *Teſtes vltra decem reprobantur, vt ſuperuacanei.*
41 *Teſtem ſemel pro ſe productum, nemo contra ſe productum reprobare poteſt.*
42 *Teſtis reprobatus (licet reprobanti vtilis) nullius erit fidei.*

43 *Teſtes audit.*
- *Per informationem præcedentem,*
- *In Proceſſibus ſummariis,*
- *In Compromiſſis.*
- *In Recredentiis, & Acceſſoriis,*
- *Ex officio Iudicis.*

non reprobantur.

1 REprobantur etiam Teſtes per Reprobationem ſeu contradictionem facti. Nempe, cum Pars dicit, quod Teſtis ille, qui contra ſe Teſtimonium tulit, ſit ipſi Capitalis Inimicus, ipſique nocendi, & incommodandi cupidus, *l. Teſtium, in principio ff. de Teſtib. & l ſi quis, C eod. tit. & c. Repellantur, extra, de accuſat.*

2 Vel, quod ſit magnus, vel ſingularis Amicus ei, pro quo teſtimonium tulit, *d. l. Teſtium.* Vel, quod ſit Parens, qui contra Filium, vel pro Filio teſtari non poteſt, ſicut nec Filius pro vel contra Patrem etiam ſi vterque id maximè velit, *l. Parentes, Cod. de Teſtib.* In quibus autem caſibus hæc locum non habeant. videre licet apud Speculator. titulo de Teſte. Vel cũ dicit, quod Teſtis ille ſit germanus Frater, vel Affinis, aut Conſanguineus Aduerſarij ſui, vel quod ſit Aduerſarij ſui Socius, & confœderatus, & ad lucri, vel perditionis cauſam particeps.

3 Vel quod ſit aduerſarij ſui Famulus, *ca. Nullus, 2. q. 5. §. Teſtes, inſtit. de Teſta. ordinan, & l. Quoniam & l. Si Teſtis productus, C. de teſtib.* Vel quod ſit Aduerſarij ſui familiaris, aut Domeſticus, ideoque repellendus, *l 2. C de Teſtib. & l. Penultima. ff. eodem tit. & c in literis, extra eod. tit.*

Aut quod ſit Bailliuus, aut Receptor Producẽtis, aut etiam ipſius Vaſallus, niſi in Materia Feudali, qui ob id, ad ferendum Teſtimonium habetur ſuſpectus. Vel, quod ſit excommunicatus, qui tunc teſtari non poteſt, *c. Veniens, 2. extra, de teſtibus, & l Penul. C. de hæretic* Vel quod ſit perſona infamis aut leuis opinionis, *c. Ex parte. & c. Teſtimonium, ext. de teſtib & l 3. §. l. Iul. ff eod. de teſtib.* 4

Vel, quod ſit Fur, Raptor, Adulter manifeſtus, & huiuſmodi, *c. Ex parte, & c Super ext. eod. de teſtibus & l. Non poteſt, ff. de ſeruit.* Vel, quod ſit Concubinarius manifeſtus, vel inceſtuoſus, qui contra Accuſatum non auditur, *c. Conſanguineorum, 3. q. 4.* Aut quod ſit Conſpirator, aut Coniurator, *c Conſpiratores, 3. q. 4. & c. Cum oporteat, ext. de accuſat,* 5

Aut quod ſit Hermophroditus, *c. Si teſtes, verſic. Hermo-* 6

Hermophroditus.4.q.3.

7 Vel quod ſit Iudæus, ſiue Sarracenus, vel infidelis, vel Hæreticus, qui non poſſunt contra Chriſtianum deponere, *c. Iudæi. & c. Licet, extr. de Teſtibus. & l. Quoniam, C. de Hæretic.*

8 Vel quod ſit accuſatus Criminaliter, qui non admittitur ad ferendum teſtimonium contra alium in Cauſa Criminali, niſi in exceptis Criminibus, & pendente Accuſatione ſua *c. Fin. ext. de teſtib. & l. Teſtium, ff. eodem.*

9 Vel qui per legem Iuliã damnatus ſit repetundarum. Aut quod ſi talis, qui teſtari non poteſt, vt Mulier, Impubes, Mutus, Surdus, Furioſus, vel cui bonis interdictum eſt, vel qui eſt inteſtabilis, & in poteſtate Teſtatoris, vel Hæres in eo Teſtamento ſcriptus.

10 Vel quod ſit monachus, vel Canonicus regularis, vel Conuerſus, vel alius Religioſus ſub obedientia conſtitutus, qui non poteſt eſſe Teſtis, ſine licentia ſui Superioris, *c. Non Magnopere, extr. ne Cleri. vel Monachi, l. Tertia, §. In bello, ff. de re militar. & l. Deo nobis, Cod. de epiſc. & Cler. & in Authent. de Monachis, §. illud, & Si quis autem.*

11 Vel quod ſit corruptus, inſtructus, aut ſubornatus, hoc eſt, quod precium receperit, vel recepturus ſit pro Teſtimonio ſic, vel ſic dicendo, vel pro Veritate tacenda, *l. Si quis, in fi. C. de Teſtib.*

12 Vel quod repertus ac condemnatus fuerit falſitatis, Vel quod ſit Pauper, & qui non habeat quinquaginta aureos in bonis, quique apud vulgus habetur Improbus, Leuis, & Verſipellis, contra talẽ enim corruptionis ſuſpicio facile præſumitur, vt in Authentico, de Teſtib. §. *Primo. verſic Sancimus* vide Speculatorem. De Paupere verò probo, & pio, non eſt habenda talis Suſpicio. Vel quod Teſtis ea quæ loquitur, ſine intellectu, mente, ac ratione loquatur.

13 Vel quod Teſtis in ſimili Cauſa, Proceſſum habeat, ob cuius fauorem metuendum eſt, ne pro ſuę quoque Cauſæ defenſione, teſtaturus ſit, & interim ita teſtando, alteri noceat, *cap. Perſonas, extr. de Teſtib. & l. Quoniam, C. eodem.* Ideoque vulgaris eſt ſententia, quod eodem morbo laborantes, ab eodem Teſtimonio repellantur, hoc eſt, qui conſimilem Cauſam habent, in Cauſa conſimili Teſtes eſſe non debent. Teſtes enim debent eſſe à cauſa liberi, & non Cauſarum Socij vel participes.

14 Vel quod is Teſtis aliquando in alia Cauſa Criminali, contra me tulerit Teſtimonium, quare nunc non debet admitti in iſta, quia præſumitur eſſe mihi Inimicus, *c. Cum P. extra, de accuſat. le. Produci, ff. de Teſtib.* quæ clarè hoc dicit.

15 Vel quod habeat Cauſam, aut querelam contra eum, contra quem producitur, *cap. Cum in iuuentute, prope finem ext. de purgat. canoni.*

16 Vel quod fuerit in eadem cauſa Iudex, vel Aduocatus, vel Procurator, aut aliàs à Cõſiliis Baro, vel Aſſeſſor, vel Executor, vel Actor, vel Arbiter, *c. Romana de teſtib. lib. 6. l. Final. ff. eo.*

17 Vel, quod ex Amore, Odio, vel ex Commodo, vel Timore depoſuerit, *Quoties, ext. de Teſtibus cap. Cum contra, & c. ſeq. extr. de teſtib. cogend. & leg. Eos, Cod. de Teſtib.*

18 Vel quod ſit ab aliqua dignitate, propter turpitudinem remotus, *l. 2. ff. de Sen.* Vel quod ſit ſocius Criminis, ſiue in eod. Crimine irretitus, *c. Veniens ext. de teſt. & l. Sicuti, C. de quæſt.*

19 Vel quod ſit libertus, qui ne volens quidem cõtra Patronum ſuum audiri debet, *l. libertorum, Co. de teſtis.* imo teſtificando punitur. Vel quod obſcurè vel confuſè depoſuerit, quare nõ valet, niſi iterum deponat, & dictum ſuum declaret ſiue interpretetur, quod facere ipſo eſt, *c. Cum clamor. extra de Teſtib.* Quod non perhibeat Teſtimonium de auditis, aut viſis, aut de certa ſcientia, ſed tantum de credulitate, quod ita eſſe credat, ſed vide latius Spec. *tit. de teſtis.* Vel quod depoſuerit negatiuè, *c. cum. ec. §. Nos igitur. extr. de cauſ. poſſ. & propri.* Vel, quod impertinenter, & ſuper alio depoſuit, quam ſuper quo fuit interrogatus, & productus.

20 Vel (vt nonnulli dicunt) quod depoſuit extra articulata. Vel quod interrogatus non reddidit cauſam ſui dicti, *c. cum cauſam quæ ext. de teſt.* Vel quod ſint varij Teſtes, & in dictis ſuis varient, & vacillent, *d. c. cum Ecc. ext. de cauſ. poſſ. & propri.*

21 Vel, quod titubanter depoſuerit, & in dicto ſuo vacillauerit, titubans enim pro ignorante habetur *l. Fin. C. de condic. indeb. & l. non debet, 2. §. in re obſcur. ff. de regul. iur.* & præſumitur contra Teſtem ſi non cum conſtantia, ſed cum trepidatione deponat, *l. De minorè, §. Tormenta, ibi plurimum quoque, ff. de quæſt.* Et poteſt Iudex, ſi talem viderit vacillantem, pallidum, tormentis afficere, & timorẽ incutere, vt certo ac intrepide veritatem deponat, *l. Nullum, in fi. C. de teſt. quia* (vt ait Cic. in Top.) ſępe pallor vultus, rubor, & titubatio faciunt, vt minus fidei alicui habeatur. Et iuxta illud Ouidij: *O quam difficilè eſt crimen non prodere vultu.* Vide Specul. *tit. de teſt. tib. primos, parti.* 4. Vel, quod ſit nimium verboſus, contra talem enim etiam præſumitur, iuxta illud: In multiloquio non deerit peccatum.

22 Vel, quod receptus ſit, poſt ampliorem Renunciationem factam, vel poſt Publicationem, vel ſufficientem Productionem factam. Vel, quod receptus ſit ante Litiſconteſtationem, quia tunc teſtari nõ licet, *c. 1. & 2. & c. Quoniã, ext. vt lit. nõ cõt.* licet fallat in certis caſib. hic cauſa breuitatis omiſſis.

23 Vel, quod ſit Adulator, & aduerſarij mei gratiam captans, *c. Similiter, & c. Accuſator 3. quæſt. 5.* Vel, quod ſit Arenarius, vel perſona vilis, quæ

Digitized by Google

ſine Tormentis non debet admitti, *l. Ob crimen*, §.
Si ea Rei, ff. de Teſtibus.
24 Vel, quod Teſtes omnes idem dicant in om-
nibus, ob id enim omnes quoque ſubornati præ-
ſumuntur, *l. Teſtium*, §. *Ideoque, ff. de Teſt. l. Qui ſen-
tentiam, C. de pœnis, & c. Si Teſt. ver. in Teſtib. 4. q. 3.*
Vel, quod non nouerit Perſonas litigantium, nec
nomina ipſorum dicere potuit, *c. Licet ex quadam,
in fin. ext. de Teſtibus, & l. Scimus*, §. *Sin autem du-
bius, in fin. C. de iure delib.*
25 Vel, quod ſit huius rei inſcius & ignarus, vel ſal-
tem, quod contra ipſum ſit ſuſpicio violenta, quod
nihil de iſta re cognoſcat, *l. Alii, ff. de accuſat.*
26 Vel, quod Teſtes diſcordent de Loco, de Tem-
pore, & de Perſonis, *c. Licet, ext. de Teſtib.* Vel, quod
crimen Teſti obiectum contingat cauſam, de qua
agitur, *cap. Primò in fin. ext. de except.*
27 Vel, quod Teſtes non fuerint ſingulatim & ſe-
cretè examinati, Vel quod Teſtis cohabitet Inimi-
cis eius, contra quem producitur, *c. Repellantur, &
c. Cum oporteat, ext. de accuſat. & l. Finali, ext. de te-
ſtibus.* Vel, quod ſit laicus, qui non admittitur con-
tra Clericum in Criminali cauſa, *c. Veniens primo,
ext. de Teſtibus. c. Laicos, & c. ſeq. per totum. 2. q. 7.*
28 Vel, quod ſit Clericus, qui non admittitur cōtra
Laicum, *c. Nullus, 11. q. 1.* Sed intellige in Criminali
vel coram Iudice ſeculari. Vel, quod Homicida ſit,
*c. Conſtituimus, 3. q. 5. Quod mulier, c. Forus, ext. de
verbo ſignifi.* Verùm ſecundum leges, Mulier in
Cauſa Ciuili & Criminali, poteſt eſſe Teſtis, *l. Ex
eo ff. de Teſtib.* Vide Speculat. Vel quod ſit infamis
vel nō Probatæ, nec bonæ Exiſtimationis, *c. Teſti-
monium extra de Teſtib.* Vel, quod publicā Pœnitē-
tiam ſemel egerit, ob quā quodāmodo redditur in-
famis, & per cōſequens, à Teſtimonio repellendus.
29 Vide latiùs Specu. titu. de Teſte. Quod non tu-
lerit Teſtimonium ieiunus, ſed bene potus, *c. Pri-
mò, ext. de Teſtib.* Sed hoc intelligendum eſt, decoris
gratia, & non neceſſitatis cauſa, vt multi dicunt.
30 Ideoque iſtud capitulum vix vſpiam obſeruatur
quod tamen obſeruatur maximè eſt neceſſarium.
Nam ſi ſtupidi & amentes à teſtimonio ferendo
arceantur, cur non pariter & potius qui vinolenta,
Bacchica, beluina Amentia ſunt capti, vix ſcientes
quid deponāt, & poſtridie ſæpè ignari vbi fuerint
nedum quid egerint.
Vel, quod aliquid de ſuo addendo, mendacio
31 Teſtimonium decolorarit, *c. Pura, 3. q. 9.* Vide ta-
men Spec. *tit. de Teſte*, qui hunc modum moderatur.
Vel, quod natura ſit furioſus, vel (vt dixi) quod potu
ſit egregiè captus, & inſipidus, Talis enim pro ab-
ſente, & ignorante habetur, *l. Prima*, §. *Sed furioſus
ff. de acquir. poſ.*
Vel, quod ſit Teſtis in Re vel Cauſa ſua, *l. Om-
32 nibus, C. de Teſt. c. Si Teſtis*, §. *Item omnibus. 4. q. 3.
& l. Nullus ff. de Teſtib.* Vel, quod ſit ſimul & Teſtis
& Accuſator, quod eſſe nō poteſt, *c. Forus*, §. *In om-
ni ext. de verb. ſignific.*
Vel, quod fuerit ob Crimen famoſum damnatus, 33
c. Si Teſtes, §. *Ob crimen 4. q. 3. l. Ob crimen ff. de teſt.*
Vel, quod ſit publico Iudicio, puta de Calumnia,
damnatus, *l. Quæſitum, l. Scio, & l. Repetundarum,
ff. de Teſtib.* Vel, quod olim fuerit Crimioſus, & 34
adhuc præſumatur, *l. Quiſquis, C. ad l. Iul. mai. & c.
3. in fi. ex. de pig.*
Vel, quod falſo, aut variè Teſtimonium dixerit, 35
vel vtrique Parti dictum ſuum prodiderit, *d. cap. Si
Teſtes*, §. *Qui falsò vel variè, 4. q. 3. l. Nullum, C. de
teſtibus, l. Qui falsò, ff. eod. l. eos, ff. ad l. Cor. de falſ.*
Vel, quod ab eo aliquando liberatus fuerit, pro 36
quo producitur, vel quod Parens ipſius fuerit, vel
quod Teſtis in publicis vinculis, ſeu cuſtodia deti-
neatur, vel quod ſe ad pugnandum cum beſtiis den-
tata locauit, vel quod pecuniam ob Teſtimonium
dicendum acceperit, *c. Si Teſtes*, §. *l. Iul. de vi. & §.
in Teſtimonium, 4. q. 3.*
Vel, quod non fuerit rogatus à Producente, vt 37
in Authentic, *de Teſtib.* §. *Et licet, & c. Quanquam
14. q. 2* talis tamen eſt caſus, in quo rogari debuit.
Quiſquis autem in Reprobationibus ſuis propo-
nere volet Crimen, ob quod Teſtem reprobare cō-
tendet, is debet illud Crimen ſpecificare, & interim
proteſtari, quod id non iniurādi cauſa dicat, ſed ſuæ
Cauſæ patrocinandi gratia deponat, & veluti ſuo
propoſito plurimum ſeruiens.
Secundum Stylum autem Parlamenti, nemo po- 38
teſt reprobare aliquem de Crimine, aut de Infamia
niſi ſimul deponat locum, vbi Teſtis conuictus.
& condemnatus fuerit, aut certè, niſi reprobatus 39
ibidem, Crimen ſuum confeſſus fuerit.
Et ſecundum eundem Stylum, omnes Teſtes, qui 40
vltra decem ſunt auditi & examinati, ſuper vno
Articulo reprobantur. Nam Conſiliarii de Parla-
mēto Ius dicunt ſuper primis decem Teſtibus, vt
ſunt ex ordine deſcripti, non habentes reſpectum
ad alios ſequentes, etiam ſi iſti melius ac veriſimi-
lius probarent, quàm decem præcedentes.
Productor autem non poteſt reprobare Teſtem, 41
quem ipſe ex ſua Parte prius produxit, quique po-
ſtea etiam à Parte producitur.
Teſtis enim ab vtraque Parte productus, om- 42
ni Exceptione maior eſt habendus, & nullo modo
reprobabilis. Contingit aliquando, vt Pars Teſtem
aliquem reprobet, qui tamen pro ipſo improbante
& ad commodum ipſius depoſuerit, & ea depoſi-
tio licet reprobanti commodo nullius eſt fidei,
propterea quod is Teſtis ſimul cum ſuo teſtimonio
reprobatus fuerit, niſi fortaſſis ipſum condition a-
liter reprobaſſet, ſcilicet, inquantum, aut quatenus
aliquid depoſuit in ſuum præiudicium, & non vl-
trà. Contra Teſtes, qui audiuntur per Informatio-
nem præcedentem, aut in proceſſibus ſummarijs,

aut

Digitized by Google

aut in Compromiſſis. aut in Recredentiis, aut in aliis Acceſſorijs, non valent Reprobationes vllæ quãadmodum etiam non ſeruiunt Reprobationes contra Teſtem aut Teſtes, quos Iudex audit, aut
41 audire facit ex ſuo officio. Atque ita hactenus de Teſtibus, & de Teſtium Depoſitionibus, quos, & quas ob cauſas reprobare licet reliqua, & his ſimilia etiam in ſuperioribus *Capitibus*, ſcilicet, 170. 172. & 178. 179. vtcunque explicauimus.

CAPVT CLXXXVII.

De Reprobatione titulorum aut Scripturarum.

SVMMAE.

1 *Scripturæ Probationem Efficiunt, vt Teſtes.*

2 *Ad ſcripturæ Reprobationem, diligenter eſt examinanda ipſius copia.*

Reprobantur literæ
- 3 *Propter falſitatem contentam.*
- 4 *Propter vitia raſuræ, aut lituræ.*
- 5 *Propter vetuſtatem, quia vix legi queant.*
- 6 *Propter datum, aut cauſam non expreſſam, aut quod pugnantia contineant.*

Falſitas eſt, aut ex
- *Raſura*
  - 7 *In Subſtantialib. ſ.* *Indictionis, Vel Anni Domini,* *ſic totum Inſtrumentum habetur falſum.*
  - 8 *In non Subſtantialib.*
    - *Elucidatis per locum non raſum, ſic raſura non obeſt, ſed fides manet.*
    - *Non elucidatis per locum non raſum, tamen*
      - *In loco ſuſpecto, tunc totum Inſtrumentum habetur ſuſpectum,*
      - *In loco non ſuſpecto & tunc Inſtrumentum non habetur vitiatum.*
- 9 *Vitio Articuli*
  - *Principalis, ſic vitiantur omnia copulata.*
  - *vel*
  - *Non principalis, ſic non vitiantur reliqui articuli copulati.*
- 10 *Teſtis deponens falſum*
  - *Circa ſubſtantiam cauſæ, omnia depoſita ſua falſificat.*
  - *Non circa Subſtantiam cauſæ, ſed tantum circa Circonſtantias, non falſificat reliqua.*
- 11 *Cancellatione facta*
  - *In cauſa ſeculari, valet Cancellatio.*
  - *In cauſis pietatis, non valet Cancellatio.*

12 *Priuilegiorum Literæ reprobantur, quod*
- *Contineant Ius commune.*
- *Priuilegiator concedendi poteſtatem non habuerit.*
- *Impetratio contigerit lite pendente.*
- *Impetratio fuerit ſureptitia.*

13 *Priuilegiorum literæ reprobantur, quod*
- *Tempus conceſſionis fuerit exeiuctum.*
- *Conditiones in iis Contentæ non ſint purgata.*
- *Contrarium ſit iudicatum.*
- *Eo priuilegio abuſum ſit.*
- *Ei priuilegio renunciatum ſit.*
- *Id priuilegium per Principem reuocatum ſit.*

14 *Tranſumpta reprobantur,*
- *Si facta ſint in abſentia partis,*
- *aut,*
- *Si facta ſint ab alio, quam per Commiſſarium.*

15 *Reprobantur omnes* *Atteſtationes, aut Literarũ copiæ* *conſcriptæ per non* *Notarium, Graphiarium, Iuſtitiarium* *loci proceſſuum.*

1 SIcuti reprobantur Teſtes, & Teſtium Depoſitiones, ita etiam reprobantur & Tituli, Inſtrumenta ſcripta, & Obligationes, Apochæ, ac Chirographa, quod hæc in Iudiciis Probationem quoque magnam efficiant, non ſecus, quam ipſi teſtes, quorum officium, & locum obtinere videtur. Quocirca qui ſe contra Titulos, aut, ſcripta opponere, eaq; reprobare volet, is primo curare debet, vt eorum fidelem habeat copiam.

2 Deinde hanc diligentiſſime, ſæpiuſque leget, & releget, omneſque ipſius Partes accuratiſſimè obſeruabit, nunquid vitij, nunquid falſi, nunquid ſuſpecti, aut reprehenſibile contineat, quod aliquo modo reprobare poſſet. Vna enim parte reprobata facile reprobatur & totum. Reprobantur itaque Scripta multis variiſque modis.

3 Primò, quod falſa ſint, quæ falſitas colligitur ex ſignatura ipſa falſa, & efficta, aut ex ſigillo falſo, fictitio, vel imitatiuo, & adulterino. Vel, quod res aliter contigerit, aliterque tranſacta, atquè tractata fuerit, quam Scripta loquantur.

4 Item, quod ipſæ Scripturæ, ſeu Literæ ſint vitiatæ per raſuram, aut lituram, præcipuè in ſuſpecto loco veluti in Nominibus, in Datis, in Summis, in loco, aut in Puncto, vbi ipſa controuerſiæ materia maximè eſſet ſpectanda.

5 Item, quod Scriptura ſit nimia vetuſtate penè extincta, & talis, quæ vix legi queat. Aut quod ſigillum ſit incognitum, ſine Probatione, & non Authenticum.

6 Item, quod in illis Scriptis non contineatur debita Datæ Expreſſio, nec Cauſa rerum, vel quod tale Scriptum ſibiipſi contrarietur. Hæc omnia facilè etiam colligi poſſunt, *ex cap.* 147. Sed ad hos quatuor falſitatis modos opus eſt ampliori conſideratione, & certiori diſtinctione. Pro quibus notandæ ſunt aliquot quæſtiones. Primo enim quæritur, an quæuis falſitas in Inſtrumento, totum Inſtrumentum vitiet, ac falſum reddat. Pro cuius reſponſione præmittenda eſt diſtinctio. Hæc falſitatis ſuſpicio naſcitur, aut ex raſura, aut ex alio quopiam vitio, aut ex cancellatione. Si propter raſuram appareat falſitas, tunc ea raſura eſt circa ſubſtantialia Inſtrumenti, aut in aliis Inſtrumenti Partibus.

7 Si itaque raſura comperiatur facta, circa ipſum Subſtantiale Inſtrumenti, puta circa Indictionem, vel circa Annos Domini, vel ſimile, tunc totum Inſtrumentum redditur falſum, vt tenet Bald. *in le. Si ex falſis, C. de Tranſ.* (vbi vide D. Ia. Mayn. & D. Alexandrum. & Sal. & Fran. Aret. & Felinum *in c. Fraternitatis, de Hæretic* & D. Alex. de Imol. in Cõſil. 43. 4. *parte in* 2. *colum.*

8 Si autem raſura commiſſa ſit in non ſubſtantialibus Inſtrumenti, ſed in alia parte, aut in aliis locis Inſtrumenti, tunc quoque gemina diſtinctione opus eſt. Ea enim in aliis locis facta talis eſt, vt locus non raſus locum raſum elucidet, & explicet, & tunc fides loco raſo, totique Inſtrumento datur, ſic vt totum Inſtrumentum integrum, & non vitiatum habeatur. Aut locus non raſus, locum raſum non explicat, nec elucidat. Sed & hic occurrit gemina diſtinctio. Ea enim raſura, aut eſt in loco ſuſpecto, aut in loco non ſuſpecto. Si ſit in loco ſuſpecto, nempe, in quo Punctus ipſe quæſtionis verſatur, tunc Inſtrumentum totum viatum habetur Ita tenet Bald *in leg. ſi. Co de edict Diui. Adrian. coll.* vide tu plene per Fel. *in c. ex liter. extra de fid. inſtrum.* & plene *in c Inter dilectos, in* 2. *colum. ver. in textu, ibi. Sed contra de fid. inſtrum* Si autem ea raſura commiſſa ſit in loco non ſuſpecto, licet locus non raſus non explicet, nec fidem præbeat, eſt tamen talis, vt Inſtrumento non deroget, nec fidẽ eripiat, ſed potius fidem omnem, & Iuſtificationem relinquat.

9 Porrò, ſi in Inſtrumento reperiatur aliud vitium, per quod indicaretur falſitatis ſuſpicio, tunc à ſimili, ſi illud vitium eſſet tantum in vno Capitulo, eoque principali, vitiarentur ſimul omnia connexa. Verum ſi ea plura connexa Capitula eſſent ſeparata, tunc propter vnum Capitulum vitiatum, non haberentur vitiata Capitula reliqua, ſicut tenet Innoc. *in c. Fraternitatis, de Hæret.* Et idem tenet Bald. *in d. l. Si ex falſis, C. de tranſact.*

10 Idem quoque vſuuenit in Depoſitionibus Teſtium. Nam ſi teſtes falſum dicant, circa ſubſtantiam negotij principalis, vel circa id, quod eſt qualificatiuum totius probationis, totum ipſorum dictum vitiatum & falſum cenſetur: veluti ſi Teſtis interrogaretur, an affinis eſſet, iſque reſponderet quod non, cum tamen in rei veritate eſſet affinis, totum ſuum dictum vitiaretur: falsò enim negando, in quo tota fidei probatio, vel reprobatio conſiſtit, etiam tota ipſius Depoſitio habetur falſa. Minor enim ipſi fides adhiberetur, ſi eſſet affinis, quã ſi non eſſet. Atque ita determinat Innoc. *in d. cap. Fraternitatis, quod ſequitur Bald. in d. l. Si ex falſis.* Secus autem iudicandum eſſet, ſi teſtis falſum deponeret, circa aliquas circunſtantias, quæ negotium principale non ſuſpectum redderent, quia tunc ob illud falſum, non vitiaretur totum ipſius dictum, vt notat Innoc. *in d. cap. Fraternitatis*, Veluti ſi quis diceret, Contrahentem eſſe propinquũ alia affinitate, quàm in rei veritate eſſet, &c.

11 Sed hic notandum eſt de vitio Cancellationis, quod quando reperitur in aliquo Inſtrumento verbum aliquod cancellatum, tunc præſumitur illud ſponte, & conſulte cancellatum fuiſſe per illum, qui cancellandi poteſtatem habuit. Ideoq; id quod cancellatum eſſet, haberetur pro vitio, & non ligaret. Veluti, ſi Teſtator in inſtrumento legaret centum Titio, & in Inſtrumento eſſet vnum verbum

bum

Digitized by Google

bum, quod diceret ducenta, idque cancellatum eſſet certè illa ducenta ob Cancellationem non deberentur. Sed hoc fallit in teſtamentis relictis ob pias cauſas, quia illud præſumitur inconſultè cancellatum, & per conſequens, ligaret illud cancellatum, niſi poſtea probaretur contrarium: ita notat Bartolus in *l. Proxime, in fin. ff. de his quæ in teſtam. delen.*

12 Literæ autem Priuilegiorum peculiarem habent reprobandi modum. Reprobantur enim iſtæ multis variiſque modis. Primò dicendo, quòd contentum literarum ſit Ius commune, & per conſequens, quod non ſit Priuilegium. Item, quod is qui tale priuilegium conceſſit, non fuerit talis, qui tunc temporis, tale Priuilegium concedendi poteſtatem habuiſſet, aut quod impetratum & acquiſitum ſit proceſſu pendente, aut quod impetratum ſit per Surreptionem & Obreptionem, aut quod tempus in impetratione conceſſum & limitatum, iam expiratum & extinctum ſit, aut quod inibi Conditiones inſertæ ſint, quæ nondum ſint purgatæ, aut quod contrarium iudicatum ſit, aut quod illis abuſum ſit, aut quod de illis renunciatum ſit, aut quod per Principem reuocatum ſit, tanquam contrarians communi profectui.

Tranſumpta autem, hoc eſt, Copiæ Inſtrumentorum reprobantur, & confutantur hoc modo, quando dicitur, quod facta ſint in abſentia partis, aut quod facta ſint per alium, quàm per Commiſſarium. 13

Omnes præterea Atteſtationes, aut Copiæ factæ & conſcriptæ per Notarium, Officialem, aut per alios Iuſtitiarios, quàm per Iuſtitiarios loci, vbi Proceſſus peragitur, ſunt reprobabiles. 14

Capvt CLXXXVIII.

De Saluationibus.

SVMMAE.

1 *Saluatio quid ſit.*
2 *Saluatio quid ſpectet.*
3 *Nec Reprobatio, nec Saluatio ſunt de ſubſtantia Proceſſuum.*
4 *Reprobationes Reprobatis ſunt odioſa.*
5 *Gratioſior eſt Saluatio, quàm Reprobatio.*
6 *Nec Reprobatio, nec Saluatio permittuntur, ante Proceſſus examinationem.*
7 *Reprobationes & Saluationes ſunt proponendæ ante Concluſionem in iure.*
8 *Reprobationes, Saluationes, &c poſt Concluſionem in Cauſa, repelluntur.*
9 *In Francia Reprobationes, & Saluationes non permittuntur ante examen Proceſſus.*

1 Poſt Reprobationes Depoſitionum, Teſtium, Atteſtationum, ac Scriptorum, recto ordine ſequuntur earundem Depoſitionum ſaluationes, quibus productor ſuam Depoſitionem, contra Reprobationem ſaluat & iuſtificat.

2 Saluationes enim ſunt Defenſiones, aut ſolutiones contra Reprobationes ſeu contradictiones à Parte productas, & quibus ſuam Productionem, ſuos Teſtes, ſuorum Atteſtationes iuſtificat, & verificat.

3 Sed hoc de reprobationibus ac Saluationibus omnino notandum eſt, quod neutra earum ſit de ſubſtantialibus Proceſſus, ideoque nemo cogitur, producta aut reprobare, aut ſaluare, niſi velit: ſed vtraque Partium poeſt ad omnia depoſita quieſcere, ab vlterioribus actibus ſuperſedere, cedere, & in Partium Depoſitionibus, ac Probationibus acquieſcere, & ſeſe referre, atque ſubmittere ad Reprobationes & ſaluationes Iuris.

4 Et quia Reprobationes ſemper in ſeipſis ſunt reprobatis odioſæ, ob id, quod Chriſtiana Charitas non debet præſumere de Teſtibus, ac Teſtium Depoſitionibus, quam quod fuerint Viri pij, quique nihil aliud teſtari vellent, quam quod haberet Veritas. Ideoque indignè fertur à Teſtibus, & à Teſtium Productoribus, ſi vel ipſi Teſtes, vel ipſorum Teſtimonia indebitè reprobentur, ſemper enim præſumit Charitas, quod vnuſquique velit ſuum Iuramentum, ſuam Conſcientiam, & ſuam Animã vera teſtando, ſaluare, & in Depoſitionibus nihil contra Veritatẽ (qui Chriſtus eſt) velit aſtruere. Ideoque iuſtior, & gratioſior, & humanior eſt ſaluatio, quam Reprobatio.

Hæc enim plerunque Odium, illa verò Gratiam ſæpius parit, non ſecus quam in bello, Iuſtior eſt belli defenſio, quam illatio. 5

Quocirca vt omnia æqua ſint, Iudex non permittit, nec ordinat vllam Reprobationem, aut ſaluationem fieri ſuper depoſitis ac reprobatis, priuſquam ipſe totum Proceſſum viderit, examinauerit, & compererit totam materiam principaliter conſiſtere in Reprobationibus, aut quod Pars reproba- 6

Digitized by Google

probatrix aliqua facta, aut aliquod factum inſeruerit quod neceſſario requiritur, vt per reprobatorem probetur atque idem poſtea a Parte deponente ſaluetur.

7 In Prouinciali Concilio Flandriæ, cœptum eſt ab aliquot annis practicari, quod Probatio vel ſaluatio, ſuper contradictionibus, & ſolutionibus, Reprobationibus, & Saluationibus fieri debeant, antequam concludatur in Iure, potiſſimum, ſi Articulus Reprobationis pertinens eſſe comperiatur.

8 Nam poſtquam Proceſſus concluſus eſt in Iure aut (vt vulgo) in Cauſa, tunc nemo admittitur ad verificationem ſuarum Reprobationum, aut Saluationum, aut ad vllas Probationes faciendas, vti dictum eſt ſupra, cap. 181.

Sic quoque in Fancia, omnibus Iudicibus prohibitum & interdictum eſt Informationem facere, aut faciendam curare, ſuper Reprobationibus, niſi Proceſſus totus viſus, & diligenter examinatus fuerit, & niſi compererit, quod factum, aut facta in Reprobationibus poſita pertinenter concludant, ſic vt ea Reprobatio duntaxat facta ſit contra Teſtes, ſine quibus Proceſſus nequaquam decidi poſſet. 9

CAPVT CLXXXIX.

De Interruptione Proceſſus.

S V M M AE.

1 *Proceſſus interrumpitur, per* { *Defectum præſentationis* & *Obitum alterius Partis.*

2 *Interruptio Proceſſuum non purgatur, niſi per* { *Principem* aut *Conſenſum Partis*

3 *Interruptor condemnatur cum Expenſis, & Pars abſoluitur.*

4 *In Concilio Mechlinienſi, non fit Interruptio, niſi poſt annum & diem.*

5 *Quando Proceſſus ſiſtitur ob Submiſſionem, vel Compoſitionem Partium, nulla cadit Interruptio.*

6 *In Prætoriis, & Curiis Feudalibus cadit Interruptio,* { *Per non Præſentationem* & *Per mortem Partis.*

7 *Princeps de Interruptione infra XXX annos releuat.*

Quando altera Pars moritur {

8 *Ante concluſionem in cauſa, fit Interruptio, & altera Pars accipit (Comparuit.)*

9 *Poſt Concluſionem in cauſa, nulla cadit Interruptio, nec accipitur (Comparuit.)*

10 *In materia Manutenentiæ, altera Pars in Poſſeſſionem ponitur, ſine acceptatione (Comparuit.)* }

1 FIt vt ſuum Proceſſus non ſemper debitum, & regulatum obtineat ordinem, ſed vt ipſius ordo debitus, per quædam incidentia remoretur, turbetur, & interrumpatur.

2 Duobus (*a*) itaque modis Proceſſus interruptus efficitur, ſcilicet, per Defectum Præſentationis, (*b*) & per defectum Proſecutionis, qui fieri ſolet, per obitum vnius Partium. (*c*)

3 Sic in Prouinciali Concilio Flandriæ, Proceſſus cenſetur interruptus, quando Actor omittit ſiue negligit, cauſam præſentare ſuper Rotula, quocunque in ſtatu cauſa fuerit. Et non poteſt tunc Actor illam ſuam Interruptionem purgare, niſi per Principis Releuamentum, aut per conſenſum Partis.

Sed interim hoc de iſta Interruptione notandũ eſt, quod ea non magis præiudicat, quam quòd interruptor hic ob negligentiam ſuam, ſolummodò condemnetur de inſtantia (*e*) cum expenſis (*f*) niſi ea interruptio fiat, in materia Appellationis, Nouitatis, aut Manutenentiæ, in quibus etiam à principali ſuccumberet. 4

In magno Mechlinienſi Concilio, nullus Proceſſus cadit interruptus, niſi is per annum, (*g*) & diem, abſque vlla præſentatione, iacuiſſet. 5

Quando verò Partes ſtant, & in procedendo non pergunt, ſed ſunt aut in ſe ſubmittendo, (*h*) aut quod ſint iuſſi, ac citati comparere coram Cõmiſſariis ad amicè cum aduerſariis componendum, ſeu

ſeu tranſigendum, atque ob id Cauſa vel proceſſus principalis maneat ſtans, ceſſans, & quieſcens, tūc tali ſubmiſſione aut ordinatione durante, nulla cadit Interruptio.

6 Sed in Conſiſtoriis (vulgo *Verſchrijfs*) atque etiam in Feudalium Curiis, quando Actor ſeſe non præſentat, tunc in quocunque ſtatu Res, ac Cauſa ſit, Proceſſus cadit interruptus, quemadmodum etiam interrūpitur, quādo altera Partium per mortē,
7 ab hoc ſeculo diſcedit. Sed Princeps facile & ex ſua authoritate releuat (i) ab omnibus interruptionibus Proceſſum, quantumuis diu præteritæ fuiſſent, dummodò triginta annorum præſcriptione, Actio ſopita, & extincta non fuerit.

8 Sic quoque: quando vna ſiue altera Partiū, ante Concluſionem in Cauſa moritur, Cauſa ſiue Proceſſus cadit interruptus, & aduerſa Pars capit notam verbi (Comparuit) hoc eſt, qua teſtatur ſe comparuiſſe, nec ſua culpa Proceſſum interruptum eſſe ſed per mortem partis. Atque iſtud in materia Ciuili. Quia in materia criminali nequaquam accipitur tale (Comparuit) qui per mortem delinquentis, Cauſa ſopit: (k) & extincta eſt.

Quando autem altera Partium moritur, (l) poſt
concluſionem in Cauſa, tunc Cauſa non cadit in- 9
terrupta, ſed manet in ſtatu, donec ſuper ea Sententia feratur. Ideoque non eſt tunc neceſſe, accipere notam (Comparuit.)

In materia autē Manutenentiæ ſuper Beneficio, 10
quando altera Partium moritur, tunc altera ſuperueniens ponitur in poſſeſſionem, dummodo de ſuo Titulo, & ſua inſtitutione Canonica conſtet. Et nō tenetur accipere (Comparuit) Sed contrà fit in materiis Complaintarum, in Cauſis prophanis, quia in ijs accipitur (Comparuit.) (*m*)

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CLXXXIX.

a. *Duobus.*) Ita quoque interruptionem diuidit ſcitè declarando è praxi, iuxta *artic. 114. inſtruct. curiar. Holland* Merul. prax. ſuæ *lib. 4. diſtinct. 4 ſect. 4. tit. 36. cap. 1. cum ſeqq.* Eſtque apud nos eadem de re, *artic. 556 cum ſeq ordinat. Brab.*

b. *Per defectum præſentationis.*) Et hanc interruptionem ſimplicem, vel per diſcontinuationem nominant, vt per Merul. *vbi ſupra.* Sic quoque in curijs ſecularibus Franciæ, ſi cauſam non proſequatur quis per annum, interruptam eſſe, ita quòd ſententia lata poſt interruptionem ſit nulla, *per l. ſcire, 13. § conſequens autem eſt ff. de excuſat. tutor. l. ſi iudex. 32. ff. de iud.* cum ſimil. tradit appoſitè Rebuff *ad concord. reg. Franc. tit. de frivol. appellat. §. ſtatuimus. poſt princ. verſ. ſed cum hodie.* idemque voluit, *in l. litis nomen, 16 verſ litem amittere. ff. de verb. ſignif.* Cui conſentaneum eſt quod ſcribit idē Rebuff *ad conſtit. reg. in proœm gloſ. 5. num. 44.* poſt Guid. *dec. 135. verſus fin.* derogatū eſſe totius regni conſuetudine, *l. falſo, C. de diuerſ. reſcr.* & ſeruari iuris canonici diſpoſitionem *in cap. ſi autem. & cap. plerumque, de reſcr.* vt reſcripta iuſtitiæ anno pereant, vulgò (inquit) dicimus ſurannè. ſi ſuper illis executio aliqua facta non fuerit, ſed quia memini, in ſuperioribus annotationibus (quæ nūc manus meas exierunt) præſertim in *cap. 51. ad verb iuſtitiæ proviſiones*, plenius hoc me explicare, hic ſuperſedeo.

c. *Per obitum vnius.*) Non perire inſtantiam per mortem, ſed durare vſque ad triennium, continuarique in hæredem inſtantiam cum defuncto cœptam, *per l. ſi fideiuſſor. 31 l. ſi is qui 34 & l hæres abſ. ns 19.* vbi Caſtal. *in princ. de iudic.* Marant. *de ord. iud. part. 5. num. 12.* poſt Socin. *conſ 31. n. 8. lib 1.* (idemque *reg. 181.*) Felin. *in cap quia. 11. num. 2. cum ſeq de iud* alioſque Mynſing. declarando *conſ 3. obſer. 45.* latè Zaſ. *in l. in ſumma verſ. quid aut. de re iud.* Fichar. in annot. ad Villal. *com opin lit. I. num. 61.* Vnde apud nos interruptionem per obitum alterius litigantium, de qua hic, non propriè dici interruptionē, ſed per catachrēſin vel abuſionem, voluit ſcitè Merul. *d. tit. 36. cap. 1. in init.* id quod euidentius demonſtrabimus *cap. ſeq. 190. num. 1. in fin. ad verb. cadant ab inſtantia.*

d. *Per conſenſum partis.*) Inſtantiæ tempus triennii, intra quod ciuiles cauſę, de iure ciuili, ſunt terminandæ, non poſſe per partes prorogari Sichard. latè poſt *gl. ff. in verb. triennij* & alios *in l properandum, 13. num. 10. & ſeqq. C. de iud.* Alex. nec iureiurando prorogari aſſerens, *conſ. 137 ſub num 2. lib. 2.* Socin. *d. conſ. 41. ſub num. 1. lib 2.* Roman. *conſ. 174. ſub num. 6.* cum apoſtill Tiraq. *de retract. proxim §. 1 gl. ff. 10. num. 33.* latè Hartman. nec iureiurando prorogari quoque aſtruens, miſcellan. *obſer. 6. poſt princ. verſ unde de conſenſu, cap 1.* Marant. *d. part. 5. num 23.* vbi not. valere prorogationem etiam iuramento adhibito, nec pœna adiecta; Mynſinger. ex com. copioſè (aduerſus Felin *in cap. conſult. nu. 13. de iud*) *cent. 3 obſeruat. 54. num. 2. cum ſeqq. & obſ. 48. ſub init. cum obſ ſeq.* Gail. è ſtylo declarando, *lib. 1 obſer 141. num. 5. cum ſeqq.* Verùm noſtris moribus, vt hic dicitur, ſolo partis conſenſu prorogantur cauſæ, purgatur & reſtauratur interruptio: adeoque de iuſtitia cauſæ ſuæ non magnopere confidentes, ſolent ſæpe, aduerſarii procuratore conniuente, ſemel atque iterum in anno tantùm cauſam præſentare,

 & (vt

&(vt loquuntur) cõtinuare, quo poſſint interim facilius cogere aduerſarium ad redimendam vexam, proinde, vt in regno Franciæ, dicebat Rebuff. *in d. præm gloſſ. 5. ſub numer.* 51. protrahuntur cauſæ ſæpiùs vſque ad triginta annos, & quandoque vſque ad mortem, & ad viduam & hæredes, litesque fiunt immortales, vt ille latiùs. Sed enim inueterato, communique omnium penè gentium malo, ita euenire, vt lites, ſi non penitus immortales ſint ſaltem in longiora tempora producãtur, conqueritur poſt alios, & Fab. *C. lib. 3 tit. 1. definit. 36. ſub init* Ideoque doctis vbique iudicibus opus eſt, qui cauſas accelerent prudenter.

c. *Solummodo condemnetur de inſtantia.*) Quemadmodum triennij curſu perempta prima inſtantia pereunt ſolum acta, neque tamen perimitur ius partis, vt docet Marant. *d. part. 5. numer. 47. de ord iud.* ibidemque *tit. de appell. ſub numė.* 127. aut vt ait Gail. *d. obſer. 141. ſub numer.* 6. ſaluum adhuc remanet ius agendi de integro: ſed perempta appellationis inſtantia, totum ius appellantis corruit tota cauſa perimitur, & ſententia à qua tranſit in iudicatum, *per tex. in clament. ſi appellationem, de appell* idemque Mynſing. declarando, *d. cent. 3. obſ. 48. poſt princ.*

f. *Cum expenſis*). Idem apud Batauos Merul. *d. tit. 36. cap. 1. num. 5. vbi numer. 2. cum ſeqq.* quomodo ad hæc procedatur, & concludatur, eleganter demonſtrat. qua de re ibidem quoque *cap. 3. num. 2. cum ſeqq.* idque verbis vbique, & ſtylo, ſuo more vernaculis.

g. *Niſi is per annum,*) Sic de iure, etiam in conſiſtorio principis, currere inſtantiam, & obtinere *d. l. properandum,* voluit Afflict. *dec. 263. ſub numer.* 4. ſed contrà Bald. *conſil. 217. num, 5. lib. 3.* Marc. *dec. 420. num. 1. lib. 1.* Marant. *d. part. 5. num.* 15. Mynſ. *cent. 1, obſer. 51. num.* 8. & latius ex SC. *obſer. 48 tota cent. 2. & obſ. 44 num. 9. cent. 3.* Natt. *conſil. 383. tota* Burſat. *conſ. 2. num. 4. lib. 1.* Oſaſc. *dec. 1 ſub num.* 31. Gail. *d. obſer. 141. num. 7.* Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 1. quæſt. 8. num. 21.* VVameſ. *conſil. 294. num. 10.* & poſt Crauett. *conſil. 263. num. 7. verſ quinimo cũ homines,* alioſque Teſſaur. declarando, è ſtylo ſenatus ſui, *dec. 10. num. 16.* & nouiſſ. è ſtylo ſenatus Sabaudiæ Fab. *d. lib. 3. tit. 1. defin. 26. num* 2. vt & in ſummis Franciæ tribunalibus, in appellationum materia, idem docuit Imbert. Forenſ. *inſtit, lib. 2. c. 2. cum gloſſ verb. fatalium.*

h. *Se ſubmittendo.*) De iure tamen, propter pendentiam compromiſſi, non impediri curſum inſtantiæ principalis tradit, poſt Roman. *conſil. 174. ſub num. 6.* alioſque Marant. *d. part. 5 num. 24.* Gail. *ex com. d. obſer. 141. ſub num. 5.* Sichard. *ex com. diſtinguendo, ad d. l. properandum, num. 14.*

i. *Releuat.*) De huiuſmodi aduerſus interruptionem reſtitutione apud Batauos impetranda, agit eleganter Merul. *d. tit. 36 cap. 2. num. 1. & cap. 3. nu. 1.* Sic quoque in Francia, ſi quis cauſam per annum interruptam velit proſequi, neceſſe eſſe impetrari literas à cancellaria, vt interruptione non obſtante in cauſa procedatur vt ante interruptionem, tradit poſt Boër. *in §. 23 poſt princ. tit. de iuriſdic. om. iud. in conſu. Biturie* Rebuff. *d. tit. de friuol. appell. §. ſtatuimus ad verb. ſtatuimus, verſ. ideo neceſſe.* vbi ſine vllis literis iudicem pronunciaturum inſtantiam peremptam eſſe, partemque in expenſis condemnaturum iuxta *d. l. properandum, §. 1. cum ſimil.* & voluit Rebuff. *in d. l. litis nomen, verſ. litem emittere, ex verb. ſignif.* & latius *ad conſtitut. reg. tom. 2. tractat. de reſtitut. art. 1. gl. 1. num.* 15. addens *num.* 16 intelligendum ſi annus tantum fuerit lapſus; ſecus ſi triennium, quia tunc non ſoleat princeps literas concedere poſt peremptam inſtantiam, licet ex cauſa poſſit, per *l. & ſi ſin. in fin ff de minor. & d. l. properandum, §. vlt,* vt ille latius, ſubdens tamen minoribus, concedere, & ex cauſa maioribus, idẽque in *d. præm numer. 41. in fin* ſcribit, in regno Franciæ perimi etiam inſtantiam per triennium, computandum à die vltimi termini: & non proſequetur quis (inquit) illum proceſſum poſtea ſine literis regiis, id quod probat & Boër. declarando *dec. 247. num. 13. cum ſeqq.* idemque voluit Tiraq. ita fieri quotidie in Gallia dicens, *de retract. cõſang. §. 15. gloſſ. 2. num, 17.* & Papon. *in arreſt. Franc lib. 8. tit. 16. arreſt. 3* idemque apud Sabaudiam, perinde vt per Galliã obſeruari, teſtatur poſt alios Fab. *d. lib. 3. tit. 1. defin. 36. num. 3 cum ſeq.* addens tamẽ ex eorum genere hoc eſſe, quæ pecuniarij commodi cauſa potius, quàm ex iuris ratione videntur conſtituta, cum paſſim & ſine cauſæ cognitione, huiuſmodi diplomata impetrentur, nunquam denegentur, nam ſi iuris, inquit, rationem ſequemur, vtique litem vltra triennij metas nullo modo viuere patiemur, per *d. l. properandum in princ.* & hac de re quoque *d. def. 26 ſub num* 4. Sed & inſtantia perempta apire ſoleae regem vel ſacrum eius conſilium, vt illi inſtantiæ vitæ ſpiritum (vt loquũtur) inſufflet, Marant. poſt alios commemoratos, latè, *d. part. 5 num. 32. cum ſeqq.* Grammat. iuſta *dec. 69. nu. 1. cum ſeqq. & deciſ. 91. numer. 1, cum ſeqq. & dec. 103. num. 116 cum ſeqq. item conſ. 28. ſub num. 6. cũ ſeq. in criminal. & conſ. 165. ſub num. 3. cum ſeqq* in ciuil. Roland. plenè *conſ. 4. num. 1 cum ſeqq. libr, 3.* aſſerens iuris eſſe receptiſſ. ſine vlla inter legum vertices diſcrepantia: & ſimul cauſas ex quibus reſtauretur perempta inſtantia, cum vel ſine expenſis & quotiens declarãdo: vti & alij cõmemorati omnes, idemque reſpondit Oſaſc. copiosè *conſ. 66. nu. 10.* Sed hic Ant. Fab. ex præiudicio ſenatus ſui, *lib. 7. C. tit. 18. defin.* 13. abſolutè docet impetrantem principis reſcriptum, aduerſus inſtantiæ peremptionem, litis expenſas refundere non cogi ſacer e

enim reſcripti auctoritatem, vt peremptionis, quæ ex ſolo temporis lapſu inducebatur, nulla fuerit habenda ratio vtque acta totius inſtantiæ proſint, & conſequenter vt ratione expenſarum nihil prorſus litigatorum interſit, id quod tamen non recipiunt doct. ſi qua cauſa colorata allegetur, ex qua perpendatur aliqua partis negligentia, in proſequendo vel in proteſtando quòd tunc non cōcedatur inſtantiæ reſtauratio, niſi cum refectione expenſarum, vt per Marant. *d. part. 5. ſub numer. 32.* Grammat. *d. dec. 69. ſub num. 3.* aliosque commemoratos. Cæterum minorennis non tenetur aſſumere proceſſum inchoatum contra patrem, ſed dormiet interim, nec patietur eremodicium, *per d. l properandum*, ideoque ſine literis regiis poterit proceſſum, cum fuerit maior, proſequi ſi tamē vocaretur tutor vel curator ad reſumendum non poterit recuſare, vt vidiſſe ſæpius in iudiciis ſeruari teſtatur Rebuff *ad l. pupillus, 239. verſ. nec. tenetur. de verb. ſignif* Cauſa ſopita. Etiam lapſu biennii perempta inſtantia in criminalibus pereunt acta tā ordinaria quàm probatoria. nec auditur vlterius accuſator volens iterare accuſationem, Iaſ poſt alios *in d. l properandum, §. vlt ſub num. 4. ibidemque in vlt. § num. 2. in fin.* Sichard, C. *de iud* Marant *d. part. 5. ſub num. 49. & 57.* Capyc. iuſta. *dec.* 206. declarando, latius, Mynſing. *obſer.* 50. *poſt princ. d. cent.* 3. Clar, ex com. aſſerens procedere tam de iure canonico quàm ciuili: non tamen in Ducatu Mediolani (vt nec apud nos) in prax. criminal *q. 51. num* 8. & poſt eum aliosque Vincent. de Franc. ex com. & SC, latiſſ. *dec.* 250. tota.

k. *Moritur.*) Diximus hac de re ſuperius *cap. 9. ſub num. 13. & 14.* & inibi dictis addatur Merul. *d. tit. 36. cap 6. toto.* Dicemus quoque latius *cap. ſeqq. ſub num. 3.*

l. *Accipitur comparuit.*) De recte capiendo eiuſmodi comparuit, ne fiat interruptio, & quod ſit, agit latè Ioan. Gail, *quæſt.* 167. ibidemque Molin. *ad verb. comparuit.*

CAPVT CXC.

De Arramentis acceptandis, aut relinquendis.

SVMMAE.

1 *Actore moriente ante concluſionem,* { *Reus non tenetur ad Arramenta, ſed Hæredes non tenentur ad Arramenta intra annum.* }

2 *Reo moriente ante Concluſionem, Hæredes ipſius intra annum citandi ſunt, ad Arramenta acceptanda, aut deferenda.*

3 *Alterutra Partium moriente poſt concluſionem in iure, ceſſat Arramentorum acceptatio.*

4 *Parte moriente ante Litiſconteſtationem, moritur & Proceſſus.*

SVperioribus capitibus pauca obiter meminibus de Arramentis, nempe, quæ dicantur Arramenta, *(a)* & quomodo Hæredes ad Arramenta acceptanda, nouas procurationes conſtituere debeant, vti videre licet in capite 90. Hic vbi agitur, quid faciendum ſit, poſtquam res concluſæ ſint in Cauſa. Conuenienter etiam explicandum eſt, quid faciendum ſit in Arramentis, antequam aut poſtquā omnia in Cauſa concluſa fuerint.

1 Pro quo ſciendum eſt, quod quando Actor moritur ante concluſionem in Cauſa, Reus non cogitur citare, aut in ius vocare Viduam, aut Hæredes defuncti ad Arramenta aſſumenda, niſi velit. Sed ipſa Vidua, & Hæredes ipſi debent, & tenentur ea Arramenta aſſumere, & continuare intra annum, & diem. Id enim ni fecerint, cadunt ab Inſtantia, *(b)* & ſoluere tenentur expenſas.

2 Sed quando Reus moritur ante concluſionem in Cauſa, tunc ſua Vidua, ſuique Hæredes, aut Succeſſores citandi, atque in Ius vocandi *(c)* ſunt ab Actore intra annum *(d)* & diem, vt Arramenta Rei demortui aut aſſumant, aut deferant, vel vt iis renuncient.

Quando verò alterutra partium moritur poſt concluſionem in Cauſa, tunc non eſt neceſſe, vt illius mortui Vidua, aut Hæredes in Ius vocentur, Arramenta aſſumenda, quia tunc cauſa ad iudicandum probata eſt & parata. Nec quicquam amplius expectandum, quam vt Sententia pronuncietur. *(e)* Sed hactenus de Arramentis aut ante, aut poſt cōcluſionem in Cauſa. 3

Porrò ſi altera partium moreretur ante Litiſcōteſtationem, *(f)* tunc nulla opus eſt Arramentorum acceptione, ſed cum ipſius morte ſimul tota Cauſa cadit, extra Iudicium, ſic vt omnia eatenus actitata ſint nulla, & Proceſſus ipſe ab integro, & à principio ſit. denuo inchoandus. 4

AN.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT CXC.

a. *QVæ dicuntur arramenta.*) Vocabulum hoc arramenta cauſæ, corruptum eſſe ab ignaris ſcilicet practicis, quia debeant dicere armamenta cauſæ, id eſt munimenta, exiſtimat Rebuff. *d. gl. ff. 5. in proœm. conſtit. reg. ſub num. 97.* armamenta enim vt latius idem docet *ad l. bones, 89. verſic. armamenta vero, ff. de verb. ſignific.* dicuntur quæ ad inſtruendum rem pertinent, iuxta *l. marcellus. §. armamenta, ff. de rei vend. & noſtri*) inquit armamenta cauſæ dicunt munimenta: vnde vocabulum corruptum habent practici, cum hæres citatur ad reſumendum vel dimittendum arramenta cauſę, dicendum nempe foret armamenta: vel poſſunt dici rementa cauſæ, id eſt remanentia, videlicet vt hæres in eo ſtatu cauſam ſuſpiciat, in quo remanſerat, id eſt ad repetendum reum & cauſam *l. libell. rum, ff. de accuſat. l. ſi quis, ad turpil.* Hæc ille, latius etiam vtrobique agens.

b. *Cadunt ab inſtantia.*) Idem ferè totidem verbis vernaculis Merul. prax. Holland. *lib. 4. diſtinct. 4. ſect. 4. tit. 36. cap. 4.* E diuerſo igitur, ſi vidua & hæredes armamenta cauſæ intra annum aſſumant durat inſtantia, nec cadit interrupta: Vnde luculenter cernere eſt, quod præcedenti cap. monuimus, non niſi impropriè admodum, & per abuſionem, dici aut fieri interruptionem, per obitum.

c. *Atque in ius vocandi.*) Idem quoque Merul. *d. tit. 36. cap. 5. num. 1.* cum ſeqq. latius declarando quomodo in hoc procedatur, & concludatur ſtylo & ſermone vernaculo: *iuxta artic. 14. in fin. inſt. curiæ. Hollan.* Ita quoque altera partium ante concluſionem cauſæ, mortua, implorato iudicis officio in camera Imp. citationem ad aſſumendam cauſam eo in ſtatu in quo relicta eſt, contra heredes decerni, teſtatur Gail. *lib. 1. obſer. 109. num. 6.* ſubdens tamen *num. 7.* latius fore melius, magiſque litigantibus expediens, ſi contra procuratorem, ceu litis & inſtantiæ dominum, vſque ad concluſionem procederetur, in eumque ſententia conceptis verbis publicaretur: vti de iure fieri poſſit, per text. *in leg. nulla dubitatio, C. de procur. & in cap. 1. §. 1.* & inibi Franc. *nu. 1. de procur. in 6.* Quinimo hæredem citatum ad aſſumendum proceſſum, per defunctum inchoatum, adhuc exiſtentem intra trimeſtre tempus conficiendi inuentarii, temere aſſumere proceſſum vel repudiare, ſine præiudicio iuris ſeu beneficij inuentarii, Boër. *ex SC dec. 53. num. 7.* vbi primò ei dari dilationem menſis ad deliberandum, quo adueniente teneatur aſſumere, alioqui pro repudiante fuerit habitus, aut ſi reſumpſerit proceſſum, dari aliam dilationem ad ſecundum, & procedi iuxta retroacta. Et quando neque literæ ſtatus ab hæredibus impetrata, impediant reſumptionē armamentorum, latè Ioann. Gall. *ex SC. quæſt. 200. tota.* & addatur Benedict. *in cap. Raynutius, ad verb. teſtamentum, 1. num. 12. verſ. etiam rex.* dum tractat, quibus in caſibus non obtemperetur huiuſmodi literis ſtatus, de quibus agit etiam *ad verb. mortuo, 1. num. 169. verſ. etiam ſi ſit armiger* vt & Vinc. de Franc. *dec. 286. verſus fin. latiſſ.* Rebuff. *conſtit. reg. tom. 2. tract. de lit. reg. dilator. rtic. 1. gl. 2. 4. & ſeqq. rurſus art. 2. gloſſ. vn. tota, art. 3. gloſſ. vn. num. 1. & 2. & art. 4. toto.* Quomodo autem poſt mortem reſumatur vetus inſtãtia, cõtra reos principales, & eorum hæredes, & citentur tertij emptores & poſſeſſores, qui à reis emerunt, vt cauſæ adſint, docet è praxi eleganter Molinæ. *conſ. 40. n. 31. poſt Dec. in l. 1. ſub num. 44. C. de edend. & conſil. 187. verſ. ult. vnn. verſ. non obſtat. quod iſta 3. alioſque.*

d. *Intra annum.*) Papon. *ex SC. in arreſt. Franc. lib. 8. arreſt. 1.* Alioqui poſtea non tenetur hæres aſſumere proceſſum poſt interruptionem, vt docet & Rebuff. *ex SC ad d. l. bones. verſ.* armamenta verò *in fin. & in d. proœm gloſſ. 5. ſub num. 97.*

e. *Vt ſententia pronuncietur.*) Quamuis enim ſententia cõtra mortuum lata nulla ſit, *vt in §. vlt. l. in ſumma, 59. ff. de re iud.* & poſt alios Zaſ. ad illam *l. verſ. item coll.* ex textu, tamen vt ait Gail. *libr. 1. obſer. 109. ſub num. 4.* ſingulariter limitatur, quãdo iudici vt iudici, de morte patris conſtaret, hoc eſt, ex allegatione iudiciali: neque enim ſufficit iudicem ſcire mortem partis vt priuatum, ſed neceſſe fuerit eum hoc ſcire vt iudicem, vt illi ibidem, poſt Guid. *dec. 86. ſub num. 2.* plura è ſtylo deducendo, latius, idemque voluit Mynſinger. *cent. 1. obſ. 85. verſus fin.* (addens, ſi deinde poſt latam ſententiam, de morte eius aduerſus vel ſecundum quem lata eſt, conſtiterit, in ipſius hæredes transferri, atque ita ſuſtineri, contra *d. §. vlt.* idque ſuo tempore practicatum pluries. (vti apud nos) Licèt contrà, etiamſi ignoretur mortuus principalis: imò etſi in fauorem mortui lata ſit ſententia, poſt Dec. *in leg. eius qui in prouincia, §. quod ſi ſtipulatus, ſub numer. 2. ff. ſi cert. pet.* alioſque Vincent. *dec. 245. præſertim. numer. 2. & 3. atteſtatus ſub numer. 7.* concilium ſuum, ſententiam altero reorum mortuo latam, nullam habuiſſe: procedendumque ex iiſdem actis & proceſſu ad expeditionem cauſæ declaraſſe, ex deciſione Bart. *in leg. ſi expreſſim. ff. de appell.* vt id comprobat, & Crauett. *conſ. 207. num. 7. verſ. &* pro hoc adduco.

f. *Ante*

Digitized by Google

f. *Ante litis conteſtationem*. Interim enim non curret inſtantia triennij cauſæ ciuilis, quæ demum incipit à tempore litis conteſtatæ, iuxta d. l. properãdum, in verb. poſt litem conteſtatam, vbi Caſtrenſ. *num.* 5. *& poſt alios notat Iaſ. num.* 5. Sicha. dicens ſi centũ annis verſarentur partes in exceptionibus dilatoriis, quæ ante litem conteſtatam opponendæ ſunt, tempus illud non computaretur in illo triennio, *num.* 2. *& ſub num*, 4. *cum ſeq.* Afflict. *dec.* 346. *ſub num* 1. Bald. *conſ.* 226. *num.* 1. *lib.* 3. Alex. *conſil.* 23. *num* 2 *lib*, 3. Marant. *de ord. iud. part.* 5. *num.* 3. *& num*, 17. *verſ.* verum in hoc Oſaſc. *conſ.* 66. *n.* 16. Aſin. *copioſe ad ſtatut. Florent. de mod. proced.* § *nu.* 1. cum ſeqq. vbi (inter alia) etiam, poſt Bald. *in leg. & poſt edictum*, § *penult. in fin. ff. de iud.* in emergẽtibus quibuſcunque ante litem conteſtatam, inſtãtiam nunquam perire, adeo vt ſi per decem annos ante litem conteſtatam, partes de perſonarum legitimatione contenderint, nulla currat inſtantia: eo quod vt ait Alc. *in l. Cauſas num*, 7. *Cod. de tranſact.* ante litis conteſtationem nulla ſit inſtantia, idemq; Roman *ſingul.* (*mihi*) 276. *cui init.* nunquid inſtãtia cauſæ Oſaſc. *ex com d. conſ.* 66. *ſub num.* 16. poſt Cott. *in memor verb. inſtantia*, aliosque. In caſibus vero vbi lis non cõteſtatur, incipit inſtantia à primò actu contra dictorio facto in cauſa principali, Alex. *conſ. quinquageſimo, ſub num.* 7. *&* 10. *lib.* 2. *& poſt alios, in d. l. properandum n.* 5. *Iaſ. num.* 7. Sichard. *n.* 6 *C. de iud.* Afflict. *d. dec.* 346. *num.* 2 *Rom. conſ.* 174. *ſub nu.* 5. Marant. *declar. d. part.* 5. *n.* 4, Gail. *lib.* 1. *obſ.* 141. *num.* 1. *ad fin.* Follet. *ſuper pragma. de cenſib. ad verb.* quæ quidem executio nullo falſitatis, *nu.* 36. *exactiſſ. ex com.* Aſin. *ad ſtatut. Florent. de mod proced part.* 1. *in princ. ca.* 3. *num.* 35. *cum ſeqq. præſertim.* 38. *& cap*, 8. *nu.* 11.

CAPVT CXCI.

De concludendo in Iure vel in Cauſa.

SVMMAE.

1 *Quid ſit Proceſſum in Iure, aut Cauſa concludere.*
2 *Poſt concluſionem in Iure, Partibus nihil producere licet.*
3 *Partes renuncians, Iudex in iure concludit.*
4 *In Concilio* { *Mechliniensi, concluditur coram Commiſſario.*
5 { *Flandria, Partes in cauſa concludunt ſuper rotulo.*
6 *Poſt concluſionem,* { *Iudex Partes interrogare poteſt.*
7 { *Partes motiua Iuris Iudici tradere poſſunt.*
8 *Concluſio in Cauſa eſt de ſubſtantialibus Proceſſuum.*
9 *Proceſſus* { *Factorum requirunt concluſionem in Cauſa.*
10 { *Iuris non requirunt concluſionem, quia ſufficit ſatisfieri ordinationi diſpoſitiuè.*

1 PRoceſſus in Iure ſiue in Cauſa cõcluditur, quãdo ambæ Partes, ſcilicet, altera alterius viderunt producta, & vniuerſas mutuas Scripturas, atque Munimenta quæque cum ſuis inuentariis, in Iudicio ſiue Proceſſu ſeruita & exhibita, renunciantes aut renunciando de ampliori Productione, aut Commonſtratione facienda, & petentes aut petendo ſuper iis omnibus, Ius per Iudicem aut Iudices dici, ac ipſis reddi. Vel breuius: Proceſſus dicitur concluſus eſſe in Cauſa, (*a*) quando Allegationibus Iuris & facti vtrinque renunciatur; *Gloſ. in* §. *Quia vero, in verbo: Concluſerint, in Authent. de teſtibus collation.* 7. *Et Angel. & Innocent. in cap.* Paſtoralis, ibi renunciatum ſit, an concluſum, *extr. de cauſ. poſſeſ. & proprietat.*

Poſt hanc itaque concluſionem factam in Cauſa 2
non poteſt Pars amplius quicquam facere, (*b*) vel petere in iudiciis ordinariis, (*c*) *c. cum. dilectus, extr. de fide inſtrument. & l. Poſtquam. C. de pact.* Et ita concluſio in cauſa facit, vt nihil amplius produci poſſit, niſi in caſibus (*d*) notat. in Specul. *de renunciat. & conclu verſ. & ſcias, & de inſtrument. edit.* § *Nunc dicamus in principio.*

Huiuſmodi autem concluſio in Cauſa præcipitur 3
& ſtatuitur, & ampliorum productionum renunciatio fieri debet à partibus, (*e*) & ex eo quod Partes ita vlterioribus proponẽdis renunciant, totius Cauſæ Proceſſus in Iure concluditur,

Nihilo,

4 Nihilominus in Magno Mechlinienſi Concilio Praxis habet, vt Proceſſus concludatur in Iure, coram eo Commiſſario, qui mandatum & commiſſionem ad Proceſſum inſtruendum, habuit, vſque ad Sententiam Definitiuam excluſiuè.

5 In Flandriæ autem Prouinciali Concilio, ipſæ Partes concludunt Proceſſum in Cauſa, ſuper Rotula ſeu Regiſtro, præſente Iudice, & Curiæ Graphiario.

6 Et quamuis Partibus (vt diximus) non liceat poſt concluſionem in Iure, quicquã amplius producere, ipſi tamen Iudici omnino licitum eſt, vt poſt Concluſionem in Iure, ex ſuo officio, adhuc interroget (*f*) Partes, ſuper illis, quę ad materiæ deciſionem ſeruire, & pertinere putabit, vt in *c. Iudicantem, 30. quæſtion. 5. l. Vbicunque. ff. de interrog. actio. qua l. Concordat, cum gloſſa prima in verbo:* Iudicis officium: *in c. 2. extra, de offic. Iudic. in verſicul.* Item interrogare debet, & habetur in *c. Cum Ioannes Heremita, circa finem, extra, de fid. inſtrum. & in c. Cum clamor. ext. de Teſtibus.* Sicuti etiam latiùs videre poterit, per D. Ioannem à Graſſis, in ſuo tractatu in arborem Iudiciorum, *folio verſo, numeris* 11. 12. 13. 14. 15 16. *ſub Rubrica ſeu Titulo: De offic. iudicis,* quia veritas ſæpius examinata, magis ſplendeſcit in iudicem, *c. Graue, 36. quæſtione 9.* quia officium Iudicis eſt latiſsimũ, *l. Prima, ff. de Iuriſdictio. omnium Iudic.*

Partibus autem vtriſque poſt concluſionem in Cauſa licitum eſt, & permittitur, vt Iudici exhibeant tot, & talia Iuris Motiua, (*g*) quot, & qualia ipſis expedire videbitur, vſque ad Sententiam excluſiuè Sed nulla noua Facta (vt dictum eſt) ipſis exhibere tunc permittitur. 7

Sed quæri hic poſſet: An prorſus neceſſarium ſit, vt Proceſſus ita concludantur in Iure? Ad quod reſpondendum eſt, quòd concluſio in Cauſa planè ſit neceſſaria. Nempe, quòd ipſa ſit de eſſentialibus ſiue ſubſtantialibus Iudicij (*h*) ſeu Proceſſus, vide bonam gloſſam in Clement. Sæpe de verborum ſignificatio, id verbo, concluſione, & Panorm. *In c. Cum I. & A, extra, de ſentent. & re iudicata.* 8

Hinc eſt, quod in præfato ſupremo Mechlinienſi Concilio, nulli proceſſus, qui in factis conſiſtunt iudicentur, niſi prius Conſilio per actam conſtiterit (*i*) Proceſſum in Iure concluſum eſſe. 9

Sed, in Proceſſibus Iuris, hoc eſt, qui in Iure cõſiſtunt (*k*) ſufficit explere, ſiue ſatisfacere Ordinationi ſeu Appointamento diſpoſitiuo, ſic vt in illis concluſio in Cauſa, nullo modo ſit neceſſaria. 10

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CXCI.

a. *Concluſus eſſe in cauſa.*) Idem poſt Felin. *in c. cum dilectus, num. 17.* vbi Panorm. *num. 8. de fid. inſtrum* alioſque, Hartman, *tit. 17. obſer. 1. in princ.* voluitque Alex. *conſ. 182. num. 7. lib. 6.* Iaſ. *in rep. l. admonendi, num. 51. ff. de iureiur.* Iałè Marant. *de ord. iud part. 6. actu 35 ſub num. 1,* Aſin. appoſitè, *ad ſtatut. Florent. de mod proc. §. 23. cap 2 ſub num. 1.* Quomodo autem cõcluſio in cauſa altero è tribus modis fiat, declarat poſt Felin. *in d. cap. cum dilectus, num 27. cum. ſeqq* eleganter Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 35. num 4. cum ſeqq.* probatque remiſſiue Hartman. *obſ. 1 poſt princ.* vt & Aſin. *d. cap. 2. num 2. in fin* Quomodo etiam concluſio fiat ſecundum ſtylum curiarum ſuarum, *arg. art. 89. 145. & 210. inſtruct. Holland.* demonſtrat Merul. prax. ſuæ *lib. 4 diſtinct. 4. ſect 4. tit. 37. cap. 1. num. 1.* allegat Gail. *lib. 1. obſer. 07. num. 3.*

b. *Quidquam facere.*) Bald. *conſ. 358. num. 5. libr. 3. & conſ 255. num. 1. lib. 4.* Marant. *d. actu. 15. ſub. num. 1.* Afflict. *deciſ. 272 num. 1.* Roman. *conſ. 100. ſub num. 3. conſ 246. ſub num. 7. & conſ. 176. num. 1.* & declarando, *num. 9.* Hartman. *d. obſ. 1. ad fin.* & latiùs *obſ ſeq cum obſ. 3. in prin.* Socin. extendendo, & reſtringendo *reg. 184.* Mynſing *obſ. 17. numer. 6. centur. 3.* Sichard. declarando, in authent. iubemus *num. 5. ad fin. C. de iud.* Natt. *conſ. 251 num. 4* Gail *d. obſ. 107 num 4.* Menoch. *d. quæſt. 35. ſub nu. 9.* Aſin. exactiſſ. extendendo & reſtringendo, *d. § 23. cap. 6. toto,* Reb. itidem limitando, *tom 3. c. nſtit. reg tract. de part. production. artic, 4. gloſſ. in numer. 4. cum. ſeqq.* vbi etiam opus eſſe literis regijs (vt apud nos) ad inſtrumentum de nouo repertum, poſt concluſionem cauſæ producendum: & quomodo impetrentur. Et idem quod hic cauetur diſertè art. 89. *in fin inſtruct. curiar. Holland.*

c. *Iudiciis ordinariis.*) In ſummarijs enim cauſis non requiritur concluſio, *per tex. in clement ſæpe, §. ſententiam. de verb. ſignif. & not. ibidem.* Afflict. *d. dec. 272 ſub num 4.* & poſt Panorm. quoque *in d. cap. cum dilectus, in 3 not.* vbi Felin. *num 19.* Marant declarando *de ord. iud part. 4. diſtinct. 9. num. 23 cũ ſeq.* rurſus *d. actu. 15. ſub num. 9.* Dec. *in cap. 1. num. (mihi) 27. de iud.* Mynſing. *d obſ. 17. ſub num. 3.* primus enim actus, qui ſolet fieri poſt concluſionem, in ſummarijs habet vim concluſionis, vt ait Marãt. *d. diſt. 9 ſub num. 24* & comprobat Aſin. *d §. 23. limit. 7. num. 2. cum ſeq. cap 6. & cap. ſeq. ſub num. 2.* voluitque poſt Roman. *d. conſ. 176. num. 12. verſ. 3.* & poſito vbi Mand. *in annot.* Alex. *conſ 84. num. 12. lib. 4.* Bellon. *conſ 52. num. 6. in fin conſ 63 num. 11:*

aliosque

Digitized by Google

alioſque Menoch.*d.quæſt* 35.*num.*11.*& lib.*2.*cent.* 1.*caſu* 51.*num.* 40. *in fin.*

d. *Niſi in caſibus*) Roman.*d.conſ.*176.*ſub numer.* 12.*latius* Felin.*poſt alios in d.cap.cum dilectus,num.* 23.*cum ſeqq.* Marant.*d. actu.*15.*nu.*2 *cum ſeqq.*Hartman.*d.tit.*17.*obſ.*2.*verſ.*inſtrumenta tamen,*& obſ.* 3.*poſt princ.* Mynſ.*d.obſ.*17.*num* 7 *cum ſeqq.* Socin. *latè fallent.*1.*cum ſeqq.d reg* 184 Gail è ſtylo *d.obſ.* 107.*num.*5 *cum ſeqq.*Menoch.*d.quæſt.*35.*num.*10. *cum ſeqq.latiſſ.*Aſin,*d cap.*6.*limitat.*1. *& ſeqq.*

e. *Fieri debet à partibus.*) Sic in cauſa concluſum cenſeri,cum ambæ partes,non vna tantum,allegatis renunciant,ſcribit poſt Bald.*num.*8. Caſtrenſ. *num.*5 *in fin.in authent.iubemus,C. de iud.* quem laudat Aſin. *d.*§.23.*cap.*2.*ſub num.*1.Neque concluſionem fieri debere per iudicem, niſi parte aliqua inſtante;alioquin appellationi locum fore,tradit poſt rotam Rom.*dec.*706 (*mihi*)*in antiq.* cui initium,nota quod ſi aliquis. Vant. *de nullit. proceſſ.tit.de null. ex defect. proceſſ.num.*45.*in fin.* verũ Felin.*in d.cap.cum dilectus,num.*29.*poſt gloſſ.in clement ſæpe,in verb.concluſione,de verb.ſignif.* aſſerit. quod ſicut quando vna partium renunciauit allegationibus iudex quo ad alteram renunciare nolentem,poſt certas dilationes , poſſit pronunciare concluſum eſſe in cauſa(vt id ſequitur & Menoch, *d.quæſt.*35.(*ſub num.*6.)ita quoque,ſi neutro partiũ renunciauerit,poſſit poſt dilationes ſufficientes, declarare concluſum eſſe,inuitis partibus,id quod tamen Menoch. qui ſupra non ſimul referr,ſed tãtum hoc addit,hac viâ inuito altero ex litigantibus,in cauſa concludi;quin imo cogi eum poſſe vt in cauſa concludat,poſt Guid.*dec.*587.*tota,* & Iaſ. *in d l admonendi,* 1.*lect. num.*52. qui tamen cum Felin,ſentit,vt & Mynſing. *d.obſer.*17.*nu* 14 *cent.* 3 dum diſerte ſcribit,iudicem,inuitis partibus, vel earum altera , ſi ſufficientes datæ ſint dilationes, poſſe cauſam pro concluſa acceptare : ſubdens in Imp.camera quoque ita obſeruari,idemque voluit & Gail,*d.obſ.*107.*ſub num.*2.dum allegat & Iaſ. *d. num.*52 *in l.admonendi,vt & nouiſſ.* Merchſner ex SC.*dec.*6.*num* 1 *tom* 3.adeoque nec ſolida,nec tuta videtur illa Vantij & Rot.Rom opinatio Porro hac de re late etiam Imbert *inſtit.forenſ.lib.*1.*cap.* 48.*verſ.* ſed ſi alter eorum ceſſet, vbi inſuper , *in gloſſ.verb.l.reus libello,ad fin.*ſic eleganter ait, ſi alteruter litigantium nolit litem concludere ; iudex ei diem præſtituet intra quem id faciat , quòd ſi facere adhuc moretur,litem pro concluſa habebit, diemque ad audiendam ſententiam præfiniet.

f. *Suo officio adhuc interrogat.*) Roman.*conſ* 20. *ſub n.* 9. *& d.conſ* 177.*n.* 12 *verſ.*& 1.& poſt eundem Iaſ.*latè in repet.l.admonendi,n.*62.*ad fin cũ ſeq. ff.de iureiur.*& poſt Alex.*ad l.*4.§. *condemnatum, num.*18.*ff de damn infect & conſ.*55.*ſub num.*5,*lib.* 1.alioſque Dec.ex communiori, *in cap de quoniam deo,num,*(*mihi*)36 *cum ſeqq.*ibidemque apoſtill. 1.2 1.*lect. & in* 2.*lect.num.*26 *cum ſeq.*[illegible]*ud.*licet aliud ſentiat ibidem Rip.*nu.*21.*ad fin vi & Dec in Rub. ext de probat.num.*(*mihi*)91.vbi tamen Molin. *in annot.*poſt Felin.ibidem,teſtatur obſeruari ſecũdum hanc priorem quod vſque ad ſententiam poſſit interrogari,voluitque Maran.*d. actu.*15. *num.* 7.& latius ex communiori *d.diſtinc.*9 *ſub num.*28. *cum ſeqq.* Gail *d.obſer.*107.*num.*6. *cum ſeqq.* Aſin. *ex com.d.cap.*6.*in* 10.*limit,tota.* veruntamen Menoch.*d.lib.*2.*de arbitr.iud.caſu* 51. præſertim *num.* 18.*cum ſeqq.* plurimis non contemnendis rationibus aſtruit acerrimè, iudicem non poſſe interrogare,poſt concluſionem cauſæ,ad fundandam partis intentionem,nos per ocium,Deo dante,diſcutiemus alibi latius.

g. *Exhibeant tot & talia iuris motiua*) Roman. *d. conſ.*176 *ſub num.*9.vbi Mandoſ.*in annot.*Felin.*in d.cap.cum dilectus,num.*25 *& latius declarando nu.* 26.Iaſ.*in repet.d l.admonendi,numer* 64.*de iureiur.* Maran.*d.actu.*15.*num.*2.Sichard.*ſub n* 5 *poſt* Bald. *num.*9.*& alios. in d. authent. iubemus, C. de iud.* Hartman.*d.obſ.*1.*ad fin.*Mynſing. *d obſer.*17. *num.* 7.Menoch.*d.quæſt.*35.*num.*21.Aſin *latiſſ.declarando,d.cap.*6.*limitat.*14.*tota.*Gail *d obſe.*107.*numer.* 13.Non tamen hæc motiua,iuris allegationes, aut conſilia,parti eſſe edenda, earumue copiam dandam,voluit Roman,*ſingul.*(*mihi*)262 *cui initium, fuit interrogatus*,Dec.*in l ii numer.*20.*C. de edend.* alijque relati à Menoch *d.lib* 2 *de arbitrar iud.caſu* 175.*nu.*1.Hanc receptam magis opinionem aſſerente idemque nouiſſ.Merul.*d tit.*37.*cap.*3 *num.* 9 licèt contrà Iaſ.*in d.l.*2 *num* 6.*C. de eden* idemque Iaſ.*in l* 1.§.*edenda, numer.*6 *cum ſeqq.& ibi* Zaſ.*in* §.*editiones,ad fin verſ.* pro complemento, *ff.de edend.*verùm priorem com. veriſſ. aſſeuerat. Dec.*qui ſupra ſub d.num.*20.quando iuris iſtæ allegationes traditæ fuerint ipſi iudici ; neque in actis ſint inſertæ,aliter atque ſi in actis inſertæ fuerint,ſic intelligendo Spec. Ferrarienſ *in form petend.cop. inſtrum. in princ.* idemque diſtinguendo Marant.è ſtylo,ſubdens non peti tunc copiam , eo quod non ſint effectæ communes : cum productæ fuerint extra proceſſum , ad meram iudicis inſtructionem,*d part.*6.*actu* 10 *nu* 50,& poſt Rip.quoque *in d.l.ii num* 11.*C.de edend.*alioſque Aſin.*ca.* 6.*ſub num.*5.§.24.*ad d. ſtatutum Florent.* addens tamen ex aliorum ſententia,iudicem,ſi viſum fuerit,in modum mouendi dubia,& motiuorum ad indagandam veritatem,allegationum eiuſmodi copiã concedere poſſe;cum,et dictum eſt,poſſit interrogare & obijcere,varios in hoc iudicum mores & fori ſtylos declarando,vt & Menoch.*d.caſu* 175. *num.*13.*cum ſeqq* eorum opinionem ſequutus, qui crederent iudici hoc eſſe arbitrarium. Et quod generaliter in ciuilibus,poſt concluſionem vſque ad ſenten-

Digitized by Google

ſententiam diffinitiuam incluſiue, poſſit iudex partibus dubia circa cauſæ merita mouere eorumque reſolutionem petere, tradit poſt *gl. in § quia verò, in authent. de teſtibus*, alioſque Gail. *d. obſ.* 107 *num.* 8. cumque morem apud ſuos laudat Oldendorp. *conſ* 30 *in princ. inter conſ. Cantiunc.* ſæpe etiã Menoch *& alii conſ. ſuis.* noſtris vero moribus, vtcũque ſuperiora obſeruentur, de hoc non magnopere ſunt ſolliciti, nec curant, ii præſertim qui ſe ſatis natura edoctus perſuaſum habent, quam ſolam poſſe putant (ſecus ac poëta docuit) iuſto ſecernere iniquum, quemadmodum nec apud Francos iuris allegationes aduerſario edi ſolere, teſtatur Imbert *d. cap.* 48 *in gloſſ. verb.* breui libello. *libr. 1. inſt. for.* vbi ſuperiora iſta præclarè ſimul declarat.

h. *Subſtantialibus iudicii.*) Idem Bald. in magarit. ſua, *in verb renunciatio & concluſio verſus fin.* licèt eum aliter alleget Felin. *in d cap. cum dilectus num.* 33. & Aſin. *d. §. 33. cap. 7. ſub num.* 1. vt diſtinguendo loquatur tantùm de iure pontificio, in cauſis ordinariis, aliter ſentiens *de iure ciuili* verum perinde ſimul de iure ciuili vt pontificio procedere, docet latè Roman. *d. conſ.* 176. *num.* 11. *&* 12. quem ſequitur Hartman. *d. obſer, 1. in fin. tit.* 17. ſentitque Guid *d. dec.* 587 *ſub init* Sic quoque Oldendorp. *in diſputat de iur. & æquitat. tit.* 10. dum tractat quæ neceſſario pertineant ad iudicia, *verſ. 5. concluſio, in cauſa*, aſſerit concluſionẽ in cauſa pertinere ſemper ad formam iudicij, nec poſſe omitti: nõ ea ratione quam formularii comminiſcantur, ſed quia humanus affectus ex corrupta natura, procliuus ſit ad controuerterendum, *l item ſi vnus, §. vlt ff. de recept. arbitr.* præterea dum litigatores vel inſcitiæ, vel fraudis conſcii metuant cauſæ ſuæ; nullum faciant ſcribendi finem: quia nunquam ſibi ſatisfaciãt, ſemper addendum quid putantes: oportere igitur curare iudicem, vt tandem ineptiarum proceſſus concludatur, vt ille latius. Alii tamen volunt concluſionem cauſæ magis eſſe ex quadam conſuetudine, & ſtylo curiæ quam ſubſtantia iudicij etiam in cauſis ordinariis: ideoque valere proceſſum, etſi omittatur, Marant. *d diſtinct. 9. ſub num.* 23. *& d. actu.* 15. *num.* 9. Mynſing. *d obſ.* 17 *num.* 1. *& ſeqq.* Gail. *d. obſeru* 107 *num.* 1. *& ſeq.* Aſin. *d. cap.* 7. *verſus fin.* § 23. Merul. *d. tit.* 37. *cap.* 1. *num.* 2.

i. *Per actam conſiterit.*) Idem voluit ſuperius auctor *cap.* 149. *num.* 9. *in fin.* atque ita in camera Imp nullam ſolere itidem ſententiam publicari, ne interlocutoriam quidem, niſi in cauſa legitimè ſit concluſum, teſtatur Gail. *d. obſer.* 107 *num* 2. Mynſing. *d. obſ.* 17. *num.* 5. vti & apud nos obſeruari vbique notum eſt.

k. *In iure conſiſtunt.*) Quomodo in cauſa huiuſmodi ſtatus iuridicialis concludatur apud Batauos demonſtratur *art.* 85. *& d. art.* 89 *d. inſtruct.* quos latè declarat Merul *d. tit.* 37. *cap* 2. *toto*, vbi itidem *ſeq. cap. 3. toto, ex artic.* 148. *d inſtruct.* quomodo cõcludatur in cauſa in factis conſiſtente, ſiue ſtatus coniecturalis.

CAPVT CXCII.

De Receſſu capiendo, ad Proceſſum viſitandum.

SVMMAE.

1 *Poſt concluſionem in Cauſa, accipitur tempus ad terminandum.*

2 *In concilio* { *Mechlin.* *&* *Flandriæ,* } *Proceſſus examinantur, tempore commodo.*

3 *In Francia, Proceſſus ſuper* { *Incidentibus terminantur, quàm citiſſimè fieri poteſt.* / *Principali, intra* { *Tres menſes.* / *Semiannum.* } }

4 *Ad terminandum, aſſumuntur aliquando plures Examinatores.*

5 *Proceſſus ciuiles intra triennium terminandi ſunt.*

6 *Iudices* { *Inferiores non terminantes intra triennium, puniuntur decem libris.* / *Maiores non terminantes intra triennium, puniuntur triginta libris.* }

7 *Proceſſus terminatur* { *Quondam, intra ſex hebdomadas.* / *Nunc, tempora commodiſſimo.* }

8 *Iudex inferior non terminans,* { *Primò, admonetur à Curia.* / *Secundò, mandatur à Curia ſub pœna certa.* / *Tertiò, damnatur in pœnam Conſtitutam.* }

Poſtquam

1 POſtquam itaque Proceſſus in Iure, ſiue in cauſa concluſus fuerit, tunc ex Magiſtratibus, aut ex Conſiliariis decernuntur aliqui, qui ex Concilio ad certum tempus conſtitutum ſecedant, vt tali Proceſſui perlegendo atque examinando, tanto liberiùs vacare poſſint, & expeditius perquirere, vtriùs Partis probata ſint ęquiora, & vt Iudex certius ſecundum propoſita, & allegata iudicare poſſet. Ad hanc examinationem faciendam, alij Iudices capiunt tempus ſtatutum, & præfixum Alijverò tempus non præfixum, ſed tempus quando ipſis id fieri maximè videbitur oportunum.

2 Nam in ſupremo Mechlinienſi Concilio, & etiam in Prouinciali Concilio Flandriæ viſitatur, diſcutitur, & examinatur Proceſſus, tempore ipſis maximè commodo & oportuno.

3 In Francia autem (ne Proceſſus diu hæreant) conſtitutum eſt, vt omnes Proceſſus viſitentur, & examinentur, ſcilicet, ſuper incidentibus, quam citiſſimè id fieri potuerit, & ſuper principali, intra tres menſes & paulò diutius, ſecundum exigentiam Cauſarum, certè vt id fiat ad minimũ intra ſemiannum.

4 In Camera legali Flandriæ, in Curiis Feudaliũ, & in Conſiſtoriis ſeu (vulgo) Vierſchariis pares Curiæ, aut Scabini, quando res ſunt arduæ, & graues, ita vt ſibi in ſententia pronunciãda non ſatis fidant, aſſumunt ad ſe plures deputandos, & ſecum conſulturos, vt ex maiori examinantium numero, & ex pluribus conſiliariis, & doctis, certior & verior Cauſarum cognitio eluceſcat, quæ prius paucioribus non ſatis innotuit. Sed iſthæc Aſſumptio, ſæpe redũdat ad graue onus Partium, & ad Proceſſuum retardationẽ maximã.

De Iure autem Ciuili, omnes Cauſæ ſine Pro-
5 ceſſus Ciuiles, debent à tempore Litiſconteſtatæ, intra triennium terminari: alioqui perit eorum inſtantia. Sed hic excipiendæ ſunt Cauſæ fiſcales, & Cauſæ publicarum functionum, vulgata *le. Properandum. in principio, C. de Iudic.*

Et ſi iudices ad hanc terminationem intra dictũ 6
triennium tardiores, & negligentes reperiantur, hi grauiter puniendi erunt, ſed diuerſimodè, nempe, pedanæi, ac inferiores Iudices, puniendi ſunt tribus libris auri: Maiores vero Iudices, decem libris auri, *d. leg. Properandum*, §. Sin autem vtraque parte, *C. de Iud.*

Sed quia triennium multis videbatur æquò lõ-
gius ideo anno 1526. ad requiſitionem multorũ, 7
per inſtructionem Cameræ conſtitutum, & in Cõcilio mandatum eſt, vt Sententia detur, ac Ius reddatur, intra ſex hebdomadas, ſed quia id intra tantillum temporis fieri non poterat, propter immodicam, & pene infinitam aliarum Cauſarum confluentiam, quibus terminandis, tantillo tempore non ſat commode ſatisfieri potuit, idcircò poſtea ea inſtitutio iterum reuocata fuit, & ordinatum, vt Cauſæ omnes terminarentur, non præfixo certo tempore, ſed quam citiſſimè id fieri poſſet, ad omnium tùm partium, tùm conſiliariorum, ac totius Curiæ commoditatem maximam.

Quando inferiores Magiſtratus æquò diutius 8
differunt à Iudicando, Curia ſcribit ad illos, & mandat ipſis, vt Ius dicant, & Sententiam pronuncient, intra ſex hebdomadas, aut certe, intra aliud ab ipſis præfixum tempus. Quod ſi huic primo mandato non obediant, tunc ipſis ſecundo idem, ſub ſtrictiſsima pœna mandant. Cui ſi ne ſecundo quidem obtemperent, nec Ius dicant, tunc Princeps euocat totam Cauſam ad ſuum pręfatum Concilium, & illi rebelles, & non obtemperantes citantur, vt videant & audiant contra ſe pronunciari pœnam, in quam condemnandi erunt ſuapte culpa, & ob inobedientiam mandati ſuperioris.

CAPVT CXCIII.

De Euocatione Proceſſuum.

SVMMAE.

1 *Euocare Proceſſum quid ſit.*

Euocationis cauſæ ſunt,
2 *Iudex ſuſpectus.*
3 *Iudex in Iure dicendo negligens.*
4 *Cauſa Priuilegiata.*
5 *Cauſa, ex qua alius Proceſſus dependet.*
6 *Cauſa extraneorum Mercatorum.*
7 *Cauſa Iuriſdictionum quorumuis exterorum.*

8 *Dux Philippus Cauſas ex Parlamento Pariſienſi euocauit Mechliniam.*

Digitized by Google

9 *Comes Flandriæ euocat,* { *Ex Concilio Flandriæ, per patentes Literas, & Oſtiarium,*
&
10 *Ex Concilio Mechlin per ſuas clauſas Literas.*

11 *Euocare Proceſſus ſolius eſt Principis.*

12 *De reuocatione Principis, conqueſti ſunt quatuor membra Flandriæ.*

1 EVocare Cauſam, aut Proceſſum, eſt ipſum à Iudice (coram quo peragitur) euocare ad principem, aut ad Principis Concilium. Vel, Euocationes ſunt Literæ patentes, quibus Princeps ob cauſas graues, & vrgentes, Litem ſeu Cauſam, coram alijs Tribunalibus intentatam, ad ſe, aut ad ſuum Concilium euocat, veluti eam Cauſam talem, tamque grauem exiſtimans, vt eam coram eo Iudice peragendam eſſe nolit, ſed quod ipſius notitiam, ad ſe peculiariter, aut ad ſuum concilium præcipue ſpectare putet. Ideoque totum Proceſſum, & eius Cauſæ cognitionē inde euocat, & ad ſe recipit aut ad ſuum Concilium tranſmittit. Huiuſmodi itaque Euocationis cauſæ, ob quas Princeps ſibi ipſi earundem notitiam attribuit, ſunt variæ.

2 Primo enim, proceſſum ad ſe euocat, ob id, quod ipſe Iudex, coram quo Iudicium ſeu Proceſſus pēdet, ſibi Principi ſit ſuſpectus, aut quod ſeſe per certas Cauſas ſuſpectum reddiderit.

3 Secundo, quod ipſe Iudex, in iuſtitia adminiſtranda, & in Iure dicendo, nimium tardus, negligens, & defectuoſus fuerit, quantumuis tamen ſæpius ad ius dicendum, & ad Iuſtitiam adminiſtrandam, à ſuperiori Concilio per Literas præmonitus fuiſſet.

4 Tertiò, Quod Cauſæ illæ priuilegiatæ ſint & tales, de quibus ille iudex ordinarius cognoſcere non debeat, aut tales, aut tanti ſint momenti, vt eas Princeps ſuæ ſolius Notitiæ reſeruet, & ad nullius alterius Notitiam, aut Iudicium peruenire nolit.

5 Quartò, Quod Cauſæ ſint tales, vt ex earum Notitia dependeat alius Proceſſus, coram alio Iudice productus, ſic vt hic proceſſus grauior, ſine certa cognitione alterius, non ſatis dignè ac debitè peragi poſſet, quodque ſic alter ab altero totus dependeat. Atque ob id, Princeps vnum Proceſſum euocat, ad tribunal alterius.

Sic quoque per inſtructionem Cameræ, Comes Flandriæ ſpecialiter ſibi reſeruat Euocationem, qua euocet coram ſua perſona, & coram ſuo priuato, aut magno Concilio omnes Cauſas extraneorum Mercatorum. 6

Aut etiam Cauſas omnium aliorum exterorum, quæ ſpectant peculariter ad ipſorum Ditionem, Dominatum, aut Principatum, qualeſcunque aut cuiuſcunque Dignitatis, autem Status ex Ditiones fuerint. 7

Huiuſmodi autem reſeruationem olim ſibi arrogauit, & aſſumpſit Carolus Dux Burgundiæ, quando magnum Concilium Meclinìæ inſtituit, Anno 1473. 8

Quando Comes Flandriæ euocare cupit aliquas Lites, Cauſas, ſeu Proceſſus ex Flandriæ Concilio ad ſe, aut ad ſuum priuatum Concilium, tunc id efficit per patentes Literas mandatorias, & per Explota, ſiue Executiones Oſtiariorum. 9

Sed quando Cauſas pendentes, coram magno Concilio Mechlinenſi euocare cupit, tunc eas Euocationes, nec per literas patentes, nec per Explota, ſiue per Executiones Oſtiariorum facit: Sed ſcribit Literas clauſas ad Curiam, quibus mandat, vt ipſi totus is mittatur Proceſſus. 10

Euocare itaque Proceſſum nullius eſt, quam ſolius Principis, qui per huiuſmodi ſuam Euocationem curat, ne prima Inſtantia capiatur, nevé impediatur. 11

Qua de re quatuor membra Flandriæ olim grauiter conqueſti ſunt. 12

CAPVT CXCIV.

De Referendariis Proceſſuum.

SVMMAE.

1 *Referendarij qui ſint.*

2 *Referendarius in Concil. Mecklin. conſtituitur à Præſide.*

3 *Referendarij officium.*

4 *Referendarius refert nudam Proceſſus ſubſtantiam.*

5 *Referendarij non debent innoteſcere Partibus.*

6 *Referendarius qui innotuit Parti, remouetur, & ignotus aſſumitur.*

7 *Referendi conſuetudo olim non fuit in vſu Concilio Flandriæ.*

Proceſſuum

1 PRoceſſuum Referendarij ſunt, quibus Proceſſus, poſt concluſionem in Cauſa, ad examinandum ſunt commiſſi, quique poſt examinationẽ factam fideliter ad Senatum referre debent vniuerſam Proceſſuum ſubſtantiam, & Articulos in quibus Proceſſus, tanquã in cardinibus, verſentur.

2 Vtuntur itaque in magno Concilio Mechlinienſi vt Proceſſus referantur per vnum, atque eum Conſiliarium, quem Præſes ad hoc conſtituit & committit. Hic vt fidelius, & certius Proceſſuum veritatem, & ſubſtantiam ad concilium referat, primo vniuerſum Proceſſum viſitat, diſcutit, & examinat, & inuentaria connotat, mox videt, an inuentaria illa vtrimque ſint expleta, aut (vt ita dicã) plene furnita.

3 Deinde ex ſcripturis, colligit certos quoſdam factorum extractorum extractus, quæ à Partibus fuere producta, & probata, vel non probata, & quomodo poſtea ex Verificationibus, aut Probationibus illorum factorum in decenti ordine colligit difficultates omnes, quæ ſunt in proceſſu, aut quas in Proceſſu inuenit.

4 Quibus peractis, tandem omnia in Proceſſu reperta, cognita & enotata in Curiam refert, Caſus omnes, productiones omnes & Merita Proceſſuũ ſummariè recitat. Imo ſimul & puncta recitat & narrat, in quibus Proceſſus ipſe, iuxta ſuam opinionem conſiſtat, ad hunc finem, vt vnuſquiſque Conſiliariorum melius, & diligentius ad ea puncta animum intendat, intellectum acuat, & felicius cuncta capiat & cognoſcat.

5 Ad hanc quoque formam præſcriptam, Praxis habet in Parlamento, vt Referendarij iſti ſecretè celentur, & occultentur. Nolunt enim prodi, quis ſit Relator ſiue Referendarius, adeo vt ſi contingat, quod Pars perceperit, quis fuerit conſtitutus Referendarius, aut qui onus Proceſſum examinandi & referendi habuerit, ilico ea referendi cõmiſſio à Curia committatur alteri incerto, qui eum Proceſſum examinet, & referat.

6 Atque hæc fiunt, ad euitandam omnem ſuſpicionem mali. Hæc quoque ita fieri, & facta fuiſſe nonnunquam audiui, in magno Mechlin. Concilio.

7 In Flandriæ vero Concilio, quondam rarò vtebantur iſthac relatione Proceſſuum. Rarò enim referebant Proceſſus, aut extracta inde confecta, quantumuis tamen illud (vt ſuperiori capite diximus) per inſtructionem anni 1426. iniunctum & ordinatum fuerat, vt Conſiliarij per ordinem, & per vices aſſumerent, quilibet vnum Proceſſum, & illum viſitarent, & referrent, pro Partium ſecuritate, & citiori expeditione proceſſus.

CAPVT CXCV.

De Scripturis amiſsis.

SVMMAE.

1 *Si Proceſſuum fragmenta perierint, Referendarius omnia ad Graphiarium remittit.*

Si informationes periſſent
2 *Culpa Graphiarij, hic ad omne damnum tenetur.*
3 *Dolo partis, tenetur ad nouam Informationem, & pœnam arbitrariam.*
4 *Culpa Productoris, hic cauſam perdit, & à nouam inquiſitione arcebitur.*

5 *In Concilio Flandriæ, & Mechlin. Informationes perditæ recuperantur, ex minutis Graphiarij.*

6 *In Francia, Teſtes ſua depoſita apud Graphiarium ſubſcriptione muniunt.*

1 SI Referendarius, aut Proceſſus Relator reperiat, quod Cauſæ non ſint debitè completæ, ac furnitæ, ſed potius, quod nonnulla Scripturarum fragmenta ſint amiſſa ac deperdita, ilicò ſaccum, & Cauſam omnem denuò remittit in Graphiariam, vt ſcilicet, Graphiarius ſuppleat, reſarciat, & addat omnia omiſſa, & decẽter ea, quæ vel per negligentiam, aut per obliuionem non ſunt ſubminiſtrata, reſtituat.

2 Porrò ſi ipſæ Informationes, ſeu (vulgò) Enqueſtæ amiſſæ eſſent, idque accidiſſet, & proueniſſet per Graphiariorum negligentiã, tunc ipſi Graphiario de illa amiſſione reſpondendum eſſet, qui ſuapte culpa omnia damna & intereſſe, quæ Pars ob id pateretur, ſuſtinere, & reſarcire deberet, & præter hoc, ob negligentiam tam craſſam & indignã, grauiter, & arbitrariè puniendus eſſet.

3 Si autem eædem Informationes amiſſæ eſſent per occultum dolum, ac malitiam Partis aduerſæ, idque vel euidenter vel præſumptiuè conſtaret, tũc ob eam fraudulentiam, reſoluere debebit Expẽſas nouæ Informationis, ſiue Enqueſtæ faciendæ, & præter iſtud grauiter punienda eſt de malitia.

4 Si autem amiſſæ eſſent per negligentiam, aut culpam Producentis, tunc is Productor aliam Infortionem ſiue Enqueſtam (ob ſuſpicionem ſubornationis)

tionis) facere non poterit. Tunc enim præſumeretur, quod ipſe eam Enquæſtam ſciens, volenſque amiſiſſet, vt hoc modo Teſtes alios ſubornatos produceret. Ideoque tunc Pars aduerſa obtinebit ſuam concluſionem, & Cauſa ipſi adiudicabitur.

5 In Prouinciali Concilio Flandriæ, & etiam in Magno Concilio Mechlinienſi (vt nouæ Informationes vitentur) iubent, vt Informationes ſiue Enquæſtæ deperditæ denuo exſcribantur, ac in mundum redigantur, ex Diario, ac Minutis, quas Commiſſarius ſeruauit, cuſtodiuit, donec ſuper Proceſſu, Sententia eſſet prolatæ.

His perdendarum Informationum periculis, vt commodè mederentur, in Francia vtuntur, vt Commiſſarius iubeat vnumquemque Teſtium ſuā Depoſitionem ſubſignare in ſuis Minutis, ad finem vt ſua Minuta, tam ſint Authentica, quam ſint ex iis excepta, & groſſata, deinde vt ob defectum vel amiſſionem Groſſæ, Iudex ſemper ſuum recurſum & refugium habere poſſit ad Minutam, tanquam ad originalem Prototypum. 6

CAPVT CXCVI.

De aſſumendis Conſiliariis.

SVMMAE.

1 *Concilia augentur, ob { Suſpicionem Conſiliariorum, & Cauſarum grauitatem. } ex { Authorit. Principis / Authorit. Concilij. / Requiſitione Partium.*

2 *In locum ſuſpectorum, aut impotentium, ſufficiendi ſunt alij.*

3 *Exemplum aucti Concilij Flandrenſis.*

4 *Ob Cauſas Regionum, Concilia augenda.*

5 *Exemplum aucti Concilij in Cauſa Telonij Iſerkenhoirt.*

6 *Princeps auget Concilium, ad requiſitionem eiuſdem Concilij.*

7 *Exemplum aucti Concilij in Cauſa D. de Naſſau, & D. de Bergis.*

8 *Exemplum aucti Concilij in Cauſa Tutorum D. de Cruninghe, &c.*

9 *Concilium, ad Requiſitionem alterius Partis, { Augmentationem admittit, ſi ſibi non ſatis fidat. / Augmentationem ſui recuſat, ſi ſe cognoſcat ſufficiens.*

10 *Exemplum recuſatæ Augmentationis ad Conſilium.*

1 INcidunt nonnunquam Cauſæ tam graues, vt priuatis Concilis ad Cauſas æquius decidendas, etiam adiungantur plures Conſiliarii aliundè petiti, idque fere fit bifariam, nempe, vel ob quoſdā Conſiliarios ſuſpectos, & amouendos, vel ob ipſam Cauſarum grauitatem. Atque hæc trifariam, ſcilicet, ex Authoritate Principis id mandantis, aut ex Authoritate ipſius Concilij, aut ex Requiſitione Partis.

2 Pro his ſciendum eſt, quod quando aliquis Cōſiliariorum, aut plures Conſiliarij habentur ſuſpecti, aut ſi ob aliquas cauſas, viſitationi & examinationi Proceſſus omnino intereſſe nequeant, tunc princeps conſueuit id Concilium augmentare, numeroſius ac fortius reddere, atque alios plures Conſiliarios in locum ſuſpectorum, & comparere non valentium ſubſtituere, qui proceſſui viſitando & examinando, veluti fideles Cooperarii, interſint, & proceſſum talem iuſtè terminandum coadiuuent.

3 Hoc enim quondam factum fuit (vt exempla referam) in Flandria, in Cauſa ſeu Proceſſu Ioannis vanden Gracht, contra Annum Craye. In hac enim Cauſa, Procurator generalis adiunxit ſe alterutri partium, & quia in eo concilio ſuſpectos habuerat D. Præſidem, & plures alios Conſiliarios Concilii Flandriæ, ideo curauit apud principem, vt dicti, à dictæ cauſæ cognitione, arcerentur, & in ipſorum locum ſubſtituerentur duo alij conſiliarij, Magni concilij Mechlinienſis, qui hanc ob cauſam Gandauum, Expenſis principis mittebantur, ſcilicet, vt id concilium auctiùs, numeroſius, ac concilio fortius redderet.

Ad hunc modum, quando materiæ ſunt magni ponderis, & concernunt totas Ditiones, ac Regiones quales ſunt Brabantia, Flandria, Hollādia Zelandia, & ſimiles, tunc, & in eo caſu princeps, ex ſua authoritate, quoque tale concilium augere, & fortificare ſolet, etiāſi nullus cōſiliariorum in cauſa ſuſpectus haberetur. 4 Atque id exemplo penè recenti commōſtrari poteſt in cauſa ac proceſſū Teloneī ſoluendi, aut nō ſoluendi, in Iſerkenhoirt, in Zelandia, quod Teloneū ad principē ſpectabat. Et quia huius Tulonei cauſa admodum erat ardua, 5

& maximè

& maximi momenti, veluti concernens multas regiones, quarum ſubditi ibidem prætern auigare debebant, ideo ad hoc Conſilium Princeps deſtinauit plures Conſiliarios aſſumptos ex Brabantia, Flandria, Hollandia, & etiam ex Artheſia atque hoc ſuis ipſius expenſis.

6 Sic etiam, quando materiæ ſunt graues, ac magni ponderis, & inter potentes Partes, ita vt Concilium ipſum peteret ſui augmentationem & fortificationem, tunc Princeps Concilium augere, & fortificare ſolet, non ſuis, ſed ambarum Partium ſumptibus, quæ tunc ad hos ſoluendos ſimul contribuere debent.

7 Et ita fuit factum in magno Mechlinienſi Concilio, in Cauſa D. Comitis à Nauſſau, contra D. de Bergis. Quin & plura huiuſmodi poſtea exempla ibidem contigerunt in aliis Cauſis, Litibus, & Proceſſibus.

8 Imo idem contigit, anno Domini 1564. in Cauſa Tutorum Domini de Cruninghe actorum, per Requæſtam ſeu Libellum Supplicem ex vna, & Curatoris Domus Mortuariæ quondam Marchionis Ciuitatis Verenſis Rei ex altera Partibus, propter Cauſam aditæ Hæreditatis, & Inſertionis in eam Hæreditatem, quæ prætendebatur facta fuiſſe per quondam Dominum de Cruninghe, & ſuam Vxorem, in d. Domum Mortuariam D. Marchionis Verenſis, In ea enim Cauſa fuerunt per dictos Tutores, ſcilicet Marchionem Bergenſem, & Comitem Hornenſem ſuſpectati & reprobati, præſes Mechlinienſis D. de VVaterdijck, D. de Maſnui, & D. Euerardi, qui ad ordinationem Duciſſæ à Parma Gubernatricis harum Regionum, fuerunt vocati ad priuatum Concilium, & in ipſorum locum ſuffecti, & miſſi fuerunt ad dictum magnum Concilium Mechlinienſe D. Bruxella, D. Indeuelda, & D. Cobelius.

Sed ſi contingeret, vt Princeps vellet augere & fortificare Concilium aliquod ad Requiſitionem alterius Partis, id cum Expenſis eiuſdē Partis fiet, & caſu, quo ſibi, ſuisque viribus non ſatis fiderēt, neque tali Cauſæ ſe ſufficere putarent. Quod non temerè addidi. Quia ſi id Concilium ſeſe ſatis forte, & ſufficiens cognoſceret ad Proceſſum talem viſitandum, & iudicandum, tunc Concilium illud huiuſmodi augmentationi & fortificationi obedire non tenetur, ſed eos remittere poteſt metu ſubornationis, aut fauoris, quem illi Conſiliarij extranei miſſi, aut mittendi, ferre poſſint Parti, quę ipſis ſolueret, aut Cauſæ ab ipſis reſolutæ ac deciſæ. 9

Et ita quoque factum nuper fuit, in magno Mechlinienſi Conſilio, in Cauſis Nationum Italiæ, contra Nationes Caſtellæ & Biſcayæ, vbi ſoli Itali deſiderabant & requirebant Concilium augmentari & forticari cum ſuis ipſorum tantum Expenſis quæ quidem petita augmentatio Parti, ob dictam Cauſam recuſata fuerat. 10

Capvt CXCVIII.

De Viſitando proceſſum.

S V M M AE.

1 *Proceſſus diligenter examinandus, an {in Iure, an in Facto} conſiſtat.*

2 *Si Proceſſus materia conſiſtat. {in Iure, conſulendi ſunt libri.*

3 *in Facto, conſiderandi ſunt Teſtes.}*

4 *Quando Teſtes ſunt numero, & fide pares, fauendum eſt magis reo.*

IN cap. 194. De referendariis, paucula de referēdariorum officiis perſtrinximus, inter quæ, & hoc connumerabamus, quod ipſorum ſit proceſsū diligenter examinare, &c.

1 Hic aliquanto latius aperiendum eſt, quomodo Proceſſus ipſe examinandus fuerit. Pro quo ſciendum eſt, quod Examinatoris, ac Iudicis ſit, vt in Proceſſus viſitatione, diligenter conſideret, & obſeruet, in quo tota materia Proceſſus conſiſtat, an in iure, an in facto.

Nam ſi reperiat Cauſam in Iure conſiſtere, eamque eſſe perdifficilem ad terminandum, tunc Examinator, vel Iudex ex toto Proceſſu excerpet, & colliget omnes eas difficultates, & ad libros eas conſultandas referet. 2

Si vero inueniat eam materiam in facto, hoc eſt, in Probationibus conſiſtere, & ſi tūc comperiat, quod Teſtes ſunt inter ſe contrarij conabitur, & 3

ſtudebit Iudex eos Teſtes, aut ipſorum Depoſitiones concordare, ſi quidem poterit ſaltem peruestigabit omnem viam & modum, quo, quam proxime licebit veritatis notitiam perueniat, & ad hoc, quod magis verum, minusque ſuſpectum videbitur, apprehendet, non tam ad numerum Teſtium, quam ad probatos Teſtes conſiderando, & quibus plus fidei, ex Ratione, Ætate, vel dignitate debeatur. Plus fidei attribuitur Seni quam Iuueni, Parato quàm non Parato, Marito quàm Vxori, &c.

4 Verum ſi omnes Teſtes eiuſdem ſint qualitatis eiuſdemque conditionis, & paris fidei, ita, vt neuter altero magis ſuſpectus videretur, eo demum caſu maior Teſtium numerus obſeruandus, & ſequēdus eſſet. Aut ſi omnia conſiſterent in pari numero ita vt per hunc dubium orıretur, cuius Cauſa fortius eſſet ſtabilita, tunc Reo fauendum eſſet, ita vt ob ancipitem apparentiam, Reus tunc abſoluēdus ſit. Sunt tamen Cauſæ, in quibus aliquando Actori magis ex iure fauetur, nempe, ex conſideratione Perſonarum, aut qualitatis rerum, veluti, in materiis Teſtamentorum, Donationum, Contractuum nuptialium, &c. Verum an id ex bono, & æquo fiat (quum Iuſtitiam conueniat eſſe cæcam, & nullo modo acceptricem Perſonarum) iudicent alij.

CAPVT CXCVIII.

De Opinione ſua in Examine Proceſſus dicenda.

SVMMAE.

1 *In Conciliis œcumenicis, requiritur Modeſtia.*
2 *In terminandis Proceſſibus, requiritur opinantium Modeſtia.*
3 *Nemo opinetur, niſi interrogatus.*
4 *Poſt Proceſſum à Referendario redditum, quid Præſidi faciendum.*
5 *Referendarius primò interrogatur, deinde reliqui.*
6 *In Cauſis arduis, Præſes definitionem ſuſpendit, & ad conſultandum omnes hortatur.*
7 *Opiniones diſcordes à Præſide ſunt concordandæ.*
8 *In Cauſis intricatis, committuntur aliquando, qui Partes concordent.*
9 *In Francia, minor opinantium numerus ſequitur maiorem.*
10 *Opiniones extra Iudicium datæ ſunt nullæ.*

1 IN œcumenicis Conciliis, ſicuti Patrum imprimis requiritur Modeſtia, imò ſicut hæc ipſa, ibidem in ſcripturarum diſcuſſionbus, & ad veritatis notitiam perquirendam, ſeruanda præcipitur tum Partibus, tum Statibus præſentibus, vel ſaltē, ſicuti hoc ab ipſis requiritur, vt ab omni Acerbitate, Clamore, Proteruitate, ac linguæ Petulantia, & Pertinacia ſint alieniſſimi: quia vbi Calor & Pertinacia dominantur, Veritas ipſa periclitatur: Deinde, vt ad Veritatem ſtatuendam, & ad Conſtitutiones ſtatuendas ſint Placidi, Modeſti, & Benigni, alios placidè audiant, cognoſcant, & intelligant, & non minus alieno ſenſui, quam ſuo omnia tribuāt, omniaque cum modeſtia ad veritatis normam exigant, conferant, & definiant: Ita hæc quoque Modeſtia, idemque faciendum requiritur in Concilijs priuatis, particularibus, ſecularibus, & in priuatarum Cauſarum explicationibus.

2 Quod vt fieret tandem firmius, & cum maiori authoritate, per inſtructionem Cameræ, an. 1426. Dux Philippus ordinauit & mandauit, vt Præſes, & Conſiliarij in examinando Proceſſum, imo vt in deliberando, opinando, & in terminando ſint non Clamoſi, Pertinaces, aut Proterui, ſed Modeſti, Faciles, Benigni, & ſi clarior veritas ex alijs eluceſcat, ad cedendū Propenſi. Sic vt inter argumentandum & diſputādum, ſeſe mutuò intelligāt, & patienter inuicē audiant, aliorū dicta nō interrumpant, nulli obſtrepant, non cito iraſcantur.

Neque inter opinandum quiſquam loquatur, niſi à D. Præſide interrogatus, & ſuam Sententiam expromere iuſſus. Atque in ea Sententia ſua pronuncianda, dicat ſuam opinionem, & quod ſentit breuiter, paucis, modeſte, & cum decenti modo, & ordine, ne denuo in ſemel dicta argumenta recidatur, & eadem ſæpius ſæpiuſque repetantur, quæ ab alijs pertinenter, & clarè ſemel reſoluta fuerunt. 3

Iſtud enim vt euitetur, & vt omnia cum conſilio, & ratione gerantur, in Magno Mechlinienſi Concilio vſitatum eſt, quod poſtquam totus Proceſſus à Referendario viſus, & diligenter examinatus fuerit, & inuentariū vtriuſque partis, ab ipſo verificatum fuerit, quod Præſes paucis Proceſſum 4

vniuer-

vniuerſum reſumat, relegat, difficultates eius omnes colligat, eas meditetur, eaſque elucidet, & clariores reſtituat. His autem factis, Præſes omniũ primo à Referendario ſententiam ipſius & opinionem requirit.

5 Et ſi materia ſit leuis momenti, Iudex, aut Præſes procedit vlterius, interrogatque reliquos Cõſiliarios, & concludit ſecundum maiorem numerum opinantium.

6 Si verò materia ſit difficilis, ac magni momenti, eo caſu, non interrogat vlterius, ſed Cauſam & Proceſſum ad vnum, aut alterum diem, aut ad triduum ſuſpendit mandans reliquis Conſiliariis, vt ſuper animaduerſis difficultatibus maturè deliberent, libroſque difficultatibus diligenter reuoluant & conſulant.

7 Idem quoque Præſes effectum curat, quando Conſiliarij in diuerſas opiniones ſcinduntur. Effluxo itaque vno aut altero die, imò vel triduo, quando Præſes ipſe putabit, Conſiliarios domi rẽ omnem diligenter diſcuſſiſſe, & Doctorum libros accuratè conſuluiſſe, tunc iterum eandem materiã in medium producit, ac omnes difficultates ac ardua quæque, de quibus prius conuenire non poterant denuo reſumit ac proponit, & omnibus modis ac mediis, Opiniones illas diſſidentes concordare laborat. Et ſi comperiat eos in priori ſua opinione, tenaciter perſiſtere, eo caſu, tandem ad definiendum, & iudicandum ſe accommodat, votaque & ſententias Opinantium colligit, & iuxta maiorem numerum Opinantium concludit, ac definit.

8 Verum, ſi materia tam ſit intricata, perplexa, & in facto tam obſcura, vt non facile poſſit ab iis Cõſiliariis reſolui, & explicari, tunc eo caſu Curia deputat, & delegat, & ordinat aliquos Commiſſarios, qui Partes (quantum in ſe erit) amicè concordent, priuſquam diffinitiua pronuncietur.

Si vero eas omnino concordare non poſſint, mandatur iiſdem Commiſſariis, vt ex officio, ſuper difficultatibus & arduis ſeſe latius informent, & Doctos quoſque conſulant. Hac informatione viſa & inſpecta, Præſes omnia ordinat, vt decet, & in nullo Cauſam præcipitat.

9 In Francia autem, in diſſenſionibus Opinionum conſtitutum eſt, quando in deliberando contingit Opiniones eſſe diſcordes, quod tunc numerus minor debeat ſequi numerum maiorem, ac ſaniorem & certioribus cauſis dicta ſua probantem, & ſtabilientem.

10 Opiniones verò datæ ſeparatim, foris, & extra Concilij congregationem, & non auditis aliorum Conſiliariorum Opinionibus, in ſupremò Mechlinienſi Concilio reputantur, & habentur pro nullis, ob id, quod ſi Opinans reliquos alios Opinantes, & eorum rationes audiuiſſet, is tunc fortaſſis aliter ſenſiſſet & opinatus fuiſſet.

CAPVT CXCIX.

De Partibus amice concordandis.

SVMMAE.

1 *In dubiis, bonum eſt, per Iudicem concordare Partes.*
2 *In Parlamento Mechlinienſi, Partes in dubiis concordantur per Commiſſarios.*
3 *In Cauſis claris, non ſunt Partes inducendæ ad concordiam.*
4 *Optandum, vt in principio Proceſſuum, Partes concilientur.*
5 *Iuramentum ſuperſtitioſum non ligat, ſed violandum eſt.*

1 Dixi proximè præcedenti Capite, quod Præſidis, ac Iudicis officium ſit, vt aliquando Partes amice concordet, maxime quando reperit materiam obſcuram & dubiam.

2 In ſupremo autem Mechlinienſi Concilio, frequenter vtuntur, vt Partes mittant ad Commiſſarios, vt illas audiant, Cauſas ipſarum coràm diſcutiant, & diſputent, & eas, ſi quo modo poterunt, amicè concordent. Et ſi eas nullo modò concordare poterunt, ſaltem vtrique partium ſeorſum, & ſecretè omnes difficultates Cauſarum prudenter aperient, vt inter Spem & Metum fluctuantes, perſuaſionibus citiùs ad concordiam cõducantur. Sin pertinaciter ſanis Conſiliis acquieſcere nolint, rerum euentum, & ſententiam futuram expectent. Atque hoc pij ac Chriſtiani Iudicis officium, quiuis Iudex exequi, & peragere poteſt, ne dicã debet, in quocunque ſtatu Res etiam & Cauſæ conſiſtẽt, ſi materia difficultatis plurimũ contineat, & Iudicij Sententia pronuncianda anceps videatur.

Digitized by Google

3 Quod addo, quia ſi Proceſſus in Iure concluſus, viſitatus, & diligenter examinatus eſſet, atque ex eo examine, iudex certo cognoſceret, vtrius Partis Cauſa eſſet potior, & iuſtior, eo caſu non debet Partes ad concordiam inducere & pertrahere, id enim ſi faceret, alterutri Parti magis fauere videretur, quod ab animo Iudicis procul abeſſe conuenit, ſed eo caſu debet Ius dicere, & Iuſtitiā æquiori Parti adiudicare, circa omnem fauorem, & de concordantia apud neutram Partem, nec ſemel hiſcere.

4 Sed hoc omnibus Iudicibus, ex Chriſtiana charitate velim eſſe familiare, vt quoties coram ipſis vllus Proceſſus intentatur, Partes per ſe, aut per alios concordatas curent, ſi poſſint, priuſquam ad odioſas, ac voraciſſimas Lites deſcendant. Id enim facientes, non tantum pij Iudicis, ſed etiam veri, ac ſynceri chriſtiani hominis officium referunt, Apoſtolicam doctrinam ſequuntur, & ad Criſti Seruatoris noſtri, ac pacifici exemplum ſe componunt, & id imitatione exprimere curant.

Atque iſthæc Iudicis cura ad concordādas Partes, 5
quā ſit in Iure quoque (nedum Chriſto) grata, vel ex hoc apparet, quod ſi altera partium iuraſſet, ſe nunquam cum ſua Parte aduerſa tranſacturum, illud Iuramentum Iurantem non obligaret, neque apud Deum, neque in Foro Fori: ſicut non obligabat Herodis Iuramentum ſtuperſtitioſum, nam præſtiterat illud cum Virtute reſcidiſſe, quam cū Impietate compleuiſſe.

CAPVT CC.

De Tranſactionibus & Concordantiis.

SVMMAE.

1 *Tranſactio quid ſit.*
2 *Tranſactio cum Sententia parem facultatem habet.*
3 *Ad Tranſactionem faciendam requiritur,* { *vt Cauſa ſit dubia.*
4 *vt Cauſa ſit in Proceſſu, vel erit in Proceſſu.*
5 *vt Partes ex eo aliquid commodi conſequantur.*
6 *Tranſactio non poteſt reſcindi,* { *quia facta eſt ſuper re dubia.*
7 *quia generalem exceptionem parit.*
8 *quia par eſt cum ſententia.*
9 *quia per eam tam receditur à Lite & commodum acquiritur.*
10 *Proceſſus quantum incommodorum cumulum pariant.*
11 *Tranſactio fraudulenta reſcindi poteſt.*
12 *Poſt ſententiam latam* { *& non appellatam, ſera eſt tranſactio. ſed & appellatam, tranſactio fieri poteſt.*
13 *Tranſactio in beneficialibus locum non habet.*
14 *Amica compoſitio in beneficialibus locum habet.*
15 *Tranſactio ad beneficium pacifice retinendum eſt licita.*
16 *In cauſa Matrimonij, Tranſactio excluditur.*
17 *Tranſactio* { *fieri poteſt de crimine pœna corporalis, aut ſanguinis. ſed,*
18 *fieri non poteſt de Crimine pœna non corporalis.*
19 *Pœnæ non corporales quæ ſint.*
20 *Impunitas Criminis non corporalis diuitib. eſſet offendiculo, ſi, &c.*
21 *Tranſactio fieri* { *poteſt de alimentis præteritis. non poteſt, de Alimentis futuris.*
22 *De futuris Alimentis ex* { *Teſtamento relictis, actio inſtitui poteſt. Contractu, Actio inſtitui non poteſt.*
23 *Tranſactio* { *Iura omnia extinguit. non poteſt reſcindi, neque per* { *Reſcriptum principis. nouas litteras repertas.* } *reformari non poteſt.*

Quia

QVia ante diximus, pium, atque Chriſtianum eſſe, vt per Iudicem, aut per alios Litigaturi ad amicam concordiam concilientur, & ad debitam tranſactionem faciendam, amice perſuadeantur, non inutile fuerit cognoſcere, quid ſit Tranſactio, & quando, & in quibus locum habeat.

1 Eſt itaque Tranſactio de re dubia & de lite incerta, nondumque finita, dato aliquo, promiſſo, vel retento, vel non grauito pactio, *vt in c. Super eo extra, de Tranſactio.*

2 Tranſactiones autē omnes, quas Partes de rebus dubiis, & in Litibus ſiue Proceſſibus indeciſis & pendētibus faciunt, & tranſigunt, parē facultatē & efficaciam habent ipſis ſententiis, aut cum re iudicata, *l. Non minorem in principio, C. de tranſact.*

3 Sed hoc notandum eſt, quod ad omnes Tranſactiones ex Cauſa Iuris faciendas, tria potiſſimum requirantur & concurrere debeant. Primum ſcilicet, quod cauſa ſit dubia, quia de rebus & Cauſis claris non tranſigitur, vti ſuperiori capite diximus.

4 Secundum, Quod actu, aut ſaltem apparenter Lis futura videatur. Timor enim Litis motæ vel mouendæ (etiam de facto, & non de Iure) ſatis eſt efficax, & cauſa ſufficiens, propter quam poſſit fieri Tranſactio valida, *leg. Cum te proponas, C. de tranſact.*

5 Tertium, Quod per Tranſactionem, Partes aliquid cōmodi ſint accepturæ, tametſi vtraque Pars aliquid de ſuo Iure concederet, *l. Tranſactio, C. de tranſact.*

6 Quocirca in Tranſactione, à neutra Partium, deceptio vltra dimidium iuſti precii allegari poteſt, quia ea facta eſt ſuper Re dubia, & Lite incerta, vel propter Litem incertam. Lis enim, quamdiu pendet euentus reſpectu, incerta eſt & dubia. Nam ſicuti rerum omnium, ita & Litis, & Iudiciorum euentus ſemper eſt dubius & incertus, *l. Quod debetur, ff. de peculio, quæ l. ſemper ad hoc allegatur.* Et ideo in Tranſactionem non cadit Reſciſſio, propter deceptionem vltra dimidiam partem iuſti precij, *l. Sub textu ſpecierum. C. de tranſact.*

7 Secundò, quia generalis Tranſactio parit generalem exceptionem, quæque tunc ſub actione propoſita ſimul includi poterat, ideo quoque omnem Reſciſſionem ceſſare facit, vt eſt expreſſius textus *in l. Lucius Titius, §. Finali, ff. ad Trebel.* Facta enim reſtitutione Hæreditatis in minima parte, & decepto fideicommiſſario vltra dimidium, dicit Iuriſconſultus, quod ad reliquum fideicommiſſarius tunc agere poſſet, ſi prius tranſactum non fuiſſet. Atque ideo Tranſactio beneficium ceſſare facit legis ſecundæ, *C. de reſcind. vendit.*

8 Tertiò. Quod tranſacta reſcindi non poſſint, ex eo patet, quod Tranſactio æquiparatur ſententiæ, vt dictum eſt ſupra & oſtenditur *argu. l. Poſt rem. ff. de Tranſact. & l. minorem, C. illo titu.* Quocirca ſicut Sententia, nec reſcindi, nec retractari poteſt, ita nec Tranſactio *l. Prima, C. de condic. indeb.*

Quartò, Quia per Tranſactionem receditur à 9
Lite, ideo propter nullam deceptionem Tranſactio debitè facta & legitimè, reſcindi poteſt, idque propter Litium odioſam Cauſam, vt Litibus quoquo modo aliquis finis tandem detur *l. Fratris, C. de Tranſactio, tenet gloſſa, in c. Cum cauſa, ext. de empt. & vend.* & allegat in argumentum optimum text. in *c. Conſtitutus, extra, de Religio. Domib. ibi.* Epiſcopus remiſit omnia Iura ſolum octodenariis pro penſione retentis, & hoc confirmat optima ratione. Ex hoc enim quod quis à Lite recedit, ob id & magnum commodum cōſequi dicitur, & deceptus eſſe non cenſetur. Ideoque ea Litis Tranſactio, & à Lite receſſio reſcindi non debet, quia ob eam receſſionem à lite, nulla cēſetur illa deceptio, *l. Secunda. C. de Tranſactio, & l in ſumma, ff. de condic. indeb.* quæ ad hoc allegatur.

Quãtum enim commodi ſecum trahat, ab odio- 10
ſis Litibus diſceſſio, notum eſt illis, qui ſeſe perpetuis Litibus perdiderunt, Corpus, & loculos exhauſerunt, dulcem vitam abbreuiarunt, Vxorem & Liberos chariſſima Pignora, quibus ex naturæ inſtinctu, de commoditate vitæ proſpicere debuerāt, ad extremam redegerunt inopiam. His enim præſtitiſſet principio à Lite prorſus abſtinere, & Aduerſario pertinaci, & diuiti Cauſam relinquere, & Cauſam ſuam Deo Iudici committere, quam longis Proceſſibus ſe ſuoſque perdere, ex quibus non rarò plures ſumptus emergunt, quàm quantum lucri prima Litis Cauſa continebat. Hos enim omnes ſumptus (vt taceam interim amicam, & ingentem mētis tranquillitatem, quàm ita à Lite recedendo cōſequitur) hac ceſſione lucratur. Quod multi prudenter animaduertentes vulgò dicere conſueuerunt: Si quis à me expeteret Pallium & Tunicam, dimitterem ei Pallium, & tenerem Tunicam: ſupple, potius quàm cum illo in Iudicium litigioſum deſcenderem, & in Gallico dicitur: *Il gaigne aſſez, qui ſe meſt hors de proces.* Ita tenent Dy. Iacob. de Are. Ray, & Bald. *in d. leg. Secunda, C. de reſcind. vendit.*

Dixi paulo ante, de Tranſactione debitè & legi- 11
timè facta, quia ſi aliqua Tranſactio per dolum & fraudem, aut per malam & fruſtram inductionem facta eſſet, grauatus poſſet tunc optima cum ratione de ea cōqueri, & curare ſe ab ea releuari, aut in integrum reſtitui.

Poſt condemnationem verò, ac poſt ſententiā 12
latam, nemo tranſigere poteſt, quia Cauſa ſeu Lis, tunc clara & liquida eſt effecta, & dubium omne ſublatum eſt, quod ſupra diximus, Trāſactionis eſſe ſubſtantiale. Verū ſi poſtea Pars ab ea Sentētia cōdemnatoria appellaſſet, aut ad aliud Tribunal euocaſſet tūc rurſum Cauſa in Lite, atque adeo in dubio hæ-

Digitized by Google

hæreret, ideoque tunc ſtante Appellatione, Partes inter ſe tranſigere poſſunt.

13 In rebus autem Sacris, ſiue in Cauſis Eccleſiaſticis & Litigioſis, nullam locum habet Tranſactio, neque ea in beneficialibus vnquam interuenire poteſt, potiſſimùm, ſi in ſua propria ſignificatione, vocabulum Tranſactio accipiatur. Omnis enim beneficialis Tranſactio quiddam Simoniacum ſapit, ob id quod in Tranſactionibus ſemper aliquid expeti, dari ſeu addi, vel retineri, vel promitti conſueuit, *ca. Super eo extra, de Tranſact. ibi* Quod trãſigi ſuper re Religioſa, & Sacra, & Litigioſa non poteſt. Res enim Sacræ, vt poſſideantur, aliquo dato, vel retento, ſe promiſſo ſpeciem credimus habere Symoniæ.

14 Verùm ſi Partes gratis, & amicè inter Litem dirimãt, & ſi ſine ſpe, & præmio de controuerſiis trãſigant, ſacris canonibus nequaquam contrauenire credimus.

15 Dixi in propria ſignificatione, qua aliquid non habitum expetitum, aliquid additur, vel promittitur, quia ad hoc diximus Tranſactionem non eſſe licitam. Sed ſi aliqua Tranſactio fieret, ad aliquid retinendum, quod quis bono Iure ac Titulo poſſidet, tantum vt Lites redimat, eo caſu Tranſactio in Rebus, ſiue in Eccleſiaſticis cauſis & Litigioſis licitè fieri poteſt, iuxta gloſſam, in verbo: Super re, Sacra, in *d. ca. Super eo*.

16 In cauſis autem Matrimonialibus, non poteſt fieri Tranſactio, quia Matrimonium eſt vinculum indiſſolubile, & indiuiduum, *c. Primò, 17. q. 2. & c. Gaudemus, extra, de diuort. in verbo*: Non illam dimittat. & in verbo: Cum per Sacramentum Baptiſmi non ſoluantur Coniugia. Huc quoque facit & illud: Quos Deus coniunxit, Homo non ſeparet. *c. De Infidelib. extra, de Conſang. & Affin.* tenet Pet. de Ancho. Conſilio ſuo 409. & probatur per text. *in c. Quanto, extra, de diuort.*

17 In omnibus verò Criminibus publicis, ingerẽtibus pœnam aliquam corporalem, ſeu pœnam ſanguinis, in ijs licitum eſt omnino tranſigere, vel paciſci cum Prætore, *l. Transigere, C. de Tranſact.* Et eſt ratio, quia licitum eſt vnicuique, quomodocũque ſanguinem ſuum redimere, *l. Prima. in fi. ff. de bo. eor. qui ante ſenten. mort. ſibi conſciuer.*

18 Sed in publicis Criminibus non ingerentibus pœnam corporalem, ſiue pœnam ſanguinis, quales
19 ſunt Exilium, & publica Oſtentatio, geſtatio Tedæ, inceſſus in Lineis, nudato Capite, prouolutiones ad valuas Templi, aut geniculatio coram Concilio ac ſimiles pœnæ pœnitentiales, de his (inquam) nõ poteſt de Iure tranſigi, illicita eſt enim omnis de his Tranſactio vel Pactio, & Ratio ſecundum Cy. Bart. Ang. & communiter ſecundum Doctores omnes, eſt fauor publicæ vtilitatis, & vindictæ, quia reipublicæ intereſt, ne Crimina maneant impunita, *l. Ita vulneratus. ff. Ad l. Aquiliam, & l. Si à Reo §. Finali, ff. de fideiuſſorib.*

Si enim de his Criminibus poſſet tranſigi, diui- 20
tibus via præſtrueretur, ad citius & impunitius peccandum & delinquendum. Nam poſt commiſſa, nullam pœnam ſe ſubituros confiderent, qui pecunia, aut precio per Tranſactionem, ſcirent ſe aduerſarium facilè corrupturos. Quibus ne ea feneſtra aperiretur, Iure conſtitutum eſt, vt de dictis Criminibus, non tranſigatur, *arg. l. Conuenire, ff. de pact. dotalibus.*

Sed vſus eſt in contrarium. Sed hic quæri poſſet, 21
An ne in materia alimentorum, Tranſactio ſuper Alimentis fieri poſſet? Ad quod reſpondendum eſt, hoc ſequenti modo: Super Alimentis præteritis liberè tranſigitur, ſuper futuris vero authoritas Prætoris, ſeu Præſidis ad Tranſactionem requiritur. Et ratio eſt, quia ex futuris Alimentis, pendet vita hominis, non ex præteritis, expreſſa *l. De alimentis, C. de Tranſact.* & ibi Bald. & eius ſequaces, & *l. Cum hi ff. eod. tit. Gloſſa in verbo: Præſide, in d. l. De Aliment. s.*

Moueri poteſt &, alia quæſtio: An ſcilicet pro 22
futuris Alimentis agi poſſit? Ad quod dicendũ eſt, quod ſic. *l. Prima. §. Primo ff. de vſur.* ſecundũ Azo *in l. Prima. C. de fideicommiſ.* Et ad fidem dictæ gloſſæ ait Accurſius per additionis modum, *d. legẽ* de Alimentis, intellgendam eſſe, de Alimentis relictis tantum in vltima voluntate. Nam de Debitis, quæ ex contractu conſurgunt, ea Lex intelligi non poteſt, quia de his poteſt indiſtinctè tranſigi, iuxta *d. l. Cum hi. § plane, ff de Tranſact.*

Effectus porrò omnium Tranſactionum hic eſt 23
quod cum Tranſactione ius, quod dubiũ fuerat, ſic elucidatum eſt, vt omnia præcedẽtia Iura, Depoſitiones, Probationes, & Tituli per eam prorſus extincti & annihilati ſint, ſicuti per Sententiam definitiuam perimuntur, adeo vt nihil ex actis, nihilque ex oblitis permanere dicatur quam vna ſola Tranſactio, atque ea tunc talis eſt, vt non ſit reſcindibilis per Principis reſcriptum. Imò quæ nec per prætextum quidem literarum, aut inſtrumentorum, quæ de nouo eſſent reperta, vllo modo reformari poſſunt. Nec Lis ipſorum cauſa reſtaurari debet, quia Tranſactio ceſſat, & exterminat omnia *l. Sub prætextu prima, C. de Tranſact. c. Primo cum gloſſa prima, extra, de Tranſact. & c. Inter Monaſteriũ extra, de ſenten. & re iudic.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT CCI.

De tranſigendi Licentia.

SVMMAE.

1 *Tranſigendi licentia à Principe quando ſit petenda.*
2 *Tranſactionem Princeps permittit, citra vllius praeiudicium.*
3 *Tranſactio non permittitur in Cauſis ex crimine natis.*
4 *Tranſactio non conceditur, citra praeiudicium multa.*
5 *Tranſacturi debent literas permiſſorias oſtendere Curia.*
6 *Tranſactio vetita eſt à Duce Ioanne, in Cauſis, quibus Fiſcus adiunctus eſt*
7 *Tranſigendi facultatem Dux Philippus interdixit Concilio Flandriæ.*
8 *Tranſigendi licentiam concedit { Princeps, & Concilium Mechlin.*
9 *Tranſigendi facultas non conceditur, niſi conſtet Partes eam concedere.*
10 *Tranſigendi licentia non requiritur, quando ad concordandum conſtituuntur Commiſſarij.*

1 QVantumuis pium, & optandum fuerit, vt Par-
tes inter ſe amicè de controuerſis tranſigant,
potius quàm vt perpetuis Litibus ſeſe mutuò di-
uexent, hanc tamen amicam Tranſactionem per
ſe, & quando volunt inire non poſſunt, ſed quoties
de Cauſis obſcuris, & in Lite ſeu Proceſſu pendē-
tibus, Pares aut Parte, tranſigere cupiunt, prius à
Principe tranſigendi licentiam, & ipſius ad hoc li-
teras obtinere debent (quas vocant) permiſſorias
(Gallicè, *Congie d'accorder*) potiſsimum, ſi concor-
dandæ cauſæ ſint tales, in quibus Fiſcus ſe immiſ-
cuit, ipſique ex ea Tranſactione Partium aliquid
detrimenti accideret. (*a*)

Quocirca ſicut is cum Parte ſimul egit, ita quo-
2 que cum Partibus tranſigere debet, & Partes ſine
ipſo minimè. (*b*) Huiuſmodi autem tranſigendi Li-
teras permiſsorias, Princeps perfacilè conce-
dit petentibus, quando cauſa talis eſt, vt Princi-
pem ipſum non concernat vlterius quàm de mul-
cta vel emenda, quæ per Iudicem (ad quem) adhuc
iudicanda reſtat.

3 Si enim cauſa talis eſſet, quæ procederet ex Di-
lecto, de ea non tam facile tranſigēdi licentiā daret
ſed ea ſtabilis, & intranſigibilis permaneret, niſi
princeps ſimul Delictum remitteret, & condona-
ret, pro quo tunc ipſius gratia (*c*) eſſet implorāda.

Porrò quando Princeps tranſigendi Literas di-
4 ctas elargitur, non intelligit, quod cum ea gratia
aut cum ijs literis remittat mulctas ſiue emendas,
quæ per iudicem (à quo) antea in eadem cauſa ad-
iudicatæ fuerunt, ſiue tales mulctæ profectæ eſſent
ex Appellatione, ſiue ex abuſu (*d*) iuſtitiæ, ſiue ex
Delicto, vel admiſſo Crimine, ſiue ex quacunque
alia cauſa. Princeps enim vt nulli, ita nec ſibi vſ-
quam præiudicare intendit.

Quocirca ne quis per principis conſenſum, vl- 5
lum Damnum patiatur, conſtitutum eſt, vt omnes
Compoſitiones aut tranſactiones, quas partes inter
ſe faciunt, aut facere per dictum principis conſen-
ſum, & per ipſius tranſigendi licentiam conſtituūt,
debeant eas literas permiſſorias, intra ſex hebdo-
madas à tempore conceſſionis (*e*) exhibere in ma-
gno Concilio, & eas oſtendere procuratori genera-
li, ſi fortè aliquid habeat, quod huic promiſſioni
aut partium Tranſactioni contradicat, ne vel ipſe,
vel princeps ex hac Cauſa aliquid damni, aut præ-
iudicij patiatur.

Quocirca per inſtructionem Cameræ Flandriæ, 6
anni 1400. Dux Ioannes per edictum interdixit
partibus, & Ipſarum procuratoribus, ne vllo mo-
do tranſigere, (*f*) aut de Litis cauſa concordare
præſumerent de cauſis, in quibus procurator gene-
ralis adiunctus eſt, niſi prius cauſam illam com-
municaſſent & exhibuiſſent Curiæ, ſub pœna ar-
bitraria. Quæ quidem Curia tunc decernet, (*g*) an
citra vllius præiudicium, talem Tranſactionē fieri,
an non fieri expediat.

Sic quoque per dictā inſtructionem, anno 1463. 7
Dux Philippus interdixit Flandriæ Concilio ne
vllam parti licentiam concederent ad tranſigen-
dum, in cauſis Appellationis, neque in Cauſis, in
quibus vlla mulcta propendeat. Quia ad ipſos per-
tiēt, dare & concedere licentiam tranſigendi (vt di-
cit Inſtructio) quia penes ſeſe, nō autem pœnes cō-
ſilium, vt eam tranſigēdi licentiam concedat, pro-
priè pertinere voluit * Prædictam autē Tranſigēdi 8
licentiā nullus ex ſua authoritate expedire, ac cō-
cedere poteſt, quàm ſolus princeps in ſuis Conci-
liis prouincialibus (*h*) aut principis nomine magnū
Concilium Mechlinienſe, in ſua audientia.

Verum

Digitized by Google

Verùm in hoc magno Concilio, nulla concedi-
9 tur tranſigendi licentia, niſi prius aut certo, aut apparenter cognoſcant, quod Partes tranſigere velint, & quod altera Pars in illam futuram Tranſactionem conſentiat. Quocirca Cõcilio prius exhibetur, & Parti libellus ſupplex, antequam tranſigendi licentia concedatur, & hoc propter cauillationes, quas appellantes frequenter quærunt, nẽpè, vt ſub prætextu illius Conceſſionis licentiæ, impediant Inſtructiones, & Progreſſum Proceſſus, & Sententiam retardent.

Quando verò Curia ipſa ordinat Commiſſarios, 10
ad Partes concordandas, tunc non eſt neceſſe, impetrare vllam tranſigendi aut componendi licentiam. Talis enim Concordantia ſiue Tranſactio fit, authoritate Curiæ Et ideo hoc caſu quoque, Curia annihilat & extinguit Appellationem ſine emenda, ſiue mulcta.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT CCI.

a. A*Liquid detrimenti accideret*)Si partes appellatione durante inter ſe conuenerint, nõ nocere fiſco, quo minus appellationis mulctam petere poſſit, tradit poſt alios commemoratos Rebuff. *conſtit. reg tom 3, tractat de appell art 9 gloſſ vn. n.* 2. quia ſicut (inquit) non poſſet princeps auferre pœnam parti applicandam, iuxta *l. venta C. de in ius vocand*, ita nec pars pœnam applicãdam fiſco, per *gloſſ & doct. in l 4. ff. ad SC Syllan.* ideoque non niſi de conſenſu procuratoris regii hoc ſoleat fieri impetrando literas.

b. *Partes ſine ipſo minime.*) Etſi enim poſſit quis, iuri & actioni pro ſe introductæ renunciare, iuxta *l poſt quam liti. C de pact.* vt latius tractabimus *ca. ſeq* 202. præſertim *ſub num. 2. ad verb. à litis conteſt.* id tamen procedere, quo ad præiudicium renunciãtis, non etiam cùm de præiudicio tertij ageretur definit poſt Purpurat. *in d l. poſtquam liti verſus fin. nouiſſ.* Monter à Cueua *dec. 22. num. 14. & ſeqq.* allegant etiam (licet parum appoſitè) Felin. *in c. qualiter & quando, num. 13. verſ.* limita tamen niſi ille *g de accuſ.*

c. *Gratia*)De remiſſione & gratia eiuſmodi egimus ſuperius alibi.

d. *Ex Abuſu.* Agit hac de re eleganter Rebuff. *cõſtitut. reg tom. 3. tract. de appellat.* tanquam ab abuſu interpoſ. præſertim *in vlt artic. & nouiſſ.* Ant. Fab. *lib 7. C. tit. 28. præſertim definit. 18. vbi num. 3. in fi.* appellandi hanc tanquam ab abuſu, ſpeciem fuiſſe antiquis omnibus iureconſultis incognitam, ſicut etiamnũ Italis, ſed non perinde Gallis & Hiſpanis, *ibidémque defin* 10 & 17 quid interſit inter appellationem tanquam ab abuſu, & alias appellationes. Et extat in eam rem areſtum ſiue *SC*, memorabile Tholoſanum apud Guil. Benedict, *in cap Raynut. in verb. & vxorem in princ. num. 199. in fin. de teſtament.*

e. *A tempore conceſſionis.*)Inſtructio vero curiarum Hollandiæ *art.* 201. iubet tranſigentibus, infra ſex hebdomadas poſt ipſam tranſactionem, comparere per ſe vel procuratorem ad hoc conſtitutum & appellationi renunciare, vt latius declarat Mer. *d l. b. 4. diſtinct 2. tit. 2. c. 11. toto.* Atque ita fere apud nos obſeruatur.

f. *Ne vllo modo tranſigere*)Docet tamen Rebuff. *conſtitut. reg. tom. 3. tract. de lit impetr ad renũciand. art. 4 gloſſ vn num* 2. poſt Manſuer. in prax. rubr. *de iud §. item ſæpe partes*, etiam è ſtylo parlamenti Pariſ. poſſe tranſigi durante lite in curia, dummodo apponatur in trãſactione clauſula, ſaluo, vel retento beneplacito curiæ: alioqui contra.

g. *Curia tunc decernet*)Non vero procurator ipſe generalis: arg. *l curatores Cæſaris*, 3. vbi pulchrè Coras in fin. *ff de off. procur. cæſaris.* Atque huc itidem pertinet, quod ibidem inducit Alberic. *nu.* 1. *verſ. item ſatis.* Iaſ. *n. 22. & nouiſſ* Coſtal. *ſub inst. per l. ij. C de libert. & eor. lib.* partem cuius contentione effectum eſt, vt ob contumaciam eſſet quis in interdicto, hoc non poſſe remittere, ita enim neque hic, ſine curiæ licentia, partes renunciare & tranſigere poſſunt.

h. *Concilijs prouincialibus.*) Sic & in ſupremo cõcilio Brab. impetrantur,)eiuſmodi literæ quas *Cõgie de court*, appellamus: alioqui poſt octiduum non poteſt ab appellatione ibidem recedi, iuxta *artic. 603. ordinat. eiuſdem ſenatus*, quemadmodum nec, poſt appellationem Papę præſentatam, poſſunt ab ea partes recedere, per *c. quãuis.* 10. & *c. prouida 44 de elect. in* 6. alioqui illuderetur frequenter, *ca. bona 4. de poſtulatio prælat.* In inferioribus & ſubalternis itaque tribunalibus poteſt ſine eiuſmodi licentia appellatione pendente, liberè tranſigi & renunciari, *l ſi contra maiorem*, 8. *in verb nec appellatione pendente* tranſactione finitum negotium, *C. de appellat & conſult* vbi poſt alios Salyc *ſub n.* 2. *declarando*, vt & apud nos, obſeruari vbique, notũ eſt. De appellationis porrò renunciatione, cum vel ſine eiuſmodi literis, tractabitur latius infra *c. ſeq. num 4 ad verb. acquieſcentias, & ad verb. ſeqq. rurſus cap. 240, toto.*

CAPVT CCII.

De Renunciatione Litis & inſtantiæ, aut de recedendo à Lite, aut ab Inſtantia.

SVMMAE.

1 *Quomodo differant Inſtantia, Lis, & Cauſa.*

2 *Renunciare* { *Ab inſtantia, quid ſit.* / *Liti, vel Proceſſui, quid ſit.* / *Cauſæ quid ſit.* }

3 *Renunciatur Inſtantia, Liti, & Cauſæ in Cauſis Ciuilibus, excepta cauſa Appellationis.*

4 *In Francia, in Appellat. non diſceditur à Lite, ſine conſenſu Regio.*

5 *Licentia recedendi ab Appellatione, impetranda eſt tempori.*

6 *In Concilio Mechlini[enſi], non expediuntur Acquieſcentiæ Literæ.*

1 NOn eſt quod quiſquam putet, idem eſſe, cedere ab Inſtantia, cedere à Lite, & cedere à Cauſa. Sicuti nõ idem ſunt in Iudicijs, Inſtãtia, Lis, & Cauſa Inſtantia enim eſt omnis actio. quæ peragitur vſque ad Litiſconteſtationem. (a) Lis verò propriæ ſignificat Actionem realem, aut perſonalem, quæ incipit à litiſconteſtatione. Cauſa verò vtrumque complectitur, & ſeſe extendit ad omnẽ Actionem tam ante, quàm poſt Litiſconteſt (b) vti notatur in Authent. Qui ſemel, C. quando & quomodo Iudex.

2 Ex his nunc clarum euadit, quid ſit renunciare Inſtantiæ, Liti, & Cauſæ Renunciare enim Inſtantiæ, eſt propriè renunciare Actis, & cœptis omnibus, vſque ad Litiſconteſtationem. Renunciare, vel cedere Liti, eſt renunciare propriè omnibus Actionibus à Litiſconteſtatione (c) (quando Lis fingitur) vſque ad definitiuam. Renunciare Cauſæ, eſt omnia in Cauſa acta, imo, & Cauſam ipſam, ſiue ipſam petitionem Aduerſarij conſentire, & admittere. Verum differentia iſthæc non ſemper adeo ſtrictè apud Iuriſperitos obſeruatur, quia ſæpè Lis pro Inſtantia, (d) & pro Cauſa accipitur, & dicta differentia confunditur, & vnum pro alio non rarò accipitur.

3 Quomodo autem ab inſtantia, Lite, aut Cauſa recedatur, nunc accipe: In Ciuilibus itaque Cauſis, vnicuique Partium licitum eſt. (e) ab inſtantia, ſiue à Lite, vel Proceſſu, (f) ſiue à Cauſa recedere, iiſque renunciare ſimpliciter. (g) & ſine licentia Curiæ: exceptis Cauſis in materia Appellationis, & in Cauſis, in quibus Procurator generalis pro Iuſtitiæ intereſſe ſe adiunxit. (h)

In illis enim licentia Curiæ omnino requiritur 4 In Francia autem, in materia Appellationis, debẽt Appellantes habere Literas à Rege, vel à curia Regis (quas Acquieſcentias ſiue Permiſſorias vocant nempe. quibus Rex, aut Curia in eam à lite receſſionem acquieſcat, eam permittat Sine iis enim neutri Partium à Lite diſcedere licet. Has itaque literas impetratas tenentur Curiæ præſentare, & Parte ſignificare (l) infra ſex dies, à data impetrationis, alioqui impetratio nullius valoris eſſet aut momenti.

Tenentur etiam eas literas in tempore impetrare & obtinere, ſcilicet, antequam Lis aut proceſſus viſus & examinatus fuerit Si enim Proceſſus eſſet viſitatus, aut ſaltem viſitari incœptus, tũc pars ad eas literas obtinendas nullo modo admitteretur, ſed Iudex ad definiendum in ea Appellatione procederet. Ideoque (m) ordinatum eſt in Cancellariis Franciæ, vt nullas huiuſmodi Acquieſcentiæ literas expedirent, niſi cum hac clauſula (ſaluo, quod Proceſſus non fuerit viſus, conſultus nec iudicatus) 5

In magno autem Concilio Mechlinenſi, non eſt conſuetum, vt huiuſmodi Acquieſcentiæ literas vllas expediant. 6

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CCII.

a. V*ſque ad litiſconteſtationem.*) Imò in actis, quæ ante litem conteſtatam fiunt, non datur inſtantia, vt poſt Bald. *in l. & poſt edictum,* 73. §. 1. *ad fin. ff. de iud.* voluit & Afflict. *dec.* 346. *num.* 5. *in fin.* dixi ſuperius *cap.* 190. *ad verb. ante litiſconteſtationem,* & patet euidentius ex definitione, ſeu potius deſcriptione inſtantiæ, quam poſt Marant. *de ord. iud. part.* 5. *princ. num.* 2. aliosque tradit Aſin. *ad ſtatut. Florent. de mod proced part,* 1. *in princ. cap.* 3. *num.* 5. *cum ſeqq.* exiſtimans omnium elegantiſſ. definire Alciat. *in leg. ſi diuerſa.* 14. *numer.* 16. *C. de tranſact.* vt nihil aliud ſit, quàm actionis exercitatio, à litis conteſtatione, in definitiuam ſententiam, certo tempore, coarctata, *iuxta l. properandum, C. de iud.* ante litiſconteſtationem enim non dicitur agere quis, ſed agere velle vt poſt gloſſ. *in leg. vlt. §. illud. C. de tem. appell.* definiens itidem, licèt verbis aliter paulo conceptis, tradit & Sichard. *in leg. poſtquam liti. numer.* 4. *& ſeq. C. de pact.* Veruntamen vt ex *d. §.* 1 *leg. & poſt edictum,* notat inibi Bald. *ſub init.* ſicut reperitur inſtantia totius cauſæ; ita reperitur vnius articuli inſtantia: vnius putà citationis, & vt ibidem in *verſ.* 2. *quæro,* ait, etiam in emergentibus eſt quædam inſtantia, quemadmodum & *ibidem num.* 5. notat Caſtrenſ. quod non ſolum tota lis dicitur habere inſtantiam imo ſinguli actus dicantur habere ſuam inſtantiam, idemque poſt eundem Bald. *in leg.* 1. *numer.* 3. *C. de iureiur. propt. calum* declarat latiùs Afflict *c dec.* 346. *ſub numer.* 2. Aſin. *d. cap.* 3. *nu.* 13. Secūdum hæc itaque, *& d. §.* 1 erit hic intelligendus duntaxat auctor, neque enim video quomodo exaudiri aliter, aut ſuſtineri vlla ex parte poſſit.

b. *Quàm poſt litis conteſtationem.*) Bart. *in leg. cauſas vel litis,* 16. *C. de tranſact.* Roman. *conſil.* 412. *numer.* 8. Dec. *ex com ad rubr. de iudic. in* 1. *lect. numer.* (mihi) 35. Rebuff. latè tractans quot modis ſumatur cauſa, & quotuplex ſit, ad *concord. reg. Franc. in rubr. de cauſ.* circa medium Sichard. *in d. leg poſtquam liti. numer.* 8 *in fin.* Marant. *d part.* 5. *ſub numer.* 66. vbi itidem *numer.* 64. ex communiori litem non incipere niſi à litis demum conteſtatione, id quod tunc ſolummodo admittit Alciat. *ad leg. litis nomen,* 36. *ſub init ff de verb. ſignif.* quoties ſubiecta argumenti ratio hoc fert; vt pro inſtantia cauſæ lis accipiatur: alioquin propriè etiam ante iudicium acceptum litem eſſe demonſtrare ſatagit, vt & poſt eum Rebuff. verius id aſtruens, in eadem *leg. litis nomen, verſ* 6. *quamuis* Idem tamen Alciat. *ad d. leg. cauſas vel litis,* 16. *numer.* 5. *C. de tranſact.* docet *d. l. g. nomen,* ſentire videri, litem ipſam pro actione capi, ſiue in rem ſiue in perſonam, quæ in iudicium deducta ſit; ideoque propriè poſt conteſtationem ſolum litem eſſe receptius eſſe, *per cap. ex parte,* 2 *de verb. ſignif.* largius tamen, & pingui mineruа, aliter quandoque accipi, vt etiam præparatoria iudicij contineat, per *leg. poſthumus, in fin. ff de inoffic. teſt.* Atque ita in hac controuerſia, poſt longam multamque excuſſionem, concludit etiam Aſin. *in d. part.* 1. *cap.* 1. *ſub numer.* 12. litem etiam quandoque, licèt minus propriè ante conteſtationem appellari. vbi ſimul quomodo huiuſmodi dictiones inter ſe differant exactiſſ. Itaque Dec. *in d. leg. poſtquam liti numer.* 21. *cum ſeqq.* eleganter poſt Alex. ibidē docet, inchoato iudicio, licèt lite necdum conteſtata, renunciationem liti factam, parte etiam abſente, præiudicare: quia vt actus valeat, lis etiam impropriè ante litem conteſtatam accipiatur: & largo modo lis dicatur: vtque valeat actus largo modo debeat renunciatio interpretari, *arg. l. inſulam, ff de præſcr. verb. vt ille latius.*

c. *A litis conteſtatione.*) Imo renuntiantem liti, videri in dubio, renūciare etiam inſtantiæ, & cauſę & actioni, eo quod veniant omnia ſub nomine litis *gloſſ.* 1. *in d. l. poſtquam liti,* vbi Bald. in princ. Salyc. *in* 1. *not. Caſtrenſ. num.* 3. *&* 4. Dec. late extendendo & reſtringēdo. in princ. *& numer.* 13. Sichard. itidem extendendo & reſtringendo, *numer.* 1. *&* 10. *cum ſeqq.* Alex. *conſ.* 22 *ſub numer.* 4. *libr.* 1. Rip *in l. naturaliter, § nihil commune, num.* 106. *verſ.* 2. *cōcluſio. ff. de acquir. poſſ* Meich. *ex com deciſ.* 6. *num.* 33. *tom.* 3. Surd. *ex com. dec.* 282 *num.* 20. vbi tamen *num.* 21. *cum ſeqq.* quod reo liti renunciantè non obtinebit actor ſententiam ob talem renunciationem, ſi non ſibi competat actio, nec aliter probet intentionem ſuam poſt Bart. *in d. L. poſtquam liti. numer.* 7. *in fin.* dum aſſerit actore renunciante, acquiri reo exceptionem pacti (vt id voluit & Capyc. *dec.* 156. *ſub numer.* 9. *&* 16. *ad fin.*) reo verò renunciante, ſi habeat actor actionē quæ exceptione elidatur, parari actori replicationē; ſed ſi actionē non habeat, non illam ex tali renunciatione vel pacto acquiri, itaque quando nō fouet ius rei renūciationē nihil ſibi tribuere. Etſi verò Bald. in ca-

Digitized by Google

in eadem *l. poſtquam liti, num 9. verſ. quæro.* & alij quidam reclament, verior tamen (vt ſubdit Surd.) & communior eſt Bart opinio; quia renuncians non videatur fateri aduerſarium ius fouere, per *l. ſi te de ingen. manumiſſ.* quam ſingularem dicat Bal. qui ſupra, & auream Roman. *ſingularit (mihi)* 781. cui initium, *dicit lex*, & comprobat latiſſ. Dec. *in d l poſtquam liti, num. 11. 28 & ſeq.* diſtinguendo poſt Alex. ibidem *num. 12.* & poſt innumeros Tiraq. *ad l. ſi vnquam, ad verb donatione largitus, ſub num 204. cum ſeq. C. de reuoc. donat.*

d. *Lis pro inſtantia*) Alex, *in d. l poſtquam liti. ſub num. 2. & d. conſ 22 num. 4 lib. 1 per l. properandū in princ. & §. vlt. vbi gl. 3. & 4. C. de iud. & le. cum lite mortua, & inibi not ff. iud ſol.*

e. *Licitum eſt.*) Text. *in l. deſtitiſſe, 10. in fin.* vbi poſt alios Caſtrenſ. *num. 6. ff. de iudic.* idemque latius *in d le poſtquam liti. num. 6.* aliud vtrobique docens in actore vel accuſatore, ſi prætendat reus intereſſe, vt procedatur ad ſententiam, nec à lite deſiſtatur, per tradita in *l. vtique, 16 ff. de rei vend.* eumque inibi ſequitur Grammat. *dec. 68 numer. 2. verſic. cogitur enim* vlterius tamen diſtinguit Caſtrenſ. vt & nouiſſ. *in eadem l. poſtquam liti* Sichar. *ſub num. 14 cum ſeq. & præſertim num. 17.* & ante eum Alex. *conſ 131 cum apoſt. num. 1. lib. 3.* Dec. *in in d l. poſtquam liti num. 8. cum ſeq.* rurſus *num 18.* Verum ſufficere renunciationem eiuſmodi factam eſſe parte etiā abſente, tradit poſt glo Bald. & alios excommuniori Alex latiſſ. *ad d. l. poſtquam liti. nu. 8. cum ſeqq.* idemque, poſt alios quoque, Cardin. Pute, ex SC. *deciſ. 498 lib. 2. tota* Plane vbicunque ineptè propoſita eſt actio, poſſe iſti inſtantiæ renunciari; quia ratione ineptitudinis libelli, non oporteret iudicem ferre ſententiam, iuxta *l. 1. ff de offic. aſſeſſ.* ſatis inter omnes conuenit, Alex. *d. conſ. 112 ſub num 1.* & poſt Bald. *in 5. q. eſt.* Salyc. *in 8. n 10* Dec. *ſub num. 18 cum ſeq. in d l. poſtquam liti.* ibidemque Sichard, *ſub num. 17*

f. *Vel proceſſu*) Si actor lite conteſtata dixerit, renuncio actis vel proceſſui, perinde eſſe ac ſi dixerit renuncio inſtantiæ tantum, tradit poſt Ang. Alex. *in d. l. poſtquam liti, num. 7. allegans l. acta & l. actorum ff. de re iud. & c. quoniam contra de prob.*

- *Renunciare ſimpliciter.*) Ad expenſas tamen renunciantem condemnari. Iaſ. *in l. properandum, §. ſin autem alterutra, num. 2. C de iud. Dec. in d. l. poſtquam liti. num 19.* Aufre. ad Tholoſan. *dec 5.* Aſin. *d. part. 1. § 32. cap. 2. ampl. 2.* Rebuff *conſtitut. reg. tom. 3. tract. de expenſ. damn. & intereſſ. art. 1. gloſſ. vn num. 12 cum ſeqq. vbi num. 13. & 14.* limitat, niſi cauſa ob quam renunciat ſuperueuenerit, vt id voluit & Sichard. *in d. l poſtquam liti ſub num. 21.* & Aufrer *ad. d. dec. 1. in fin.* quia antea iuſtam litigandi cauſam habebat ſubdit Rebuff. & renunciās liti non dicatur propria ſuccumbere, id quod comprobat & Aſin. *d. cap. 2. in 2 amplīat. numer. 2.* poſt Bald. quem ſequitur & Salyc *in le alia in vlt. not.* per illum text. *C. de his quib. vt indig* Aut niſi ſubijcit Rebuff. cederet poſt inſtrumentum de nouo productum tunc nullas ad expenſas tenetur; quia etiam antea iuſtam litigandi cauſam habebat, per *l ſi quis inficiatus*, vbi Bart. *ff depoſ. & d l. deſti. iſſe,* ideoque cautelam eſſe, vt viſa probatione liti ſtatim cedas, bonamque fidem agnoſcas, & expenſarum condemnationem vites, ſecundum Matheſ. declarando, *ſingul 83.* cui initium, not. practicam: ſi enim non ſtatim cognita probatione cedas, ſed vſque ad finem perſtiteris, condemnari debeas ad omnes ſimul expenſas, vt ille latius, poſt Dec. ex com *in l. qui in alterius, 42. num. 7. de reg. iur.* licet poſt Bald, *conſ 217 ſub num. 7. lib. 1.* VVameſ *conſ. 160 præſertim num. 5. qui ibidem & num. ſeqq.* hoc amplius reſpondit, cedenti reo, ob celatam veritatem per exhibitionem inſtrumenti ſerius demū detectam, partem aduerſam in expenſas condemnandam, ex doctrina Bald *in c. exceptionem, nu 2. de except.* Marſil. *in prax. crim. §. dilig nter, n 203.* quod inſtrumenti exhibitionem differens vſque in finem litis ſeu ſerius, non audiatur niſi refectis expenſis. licet ante eos, aliter paulo hac in re diſtinguendo ſentiat Caſtrenſ. *in d l deſtitiſſe ſub. n. 3. cum ſeqq.* vt enim dicebat Rebuff. qui ſupra quidquid dicant in contrariū doct. hoc ſeruat vſus forenſis.

h. *Se adiunxit.*) Dum ſolus procurator regius proſequitur, non condemnatur pars ad expenſas; ſi vero procurator cum parte, tunc pars condemnari debet, tam temeritatis ratione, quam calumniæ, & ne materia detur moleſtandi alium & vexandi, & quia deſiſtens bene punitur, vt ſcribit Rebuff. *conſtitut. reg. tom. 3. dict. tractat de expenſ. dam. & interr. art. 1. gloſſ. vn. num. 20 per l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expenſ cum ſimil* idemque Rebuff. *ad concord. Reg. Franc. tit. de electien. de rogat ad verb. regium Aduocatum in 15.* Aduocati regij priuilegio, ad fin ex SC tradit, procuratore Regio vel fiſcali Epiſcopi, cum parte iuncto, ſi ſuccumbant, partem ad omnes teneri expenſas, procuratorem ad nullas, voluitque Benedict. *in cap. Raynutius, ad verb. mortuo. 1. num. 169 ad fin. de teſt.* latè Aufrer ad Tholoſ. *dec 6. vbi dec 7 in princ.* eleganter poſt Angel *in tract malef. ad verb.* nec non ad quærelam, *in init*, eum ad cuius inſtantiam, querelam, vel inſtigationem inquirit iudex, ſi non probetur inquiſitio, teneri pœna Turpiliani, & in expenſas condemnari, perinde ac ſi principaliter accuſaſſet, neque accuſationem probaſſet, & quod principalis in cauſa criminali, renuncians, vel deſiſtens, incidat in SC. Turpilianum, condemnaturque in expenſis, voluit poſt gloſſ Caſtrenſ *in d. l. deſtitiſſe, num. 5. in fin.* & poſt alios

Digitized by Google

alios Sichard. *in d l poſtquam liti. num.* 20. *per l.* 1. *ff. ad Turpill* Sed & aduocatum vel procuratorem fiſci vel principis condemnari iniuriarum; & à fortiori in expenſis, ſi quem indebitè vexauerit, & calumniæ conuincatur, per *tex. in l. iij. C. de aduocat. fiſc.* reſpondit latè Crauett. *conſ.* 168. *numer.* 7. *cum ſeqq* qua de re & Guid. limitando, *dec.* 446. aliique prius commemorati latius, quibus addatur diſpoſitio *ordin. cur. Brabant. cap.* 5. præſertim *art.* 110. *& inſtruct. cur. Holland, art.* 22. quem declarat Merul. prax. ſuæ *libr.* 4. *diſtinction.* 3. *titul.* 9. *cap* 3.

i. *Acquieſcentias*) Literę huiuſmodi parlamento diriguntur in quibus rex permittit acquieſcere ſine emenda de gratia ſpeciali, & irritat appellationem ac annullat, mandatque conſiliarijs vt appellantem recipiant ad acquieſcendum, appellationemque annullent, vt tradit Rebuff. *conſtit. reg. tom.* 2. *tract. de lit impetr. ad renunc prouocation. art.* 1. *gloſſ. vn. ſub num.* 4. de quibus literis agit etiam Imbert. *inſtit. forenſ. lib.* 2 *cap.* 13. ſub init. & apud nos *artic.* 595. *& 604. ordin. cur. Brab. & apud Batauos art* 199. *instruct Holland.* quem declarat Merul. *prax. ſuæ li.* 4. *diſt* 2. *tit* 2. *cap.* 10.

k. *A lite diſcedere.*) Appellantem inuito appellato, non poſſe appellationi renunciare, ſed ante citationem appellati, renunciantem condemnari in expē-ſas, Guid. *dec.* 436. *num.* 35. Socin. latè *conſ.* 45. *num.* 12. *lib.* 1. Ferrar. *in form appell. à ſentent. diffin ad ad verb. coram vobis, num.* 8. Aufrer. ad Tholoſ. *dec.* 251. Felin poſt alios, *in cap. ex parte S. num.* 5. *&* 6. ibidemque Dec *cum apoſt. num* 17. *cum ſeq de reſc.* Marant. *d part.* 6. *tit. d. appell. ſub num.* 330, *& nu.* 333. Tiraquel. *de retract proxim a l tit. fin. num.* 25. Villalob. in com. *opin lit. A, numer.* 125. *& nouiſſ.* Gratian. ex SC. *dec* 23. *num.* 1. *cum ſeq* ita declarādo, quod tradit etiam Crauett *conſil.* 115 *ſub num.* 12. renunciationem appellationis eſſe de genere permiſſorum: & limitando, vt poſt citationem appellati non ſit locus renuntiationi: quia communis ſit appellatio, & ſecundum hæc intelligendum erit quod eleganter ſcribit Oldendorp. *de vſucapionib. & præſc ipt cap. de appell numer.* 5. cum appellatum eſt, haberi etiam humanæ fragilis rationem, quæ faciat, vt concedantur x. dies ad emendandam appellationem, ſi fortè ad alium iudicem appellari debuiſſet, (quippe obſeruandi ſint gradus magiſtratuum in probationibus) aut ſi toties eum appellationis pœniteat, iuxta *leg ſi quis,* 28 *C. de appell.* Cœterum Ant. *Fab. ex SC. C lib.* 7. *tit* 26. *definit.* 35. ſcribit, condemnatum prouocantem, ſi intra decem dies, ab eo quo lata eſt ſententia numerandos, ab appellatione reſilierit, nulla ſumptuum refuſione onerari debere, tametſi eam ob cauſam, ſumptus aliquos victoriam fecerit: quoniam imputare ſibi debeat, cur in iis ſumptibus faciendis tam fuerit diligens, cur ſciret vel ſcire deberet, totum illud decendium condemnato liberum eſſe, non ſolùm ad appellandum, ſed & vbi appellatum fuerit, ad appellationem ex pœnitentia deferendam. Id quod planè aduerſatur auctoritatibus & traditionibus ſuperiorum, præſertim Guid. & Gratian. neque etiam victoris erat ſuſpicari appellantis inconſtantiam, & expectare (vt Fab. voluit) pœnitentiam, ſibique imputare ſuam diligentiā: cum iura diligentibus non obſint, imò vigilantibus ſcripta ſint & ſubueniant, vt eſt text. *in l. pupillus,* 24. *in fin. ff. quæ in fraud. cred. in l. debitor.* 3. *in verb damno debet afficere creditorem,* qui ſibi diligenter proſpexerāt, *ff. de ſeparation. & in l non enim negligentibus,* 16. *ff ex quib. cauſ. maior* Sic quoque è ſtylo Franciæ tradit Imbert. *d cap.* 12. *ſub init.* renunciantem intra octo dies poſtquam appellatum eſt, nullius mulctæ damnum pati, niſi quod ordinarias legitimasque litis protelatæ expenſas aduerſario prærogat: limitando & declarando latius, vt & commentat conſuet. Pariſ. *tit* 2 §. 13 *gloſſ.* 1. *in verb. arreſt. ou brandon. num.* 122. *cum ſeqq* Rebuff *ad l, verbis appellatio,* 2. *verſ & ex hoc. & verſ. praxis etiam Franciæ, ff de verb. ſignific. & d art.* 1 *gloſſ vn. num* 7. *&* 12. Eſtque in eam rem, apud Francos, *arti.* 15. *tit de appell tom.* 3. *conſtitut. reg.* quem commentatus eſt mihi idem Rebuff. vbi tamen *numer.* 17. *cum text.* ibidem det facultatem renunciandi, ſi ritè renunciet, non teneri mulctam aliquam præſtare, nec expenſas, damna aut intereſſe ita atteſtatus, cenſuiſſe ſenatum ſuum Pariſ. quia hoc faciat auctoritate iuris, id eſt, illius conſtitutionis, qui verò iuris auctoritate fecerit non puniri: allegatam huc eſſe l Gracchus, *C. ad l. Iul. de adult.* Verum etſi iuris auctoritate quid faciens non puniatur, cur tamen hic renuncians expenſas, quibus victorem fatigarit, non reſtituat, nulla cauſa eſt: & ſuperiorū traditionibus itidem aduerſatur, præſertim *commentat. conſuet. Pariſ. d num.* 122 *in fin. &* Imb. *d. cap* 13. *qui inſuper lib.* 1 *cap.* 64. *in gloſſ verb. inſtaurari, verſus fin. verſ. ſed & ex eodem* Hoc amplius docet, ſi intra tempora quibus per regias conſtitutiones licet appellationi renunciare, aduerſarius appellantes illi proteſtetur nolle vti ſententia aut executione iudicati, à qua prouocatum eſt ab illo ſumptusque ob eam rem factos, illi refundere offerat eumque roget vt appellatione deſiſtat, non tamen cogi appellantem flagitationi alterius obſequi: ac nihilominus ab eo impendia conſecuturum omnia, quæ poſt eam quoque proteſtationem, ſiue offerendæ ſiue examinandę appellationis gratia fecerit: atque ita non rarò ſenatum eundem Pariſienſem iudicaſſe, vbi animaduertere eſt vtrobique, varietas & inconſtantia huiuſmodi, ſpreto iure Romano, iudicantium. Sed hic prolixior ſolito fui, eò quòd apud nos ſimilem hac in re ha-

beamus

Digitized by Google

beamus *art.594.ordinat.cur. Brabant.* & apud Batauos *inſtruct.cur.artic.*199. quem declarat Merul. *prax ſui lib.4.diſtinct.2.tit.2.cap.*10. In quo tamen 199.*art inſtruct cur. Holland.* voluit diſerte Carol. V.Imp. in huiuſmodi diebus 8. ſimul & appellationis & renunciationis diem contineri: atque ita tempus hoc currat de momento ad momentum, ita vt ſi hora decima appellauerit, octaua die, hora decima, debeat renunciare, debeatque in renunciatione die octaua facta, deſcribi hora: quemadmodum apud Francos artic. illum 15 *conſtit.reg.* diſertè interpretatus eſt Chaſſen. ad conſuetudines Burg. *rubr.1, de iuſti, § 8. ad verb. & ieur. ſub num.*6. cuius tamen interpretationem reprobat Rebuff *in d. l. vrbis appellatio, d. verſ. & ex hoc aliter explicando d art.*15. vt in eo dies ſententiæ, ſeu appellationis non computetur, ſed poſtea habeat octo dies appellans integros, intra quos renunciet, vt ex eodẽ art demonſtrat latius, ſic quoque praxin Franciæ, ex ſententia etiam ipſius Chaſſen. obſeruare atteſtatus, licet alioqui de iure com. decendium interponendæ vel renunciandæ appellationis, currat à die ſtatim ſententiæ latæ. adeoque de momento in momentum, *per authent. hodie Cod. de appell. & cap. quod ad conſultationem, de ſent. & re iud.* Gail. *lib.*1. *obſer.* 39 *num.* 5 *obſ* 141. *ſub num.*1.

l. *Infra ſex dies)* Eſt ea de re conſtitutio regis Franciæ, quam commentatus eſt Rebuff. *d. artic* 1. *gl. vn. tota tract. de lit. impetr. ad renunciar. preuent.* & latè eadem de re agit Imbert. *d. cap.*13. *verſ. præterea reſcriptum hoc.* & inibi *in gl. verb. denunciari, d. lib.* 2. *inſt forenſ.*

m. *Ordinatum eſt.)* De his itidem conſtitutio eſt reg. Franc. quam declarauit Rebuff. *dict. tract. de lit. impetr ad renunc. artic.* 2. & tractat Imbert. *d. cap.* 13. *verſ.* planè reſcriptum, Diſponitur etiam hac de re *artic.*603.*ord. cur. Brab. ad fin.*

n. *Iuriſdictiones)* Si enim pendente compromiſſo pars altera iudicem adierit, incidit in pœnam in eo adiectam, per *l. ſi quis rem.*35.*ff. de recep. arbitr.* & reſpondit Roman. *conſ* 358. *ſub nu* 2. Amat. copioſiſſ. *dec.*90.*num.*1. & 13 & VVameſ. *conſil.*61. *ſub num.*2. Sic quoque reſpondit Iaſ. *conſ.* 12 *nu.* 3. *ibi.*1, poſt Caſtrens. in *l. pecuniam, in fin. ff ſi cert petat.* durante compromiſſo non poſſe partem coram iudice conueniri, quin de pendentia compromiſſi poſſit obiicere, quia poſſit obligatio qua pars tenetur tolli per ſententiam arbitri, ſi eam abſolueret, quando è forma ſtatuti ſententiæ arbitrorum, perinde vt iudicum, haberent executionem, vel etiam in caſibus in quibus oritur de iure communi actio, vt cum laudum eſt à partibus emologatũ. vel appoſitum in compromiſſo iuſiurandum, vt in *l. cum antea & l ne in arbitris, C. de arbitr.* idemque voluit Felin. declarando *in c. ex tenore, num.* 19. *de reſcript.* Cæterum compromiſſum quod fit in arbitratores, eſſe tranſactionem quandam in qua non detur pœnitentia, etiam ſi velit pars ſoluere pœnã, definit poſt Bal. *in l. eos 6 §. apoſtolos n.*7. *C. de appel.* aliosque copioſe Amat ex SC. *d. dec.*90.*n* 5. *cum ſeq.* licet hac in re addubitarit Roman. *d. conſ.*358.*n.*2. *in fin.* Atque ita accipiendum erit quod ſcribit Rebuff *conſtit. reg. tom* 3 *tract. de arbitr. & arbitrato. artic.* 1 *gloſſ.*14 *nu.*22. compromiſſi effectum eſſe vt eo pendente ſuſpendatur iuriſdictio iudicis ordinarij, & cognitio, & quamdiu duret compromiſſum non poſſit iudex cognoſcere, ſi à parte opponatur. *per clement quamdiu, de appell. & authent ſi tamen, C. de tempor. appell.* idemque voluit latius declarando, ibidem *gloſ* 3 *num.* 8. *cum ſeqq.* Eritque ſecundum hęc eadem intelligendum quod tradit & Gail. *libr.* 1 *obſeruat* 141. *num.* 2. *cum ſeq.* poſſe partem alterutam, pendente compromiſſo, proſequi appellationem coram appellationis iudice: quia per compromiſſum non ſuſpendatur iuriſdictio ordinarij vel delegati, vt & ille ſeipſum quoque declarat inibi latius, Planè poſt laudum arbitratoris non adiri iudicem, etiam pœna compromiſſi ſoluta, eò quo eius exceptio ſit de impendientibus litis ingreſſum, quia vim tranſactionis habeat arbitramentum, reſpondit poſt Anchoran, ad *cap.* 1 *numer.* 5. *ad fin. de lit. conteſt in* 6 latè Iaſ *dict. conſ.* 12. *ſub num.*2. voluitque Gail *dict. obſ.*141 *num.*4. & quod arbitramentum æquiparetur tranſactioni, idem *d. lib.*1. Gail. *obſeruat.* 150. *ſub num* 4. Viui. *deciſ* 444. *num.* 10 Menoch. *conſ.* 123.*num* 41 & *conſ* 887.*n* 64. *vbi n* 2. Idẽ in compromiſſo, latiſſ. *Pariſ. conſ.* 24. *num* 118.*cum ſeqq. lib.* 2. vt & vtrunque comprobaui vbertimè in annot. ad locos com. par. Damhau. tit arbitraria & contractus, *ad verb. contractuum,* Qua tamen de re nouiſſ. & Fachinæ *controu. iur. lib.*11 *cap.*22. *toto. Alex. conſ.*34 *ſub num.*1. & poſt alios quoque Gabriel. *tit. de arbit. lib.* 2. *concl.*2.*n.*1. Marant. *de ord. iud part.*4.*diſt.*14 *num.*7. Boër. *dict. dec.*283 *num.*1. Soar. *recep. ſentent. theſ. in lit. A. numer.*240.

Digitized by Google

CAPVT CCIII.

De cadendo in Submiſsione, & Arbitraria.

SVMMAE.

1 *Submiſſiones quomodo fieri ſoleant.*
2 *Submiſſiones omnem Litem terminant.*
3 *Submiſſio ſit aliquando coram* { *Arbitro & Arbitratore.*
4 *Differentia,* { *Arbiter procedit iuridicè, vt Index.* / *Arbitrator procedit amicè.*
Arbiter conuenit cum Iudice {
5 *In principio, recipit libellum.*
6 *In medio recipit Teſtes & alias probationes.*
In fine, {
7 *Iudicat de toto,*
8 *Iudicat ex ſcripto,*
9 *Non pronunciat ſententiam nocte,*
10 *Eodem die circa acceſſoria iudicat.*
11 *Victum victori damnat in expenſis,* } *Vti Index.*
Differunt Arbiter & Index {
12 *In primo, quia Arbiter nihil agit omnium inuitum.*
13 *In medio,* { *Quia coram Arbitro non naſcitur hæreditum.* / *Quia ex ſententia Arbitri non naſcitur Actio.*
14–16 *In fine,* { *Quia Arbiter procedit, & pronunciat die Feſto.* / *Quia ab Arbitro appellare non licet,* / *Quia Arbiter non habet Iuriſdictionem propriam, ſicut recenſet Ang.* } *Non ſic Index,*
18 *Coram Arbitratore non proceditur iuridicè.*
19 *Arbitramentum, eſt amica Partium conciliatio.*
Differunt Arbiter & Arbitrator, quia {
20 *Arbiter format Proceſſum ſuum, vt Index*
21 *Arbiter pronunciat ſententiam.*
22–23 *Coram Arbitratore teſtata, non valent coram Arbitro.*
24 *Arbiter, & Arbitrator conueniunt*
25 *in hoc, quòd* { *Ambo procedunt in Cauſa diebus Feſtis.* / *Ab Arbitratore inique, recurritur ad Arbitrum.*
26 *Arbitramentum iniquum corrigitur per bonæ fidei arbitrium.*
27 *De Arbitro & Arbitratore, vide* { *Angelum.* / *Ioan. Bapt. Peruſium.* / *Petrum Iacobi.* / *Nicolaum Eucrardi.* / *Claudium Cantiunculam.* / *Nicolaum Hecms.*

Sicuti

SIcuti Tranſactiones (vti diximus) Litem omnẽ dirimunt, & terminant, ita quoque & ſubmiſſiones.

1 Fit enim, vt ambæ Partes ob perſuaſiones aut interlocutiones, aut Parentum, aut aliorum Amicorum, à futura Lite prorſus abſtineant, aut à Lite cœpta ſuperſedeant, ſic vt totam Cauſam Litis incipiendæ, & cœptæ deſerant, eamque in arbitrium bonorum, & doctorum virorum conſtituãt, & iudicandum, ac decernendam cõmittant. Quod vt iuſtius faciant, ambæ ſeſe, & cauſam ſuam dedunt, & ſubmittunt in ſententias, & iudicia Arbitrorum.

2 Quæ quidem Submiſſiones eius ſunt efficaciæ, vt frangant & extinguant omnes Lites futuras, & incœptas, imo & Iuriſdictiones omnes.

3 Duobus itaque modis iſthæc Submiſſio fieri ſolet, ſcilicet, quando in Arbitros, & aliquando in Arbitratores.

4 Hi ſicut inter ſe multum differunt (vt ſupra diximus) ita quoque multum intereſt, an quis ſe ſubmittat in Arbitros, an in Arbitratores, quia iſti diuerſimodè in cauſis ſubmiſſis procedunt, vti & ſupradiximus. Arbiter enim procedit ſecundum Ius, & iuris rigorem, & æquitatem ſcriptam ſequitur, quia ipſius arbitria ad ſimilitudinem iudiciorum ſunt redacta, *l. Prima, ff. de recep. arbit.* Et ideo coram Arbitro proponendæ ſunt Actiones. §. *Actionum autem, Inſtitut. de actionibus.* Præterea coram ipſo, offerendi ſunt ſunt libelli: (a) Cum antea, § *Litet, circa finem, C. de recept. arbi.* Imo omnia coram ipſo agenda ſunt, ſicut in ordinarijs (b) Proceſſibus in principio in medio, & in fine iudiciorum, & §.
5 Primo, in Principio. Quia ſicut libellus debet in principio coram Iudice offerri, *Authentica, Offerebatur, C. de Liteſconteſtat.* ita etiam offerri debet, (c) coram Arbitro, *l. generaliter, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* In medio.

6 Quia ſicut Iudex debet probationes recipere, (d) & Teſtes examinare, ita & arbiter, *l. Penultima, C. de recep. arbit.*

7 In fine vero quinque fere modis. Primò, Quia ſicut Iudex debet iudicare de toto, ita & Arbiter, *l. quid. tamen, ff. de recept. arbitr.*

8 Secundo, ſicut Iudex ſententiam ex ſcripto recitare (e) debet, *l. Prima, Cod. de ſententiis ex periculo,* vel rectius (authoribus Alciato & Budeo) ex ſcripto recitandis & *cap. Vltimo, de ſent. & re iudicat, lib. 6. ita & Arbiter.* (f) *d. l. g. Prima, & cap. cum ab. vno de ſent. & re iud. eod lib. 6.*

Tertiò, ſicut Iudex ſententiam in tenebris aut
9 noctu ferre non debet (g) *In Authentico. de Iudic. §. ſedebunt colla. 6. & cap. Conſuluit extra, de offic. dele.* ita nec Arbiter, (h) cum hic ratio diuerſitatis adduci nulla queat, ſintque arbitria ad omnimodam iudiciorum ſimilitudinem redacta, *d. l. Prima, ff. de recept. arbit. & l. à Titio, ff. de verb. obligat.* Deinde huc pertinet *l. Paulus, prima, ff. de ſentent & re iudicat.*

Quarto, ſicut ibidem, & iam *d. l. Iudici permitti-* 10
tur. eadem die, (i) qua ſententiam tulit, circa acceſſoria pronunciare, ſic idem etiam permittitur arbitro, docet gloſſ. *in l. Quia arbiter, ff. de recept. arbit.* quam gloſſ. dicit Ang. Aret. in §. *omnium, inſtitut. de Actionib* eſſe ſingularem.

Quinto, ſicuti Iudex victum victori in Expenſas 11
condemnat, *l. Eum quem temere, ff. de iudi. l. Properandum, §. Siue autem alterutra, C. eodem, & c Calumniam, extra, de pœnis* & Arbiter, vt notat Iaſo. *in d. §. Siue autem alterutra in 2 ampliatione,* vbi ad hoc non pauca allegantur vtilia Ex his itaque præmiſſis tantum conſideratis, manifeſtum eſt, nullum aut admodum exiguum eſſe diſcrimen inter Arbitrum & Iudicem, quia in Actionibus prædictis, & procedendi modo, videntur eſſe pares. Nihilominus tamen, quantumuis in dictis inter ſe conueniant, inter ipſos tamen abhuc reperitur nonnihil differentiæ, tam in principio, quam in medio, & in fine.

Differunt enim in principio, quia Iudex iudiciũ 12
pronunciat, & reddit in inuitum, ſicuti per totum iudicij Proceſſum pleraque aguntur alterutra parte inuita, *l. inter ſtipulantem, §. 1. ff de verbo. oblig.* Secus autẽ fit in cõpromiſſo vel arbitrio, quia in hoc regulariter nemo cogitur inuitus compromittere. (k)

Secundo, differunt in medio ſeu in progreſſu, 13
quia coram Arbitro non contrahitur Hærmoditiũ quia deſeri videtur iudic (l) *le. 2. C. de recept. arbitr.* coram iudice vero contrahitur Hærmoditium, *leg. Properandum, §. Sin autem Reus, C. de iudic.*

Item, ex ſententia Iudicis naſcitur Actio, *l. acto-* 14
ri, C. de Iureiur non autem naſcitur ex ſententa Arbitri: (m) *l. 1. C de recep.*

Tertiò in fine differunt. Primò in hoc, quod 15
Arbiter poſſit Feſto die in Cauſa procedere, & ſententiam pronunciare.

Secundò, ab Arbitro non poteſt appellari, ſiue 16
eius ſententia ſit æqua, ſiue iniqua, etiamſi enormem contineat iniquitatem, in *l Diem proferre, §. ſtari, ff. de recept. arbit. & in leg. Societatem, §. Arbitrorum. ff. pro ſocio,* cum ipſius ſententiæ non Iure, ſed metu pœnæ ſtetur: Arbiter enim eſt, qui de Partium conſenſu eligitur, & in eum ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur, *c. A Iudicibus, 2. quæſtion. 6.* Non enim ſtatur ſententiæ eius, niſi metu pœnæ, vel metu pignoris, vel pecuniæ dandæ, vel metu ſimilis alterius pœnæ conſtitutæ, & compromiſſæ, *l. Non diſtinguemus, §. 1. ff. de recept. arbit. & l. Prima, Cod. eodem,* & c. *Dilecti, extra, eodem.* Vel niſi metu iuramenti, quod poteſt interuenire ſecundum *Canones, cap. 3. & cap.*

Digitized by Google

per tex.ſi, ext. eod & c. Omne quòd licet 22. q. 1. ſecùs ſi ſecundum leges. *Authent. Decernimus,* C. *eod* & §. *quia verò, in Authent. de iudic. collat.*

17 Tertiò, Arbiter non habet iuriſdictionem (*n*) propriam neque delegatam, ſed ſolùm à partibus acceptam, *l. prima. ff. de recept. arbitr.* Reliquas differentias inter Arbitrum & Iudicem ordinarium, videbis apud Ang. *in* §. *Omnium, inſtitut. de actionib. vbi* 16. differentias, & 8. æquiparationes recenſet.

18 Hactenus de arbitro, & arbitrio. Nunc accipe de arbitratore. Arbitrator enim, quia duntaxat eſt amicabilis compoſitor, procedit non ſecundum Iuris ordinem, ſed ſecundum ſuam voluntatem, conſcientiam, & bonam fidem.

15 Quod autem non teneatur ſeruare iudiciarium ordinem in procedendo, vel ex hoc patet, quoniam coram arbitratore non eſt Iudicium, vt notat Innoc. *in cap. Quintauallis, de Iureiurand.* & Bartol. *in d.* §. *Arbitrorum,* & Bald. *in l. Finali, C. de contrahend. empt.* Item, quia coram ipſo non proceditur ordinariè, ideo etiam coram ipſo arbitratore (*o*) non proponitur actio, vt notat Specul. *in titul. de libell. concept.* §. *Reſtat videre* & Bartol. *in l. Societatem,* §. *Arbitrorum, ff. pro ſocio.*

20 Et quia arbitrator per amicam conciliationem procedit, ideo arbitramentum nihil eſt aliud, quàm amica quædam Tranſactio, & Concordantia, vt not. gloſſ. in *Authent. vt differen. iud.* §. 1. Atque ex iam monſtratis, liquet differentia inter arbitrum, & arbitratores. (*p*)

21 Primò, quod arbiter format Proceſſum ſuum, vt Iudex. Et arbitrator procedit ſine ſolennitate Litis ſeu Proceſſus.

22 Secundò, Arbiter ſuam tenetur pronunciare ſententiam, & arbitrator non, niſi volet: quia arbitramentum nihil aliud eſt (vt diximus) quàm tranſactio, aut amicabilis compoſitio, ſeu conciliatio. Quocirca talis arbitrator, ſi malè iudicat, id non ex ordine, vel cognitione Iuris, quia mores, & ordinem iudiciorum non ſequitur, nec ſeruat, ob quod etiam iudicatum præſtare non debet, aut de iudicato reſpondere, vel (vt Practici dicunt) non debet Litem facere (*q*) tametſi plus vel minus det alteri, quam forte de Iure dare debeat, vt notatur in *l. Sed & ſi in ſeruum,* § *ſi quis Iudex, ff de recept. arbitr.*

23 Tertiò, Atteſtationes habitæ coram arbitratore, non valebunt coram arbitro, aut coram Iudice ordinario: quia nec aliqua Lex hoc dicit, nec ratio Iuris hoc dictat, vt quæ conciliationis cauſa, imò quæ coram ipſo amicè & ſine iuramento ſunt depoſita, apud ordinarium Iudicem, ſuum vigorem obtineat, ac ſi per adiurationem fuiſſent depoſita.

Conueniunt autem in hoc, quod ſicut arbiter 24 poteſt in cauſa procedere, (*r*) & ſententiam pronunciare diebus Feſtis, ita & arbitratori licet nonnulli dicant, & credant contrarium: ſed (meo iudicio) malè, quia fraterna conciliatio, quæ Virtus eſt, Sabbatum non violat, ſed ſanctificat.

Item, à tali Arbitramento (ſi iniquum videtur) 25 poteſt appellari (*ſ*) vel recurri, non ad Iudicem ordinarium, ſed ad arbitrum, vel ad arbitrium boni viri *l. Vnde, ſi nerius, ff. pro ſocio.* & bonus vir dicitur Iudex. *l. continuus,* § *cum ita. ff. de verbo obligat.* Et debet huiuſmodi recurſus fieri ope exceptionis, vel replicationis: vt apparet manifeſtè *l. Vnde ſi nerius ff. pro ſocio.*

Vbi dicitur, iniquum arbitramentum corrigitur, 26 per bonæ fidei arbitrium vel Iudicium, quod debet ita intelligi (vt dixi) per modum exceptionis, vel replicationis faciendæ pro ſocio, in iudicio Actionis, vt faciat ibi ad titulum, & vt ad proxima fiat relatio: quia in *l. proxima fit mentio, de accuſatione pro ſocio,* vt ſi Reus credat, ſe grauatum ex arbitramento, ſeu dicto arbitratorum taceat, & quando agetur contra eum, poteſt excipiendo conqueri de iniquitate arbitratorum, & ſic corrigitur prioris arbitramenti iniquitas.

De his, ſcilicet, arbitro & arbitratore latiùs meminit Hoſtienſ. in ſumma, de arbitr. §. *qualiter ad effectum,* & Panorm. *in cap. Quintauallis, de iureiurand.* Angel. *in* § *Primo, inſtitut. de actionib.* Et copioſiùs Ioann. Baptiſta Peruſius in ſuo tractatu *de arbitr.* & Petrus Iacobi, in ſuo tractatu, *de Arbitris & Arbitratoribus,* D Baptiſta à ſancto Blaſio, in ſuo tractatu, *de Arbitro & Arbitratore,* centum quæſtiones continente, & D Claudius Cantiuncula, in ſuo lib. Topicorum, ſub loco, à Iudice ad Arbitrum. & ante eum D Nicolaus Euerardi à Middelburgio, in ſuo Topicorum libro, ſub loco, à ſimili. Hanc materiam etiam latè, ac fœliciter explicauit, anno D 1527. vel 1528. (ſi bene memini) cùm Louanij iuri nauarem operam, vir ſingulari doctrina ac iuriſprudentia præditus, D. Nicolaus Heems à Bruxella, cum titulum de *Recept. arbit.* C. Iuris ſtudioſis mane hora ſeptima quotidie prælegeret. 27

AN.

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CCIII.

a. *OFferendi ſunt libelli*)Socin.*in cap.* 1. *num.* 149.*verſ.* & *coram arbitris,de lib.*2.*oblat.* & *conſ.*10.*num* 1.*in fin. lib.*1.& poſt Caſtrenſ.*conſil.* 136 *num.*2 *lib.*3.Pariſ.*conſ.*24.*numer.*136. *libr.*2. apud quos etiam,arbitros vltra petita pronunciare non poſſe,per l,*ſi cum dies*,25.§.*plenum* , *de rec. arbitr.* & *voluit* nouiſſ. Gratian. *dec.* 6. *numer.*3. *cum ſeq.*

b. *Sicut in ordinariis.*) Sic arbitro procedente ſine partis citatione, aut monitione , ad proferendum laudum,nullum eſſe laudum,Gabriel. extendendo & reſtringendo,*tit.de citat.lib* 2 *concluſ.* 1.*nu.*44. *cum ſeqq.* & poſt Bart.*in l.legatum*,16.*num.*5.*in fi. ff.de vſufruct.legat.*aliosque Vincen.de Ann. *allegat.*99.*num.*1.voluitque Boër.*dec.*283.*num.* 36.*in fin vbi num.ſeqq.*poſt Roman.*conſ.*248.*num.*3.*cum apoſtill.* & *ſingul.*(*mihi*) 269.*cui init.compromiſſum, eſt*,aliosque,extendit & reſtringit copioſè, vt & Muſcatell.in prax. ciuil.*part.*2 *gloſſ verb. gradum num* 25.*cum ſebq.*& poſt Alex.*conſ.*124 *num.* 13. *lib.*2.Dec.*conſ* 39.*num.*2.aliosque extendit itidem eleganter Anna *d.allegat.*99 *ſub num.* 1.*cum apoſt.* vt procedat & cum data eſt in compromiſſo poteſtas procedendi partibus abſentibus vt & copioſè Gabr.*d.concluſ.*1.*num.*47.& *ſeqq* Villal *com. opin liter.c.num.*116.*in fin.*& poſt Viui.quoque *lib.* 1.*opin.*36.Soarez *rec.ſent.theſ.lit.*C.*num.*74.& *ſeq.* licet contrà ſentiat Menoch.*de arbitr.iudic.libr.* 1. *quæſt.*17.*num* 12 poſt Alc.*in l.ſiquis arb.tracta.*43. *num.*35.*cum ſeq ff.de verb oblig.*aliosque commemoratos.cæterum loquitur Alciat. cum in compromiſſo adeſt clauſula,vt etiam partibus non citatis pronunciare poſſit, vt & idem hoc caſu in eadem *l ſi quis arbit* [illegible] voluit poſt alios Socin.latè declarando, [illegible] & ſupra commemoratis, B[illegible] [illegible] *dec.* [illegible] 4. & *poſt* Viui.Soar.vbi ſupra,G[illegible].copioſè *d.concluſ.*1 *nu.* 49.& 54 ſic itidem limitando concluſionem noſtram diſertè Muſcatell *in d gloſſ.verb. gratum. nu.* 27.Et in hanc ſententiam poſt Caſtrenſ.*in leg.ne in arbitris*,per illũ text.*C.de arbitr.*reſpondit Leonin. *conſ.*67.*ſub num.*3.coram arbitro faciendam citationem,libelli in ſcriptis productionem;& actorũ ſcripturam,de qua actorum ſcriptura etiam Viui 444 *ſub num.*2.& Cephal.*conſ* 693 *nu.*29.*cum ſeq.* latiſſ.Maſcard *in tract.de probat.lib.*1.*concluſ.*32.*n.* 34 *cum ſeqq.vbi nu.*42.& 44.*in fin* aliud ſi partes poteſtatem arbitro conceſſerint procedendi ſine ſcriptis,ex quo inductum videretur, vt arbitro de proceſſu fides haberetur:ex ſententia Bart.*in auth. niſi breuiores*,in fin.*C.de ſentent. ex breuic. recit.*, idemque ante Maſcard.reſpondit Iaſ.*d. conſil.* 12. *num.*1.*lib.*1.& latius declarat Rebuff.*d.tractat. de arbitr.* & *arbitr art.*1.*gloſſ.*8.*num.*21 *cum ſeq.*addẽs exiſtimare ſe, hoc etiam caſu arbitrum in ſcripturam redigere teneri , ſi hoc pars altera requirat, per notat.Bart.& aliorum *in adducta authent.offeratur*,Dixi quoque copioſius ad Damh. *in d. loc. com.par.tit arbiter.arbitrium,ad verb.arbiter.*

c. *Ita etiam offerri debet*)Vbi tamen præcedit cõpromiſſum,non opus eſſe petitione , aut libello: quia compromiſſum ipſum habeatur ac ſuccedat loco petitionis,tradit,poſt Bald,(qui tamen in arbitratore loquitur)*in cap.vlt.num.*6.*in fin. de ſent.* & *re iud.*aliosque,Boër.*d.dec.*283.*num,* 15. ſentitque Caſtrenſ.*d.conſ.*136.*ſub num.*2.*lib.*2 Sic requiri vt ſit conforme laudum compromiſſo , reſpondit Burſat.*conſil.*432.*numer.*10 & *numer.* 19. *iuxta l.non diſtinguemus*,37. §. *de officio. de recept. arbit.*

d. *Recipere.*) Idem Damhoud. *in d. loc.com, tit. arbiter. arbitrium.vbi ad verb.probationes recipere*, per Menoch.*conſil.*208.*numer.*10. & 11. Roland. *conſ.*53.*num.*12.*cum ſeq.lib.*2 & *conſil* 7.*num.* 30. *cum ſeqq.lib.*3. aliosque,aliud dixi ſi conceſſa poteſtas fuerit,vt de facto,aut(quod perinde eſt)libero arbitrio cauſam poſſint definire,tunc enim non cogi adhibere cauſæ cognitionem,aut probationes cum enim compromiſſum factum fuerit de iure & de facto,dicitur factũ in arbitratores,vt poſt alios tradit & Amat *d decis.*99.*num.*3.& Muſcat. declarando *d gloſſ verb gradum,num.*23.*in fin. cum ſeqq.*

e. *Ex ſcripto recitare.*) Marant.limitando,*d.part.* 6.*tit.de ſentent num.*12.*cum ſeq.num.*15.& 16 rurſus *num.*115.Gomez.itidem limitando,*variar.reſ. tom.*2.*cap.*1 *num.*45 Zaſ.*in l ſciendum,num.*15.*de verb.obl.*Vetal.*dec.*139.*num.*1 *par.*2. Vinc. Ann. *ſingul.*473 limitando in ſententia regia, & in ſententia interlocutoria limitat quoque Soar. *recept. ſent theſ in lit.*S.*nu.*15.& nouiſs.Gratian.*dec.* 33. *num* 9 declarando latius.

f. *Ita & arbiter.*)VVameſ.declarando,*conſ.* 61. *num.*5.addens non valere compromiſsum,vt quod vni placet ſeu iuſtum videtur , alter pronunciet, quia non ſit liberat,ſi facultas ſententiæ,vt in *l itẽ ſi vnus*,§.*item Pomponius*; vbi nouiſs. Coſtal. declarando.*ff de recept.arb.*

g. *Noctu ferre non debet.*) Felin.poſt alios latiſs. limitando,in adducto *cap.conſuluit,num.*18 *verſ.in iudice vero*,& inibi Dec.ex com,declarando *num.* 99.& *ſeq de offic.deleg.*Sichard.poſt alios ex com. limitando,*ad l.non minorem.*20.*ſub num.*4.& *num. ſeq.*

conſ 50.*num*.5.*lib* 2 alioſque ſentit Menoch. copioſè *d.queſt.*18.*num.*8.*de arb.iud lib.*1.

q. *Et arbitratorem*) De huiuſmodi differentia, & quis ſit arbiter vel arbitrator, Rebuff. hodie apud Francos ferè ſupervacuam docens. *d tract. de arbit & arb.tr.art* 1 *gloſſ.*3 *num* 3. *& ſeqq.* latiſſ. Imol. *in cap. quintavallis. poſt princ. verſ. vlterius, eſt de iureiur.* & alii relati remiſſiue ab Euerard *d. loco à iudic. ad arb. ad fin. &* latè, poſt alios, Coraſ. *in l. ſocietatem* vbi ſolide Coſtal *in princ. § arbitrorum, nu.* 5. *ff pro ſoc* Gail. *lib.*1.*obſer.*150 *num* 4. Viui, *dec.*444 *num.*1. *cum ſeqq.* Caeſ de Graſſ. *dec.* 37. *num.*1. *cum ſeqq.* exactiſſ. Zaſ. *conſ* 12 *in* 2. *dubio. num.*7. *cum ſeq. lib.*1. Diximus de his itidem ſuperius *cap.*8. *praeter tim ſub num* 9.

r. *Litem facere ſuam*) Imò idem in arbitratore quod in arbitro, vel iudice: quia cum de dolo & lata culpa teneatur, non excuſatur ſiquid per imperitiam iudicauit, vt poſt Bart. *in l. vltim, num.*1 *ff. de var. & extraord. cognit in l. vlt in princ. per illum text ff. ſi menſ. falſ. mod dix* Bal *in l. ſiquis in conſcribendo in fin. & inibi* Alex. *num.*3. *Dec. num.* 16. & alios, tradit Menoch. de arbitr. *iud. libr.* 2. *caſu* 339 *num.*18, *de quo poſt alios* itidem Felin. *in c. paſtoralis, §. cum autem, num.* 20. *de off. d. leg.* Dixi in arbitro, cum Damhoud. *in loc com. par. tit. arbitrari male ad fin.* & iudice tradit etiam Rebuff. è praxi *conſtit. reg. tom.*1 *tract de ſentent. executor. art.* 7 *gl.* 15. *num* 2 vt & ſimul in arbitro Euerard. in lega *l. loc à iud c ad arbit. verſ.* 11. *iſtud facit*,

ſ. *Arbiter poteſt in cauſa procedere.*) In contrariū videtur text. in *l. omnes iudices*, 3. *C. de fer.* qua non iudices modò verùm & arbitri ipſi tam ſponte electi, quàm à iudicibus efflagitati, conquieſcere debet die dominico cum ea die nulla ſit cognitio, vt textum illum, aliòſque, in eam rem inducit Menoch. exactè, *d. lib.*1. *de arbitr. iud. cap* 30. *ſub num.* 6, *tum ſeqq.* idemque poſt Panor. *in cap vlt. nu.* 10. *&* 14. *de fer.* voluit Gail. *lib.*1. *obſer.*53. *n.*9. & nou. Peguer. *dec.*53. *num.* 14. & ante eos latius declarādo Bald. *d. conſ.*470. *num.*1. *& ſeq. lib.*1. vbi aliud in arbitratoribus cum ſint amicabiles compoſitores, nec cauſae cognitio apud eos deſideretur, vt docet & Menoch. *d. queſt.* 30. *num* 17. & Gail. *d. obſer.*53. *nu* 10. Scribit tamen Buſi. *ad l. ſi feriatis. ff. de recep. arbitr.* valere ſententiam latam diebus feriatis, etiam praetore non cogente, ſi partes non contradicant; quemadmodum vidiſſe ſaepe terminos compromiſſorum diebus etiam feriatis ſeruari atteſtatur, idque moribus, tranſiſulaniae ſcilicet aut Gelriae receptum. Verum opinor loqui eum, in diebus ob neceſſitatem hominum feriatis, non vero in honorem Dei, vt & doct. *illā l. ſi feriatis*, ibidem intelligunt.

t. *Poteſt appellari.*) Imò non poterit, per ſententiam arbitri grauatus, appellare, vt latius probat auctor infra *cap.*213. *num.*1. *&* 2. vbi copioſe comprobabimus *ad verb. non poterit*, ſed intelligendus erit hic auctor ſecundum vſum & conſtitutionem Frāciae, qua agit in eodem *cap.*123. *num.*10, vbi, voluit loco oportuniore, de ſubſequentibus hic tractabimus latius.

CAPVT CCIV.

De Compromiſsis aut Submiſsis.

SVMMAE.

1 *Compromiſſa in* { *Arbitros requirunt* { *Tempus terminandi, & Poenam inobedientiae.*

2 *Compromiſſa in* { *Arbitratores non requirunt* { *Tempus terminandi & Poenam inobedientiae.*

3 *Iura Eccleſiaſtica in Compromiſſis ſtipulantur aliquando* { *Poenam. Iuramentum, loco poenae.*

Compromiſſio in {
4 *Arbitros, ſcripto notatur, & authenticatur.*
5 *Arbitratores, non recipitur ſcripto.*
6 *Arbitros, in mag. Concil. excipitur à Notario.*

7 *Subarbitri non ſunt aſſumendi, niſi id in ſubmiſſione fuiſſet conceſſum.*

8 *Vnus & idem induere poteſt perſonam Arbitratoris, & Arbitri.*

Digitized by Google

1 IN compromiſſis & ſubmiſſis, quæ fiunt in arbi-
tros, neceſſariò duo requirũtur, Tempus & Pœ-
na. Tempus, *(a)* intra quod Arbitri Proceſſum for-
mare, inſtruere, & iudicare debent. Pœna verò ea
eſt, quæ ab Arbitro conſtituitur compromittenti-
bus, aut ſubmittentibus, & in quam Partes ſe ſub-
mittunt, & in quam ſe condemnari compromittũt,
(b) ſi ſententiam arbitrariam poſtea ſeruare nollent.

2 Sed in Compromiſſis, quę fiunt in Arbitratores,
nec dies, *(c)* nec pœna requiruntur, quia arbitrato-
res procedunt non Iuris aut Proceſſus ordine, ſed
ſecundum proprium arbitrium, & voluntatẽ, quo-
circa ipſorum arbitramenta reduci & corrigi poſ-
ſunt, per arbitrum aut per ordinarium, ſi pars per
ea arbitramenta ſe nimium læſam, ac grauatam cõ-
queratur, vti diximus Capite præcedenti, nu. 26.

3 Iura Eccleſiaſtica ſiue Canonica ligant compro-
mittentes in manu arbitri aliquando pœna, ſcilicet
arbitraria, vt ſuprà, aliquando Iuramentum *(d)* loco
pœnæ præſtandum ſtipulantur, quod Iuramentum
fieri ſolet, aut tactis Sacroſanctis Euangeliis, aut
Cruce, aut erectis digitis, & conceptis verbis. Sed
Iura Ciuilia, nullum Iuramentum in Compromiſ-
ſionibus recipiunt, *(e)* nec ſtatuunt, ſed pœnam
ſtatuunt.

4 Compromiſſum autem aut ſubmiſſum in arbi-
tros debet ſcribi, *(f)* ac tum ſcriptum illud debet
authenticari per aliquem Iudicem, Notarium, Ta-
bellionem, Graphiarium, aut per aliam ſimilẽ per-
ſonam publicam, idque præſentibus Teſtibus, quia
arbiter ſecundum hoc fundamentum, ad conſcrip-
tam illam, & acceptam authoritatem debet inſti-
tuere ac producere ſuum Proceſſum, ac eam con-
ſcriptam facultatem nullo modo excedere. *(g)*

5 Sed iſtud non requiritur, quando aliquis ſe ſub-
mittit in arbitratores, tunc enim non eſt neceſſe,
ſcripturam aliquam, ad ſuam arbitratoris faculta-
tem, pro Proceſſus ordine ſtabiliendam, conficere,
quia arbitrator (vt ſæpe dictum eſt) nullum proceſ-
ſus ordinem ſequitur.

Conſiliarij magni Concilij Mechlinienſis nullas 6
partium ſubmiſſiones per ſe accipiunt, ſed partes
remittunt ad Notarios, aut ad alios, vt coram ipſis
huiuſmodi Submiſſiones, ſiue Compromiſſa prius
authenticè peragantur. Deinde ſi arbitrium tale aſ-
ſumpſerunt, *(h)* illam notatam Compromiſſionem
à Notario accipiunt, & poſteà in cauſa, ſecundum
Iuris ordinem procedunt. Sed hic notandum eſt,
quod aliquando conſtituantur arbitrorum Vicarij,
qui cum arbitro ſimul negotium peragant, aut in
abſentia, vel ob impotentiam arbitri, cauſam, veri
arbitrij loco, ſoli diſcutiant. Hi vocantur Subar-
bitri.

Verùm nec hi locum, nec authoritatem habere 7
poſſunt, niſi in ipſa ſubmiſſione in arbitros ſimul
accepti fuiſſent, aut niſi tunc prælocutum fuiſſet,
& conceſſum, arbitrum poſſe ſecum aſſumere ali-
quem ſubarbitrum, quem vellet, aut tunc expreſſè
denominatum. Niſi enim hoc prius fuiſſet conceſ-
ſum, cum Subarbitro in negotio procedere non
poſſet, quia ſic non procederetur ſecundum ſub-
miſſionis formam, *(i)* ſed ſecundum ſuum nutum,
quod fieri non poteſt. Secundò quoque notandum
eſt, quod vnus atque idem poteſt ſimul eſſe & Ar-
biter & Arbitrator, tametſi in iis procedendi ratio
ſit diuerſa. Vterque enim aſſumitur ad citiorem Iu-
ſtitiæ terminum, & ad fæliciùs inexhauſtos ſum-
tus vitandos, & poſtremò, ad maiorem amicitiæ
conciliationem, & odij futuri deteſtationẽ.

Quocirca communiter fit, vt partes ſuæ ſubmit- 8
tant in vtrumque, hoc eſt, vt in cauſis controuerſis
vnus, & idem induat vtramque perſonam, ſcilicet,
& Arbitri, & Arbitratoris: ſic vt ſi partes Conſi-
liis, Rationibus, & amicis Pacificationibus con-
cordari poterint, id primò, ſcilicet curet. Sin id nõ
valebit, Arbitrum agat, & rem omnem Iuris ordine
peragat. Atque hoc geminum officium Arbitrato-
ris & Arbitri, in vno mihi videtur admodum lau-
dabile amplectendum.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CCIV.

a. TEmpus.) Fieri tamen poſſe compromiſſum ſine die & termino, *per l. ſed ſi compromiſſum, 15. ff. de rec. arb.* diximus ſuperiore, *cap. ad verb. deſeri videtur iudicium*, poſt Boër. *dec* 283. *n.* 4.

b. *Condemnari compromittunt.)* Arbitri ex compromiſſo adeuntur, hoc eſt, ex pœnæ repromiſſione, ſi ſententiæ illorum non ſit paritum; nam niſi compromiſſum interuenerit, ſententiam ferre non coguntur, per *litigatores, 11. §. arbitrum, de rec. arb.* quod *alibi I.C. in l. non diſtinguemus, 36. ſub init. ead. tit.* interpretatur, niſi pœna ſit compromiſſa, vt eleganter docet Coſtal. ad *l. ſocietatem, poſt princ. ff. pro ſoc.* Hinc definit Cæſ. de Graſſ. *d. dec. 57 n. 6. appoſitum in compromiſſo* pœnam maximè oſtendere arbitrum electum, idemq; ſic latè Zaſ. *d. conſ* 12. *n.* 8. *& 14. cum ſeqq.* vbi tamen *n. 17. poſt gloſſ. in d. l. non diſtinguemus, in verb pœna*, non eſſe perpetuum, quod in ſolis compromiſsis, item in omnibus pœna apponi ſoleat.

c. *Nec dies.)* Bald. *in c. quintauallis, num. 9. in fin. de iureiur.*

d. *Aliquando iuramentum.)* Panorm. latè declarando,

rando, in c. non ſine, num. 8. & in c. per tuas, num. 11. cum ſeqq. de arbit. Coſtal. eleganter in leg. ij. ſub init. de recept. arbitr. ibidēque ſub n. 3. limitando, ſi qua lege aut conſuetudine prouinciali contrarium ſit receptum, vt in Hiſpaniarum prouinciis nullæ conuentiones iuramento ſtabiliuntur, vt & noſtris moribus obſeruari certum eſt.

e. *Recipiunt,*) Declarat Buſi. in d. l. ij. nu. 3. de rec. arbitr. & latius Zaſ. dict. conſ. 12. num 28. cum ſeqq. libr. 2.

f. *Debet Scribi.*) Text. in l. ne in arbitris, vbi not. C. de arbitr. adeoque per illam l. non debere admitti quempiam ad probandum teſtes arbitrium, niſi per literas ſigillatas, reſpondit Rebuff. ita eſſe etiam conſuetudinem aſſerens, conſ. 155. ſub init. ex ſententia Manſuer. in prax. rubr. de arbr. §. 1. Et ſi non probetur arbitrium per literas, ſemper procedere iudicem poſſe, nec proceſſum impediri, idem Reb. d. tract. de arbit. art. 1. gloſſ. 2. num. 10. Aliud tamen apud nos obſeruatur, vt hic patet, & apud VVam. d. conſ. 61. verſus fin. & latius infra cap. 208. in init.

g. *Excederet.*) Alex. conſ. 119. nu. 7. ad fin. lib. 2. & conſ. 48 num. 7. & ſeqq. lib. 7. Socin. conſ. 20. ante num. 1. libr. 1. Ceph. conſ. 693. num. 15. Decian. idem in arbitratore declarans, conſ. 33. nu. 133. lib. 1. Rebuff. d. conſ. 155. poſt princ. Villalob in com. opi. lit. A. num. 133. VVameſ. conſ. 61 ſub num. 3. Merul. prax. holl. lib. 1. tit. 7. cap. 2. ſub init. Sed neque de alia re quam quæ compromiſſo continetur ſententiam ferri, Vinc. Ann ſing. 36. Pariſ latiſſ. conſ. 24. num. 98. & ſeqq. lib 2. Villal. in com opi lit. C. num. 116. verſ item nota. Boër. dec. 283 num. 14. Kirch. com opin. cent. 1 conclu. 42. verb. arbitrorum vel arbitratorum poteſtas. Magon ex SC. dec. 98 num. 25. defin. 2. num. 1. vbi tamen ſi ſententiæ litigatores conſenſerint valere in vim pacti, idemque Boër. d. dec 283 num. 13. cum ſeq. Rebuff. d. art. 1. gloſſ. 14. num. 6. Atque ita exaudiendi contra ſentientes, Corſet. ſingul. 19. in verb. arbiter. Dec. conſ 434. nu. 8. Burſat conſ 432. num. 40. cum ſeq. Verall. ex SC. deciſ. 165 num. 5 part. 1. Viui. deciſ 380. num. 23. & ex SC. dec. 473. num. 8. cum ſeqq. & nouiſſ. Gratian. dec. 6. num. 5. nam vt reſpondit præclarè Roman. conſ. 173. ad fin. & conſ. 175 num. 4. vbi apoſt. Mādoſ. licet ſubſequens partium ratificatio non poſſit laudum nullum reddere validum, in vim laudi, iuxta c. examinata, de confir. vtil. vel inutil. poſſit nihilominus in vim pacti, vt in l. ij. C. com. vtriuſq; iud. idemque Socin declarando conſ. 18 n. 38. cum ſeq. lib. 1. Afflict dec. 117. nu. 5. cum ſeq. Dec. declarando, poſt alios in d. c. examinata, (mihi) num. 8. de confirmat. vtil. vel inut. & limitando, conſ. 475. nu. 33. cum ſeq. Pariſ. conſ. 24. nu. 162. li 2. Burſ. requirens ſtipulationis etiam interuentum, d. conſ. 432. n. 19 & ſeqq. Nam & quando partes fuerunt laudi pronunciationi præſentes, nec contradixerunt, præſumi cognitum de cauſa, omnesque ſolemnitates fuiſſe adhibitas, quia alioqui contradixiſſent, tradit poſt Bald in l. prolatam, in fin. C. de ſentent. & interl. omn iud. Aretin. in fin. aliosque in l. ſciendum, ff. de verb. oblig Pariſ conſ. 24. nu. 153 lib. 2. & Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 76. num. 33. de præſumptione laudi & arbitramenti etiam Burſat. copiosè d. conſ. 432 num. 5. cum ſeqq. Quin & ſi apparet laudum præſentibus partibus latum, licet non adſit compromiſſum, ſuſtineri tamen in vim taciti compromiſſi docet poſt Socin conſ. 22. nu. 1. & ſeq. lib. 2. aliosque Gratian. d. dec. 6. n. 35. & ſeq. & ante eum Pariſ d. conſ. 24. ſub num. 153. ſentitque Menoch. d. n. 33. in fin. Afflict dec. 117. n. 5.

h. *Aſſumpſerāt.*) Debent enim aſſumpſiſſe alioqui pœna prius non debetur, Rebuff. d. conſ. 155. verſ. itē ibi, neque poteſt antea dici cōpromiſſum, neque operari, per gl. & Bal. in l. ſi cum dies. 26. de rec. arb. Verum facta petitione, eaque per arbitrum admiſſa vlteriusque procedendo, videtur acceptaſſe arbiter compromiſſum, quod magis etiam ex laudo deinde ſubſecuto patet, vt poſt Anchoran. conſil. 262 verſ. præterea appareat, ſcriptum reliquit Boër. d. dec. 283. num. 10. verſ. & ille & nouiſſ. Menoch. d. præſumpt. 76. num. 35. in fin. & ante eos Alex. conſ. 84 ſub. num. 4. cum ſeq. lib. 5.

i. *Formam.*) In arbitrio formam compromiſſi ſeruandam per l. non diſtinguemus, 37. §. de officio ff de rec arb. Hartm. tit. 45. de poſſeſſ. obſer. 3. verſus fin. VVameſ. d. conſ. 61. n. 3. voluitque Dec. conſ. 434. n. 6. cum ſeq. Soc. conſ. 227. n. 6. lib 1. Pariſ. d. conſ 24. n. 100. Poſſe tamen arbitratorem apponere in laudo, modos congruos & adiacentes, reſpondit Alex. d. conſ. 119. n. 2. lib. 2. poſt Bald in l. ſi ſuper poſſeſſione C. de tranſact. vbi poſt alios quoque copiosè Dec. num. 4 cum ſeqq. idem in arbitro quoque ſuſtinens: quia & arbiter poſſit alteri rem adiudicare, eo adiecto, vt teneatur alteri certam quantitatem ſoluere idemque Decian. d. conſ. 33. num. 135. cum ſeqq. lib. 1. cum enim hoc poſſit iudex (vt ſubdit inibi Dec. in re communi diuidenda, vt inſtit. de offic. iud. §. ſi familiæ; cum §. ſeqq. idem fit in arbitro, qui ei æquiparetur, iuxta l. 1. de rec arb. idemque in quolibet perito, & à partibus electo, vt indiſtinctè omnes poſſint apponere, modos congruos & adiacētes, declarat ex ſententia Cephal. conſ. 121. nu. 12. cum ſeqq aliosque, poſſe etiam de incidētibus, connexis, cohærentibus, acceſſoriis cognoſcere & pronunciare, declarando tamen inibi numer 16. cum ſeqq. poſt eundem Cephal. conſil. 693. numer. 23. cum ſeq. intelligi ad hunc effectum connexa & dependentia, ſiue cohærentia, ſine quibus non poſſit controuerſia explicari, aut decidi: & quomodo vlterius etiam connexa & coniuncta dicantur, poſt Menoch. de arb. iud. libr. 2. caſu 95. toto. aliosque.

Digitized by Google

CAPVT CCV.

Qui Arbitri eſſe non poſſunt.

SVMMAE.

Arbiter eſſe non poteſt,

1 *Surdus, Mutus, Cæcus, Seruus, Pupillus, &c.*
2 *Excommunicatus. ſed bene Arbitrator.*
3 *Mulier, niſi Iuriſdictione, aut Dignitate ad hæc valeat.*
4 *Attamen Mulier poteſt eſſe Arbitratrix.*
5 *Totus Magiſtratuum Cœtus.*
6 *Qui viginti annis minor eſt.*
7 *Liber, ſi cauſam aſſumpſit ſeruitutis tempore.*
8 *Abbas, Prior, Præpoſitus, niſi haberent Iudiciæ.*
9 *Epiſcopus poteſt eſſe Arbiter.*
10 *Monachus, ſine conſenſu ſui Superioris.*
11 *Monachus debet vacare Precibus, & Pſalmis.*
12 *Monachus Epiſcopus poteſt eſſe Arbiter.*
13 *Laicus, in cauſis Spiritualibus.*
14 *Attamen Laicus & Clericus ſimul, cum conſenſu Superioris arbitrantur.*
15 *Laicus, in merè Spiritualibus nec principaliter, nec incidenter.*

DIximus quid ſit ſe ſubmittere in Arbitros, & in Arbitratores, reſtat videre, an liceat in quoſuis Arbitros ſubmittere, vel an quiuis poſſint eſſe Arbitri.

1 Pro hoc ſciendum eſt, quod multi ſint, in quos compromittere non liceat: non enim compromittere licet in Mutos, Surdos, Cæcos, Furioſos (*a*) vel Dementes, in Seruos, (*b*) Pupillos ſine Tutore, & in plures alios ſimul. *l. Diem proferre, § Coram, & l. Sed etſi in ſeruum, ff. de recept. Arbit. & argu. l. prima, ff. de recept. Arbit. & notat in leg. Cæcus, ff. de Iudic.*

2 Deinde non licet compromittere in excommunicatos, vt pote qui de iure non poſſunt eſſe Arbitri. Secus tamen fit ex conſuetudine, vt not, *l. illa verba*, & ibi Bart. *ff. de verb. ſignif.* vbi Barthol. dicit, quod textus videntur dicere. Quod Excommunicatus poſſit eſſe Arbitrator, quod capax ſit Iuris Ciuilis, & à Iur. Ciuili nullo modo excluſus, nempe, qui quoſuis Contractus inire (*c*) & faceret poſſit, teſt. eod. Bart. *in l. Cum pater, §. hæreditatem 1 ff. de lega. 2. & in le. facto, §. Si quis rogatus, ff. Ad Tre. l. Pedius, ff. de recept. arbit. & l. Si qui, C. de epiſc. audie.* & ibi Cyn. & Maſſuerus in ſua Iudiciorum Praxi, tit. *de Arb. in fin.* Sed Gloſſa tamen in verbo: Ignominioſus, in *d. l. Pedius*, hanc quærit Quæſtionem. An excommunicatus poſſit eſſe Arbiter? & reſpõdetur ibidem negatiuè, quod non, (*d*) idque propter legem Chriſti, qua dicitur: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, Math. 18. cap.* Ideoque nec Partes cum ipſo quicquam communicare poſſunt, qui ext. Cõmunica, eiectus eſt, *vt in Authent. de priui. dot. hæret. Mulierib. non præſtan. in fin.* Inter Hæreticos poteſt, vt *et l. Quoniam, C. de hæretic.* Item, quod Excommunicatus non poſſit eſſe Arbiter, *not. cap. Ad probandum, Ex de ſenten. & re iud. & argu. d. l. Pedius*, ad hunc modum: Nullus Seruus poteſt eſſe Arbiter, & Excommunicatus eſt Seruus (ſcilicet Diaboli) ergo, &c. Minor autem, ſcilicet, quòd Excommunicatus (loquor de legitimè & debitè Excommunicato) ſit ſeruus Diaboli, probatur per illud. Extra Eccleſiam non eſt Salus, & qui facit Peccatum ſeruus eſt peccati pater eſt. Idem quoque prob. in eod. *tit. c. Noue*, & ſeruus eſt peccati, *vt l. ſi. C. de ſent. paſſ.* Attamen teſtibus Bart. & Bald. poterit eſſe Arbitrator, (*e*) licet non Arbiter iuxta loca ſupra allegata, quibus adde Panor. *in c. Quintanallis, extr. de Iureiur.*

3 Vide Spec. Sic quoque nec Mulieres ſemiberbes poſſunt eſſe Arbitræ, aut Compromiſſum aut Submiſſionem ad ſe recipere, (*f*) *l. ſi.* & ibi Bald. & Salic. *C. de recept. arbit. & c. Dilecte. ext. eod. de arbit.* Niſi Mulieres iſtæ tales eſſent, quæ alioqui Iuriſdictionem aliquam (*g*) de Iure communi, vel ex Conſuetudine haberent, aut certe tales, quibus ipſarum Præeminentię (*h*) ad hoc Authoritatem præſtaret. Nam tunc etiam ſuper rebus temporalibus

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiæ, poteſt in eas validè compromitti, *d. cap. dilecti.*

4 Attamen omnes honeſtæ Mulieres ſeu Matronæ poſſunt eſſe Arbitratrices, (*i*) id eſt, amicabiles Compoſitrices, ad amicabiliter componendum & concordandum Partes, quæ in ipſas, tanquam in Arbitratrices, compromiſerunt ex bono & æquo ſed non ex iure, Vide Spe. Atque id exēplis multis comprobatur, quibus Principes Mulieres non raro controuerſias Regum, amicis conciliationib. ac Tranſactionibus compoſuerunt. Sicuti Margareta Duciſſa Sabaudiæ, & D. Ludouica Dangolēma, Mater Regis Franciæ Franciſci primi, conciliarunt animos Imperatoris Caroli V. Franciſci Regis Franciæ Cameraci, anno 1529. qui complexus eſt hoc dicto: Ecce veterata Pax Cameraci reuiuiſcit, in qua quidem Pace, per ipſas etiam Reſortum ad Parlamentum Pariſiēſe cum noua confirmatione, prorſus ſublatum, & extinctum fuit iuxta nouiſſimum Contractum intra Carolum Impetratorem quintum, & Regem Franciſcum primum, initum Madrilij in Hiſpaniis, quæ olim māltua, poſteà verò Viſeria vocabatur.

5 Item, In Collegium Magiſtratus compromitti non poteſt, potiſſimum de cauſa ſeu Lite coram ipſis pendente. Nemo enim in eadem cauſa & Arbiter & Iudex eſſe poteſt, iuxta vulgatam *l. g. Sed ſi in ſeruum, §. Si quis Iudex ſit, ff. de recept. Arbitr.* concordat textus *in c. Infames, 3. q. 7.* Quocirca totum Collegium, quod Iudicis Partes obtinet, non poteſt (*k*) eſſe Arbiter. Verum ſinguli ex eo Collegio aſſumpti, in cauſa illa Arbitri eſſe poſſunt. Et quamquam hic dixerim, quod totum Collegium Magiſtratus non poſſit eſſe Arbiter, aut in ſe Arbitrium recipere, idem tamen totum Collegium poteſt eſſe arbitratoriū, aut Arbitramenta (*l*) in ſe recipere.

6 Minor item viginti annis non poteſt (*m*) eſſe Arbiter, *l. Cum lege, ff. de recept. arbit. & c. Vigeſimum extr. de offic. & poteſtat. iudi. deleg.* Neque valeret Submiſſio, ſi quis ſe ſubmitteret in aliquem, qui eſſet nouendecim annorum, & is virtute illius Submiſſionis, vellet agere Arbitrum, vbi exceſſiſſet annum vigeſimum, & tanto tempore cauſam Arbitrij extendiſſet, quia Iuris eſt Regula: Quicquid in initio vitioſum eſt, & de Iure non tenet, id ex protractu temporis conualeſcere non poteſt *leg. Quod in initio, & l. Quæ ab initio, ff. de regul. iur. & in regula ſiue, cap. Non firmatur,* codē titulo *de Regul. iur. lib. 6.* Quæ regula ſic habet: Nō firmatur tractu temporis, quod de Iure ab initio non ſubſiſtit.

7 Sed hoc limitandum eſt, niſi iſtud cum Partium conſenſu ſic fiat, vt notat. *l. et & ſi in ſeruum, in principio de recept. arbit.* Sed de his vide Philippum Decium & Dynum, ſuper iiſdem Titulis & Regulis prædallegatis ſic nec liber poteſt eſſe Arbiter in cauſa, quam aſſumpſit ſeruitutis tempore, (*o*) iuxta *l. Pedius, ff. de recept. arbit.* vbi dicitur: Quod Seruus & Liber ſimul prohibentur eſſe Arbitri. Quin & ſi quiſquam Seruus tam eſſet temerarius, vt in ſeruitutis tempore in ſe Arbitrium reciperet, & in cauſa procederet vſque ad definitiuam excluſiuè, & interim fieret liber, & eo libertatis tempore Sententiam de productis pronunciaret, non valeret Sententia, quia vitioſum eſt ædificium, quod vitioſo fundamento innititur. Valeret tamen id pronunciatum, ſi Partes ambæ in eam Sententiam pronunciandam conſenſiſſent, *dict. leg. Pedius.*

Attamen Serui poſſunt eſſe Arbitratores, vt ibidem. Item, Abbates, Priores, Præpoſiti, Regulares, & cæter. non poſſunt eſſe Arbitri, præſertim in rebus ſeu cauſis Secularibus & Prophanis: quia hi ſecundum particularem Profeſſionem, vt mundo mortui, haberi volunt, & vt mundanis rebus abdicarentur, nouam quaſi profeſſionem auſpicantur. De quibus Paulus dicit, 2 *ad Timoth.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Sed hæc dixi ex Iure profeſſionis tantum & non ex Iure aut conſuetudine, aut Iuriſdictione aliunde accepta. 8

Nam ſi Abbates, Epiſcopi, &c. haberent poteſtatem, aut Iuriſdictionem, qua poſſint iudicare, ſiue Sententias ferre, ſeu pronunciare de cauſis ſecularibus eamque accepiſſent, aut per Priuilegium, aut Conſuetudinem, Submiſſio in ipſos facta haberet locum, & de cauſis ſecularibus Arbitri tunc eſſe poterunt, (*p*) Epiſcopi tamē poſſunt eſſe arbitri, quia poſſunt & habent Iuriſdictionem. 9

Ad dictorum imitationem, Monachi quoque poſſunt arbitrari, potiſſimum in cauſis vtilibus, & ad ſuum Monaſterium cōducentibus, attamen hoc ſolum ex mandato ipſorum Abbatis, aut Superioris, ſine cuius conſenſu, nullus Monachus poteſt eſſe (*q*) Arbiter. Imò nec Arbitrator quidem eſſe poterit, ſine conſenſu ſui Superioris, quia Monachus (vti dixi) profitetur ſe quaſi mundo mortuum, & tanquam Seruum, quantum ad actus Ciuiles, (*r*) *l. Si qui ex conſenſu, C. de Epiſc. audien.* & ibi Cyn. *& l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cler. & l. Quod attinet, ff. de Reg. Iur.* 10

Ideoque non debet vacare rebus Secularibus, ſed Precibus & Pſalmis continenter incumbere, *l. Decernimus, C. de Epiſc. ordien.* ad quæ exercitia Spiritualia ſe Profeſſione peculiater conſeruauit, *l. Vltima, C. de re. ept. arbit.* 11

Verum ſi contingat Monachum poſtea fieri Epiſcopum, tunc quidem poterit eſſe arbiter in cauſis Secularibus, non tanquam Mo- 12

nacho,

nachus,ſed vt Epiſcopus, aut ratione Dignitatis, ac Præeminentiæ, aut ratione Iuriſdictionis Secularis,ſi quam habeat,iuxta *d.l.Siqui ex conſenſu* Si enim opus Iudex eſt, & *à leg.vt Iudex eligitur*, multo magis Arbiter eſſe poterit,*l. Quidam,ff de re iud.* de hoc vide D. Cynum,*in d l. Si qui ex conſenſu, nu.4.5.C.de Epiſc audien.*

13 Sic contra, ſicut Eccleſiaſticus non poteſt eſſe Arbiter aut Arbitrator, in rebus aut cauſis Spiritualibus,omnino etiam indignum & inconueniens eſt,ſi Laicus de Spiritualibus arbitretur, *c.Contingit extra,de arbit.* Imo ne vlla quidē negotia Spiritualia (de meris Spiritualibus loquor) tractare debēt,(t) aut iudicare Laici,*c.decernimus,extr.de iud.* ſed ea per Epiſcoporū, Abbatū,& aliorū Prælatorū Iudicia diſponi debēt. Sed hæc intelligēda ſunt, niſi tales Laici haberēt Spirituale perſonā ſibi adiunctā, eo enim tūc caſu, in Spiritualem arbitrari poſſunt. Alij ſic diſtinguunt. De rebus mere Ciuilibus,(v)quibus quibus nullū Spirituale eſt annexū, poteſt cōpromitti in Laicū, argumento, *d.c. Contingit.* Quia enim *in d.c. duntaxat prohibitionē* faciat de Spiritualibus, ſe Tēporalibus Arbitria fieri poſſe videntur, iuxta Argumentum commune: quia quod de vno prohibetur, de altero conceditur,*c. Qualis,25.diſt.* Quocirca ſi quis in Laicum ſic quicquam arbitrariè pronunciaret de rebus ſpiritualibus,non teneret illud Arbitrium,neque pronunciatum. *vt d.c.Contingit.* Sed ſi compromittatatur in Clericum & Laicum ſimul,(x) idque cum authoritate Superioris, videtur quod valeat Compromiſſio.

Primò, quod non compr omittat in ſimpliciter Laicum, quia etiam Clericus eſt. Secundò, quod eam Compromiſſionem non per ſe,id eſt,per propriā Authoritatē(qua nō potuit) ſed per Authoritatē ſui ſuperioris fecerit,cū qua & Clericus arbitari poteſt,vti ante diximus,& ſicut patet per *c.tuas extr.de Arbit.* Et ſecundū hāc ſuperioris permiſſionē,magis dignū trahit ad ſe minus dignū,vt vel ſic res valeat potiusquam pereat *c. Quod in dubiis,ext. de conſe ec.vel altar. & ca.Abbate,extra de ver. ſignific.* Sed compromittere de Spiritualibus in eum, qui tantum eſt Laicus, ne per conſenſum Epiſcopi quidem poteſt, ſed ad hoc requiritur authoritas Papæ § *Verum,22.diſtinct.c,Mennam,2.q.5. & ca. Nos ſi eadem cauſa q.7.* 14

Ex quibus omnibus concluditur, quod Laicus de rebus Spiritualibus nullo modo iudicare poteſt, nec principaliter, nec incidenter (z) ſecundum Baldum in *l, Non diſtinguemus, §. de liberali. ff.de recep.arbi.* Sed quod cauſæ omnes Spirituales ſolummodo committendæ ſunt perſonis Spiritualibus,argumento,*cap.Cum te conſulente, & c.ſuper quæſtionem, verſic. Quod ſi, in fine,extr.de offic. & poteſt Iudic delegat.* Nemo item poteſt eſſe Arbiter in cauſa propria, nea in toto,neque in parte,*l. Si de re ſua,ff.de recept arbit* Sed vnuſquiſque bene poteſt eſſe Arbitrator in re ſua, ſiue in cauſa propria,aut in cauſa propriæ,offenſionis,*l.In re mandata,C.mandati* ſaluo quod iuſte arbitretur. Alias ſuum dictum aut ſua ſententia arbitratoria reduceretur,ad arbitrium boni viri. 15

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAPVT CCV.

a. F*Vrioſos.)* Perpetuò, ſcilicet, & impediuntur huiuſmodi natura, ne ſint arbitri;cum quidam natura, quidam moribus, quidam lege impediantur,vt in ſimili de iudicibus docet IC.*in l.cum prætor.12.§.non autē,ff de iud.* carent enim hi natura iudicio, *d.§ non autem, & in l.in negotijs. de reg. iur.* eleganter Coraſ. *in l ſocietatem,§.arbitrorum, ſub num.6,ff pro ſoc.* licèt habentem dilucida interualla arbitrum non fieri tradat Socin.*reg.27 fallēt.* 25.& poſt gl.Bald. *in l cum furioſus 39. de iud.* aduerſus quos inibi tenent quoque alij.

b. *Seruos.)* Text.*in l.Pedius.§.in ſeruum,vbi gloſſ. & in l.ſed etſi in ſeruū,9.de rec.arb.& in l. illa verba,68* vbi poſt alios vberrimè Rebuff *de verb.ſigni.* Alex.latè in *l.ſi quis arbitratu,nu,22.verſ vnde tu. ff.de verb.oblig* Euerar.*in l,loc d.loc.de iudic.ad arb. verſ.16 iſtud facit.* Reb.aliis ſimul ratione perſonę ſuę prohibitis agens,*conſtit.reg.tom.3 tract.de arb. & arbitrat.ar 1.gl.2.n.5.* & remiſſiuè *n.6.in fin.*

c. *Contractus inire)* Dec.*ex com.in c.poſt ceſſionem, ſub num.(mihi.)13.de probat.* Soarez.*in recept. ſent. theſaur,liter.E num.185.* Viu.copioſe *in com.opin. verb.excommunicatus non prohibetur.*

d. *Quod non)* Alciat. *in leg.illa verba 68.ad fin.* ibidemque Rebuff. in curiis Franciæ ſecularibus tamen vix recipi,nec in extra iudicialibus aſſerens *in verſ.& quamuis de verb.ſignif. & ad concordat. Franc.* dum pœnas in excommunicatos accumulat *tit.de excomm.non vitan. poſt princ. verſ. 33. excommunicatus arbiter eſſe,* Soar. *in rec.ſent.theſ. di. lit.E num.186.* Viui.copioſe, limitando etiam remiſſiue,*com opinion verb.excommunicatus arbitrator.* qui duo poſteriores licet aliud ſonare videantur. intelligendi tamen ſunt ſecundum Alex. latè *ex com in d.l.ſi quis arbitratu ſub nu.22 ff. de verbor.obligat. Dec.in cap.intelleximus,num.4.de iud.* & alios quos allegant, diſtinguendo vt hic, & dicemus ſubſequenter.

e *Arbi-*

Digitized by Google

e. *Arbitrator*) Alex. idem docens in deportato & bannito in *d l ſi quis arbitratu, num* 22. Dec. *in d. c. intelleximus. num. 4. in fin.* Alciat *in d. l. illa verba, n* 8 vbi itidem *n.* 5 *& ſeqq in deportato.*

f *Ad ſe recipere*) Moribus fœminæ, perinde vt ſerui, impediuntur ne ſint arbitrices, non quod iudicio careant, ſed quia mores ciuiles induxerunt, ne ciuilibus fungantur officiis, quæ vt à ſolis viris iiſque liberis gerantur publicè intereſt, *l fœminæ, l. quod attinet. de reg iur l. 1. ad Vellea.* pulchre Coraſ. *d* §. *arbitrorum ſub num. 6* limitando proinde, vt non procedit ſi vigeat contraria conſuetudo: quæ non tantùm notionem, ſed & iuriſdictionem & mulieri, per *cap dilect. de maioritate & obed.* & adductum *cap. dilecti, de arb.* ſic quoque Dec *in d leg. fœminæ, num. 2. & 17.* infert, in caſibus in quibus poteſt mulier iudicare, quos ille inibi ex *numer, 3.* congerit plurimos, in illis etiam poſſe in eam cõpromitti, idéque voluit & Euerard. *in legal loc. à iudic. ad arbit. verſ 3. iſtud facit*, vbi & econtra.

g. *Iuriſdictionem aliquam.*) Quæ ſcilicet ſuccedit in hæreditate in qua ſit iuriſdictio aliqua, vel quæ regnum, comitatum, aut alium principatum habentes iure communi iudicant, vt latius declarat Coraſ. *in d arbitrorum num. 6. verſ rurſus non procedit.* ſentitque Alex, *conſ 1. num. 24. & conſ 24. num. 12. lib. 5.* Dec. *conſ 269. poſt princ.*

h. *Iſtarum p æminentia.*) Sic ſi permiſſu principis munus publicum ſuſtineant, quod moribus huius ſeculi vſuuenit quoties principatum vel dominationem beneficiariam, vel iure ſuo vel tutelæ liberorum, adminiſtrant, poſſe & compromiſſa ſuſcipere docet Buſi. *ad l. non diſtinguemus, §. ſi mulier. ſub tit. de rec arbitr* Sed & mulierimus dignitatẽ cum iuriſdictione poſſe Imperatorem ex certa ſcientia, & cum clauſula, non obſtante, concedere, reſpondit Alexand. *d. conſil. 24. ſub numer. 12. lib. 5.*

i. *Arbitratrices*) Tex *in d cap quintauallis,* vbi Panorm *in ii. not. & in vi* differentia inter arbitrũ & arbitratorem, alijque *demonſtr.* Dec. *in d. l fœminæ, ſub num 17. de reg. iur.* Coraſ. declarando. *in d.* §. *arbitrorum, n. 9. verſ poſtremò licèt.*

k. *Non poteſt.* Guid. appoſitè *dec. 69 num. 1.* Villal. *in com. opin. lit. C. ſub num. 116.* Viui. copioſè *lib. 1. com. opin. verb. index ordinarius regulariter, in princ* Soares. *recept. ſent. theſaur. lit. A. num. 243.* Fab. etiam in præſidibus & ſenatoribus loquens, cum & ipſi ſint ordinarij, *lib. 2. C. tit. 35. definit. 2. numer. 1. cum ſeq.* Meichſner. aliud è ſtylo cameræ Imp. atteſtatus, *deciſ 7 num. 2. in fin. rurſus numer. 21. tom. 4.* ſolidè Coraſ, declarando, *in d.* §. *arbitrorum, num. 6. verſ iudex quoque ordinarius. & num ſeq.* & poſt alios nouiſſ. Buſi. *ad d. l ſed in ſeruum,* §. *ſi iudex.* vbi iure pontificio & conſuetudine huius ſeculi contrà receptum eſſe per *gloſſ. in cap. cum tempore, & cap ex parte, de arbitr.* & quidem Panor *in d c. cum tempore n. 5 & 6.* voluit in indiſtinctè ordinarii compromitti iure canonico, & Viui. *d. verb. iudex ordinarius regulariter, ſub init* Soar. *in d lit. A. nu. 244 in fin* Vinc. Ann. *ſingul. 114 cum apoſt. nouiſſ. ſub num 312.* Coraſ. declarando, *in d.* §. *arbitrorũ, num. 6. in fin.*

l. *Arbitramenta*) Guid è ſtylo ſenatus ſui *d dec. 69, num. 1. verſ. tamen de ſtylo* poſt Salyc. *in l. ſi qui ex conſenſu* 8 *C. de epiſc. aud.* & poſt eum alioſque ibidem Grammat, *dec 9. ſub num. 1.* Coraſ. *d.* § *arbitrorum num 6. verſus fin.* Villal *in d. lit. O num 116.* Viu. *d verb. index ordinarius regulariter, verſ. ſed. 1. opinio.* Soar. *d lit. A. num. 244. & lit C. numer. 156.* Fab. declarando *d. def. 2. numer. 3* apoſt nouiſſ *ead. ſingul. 114. numer 312.* Verùm è ſtylo ſenatus Brabantini, *artic. 23* inhibetur conſiliariis, ne munus compromiſſi ſuſcipiant, cauſarum in ſenatu motarũ vel mouendarum veriſimiliter, niſi de conſenſu concilij, quæ ordinatio, cum in ſuo themate ſit generalis, generaliter etiam in arbitratoribus intelligenda videtur. Scribit tamen Guid. *d. d. c. 69. nu. (mihi)* 1. *in fin.* tolerari vt in ſenatores ſuos compromittatur etiam tanquam in arbitros iuris. Quin & generaliter tradit Rebuff. *d. art. 1 gloſſ 2. numer. 4.* arbitros eligi poſſe regulariter omnes, ſiue magiſtratus ſint, ſiue nõ; patresfamilias, vel filii: *ff. per l. 4. cum leg ſeq ff. de rec. arb.* verum, vt rectè docet Coraſ. *in d.* §. *arbitrorum, numer 6 verſus fin in d. l. iij cum* §. *præcedente,* non tractatur de iudicibus, ſed conſulibus, prætoribus, & aliis magiſtratibus qui iudicandi munere non fungebantur, vt per Ciceron. *in 2, verrina. & in 1. atticum epiſt.*

m. *Minor item 20 annis non poteſt*) Opinionem iſtam pontificorum veriorem exiſtimat, licet diuerſam legiſtarum com. fateatur, Alexand. *in leg. quidam conſulebat. numer. 3. ff. de re iudic,* eandemque probat ibidem Zaſ. *in 4. coll, verſ. ſed & hoc monendum,* de eiuſdem *leg. interpretatione* latius quoque agens *lib. 2. intellec. ſingul.* latè Euerard *in loc. à iud. ad arbitr. verſus fin. verſ. 4* ſingularis differentia. Socin. *reg 27. fallent. 24* Gomez. declarando *variar. reſol. tom. 2. cap. 1. numer. 55. verſus fin* Coraſ. confidentiſſ. ac ſolidè *in d. §. arbitrorum, numer. 6. verſ. lege impeditur minor. 20.* Mandoſ. *in tractat. de ætat. minor. cap 6. numer. 89.* Viui. eidem tanquam tutiori ac veriori opin. inhærens, *libr. 2. com. opin. verb. minor 25. annis.* Kirchoui *com. opin. verb. minor annis 25* licet in diuerſum iuris ciuilis interpretum opin, malè adducat & ſequatur Viui. vbi ſupra. Soarez. *recept. ſent. lit. A. num. 242.*

n. *Vbi exceſſiſſet annum 20*, Alexand. *in d. l. quidam*

Digitized by Google

Quidam conſulebant. ſub num. 3. Euerad. copioſe *di. loc.* 8 *iudic. ad arbitr ſub verſ.* 4. *ſingularis differentia.* Mando. *d. cap* 5. *num.* 89. *in fin.*

o. *Aſſumpſit Seruitutis tempore.*) Alioqui contrà, Rebuff. *in d. leg. illa verba. poſt princ. verſ. limitatur quando, de verb. ſign.*

p. *Arbitri tunc eſſe poterunt.*) Vt luculentius patet & apud VVameſ. *in d. conſ.* 61. *præſertim ſub numer.* 1. *&* 5.

q. *Nullus monachus poteſt eſſe*) Rebuff. *in d leg. illa verba. poſt prin. verſ. idem puto.* vbi idem in fratribus minoribus, poſt Dec. *in c. decernimus præſertim ſub num (mihi)* 78. *cum ſeqq. & ſub num.* 88. *cum ſeqq. de iudic.* & addatur Coraſ. remiſſiue *ad d. §. arbitrorum, num.* 7 *ad fin.*

r. *Seruum, quantum ad actus ciuiles*) Dec. & Rebuff. qui ſuprà, Teſſaur. *dec.* 129 *ſub num.* 2. elegãter Annæ. *rer iudic. lib.* 4 *cap.* 3 *verſ. pro monaſterio, & ad fin verſ. quemadmodum enim.* Dixi copioſe cum auctore, *in loc. com. par. tit. Monachus.* Accipiuntur itaque in iure commodioris duntaxat doctrinæ gratia, monachi quodammodo pro ſeruis, quoàd actus tantum ciuiles: nam alioqui ſeruiunt quidem, ſed Deo, quod non eſt ſeruire ſed regnare: quum verus etiam ſeruus, monachiſmum domino conſcio, profeſſus, efficiatur ingenuus, vt eſt textus *in authentica ſi ſeruus C. de Epiſc. & cler. & in authentic. De monachis §. non eſt facilis in fin.*

ſ *Eccleſiaſticus non poteſt.*) Imo poteſt clericus eſſe arbiter, *per l. non diſtinguemus §. ſacerdotio.* vbi Coſtal, *de recep. arb. cum ſimil.* Socin. *reg.* 27. *fallent.* 20.

t. *Tractare debent.*) Minſingerus limitando, *cent.* 2. *obſeru.* 67. *num.* 2. *&* 6. Poteſt tamen in cauſis eccleſiaſticis, adeoque ſpiritualibus, in laicum arbitratorem compromitti, vt poſt Bald *in ca. decernimus, verſ ſed vtrum*, tradit Dec. *ex com n. (mihi)* 4. *cum ſeqq. & num.* 195. *in fin. de iudic.* idemque Anchoran *conſ* 34. *num.* 6. *iſta*, 1. *facie. & conſil.* 68. *in princ.* Roman. *conſ.* 173 *in princ. verſ. ſin autē in eoſdem*, Alex. *conſ* 91. *ſub num.* 3. *lib.* 2. *& in leg. quoties, n.* 5. ibidemque Iaſ *ſub n* 9 *C. de iud.* Viu *li.* 2. *com. opin verb. compromitti poſſunt*, & ſecundũ Viui. ſupreſſum, ita exaudiendus Soar. *recept. ſent. theſ in lit.* C. *nu* 159 latè Coraſ. *in d. §. arbitrorum, ſub num* 7. *verſ. prohibetur item*, Couarr. in epitom. *de ſponſal. & matrim. part.* 3. *cap.* 8. *§.* 11. *numer.* 2. *verſ. vnde quamuis*, vbi tamen cauſam ſpiritualem in qua fieri tranſactio non poteſt, non poſſe nec in laicum nec in clericum arbitratorem compromitti; Soarez *in recept. ſentent. theſaurar. liter.* A. *num.* 153.

v. *Mere ciuilibus.*) In laicos de re eccleſiaſtica merè temporali vel ciuili, per clericos compromitti poſſe, per text. *in cap expoſita, de arbitr. & gloſ. in d c. decernimus, & adducto ca. contingit* vbi elegans, gl. *in verb. ſpiritualibus.* reſpondit. Roman *d. conſi.* 173. *ſub init.* Imò huiuſmodi compromiſſum neceſſario non requirere conſenſum auctoritatemq́. epiſcopi docet ſecundum glo. *in d. verb. ſpiritualibus, ſub. init.* & inibi omnes doct. Viui *lib.* 2. *com opin. verb compromiſſum factum*, licet Roman. qui ſupra addat, ex ſententia *gloſſ in cap. peruenit*, 3 *de arb.* aliorumque quorundam, laudum quidem in ipſius clerici præiudicium validum extitiſſe, non etiam in eccleſiæ ſuæ, ſi ſine auctoritate ſui diœceſani compromiſſum fuerit.

x. *Et laicum ſimul.*) Gloſſ. eſt in *d. cap. contingit, ad verb ſpiritualibus ver. ſed ſi compromittatur.* ex qua pleraque hæc deſumpta ſunt, idémque ſentit Roman. *dict conſil.* 173. *poſt princ. verſ aut compromiſſum*, vbi Mandoſ. in annot. diſerte comprobat. & apertius idem Roman. in arbritratore itidem paria cenſens, *conſil.* 299. *num.* 9. *verſ. item habeo.*

z. *Nec incidenter*) Latè hac de re Iaſ. poſt alios in *d. l. quoties, num* 6. *cum ſeqq.* ibidemq́ue Sichard *n.* 8. *cum ſeqq.* C. *de iud.* diſtinguendo tamen è praxi com poſt Bart, inibi, & pontificios *in cap. tuam de ord. cognit. inter quæſtionem iuris & facti.* declarando & limitando latiſſ. Et quidem vbi non proceditur per viam diſceptationis ordinariæ, ſed de plano, per modum confeſsionis, aut aliter, poſſe nedum arbitrum, ſed & iudicem laicum de ſpirituali quæſtione incidenter cognoſcere, reſpondit etiã Roman. *d. conſ* 173. *verſus fin. verſ.* 2. *quia. & conſ.* 299 *num.* 3. *& inibi* Mandoſ. Alex. *d conſ* 91. *num.* 2. *verſ. preterea ſecundum lib.* 2.

C A-

CAPVT CCVI.

Qui compromittere non poſſunt.

SVMMAE.

Compromittere non poteſt

1 *Pupillus, Minorennis, Mutus, Surdus, Amens.*
2 *Filius non emancipatus.*
3 *Vxor, ſine conſenſu Mariti.*
4 *Vaſallus in præiudicium Domini Feudalis.*
5 *Sed tamen in præiudicium proprium.*
6 *Qui tranſigere non poteſt.*
7 *Monachus ſine conſenſu ſui Superioris.*
8 *Clericus, contra præiudicium ſuæ Eccleſiæ.*
9 *Excommunicatus.*
10 *Procurator ad Lites in cauſa aſſumpta.*
11 *Inuitus.*

SIcuti non licet in quoſuis compromittere, ita non quiuis compromittere poſſunt.

1 Sunt enim multi, qui compromittere, aut ſe ſubmittere non poſſunt, (*a*) quales ſunt Pupilli, (*b*) ſine authoritate ſuorum Tutorum, Minores (*c*) ſiue Minorennes, Furioſi vel Dementes, (*d*) Muti, Surdi, & alij ſimiles, ſine authoritate ſuorum Curatorum, *l. Diem proferre, §. Coram ff de recept. Arbitr.*

2 Item, filius non emancipatus compromittere nō poteſt, ſine Authoritate ſui Partis, *d. l. Diem proferre, § coram, ff de recept arbit*

3 Item, Vxor non poteſt compromittere, ſine conſenſu (*e*) ſui Mariti: Chaſſaneus in conſuetud. Burgund. Tit. *des droictz, & apart, à gens Maries*, §. in verbo: *en puiſſance de ſon Mari, fol. D.XXVI. num. XIX.*

4 Item, nec Vaſallus compromittere poteſt, de ſuo Feudo, in præiudicium ſui Domini (*f*) Feudalis: Speculato. *in titul de Arbitris. §. Reſtat, verſicul. ſ.d nunqu d Vaſallus.*
5 Sed id bene poteſt in præiudiciū ſuipſius ( )

6 Quicunque tranſigere non poteſt, is nec compromittere (*h*) poteſt. Monachus ſeu Religioſus nullam adminiſtrationem habens, non poteſt compromittere, ſine licentia ſui Superioris, *argu. c. cum ad Monaſterium, extr. de ſtat. Monach. & ca. Non dicitis, 12. q. 2. & c. Placuit, 2. 16. qu. 1.*

Clericus ſecularis non poteſt compromittere de 7
illo, quod perpetuum præiudicium ferret ſuæ Eccleſiæ, (*i*) *c. Ex multiplici, extr. de dec.*

Sed ſic bene poteſt de illo, quod ſibi propriè 8
competit, *c. Super eo. ext. de tranſact. & c. Si quando, extr. de offic. deleg. & c. gratia, 1. q. 1.*

Excommunicatus, ob periculum (*k*) illicitæ com- 9
munionis, compromittere non poteſt, nec cum eo compromitti, *ca. dilecti, ext. de except. & c. Solet, ext. de ſenten. Excommu. lib. 6.* Vide latiùs Speculat.

Procurator ad lites non poteſt compromittere 10
de cauſa, cuius eſt Procurator. Sed ad hoc deberet prius habere mandatum, (*l*) ſeu Procuratorium ſpeciale, *c. Per tuas, ext de arbit.*

Nemo poteſt cogi ad compromittendum, (*m*) 11
aut ad ſubmittendum, niſi ipſemet velit. Sic nec aliquis poteſt cogi, vt Submiſſionem recipiat, niſi velit. (*n*) Sed poſtquam ſubmiſſio facta eſt, vt decet Arbitri ac Partes ſunt conſtringibiles, vt iuxta eam ſubmiſſionem factam procedant vlterius, *l. 3. §. 1. ff. de recept. arbitr.*

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CCVI.

a. COmpromittere *non poſſunt.*) Vt in iudiciis, ita in arbitriis quidam excipiuntur; cùm edictum de arbitris ſit prohibitorium certarum perſonarum, & permiſſorium regulæ Rebuff. latius *conſtit. reg. tom. 3. tract. de arbitr. artic. 1. gloſſ. 1. num. 3.*

b. *Pup. ll.)*

Digitized by Google

b. *Pupill.*) Text. in l. ſi pupillus 40. ff. de rec. arb. late Alex. conſ. 154 num. 1. ſub num. 4. & . Tiraq. conn. ibi al. in gl. 2. l. de ſon. mary 8 num. 195. Menoch. addens ſi compromiſit laudum inde latum nullum eſſe, de arbitr. iud. caſu 170. ſub num. 43. lib. 2. poſſe tamen tutores tranſigere & compromittere, quando iura pupilli ſunt dubia & obſcura reſpondit, poſt glo. & doct. in l. pactum curatoris, Co. de pact. Panorm. ex com. loquentem in debito illiquido, conſ. 39 cui initium duo ſunt num. 1. lib. 1. alioſque, Dec. conſ. 297 num. 5. Natt. conſ. 45 nu. 6. Verum non poſſe tutores & curatores pupillorũ vel minorum, compromittere ſine decreto & cæteris ſolennitatibus, tradit, poſt alios, Menoch. d. caſu 171 num 41. cent. 2. lib. 2. nam & eandem ſolennitatem, quæ requiritur in alienando, requiri in compromittendo. definit ex ſententia Panorm, in cap. cum tempore, num. 3. verſus fin. de arbitr. Capyc. dec. 93. num. 4. Quinimo ſtatuto affines ad compromiſſum compellente, minores compromittendo, etiam decretum & ſolennitates obſeruare debere, ſuſtinet ex ſententia Alex. conſil. 61. nu 17. lib. 7. aliorumque Menoch. d. caſu 171. ſub n. 44 ſed nos hac de re latius alibi.

c. *Minores*) Tholoſ. dec 118. declarat & diſtinguit poſt Bald. in l. 1. num. 3 Cod. ſi aduerſus tranſ. Gomez var. reſol. tom. 2 cap. 14. num. 15. vt non poſsit fieri compromiſſum à minore de re immobili ſine decreto; quia ſit quædam tranſactio: dum tamen ex tranſactione eiuſmodi minor alteri traderet rem immobilem, aliter atque ſi rem ſibi retineret, data aduerſario pecunia, quia valeat ſine decreto, ex ſententia gloſſ. quam ſumme commendet & notet Bart. & doct. omnes in leg. nulli, 13 ff de tranſactio. idemque voluit & Panorm. in c. cum tẽpore num. 3. in fin. & 4. de arb. & Capyc. dec. 93 ſub num. 4. Verum ſi minor compromiſerit in arbitrũ iuris, eo ipſo videri læſum, & poſſe reſtitui, quia tollatur ſibi beneficium appellationis, ſi vero in arbitratorem non reſtitui, niſi probetur aliqua læſio reſultens ex tali compromiſſo, per tex. (qui ſic debeat intelligi) in l. ſi minor 25 annis filiof. § minores & inibi communiter doct. ff. de minor. idem Gomez d. cap. 14. num. 24 ad fin. Sed latius hæc ante eum Aufrer. paullo aliter declarando, ad d. deciſ. Tholoſ. 118. & ſic compromittentem minorem lædi & reſtitui, reſpondit & Chephal. conſ. 693 num. 22. idemque ante eos reſpondit & Bald. conſ. 96. ſub num. 1, lib 5 quod ſi compromiſſum voluntarium euidenter ſit damnoſum pupillo, non valeat cum effectu, quia detur in integrum reſtitutio: vbi in princ. aliud docet. ſi compromiſſum ſit neceſſarium ex forma ſtatuti, vt illud valeat, quia lege ciuitatis obligentur non ſolum minores, ſed etiam maiores, per l. ſi ſine § Lucius, ff. de adminiſtr. tut. idemque Bald conſ. 358 num 2. lib. 3. & huiuſmodi ſtatuto, compellente coniunctos, aut cõſanguineos ad compromiſſum teneri etiam minores & pupillos, neque aduerſus id reſtitui voluit idem Bald. in l. vlt num. 3. verſ. & ideo. Caſtr. num. 4, Salyc. nu. 1. Alex num. 7. C. de in integr. reſtit. minor. Alexand conſ. 119. num. 35. & conſ. 425. num. 4. & vtrobique apoſtill. lib 6. Tiraq. de retract. proxim. § 1, num 13. verſ. ex eoque paſſim ibidemque ad fin tit. num. 54. cum ſeq. & de legibus communibus gloſſ. 8. ſub num. 195 Maraut de ord. iud. part. 6. actu. 1. num. 9. Roland. copioſiſſ. ex com. d. conſ. 57. præſertim nu. 33. libr. 2 Viui, libr. 2. com. opin. verb. minor. litigans, Kirchou. in com. opin. verb. minor. ligatur, Surd. dec. 49 num. 3. Mandoſ. copioſè tractat. de ætat. minor. quæſt 8. tota Vinc. Ann. latiſſ. ex SC. ſingul. 115. cũ apoſt. etiam nouiſſ. extendendo num. 315. cum ſeqq. & limitando num. 314. Secuto tamen iniquo laudo poſſe aduerſus ipſum compromiſſum integri reſtitutionem peti etiamſi directè ſecundum formam ſtatuti, non poſſit peti reductio laudi ſubijcit Bald d. conſ. 95. num. 1 in fin. & num 3. lib 5. & poſt eũdem Baldum in l. 1 in princ. C. ſi aduerſus dot. idem apertius voluit Rolan. d. conſ. 57. num. 35. verſ. itẽ tolitur, lib 2.

d. *Veldem nrei*) Reb. d. tract. de arb. & arbitr. art. 1. gloſſ. 1 ſu num. 2.

e. *Sine conſenſu.*) Tiraquel. poſt alios ad leg. connubial in gloſſ verb contracter. 5, num 102. propterea quod compromiſſum ſit quidam contractus tranſactitius; in idque fiat vt alter alteri obligetur ad ea quæ ab arbitris iudicata fuerint, vt not. in § 1 in authent. vt differ. iud. & tradit. Bald in l. 1. in 2 oppoſitio, C. ſi aduerſ. tranſact. vt ille latius.

f. *In præiudicium ſui domini.*) Latè Bald. conſ 121. cui initium à capitè, præſertim num. 10. lib. 3. & in eadem hypotheſi, conſ. 217. cui initium, ego puto quod ab iniuſta ſententia regis Franc. cum conſ ſeq eiuſdem lib 3. Panorm in d. cap. cum tempore ſub num 3. de arb. Iaſ. in l. vlt. num 119. & 120. C. de iur. emphyteut. Tiraquell. veriſſ. eſſe aſſerens, d. gloſſ. 5. numer. 204. ad l. communib Decian. conſ. 33. num. 138. lib 1. Clar. tutiorem magiſque com. aſtruens, lib. 4. rec. ſent. § feudum, quæſt 39. tota, vbi in princ. ex concordi omnium conſenſu, idem in arbitratore, hac in re, quod in arbitro, & in arbitratorem non compromittere vaſallum, tradit poſt Aluar. & Barò à Taut. in § ſi autem, numer. 1. in fin. cap. 1. tit. 12. de Corr. in vſ. feud. lib. 3.

g. *In præiudicium ſui ipſius.* Alex. conſ. 1. num. 44. ad fin. lib. 5 Baro à Tautemb. poſt alios in d. § ſi autem, ſub num. 1. tit. 12. de leg. Corrad. in vſib. feud. lib. 3.

h *Nec compromittere*) Tex. in cap. cum tempore vbi poſt alios Panormit. num. 13. in vlt notab. de arb. Roman. conſ. 269. ſub num. 18. cum apoſt. Dec. conſ. 39. num. 4. cum apoſt. & conſ. 445. num. 26. cum ſeqq.

Capyc.

Capyc *d. c.* 93. Tiraq. *n.* 2 *d. gloſſ.* 5 *num.* 203. Griba. *in com. opin. verb. compromiſſum, reg.* 3 Soar. *rec. ſent. theſaur. in l. A. num.* 146. *& lit. C. num.* 160 *Viuius com. opin. verb. ſtatutum diſponens quod mulier. verſus fin. verſ. interpretatur vlterius. lib.* 1. *& dec.* 22. *num.* 20. *cum ſeq.* Menoch. 1169. *num.* 35. Dixi copioſe cum Damhaud *in loc. com. par. verb. alienari, tit. arbitr. & contractus.*

i. *Ferret ſus eccleſiæ.*) Panor. latè *in d. c. cum tempore ſ. b num.* 3. Roman. diſtinguendo *d. conſ.* 369. *num.* 8. *cum apoſtil.* Mandoſ. *& conſ.* 275. *num.* Alex. *conſ.* 22. *num.* 2 *lib.* 2. Meranc. remiſſiue *ei. part.* 4. *diſtinc.* 14. *num.* 5. Soar *rec. ſent. theſau. in lit. C nu.* 161. & nouiſs. Meichſner. ex SC. limitando, quo ad temporalia quæ epiſcopus ab Imp. tantum recognoſcat. *d. dec.* 7. *num.* 2 *& ſub num.* 18. *cum ſeq. tom.* 4. Dixi cum Damhoud *com. par. tit. arbit. in & contr. ctus. ad fin. ad verb. conſil.* Sed & clericum, etiam ſine epiſcopi auctoritate, poſſe compromittere de re eccleſiæ, vel beneficio, dum tamen retinuerit, nec aduerſario tradiderit, Cephal. *conſ.* 71. *cui. in tium, laudi executio, num.* 3. vt & ſupra in minore comprobaui latius. Quomodo autem de quæſtione decimarum compromittatur etiam in laicum, docet, poſt Bald. *conſ.* 147. *lib.* 5. alioſque, Rebuff. *tract. de decimis q.* 10. *num.* 9. *& q.* 13 *num* 15. *cum ſeqq.* exactiſſ. quando compoſitio de decimis valeat & comprobat nouiſſ. Triaſia. *lib.* 1. *dec.* 29. *num.* 12. *cum ſeqq.* rurſus *num* 16 *cum ſeqq.*

k. *Ob periculum.*) Non placet hæc ratio; quod per eandem, nec contrahere deberet, quod tamen ei fas & ius eſt, vt poſt Dec. *in ca. poſt ceſſionem, nu.* 13. *de probat.* alioſque diximus ſuperiori *cap.* 205. *ad verb. contractus, inire.* potiorem itaque rationem habes apud Dec. ibidem, quod ab omnibus actibus iudicialibus repellatur excommunicatus, per *cap. cum inter de excep. & c. intelleximus, de iud.* & vtrobique idem Dec. & appoſite magis Rebuff. *de arbitr. & arbitra. artic.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 5. *cum ſeq.* vbi ne poſſe quidem excommunicatum petere reductionem ad arbitrium boni viri, quia ſit in hoc velut actor, qui repellatur ab agendo, vt in *d. ca. intelleximus de iud.* & quia nō impugnare ſed defendere tantum ſe poſſit, vt docet idem Rebuff. ad concordat. Franc. *tit. de excommunic. non vitand. poſt. princi. verſ.* 34 *non poteſt.* latè poſt alios Felin. limitando, *in c. ſignificauerunt num.* 10. *de except.* licet contra, ſi iniquum ſit arbitrium, Calderin. *conſ.* 110. quod eſt *tit. de arbitr.* 1 *num.* 1. Addit tamen Rebuff. *d. gl.* 7. *num.* 6. *in praxi curiæ ſecularis Franciæ* non vidiſſe repelli, ſed de conſuetudine excommunicatum recipi poſt Fabr. aſſerentem curium laicalem non admittere excommunicationis exceptionem, *in § quod ſi tutor. num.* 4. *in fin. in inſtit. tit. de curat. alieſ. iue.*

l. *Mandatum.*) Dec. ſpeciale dici aſſerens, ſi adatur, ad compromittendum, *conſ.* 60 *num.* 1. Socin. nec ſufficere mandatum generale cum clauſula de rato, ex com. aſtruens, *d. conſ.* 18 *num.* 57 *lib.* 1. cumque ſequutus Boër. aliud etiam in procuratore generali cum libera vel in rem ſuam comprobans, *dec.* 283. *num* 19. *cum ſeq.* limitando in compromittente ex neceſſitate legis vel ſtatuti, *d. part.* 4. *diſt.* 14 *num.* 4.

m. *Cogi ad compromittendum.* Caſtrenſ. *conſ.* 13. *n.* 6. *lib.* Felin. latiſſ. limitando, poſt alios ad *rubr. de treug. & pac. in princ.* Roman. *conſ.* 400. *nu.* 1 Chaſſen. *conſ.* 12. *preſuppoſito ſiue part. num.* 18. Hartman. ex com. declarando, *tit.* 1 *obſ.* 4. Neuizan. copioſe *ſilu. lib. nupt. lib.* 6. *ſub num.* 12. Viui. *dec.* 57. *num.* 10. late poſt alios Iaſ. *in auth. nt. ſi vero contigerit, ſub num.* 7. *C. de iud. & ad l. quidam exiſtimauerunt num.* 3. *ff. ſi cert. petat* vbi poſt Bart. *in l. ſi de meis, § receſſ. num* 6. *de recept. arbitr.* arbitratorem recte conari inducere partes ad concordiam, ſed ad ſententiam; quia ad iudicem non ſpectet concordia, iuxta *l. de qua re digeſtis de iudic.* limitando, primo quidem ſi timeatur ne partes concurrant ad arma: ſed & hoc ſolummodo, quando dubium eſſet de poſſeſſione, vt ille latius, & Felin. *ad dict. rubr. de treug. & pac. num.* 5. *verſus fin.* Dec. *d. conſ.* 125. *ſub num* 5. Hartman. *d. obſ.* 4. ſecundo limitat quando diu litigaſſent partes, & dubiæ eſſent cauſæ; atque adeo intricatæ, vt extirpari facilè non poſſent, ſicuti ſcribit & Felin. ad *d. rubr. num.* 5. idemque Iaſ. *in d. authentica ſi vero contigerit. num.* 7 *in fin.* Dec. *conſ.* 445. *num.* 2. *& d. conſ.* 125. *ſub num.* 5. Afflict. *dec.* 149 *num.* 9. *cum ſeqq.* Gramatic. *dec.* 9. *nu.* 1. Viu. *lib.* 1. *com. opin. verb. iudex ordinarius, verſ. vlt. & d. dec.* 57. *num.* 11. tertio limitat in Papa, vel Imp. atque ita in iudicibus ſupremis, qui cogant partes ad compromiſſum, vel pacem, iuxta *cap. inter R* vbi Innoc. *in init. &* Panor. *de elect.* idemque Caſtrenſ. *d. conſ.* 13 *ſub num.* 6. *lib.* 2. *& in d. l. quidam exiſtimauerunt,* Dec. *d. conſ.* 125. *ſub num.* 5. Felin. late limitando & declarando, *ad d. rubr. num.* 4. *cum apoſtill.* Alioqui compromiſſum vel coactione iudicis factam, ipſo iure nullam eſſe, Iaſ. *d. authentica ſi vero contigerit, num* 7. *in fin.* Felin. *ad d. rubr. de treug. & pac. ſub init.* Viu. *dict. dec.* 57. *num.* Reſponditque Roman. *conſ.* 338. *num.* 3 iudicem ſecularem, in arbitros compromittendum pronunciando, vel ad arbitrorum notiones remittendo, dici iuſticiam facere neglexiſſe. per *l. non diſtinguemus, § quæſitū ff. de recept. arbit. cum ſimil.* ſequitur Felin. *ad cap. ſi autem ſub num.* 3. *de reſcript.* Rebuff. *d. tract. de arbitr. gloſſ.* 11 *ſub num.* 7. Poſſe itaque partem aduerſus eiuſmodi iudicem agere, ad omnem ſibi, ex eius negligentia iacturam illatam, ſubdit Roman. *d. conſ.* 338 *in q. queſt. num.* 5. & probat Iaſ. *in leg. ſi quis in conſcribendo, in fin. in* 8 *not. C. de pac.* Dec. *in cap. ſæpe, num.* (mihi) 16. *de appell.* Marſ. in *l.* ni-

l. linterest. num. 5. *ff de ſicar. conſ.* 115. *numer.* 24. *&* *eo ſ* 131. *num.* 47. Quinimo iudicem videntem litigantium alterum fouere iuſtitiam, non modo cogendo, ſed & ſuadendo ad compromiſſum, facere contra conſcientiam, ſi quid propterea iuſtitiam fouens remittat de ſuo tradit poſt Felin ad *d. rubric. de treug. & pac. in fin.* aliosque latius Neuizan. *d. lib* 6. *ſilu nupt num.* 12. *ad fin.* ſentitque Damhau. ſuperius *cap* 199. *num.* 3. & dixi cum eo, *cap* 203. *num.* 13. additque Fel. *in d rubr. ſub num.* 9 partem etiam, ſcientem alteram fouere iuſtitiam, peccare mortaliter inducendo eam ad concordiam, per quam relaxet quid de eo quod ſibi debetur. Et plura in eam ſententiam, ne præbeatur anſa aperiaturque paſsim via, indebite & iniuſte alterum vexandi, cum nullum aduerſus eum ius vel actionem intendere poſsit, vt compellat ad compromiſſum in communes amicos, qui interdam præter omnem iuſtitiam grauent vnum & alteri tribuant prædam vt docet experientia, id quod iuitare debeamus, iuxta *leg cum ij quibus* 8. *§. ſi cum lis, in fin. ff de transact. quem text.* notet inibi Angel. aduerſus eos qui fingunt lites, vt compellant ad compromiſſum, tradit Caſtrenſ. *dict. conſ.* 13. *num.* 13. *lib* 2. cumque ſequutus Alex. *conſ.* 254. *ſine vlt num.* 3. *lib.* 6. vt non immerito ſcripſerit olim quoque Senec. *lib.* 3. *de beneſic. in hæc verba*; melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem quam ſi ad arbitrum mittatur; quia illum formula includit, & certos quos non excedat terminos ponit, huius libera, & nullis conſtricta vinculis religio eſt, detrahere aliquid poteſt & adiicere, cumque declarat Menoch. *libr.* 1. *de arbitr. iudic. quæſtion.* 2. *num.* 17. Et hac ætate ingenioſus ſimul & doctus Iuriſconſultus, Anton. Fab. *lib.* 7. *Cod. titul.* 18. *definit.* 20 belliſſ. ſcribit, æquiſſ. eſſe ſenatus, & alterius cuiuſcunque iudicis arbitrium, vt etiam fructus, ex iudicato reſtituendi, æſtimentur ex proportione vſurarum quincuncium, totius rei precij, aſſerens multò id conuenientiùs eſſe ad litem terminandam, quàm ſi proborum virorum iudicio negotium committatur: quæ res vt plurimum dare ſoleat materiam litis in longius tempus protrahendæ, vt ille latius. Verùm cum ſuperioribus annis, inter iudices (apud Sicambros fortè) quiſpiam aliquoties, audita, perorata & concluſa cauſa, viſo & examinato proceſſu, huiuſmodi ferè, aliiſque rationibus, optimo æquitatis & iuſtitiæ zelo, hortaretur, ne partes vlterius ad arbitrorum vel arbitratorum notiones ablegarent, neu ſumptibus & incommodis grauioribus, præſertim in rebus non omnino intricatis, onerarent ſe de iure quandoque interrogatum, cùm cauſa prorſus iniuſta videretur, hoc ſibi à conſulente reſponſum propalam habuiſſe, ſibi amicos eſſe, quibus remiſsionem eiuſmodi facilè obtinuerit, neque tum omnino cauſa caſurum, neque planè cadmeam victoriam laturum; adeoque exemplo id perniicioſiſsimum eſſe, exiſtimari enim eos iudices affectibus duci, iiſque vt regantur, regere: tanta viro alioqui modeſtio, qui nullius aliis negotiis implicari ſe vnquam paſſus eſſet, pro eiuſmodi admonitionibus, iuris aſſertionibus, aliiſque id genus laboribus in Remp nunquam intermiſsis, fuit ſenſum concitata, ſycophantiis, calumniis, aliiſque tectis ac ſcurrilibus nequitiis, vbique inuidia, atque ignominia, quanta haud ſcio an in orbe Chriſtiano videris flagrare quemquam Sed Chattas parentum peior auis, quo tandem, relicta Aſtrea, deflues? vbi illam interim ſaluabis? vbi locum inueniet? vbi conſiſtet? an in terreno paradiſo? mea fide nõn inueniet.

n. *Niſi velit)* Text. eſt in *l iij* §. 1. *& inibi gloſſ. & Doct ff de a b* Fab *lib* 2. *C. tit* 35 *definit.* 7. *num.* 9 dicetur que ea de re inferius, *cap.* 211 *ſub num* 1. *&* 4. *ad verb. arbitros cogere, & verb. compellendus eſſet.* Alex *conſ.* 95 *num.* 16. *libr* 2. *& conſ* 183 *n* 3. *libr.* 6 Afflict. ex SC iuſta *dec.* 132. Dec. *conſ.* 29. *num* 6. Rebuff. *d. art.* 1. *gloſſ.* 8. *num* 2 *cum ſeqq.* Coſtal. *in d. l. ſocietatem, verſ. ſed dubitatum eſt.* Villalob. *in com opin. lit. A. num* 135. *in addit. vlt in fin. & num.* 140 *item in lit. R. num* 12. Gribald. *com. opin* verb. compromiſſum, *reg.* 2. *& verb laſio, reg.* 4. Soar *rec. ſent. in lit* S *num.* 81. Gail declarando, *libr.* 1. *obſeru.* 149 & è ſtylo, *obſeru* 150 *num.* 1. *cum ſeq.* Kirchou *com. opin. verb. reductio.* 2. Gratian *dec.* 197. *num.* 14. Viuid. 444 *num.* 11. *& dec.* 276. *num* 5. *vbi num.* 1. *&* 4. arbitramentum taciturnitate decendij non emologari, ſed tranſactis demum triginta annis. Apud nos verò, poſt annum elapſum, nullæ eiuſmodi admittuntur reductiones (vt mox probabimus) ſicuti & raro apud Batauos, niſi forte ibidem à ſenatu impetratis reſtitutionum literis, vt ſcriptum reliquit Merul *d. t.* 4 *cap.* 1. *num* 4. allegat in hoc opiniorem de hac re Bart. in *d. §. arbitrorum*, vnà cum allegata *l. quigrauatos*, 5. *in verb. quod intra annũ, C. de cenſ. & cenſitor li* 11. ſed exactius de his apud Coraſ. in eodem §. *arbitrorum ſub num* 14.

CA-

CAPVT CCVII.

De quibus Cauſis Compromittere non licet.

SVMMAE.

1 *Compromittere non licet, de* { *Criminalibus criminaliter intentatis.* / *Cauſis Matrimonialibus.* / *Cauſis Spiritualibus.* / *Cauſis quæ animæ periculum concernunt.* }

2 *De cauſis* { *Criminalibus.*

3 *Ciuilibus* { *Particularibus compromittere licet.*

4 *Confeſſio Criminis coram Arbitro, facta non infamat.*

5 *Publicis compromittere non licet, ſine conſenſu.* }

ET ſicuti oſtendimus, quod non liceat in quaſuis perſonas compromittere, quodque non quibuſuis perſonis compromittere ſit permiſſum, ita neque de quibuſuis cauſis compromittere fas eſt.

1 Nunquam enim compromittere licet de cauſis Criminalibus (*a*) criminaliter intentatis, *l Non diſtinguimus, §. Iulianus, ff. de recept. arbit.* Nec de cauſis Matrimonialibus, (*b*) *cap. Cauſa, iuncta gloſſ. in verb. Matrimoniali, extra, de in integr. reſtitut & c. Finali. extra, de Tranſactionibus.* De cauſis Spiritualibus, (*c*) ſaltem in Laicum non compromittitur, *ca. Contingit, & cap per tuas, extr. de arbit. in fine,* & ibi notatur, niſi cum Clerico, & authoritate Epiſcopi, vel Officialis, vt nota. *d. cap per tuas.* Neque cauſis, quæ Animarum pericula vtcunque concernunt, compromitti licet, *Specul libr. 3 partic 1. §. Reſtat, num 2. tit. de Arbitro & Arbitratore.* De cauſis quoque Feudalibus, (*d*) in præiudicium Domini Feudalis, compromittere non licet, ſed bene quò ad ſuum præiudicium. *Specu. libr 1. part. 1 nu. 6. §. Reſtat. titulo de Arbitro & Arbitratore, & de ſimilibus.*

2 Dixi de cauſis Criminalibus criminaliter inſtitutis, quia de Criminalibus ciuiliter inſtitutis omnino compromittere licet.

3 Sicuti idipſum licet, in omnibus cauſis Ciuilibus, *l. Quid ergo, §. Ex compromiſſo, ff. de his, qui notan. infam.*

4 Sed hic quæritur, ſi quis fuiſſet coram Arbitro confeſſus (*f*) ſe commiſiſſe furtum, an ob eam Confeſſionem fiat infamis? Reſpondendum eſt, quod non: cùm nec ſententia Arbitri infamet (*g*) & Bald. dicit gloſſam in verbo: Non facit, *in d. §. Ex Compromiſſo*, eſſe ſingularem ad hoc: Quod Confeſſio facta ab aliquo coram Arbitro non infamat, etiam in cauſa famoſa. Et reddit cauſam: Quia Confeſſio facta coram eo non infamat: cuius ſententia etiam non infamat.

5 Sed hinc excipiendæ ſunt omnes Actiones, & cauſæ Publicæ, & Populares, de quibus compromitti non licet. *l. Non diſtinguimus, §. Iulianus, ff. de recept. arbit.* potiſſimum ſi hinc aliquod præiudicium accreſcere poſſet Reipub. Vel ſi nihil præiudicij metueret, deberent ſaltem ad hanc Compromiſsionem præſtandam, habere facultatem à Principe, qui communitatis nomine ita compromittere vellent.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CCVII.

a. CRiminalibus) Quò ad vindictam publicam, & pœnam fiſco debitam, quam remittere partes nequeunt, inquit Rebuff. *conſtit. reg tom. 3. tract. de arbitr. & arbitrat, art. 1 gloſſ. 2. num 6.* latius Gail. *lib. 1. pac. publ cap. 11. num 24.* rationem viuam addens, quod pœnæ pecuniariæ ſolutione, corporalis malo exemplo euitaretur, & maleficia manerent pro merito impunita, contra *l ſi ita vulneratus, 51. §. quod ſi quis ff ad l. Aquil.* cum ſimil. eandem enim ob rationem in criminalibus quoque, in caſibus interdictis, prohibitam eſſe tranſactionem, iuxta *gloſſ ſing. in adducto, §. Iulianus, in verb. famoſi*, ibidemque Bald. *num. 1. in l. vn. num. 37. C. de confeſſ.*

b. *Matrimonialibus.*) Gaill. *libr 2. obſeru. 94. ſub num.* 14. Triuiſian priuilegia in huiuſmodi cauſis enumerando, *deciſ 23. præſertim num. 18. libr. 1.* Couarr *in 4. libr. de ſponſal. & matr part. 2. cap. 8. §. 12. num. 2.* vbi poſt Roman. *conſ. 199. præſertim num. 6.* aduerſus Bald. *in l. vnic. num. 37. C. de confeſſ.* ſuſtinet, ab arbitris aut arbitratoribus, laicis cauſam coniugalem, nec principaliter nec incidenter, definiri aut examinari poſſe. Cæterum filiationis cauſam, poſſe apud arbitrium conuentionalem terminari, quando alia de cauſa, quàm ad matrimonij effectum, de hoc dubitatur & eſt controuerſia, & filiationis quæſtio in aliam incidit quæſtionem, de qua iuſtè coram arbitro litigabatur: aliter atque ſi tunc principaliter de ipſa filiatione agatur, tradit variè diſtinguendo, Afin. ad ſtatutum Florent. *de modo proced part. 2. §. 1. cap 168. toto,* poſt Baptiſt. Peruſin. (quem Bart. genetum autumant) *tract. de arbitr. libr. 3. in 2. capit. num. 1.* & addatur nouiſſ. in ſimili tractatu Camill. Borell. quem modo ad manum non habeo; vti nec alibi nouis eiuſmodi tractatibus hic magnopere vtor, ſed magis fontibus ipſis è quibus deriuantur & deſumuntur.

c. *De cauſis ſpiritualibus.*) Diximus abundè ſupra *cap. 205. num. 13. verb. tractare debent, & ſeqq. & cap. præcedente, num. 8. ad verb ferret ſua eccleſiæ.*

d. *Feudalibus*) Diximus ſuperiore *cap prox. mo, num 4. verb. in præiudicium, & ſeq.*

e. *Criminalibus cit. il. ter.*) Rebuff. *d. tract. de arbitr. art. 1. gloſſ. 2. ſub num. 6.*

f. *Arbitro confeſſus.*) Confeſſionem coram arbitro, factam non dici in iudicio, poſt Cyn. *in l. 1. in 5. q. C. de confeſſ* tradit Alex. *conſil 13. num. 4. in fin. libr.* 1. valere tamen, & fidem facere coram iudice, vt extra iudicialem, definit poſt Cyn vbi ſupra, aliosque Natt. *conſil 2 ſub num. 4. cum ſeqq.* Afflict. *ex SC. dec 178. in 7 qu. ſub num.* 10. licèt valere, vt iudicialem etiam aſſerat Molinæ, *ad d. conſ. 13. num. 5 libr. 1.* & ſentiat quoque Euerard. *in loc leg. loc. à iud. ad arbit. verſ. 19. iſtud facit.*

g. *Non infamat.*) Iuxta *d. §. ex compromiſſo,* Natt. *d. conſ. 2 ſub num. 6.* Euerard. *d. loc. ſub d. verſ 19. iſtud facit.*

CAPVT CCVIII.

De modo procedendi coram Arbitris, & Arbitratoribus.

SVMMAE.

1 *Arbiter Compromiſſionis formam ſcripto excipere debet.*
2 *Arbiter in cauſa Compromiſſionis procedit vt Iudex.*
3 *Arbitrator in cauſa procedit, non vt Iudex, ſed vt Mediator, & Conciliator.*

1 SIcuti & ſuprà meminimus, Arbiter compromiſſionem cum cauſis controuerſis ſcripto excipit, & id ſcriptum authenticatum, ac ratificatum iri curat, vt ſcilicet iuxta eam compromiſſionem in procedendo ſe regat, Proceſſum futurum fundet, & ne extra eam ſeſe diffundat. Quia coram Arbitris ſolum procedendum eſt iuxta tenorem ipſius compromiſſionis (a) factæ, & ſecundum ordinem, & facultatem, quam Partes ipſis arbitris ad ſic procedendum conceſſerunt, & non aliter. Limites enim compromiſſionis, ordinis ac facultatis conceſſæ prorſus excedere nō poſſunt. *(b) l. Non diſtinguimus, §. de officio, ff. de recept. arb. Concord. tex. in c. Peruenit ad nos, & c. Cum dilectus, ext. eodem titulo de arbitris.*

2 Arbitri itaque eliguntur ad hoc, vt cauſas dubias controuerſas, aut in Lite exiſtentes iuridicè cognoſcant, decidant, & definiant. Ad quod præſtandum, debet proceſſum ſuum omnino iuridice formare & inſtituere, eodemque modo, & ordine, quem Iudex exercet in iudiciis ordinariis, *l 1. ff. de recept. arbit.* cum aliis iuribus ſimilibus.

Verùm Arbitratores à Partibus eliguntur, & aſſumuntur, non vt de cauſis litigioſis iuridicè cognoſcant, (c) ac in iis procedant, ſed duntaxat, vt veluti ſequeſtri ac mediatores inter vtramque Partem Litem controuerſiæ dirimant, Partes concordent, & concilient, & omnia ex bono & æquo terminent, (d) definiant, & iudicent. Ad quod officiū pręſtandum non eſt opus vt vllum Proceſſum formet, vel vt vllum Proceſſus formandi ordinem ac formam ſeruet. 3

Digitized by Google

ANNOTATIONES NIC. THVLDEANI IN CAP. CCVIII.

a. *Tenorem ipſius compromiſsionis.*) Non tamen contractum compromiſſi requirere ſcripturam, nec verba de neceſſitate, ſed actus ſufficere ex quibus conſenſus deprehenditur; imò & per nuncium, aut epiſtolam, conuentione, vel nudo pacto poſſe fieri, & prorogari, per *leg diem proferre, ff. de arb. & cap. per tuas, & cap. expoſita* vbi doct. *de arbit.* & poſt Socin. *conſil 27. num 3 lib 1.* alioſque Boër. *dec 233. num 11 ad fin. cum ſeqq. & ſentit Alex conſil. 84. nu. 3. lib. 5.*
b. *Non poſſunt.*) Tiraq. *ad leg. ſi vnquam verb. libertis num. 11. Cod. de reuoc. donat* Kirchou. *in com opin. verb. arbitrorum vel arbitratorum, cent. 1. conclus 34.* nouiſſime Gratian. *deciſ. 6. num. 1. extendendo num 2 in arbitratore, item num. 3.* in arbitro de iure & de facto, qui neque, poſſit iudicare niſi ſuper deductis in libello & limitando latiſſ. *num. 10. cum ſeqq.* vti & Rebuff. *dict. tract. de arbit. artic. 1 gloſſ 14. num 4. cum ſequentibus* diximus quoque latius ſupra *cap. 204. ad verb excedere, & verb. formam* à compromiſſo enim (in quo, tanquam ſtricti iuris, tantum ſpecialiter expreſſa veniunt) tota à arbitri poteſtas dependet, vt per Hartman. *tit. 2. obſeru. 2. toto,* & poſt Iaſ. *num. 6, in lege cum aquiliana, ff. de tranſact* Alioſque demonſtrat latius Decian. *conſi. 33. num. 131 cum ſeq. lib. 1. vbi num. 133.* ſententiam extra acta ſpecialiter in compromiſſo demandata, defectu poteſtatis, nullam eſſe deuique Rebuff. *vi. tract artic. 1. gloſſ. 9. num 23.* Viu. nullitatem han abſque temporis præfinitione opponi aſſerens, *dec. 473, num. 1. cum ſeqq. & dec. 380 num. 8. & 22. item dict. artic. 1 gloſſ. 10 num 15. cum ſeqq.* ſi probetur arbitros exceſſiſſe compromiſſum, non præſumi pro illorũ vt alioqui etiam pro iudicis ſententia: & quomodo probetur iniquitas.
c. *Iudices cognoſcant.*) Poſſunt enim ex cauſa, etiam vltra petita condemnare, Felin. poſt alios *in cap. licet Hely num. 31. de ſimon.* Decian. *d. conſ. 33. num 137. lib. 1.* aliter atque arbitri, vt apud eum ibidem, *num. 134. cum ſeqq,* Menoch (licet indiſtinctè loquatur) de *arbitr. iud. quæſt. 1 lib. 6. quæſt. 31 num. 7.* & diximus late ſuperius ſuo loco. Sed neqne arbitratores ſcripturas conficere tenentur, verum extra iudicialiter informare ſe poſſunt, Rebuff. tutius tamen vtrumque ſcribere, & coram arbitro rite ſcripta probare & coram iudice aſſerens, *dict. arc. 1. gloſſ. 8. num, 22. in fi.* Quinimo coram arbitratratore qnaſlibet probationes ſufficere, tradit poſt Bald. *in leg. ſolam, 3. in fin. C. de teſtibus.*, alioſque Decian. *dict conſ. 33. ſub num. 147. lib. 1.* vbi etiam ex ſententia Alex. *conſ. 189. num. 17. & 18. lib. 6.* aliorumque etſi nulla eſſet probatio, quando arbitratori data eſſet poteſtas procedendi de facto, poſſe nudo partis dicto eredere. limitando, dummodo pars enormiſſ. non ledatur, poſt Imol. *conſ. 91. nu. 5.* ſuſtinentem, quod licet apud arbitratorem leuiores ſufficiant probationes, procedat tamen quòad hoc tantum, vt lædere poſſit in modica & honeſta quantitate, non enormiſſ Sed hac de re latè ac ſolidè magis *Cort. in memorab. verb. arbiter debet procedere vt bonus vir.*
d. *Et æquo terminent.*) Non ſeruaro iudiciorum ordine, vt declarat & Fab *Cod. lib. 2. titul. 35. defini, 2. ſub num 3. per leg. ſocietatem. §. arbitrorum. vbi doct. ff. pro ſoc.* Diximus latius ſupra, poſt Menoch. limitando *d. lib. 1. quæſt 18. num. 6. cum ſeqq.* alioſque, præſertim *cap. 203.* vbi de his pleriſque aliis.

Capvt CCIX.

Quomodo Differant arbitri, & iudices.

S V M M Æ.

Differunt arbiter & Iudex, quod

1 *Arbiter non decernit defectum aut contumac.*
2 *Arbiter non punit Teſtes peierantes.*
3 *Arbiter facultatem ſuam habet limitatam.*
4 *Arbiter non admittit reconuentionem.*
5 *Arbiter non mandat ſententiam ſuam executioni.*
6 *Arbiter non cogit Teſtes ad deponendum.*
7 *Arbiter accipit munera ad citiorem expeditionem.*
8 *Arbiter ſententiam pronunciat ſine Appellatione.*
9 *Arbitri ſententiam non conſequitur alia Actio.*

Digitized by Google

10 *Conueniunt Iudex & Arbiter in hoc, quod ſicut.* { *Iudex ob munera non iudicat, ita nec Arbiter.*
11 *Iudex obſeruare debet iudicij ordinem, ita & Arbiter.*

PRæter ſupradictis differentias inter Arbitrum & iudicem, quas capite 203. expreſſimus, hic quoque explicandæ veniunt & aliæ differentiæ.

1 Primo enim Arbiter non poteſt decernere defectum, aut contumaciam, (*a*) quod tamen licet, & competit Iudici, *l. 2. §. vlt. ff. de iud.*

2 Secundò, Arbiter non poteſt Teſtes coram ſe productos, ac peierantes punire, (*b*) quod tamen licet Iudici quia Arbiter nullam habet iuriſdictionem, *l. ait prætor. ff. de re Iud.*

3 Tertiò, Arbiter non habet plus facultatis (*c*) in cauſa, quam à Partibus accepit, *l. 3. ff. de rec. arbit. & l. Non diſtinguemus. § de officio, ff eodem* Iudicis vero poteſtas eſt multo latior & irreſtrictior, vt in *c. P. & G. ext. de offi: ff. eodem.* & notatur in *cap. fin ext de reſcript.*

4 Quarto, coram Arbitris non habet locum reconuentio, (*d*) quæ tamen ex Iure locum ſibi vendicat apud Iudicem, *c. Cum dilectus, ext. de arbit. & leg. Non diſtinguemus, §. de officio. extra, de recept. arbitr.*

5 Quintò, Arbitri ſuam ſententiam executioni mandare (*e*) non poſſunt, ſed id poſſunt Iudices, *leg. 3. ff. de rec. arb* & notatur *in l. A. Diuo Pio, in principio, ff. de re iud. & ibi Bart.*

6 Sextò, Arbitri non poſſunt Teſtes ad deponendum (*f*) cogere, quod poſſunt Iudices. Imò iudices ipſi, Arbitrorum ſententias executioni mandant, quia Iudex habet iuriſdictionem, ſed non Arbiter, qui habet tantum notionem, *leg. Ait prætor. ff. de re iu iic.*

Septimò, Arbitri circa reprehenſionem poſſunt à partibus accipere pecuniam, aut quædam honeſta donaria, vt citius (*g*) in negotio procedant, & expeditius ſententiam pronuncient, quod Iudici nullo modo licet, *ca. Primo, de ſentent. & reiudica. lib. & c, Non licet. 11. q. 3.* cum aliis ſimilibus iuribus. 7

Octauo, à ſententia Arbitri appellare non licet (vti diximus, *cap. 203.*) ſicuti tamen appellare licet à ſententia Iudicis, *l. 1. C. de arbit.* 8

Nono, Ex ſententia Arbitri nulla vlterior naſcitur Actio, nec Exceptio, quales tamen naſcuntur ex ſententia Iudicis. 9

Decimo, Sed in hoc conueniunt, quod ſicut Arbiter non poteſt accipere pecuniam, vt hoc nomine ſententiam pronunciet magis ad fauorem donantis, quam non donantis, ſic nec Iudex, *l. item ſi vnus, & l. Qualem, & l. Sed et ſi in ſeruum. § Sūt & aliis ff de recept. arbit.* 10

Vndecimò, In hoc conueniunt, quod quæcunq; ordinata, ſiue conſtituta ſunt, vt obſeruentur in iudiciis, eadem quoque obſeruari debeant in Arbitriis. 11

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI

IN CAPVT CCIX.

a. A*Vt contumaciam.*) Secundum hanc (inter alias) differentiam enumerat Euerard. *in legal. loc. à indic. ad arbit. verſus fin. verſ. alia & 2.* inter iudicem & arbitrum: qui non perinde poſſit pronunciare laudum, niſi vtraque parte præſente, vt concludit *gloſſ. & doct. in c. cum dilectus, de arbi. per l. diem proferre, 21. § ſiquis litigatorum, ff de arbitr.* ſecundum quam ſatis eſt pœnam ex abſentia committi, quaſi per eum qui defuit, factum ſit, quod minus ſit iudicatum, vt ait Coſtāl. *ad l. non ex omnibus, ad fin. ff. de recept. arbit.* id quod voluit ibidem *in fin. & in l. 2, in fin. de iud.* etiam Buſi vbi inſuper *in d. l. non ex omnibus ſub num 2.* poſſe quidem arbitrum condemnare in pecuniam, quam partes in pœnam contumaciæ ſunt ſtipulati, cæterum ſi nihil de pœna contumaciæ conuenerit, & litigantium alteruter emaneat contumax, nec ſententiam pronunciari poſſe, & ſi pronuncietur (niſi id actum ſit vt abſente quoque parte ſentētia proferri queat) ipſo iure non ſubſiſtat. Poterit tamen arbiter, perinde ac iudex, contumaci denegare audientiam, vt poſt Iaſ. *in l. ſancimus, num. 3. C. de in d.* alioſque Euerar. *in d. loc. à iu l. ad arbit, verſ 4.* iſtud facit. vt & dare dilationes, quamuis in compromiſſo non contineatur, ſicuti probabitur infra *ca. 212. ad verb. ſed in fructibus, num. 13.*

b. *Peierantes punire.* Text. eſt in *dict. l. non ex omnibus in fin.* vbi poſt alios Coſtal. *num. 4. ff rec. arbitr.*

c. *Non habet plus facultatis.* Socin. *reg. 27. fallent. 29. cum ſeq. 30.* & dictum eſt hac de re ſuperiore, *c. 208. ad verb non poſſunt.*

b. Pe-

Digitized by Google

d. *Reconuentio.* Socin, *d. reg. 27. fallent.* 5. Hartm. *tit. 2 obſ. 2 ſub init.*

e. *Executioni mandare* Socin. *fallent. 26. d. regul.* 27 Zaſ. latè declarando, in adducta *l. à Diuo pio. in init.* VVurmſe, *obſer. 8 ſiue vlt. tit. 3.*

f. *Ad deponendum cogere.* Socin. *dict. reg. 27. fallent. 6.*

g. *Donaria, vt citius.*) Guid. *dec. 68. num. 5. in fin. Viu lib. 2. com. opin. verb. ſportula, num. 8.* delegatum ſeu commiſſum poſſe capere ſpecies (vt vocant) pro viſitatione proceſſus, per *cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem, de reſcr. lib. 6.* tradit poſt Doct. *in l. ſolent* 6. *ff. de offic. pro conſ.* aliosque Boër *deciſ* 5 *num.* 1. ſequiturque Viu. com opin *verb. iudex ordinarius propter verſ. ex his* vbi aliud in ordinario, vt accipere ſalarium non poſſit, voluitque Zaſ è praxi *ad §. triſli ad fin. inſtit. de action* latius idem Viui. *deciſ 11 5. iuxta*, Sed & arbitros, arbitratores commiſſarios, ac iudices delegatos rectè ſalaria ac ſtiper dia accipere, tradit Damhaud. hic inferius *cap. 205 num. 9. cum ſeq.* Cæterum in curia Franciæ quando proceſſus iudicatur per commiſſarios, debere vtramque partem pro virili, iudicantibus cõtribuere expenſas, declarat latius Rebuff. ex SC. conſtitutionum *reg. tom. 3. tract de expenſ. damn. & intr. art. 4 glo. vn. num.* 5. voluitque in delegatis iudicibus Guid. *d. dec. 68 num.* 5. Gail. limitando, *lib. 1. obſ. 151. ſub num 9. cum ſeq* quia nemo (inquit ille) ſuis ſtipendiis militare cogitur, per *tex. in ca. ſi in nunc, §. vlt. 28. q. 1. cum concord.* munera enim non ſumptus prohibeantur, & merces laborũ comes eſſe debeat, *iuxta authẽ. de iudicibus, §. ne autẽ & inibi gl. in verb. pedaneis, cum ſimil.* Mynſing. dicens ſportulas pro loci cuiuſque conſuetudine habituros, centur. *2. obſ. 75. ſub num 12 vbi nu. 6 cum ſeqq.* quo ad hoc in iudice latius diſtinguit, vt & ante eum Bald. *conſ. 352* cui initium, proponitur *quod d. n. 2 lib. 5.* Boër. *dec. 153. num. 1. & ſeqq. ruṙſus num. 23. cum ſeqq vbi num. 2.* nec hodie iudici licere, pro expeditione iuſticiæ celeriore adminiſtrandæ, pecuniam accipere, poſt doct. in *l. 5. §. vlt. ff. de condict. ob turp. cauſ.* ſequitur nouiſſ. Menoch. *de arbitr iud. lib. 2. caſu 342 num. 29.* vbi hac de re latiſſ vt & apud Couar. in relect. *4. peccatum, parte 2. §. ſub num.* 1. Regulariter vero omnem iudicem ordinarium, habentem ex publico rectum c[illegible]um ſalarium, iuriſdictionem nullo partium ſumptu exercere, ſed gratis iuſtitiam adminiſtrare debere, *per text. in authent. vt iud. ſine quoque ſuffrag. §. ſcriptum eſt exemplar. & inibi gl. in verb. auaritiam cum concord comprobat copioſe Gail. d. obſ. 151. n. 8.* vt & ſolide ex com. Vaſqui receptum etiam non obſtante contraria conſuetudine reſtituendum aſſerens, *lib. 1. illuſtr contr. cap. 7. num. 1.* & à contrario ſenſu Menoch *d. caſu 342. num* 40. latè Mynſing *d. obſ 75. num.* 12. excipiens tamen eſculentum & poculentum, quod ſit breui duraturum, id quod poſt alios commemoratos ſentit & Medoch. *d. caſu 342. num. 36 cum ſeqq. Veruntamen Alex. conſil. 206. num. 9. cum ſeq lib. 2* reſpondit, quando iudex habet ſufficiens ſalarium, veriorẽ eſſe opinionem gloſ. quam & alij ſequuntur, *in d. l ſolent* quod imò iura antiqua ſunt correcta, per *d. auth. §. ſcriptum eſt exemplar.* licet (ſecundum Bald.) in quibuſdam minimis, vt pro caponum pari, nõ diceretur offendi, *iuxta l ex articulo. & ex art. & l quamuis. ff. de condit. & demonſtr.* in quam ſententiam, poſt varia teſtimonia, è ſacra pagina aliosque probatis auctoribus adducta concludit nouiſs. Coraſ. *in d. l. ſolent 6. n. vlt num. 4. & 5 ad fin.* munera accipere per ſe malum non eſſe, ideoque nec prohibitum, præterquam in iudice, quam vereatur lex, ne propter munera iudicium peruertat. Addens neque illius *l. ſolent.* auctoritate iudices ſe tueri poſſe cum de proconſule agat, qui nec per ſe iudicare ſolebat, & in longinquam prouinciales potuiſſet, ſi oblata ab eis xeniola indiſcriminatim abieciſſet eademque ratio ſit in præſide prouinciæ, qui lex poteſtatem facit eſculentum poculentumue capere, vt *in l. plebiſcito 18 ff. de offic. præſid. vbi num. 2. & ſub num. 5. cum ſeq.* idem quoque Coraſ. late declarat eandemque ſententiam amplectitur Decia. *tract. crimin. lib. 8. c. 35 n. 14. in fin.* aliique relati à Menoch. *d. lib. 2. ſent 5. caſu. 517. num. 13 vbi num. 21.* poſt diligentem rei excuſſionem & declarationem ſentit quoque hanc opinionem ſine magna controuerſia recipiendam, ſi habeat è publico iudex ſufficiens ſalarium vnde viuere poſſit. Quin & ordinarium habentem de publico ſalarium, in eaque cauſa in qua erat ordinarius, delegatum conſtitutum, ſalarium ex illa delegatione non conſecuturum; cum labor nuſquam ſibi augeatur, eò quòd in ea cauſa velut ordinarius fuerat alioqui iudicaturus, ſcriptum reliquit ex aliorum ſententia Monter Aragon *dec. 44. n. 72.* Denique à pauperibus (vt hoc obiter extra rem moueamus) nec arbitro, nec iudici debentur ſportulæ, Viu. copioſe *d. verb. ſportula num. 9* Latius Tiraquell. *de nobilita. cap. 26. n. 40.* Dixi quoque de hac materia ſuperius *cap. 9. ad verb. auaritia.*

Digitized by Google

CAPVT CCX.

In quibus arbiter, & Iudex conueniant

SVMMAE.

Arbiter { ut iudex.

1 *Procedit ordinariè, & iuridicè.*
2 *Sententiam pronunciat ex ſcripto.*
3 *Depoſitiones coram ſe ratas habet.*
4 *Condemnat Partem in principali, & expenſis*
5 *Obſcura ſuæ ſententia explicat.*
6 *Addit, minuit, corrigit à ſe pronunciata.*

1 ARbiter procedit ordinariè, tribuitque Iudiciis coram ſe productis omnio ſua membra, *(a)* non ſecus quam iudex ipſe in ſuis Iudiciis Specul. *lib. 1. partic. 1. §. differt. num. 12 titul. de arbitro, & Arbitratore.*

2 Arbiter ſuam ſententiam ex ſcripto pronunciat, *(b)* vt Iudex *l. Penult §. 1. C. de recept. Arbit. leg. 1. C. de Sent. ex periculo* (vel vt Alciat. *lib. diſpunct. 1. cap. 21.* placet breuiculo) recitandis, *& ea Statutis, 2 q. 1.* & ſecundum hoc (teſte Specul. loco ſtatim ſupra allegato) videtur quod poſſit in idiotá compromitti.

3 Depoſitiones productæ coram Arbitro, eandē vim obtinebunt, quam obtinent productæ coram Iudice, *cap. Præſentata, extra, de Teſtib. l. Finali, Co. eodem.*

Arbiter condemnat Partem ſuccumbentem in principale, & in expenſas, *(c)* quæ ad principale cōſequuntur, & principali acceſſoriæ cohæreſcunt. Atque idem facit Iudex. 4

Arbiter interpretatur, & clarius explicat obſcura *(d)* quæque, quæ in ſua ſententia ineſſe videbantur, quod idem effectum curat, in ſua ſententia Iudex Spec. *lib. 1. part. 1, §. Sequitur num 64. Titu. de Arbitro & arbitratore.* 5

Sed arbiter eodem die, quo ſententiam pronūciauit, addit, *(e)* mutat, & corrigit eandem ſententiam à ſe pronunciatam, per alia verba Grammaticalia, ac per aliam dictionis phraſim, non autem per verba, quæ ſententiæ ſubſtantiam mutent, ac corrigant. quod tamen Iudici permittitur. 6

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI IN CAP. CCX.

a. O*mnia ſua membra*) Primam hanc quoque conuenientiam inter arbitrum & iudicem enumerat, pleraque eiuſmodi membra referendo Euerard. *in legalib. loc. à iudic. ad arbitr. in princip.* Sic quod arbitria ſint ad inſtar iudiciorum redacta intelligit Nat. *conſ. 2. num. 5.* duntaxat quoad ordinem iuris ſeruandum, non quo ad cætera.

b. *Ex ſcripto pronunciat*) Iaſ. *in l. nec quidquam, § vbi decretum, ſub num. 64 ff. de offi. procanſ.* Diximus ſupra *cap. 103. num. 8. ad verb. ita & arbiter.*

c. *Et in expenſas.*) Euerard. *in d. loc. à iudic. ad arbitr. verſ. 7 iſtud. facit.* Hartman. *tit. 2. obſeru. 2. verſus fin.* Couarr. *pract. obſeru cap. 17 num 1. in fin.* Non poterit tamen arbiter qui condemnauit in expenſas, taxare finito tempore compromiſſi, ſed taxabit eas magiſtratus, vt poſt Bald. *in l. terminato num 11. C. de fruct. & lit. expenſ.* tradit Euerard. *d. loc ſub verſ 32. iſtud facit.* & poſt eundem Bald. & apertius in eadem *l. terminato* Salyc. *nu. 6. verſ. & ex hoc dicitur.* reſpondit Alex. *conſ. 18. num. 2. lib. 7.* arbitrum expenſarum taxationem in ſententia reſeruantem, poſſe taxare poſtea, dummodo intra tempus compromiſſi, ſed poſt compromiſſi tempus expirare reſeruationem; quia extincta ſit omnis poteſtas, quæ pendet à compromiſſo, per *l. nō diſtinguemus §. de officio de rec. arb.*

d. *Et explicat obſcura.*) Gabriel. copioſe, declarādo dum tamen incontinenti fiat, de reg iur. conclu. *3. num. 16. cum ſeqq lib. 6.* Burſat. *conſ. 139 num. 44. cum ſeqq.* Contrà poſt Panorm. & alios, *in ea cum olim de arb.* Euerard. *dict. loc. verſ. 32 iſtud facit,* VVurmbſer è praxi, *obſer. 7 tit. de arbit. tertio. tota* Coſtal. *in l. qualem, 18. §. dicere de arbit.* latè Teſſaur. dicens regulariter ſententiam arbitrorum dubiam per ordinarium declarandam, *deciſio. 253. num. 1. & ſub num. 6.* limitando poſt Alexan. *dict. conſ. 18. num. 2.* vbi & apoſt *lib. 7.* niſi per laudum ſibi reſeruaſſent arbitri declarandi, auctoritatem, ac ſimul intra tempus in compromiſſo præfi-

xum

xum declarent, alioqui poſt tempus, etiam cum reſeruatione eiuſmodi expreſſa, declarando, inualida fuerit declaratio. niſi iterum, tali expreſſe reſeruationi partes conſenſiſſent, vel tacite per emologationem laudi, vel expreſſe id petendo ab ipſis arbitris) id ſentit & Burſat. *d. conſ.* 139. poſt Gabriel *tit. de ſent. lib. 2. cocluſ. 2. num. 22. & ſeqq.*) vlterius etiam in eiuſdē materiæ angulos diſſerēdo viliſs. Neque ſolum à partibus poſſe dari facultatem arbitris declarandi verba obſcura laudi, ſed etiam illa quandoque, & certo caſu mutandi & corrigendi, poſt Bart *in d. l. quid tamen. n. 3. de arb.* alioſque Burſat. *dict. conſ.* 139. *num.* 42. *ibi num.* 43. poſſe ſimiliter arbitros ſibi aliquid in ſententia reſeruare.

c. *Addit.*) Arbitrum per totam illam diem quoque iudicare de acceſſoriis, puta fructibus & expenſis, poſt *gloſſ. in l. quia arbiter.* 24. *de rec. arbit.* alioſque Euerard. *d. loc. à iud. ad arbit. verſ* 6. *illud facit.* Mutari autem & corrigi ſententiam interlocutoriam ab arbitro, diffinitiuam non item: vt nec interlocutoriam definiret, vi accidit in ea ſententia qua ſe quis non iudicem pronunciat, poſt alios Coſtal. *in d. l. qualem, §. dicere, in princ. per illum text. de recept. arbit.* vbi in fin poſt Bart *in l. ij. per illum text. de opt. legat.* ſi tamen ſententiam tulerit arbiter quæ nulla eſt, corrigere poſſe, ſi id vitium ex non ſeruata forma deſcendat. Etſi vero arbitri in ſentētia poſſint ſibi aliquid reſeruare, mutationē tamen ſibi minime reſeruant, vt poſt Anchor. *conſ.* 113 cui initium, ex ſupradicta, præſertim in verſ *his non obſtantibus.* reſpondit Burſat. *di. conſil.* 139. *numer.* 43.

CAPVT CCXI.

Quando Submiſſio cenſetur extincta.

SVMMAE.

Submiſſio Arbitri extinguitur,

1 *Quando ſententia arbitri pronunciata eſt.*
2 *Quando tempus ſubmiſſionis finitur.*
3 *Poſt triennium, ſi nullum tempus fuiſſet præſtitutum.*
4 *Quando alterutra Partium moritur.*
5 *Quando arbiter vnus moritur.*
6 *Quando Arbiter ob incidentia cauſa vacare non poteſt.*
7 *Quando Arbiter ſe ab aſſumpta cauſa excuſare poteſt.*
8 *Quando Partes concorditer cauſam compromiſſum reuocant.*
9 *Quando Partes alium Arbitrum aſſumunt, aut inter ſe componunt.*
10 *Acceptilatione, Pacto Iudicio, &c.*
11 *Cum Tempore, Morte.*

1 SVbmiſſio Partium cenſetur terminata, & extincta, quando Arbiter ſuum Arbitrium dixit, aut ſententiam ſuam arbitrariam ſuper omnibus productis (*a*) protulit.

2 Item, Partium ſubmiſſio cenſetur extincta, quādo tempus ad terminandum conſtitutum, expiratum eſt. (*b*) Arbiter enim cogi non poteſt, vt tempus terminationi conſtitutum vllo modo prolonget, aut prolongati permittat, niſi velit, (*c*) *l. Si cum dies & l. Arbiter ex compromiſſio, ff. de recept. Arbitr.*

3 Submiſſiones item extinguuntur poſt triennium. quando nullum tempus ad terminandum in ſubmiſsione expreſſum fuit.

4 Submiſsiones item extinguuntur, quoties alterutra Partium moritur. (*d*) Hæredes enim illius Mortui non tenentur, nec cogi poſſunt, vt Arramēta aſſumant, niſi velint. *l. Diem. proferre, § 1. ff. de rec. arb. & c. ſi. ext. de arb.*

Submiſsiones quoque extinguuntur, quando Arbiter ipſe, vel vnus Arbitrorum moritur, (*e*) *l. nō diſtinguemus, §. Compromiſſo ſoluto, ff de recep. arb.* Reliqui enim Arbitri tunc ſuperuiuentes cogi non poſſunt, vt in negotio capto vlterius procedant, citra nouam compromiſsionis à partibus formam aceptam, quia prior compromiſsio per mortem vnius extinguitur. Sed hoc intelligendum eſt, niſi in priori cōpromiſsione, diſtinctè expreſſum fuiſſet tam valituram, etiamſi vnum Arbitrorum interim mori contingeret. 5

Submiſsiones præterea extinguuntur, quando Arbitro accidunt quædam, quorum cauſa Arbitrationi vacare non poteſt, quæque ipſum à non procedendo prorſus impediunt, (*f*) qualia ſunt graues Morbi, Seruitia, aut Occupationes, in negotiis, Principū, Regionū, Rempu. aut ſimiles grauiſsimæ occupationes, quæ arbitrariis negotiis ac priuatis præferuntur, & prius curari debent. 6

Q 3 5 Sub-

Submiſſiones quoque extinguuntur, quando
7 ipſæ ſunt tales, aut ipſe Arbiter in eo rerum ſtatu eſt, vt coram Principe, Iudice, aut Prætore ſeſe per rationabiles cauſas excuſare, & vt ab ea abſoluatur, ſe purgare poterit.

8 Submiſſiones item extinguuntur, quando Arbiter ipſe factus eſt infamis, aut inimicus (g) alterutrius Partium, aut ſi ſubuectus ſit ad aliquam Dignitatem, vel Magiſtratum.

9 Submiſſiones etiam extinguuntur, quando ambæ Partes concordibus animis Arbitrium renunciant, & ſubmiſſiones factas reuocant, (h) & irritas recedendo comprobant.

Submiſsiones præterea extinguuntur, quando amba partes eum Arbitrum deſerunt, & cauſam litigioſam alteri Arbitro committunt, & compromittunt. Aut quando de ea cauſa Litem conteſtantur, (i) coram aliquo Iudice. Aut quando altera Partium cauſam controuerſam cedit alteri, ſub certis conditionibus, & pactis. Aut quando alterutra Partium ex Paupertate ceſsionem bonorum facit. 10

In genere denique omnes Submiſsiones extinguuntur Tempore expirato, morte Partis, aut Arbitri, Acceptilatione, Iudicio, Pacto de non petendo, & Tranſactione. 11

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CCXI.

a. S*Vper omnibus productis.*) Alioqui nullam fore ſententiã, ſi plenum fuit compromiſſum, nec tamen de controuerſiis omnibus dicta eſt ſententia, per *l quid tamen (ſeu l ſi cum dies 26) §. plenum, iun la l. qualem. §. dicere, ff. de rec. arb.* voluit Fab. C. *libr. 2. tit. 25 definit. 6. num. 1. in fin.* ſed quod non videatur officio ſatisfeciſſe arbiter, ſi non omnes controuerſias finierit, vt ibidem *in 4. definit. ſub num. 1.* ait idem Fab. *per d. §. dicere,* dum ex SC. nihil de expenſis, ſed de principali tantum negotio per arbitros pronunciato, ſuſtinet nihilominus valere ſententiam; quia finita principali negotij lite, nulla ſupereſſe poſsit controuerſia de expenſis, quæ non ex conuentione (quo caſu lis ex lite vetere non perinde conſurgeret) ſed officio duntaxat iudicis debitæ fuerint, id quod voluit & VVameſ. *conſil. 61. num. 1. in fin.*

b. *Expiratum eſt*) Fab. *d. defin. 6. ſub num. 1. per l. ſi Pomponius, 12. §. penult & l quid tamen 21. §. ſi cum dies, & § ſi intra l non diſtinguemus 32. § vlt. & l ſeq de rec. arbitr. cum concord. vt & per Alex. conſil. 82. in init. lib. 5.* Viui *dec 380 num 19* Magon. *Luc. dec 98. num. 13.* & quomodo teneatur arbiter Vinc Anno *ſingul. 37.*

c. *Niſi velit.*) Alioqui conſenſu partium arbitri poteſtas prorogari poteſt, Capr. *ex com in tractat. materia prorogation* poſito poſt ſuam regulam, 18. *num. 40 poſt gloſſ* & Innocent. *in P. & G. de offic. deleg.* Dixi quoque ſuperius, *cap. 208. ad verb tenorem ipſius compromiſſi. nis.* Licèt autem, prorogatione temporis in compromiſſo arbitro reſeruata, compromiſſum per arbitrum prorogari poſsit abſentibus partibus, debet tamen eis prorogatio intimari, vt poſt Bald. *in l nos. § Apoſtolos, C. de appell.* Dec *ex com. conſil. 39 in princ. & conſ. 140. num. 9. ſub verſ. 2. principaliter,* Gribald. *com. opin verb. compromiſſum, reg 6. & verb. intimatio, reg. 1.* Soar. *recſentiss. theſaur. in lit. S. num 81.* Reſeruata verò arbitro vel arbitratori prorogatione, quoties poſſit prorogari, poſt Iaſ. in *l vlt. verſ. in C. de ſacroſanct. eccleſ.* alioſque VVurmbſer *obſeru. 2. titul 3.* Vinc. Ann. remiſsiuè *ſing 110 cum apoſtill nouiſſ.* Hac de re quoque agens *ſingul. 116.*

d. *Poſt triennium.*) Dixi ſuperius, *cap. 203. ſub num. 13. ad verb.* quia deſeri videtur & addatur, quod inſtantia compromiſsi non currat à tempore ipſius compromiſsi, ſed à tempore demum litis conteſtatæ, inſerre & comprobare etiam Gabriël. *tit. de arbitr. libr. 2. concluſ. 2. num. 3* VVurmb. *d. tit. 8. obſeru. 6.*

e. *Alterutra partium moritur.*) Text. eſt etiam in *l. ſed & interpellatur, §. vlt. de rec. arbit.* Rebuff. *tract. de arbitr. art 1. gloſſ. 14. num. 19. tom. 3. conſt. reg* Couarr. *ad c. requiſiſti, 15. num. 5. de teſtam.* Sed & pluribus ex vna parte compromittentibus, vno decedente ſolui compromiſſum, poſt gloſſ. & doct. omnes, in adducta *l. diem proferre, §. 1.* definit latius Viuid, *decis. 473. ſub num. 4.* Clauſulam tamen compromiſsi, hæredum & ſucceſſorum vtriuſque partis, mentionem facientem, ad ſuſtinendum compromiſſum ſufficientem, declarat quoque Meichſner. *dec 7. num 3. par 1. 4* Limitat autem Couarr. *in d. cap. requiſiuiſti, ſub num.* 5. in compromiſſo per prælatum de re ipſius eccleſiæ facto, vel etiam ſucceſſoris nulla mentione habita tranſeat in ſucceſſorem, etiamſi fiat nomine prælati proprio expreſſo, per text. vbi Pano. & Arct. *ſub init. in cap. præſentata, de teſt.*

f. *Vnus*

Digitized by Google

f. *Vnus arbitrorum moritur.*) Villalob. *in com. opin. liter. A num* 138. Rebuff. *d. gloſſ* 14 *fine vltim. num* 31. *ad fin* Soarez *recept. ſentent. theſaur. in lit. A. num.* 238 *& num.* 251. Viuid. *com. opin. verb.* ſtatutum diſpones quod ad onera, *verſ arbitri ſeu iudicis morte*, extendendo, vt ſi vnus ex tribus arbitris qui neceſſariò ex forma ſtatuti eliguntur, decedit, compromiſſum finiatur, nec poſsint duo ſuperſtites ſententiam ferre, per *cap. vno delegatorum*, vbi not. canoniſt. communiter, *de off. deleg. & doct. omnes in l duo ex tribus* 39. *de re iudic.* vbi etiam Zaſ *in verſ. quid autem ſi vnus*, addens hoc non ſolum in delegatis, ſed & in tribus arbitris text. *in d. cap. vno delegatorum*, velle procedere; verùm conſiderandam conſuetudinem; caſuſque eiuſmodi in compromiſsis prouidendos eſſe.

g. *Impediunt*) De his cum ſubſequentibus quibuſdam text. eſt, in *l. licet*, 16. *ff. de rec. arb.* latè Rebuff. *conſ.* 155 *poſt princ ſub verſ. in primis.*

h. *Inimicus.*) Text. eſt in *d. licet*, Felin. *in cap. ſuborta, num.* 5. *in fin. de re iudic.* Rebuff. *d. tract. de arbitr. articul.* 1. *gloſſ.* 2. *numer.* 5. *in fin. & gloſſ* 9. *numer.* 21. Gabriël. *titul de except. libr.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 19.

i. *Reuocant.*) Rebuff. *d tract de arbitr. art. vn. gloſſ.* 6. *num.* 6. VVameſ. *d conſil.* 61. *ſub num.* 2. Quinimo ex duobus arbitris vno à partibus detracto, vel tertio adiecto dici nouum compromiſſum, definit poſt alios commemoratos, Afflict ex SC. *deciſ.* 148 *num.* 1. *& ſeq.* & ante eum voluit quoque Alex. *ad l. dies cautioni, numer.* 9 *ff de damn. infect.*

k. *Conteſtantur.*) Imò in vnius compromittentium poteſtate eſſe compromiſſum ſoluere, ad iudicem accedendo, coram quo cauſam proſequi intendat, dum tamen adiectam pœnam ſoluat in quam hoc ipſo incidiſſe cenſetur, Roman. *conſ.* 338 *num.* 2. vbi quid ſi tunc in arbitratorem fuerit compromiſſum.

CAPVT CCXII.

De Arbitrio pronunciando: Vel, De ſententia Arbitri publicanda.

SVMMAE.

1 *Duo Arbitri in ſententia diſcordes, debent aſſumere tertium Opinatorem.*
2 *Tres Arbitri ſinguli in ſumma diſcordes, ſequi debent ſummam minimam.*
3 *Ex tribus Arbitris, duo Concordes concludunt.*
4 *Tres Arbitri aſſumpti, omnes coniunctim concludere debent.*
5 *Tertius Arbiter abſens ad duos citari debet per ordinarium.*
6 *Pronunciatio duorum Arbitrorum non valet, ſine præſentia tertij.*
7 *Approbatio non habet locum, vbi præſentia Perſonæ requiritur.*
8 *Ex tribus Arbitris, opiniones duorum rata habentur.*
9 *Arbitrorum ſententia, pronuncianda eſt* { *Loco conſtituto, aut loco compromiſſionis.*
&
10 *Tempore quouis, exceptis feſtis.* }
11 *Arbitrator ad pronunciandum ſententiam, nullum tempus excipit.*
12 *Conciliatio fraterna nec loco, nec tempore præſcribitur.*
13 *Arbiter condemnat in principali, expenſis, non in intereſſe.*
14 *Arbiter in condemnando non poteſt limitatam excedere ſummam.*

Digitized by Google

1 SI Submiſſiones factæ eſſent coram duobus arbitris, & non pluribus, atque hi in negotio terminando diſcordes eſſent, ſic vt alter iudicando Partem vnam vellet abſoluere, & alter eandem condemnare, eo caſu, Iudex ordinarius hos arbitros cogere (a) poteſt, vt ad ſe tertiam perſonam aſſumant. Quæ quidem Perſona aſſumpta in negotio diſcutiendo, cum iiſdem Arbitris procedet, non vt arbiter (quia ad arbitrium tale prius aſſumptus non fuit) ſed vti Conſiliarius, & ad ſuffragium ferendum in cauſa aſſeſſor, ad quod ipſius opinio numerabitur, & vim obtinebit.

2 Si autem aſſumpti fuiſſent tres Arbitri, quorum vnus vellet Partem condemnare quindecim libris alter in decem libris, & tertius in quinque libris, profectò huius tertij opinio erit rata & amplectẽdar, vtpote, quæ duas priores in ſe includit, & in quam omnes tres (b) virtualiter ſimul conſentiunt. Et ſententia trium ſimul præfertur ſententiis, duorum, ſcilicet quindecim, & decem, quæ in decem ambæ conueniunt, *l. Diem proferre, §. Si plures. ff. de recep. arbit. & cap. 1. de arbit. lib. 5.* & ibi Pet. de Ancha. Ideo ſi duo tantum Arbitri, iijque diſcordes eſſent, ſic, vt vnus vellet Partem condemnare decem libris, & alter in ſex, tunc ſententia de ſex libris erit firma, quia ipſa decem in ſe includit.

3 Verum ſi horum trium Arbitrorum vnus condemnare vellet Partem in quicunque libris, & reliqui duo in decem libris, eo caſu ſententię duorũ de decem libris conſiſterent & amplectendæ eſſent, quod in eum numerum ambæ Partes, veluti numero maiores, conſentirent, *dict. leg. Diem proferre, §. Si plures, & d. cap. primo*, & ibi Petr. de Anchatano.

4 In ſubmiſſionibus trium Arbitrorum, non poſſunt duo arbitri ſoli ſententiam pronunciare ſine tertio (c) qui ſi Iudicare cum aliis recuſaret, citandus, & ad ſententiam ſuam ferendam compellendus eſſet, (d) niſi aliud fieri poſſe, prius in ſubmiſſione prædictum fuiſſet, aut niſi in hoc partes conſentirent.

5 Sed iſthæc euocatio, ac citatio fieri deberet per Iudicem ordinarium, & nõ per ipſos arbitros, quia ad hanc citationem nullam poteſtatem acceperunt neque valida eſſet ſententia ita pronunciata, per duos arbitros, in abſentia tertij arbitri, etiam ſi, poſtea accederet confirmaturus, approbaturus, & dicturus, quod ex bono, & æquo pronunciaſſent.

6 Conſenſus enim approbatio, & Ratificatio locum non habent in cauſis, in quibus tum factum tum factoris præſentia requiritur, certe niſi in prima ſubmiſſione aliter prælocutum fuiſſet.

7 Quandocumque in ſententia pronuncianda tres arbitri interſunt, eaque ſententia ſi diſcernatur, ac pronuncietur ex concordibus opinionibus duorum, idque tertio arbitrio præſente, valida eſt, præualet ſententia duorum quantumuis tertij opinio cum duobus non cõſentiat.

8 Sententia arbitri aut arbitrorum pronuncianda erit in loco, in prima ſubmiſſione expreſſo, ſi quis tunc expreſſus fuerat.

9 Porrò ſi in compromiſſis nullus fuiſſet ſententiæ publicandæ conſtitutus certus locus, tunc ea ſententia pronuncianda eſſet in loco compromiſſionis (f) factæ, niſi aliter fuiſſet præſtitutum, ſed hæc generaliter intelligenda ſunt, ſ. in eadem Domo, aut in eodem Cœnaculo.

10 Sententia arbitrorum pronunciata tempore Meſſis, aut tempore Vacantiarum, aut aliis temporibus præpeditis, eſt valida, & conſtans. Verum ſententia per ipſos pronunciata die Dominico, (g) aut diebus Feſtis, prorſus eſt inualida, etiam ſi id poſſe fieri in prima compromiſſione prælocutum fuiſſet.

11 Sententiæ verò arbitratorum ſecus habent. Hæ enim in quouis loco & quouis tempore ſunt validę. Et ratio eſt, quod fraterna conciliatio, nullo loco nulloque tempore præſcribitur, ſed vbique locorum, & quouis tempore Deo eſt grauiſſima.

12 Arbitri condemnare poſſunt in expenſas, veluti ad principale acceſſorias. Sed in fructibus (h) damnis, & intereſſe, quæ per actiones intentantur, prorſus nihil pronunciare licebit, niſi id quoque in compromiſſione expreſſum fuiſſet.

13 Arbitri quoque non poſſunt grauiorem inſtituere, aut poſtea augere pœnam, quam in prima compromiſſione per Partium conſenſum conſtituta fuerat.

ANNOTATIONES NIC. THVLDAENI
IN CAPVT CCXIII.

a. ARbitros cogere.) Text. *eſt in l. item ſi vnus 19 §. vlt. ff. de rec. arb.* Rebuff. è praxi *tom. 3. conſtitut. reg. art. 1. gloſſ. 2. num. 7.* aliud tamen in arbitratoribus, Aretin *conſ. 100. num. 4. ſub verſ. & quia iſta vlt.* Dec. ex com. poſt. Bald. *in l. vlt. in 10 quæſt. Cod. de contr. empt.* alioſque copioſe, in *c. cum ſpeciali. num. (mihi) 26. de appellat.* Cott. *in memor. verb. cõpromiſſo facto, in 2.* Villalob. *in com. opin. lit. A. num. 141.* Soar. *recept. ſent. theſ. in lit. A num. 252.* Verum ſi ex conuentione, tertia perſona

certa

certa fuerit à partibus eligenda, caſu quo alij prius electi diſſentiant, debet prius conſtare de diſcordia, vt poſſit procedere; alioqui arbitramentum latum à non habente arbitrandi poteſtatem non valet, licet poſt ſententiam auctoritas ſuperuenerit, vt per gloſ. vltim. in fin. & doct. in l. licet. 56. ff. de iu. ic. reſpondit Alex. conſ. 11 num. 9. lib. 2. & conſ. 48. num. 12 lib. 7. eumq; ſecutus Dec. conſ. 340. num. 4. verſ. vlt. non ob. conſ. 430. num. 9. verſ. 2. principaliter, & conſ. 475. num. 40. Pariſ conſ. 24 num. 143. lib. 2. Vinc. Ann. (prudenter admonens eum tertium ne id oneris accepte, quod omnis quærela reſideat penes eum) ſingulariter 38. cum addit. poſtr. & nouiſſ. nu. 267. Nat. late declarando conſ. 677. ſub num. 9. cum ſeq. vbi poſt Dec d. conſ. 340. ſub d. verſ. vltimo non ob. limitat, vbi primi 2. electi, cauſam intra terminum præſtitutum non decidunt, vt poſsit tertius pronũciare, ſuaque ſententia controuerſiam dirimere, quia terminus illis 2. primis datus, vt intra id tempus determinent concordes, tacite interpellet eos vt dirimant abſque vllo hominis facto, vnde vnde appareat de eorum negligentia, vt allegant inter alios, & Anchoran. conſ. 65. cui initium. pro clariori verſus fin. verſ. quo ad aliud.

b. *In quam omnes tres.*) Declarat late Alex. conſ. 64. num. 9. verſ. non ob & num. 12. verſ. nec ad hoc lib. 2. Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 33. gl. 3. num. 11. Couarr. latiſſ. var. reſol. lib. 1. cap. 2 num. 6. Qui poſt alios commemoratos pract. q. cap. 25. num. 6. verſ. 11. prædicta, idem voluit (declarando tamen) vbi latæ ſint tres ſententiæ, quarum prima condẽnet in centum, 2. in octuaginta, 3. in ſexaginta aureis, vt tres, & in minori ſumma conformes habeantur, ſentitque Caſtrenſ. conſ. 63. cui initium proponitur, ſub nu. 2 lib. 2. Dec. conſ. 385. ſub nu. 2. Crauet conſ. 183. ſub num. 2. Afflict. ex SC. dec. 362. præſertim num. 3. cum. ſeq. Chephal. aſſerens ad dignoſcendum an ſententię ſint conformes effectum inſpiciendum, conſ. 209. num. 5. & 17. cum ſeq. licet contrà poſt alios commemoratos aſſeueranter Burſat. conſ. 219. num. 9 cum ſeqq.

c. *Pronunciare ſine tertio.*) Text. in l. item ſi vnus. §. item ſi plures, & l. ſeqq. 20. de rec. arb. poſt doct. in l. duo ex tribus, ff. de re iud. alioſque Viui. aliud aſtruens de iure Pontificio in terris eccleſiæ ſolum obſeruando, dec. 380. num. 13. cum ſeqq. Ant. Fab. lib. 2. Cod. tit. 35. definit. 3 num. 2. & defin. 6 nu. 1. Proinde nec teſtes recipere duos ex tribus arbitris poſſe; vt enim deciſio non niſi à tribus fieri poteſt, ita nec cauſe inſtructionem poſſe; cuius cũ ſit præparatoria ſententiæ, par iudicium eſſe debeat, voluit Rebuff. ex SC. latius d. art. 1. gl. 12 num. 7. poſt Dec. in lectur. 1. ad rub. ext. de iu. n. 1. alioſque. Etſi vero in arbitris voluntariis hoc obtineat, vt non poſſint duo ex tribus validam ferre ſententiã tertio abſente etiam requiſito; aliud tamen in arbitris iuris, & neceſſariis, qui eliguntur iure aut ſtatuto compellente, vt tunc recte duo ex tribus, abſente tertio, cauſam definiant, in terminis, c. vlt. de arb. in 6. docet poſt Bart. in d. § item ſi plures, n. 1. alioſque, copioſe Viu. d. dec. 380. num 16.

d. *Compellendus eſſet.*) Iuxta l. iij. §. 1. & ſeq. ff. de rec. arb. alioqui nihil prodeſſe, ſi per citationem vt adeſſet, interpellatus probetur, Fab. ex SC. d. defin. 3. num. 3. cum ſeqq. Quanquam iure Pontificio, in terris eccleſiæ duntaxat obſeruando, poſſe duos, requiſito tertio abſente, negotium definire, demonſtrauerim ſatis ſuperque ex doctrina Viui. d. dec. 380. ſub num. 13. cum ſeqq. voluitque Euerard. in loc. à iud. ad arbit. verſ. 24. æquiparantur, in fin. idemque Graff. lib. 2. com. opin. cap. 23. q. 24. cum ſeq. quam tamen doctrinam ſuam, & diſpoſitionem d. cap. vltim. de arb. in 6. non procedere ſi compromittatur adiecta conditione, vt arbitri ſimul omnes in cognoſcendo & decidendo interſint, profitetur ibidem Viu. num. 17. poſt gl. in dict. cap. vlt in verb. elatus. alioſque.

e. *Præſente.*) Text. eſt in d. l. ſi in tres, cum leg. ſeq. de rec. arb. Euerard. d. loc. verſ. 24. æquiparantur, Fab. d. defin. 3 num. 1.

f. *Loco compromiſſionis*) Fab. d. lib. 2. tit. 35. definit. 1. num. 1.

g. *Die dominico.* Euerard. d. loc. de iudic. ad arbit. ſub init. Dixi quoque ſupra c. 203. nu. 24. ad verb. in cauſa procedere.

h. *Sed in fructibus.*) Imò arbitrum vel arbitratorem poſſe condemnare de fructibus & expenſis, licet in compromiſſo de his actum non ſit, vt & dare dilationes quamuis in compromiſſo non caueatur, eò quod in conſequentiam veniant, poſt Bald. in l. ij. poſt princ. C. ſi à non com. iud. fuer. ap. Iaſ. in l. Aquiliana 8. ff. de tranſ. ſequiturque poſt alios & Cott. in memor. verb. arbiter vel arbitrator poſſunt, de qua re diximus quoque ſupra cap. 210. num 4.

Digitized by Google

CAPVT CCXIII.

De Arbitrio Partibus ſeruando.

SVMMAE.

1 *Arbitria Partibus ſunt ſeruanda, aut ſoluenda Pœna.*
2 *Per arbitrium læſus appellare non poteſt, niſi, &c.*
3 *Sententia Arbitratoris reduci poteſt ad ordinarium.*
4 *Reductio fieri debet intra decem dies.*
5 *Qui reductionem procraſtinat vltra decem dies, ſententiam approbat.*
6 *Reducens conqueri debet de iniquitate, & læſionis enormitate.*
7 *Læſio enormis cenſetur eſſe, quæ* { *eſt ſupra dimidium.*
aut,
8 *ab ordinario iudicatur.* }
9 *Iuramentum de non reducendo, non ligat reducere volentem.*
10 *In Francia appellatur ab arbitrio & Arbitramento.*

1 PArtibus omnino ſeruanda ſunt pronunciata Arbitria, ſiue æqua ſiue iniqua ſint, aut pœna in compromiſſione conſtituta, ipſi ſubeunda erit. (*a*) Et ſi quid incómodi ex ea ſententia ſe nactos eſſe poſſe poſtea conquerantur, id † ſibiipſis imputent, qui talem Arbitrum elegerint, vt in *le. Qualē & in l. Celſus. §. Idem ait. & in l.* Diem *§. Stari ff. de recept. arbit. & in l. Societatem, §. Arbitrorum, ff. pro ſocio.*

2 Qui ſe per hanc ſententiam grauatum, atque multum incommodatum dolebit, is tamen ab ea appellare nō poterit, (*b*) per iura allegata, niſi prorſus ſuſtinere vellet, Arbitrum directè contra Iuſtitiam, & Iura (*c*) ſententiam talem protuliſſe (*d*)

3 Sententia vero arbitratoris reduci poteſt (vti & ſupra diximus, cap. 203. ad arbitrium boni viri, hoc eſt, reformari poteſt per ordinarium, (*e*) ſi altera Partium id requirat, & ſeſe grauiter læſum eſſe per arbitramentum doleat, per text. præallegatum *in l. Societatem §. Arbitrorum, 2. reſponſo.* & ibi per legiſtas, *ff. pro ſocio, & cap. Quintaualliſ*, & ibi canoniſtæ *extra de iureiurand. & in c. Niſi. extra de præbend.* Et eſt ratio diuerſitatis inter arbitrum & Arbitratorem, quia Arbiter non eligitur, vt Arbitratu ſuo decidat, ſed vt procedat ſecundū Ius. *l. Idem Pomponius ſcribit. Si de meis, §. Recep ſſe, ff. de recept. arbit.* ſecus in arbitratore, qui ſuo arbitratu decidit, & aſſumitur de iure & de facto, *di. l. Societatem, §. arbitrorum.*

4 Atque iſthæc reductio ad ordinarium fieri debet intra decem dies (*f*) ab arbitramento pronunciato *l. Non diſtinguemus. § Cum quidem, ff de rece. arbit.* vbi textus Quod iſta reductio ad arbitrium boni Viri locum habeat, ex eo patet, quod ſit quædam ſpecies & ſimilitudo (*g*) Appellationis Et ideo ſicut vera appellatio interponi debet intra decem dies, ita ſimiliter & Reductio quæ ſimilitudinem Appellationis obtinet. Ita tenet Speculator. *in titu. de Arbitro. § ſequitur. verſic. ſed intra quod tempus,* & refert Bart. *in d. §. arbitrorum.* Aliter tamen diſtinguit (*l*) ibi Bart. vbi per eum. Sed ad iſtud quæritur. Cui iuri innitatur prædicta Reductio ad Arbitrium boni viri Ad quod Panorm. & Doct. *in d. c. Quintaualliſ, & in cap. ſecundo, extra de arbitris* tenent quod officio Iudicis ea Reductio innitatur. Idem tenet & Specul. *in tit. de arbitr. §. Sequitur, verſ. ſed quo iure.* Aliter tamen diſtinguit Bartol *in d. §. Arbitrorum.* & dicit Panorm. *in d. cap. Quintuallis, 13. colum.* De hac itaque materia Arbitrorum adhuc hodie ſub iudice Lis eſt, & per quot ora tranſit, tot ſententias reportat, vt inquit ille.

Quando enormiter grauatus reductionem ſuam differt, & procraſtinat vltra decem dies (*i*) tunc intelligitur, quod Arbitramenti ſententiam emologauerit, aut approbauerit. 5

Deinde pars iſthæc, quæ de læſione conqueritur, quæque Arbitramentum reductum iri volet, ſuſtinere debebit Arbitramentum tale eſſe iniquū, & nullum. 6

Item, Quod per id non leuiter, ſed grauiter, ac enormiter læſus fuerit. Intelligitur autem is enormiter læſus, quando vltra ſextam partem (*k*) vel (vt alij dicunt) quando vltra dimium rei litigioſæ læſus comperitur. 7

Sunt qui velint hanc læſionis enormitatem in ſolo Ordinario debere conſiſtere, cui huiuſmodi reductio committitur. (*l*) 8

Si partes nihilominus coram Arbitratore iureiurando obiunxiſſent, ſe ſententiam pronunciandā fideliter ſeruaturos, eamque ad ordinarium non reducturos, neque ſuſtenturos eam ſententiam eſ- 9

ſe

Digitized by Google

ſe aut nullam, aut iniquam, profecto tale Iuramentum non aſtringeret, (*m*) quo minus reductio licite fieri poſſet. Tale enim Iuramentum eſſet contra bonum & æquum, contraque bonos mores, ideoque nullius momenti & neutiquam obſeruandum, per text expreſſum & ad literam in *c. Quintauallis*, iuncta ibi gloſ *in verbo, Iuramentum*: & *ca. Veniens*, iuncta ibi *Gloſſ. in verbo, Præſtitiſſe, extra, de iureiurand*, ibi *expreſſus text cum ſuis Gloſ.* Quod enormis læſionis Arbitramentum Iuramento non firmetur, patet, quia Iuramentum omne eſt ciuili modo intelligendum. Et in iuramento non veniūt ea de quibus non fuit præcogitatum, ſed eligentes arbitros non præcogitarunt, neque voluerunt ſibi fieri per arbitratorem enormem læſionem, ergo non obſtante Iuramento poteſt fieri reductio ad arbitrium boni viri, ſine ſcrupulo periurij, vel pœnæ appoſitæ. Huc facit, quod Iuramentum non debeſſe vinculum iniquitatis, *cap. Quanto extra de Iureiurand.* Et debet iuramentum regulari, ſecundum naturam eius cui apponitur *l g final., Cod. de non nu pecu* ſed arbitramentum habet hanc in ſe conditionem tacitam, (ſi fuerit æquum) ergo non obſtante Pacto, (*n*) pœna, vel iureiurando, poteſt fieri reductio ad arbitrium boni viri, ſi arbitramentum fuerit iniquum, vel ſi fuerit enormis læſio, vel interceſſerit dolus arbitratoris, Ita tenent communiter Canoniſtæ, *in dict. cap. Quintauallis*, & Batto. & Doctor. *in dict. §. Arbitrorum.* Dixi hactenus de læſione enormi, quia ſi eſſet modica læſio, non deberet fieri reductio in Iure communi, ſi vero eſſet magna, poſſet fieri de iure communi, vt dictum eſt. Sed propter pactum, vel ob Iuramentum tunc non fiet reductio, ſi non extendatur ad enormem, vel enormiſſimam læſionem, quia Pactum & Iuramentum debent aliquid operari, *l. g. ſi quando ff. de legat. 1. cap. Si. Papa de priuileg libr. ſexto.* ſecundum Panormitan, *in dict. cap. Quintauallis*: licet contra ſentiat Bartol. *in dict. Paragrapho Arbitrorum* Quæ autem ſit magna, vel parua læſionis quantitas, ea non eſt in iure determinata, nedum in hoc caſu. Ea igitur relinquitur arbitrio Iudicis, vti & hoc capite ante tetigimus *leg. Continuus, §. Cum ita Digeſt de verb. obliga. & leg Quicumque, C de ſeruis fugit. & l. Quod dicimus, ff. de ſolut.*

In Francia hunc obtinent per conſtitutionem 10
vſum, vt tam à ſententia arbitraria, quam ab arbitramento appellare (*o*) liceat ad Ordinarium Et, Si hic Sententiam priorem approbet, & confirmet, tunc Pars victa ab ea ſententia appellare nō poterit, niſi prius conſtitutā in compromiſſis pœnam perſoluerit. Hanc autem vbi perſoluerit, appellatio recipitur, (*p*) ſic vt appellanti eandem pœnam ſimul cum principali denuo repetere liceat. Atque hic Franciæ vſus, ac Praxis mihi cum æquitate videtur conformis, & amplectenda, quātumuis. Iura reclament, vt ſupra monſtrauimus. Nam ſi à ſententia ordinarij appellare liceat, multò magis à ſententia arbitraria appellari poſſe videtur.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI

IN CAPVT CCXIII.

a. *Subeunda erit.*) Si tamen non fuerit adiecta compromiſſo, ſed ſubiecta ſtipulatio, ſententiæ ſcilicet ſtari, id pro pœna fungitur, & ſententiæ arbitri nihilominus ferre debebunt, per *l. diem profe re, § vlt. vbi gl. Bart. & alij de recept. arbit. pul hre* Coſt. *ad l ſocietatem, 76. ſub init. profecto*

† *Sibiipſis imputent.*) Anton. Fab *lib. 2. Cod. tit. 35. defin. 1. in fin. & defin 6. ſub num. 4.* vt forte non male dixerit Roland. *conſ. 100 num. 122. lib. 4.* dum poſt alios ſcribit, fatuum eſſe, qui compromittit de eo, de quomodo aliquo moleſtari non poteſt.

b. *Appellare non poterit.*) Roman. *conſ. 27 ſub num. 2. conſ. 90. num. 3. conſ 251. num 4. cum apoſt.* Mandoſ. *& conſ 400. ſub num. 1. cum apoſt.* Mandoſ. Socin. *limitando 14. modis, reg. 17 in fallent. & in leg arbitro. 9 num. 2. & ſeqq. qui ſatiſd. cogan.* voluitque Zaſ. *conſ. 12 num 37. & ſub num 36. lib 2.* Boër. declarando *dec. 284. num. 15.* Marant. *de ord iud. tit de appellat num. 240. cum ſeq. & 249.* Coraſ. Poſt alios, accurate. *in d. l. dudum § arbitrorū, nu 9.* & ibidem Coſtal. *verſ hic igitur.* Mynſinger. *cent. 4 obſer. 62. verſ vt tamen.* Gail. *lib 1. obſer. 150. num. 3.* Fab *dict. defin 1 in fin. & d. def. 6 num. 3.* & declarando, *ſub num 4.* Buſi. *ad leg. num 3. ff de rec arbit.* Viui *lib. 2 com. opin verb. appellari non poteſt.* vbi aliud iure pontificio vt & apud Roman. *dict. conſ. 26 ſub nu. 3.* & ibi apoſt Mandoſ. Guid. *dec. 426. num 83.* Iaſ *dict conſ. 12. num. 37.* Soarez. *rec. ſent theſaur. in lit. A. num. 222 & com. faſtur.* licet dubitans Coraſ. *ad d. §. arbitrorum n. 9. verſ, pluribus igitur. cum ſeq.*

c. *In-*

c. *tura.* Marant.*d.tit.de appell. ſub num.*255.Gail. *d obſ* 150 *num.* 9.*cum ſeq.* eleganter Coſtal.ratione addens, quod eo caſu nulla ſit ſententia arbitri, ad *l.diem.*27 *ſo: princip.de recept arb.* Rebuff. *d.art.*1. *gloſſ* 9 *num* 20.*vbi num.*18.*cum ſeqq.* quibus alijs inſuper modis opponatur contra arbitrium. vt & per Coſtal ad *d.§. arbitrorum d. verſ.* ibidemque Coral. ad fin. *verſ. verum enimuero, cum ſeq* Fachin. *contr.iur.lib.*8 *cap.*94.*poſt princ.* Quinimo conceſſa arbitro facultate procedendi de iure & de facto, & de iure tantum & de facto tantum; verba iſta de facto, operari ſolum vt rigoroſum iuris ordinem, poſsit omittere, & præter leges etiã iudicare; non autem poſſit contra expreſſam legem ferre laudum, aut contra naturalem æquitatem, reſpondit poſt doct. *in le. ſtipulatio iſta de verb.obl g.* Felin *in c.canonum ſtatuta, num.* 51. *verſ. etſi dicatur procedas de facto, de conſtit.* alioſque Decian. *conſ.*33.*num.*140.*lib.*1. voluitque Marant. *di.part.* 4.*diſt.*14.*num* 6. Quibus conſentaneum eſt, quod arbitro conceſſa facultate procedendi de iure tantum, ſi pronunciet contra ius litigatoris, ſententia nulla ſit, vt poſt Bart.*in d.l. diem proferre, §. ſtare. de arbitr.* Panor.*in c.cum dilecta, num.*12.*de reſcri. in c causam quæ verſus fin.* & ibi latè Felin.*num.* 8.*verſ* idemque Panor. *conſ* 41.*cuius initium.* videndum eſt in *effectu ſub init. ante num.* 1.*lib.* 1. Alex. *conſ* 22.*num.*16.*cum ſeqq. lib.*5. Dec *conſ.*434.*num.* 6. *& conſ* 446.*ſub num.* 5. Cott. *in memoral. in verb. compromiſſum eſt ſub hac forma*, Marant. *de ord iud.part.*4.*diſt.*14.*d num.*6.*ad fin.* copioſe Gabriel. *ex com.tit.de arb.li.*2.*concluſ.* 5. *num.* 1 licet *contra Bald.conſ.*351.*nu* 9.*lib.* 5. aliique relati ibidem à Gabr *num.*1.*ad fin.*

d. *Arbitratoris reduci poteſt.*) Roman.*d.conſ.* 27. *num.*3.*verſ.*2. Videndum eſt *conſ.*261.*ſub num.* 5.*& conſ.*265 *num.*1. & vtrobique *ex com.* Mandoſ. *in annot* Zaſ.*d.conſ* 12.*ſub num.*35. Marant *dict.tit.de appell.num.*256. Coraſ.declarando, *ad d.§ arbitrorum.ſub num.*11. *& num.* 13. & ibidem Coſtal. *ſub verſ.alij ſunt, & nouiſſ.Buſi.ad princ. & num.*7. *& in adduct. l.ſocietatem* 76. Fachinæ *controuerſ. iur. lib.*8.*cap* 64.*ſub init.exactiſſ.* Gabriel extendendo & reſtringendo, *d tit.de arbit.libr.*2.*concluſion.* 3. *tota.*

e *Per ordinarium.*) Scilicet rei, apud alias actio fuiſſet inſtituta, vt poſt Bart *num.* 18. alioſque ſolide Coraſ.*ex com. in d.§.arbitrorum num* 13.*verſ. ſed quis erit iudex* Freder.de Senis *conſ.*283 *ſub init. verſ.*2.*arguitur, & verſ.ſolutio.* Alexan.*conſ.* 131. *num.*1 vbi molin.è praxi in *annot.lib.*2. Maran.ex communiori, *d.tit.de appell.num.*114 Rebuff.*d.art.* 1 *gl* 10 *ſub num.*3 Couar. *var.reſol lib.c.*18.*nu.*5. *verſ. & ideo* ; idemque exactius, limitando *lib.*2. *var.reſ.cap* 12. *num* 1.*cum ſeqq.* Mynſing.ex com. & SC.limitando itidem, *cent.*2.*obſ.*16. *tota*, Gail. ex SC.*lib.*1.*obſer.*149.*num.* 1.*cum ſeqq.* Villalob. *in com.opin.lit.R.num.*13 Kirchou. *in com.opin. verb reductio* ad arbitrium boni viri debet. Viuid. e ſtylo, *dec.*380.*num.*2 *cum ſeqq.* accuratiſſ. varias opiniones recenſendo & reprobando, variiſque modis limitando Teſſaur.ex SC.*dec.*14.*tota.* vti & alias opiniones damnando, ſolidiſſ. fachinæ, ab hac ſententia quaſi conſuetudine iam approbata, propter cameræ Imper. aliorumque inſignium tribunalium auctoritatem non recedendum aſſerens, *d. cap* 94 *verſ varia.. ſunt*, & nouiſſ. Buſ *ad leg.* 1. *num.*5 *ff de recep arb.* vbi tamen ad finem teſtatur, in Hollandia, Zelandia, & Friſia, hanc rem ad prouincialem curiam pertinere, vt & Merul. prax. ſuæ *lib.*4.*diſtinct.*2.*tit.*4.*cap.*1.*num* 2. atteſtatur ita conſuetudinem & ſtylum Hollandiæ habere, quod curia prouincialis, in caſu reductionis eiuſmodi, ſit pro competente iudice, cognitionemque habeat in reductionis materia, id quod & apud nos obſeruatur, vbi tamen, iuxta *arti.*487.*ordinat ſenatus Brabant.* committitur cauſæ cognitio, vbicunque ſenatoribus, expedire videbitur, iudicibus ordinariis; qui, ex ſuperioribus, facile dignoſcentur.

f. *Intra decem dies*) Sententiam hanc, auctoritate *l.penult.C.de arb.* multis rationibus ſiue argumentis tuetur Coraſ *ad §. arbitrorum, num.*14.*præſertim in verſ ego. liquando*, & aſſeueranter Fachinæ, *d. lib* 8.*cap.*95. toto, cumque ſequutus Buſi.*ad d l ſocietatem, num.*13. & declarando vernacule Merul, *d.tit.*4 *cap.*1 *num.*3.*ad fin.* & ante eos Roman. *d. conſ.*27.*ſub num.*3. vbi tamen apoſt. Mandoſ. ex communiori, poſſe vſque ad annos 30, peti, idemque Marant *d tit.de appell num.*112 113. *&* 260. Alex *conſ.*95.*num.*16 *libr* 2. *& conſ* 183 *numer.*3. *libr.*6. Afflict.ex SC iuſta *dec.*132. Dec. *conſ.*39. *num* 6. Rebuff. *d.art.*1.*gloſſ.* 8.*num.*2 *cum ſeqq.* Coſtal. *in d. l. ſocietatem, verſ. ſed dubitatum eſt.* Villalob. *in com.opin.lit.A.num* 135.*in addit.vlt. in fin.& num.*140 *item in lit.R. num.*12. Gribald. *com.opin* verb.compromiſſum, *reg.*2.*& verb læſio, reg.*4. Soar.*rec.ſent. in lit S num.*81. Gail.declarando, *libr.*1.*obſeru.*149 & è ſtylo, *obſeru* 150. *num.*1. *cum ſeq.* Kirchou. *com.opin.verb.reductio.*2. Gratian.*dec.*197.*num.*14. Viuid. 444. *num.* 11. *& dec.* 276.*num.*5 *vbi num.*1.*&* 4. arbitramentum taciturnitate decendij non emologari, ſed tranſactis demum triginta annis. Apud nos verò, poſt annum elapſum, nullæ eiuſmodi admittuntur reductiones (vt mox probabimus) ſicuti & raro apud Batauos, niſi forte ibidem à ſenatu impetratis reſtitutionum literis, vt ſcriptum reliquit Merul *d tit.*4. *cap.*1. *num.*4. allegat in hoc opinionem de hac re Bart. in *d.§.arbitrorum*, vna cum allegata *l.quiq grauatos*, 5. *in verb.quod intra annũ, C. de cenſ. & cenſitor lib* 11. ſed exactius de his apud Coraſ.in eodem *§.arbitrorum ſub num* 14.

Digitized by Google

g. *ſpecies & ſimilitudo.*) Frederic de Sen. *de conſ.* 285 *poſt princ. verſ. ſed iſta reductio inſtar.* Zaſ. *dict. conſ.* 12 *num.* 21. & 26. Coraſ. declarando, *ad d. §. arbitrorum, n.* 13. *ſub verſ. in contrarium & ſub verſ. ſeq. facina.* itidem declarando, *d. c.* 94 *verſ. fundamentum eſt quia & verſ. ſeq.* Teſſaur. declarando etiam *d. dec.* 14. *num.* 2. & 7. copioſe Magon. Luc. *dec.* 96 *num.* 1. & *ſeqq.* Burſat. *conſ.* 184 *num.* 11. inferens vt quemadmodum tertio non licet prouocare, *iuxta leg. vn. Cod. ne lic. in vnit. ead. cauſ.* ita nec reductionem ad arbitrium boni viri petere: quinimo niſi ſemel licere, vt ſi bis idem, ac conformiter per diuerſos arbitratores vel æſtimatores terminatum fuerit, nec reductio, nec reuiſio admittatur. poſt Caſtrenſ. *conſ.* 163. ſub init. & *num.* 1. *lib.* 2. alioſque qua de re etiam inferius. Sic quoque Marant. *d. tit. de appell. num.* 110. ſcribit quod, licet non ſit vera appellatio, habeat tamē ſimilitudinem quandam cum appellatione; quia perinde vt appellatio, impediat executionem. aſtruens hanc veriorem & tutiorem opinionem, poſt Bald. *in leg. tale pactum. §. qui prouocauit. verſus fin. in pen. qu. ff. de pact.* alioſque idemque Marc. *dec.* 149. *num.* 3. *part.* 3. *in nouis.* copioſe Magon. *d. dec. Luc* 98. *num. num.* 33. & *ſeqq. ex com. & SC.* item Viui. *dec.* 444. *num.* 9 & voluit Rebuff. *d. art.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 20. & *gloſſ.* 9. *num.* 0. Apud nos vero reductio ad ſenatum Brabant. effectum ſuſpenſiuum non habet, niſi intra dies viginti poſt ſententiam arbitralem latam petatur, vt in ordinat ſenatus *artic.* 488. vbi, anno poſt ſententiam elapſo, nullam vlterius reductionem admitti, qui artic. (licet ſuppreſſus) præclarè diſcutitur & explicatur apud Leonin. *conſ.* 76. *in* 2. *cap. ſiue q num.* 5. *verſ. & vt ad alterum, & n. ſeq.* vbi apoſite poſt Grat. *conſ.* 34 *in prin. lib.* 1. ſi in compromiſſo reductioni renuncietur, & poſtea reductio recicipiatur, habere eam duntaxat effectum deuolutiuum, non etiam ſuſpenſiuum, nec impedire executionem: ad exemplum appellationis cui ita renuncietur.

h. *Diſtinguit.*) Rebuff. nec in cauſa reductionis litem conteſtari, abſente parte; alioqui ſecus, præterquam in Francia, docens, *d. tract. de arbitr. artic.* 1. *gloſſ.* 8 *num.* 25 *cum ſeqq.* Coraſ. accuratè, ex com. *ad dict. §. arbitrorum, num.* 13. addens tamen malle ſimplicius tenere, omni caſu peti reductionem officio iudicis, ſed vtrum amplectamur parui refert, vt ex vlteriori eius diſcuſſione patet latius, & ſic certant noſtri quoque de lana caprina.

i. *Vltra decem dies.*) Declarat è praxi vernacule (ſuo more) Merul. *d. tit.* 4. *cap.* 1. *n.* 4. & *ſeq.* licet, in hoc, aliud apud nos, vt modo dictum eſt. Quomodo autem intelligatur pars homologare poſt poſt ſententiam, Rebuff. *d. art.* 1 *gloſſ.* 9 *n.* 13. vbi in Francia non audiri quē poſt homologationem expreſſam, niſi impetratis literis à Principe, hoc indulgente; tumq; licitum eſſe, ſi forte inductus fuerit dolo ad homologandum.

k. *Sextam partem.*) Bart. *in d. §. arbitrorum, n.* 25. Guid. *dec.* 519, *num.* 2 Dec. *ex com. conſ.* 39 *num.* 7. Rebuff. *d. artic.* 1. *gloſſ.* 8. *num.* 11. & 17. Grib. *com. opin. verb. compromiſſum, reg* 4. & *læſio reg* 6. Villal. *in com. opin. litter. A num.* 134. & 135. *in addit.* Ferrat. *cautel* 8 *num.* 2. Decian. *d. conſ.* 33. *nu.* 142. *in fin. lib.* 1. Mynſing. *cent.* 5. *obſeru.* 60. *num.* 1. & 2. & *ex com.* Gabriel. *tit. de empt. & vend. concl.* 1. *nu.* 7. *lib.* 3. Kirchou. *in com. opin. verb. læſio enormis dicitur.* Coraſ. *in d. §. arbitrorum, num.* 15 *verſ. magna autem,* licet Marc. *d. dec.* 149 *num.* 2. in fin. *lib.* 2. *ſcribat,* læſum ſe cauſari debere, ſaltem vltra quintam partem

l. *Reductio committitur.*) Gloſ. *in §. pretium. in verb. diffiniuit. inſtit. de empt. & vend.* & per eam alioſque commemoratos, Alex. *conſ.* 407 *ſub num.* 5 *lib.* 1. & *conſ.* 131. *ſub num.* 15. *lib.* 2 Dec. *di. conſ.* 39. *ſub num.* 7. & *in d. addit. ad* Villal *ſub num.* 135. Ferrat. *d. cautel.* 8. *ſub num.* 17. Pariſ. *conſ.* 12 *num.* 85. & *conſ.* 89 *ſub num.* 53 *lib.* 1. Tiraquel. *ad leg. ſi vnquam in verb. omnia vel maiorem partem ſub nu.* 31. *C. de reuocand. donat.* Crauett *conſ.* 192. *ſub num.* 8. Burſat. *conſ.* 75. *num.* 5. *in fin. conſ.* 99. *num.* 13. Mynſing. ex SC. & communiori *d. obſeru.* 60 *num.* 3. *cum ſeq. cent.* 5. Gabriel. *titul. de empt. & vendit. concluſ.* 1. *num* 7. *lib.* 3. Menoch. copioſe *lib.* 2. *de arbitr. iudic. caſu* 73. *num.* 5. & nouiſs. Buſi. *ad l. g.* 1. *num.* 4. vbi tamen conqueritur, quod malo more eadem reductio, in nonnullis Belgicæ curiis, facile & plerunque ſine vltiori cauſæ cognitione, concedatur; quod optandum foret emendari quandoque ſed quomodo emendaretur remedium nullum addit, ſeruanda igitur erit hic præcedens opinio communis: quemadmodum hac in re, duas has principales opiniones magis communiter à doct. approbari ſcribit poſt alios etiam Kirchou. *com. opin. d. verb.* læſio enormis dicitur.

m. *Iuramentum non aſtringeret.*) Tholoſ. *dec.* 267 vbi Aufrer ex com. Alex. *conſ.* 131. *nu.* 22. *cum ſeq. poſt. lib.* 2. Socin. ſenior, *conſ.* 14 *num.* 5. & *ex com. conſ.* 85. *num.* 4. *lib.* 1. Ferrat. *d. cautel.* 8. *num.* 1 Marant. *d. tit. de appell. num.* 115. Boër. *dec.* 184. *ſub num.* 19. & in annot. ad Dyn *in reg. ſcienti.* 27 *ad verb. pœnam. in fin. de reg. iur. in* 6. Zaſ. limitando, *d. conſ.* 12. præſertim *num.* 36. *lib.* 2. Gabriel. extendendo, reſtringendo, & declarando latiſſ. *d. titu. de arbitr. concluſ.* 2. *num.* 35. *cum ſeqq. lib.* 2. Viuid. *ex com. & SC. limitando, dec.* 48 *num.* 1. *cum ſeq.* & addendo, abſolutionem à iuramento petendam ſaltem ad cautelam, *dec.* 131 *cum ſeqq. item deciſion.* 380. *num.* 34. *cum ſeqq.* Rebuff. è praxi, *d. artic.* 1 *gloſſ.* 5 *num.* 13 *cum ſeqq.* & *gloſſ.* 8. *num.* 19. vbi tamen *d. gloſſ.* 5. *num.* 25. & *ſeq.* impetrandas literas regias. & poſtea iuramenti diſpenſationem licet contra Papon,

Pon.arreſt.Gall. li 6 tit.13.arreſt 1.Guid.dec.519. ſub init. alijque relati à Viu. d.dec 131 num. 5. in fin & à Marant. d.num. 115. ad fin. addens theologarum cõſilij eſſe vt petatur abſolutio,non præcepti.ſed latiſſ.hac de re Gabriel.dict.concl 2 n.38. Viu,d.dec.380. ſub num, 29.cum ſeqq.rurſus n.37. cum ſeq.Leonin.d conſ.76.num.4. verſ. nouiſſ in modo, & ad fin.copioſè etiam Kircho in com.opin. concluſ.iuramenti abſolutio non conceditur,in concluſ.iuramentum etiam vi. in concluſ. iuramentum ſi præſtitum fuerit & petatur abſolutio à iuramento requiritur. rurſus in concluſ. iuramentum ſi præſtitum fuerit &c. & d.concluſ. læſus enormiſſ.

n. Pacto) Quod non poſſit pacto renunciari reductioni ad arbitrium boni viri, reſpondit, Poſt Dyn in d. cap. ſcienti, num.8.cum ſeqq. Bald. conſ. 380.ſub num 1.lib 1.idemque in l cum antea, poſt princ.ibidemque Alberic verſus fin.Co. de arb Iaſ. ex com in l quidam cum filium num.21.cum ſeq.ff. de verb.oblig.Dec.in cap.ad hæc 20.num. (mihi) 12. de appell. & conſ. 11.num.6. vbi apoſt.Molinæ. & Reb.d. artic.1 gloſſ.9.num.24. in fin. & poſt alios Coraſ.diſtinguendo tamen,in d.§. arbitrorum, nu. 15. Vilall.in com.opin.lit.R.num.24.Gabriel.extendendo, & declarando,d.concl.3.num.30.cum. ſeqq. Amat.dec.47.num 4.Soarez.rec.ſent.theſ in lit A.n. 250.vbi num.249. poſt Dec,conſ.39.num.6. arbitris indultam ampliſſ.poteſtatem, non eſſe impedimento,quin enormiter læſus reductionem poſcat. idemque poſt Alex,d.conſ.131.num.13. & ſub nu. 15.alioſque voluit Gabr d concl.3.num.29.additq; poſt Bald.in leg.ſi vnus,§.illud in fin ff.de pact. & alios Dec.ex com & praxi d.conſ.39.ſub num,6. d. conſ.11.ſub num.6.conſ.533.num.1.conſ.583.nu.11. & in d.c.ad hæc num.12.nullam inueniri verborum cautelam, qua impediatur enormiter læſus petere reductionem.idemque Ferrat.d.cautel.8.ſub num.1. Viuid.dicens ſe per 30. & vltra annnos, quibus in legali palæſtra verſaretur, etiam infinitis prope cautelis adhibitis,in varijs compromiſſis,non potuiſſe obtinere contrarium,d. dec.56. num.3. & ex com. & SC.d.dec.276.num.6 cum ſeqq. & latiſſ. d. dec.380 num.35.cum ſeqq. Menoch.arbitr. lib.1.caſu 73.num.1. Burſat.ex com. dict. conſ 99.ſub num.11. vbi num.12.ex com. Poſt Dec.conſ.60. num 2.verſ. & ratione prædicta. etiam licet fuiſſet iuratum non peti reductionem.vt & ſi læſio eſt magna & enormis vel enormiſſ. non obſtante renunciatione & iuramento.reductionem peti tradit Marant,d titu. de appell.ſub num.115. & poſt Rebuff.d.art.1.glo.5. num.17.alioſque Magon,d.dec.98.num.30.licet de enormiſſ. læſione loquatur vt & generaliter Kirchou.com opin.verb.l.ſus enormiſſ non poteſt.& ver. renunciatio continens. & appoſite ex communiorẽ Leonin, d conſ.76.num,1,ita quoque obſeruari in hac patria Brabant. videre eſt. Sed neque poterit hic ſenatus, præuia auctoritate ſua ad requiſitionẽ vtriuſque litigatorum,laudum ab arbitris ferendũ, ita,ex nunc, prout ex tunc, comprobare, vt vlteriori deinceps reductioni locus non fuerit; quemadmodum ante 40.plus minus annos, huiuſmodi auctoritatem, & approbationem per compromittentes libello ſupplici aliquotiens requiſitam à curia,publicè denegatam noui.

o. Ab arbitramento appellare.) Seu verius ad iudicium prouocare,vt Molin.conſ.47.ſub num.1.explicat adductam hanc conſtitutionem regis Ludouici,14. art. 34. anno 1512. promulgatam in quam commentatus eſt Rebuff.d.tract.de arbit toto. Atq; ita Coſtal.ad d.l ſocietatem, ad fin.ſcriptum reliquit;in Gallia lege principali cautum eſſe, vt ſine diſtinctione qui ad arbitrum ierunt, etiam non ſoluta pœna ordinarium appellare poſſint: quo arbitrorum ſententiam confirmante,non alias ſuperiores iudices appellandi poteſtatem fore, quam pœna perſoluta, idque & curiæ Pariſienſis decreto contineri. Plus etiam dici, eum contra quem arbitrorum ſententia fuerit à iudice confirmata,à pœnæ depoſitione non abſolui, quamuis arbitrorum ſententiam nullam, & inutilem alleget. idque ab eadem curia iudicatum alios quoque teſtatum reliquiſſe, & Coſtal hoc loco refert & Teſſaur. dec. 14.ſub num.8.

p. Appellatio recipitur.) Contra de iure Barto. in l.num.17.ff de leg.2. Panorm.in cap.venerabilis,nu. 40.de iureiur.conſ 2.ſub num.3. & conſ. 38. num.1. verſ.condeſcendo ad 2.art.lib.1. Ferrarien. in form. libell quo agit.ad pœn ex compromiſſ.ad verb.nec reductio,n.8.Roman.licet diſtinguendo,conſ 261.n. 1. cum. ſeqq. vbi Mandoſ. in annot. aſſerens hanc opin.veriorem, magiſque communiter receptam, vel ſaltem à peritioribus approbatam, Boër.licet quoque diſtinguendo,d dec.284.num.16. cum ſeq. Rebuff. ad d. l. illa verba, poſt prin.verſ hodie ſententia,de verb.ſignif. & communiorem fatetur, licet contra ſentiens Couarr.var.reſ.lib.2 cap.12.n. 3.cum ſeqq.vt & Gail.lib.1.obſer.149.num.4. qui licet in fin. ibidem addat Molinæ.in annot.ad Alex. conſ.106.lib.3.ſcribere (vt & hic demonſtratur)ita in Francia obſeruari; tamen Molin. inibi ad verb. quod non & ad verb.maiori. diſerte oſtendit negatiuam hanc crebriorem eſſe, vt à reductionis cauſam deſiniente non appelletur, quod & latius videri poterit apud Rip. tit. de arb. & arbitr.reſponſ. 1.verſus fin. Dixi quoque prius, ad verb.ſpecies & ſimilitudo.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CCXIV.

De pœna luenda.

SVMMAE.

1 *Pars in arbitrariam ſententiam non conſentiens, Reus fit conſtitutæ pœnæ.*
2 *Pars in arbitraria ſententia victrix, pœnam ſtatutam ſibi arrogat.*
3 *Arbitrariæ ſententiæ pœna ſimul cum principali expoſcetur.*
4 *In pœnam Arbitrariam nemo cadit* { *poſt decem dies expiratos,* &
5 *quando iurarunt de ratihabitione,* &
6 *quando ipſius facultas eam non permittit.*

1 VTracunque Partium non obedierit, ſed contrauenerit Arbitrio Arbitri, ea per non obeditionem incidit in pœnam ab Arbitro in compromittendo conſtitutam, & ab vtraque Parte conceſſam,(a) & acceptam. In quam quidem pœnam, (b) non ipſe Arbiter, ſed Iudex ordinarius, idque modo ordinario, partem non obtemperantē condemnare debebit.

2 Quod ſi ab ea pœna altera Partium appellare voluerit, tunc altera Pars quæ Arbitrium ratum habet, ſibi eandem pœnam arrogat, & aſſerit, idque cum tuta conſcientia, (c) tam ſecundum Ius Canonicum, quàm Ciuile.

3 Ipſa itaque pœna arbitraria, ſimul cum executione, (d) ſententiæ arbitrariæ ſimul expeti poſſunt, quando ita in compromiſſione conſtitutum fuerat. In duobus tamen Caſibus pœna arbitraria locum obtinere non poteſt.

Primò, quando ea Arbitri ſententia, per expirationem decem dierum ab altera Partium emologatur, & approbata habetur. 4

Secundò, quando in compromiſſione vtraque Pars liberè ſe Iuramento obuinxit, (e) quod arbitrariam ſententiam ratam (f) eſſet habitura eamque fideliter ſeruatura. 5

In pœnam quoque non incidit, neque ab ipſo pœna committi poteſt, qui in compromittendo ſe in eam pœnam non ſubmiſit, quam ipſius facultates ferre non poſſunt. 6

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT CCXIV.

a. COnceſſam.) Neque enim deberi pœnam, niſi per ſtipulationem hinc inde promiſſam, Rebuff. *conſ.* 155. *verſ nec debetur.*

b. *Pœnam.*) Quæ etiam ante cauſæ cognitionem, iuxta *l. vbi pactum*, 40. *C. de tranſact præſtari deberet*, hoc eſt antequam cogatur is qui pœnam petit, ſuſcipere iudicium, de negotio principali, vt ait Fab. *C. lib. 2. tit.* 35. *defin.* 10. *ſub num.* 7. aliud tamen iudicans in praxi obſeruari, quemadmodum ad hoc itidem reſpondet Rebuff. *d. conſ.* 155. *verſ. a. prætenſum arbitrium*, teneri nihilominus partem procedere, reſeruata pœna ad finem cauſæ, idemque Rebuff. *d. tract. de arbitr.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 17. ſcribit, per huiuſmodi recurſum vel appellationē, pœnam non deberi ante iudicis confirmationem, quia intelligatur ſi arbiter iuſtè fuerit arbitratus, per *l. ſi libertus, ff. de oper. lib.* licèt Dyn. *conſ.* 19. cui init. Tholomæus, *in 3 quæſt. verſ. ſuper 3 capitulo*, reſponderit etiam, pœnam poſt petitionem & litiſconteſtationem deberi, idem & ante eum Rebuff. *d. dec.* 284. *num.* 20. & nouiſſ. Viuid. *dec.* 444 *ſub num.* 19. comprobat, pendente cauſa reductionis, pœnam in compromiſſo appoſitam peti non poſſe. Sed & Bart. & aliorum quorundam enunciatum, in *l. qui Romæ* 122. §. *duo fratres, ff. de verb oblig.* quod compromittens in cauſa reductionis ſuccumbens indiſtinctè teneatur ad pœnam compromiſſo adiectam, communiter reprobatur, vt per Villal. *in com. opin. lit.* C *ſub n* 116. *in addit. ad fi.* poſt Bald *in l. ſi iudex, n* 2. *ff. de his qui ſunt ſui vel alin. iur.* alioſque, præſertim ſi in reductione pro parte obtinuerit, quia tūc excuſetur à pœna, vt latè apud

 Iaſ.

Digitized by Google

laſ. *num.* 17. *in dict.* §. *duo fratres*, Boër. veriorem aſſerendo, *d. dec.* 284. *num.* 22. Gabriel. *tit. de expenſ. lib.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 5. Rebuff. declarando *dict. art.* 1. *gloſſ.* 11. *num.* 10. & *bi num.* 8. late, poſt Bald. & alios, in *leg. tres fratres ad fin. ff. de pact.* & *in d.* §. *duo fratres.* Alex. *conſ.* 31. *num.* 8. *lib.* 2. Boër. *d. dec.* 284. *num.* 22. habentem iuſtam recurrendi cauſam, licet in cauſa non obtineat, excuſari à pœna, ob probabilem ignorantiam, additque Rebuff. *ex SC. d. gl.* 11 *num.* 9. ſi laudum fuerit confirmatum ex nouiter deductis, nō debere mulctam, ſed hoc exactiſſ. excuſſum videre apud Molin. *ſ. l. in eo conſ.* 47.

c. *Conſcientia.*) Rebuff. diſtinguendo, *dict. art.* 1. *gloſſ.* 5. *num.* 18. *cum ſeqq.* præſertim *nu.* 23. & declarando *gloſſ.* 13. *num.* 10. *cum ſeqq.*

d. *Simul cum exe utione.*) Poſt ſolutionem tamē mulctæ, non prohiberi appellationem emiſſam, docet Franciæ moribus Rebuff. *dict. gloſſ.* 9. *nu.* 27. & *gloſſ.* 6. *num.* 9. vbi ſi male iudicatum, poſtea pronunciatum fuerit, mulcta ſoluta exigi poterit tanquam indebita. ibidemque *num.* 10. ſemel ſoluta pœna, parte iterum contraueniente ſententiæ, non iterum ſoluendum, non adiecta antea clauſula, quod toties committatur pœna quoties contrauentum, per *l. ſi duo* 34. *in fin. ff. de rec. arbitr.* & *doct. in leg. qui fidem de tran.* eleganter Fab. *Cod.* 2. *titul.* 35. *definit.* 5. *ſub numer.* 1.

e. *Iuramento obuinxit*) Licet autem ſuper compromiſſo de iure ciuili iuramentum non tenere dicatur, per *Authent. Cod. de arb.* hoc tamen non eſſe iure fundatum; tum quod ſi in corpore, vnde hæc Authent. ſumitur verba ponderes, iſta prohibitio modum habeat & limitationem, nec ſit ita ſimpliciter facta, tum etiam dato quod ſimpliciter prohiberet, tamen recepta ſit iuris doctrina, compromiſſa etiā inter laicos in terris imperij iuramento firmari poſſe, *d. Authent. non curata*, reſpondit latius Zaſ. *d. conſ.* 12. *nu.* 28. *cum ſeqq. libr.* 2. latè quoque Salycet. declarando, in *d. Authent. decreuit, num.* 2. *verſ. quæro ab extra* & diximus abundè hac de re ſuis locis ſuprà.

f. *Ratam*) Intelligi tamen (vt & priùs dictum eſt) ratificationem factam ante ſententiam, vel iuramentum, ſi iuſtè arbitrium latum ſit, vt latius Rebuff. *d. gloſſ.* 9 *num.* 15. *vbi num.* 14. perinde nec procuratorem conſtitui poſſe ad homologandum arbitrium antequam ſit prolatū. Sed iam in tanta feſtinatione operarum, quorum, inter imprimendum, nuncii ita humeros noſtros preſſerunt, vt vlteriora ſcripta noſtra ſub calamo nata, velut è manu eriperent; claudamus riuos: dummodo illud repetamus, quod primitiis eiuſmodi lucubrationum noſtrarum ſubieceramus; vt ſi qui his aliquantiſper adiutos ſe ſenſerint, Chriſto Seruatori ferant accepta: ſin ſecus, pro non adſcriptis. & vel locum iconum earum quibus priores hæ Editiones redundabant, habeantur. Satis enim per ſe, iam tot luſtris toties Typis excuſus atque recuſus, plauſibilis eſt Damhouderius.

CAPVT CCXV.

De Sententiis Metropoliticis.

SVMMAE.

1 *Iudex ſubalternus in arduis ſententiam à ſuo capite expoſcit.*
2 *Iudex ſubalternus pro ſentent. à capitali impetranda, exhibet Proceſſum productum.*
3 *Iudex ſubalternus ſententiam expetens, iurat Proceſſum exhibitum eſſe integrum.*
4 *Pars ſuccumbens à ſententia ſubalterna appellat ad Concilium Prouinciale.*
5 *Concilium condemnat Iudicem ſubalternum in pœnam ſexaginta librarum, &c.*
6 *Condemnatio Iudicis ſubalterni cum ratione pugnat.*
7 *In Concilio Flandriæ reformationes peraguntur.*
8 *In Curiis* { *Francorum, VVaſtenſium, Caſtellenſium, S. Petr. Gand.* } *Reformationes peraguntur, non in Concilio Flandriæ.*

Diximus

DIximus ſupra de Magiſtratibus ſubalternis,& ſuperioribus,ſiue Metropoliticis, quare non abs re hoc loco me facturum ſpero , (vbi de ſententiis agimus) ſi & hic nonnulla explicemus quæ ſententiam Metropoliticam concernere videbuntur, pro qua adipiſcenda , ſubalterni Magiſtratus ſæpe ſe impendere,ſeſeque implorare coguntur.

1 In Flandria itaque ſubalterni ſententias ſuas capitales expetunt & impetrant à ſuis curiis capitalibus bifariam , aliquando mediatè , aliquando vero immediate.

2 Mediatè id fit, quando totum Proceſſum coram ipſis productum , ſecum ad ſuperiorem Magiſtratum conferunt , & de eo ſententiam æquam requirunt & expoſcunt , quam poſtea de eo Proceſſu pronunciare poterunt. Curia igitur ſuperior, viſo eo Proceſſu , & accuratè expenſo ſubalterno huic Magiſtratui ſententiam eo Proceſſu ferendam conficit, ipſique in debita forma hanc tradit,vt ad ipſam ſe reguſet,hanc ſeruet,hancque in ſuis Conſiſtoriis (vulgò *Vierſcharii*)pronunciet.

3 Commiſſarij qui Recordum totumque Proceſſum conſultandum deferunt ad Magiſtratum ſuum capitalem,iuramento aſſerere debent id recordum ſiue totum eum Proceſſum eſſe ſyncerum, & integrum,quodque ſua Camera ſeu Collegium ad eũ Proceſſum terminandum non ſatis ſufficiat,neque ſatis ſapiat ad eum iudicandum , aut ad ſententiam de eo ferendam.

4 Ad quod rationes quoque & difficultates ipſos mouentes, explicare tenebuntur. Atque hanc ſententiam partes ſeruare poterunt ratam , ſi voluerint: Sin minus,ſed ſi altera partium huic non aſtipuletur,neque recipiat,ea tunc de ea denuo reformare aut appellare poterit ad ſuperius Concilium Prouinciale , quod ipſi tunc conceditur , nempe vt ibidem quaſi de nouo inſtituat, & producat omnia quæ volet, quæque ſupra dictam Proceſſus recognitionem,ſupraque omnia producta pertinere putabit. Imo, vt ibi nouum Proceſſum ſuper reformatione aut appellatione in principali inſtituat, ſic tamen , vt citatum Magiſtratum (quantum minus ipſius non interſit)extra eum Proceſſum non excludat, ſed contra ipſum potiſſimum agat.

In hac autem reformatione aut appellatione, ſi 5
id Concilium Prouinciale comperiat, dictam ſententiam ſubalternam iniuſte fuiſſe pronunciatam, tunc per ipſos totus Proceſſus cum omnibus productis, ac recordis colligitur, & recognoſcitur , & ſententia capitalis corrigitur, & pars citata,ſcilicet Magiſtratus ſubalternus propter abuſum Iuſtitiæ, condemnatus in ſummam ſexaginta librarum Pariſienſium, & in duas partes expenſarum.

6 Verum hæc condemnatio multis viſa eſt æquo rigoroſior,potiſſimum quod is Magiſtratus ſubalternus non fretus ſit ea ſententia pronuncianda ſuo proprio conſilio , ſed quod id à ſuo ſuperiori capite pronunciandum acceperit , ſic pronunciare iuſſus fuerit, deinde quod prouinciale Concilium ad tam rigoroſam condemnationem non habeat aliquam legem, quæ ipſi in hoc patrocinari poſſet, ſed dumtaxat inolitam ſine ratione conſuetudinem.

7 Immediatè verò(id eſt ſine medio)omnes reformationes Magiſtratuum capitalium trahendæ ſunt ad concilium prouinciale Flandriæ , ibique peragendæ, & tractandæ, exceptis duntaxat ſententiis
capitalibus,quæ traduntur Iudicibus ſubalternis à 8
† Curijs Franconatum,ditionis VVaeſtenæ, territorij Caſletani,territorrj S.Petri Gandenſis. Quiſquis enim ſubalternus Magiſtratus ab vna iſtarum quatuor Camerarum , ſuum capitale Iudicium accepiſſet, idque ita pronunciaſſet , hic non poterit à parte appellante reformationem pertrahi Gandauum, ad Concilium Prouinciale , ſed eum pertrahere debebit ad ipſius Magiſtratum , hoc eſt, ad ipſius Curiam capitalem , à qua is ſententiam capitalem , accepit. Hæc enim ſola per reſortum de ea cauſa, quam appellans reformari cupiet , primam cognitionem & examinationem accipiet , & de reformatione ſola iudicabit , vtpote quod ad ipſam ſolam ea reformatio reſortiri debeat.

Capvt CCXVI.

De variis Sententiis.

S V M M AE.

1 *Sententiarum alia eſt,* { *Interlocutoria.* *Diffinitiua.* *Mandatoria.* *Mulctatitia.* }

2 *Sententia interlocutoria præmiſſa eſt cap.*

3 *Sententia diffinitiua quæ ſit.*

4 *Sententia mandatoria quæ ſit.*

5 *Sententia mulctatitia quæ ſit.*

Digitized by Google

1 QVatuor ſunt ſententiarum ſpecies, ſcilicet, Sententia interlocutoria, definitiua, & ea quæ fit ex mandato ſuperioris, Item, quæ fit per mulctam.

2 Sententia interlocutoria eſt ſententia ſemiplena, quæ profertur inter principium & finem cauſæ, non ſuper principali, ſed emergentibus & incidentibus quæſtionibus, puta, ſuper libello offerẽdo, vel concipiendo, vel danda dilatione aut denegãda, & ſimilibus, principali cauſa durante, vel quando Iudex non reſidens pro tribunali, interloquendo inter partes ſine ſolennitate ſcripturæ, aliquid pronunciat de plano, & ſuper aliquo incidenti vel emergenti, extra primum intentum principale, & hanc reuocare poteſt Iudex, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter: debet tamen cum cauſæ cognitione ferri, & iudice concedente, non procedente, §. *Spatium* 3. *q.* 3. ſecundum Gof. de hac ſententia interlocutoria abundè latè actum eſt ſupra, *cap.* 144.

3 Sententia definitiua eſt ea, quam Iudicialem vocamus, ſic dicta, quod Proceſſum finiat & terminet. Vel ſic poteſt deſcribi: Sententia definitiua eſt definitio iudicialis, controuerſiæ finem imponens, ex pronunciatione Iudicis damnationem, vt abſolutionẽ continens, *l.* 1 *ff. de re iud.* Hæc in ſe continent Condemnationem, Abſolutionem Confirmationem, & Infirmationem & poſt hanc pronunciatam in eo Proceſſu, ceſſat officium Iudicis, excepto quod eam ſententiam executioni mãdare poterit, *c. in literis extra. de ſſic. deleg d. leg.* 1. *concordat. textus in* §. *Definitiua*, 2. *q.* 6. *add. Gloſſ. videndam, in c.* 1. *in princ. ſuper verbo non habente, de fru appel in pragma ſanctio.*

Sententia mandatorum eſt, quando Iudex ob nudam confeſſionem rei factam, citra vllam exceptionem, aut contradictoriam, mandat ipſi Reo ſic confitenti, vt iuxta propriam confeſſionem exoluat petita, & confeſſa. Nulla enim huiuſmodi cõdemnatio mandatoria fieri poſſet, ſi qua exceptio, aut contradictio à Reo præmiſſa fuiſſet, ſed ipſa ex ſola confeſſione rei decernitur. 4

Sententia mulctatoria eſt, qua Iudex partẽ ob certum aliquod crimen cõmiſſum, ante ob delictũ aut ob contumaciam vel calumniam perceptam, mulctat pœna aliqua arbitraria, nec in Iure, nec in conſuetudine expreſſa, aut recepta. 5

CAPVT CCXVII.

De defferentia inter Mulctam & Pœnam.

SVMMAE.

Differunt Mulcta & Pœna,

1 *Mulcta decernitur ex meo arbitrio Iudicis.*
Pœna inducitur ex conſtitutione Iuris.
Item,
2 *Mulcta eſt pecuniaria*
Pœna eſt aliquando *Corporalis. Capitalis. Pecuniaria.*
Item.
3 *Mulcta appellationem ſui admittit.*
Pœna ſui appellationem non admittit.
4 *Pœna infamat: Mulcta vero minime.*

POſtquam hactenus ſæpe meminerimus de pœnis, ac Mulctis, hoc loco ſciendum eſt, quod Pœnæ vel mulctæ, iuriſdictionum vocari ſolent commoda, Teſtibus Bart. *in l. Finali, ff ſol. mat.* & Lud. Rom *Rom. in conſ. ſuo* 70 *inſip. Viſis ib mote & q. in* 4 *colum. in vlt. dubio.* Ideoque tales Mulctæ etiam in omni iuſtitia ſunt iuſticiabiles, ita vt Dominus ad talem Mulctam exigendam, & ad mulctatos coërcendos, poteſtatem plenam habeat. Deinde hoc quoque loco, non fruſtra me facturum confido, ſi harum vocum differentiam hoc loco explicuero.

1 Differunt enim inter ſe Mulcta & Pœna in hoc quod Mulcta conſiſtat in ſolo arbitrio Iudicis, ſc. vt eam pronunciet tantum ex cauſis & occaſionibus, ipſum ad ita condemnandum mouentibus. Pœna vero non in prudentia ac arbitrio Iudicis conſiſtit, ſed eam in Iure, aut in ſtatutis expreſſam eſſe oportet, ſic vt iura talem pœnam conſtituerint & taxauerint.

Item, Mulcta ſolammodo intelligitur de pœna pecuniaria. Pœna vero ſimpliciter prolata, ſeſe extendit, & ad pœnam corporalem, & ad pœnam capitalem, & ad pœnam pecuniariam, iuxta varias Iurium conſtitutiones. 2

Item, à Mulctis appellari licet, à Pœnis nullo modo appellari licet. 3

Poſtremò, Pœna eius eſt naturæ, vt condemnatum infamet: Mulcta vero nullum infamare poteſt. 4

CA-

Digitized by Google

CAPVT CCXVIII.

De Modo Iudicandi.

SVMMAE.

1 *In Sententiis ſpectanda eſt æquitas.*

2 *Princeps & 3 Concilium ſupremum* } *iudicant ſecundum conſcientiam.*

4 *Principis iudicando arbitrium, in Iure ſundari debet.*

5 *Prouinciale Concilium, & Magiſtratus omnis, iudicant ſecundam allegata & probata.*

6 *Iudicem mitiorem, quam rigoroſiorem eſſe conuenit.*

Iudex
- 7 *Supremus iudicat, ſecundum ſtylum ſuæ Curiæ.*
- 8 *Omnis iudicat, ſecundum conſuetudinem loci contractus.*
- 9 *In reformatione iudicat ſecundum ſtylum loci, vnde ducta eſt euocatio.*
- 10 *Non iudicat ad exemplum alterius ſententiæ.*
- 11 *Omnis iudicat iuxta opinionem communium Doctorum.*
- 12 *Iudicat ſecundum æquitatem cauſæ, & iuxta varias circunſtantias.*
- 13 *Iudicat ſecundum conſenſum partium.*

24 *Iudex omiſſa iuris, non facti ſupplere poteſt.*

15 *Interpretatio Iuris,*
- *Sumitur ex conſuetudine loci.*
- *Sumitur ex ſignificatione verborum Iuris.*
- *Inclinanda eſt in partem mitiorem.*
- *Petitur à conformibus Iuribus.*
- *Petitur ab interpretante Iudice.*

1 QVanquam in pronunciatione ſententiarum, ab omnibus, & vbiquo locorum ſpectanda ſit vna æquitas, ac recte adminiſtranda Iuſtitia, citra vllius Perſonæ exceptionem, ſed ad ſolam cauſæ conſiderationem: Non tamen omnibus, nec in omnibus locis, idem ſeruatur ſententiæ pronuncianpæ modus.

2 Principes enim (vt qui nullis ſuperioribus Magiſtratibus ſubſunt, nulliſque parent) ſuas ſententias pronunciant, non ſecundum allegata & probata, ſed ſecundũ proprium arbitrium & conſcientiã.

3 Idem quoque efficiunt Conſiliarij Parlamenti Mechlinienſis, qui veluti ſupremi Momophylaces, ac Iudices, imò veluti in hoc proximi Principis vicarij, ac præfecti prætorij, non debent ſe in iudicando accõmodare, ad concluſiones Partium, ſed tantum conſiderare ad cauſæ veritatem, atque ita iudicare ex bono, & æquo, vbicunque id res poſtulare videbitur, & nullo modo accurate attendere ad id, quod Iurium ſubtilitates commonſtrant & ſtatuunt, aut quod cauſarum ſtatus vel productio expoſtulat.

4 Quod autem hic dixi, tum Principem, tum ipſius magnum, aut priuatum Concilium iudicare, ſecundum proprium arbitrium, & conſcientiam, hoc non ſic exiſtimandum eſt, quod abſolute, ſecundum propriam voluntatem iudicent, ſed tantum iudicent ſecundum proprium arbitratum, ac mentis illud iudicium, quod in Iure ac æquitate fundatum eſt, non quod vnicuique ex quacũnque mentis leuitate incidere poteſt.

Concilia verò Prouincialia, & quiuis Magiſtratus, tam ſuperiores quam inferiores, omnes iudicare debent, ſolummodo ſecundum allegata & nullo modo excedere extra concluſiones Partium, *l. Illicitas, §. veritas.* quæ ſemper ad hoc allegata, *ff. de offic. præſi.* & ibi Bart. in omnibus autem ſententiis ferendis, ſemper præ oculis habenda eſt cauſæ æquitas, ſic vt ad eam Iudex, quam ad rigorẽ ſemper ſit propenſior. 5

Verum huic Iudici diligenter eſt cauendum, ne ſub æquitatis aut clementiæ titulo, pernicioſius errer, cum indigna alterius partis iniuria. Rurſum ab omni rigore ſe ita reducat, ne dum extremum Ius liberare voluerit, in ipſum competat illud Comici: Sommum Ius ſumma iniuria. 6

In Iudiciis quoque ferendis, Iudex primarius (vulgo Souuerainicus) aut Supremus, ſequi debet ſtylum ſuæ Curiæ, poſtquam cauſæ coram ipſo cœptæ & intentatæ fuerint. 7

Vel certè debet iudicare, ſententiamque pronunciare, ſecundum conſuetudinem loci, in quo Contractus fuit initus, niſi Partes fuerint ex diuerſis iuriſdictionibus. 8

Verùm ſi cauſa coram ipſo intentata fuiſſet, per reformationem aut appellationem, eo caſu in iudicando ſequi deberet ſtylum Curiæ, ex qua Proceſſus euocatus fuerat.

Hoc quoque obſeruandum eſt Iudici, ne ſentẽtiam ſuam pronunciet, ad exemplũ alterius ſententiæ ſic promulgatæ, ſed ad ipſam Iuris normã. Sed hoc fallit in cauſis feudalibus, in quibus ad alien. 10

 & præ-

& præhabitum exemplum iudicare poterit, excepto quod Principum exempla in hoc ſibi non proponat, qui iudicando legem conſtituunt.

11 Iudex in decidendis cauſis, quæ in opinionibus Iuris conſiſtunt, ſequi debet non vnius aut alterius Doctoris opinionem, ſed opiniones multorum Doctorum, & communiter ita ſentientium.

12 Iudex in iudicando aliquando ſequitur rigorem Iuris, aliquando æquitatis mititatem, aliquando verò æquitatem cum rigore miſcet & confundit. Aliquando iudicat per prouiſionem, aliquando autem definitiuè, atque hæc omnia ex certis cauſis ab ipſo conſpectis, ſecundum rerum naturam, & Perſonarum conditionem, qualitatem rerum, diſpoſitionem temporum, & ſecundum Proceſſus productionem.

13 Iudicis præterea eſt ſequi & pronunciare iuxta id, in quo Partes conſentiunt. Iudex item ſupplere poterit ea, quæ Partes per aliquam occaſionem in ſcriptis non redegerunt, ſed ea quæ iuris ſunt, non quæ facti: Certè, niſi id factum ipſi tanquam iudici cognitum eſſet.

Si autem cauſa talis fuerit, quæ Iuris interpretationem exigat, tunc Iudex eam iuris interpretationem accipere debet, ex ipſius conſuetudine loci, ſi qua fuerit. Sin nulla ibi conſuetudo exiſtat, dictam interpretationem accipiet, ex ſignificatione verborum Iuris. 14

Quod ſi nec ex hac quidem verborum ſignificatione, vllam interpretationem elicere poterit, Iudicium ſuum tunc accommodare debebit, & inclinare ad Partem mitiorem. Si verò nulla Pars exiſtat mitior amplectenda, tunc iuuabit ſe cum ſimilibus, ac conformibus iuribus, quæ ad hoc inueniri poterit. Sin minus, recurſum ſuum habebit ad Principem, qui eam interpretationem ipſi ſuppeditabit. Quandoquidem ſolius Principis eſt, in cauſis dubiis, Legum, Iuriumque interpretationes ſibi adſcribere, & reſeruare. 15

CAPVT CCXIX.

De Sententiis pronuntiandis.

SVMMAE.

1 *Sententia definitiua pronuncianda eſt,*
- *Per iudicem ſedentem*
  - *In iudicio.*
  - *Pro tribunali.*
  - *In loco conſueto.*
- *Clara luce.*
- *Loco aperto.*
- *Parte citata.*

2 *Sententia pronuncianda ab vno omnium nomine.*

In Concilio
3 *Pariſienſi, ſententia pronunciatur ex ore Præſidentis.*
4 *Flandriæ ſententia ex ſcripto pronunciatur per Graphiarium.*

5 *Ex iure omnes ſententiæ ex ſcripto pronunciandæ erunt, niſi, &c.*

6 *Sententia Interlocutoria ex ore, aut ex actis pronunciatur.*

7 *Proceſſus Imperiales in Flandria, pronunciantur in loco Imperiali.*

8 *Sententia in Flandria, pronuncianda eſt in linguæ productionis.*

9 *In Concilio Flandriæ, ſententia ſemper pronunciatur Gallicè.*

10 *Sententia Gallica in Concilio Flandriæ cur vſurpata.*

11 *In omnibus Conciliis ſupremis, ſententia euulgatur in lingua Principis.*

1 SEntentia quæuis definitiua pronunciari debet, ex ore Iudicis ſedentis in Iudicio pro tribunali, in loco iudicandi conſueto, clara luce, loco aperto, Parte præſente, aut ſaltem vocata, & contumace declarata.

2 Porrò vbi multi ſunt coniudices, (quod in pleriſque Magiſtratibus contingit) ibi non eſt neceſſe, quod omnes eandem ſic ſententiam pronuncient, ſed ſufficit, quod vnus omnium nomine, qui ad hoc præmonitus erit (qui plerunque eſt ipſe Conſul) talem ſententiam pronunciet, & reliqui omnes eandem conſentiendo approbent.

Hinc fit, quod in Parlamento Pariſienſi, atque in reliquis ſuperioribus Conciliis, ſententia definitiua pronuncietur ex ore Præſidẽtis, quod multis tamen ad pompoſam oſtentationem potius, quàm ad neceſſitatem pertinere videtur. 3

In prouinciali Concilio Flandriæ vſus habet, vt Graphiarius ex mandato Concilij ſententiam ex ſcripta ſchedula legat, & pronunciet ad abacum conſuetum, in præſentia Conſiliariorum, ſedentium in Conſiſtorio, & modo, & tempore, vt ante. 4

Et

Digitized by Google

5 Et poſt ita ex ſchedula pronunciatam ſententiam, Præſidens omnium nomine proloquitur, his conceptis verbis: Sic iudicat Curia, idque pro iure. Et Iure autem omnes Sententiæ pronunciari debent, ex ſcripto, vt id ſcilicet certius & expeditius fiat.

6 Exceptis cauſis, in quibus proceditur ſummariè, aut in quibus libellus non eſt neceſſarius. Ad pronunciationem vero ſententiæ interlocutoriæ ſufficit, ſi ſolo ore pronuncietur, aut per acta largiatur.

7 In Flandria Proceſſus omnes, qui naſcuntur ex antiquo Imperio, aut ex cauſis Imperialibus, non pronunciantur in locis conſuetudinariis, ſed in Iuriſdictione S. Bauonis, aut ſanctæ Claræ extra Gandauum, aut in aliis locis imperialibus, idque ex certa conſtitutione facta, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimotertio.

8 De idiomate autem pronunciandæ ſententiæ ſciendum eſt, quod ſententia ſemper in Flandria pronuncietur in ea lingua, in qua Proceſſus productus fuit, hoc eſt, in lingua vel Gallica, vel Flandrica.

Verùm hoc non obſeruatur in ipſo Conſilio Flandriæ: In hoc enim omnes ſententiæ pronunciantur Gallice, quantumuis tamen Proceſſus ipſe productus fuerat Flandrice, qui mos ex prima ſui inſtitutione Inſulis natus (vbi etiamnum lingua Gallica, durat) deriuatus creditur. 9

Deinde quod lingua Gallica, perpetuò creditur fuiſſe, lingua communis, familiaris, & domeſtica Comitis Flandriæ, quaque comes ipſe in ſuis familiis, veluti tunc coronæ Franciæ, ac Galliæ ſubiectus Vaſallus, vti conſueuit. Atque ex hac comitis Curia dictum Conſilium traxit originem. 10

Quin, & vſus quoque & ſtylus, in omnibus Prætoriis ſuperioribus eſt, vt in ipſis Conſiſtoriis iudicialibus (qualia ſunt Lutetiæ, & alibi) vtantur lingua in aula Principis recepta. 11

CAPVT CCXX.

De Sententia lata corrigenda.

SVMMAE.

1 *Definitiuæ ſubſtantialia corrigi non poſſunt.*
2 *Ad ſententiam latam adiungi poſſunt, ſententiam comitantia.*
3 *Iudex obſcura ſuæ ſententiæ interpretari poteſt.*
4 *Iudex ſententias omnes corrigere poteſt, præter definitiuam.*

1 DIximus Iudicis officium in Proceſſu eſſe extinctum, ſimul atque definitiua per ipſum prolata fuerit, adeo vt poſt eius prolationem, nihil (de executione non loquor) ipſi faciendum reſtet, vt quicquam ex ea aut mutet, aut addat, aut minuat, aut corrigat, quod ipſius ſubſtantiam concernat, ſed tantum, quod ad artificium Grammaticum, aut ad politiorem dictionis vſum ſpectare creditur, in locum ſcilicet vocabuli barbari, ſuſtinendo vocabulum aliquod terſius ac latinius, vti & ſupra monſtranimus, *cap. 210. l. Iudex, ff. de re iudica, cap. In literis, & c. Venerabili, extra, de offic. & poteſt. iudi. dele & cap. Si compromiſſarius, §. Si vero de elect. lib. 6.*

2 Poterit tamen Iudex eodem pronunciatæ ſententiæ die, & priuſquam ſententiæ latæ copiam tradiderit, ſupplere, atque adiungere quæ ad ſententiæ ſubſtantiam accidentalia, congrua, & acceſſoria eſſe putabit, qualia ſunt de fructibus leuãdis aut leuatis, poſt litiſconteſtationem, de expenſis Proceſſum, & de ſimilibus.

Poterit quoque Iudex ſententiam ſuam, ſi quid dubij, vel obſcuri contineat, elucidare, clariorem reddere, ipſamque apertius interpretari, ſed hoc cum cognitione cauſarum, & Parte ad hoc vocata vti decebit. 3

Dixi Iudicem definitiuæ tantum ſententiæ ſubſtantiam corrigere non poſſe, quia in omnibus ſententiis (excepta ſola diffinitiua) Iudex ordinarius dictum ſuum atque ſeipſum mutare, vel corrigere poterit, *leg. Quod iuſſi, ff. de re iudic. & cap. cum ceſſante, extra, de appellat*, ſicuti, & ſupra diximus. 4

CAPVT CCXXI.

De cauſa ſententiæ inſerenda.

S V M M AE.

1 *In Ciuilibus, non debet neceſſariò ſententia eſſe cauſata.*
2 *In Ciuilibus cauſam, ſententiæ inſerere non eſt prudentia.*
3 *In Ciuilibus, { Sententia interlocutoria, Licentia Curiæ, Expenſarum petitiones. } requirunt ſententiam eſſe cauſatam.*
4 *In Criminalibus, cauſa delicti Sententiæ neceſſariò inſeritur.*

1 ÆQuum videtur, vt ſententiis inſerantur cauſæ, ob quas Iudex ita pronunciet, verùm iſtud in Criminalibus duntaxat locum habeat oportet. In Ciuilibus enim non eſt neceſſe, vt Iudex ſententiam pronunciando, ſimul pronunciet & cauſam, cur ita iudicet, quanquam tamen id fieri poſſit ex conſideratione Perſonarum, & qualitatum cauſæ, ſed ſufficit quod Iudex ſolum dãnet, abſoluat, confirmet aut infirmet.

2 Neque etiam vtile videtur, aut eſſe prudentis Iudicis cauſas, in ſententiis exprimere, ſed potius ſtolidi, aut temerarij Iudicis eſſe in Iure cauſam in ſententiis explicare, quòd hoc plus incommodare, quàm commodare poterit.

3 Et quanquam dixerim in Ciuilibus non eſſe neceſſe, vt cauſæ explicentur, ſunt tamen nihilominus cauſæ Ciuiles, in quibus cauſarum expreſsio in ſententiis omnino requiritur, quales ſunt ſentẽtiæ interlocutoriæ per modum Appellationis, licentia Curiæ, & expenſarum petitiones, & complures ſimiles.

4 In Criminalibus autem cauſis (vti iam diximus) ſemper requiritur, vt cauſæ in definitiuis ſententiis exprimantur.

CAPVT CCXXII.

De Condemnatione in Expenſas.

S V M M AE.

1 *In Expenſis condemnatur aliquando { Victus, ſæpiſſimè. Victor, rarò. Vterque, ſæpè.*
2 *Expenſæ compenſantur in Proceſſibus, { Patris contra Filium, Fratris contra Fratrem, aut Sororem, &c.*
3 *In quibus victi cauſa, non apparet multò inferior cauſa victoris, { Quando cauſæ vtrimque dubij ſunt Iuris. Quando victus cauſam ſuam diligenter conſultauit. Quando Pars Parti iuramentum obtulit. Quando expenſæ à Parte petitæ non iudicantur.*
4 *Semiprobatio ab expenſis non liberat.*
5 *In ſententia interlocutoria, Expenſæ aut { Adiudicantur, aut Omnes vſque ad definitiuam reſeruantur.*
6 *Vbi Expenſæ non iudicantur ibi victus eas ferre intelligitur.*
7 *Procurator generalis non condemnatur in Expenſas.*

1 POſt definitiuam ſemper concomitari ſolet condemnatio in Expenſas, quæ variè fieri ſolet. Aliquando enim ſolus victus, aliquando ſolus victor, aliquando vtraque Pars coniunctim in expẽſas damnatur. Sed hæc omnia, ſcilicet condemnatio, compenſatio ac reſeruatio Expenſarum, in prudentia atque in obſeruatione, vel arbitrio Iudicis plerunque conſiſtunt. Sæpiſſimè tamen Pars victa, ſimul cum principali condemnatur in Expenſas, *l. Properandum, §. Siue autem alterutra, C. de iudic. & l. Cum quem temere, ff. eod. tit. & c. Calumniã, extra, de pœnis, & c. Finem litibus, extra, de dol. & contum.*

2 Expenſæ autem compenſantur (id eſt vtriq; Partium adiudicantur) quando Proceſſus peraguntur

inter

Digitized by Google

inter Patrem & Filium, inter duos Fratres, inter Fratrem & Sororem, aut inter ſimiles cognatione,
3 vel affinitate coniunctos, † aut quando Pars ſuccumbens videtur habuiſſe ſatis dignam, aut iuſtam ſuſtinendæ Litis cauſam, quod multis ex cauſis vel occaſionibus accidere poterit. Primò quando materia in apice iuris, aut in ſtylo conſuetudinario, tam eſt ardua & difficilis, vt Doctores iuris, & Practici in ea multum inter ſe luctentur, & diſſideant.
4 Item, quando cauſæ ante inſtitutionem Litis accurate cum Practicis & variis Doctis conſultata fuit & de iis conſultationibus vtrimque factis Iudici certo conſiſtat. Tertio, quando in probationis ſupplementum, altera Partium, alteri Iuramentum obtulit. Quarto, quando expenſæ, à Parte expetuntur, & Iudex ſuper iis nullum Ius dicit, tacitè intelligitur (ſecundum multorum opinioné) Expenſas compenſandas fore. Sunt tamen alij qui autument, quoties Iudex ſuper expetitis expenſis non iudicat, quod tunc ipſe Iudex ſeſe perſoluẽdarum expenſarum periculo exponat, In his enim & in multis aliis caſibus, expenſæ iuxta prudentiam Iudicis erunt compenſandæ.

Semiprobatio verò ab Expenſis non excuſat, quominus in eas ſemiprobans, condẽnari poſſit. 5

In ſententia interlocutoria, Expenſæ aliquando alteri partium adiudicantur, aliquando vero omnes expenſæ vſque ad definitiuam reſeruantur. In multis Prætoriis, nunquam condemnatur in Expenſas, ſed ibi intelligitur, eum ſemper expenſas perdere, qui perdit & principale. 6

Procurator autem generalis in Flandria, hoc eſt, qui Fiſci nomine agit, Parti nec dat, nec ab ea expenſas accipit: ideoque nec vnquam in expenſas condemnatur, niſi euidenter appareret, ipſum ex dolo malo, & ex calumnia egiſſe, quo caſu etiam in Expenſas condemnandus eſſet. 7

CAPVT CCXXIII.

De Adiudicandis, vel Abiudicandis fructibus.

SVMMAE.

1 *Fructus qui ceciderunt, aut { Ante Proceſſum / Ante Litiſconteſtationem } non iudicantur.*
2 *Fructus percepti, aut qui percipi potuerunt poſt Litiſconteſtat. à Iudice iudicari poſſunt.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei ad perceptorum fructuum reſtitutionem damnari non poteſt.*
4 *Poſſeſſor bonæ fidei, in materia vendicationis, non reſtituit fructus ante Litiſconteſtationem perceptos.*
5 *Fructus non reſtituuntur, qui fuerunt ante interdictionem, vel complentam.*
6 *Poſſeſſor violentus damnatur ad reſtitutionem omnium fructuum.*

QVæ ad variam fructuum conſiderationem pertinent, ea abundè ſuprà expreſſimus, cap. 104. Hic paucula accipe, quæ ad eorundem adiudicationem, vel abiudicationem concernunt.

1 De nullis igitur fructibus, qui ante Proceſſum intentatum, aut ante Litiſconteſtationem ceciderunt, Iudex quicquam iudicare poterit, niſi per apertam commonſtrationem, ac petitionem iidem peterentur.

2 Verùm de fructibus, qui ceciderunt, aut percepti fuerunt, aut percipi potuerunt poſt Litiſconteſtationem, & durante toto Proceſſu, Iudex optimè ex ſuo officio iudicare, & ſupplere poterit.

3 Poſſeſſor bonæ fidei omnes fructus ſuos facit. Vulgari ac notabili, § *Si quis à non Domino, inſtitut. de rer. diuiſ.* dummodo eos in domum aut horreum conuexerit *aureo & quotidiano*, § Is vero, *inſti cod. tit. de rer. diuiſ.* Ideoque illi ipſi adiudicandi erunt, vti ſupra, *cap.* 104. latiſſime patuit.

Poſſeſſor item bonę fidei in materia rei vendicationis, non debet condemnari ad reſtitutionem fructuum, qui fuerunt ante Litiſconteſtationem: Verum condemnandus eſt ad reſtitutionem omnium fructuum, qui poſt Litiſconteſtationem euenerunt. Litem enim conteſtando, fit Poſſeſſor malæ fidei. 4

In materia interdictionis aut complentæ, omnes percepti fructus reſtitui debent, tantum à die interdictionis aut complentæ executæ, niſi palam conſtiterit, metum aut vim aliquam fuiſſe prius fructuum cauſa illatã. Hoc enim caſu, omnes fructus per poſſeſſorem reſtituendi forent, ab illatæ violentiæ tempore. 5

Poſſeſſor violentus condemnari debet ad reſtitutionem omnium fructuum, tam receptorum quam exantium, & corũ quos percipere potuiſſet. 6

CA-

Digitized by Google

Capvt CCXXIV.

De condemnando in Damnum, ac Intereſſe.

S V M M AE.

1 *Intereſſe, vel ex* { *Lucro conſueto perdito,* / *Damno paſſo,* } *adiudicatur Parti.*
3
3 *Non facto, quod certo tempore fieri debuit, adiudicatur.*
4 *Intereſſe non iudicatur ex non dato, quod certo tempore dari debuit, niſi, &c.*
5 *Intereſſe quanti plurimi iudicatur, quando requirebatur traditio in* { *Pondere.* / *Menſura.* / *Numero.* }
6 *Intereſſe quanti plurimi, quid ſit.*

1 IVdex condemnat aliquando Partem ſuccumbentem, non tantum in principali, aut in expenſas, ſed etiam in damnum, & intereſſe alterius Partis, hoc eſt, vt exoluat omnem lucri iacturam, quod lucrum altera Pars ex conſuetudine feciſſet, niſi per talem Proceſſum id ipſi remoratum, ac præpeditum fuiſſet, quodq́ue lucrum conficere conſueuit, cuius iactura dicitur Intereſſe vel damnum ex lucro ceſſante.

2 Iudex quoque adiudicat intereſſe illi, qui tale damnum, ac intereſſe per impedimentum, aut per negligentiam & per longam productionem Partis paſſus fuit, aut quod Pars Parti, per calumnioſam talem productionem, aut per iniectum obſtaculum intulit. Id intereſſe dico oriri ex damno emergente, & illato.

3 Intereſſe verò quod præceſſit, & dixi eſſe ex lucro ceſſante. Item, intereſſe plerunque iudicatur contra eum, qui ad quicquam præſtandum obligatus fuerat, & id debito tempore non effecit.

Verùm non iudicatur intereſſe contra eum, qui ad aliquid dandum obligatus fuiſſet, idque ſuo tempore non dediſſet, niſi fortaſſis in contractibus negotiationum, in quibus neceſſaria eſt traditio. 4

In rebus autem, aut cauſis, in quibus requiritur traditio in pondere, numero, & menſura, in iis Iudex ex officio condemnat pro intereſſe, quanti plurimi, ex eo tempore quo in defectu non traditionis eſſe cœpit. 5

Quanti plurimi, eſt illud precium ſummum, quo à traditionis defectu diuendita fuerunt frumenta, vel diuendi potuiſſent in cariſſimo tēpore. De dāno autem & intereſſe latiùs dictum eſt, *ſup. c.* 105. 6

Capvt CCXXV.

In quam pœnam condemnentur malam ſuſtinentes cauſam.

S V M M AE.

1 *Malitia quorundam ad Proceſſus anhelantium taxatur.*
2 *Pertinacia quorundam ad iuſtitiæ obedientiam.*
3 *Qui ſciens malam cauſam ſuſtinet, infamia pub. notandus eſt.*
4 *Filius Patrem in Iudicium pertrahens, damnatur* { *50. aureis.* / *aut,* / *Acribus virgis.* }
5 *Malam cauſam ſuſtinens, aliquando punitur duplo.*
6 *Apud bona alterius negantem perquirere eadem licet.*
7 *Sententia per ſe nulla Iudice appellationis confirmari nequit.*
8 *Sententia ſuper ſententiam eſt nulla.*

Tanta

1 TAnta eſt aliquando hominum malitia, vt in quiete viuere nequeant, ſed tum ſibi, tum aliis negotium faceſſere cantent, & contra bonum & æquum ſubinde proximo calumniari gaudeant, mouentes ipſis indignas Lites, quas cum æquitate tamen firmare non poſſunt, quibus ſat eſt, quod qualemcunque infeſtandi alios materiam, ac inanem conquerendi de aliis titulum ſe nactos eſſe putent, quo ſpecie quadam apparente, proceſſum indignum inſtituant, & quantumuis malam cauſam ſuſtineant.

2 Sunt alij nihilo meliores, ſed ingenio pertinaciſſimo præditi, qui quum ex æquitate cauſæ in Iudicium vocantur, & ad dignam reſtitutionem faciendam conquæruntur, tamen neſcio quas tricas, ac diuerticula captant, quibus Iuſtitiæ fucum obtrudant, & proximo calumniam ſtruant, & à Iuſtitiæ æquitate longius, diutiuſque verum poſſeſſorem protrahant. Huiuſmodi malitioſi homines profectò digni ſunt in quos iuris rigor animaduertat, & ſeuerius ob calumniandi pruriginem peſſimam, ipſos puniat.

3 Quocirca Iura digniſſime ſanciunt, vt hi qui volentes, ac ſcientes, malam cauſa in iudicio ſuſtinent, per ſententiam declarentur infames, non ſecus quam qui in cauſis furti, falſitatis, aut iniuriarium conuincuntur.

Filius autem, qui ſine permiſſione Iudicis, Patrem in iudicium pertrahit, & ad litem forenſem euocat, ſecundum Iura condemnandus eſt quinquaginta aureis, & ſi is tantam ſummam ſoluendo non fuerit, Virgis acriter cædendus venit, iuxta illud vulgare. Qui non habet in ære, luat in corpore *leg. Prim. 1. §. Generaliter. ff. de pœnis, & l. Finali. ff. de in ius vocan. & l. Quicunque. §. Quod ſi Cod. de ſeru. fugit.* 4

Sunt multæ cauſæ, in quibus Actor, ſiue conqueſtor iniquus, temeratius, & futilis, ac malam cauſam ſuſtinens, puniendus ſit pœna dupli, quas hic breuitatis cauſa omittimus. 5

Quando aliquis inficiatur ſe quicquam habere apud ſe, aut ſuæ fidei commiſſum eſſe, aliuſque eſſet, qui id non credens, perquiſitione iuridica experiri vellet, hic ad eam perquiſitionem faciẽdam permittendus eſſet. Sententia quæ ex ſe eſt nulla, ea per Iudicem appellationis confirmari non poteſt. 6

Quod enim aut nullum, aut nihil eſt, id nec cõfirmandum, nec infirmandum venit, *leg. Nam & ſi ſub conditione, in princip. ff. de iniuſto. rup. teſta. cum vulgaribus.* 7

Sententia enim ſuper ſententiam, in re eadem, & ob cauſam eandem, eſt nulla. 8

CAPVT CCXXVI.

De Sententiis annulandis, aut retractandis.

SVMMAE.

1 *Sententia iuſta, ſeruanda, & non retractanda.*

2 *Sententia retractandæ cauſa.*

3 *Sententia retractatur, aut per*
- *Reformationem.*
- *Appellationem.*
- *Reſtitutionem.*
- *Supplicationem.*
- *Petitionem ſimplicem.*
- *Propoſitionem errorum.*
- *Remiſſionem.*

1 SEntentiæ veræ, iuſtæ, & dignæ ſuum vigorem, & effectum ſortiantur oportet, neque temerè ſunt infringendæ, aut aliqua ratione retractandæ, ſed in ſua dignitate mordicus aſſerendæ, adeò vt ciuiliter plectendus veniat, quiſquis aut ob malitioſam pertinaciam, aut ob inconſultam temeritatem, quicquam cauillationis, aut reformationis, contra æquam ſententiam tentare præſumpſerit.

2 Verum quia non raro vſuuenit, vt partium cauſæ verſentur ſic in Iure dubio, vt vnius cauſa, non ſit alterius cauſa multo ſuperior, & vt tunc Iudex, ex propriò motu, atque arbitrio multa egiſſe ab altera Parte putetur, hæc Pars quæ ſuccumbit, cauſæ ſuæ integritati fidens, & Iudici non ſatis confidens, ab eodem Iudice ad alium Iudicem appellare ſatagit, quem prudentiorem confidit, quemque ſuæ cauſæ fauorabiliorem & æquiorem fore ſperabit, quæ Appellatio iuridica eſt licita, tum vt Pars appellans de Iure ſuo fiat ſecurior; & Iudex interim

etiam

Digitized by Google

Quin & Franci ob hanc cauſam autumant, ip-
5 ſam quoque Cameram Flandriæ obnoxiam eſſe debere, ad iudicandum ſub dictæ emendæ periculo, poſtquam deſinerent eſſe Iudices Regales, adeò vt hanc ob cauſam Parlamentum Pariſienſe non rarò dictæ Cameræ Conſiliarios in pœnam 60. libr. Pariſ. mulctauerit, quando ſcilicet, ipſorum ſententia, per dictum Parlamentum reformata fuit. Verùm quamuis hæc pœna ab ipſis ſic iudicata fuerat, non fuit tamen vnquam executa, niſi intra pauculos annos præteritos, quibus reſortum ad Parlamentum adhuc durauit. Neque etiam huic ſententiæ à Flandris obeditum fuit, ſed ipſi multis annis reclamatum, & reluctatum, ob id, quod nec in eadem Camera Rationaria, nec alibi compertũ fuerat, eam pœnæ executionem in vſu fuiſſe, aut vnquam ſolutam fuiſſe ante tempora Regis Ludouici XII. qui talem pœnam, & pœnæ executionem inſtituit, & confirmauit.

In Brabantia, Hollandia, Zelandia, Hannonia, & 6
in aliis locis Imperialibus extra Flandriam, Magiſtratus non ſunt ſubiecti huiuſmodi pœnis.

Dico extra Flandriam, quia in Comitatu Alo- 7
ſtenſi, in ditionibus Tenceremondæ, & quatuor Ambactorum, & in aliis locis Imperialibus in Flãdria, introductum eſt, vt Magiſtratus horum locorum, in dicta pœna conformes fiant Magiſtratibus reliquatum Ciuitatum Flandriæ, quæ ſub Corona Franciæ eſſe ſolebant, nempè in hoc, vt & hi dictæ pœnæ luendæ ſubſint, ſi quando perperam iudicẽt, & ipſorum ſententiæ per Concilium Flandriæ reformentur, vt reliqui.

CAPVT CCXXIX.

Retractatio Sententiarum, per Appellationem & Prouocationem.

SVMMAE.

1 *Appellare licet cuiuis grauato, in cauſa propria, vel aſſumpta.*
2 *Appellatio & Prouocatio quomodo differant.*
3 *Appellatio in Iure conceſſa, { Ad coërcendam imperitiam Iudicis inferioris. / Ad patrocinandum ſimplicibus & innoxijs.*
4 *Quibus appellare plerumque contingat.*
5 *Incarceratus quotidie appellare poteſt.*
6 *Appellare licet, etiam diebus Feſtis.*
7 *Appellant { Fideiuſſor, & Venditor, ad Garandiam damnatus.*
8 *Procurator non appellans poſt Litiſconteſtationem, tenetur ad Intereſſe.*
9 *Procurator non appellans, quando excuſatur ab Intereſſe.*
10 *Appellatio cedens vni benè, benè cedit & conſortibus.*
11 *Tertius læſus ob ſententiam aliorum, appellare poterit.*

Differentiam Reformationis & Appellationis antè præmiſimus, ſic tamen vt inter ſe multum conueniant, & altera pro altera nunc ſæpe vſurpetur. Vnde quæ de Reformatione præcedenti capite diximus, notionem magnam præbent ad Appellationis intelligentiam.

1 Quicunque igitur ſe oppreſſum, ſeu iniuſtè grauatum, læſum aut ſibi incommodatum eſſe per ſententiam alicuius Iudicis, aut Commiſſarij, aut Executoris putabit, is ab eadem ſententia appellare poterit, dummodo ea res ipſum concernat, aut id in mandatis habeat, aut ſi eius ſententiæ cauſa, damnum, aut Intereſſe conſequatur, vel ipſe, vel ſuus clientulus, aut ſi appellatio ipſi non ſit inhibita, *cap. Omnis oppreſſus, & cap. Ideo 2 qu. 6 & cap. Vt debitus, ext. de appellat. & cap. Non ſolent, 2. qu. 6. & cap Cum inter. extra. de elect. & cap. Cum ſuper. ext de ſentent. & re iudic. & l. à ſententia. ff. de appellat.* quam legem Scribentes reputant ſingularem potiſſimum ad hoc:

Quod quilibet poteſt appellare à ſententia, etiã- 2
ſi non ſit lata contra ſe, dummodo eius interſit. Eſt nihilominus & hæc differentia inter Appellationem & Prouocationem, quod illa fiat in Iudicio, iſthæc verò extra iudicium. Verùm Praxis hanc differentiam confundit, ſic vt hodie indifferenter, vel in Iudicio, vel extra Iudicium pro arbitratu vſurpentur. Appellatio itaque eſt modus defenſionis, in Iure naturali fundatus, & conſtitutus.

Eſt enim Appellatio à Iure Ciuili introducta, & 3
duas ob cauſas vſurpata, vt ſcilicet, per eam ſubalternorum Magiſtratuum inſcitia, imperitia, aut malitia

Digitized by Google

malitia corrigatur (tametſi aliquando contingat, vt non ſtatim melius iudicet, qui poſterius iudicat) deinde ad opem, & ſubſidium præſtandum inſontibus, & innoxiis.

4 Omnes appellare poſſunt, qui ob ſententiam latam, aliquod damnum & intereſſe in propria cauſa conſequuntur, vel qui cauſas alienas curandas aſſumpſerunt.

5 Hinc fit, quod Incarcerato appellare quotidie liceat, quod ipſius damnum & intereſſe quotidie continuetur.

6 Hoc quoque de Appellatione notandũ eſt, quod ipſam non impediat dies feſtus, ſed ea fieri poteſt quibuſcunque diebus Feſtis. Hoſt. But. & Imol. in *c. Præterea. extra de dilat. & l.* 1. & ibi Bal. & Doct. *C. de fer.* Fideiuſſor appellare poteſt pro eo, pro quo interuenit, hoc eſt, pro quo fideiubendo ſeſe deuinxit, nam ea res ipſius proprie refert.

7 Sic & Venditor, & venditoris Fideiuſſor appellare poterit de damno, ſuo Mercatori illato, quando garandizare vel aſſecurare tenetur.

8 Procurator qui in cauſa aſſumpta, Litem conteſtatus eſt, audiens quicquam iudicari cum damno, aut periculo ſui clientis, tenetur ab eo Iudicio appellare, verum ob id non tenetur eandem Appellationem proſequi.

Quod ſi negligenter ab eo Iudicio appellare di- 9
ſtulerit, reus fit exoluendi intereſſe, quod ob non Appellationem emerſerit, quia poſt Litiſconteſtationem, factus eſt Dominus, & Magiſter cauſæ. Niſi fortaſſis ob certas & euidentes cauſas, ſic appellare noluerit, quas prius ſuo clienti ſignificare deberet.

Quando ex multis conſortibus, vnus duntaxat 10
appelat, tacentibus ac diſſimulantibus reliquis, tunc ſi is vnus appellans Litem vicerit, ea victoria quoque profuerit reliquis non appellantibus, dummodo ipſorum quoque cauſæ & iura ſint ſimilia, ſic vt ex eadem quoque victoria dependant.

Tertius quiſpiam, qui per ſententiam, aut per 11
prouiſionem conceſſam aliis Partibus, ſe grauatũ eſſe conqueritur, is pro ſuo intereſſe appellare poterit, etiam ſi dicta prouiſio in ſe contineret hanc clauſulam (non obſtante vlla appellatione.

CAPVT CCXXX.

Quibus Appellare non licet.

SVMMAE.

Appellare illi non licet.

1 *Qui ob propriam confeſſionem damnatus fuit.*
2 *Qui cum plena contumacia damnatus fuit.*
3 *Qui ob officij abuſum damnatus fuit.*
4 *Qui ſententiam emologauit.*
5 *Qui petijt implendæ ſententiæ terminum.*
6 *Qui vltra decem dies Appellationem diſtulit.*
7 *Qui ſe non appellaturum deuinxit, vel apellationi ceſſit.*
8 *Qui ternis definitiuis damnatus fuit.*
9 *Qui iudicatam exhibitionem non impleuit.*
10 *Qui cauſam conſcientia Iudicis commendauit.*

1 QVi ob propriam Confeſſionem damnatus fuit, is appellare non poteſt, niſi facto probare vellet, ſe eam Confeſſionem per errorem & ignoranter feciſſe, *l. obſeruare* & ibi Bald. & eius ſequaces *C. Quorum appell. non recipiuntur.*

2 Appellare quoque non licet illi, qui cum plena contumacia conuictus, & damnatus fuit, *l Ex conſenſu, §. Eum qui ff. de appella* cui concordat textus in *l. Et poſt edictum, §, Sciendum eſt, ff. de iudiciis, & ibi Bartol.*

3 Neque appellare licet officiario, de correctionis pena ſibi propter exceſſum vel abuſum ſui officij irrogata, niſi ea correctio æquum modum excederet, *l. ab executione, C. quor ũ appellat. non recipiuntur & cap. nouit. ext. de appellat.*

Qui ſui condemnationem emologando appro- 4
bauit, & obſequendo eam impleuit, vel ſaltem adimplere cepit, is ab eadem ſententia appellare non poteſt, niſi de ea emologatione per Principem releuaſſet.

Neque item appellare poteſt, qui poſt condem- 5
nationem, vel ordinationem, à Iudice petiit tempus procedendi. Sententiam complendi, ſoluendi, aut ſimilia peragendi, *cap. gratum, extra, de offic. deleg. & l. Ad ſolutionem, C. de re iudic.* Appellare quoque non licet illi, qui vltra decem dies de condemnatione, ſiue de ſententia lata appellare diſtulit, *c. Anteriorum. 2. q. 6. &c.*

1 QVatuor ſunt ſententiarum ſpecies, ſcilicet, Sententia interlocutoria, definitiua, & ea quæ fit ex mandato ſuperioris, Item, quæ fit per mulctam.

2 Sententia interlocutoria eſt ſententia ſemiplena, quæ profertur inter principium & finem cauſæ, non ſuper principali, ſed emergentibus & incidentibus quæſtionibus, puta, ſuper libello offeredo, vel concipiendo, vel danda dilatione aut denegãda, & ſimilibus, principali cauſa durante, vel quando Iudex non reſidens pro tribunali, interloquendo inter partes ſine ſolennitate ſcripturæ, aliquid pronunciat de plano, & ſuper aliquo incidenti vel emergenti, extra primum intentum principale, & hanc reuocare poteſt Iudex, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter: debet tamen cum cauſæ cognitione ferri, & iudice concedente, non procedente, §. *Spacium* 3. *q.* 3. ſecundum Gof. de hac ſententia interlocutoria abundè latè actum eſt ſupra, *cap.* 144.

3 Sententia definitiua eſt ea, quam Iudicialem vocamus, ſic dicta, quod Proceſſum finiat & terminet. Vel ſic poteſt deſcribi: Sententia definitiua eſt definitio iudicialis, controuerſiæ finem imponens, ex pronunciatione Iudicis damnationem, vt abſolutionē continens, *l.* 1 *ff. de re iud.* Hæc in ſe continent Condemnationem, Abſolutionem Confirmationem, & Infirmationem & poſt hanc pronunciatam in eo Proceſſu, ceſſat officium Iudicis, excepto quod eam ſententiam executioni mãdare poterit, *c. in literis extra. de offic. deleg d. leg.* 1. *concordat. textus in* §. *Definitiua*, 2. *q.* 6. *adde Gloſſ. videndam, in c.* 1. *in princ. ſuper verbo non habente, de fru appel in pragma ſanctio.*

Sententia mandatorum eſt, quando Iudex ob nudam confeſſionem rei factam, citra vllam exceptionem, aut contradictoriam, mandat ipſi Reo ſic confitenti, vt iuxta propriam confeſſionem exſoluat petita, & confeſſa. Nulla enim huiuſmodi cõdemnatio mandatoria fieri poſſet, ſi qua exceptio, aut contradictio à Reo præmiſſa fuiſſet, ſed ipſa ex ſola confeſſione rei decernitur. 4

Sententia mulctatoria eſt, qua Iudex partē ob certum aliquod crimen cōmiſſum, ante ob delictū aut ob contumaciam vel calumniam perceptam, mulctat pœna aliqua arbitraria, nec in Iure, nec in conſuetudine expreſſa, aut recepta. 5

CAPVT CCXVII.

De defferentia inter Mulctam & Pœnam.

SVMMAE.

Differunt Mulcta & Pœna,

1 *Mulcta decernitur ex arbitrio Iudicis.*
Pœna inducitur ex conſtitutione Iuris.
Item,
2 *Mulcta eſt pecuniaria*
Pœna eſt aliquando { *Corporalis.* *Capitalis.* *Pecuniaria.* }
Item,
3 *Mulcta appellationem ſui admittit.*
Pœna ſui appellationem non admittit.
4 *Pœna infamat: Mulcta vero minime.*

POſtquam hactenus ſæpe meminerimus de pœnis, ac Mulctis, hoc loco ſciendum eſt, quod Pœnæ vel mulctæ, iuriſdictionum vocari ſolent commoda, Teſtibus Bart. *in l. Finali, ff ſol. mat.* & Lud. Rom *Rom. in conſ. ſuo* 70 *inſip. Vtſi th mite &* *q in* 4 *colum. in vlt. dubio.* Ideoque tales Mulctæ etiam in omni iuſtitia ſunt iuſticiabiles, ita vt Dominus ad talem Mulctam exigendam, & ad mulctatos coërcendos, poteſtatem plenam habeat. Deinde hoc quoque loco, non fruſtra me facturum confido, ſi harum vocum differentiam hoc loco explicuero.

1 Differunt enim inter ſe Mulcta & Pœna in hoc quod Mulcta conſiſtat in ſolo arbitrio Iudicis, ſc. vt eam pronunciet tantum ex cauſis & occaſionibus, ipſum ad ita condemnandum mouentibus. Pœna vero non in prudentia ac arbitrio Iudicis conſiſtit, ſed eam in Iure, aut in ſtatutis expreſſam eſſe oportet, ſic vt iura talem pœnam conſtituerint & taxauerint.

Item, Mulcta ſolummodo intelligitur de pœna pecuniaria. Pœna vero ſimpliciter prolata, ſeſe extendit, & ad pœnam corporalem, & ad pœnam capitalem, & ad pœnam pecuniariam, iuxta varias Iurium conſtitutiones. 2

Item, à Mulctis appellari licet, à Pœnis nullo modo appellari licet. 3

Poſtremò, Pœna eius eſt naturæ, vt condemnatum infamet: Mulcta vero nullum infamare poteſt. 4

CA-

CAPVT CCXVIII.

De Modo Iudicandi.

SVMMAE.

1 *In Sententiis ſpectanda eſt æquitas.*
2 *Princeps*
& } *iudicant ſecundum conſcientiam.*
3 *Concilium ſupremum*
4 *Principis iudicando arbitrium, in Iure fundari debet.*
5 *Prouinciale Concilium, & Magiſtratus omnis, iudicant ſecundum allegata & probata.*
6 *Iudicem mitiorem, quam rigoroſiorem eſſe conuenit.*
Iudex {
7 *Supremus iudicat, ſecundum ſtylum ſuæ Curiæ.*
8 *Omnis iudicat, ſecundum conſuetudinem loci contractus.*
9 *In reformatione iudicat ſecundum ſtylum loci, vnde ducta eſt euocatio.*
10 *Non iudicat ad exemplum alterius ſententiæ.*
11 *Omnis iudicat iuxta opinionem communium Doctorum.*
12 *Iudicat ſecundum æquitatem cauſæ, & iuxta varias circunſtantias.*
13 *Iudicat ſecundum conſenſum partium.*
}
14 *Iudex omiſſa iuris, non facti ſupplere poteſt.*
15 *Interpretatio Iuris,* {
Sumitur ex conſuetudine loci.
Sumitur ex ſignificatione verborum Iuris.
Inclinanda eſt in partem mitiorem.
Petitur à conformibus Iuribus.
Petitur ab interpretante Iudice.
}

1 QVanquam in pronunciatione ſententiarum, ab omnibus, & vbique locorum ſpectanda ſit vna æquitas, ac rectè adminiſtranda Iuſtitia, citra vllius Perſonæ exceptionem, ſed ad ſolam cauſæ conſiderationem: Non tamen omnibus, nec in omnibus locis, idem ſeruatur ſententiæ pronuncianpæ modus.

2 Principes enim (vt qui nullis ſuperioribus Magiſtratibus ſubſunt, nulliſque parent) ſuas ſententias pronunciant, non ſecundum allegata & probata, ſed ſecundũ proprium arbitrium & conſcientiã.

3 Idem quoque efficiunt Conſiliarij Parlamenti Mechlinienſis, qui veluti ſupremi Nomophylaces, ac Iudices, imò veluti in hoc proximi Principis vicarij, ac præfecti prætorij, non debent ſe in iudicando accõmodare, ad concluſiones Partium, ſed tantum conſiderare ad cauſæ veritatem, atque ita iudicare ex bono, & æquo, vbicunque id res poſtulare videbitur, & nullo modo accurate attendere ad id, quod Iurium ſubtilitates commonſtrant & ſtatuunt, aut quod cauſarum ſtatus vel productio expoſtulat.

4 Quod autem hic dixi, tum Principem, tum ipſius magnum, aut priuatum Concilium iudicare, ſecundum proprium arbitrium, & conſcientiam, hoc non ſic exiſtimandum eſt, quod abſolute, ſecundum propriam voluntatem iudicent, ſed tantum iudicent ſecundum proprium arbitrarum, ac mentis illud iudicium, quod in Iure ac æquitate fundatum eſt, non quod vnicuique ex quacunque mentis leuitate incidere poteſt.

Concilia verò Prouincialia, & quiuis Magiſtratus, tam ſuperiores quam inferiores, omnes iudicare debent, ſolummodo ſecundum allegata & nullo modo excedere extra concluſiones Partium, *l. Illicitas, §. veritas.* quæ ſemper ad hoc allegata, *ff. de offic. præſi.* & ibi Bart. in omnibus autem ſententiis ferendis, ſemper præ oculis habenda eſt cauſæ æquitas, ſic vt ad eam Iudex, quam ad rigorẽ ſemper ſit propenſior. 5

Verum huic Iudici diligenter eſt cauendum, ne ſub æquitatis aut clementiæ titulo, pernicioſius erret, cum indigna alterius partis iniuria. Rurſum ab omni rigore ſe ita reducat, ne dum extremum Ius liberare voluerit, in ipſum competat illud Comici: Summum Ius ſumma iniuria. 6

In Iudiciis quoque ferendis, Iudex primarius (vulgo Souuerainicus) aut Supremus, ſequi debet ſtylum ſuæ Curiæ, poſtquam cauſæ coram ipſo cœptæ & intentatæ fuerint. 7

Vel certè debet iudicare, ſententiamque pronunciare, ſecundum conſuetudinem loci, in quo Contractus fuit initus, niſi Partes fuerint ex diuerſis iuriſdictionibus. 8

Verùm ſi cauſa coram ipſo intentata fuiſſet, per reformationem aut appellationem, eo caſu in iudicando ſequi deberet ſtylum Curiæ, ex qua Proceſſus euocatus fuerat.

Hoc quoque obſeruandum eſt Iudici, ne ſentẽtiam ſuam pronunciet, ad exemplũ alterius ſententiæ ſic promulgatæ; ſed ad ipſam Iuris normã. Sed hoc fallit in cauſis feudalibus, in quibus ad alicu. 10

Digitized by Google

& præhabitum exemplum iudicare poterit, excepto quod Principum exempla in hoc ſibi non proponat, qui iudicando legem conſtituunt.

11 Iudex in decidendis cauſis, quæ in opinionibus Iuris conſiſtunt, ſequi debet non vnius aut alterius Doctoris opinionem, ſed opiniones multorum Doctorum, & communiter ita ſentientium.

12 Iudex in iudicando aliquando ſequitur rigorem Iuris, aliquando æquitatis mitigatem, aliquando verò æquitatem cum rigore miſcet & confundit. Aliquando iudicat per prouiſionem, aliquando autem definitiuè, atque hæc omnia ex certis cauſis ab ipſo conſpectis, ſecundum rerum naturam, & Perſonarum conditionem, qualitatem rerum, diſpoſitionem temporum, & ſecundum Proceſſus productionem.

13 Iudicis præterea eſt ſequi & pronunciare iuxta id, in quo Partes conſentiunt. Iudex item ſupplere poterit ea, quæ Partes per aliquam occaſionem in ſcriptis non redegerunt, ſed ea quæ iuris ſunt, non quæ facti: Certè, niſi id factum ipſi tanquam iudici cognitum eſſet.

Si autem cauſa talis fuerit, quæ Iuris interpretationem exigat, tunc Iudex eam iuris interpretationem accipere debet, ex ipſius conſuetudine loci, ſi qua fuerit. Sin nulla ibi conſuetudo exiſtat, dictam interpretationem accipiet, ex ſignificatione verborum Iuris. 14

Quod ſi nec ex hac quidem verborum ſignificatione, vllam interpretationem elicere poterit, Iudicium ſuum tunc accommodare debebit, & inclinare ad Partem mitiorem. Si verò nulla Pars exiſtat mitior amplectenda, tunc iuuabit ſe cum ſimilibus, ac conformibus iuribus, quæ ad hoc inuenire poterit. Sin minus, recurſum ſuum habebit ad Principem, qui eam interpretationem ipſi ſuppeditabit. Quandoquidem ſolius Principis eſt, in cauſis dubiis, Legum, Iuriumque interpretationes ſibi aſſcribere, & reſeruare. 15

CAPVT CCXIX.

De Sententiis pronuntiandis.

SVMMAE.

1 *Sententia definitiua pronunciandа eſt,* { *Per iudicem ſedentem* { *In iudicio. Pro tribunali. In loco conſueto.* } *Clara luce. Loco aperto. Parte citata.* }

2 *Sententia pronuncianda ab vno omnium nomine.*

3 *In Concilio* { *Pariſienſi, ſententia pronunciatur ex ore Præſidentis.*

4 *Flandriæ ſententia ex ſcripto pronunciatur per Graphiarium.* }

5 *Ex iure omnes ſententiæ ex ſcripto pronunciandæ erunt, niſi, &c.*

6 *Sententia Interlocutoria ex ore, aut ex actis pronunciatur.*

7 *Proceſſus Imperiales in Flandria, pronunciantur in loco Imperiali.*

8 *Sententia in Flandria, pronuncianda eſt in lingua productionis.*

9 *In Concilio Flandriæ, ſententia ſemper pronunciatur Gallicè.*

10 *Sententia Gallica in Concilio Flandriæ cur vſurpata.*

11 *In omnibus Conciliis ſupremis, ſententia euulgatur in lingua Principis.*

1 Sententia quæuis definitiua pronunciari debet, ex ore Iudicis ſedentis in Iudicio pro tribunali, in loco iudicandi conſueto, clara luce, loco aperto, Parte præſente, aut ſaltem vocata, & contumace declarata.

2 Porrò vbi multi ſunt coniudices, (quod in pleriſque Magiſtratibus contingit) ibi non eſt neceſſe, quod omnes eandem ſic ſententiam pronuncient, ſed ſufficit, quod vnus omnium nomine, qui ad hoc præmonitus erit (qui plerunque eſt ipſe Conſul) talem ſententiam pronunciet, & reliqui omnes eandem conſentiendo approbent.

Hinc fit, quod in Parlamento Pariſienſi, atque in reliquis ſuperioribus Conciliis, ſententia definitiua pronuncietur ex ore Præſidentis, quod multis tamen ad pompoſam oſtentationem potius, quàm ad neceſſitatem pertinere videtur. 3

In prouinciali Concilio Flandriæ vſus habet, vt Graphiarius ex mandato Concilij ſententiam ex ſcripta ſchedula legat, & pronunciet ad abacum conſuetum, in præſentia Conſiliariorum, ſedentium in Conſiſtorio, & modo, & tempore, vt ante. 4

Et

Digitized by Google

5 Et poſt ita ex ſchedula pronunciatam ſenten-
tiam, Præſidens omnium nomine pro loquitur,
his conceptis verbis: Sic iudicat Curia, idque
pro iure. Et Iure autem omnes Sententiæ pronun-
ciari debent, ex ſcripto, vt id ſcilicet certius & ex-
peditius fiat.

6 Exceptis cauſis, in quibus proceditur ſumma-
riè, aut in quibus libellus non eſt neceſſarius. Ad
pronunciationem vero ſententiæ interlocutoriæ
ſufficit, ſi ſolo ore pronuncietur, aut per acta lar-
giatur.

In Flandria Proceſſus omnes, qui naſcuntur ex
7 antiquo Imperio, aut ex cauſis Imperialibus, non
pronunciantur in locis conſuetudinariis, ſed in
Iuriſdictione S. Bauonis, aut ſanctæ Claræ extra
Gandauum, aut in aliis locis imperialibus, idque
ex certa conſtitutione facta, anno milleſimo qua-
dringenteſimo ſexageſimotertio.

8 De idiomate autem pronunciandæ ſententiæ
ſciendum eſt, quod ſententia ſemper in Flan-
dria pronuncietur in ea lingua, in qua Proceſſus
productus fuit, hoc eſt, in lingua vel Gallica, vel
Flandrica.

Verùm hoc non obſeruatur in ipſo Conſilio
Flandriæ: In hoc enim omnes ſententiæ pronun- 9
ciantur Gallice, quantumuis tamen Proceſſus ipſe
productus fuerat Flandrice, qui mos ex prima ſui
inſtitutione Inſulis natus (vbi etiamnum lingua
Gallica, durat) deriuatus creditur.

Deinde quod lingua Gallica, perpetuò creditur 10
fuiſſe, lingua communis, familiaris, & domeſtica
Comitis Flandriæ, quaque comes ipſe in ſuis
familiis, veluti tunc coronæ Franciæ, ac Gal-
liæ ſubiectus Vaſallus, vti conſueuit. Atque ex
hac comitis Curia dictum Conſilium traxit origi-
nem.

Quin, & vſus quoque & ſtylus, in omnibus 11
Prætoriis ſuperioribus eſt, vt in ipſis Conſiſtoriis
iudicialibus (qualia ſunt Lutetiæ, & alibi) vtantur
lingua in aula Principis recepta.

CAPVT CCXX.

De Sententia lata corrigenda.

SVMMAE.

1 *Definitiuæ ſubſtantialia corrigi non poſſunt.*
2 *Ad ſententiam latam adiungi poſſunt, ſententiam comitantia.*
3 *Iudex obſcura ſuæ ſententiæ interpretari poteſt.*
4 *Iudex ſententias omnes corrigere poteſt, præter definitiuam.*

DIximus Iudicis officium in Proceſſu eſſe ex-
1 tinctum, ſimul atque definitiua per ipſum
prolata fuerit, adeo vt poſt eius prolationem, nihil
(de excutione non loquor) ipſi faciendum reſtet, vt
quicquam ex ea aut mutet, aut addat, aut minuat,
aut corrigat, quod ipſius ſubſtantiam concernat,
ſed tantum, quod ad artificium Grammaticum, aut
ad politiorem dictionis vſum ſpectare creditur, in
locum ſcilicet vocabuli barbari, ſuſtinendo voca-
bulum aliquod terſius ac latinius, vti & ſupra mon-
ſtrauimus, *cap. 210. l. Iudex, ff. de re iudica, cap. In
literis, &c. Veneralili, extra, de offic. & poteſt. iudi.
dele & cap. Si compromiſſarius, §. Si vero de elect.
lib. 6.*

Poterit tamen Iudex eodem pronunciatæ ſen-
2 tentiæ die, & priuſquam ſententiæ latæ copiam
tradiderit, ſupplere, atque adiungere quæ ad ſen-
tentiæ ſubſtantiam accidentalia, congrua, & ac-
ceſſoria eſſe putabit, qualia ſunt de fructibus leuã-
dis aut leuatis, poſt litiſconteſtationem, de expen-
ſis Proceſſum, & de ſimilibus.

Poterit quoque Iudex ſententiam ſuam, ſi quid 3
dubij, vel obſcuri contineat, elucidare, clariorem
reddere, ipſamque apertius interpretari, ſed hoc
cum cognitione cauſarum, & Parte ad hoc vocata
vti decebit.

Dixi Iudicem definitiuæ tantum ſententiæ ſub- 4
ſtantiam corrigere non poſſe, quia in omnibus ſen-
tentiis (excepta ſola diffinitiua) Iudex ordinarius
dictum ſuum atque ſeipſum mutare, vel corrigere
poterit, *leg. Quod iuſſit, ff. de re iudic. & cap.
cum ceſſante, extra, de appellat*, ſicuti, & ſu-
pra diximus.

CAPVT CCXXI.

De cauſa ſententiæ inſerenda.

SVMMAE.

1 *In Ciuilibus, non debet neceſſariò ſententia eſſe cauſata.*

2 *In Ciuilibus cauſam, ſententiæ inſerere non eſt prudentia.*

3 *In Ciuilibus,* { *Sententia interlocutoria,* / *Licentia Curiæ,* / *Expenſarum petitiones.* } *requirunt ſententiam eſſe cauſatam.*

4 *In Criminalibus, cauſa delicti Sententiæ neceſſariò inſeritur.*

1 ÆQuum videtur, vt ſententiis inſerantur cauſæ, ob quas Iudex ita pronunciet, verùm istud in Criminalibus duntaxat locum habeat oportet. In Ciuilibus enim non eſt neceſſe, vt Iudex ſententiam pronunciando, ſimul pronunciet & cauſam, cur ita iudicet, quanquam tamen id fieri poſſit ex conſideratione Perſonarum, & qualitatum cauſæ, ſed ſufficit quod Iudex ſolum dānet, abſoluat, confirmet aut infirmet.

2 Neque etiam vtile videtur, aut eſſe prudentis Iudicis cauſas, in ſententiis exprimere, ſed potius ſtolidi, aut temerarij Iudicis eſſe in Iure cauſam in ſententiis explicare, quòd hoc plus incommodare, quàm commodare poterit.

Et quanquam dixerim in Ciuilibus non eſſe neceſſe, vt cauſæ explicentur, ſunt tamen nihilominus cauſæ Ciuiles, in quibus cauſarum expreſsio in ſententiis omnino requiritur, quales ſunt ſentētiæ interlocutoriæ per modum Appellationis, licentia Curiæ, & expenſarum petitiones, & complures ſimiles. 3

In Criminalibus autem cauſis (vti iam diximus) ſemper requiritur, vt cauſæ in definitiuis ſententiis exprimantur. 4

CAPVT CCXXII.

De Condemnatione in Expenſas.

SVMMAE.

1 *In Expenſis condemnatur aliquando* { *Victus, ſæpiſſimè.* / *Victor, rarò.* / *Vterque, ſæpè.* }

2 *Expenſæ compenſantur in Proceſſibus,* { *Patris contra Filium, Fratris contra Fratrem, aut Sororem, &c.*

3 *In quibus victi cauſa, non apparet multò inferior cauſa victoris,* { *Quando cauſæ vtrimque dubij ſunt Iuris.* / *Quando victus cauſam ſuam diligenter conſultauit.* / *Quando Pars Parti iuramentum obtulit.* / *Quando expenſæ à Parte petitæ non iudicantur.* } }

4 *Semiprobatio ab expenſis non liberat.*

5 *In ſententia interlocutoria, Expenſæ aut* { *Adiudicantur, aut* / *Omnes vſque ad definitiuam reſeruantur.* }

6 *Vbi Expenſæ non iudicantur, ibi victus eas ferre intelligitur.*

7 *Procurator generalis non condemnatur in Expenſas.*

1 POſt definitiuam ſemper concomitari ſolet condemnatio in Expenſas, quæ variè fieri ſolet. Aliquando enim ſolus victus, aliquando ſolus victor, aliquando vtraque Pars coniunctim in expēſis damnatur. Sed hæc omnia, ſcilicet condemnatio, compenſatio ac reſeruatio Expenſarum, in prudentia atque in obſeruatione, vel arbitrio Iudicis plerunque conſiſtunt. Sæpiſſimè tamen Pars victa, ſimul cum principali condemnatur in Expenſas, *l. Properandum, § Siue autem alterutra, C. de iudic. & l. Cum quem temere. ff. eod. tit. & c. Calumniā, extra, de pœnis, & c. Finem litibus, extra, de dol. & contum.*

Expenſæ autem compenſantur (id eſt vtriq; Partium adiudicantur) quando Proceſſus peraguntur 2 inter

inter Patrem & Filium, inter duos Fratres, inter Fratrem & Sororem, aut inter ſimiles cognatione,
3 vel affinitate coniunctos, † aut quando Pars ſuccumbens videtur habuiſſe ſatis dignam, aut iuſtam ſuſtinendæ Litis cauſam, quod multis ex cauſis vel occaſionibus accidere poterit. Primò quando materia in apice iuris, aut in ſtylo conſuetudinario, tam eſt ardua & difficilis, vt Doctores iuris, & Practici in ea multum inter ſe luctentur, & diſſideant.

4 Item, quando cauſæ ante inſtitutionem Litis accurate cum Practicis & variis Doctis conſultata fuit & de iis conſultationibus vtrimque factis Iudici certo conſtat. Tertio, quando in probationis ſupplementum, altera Partium, alteri Iuramentum obtulit. Quarto, quando expenſæ, à Parte expetuntur, & Iudex ſuper iis nullum Ius dicit, tacitè intelligitur (ſecundum multorum opinionē) Expenſas compenſandas fore. Sunt tamen alij qui autument, quoties Iudex ſuper expetitis expenſis non iudicat, quod tunc ipſe Iudex ſeſe perſoluēdarum expenſarum periculo exponat, In his enim & in multis aliis caſibus, expenſæ iuxta prudentiam Iudicis erunt compenſandæ.

Semiprobatio verò ab Expenſis non excuſat, quominus in eas is ſemiprobans, condēnari poſſit. 5

In ſententia interlocutoria, Expenſæ aliquando alteri partium adiudicantur, aliquando vero omnes expenſæ vſque ad definitiuam reſeruantur. In multis Prætoriis, nunquam condemnatur in Expenſas, ſed ibi intelligitur, eum ſemper expenſas perdere, qui perdit & principale. 6

Procuratur autem generalis in Flandria, hoc eſt, qui Fiſci nomine agit, Parti nec dat, nec ab ea expenſas accipit: ideoque nec vnquam in expenſas condemnatur, niſi euidenter appareret, ipſum ex dolo malo, & ex calumnia egiſſe, quo caſu etiam in Expenſas condemnandus eſſet. 7

CAPVT CCXXIII.

De Adiudicandis, vel Abiudicandis fructibus.

SVMMAE.

1 *Fructus qui ceciderunt, aut {Ante Proceſſum / Ante Litiſconteſtationem} non iudicantur.*
2 *Fructus percepti, aut qui percipi potuerunt poſt Litiſconteſtat. à Iudice iudicari poſſunt.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei ad perceptorum fructuum reſtitutionem damnari non poteſt.*
4 *Poſſeſſor bonæ fidei, in materia vendicationis, non reſtituit fructus ante Litiſconteſtationem perceptos.*
5 *Fructus non reſtituuntur, qui fuerunt ante interdictionem, vel complentam.*
6 *Poſſeſſor violentus damnatur ad reſtitutionem omnium fructuum.*

QVæ ad variam fructuum conſiderationem pertinent, ea abundè ſuprà expreſſimus, cap. 104. Hic paucula accipe, quæ ad eorundem adiudicationem, vel abiudicationem concernunt.

1 De nullis igitur fructibus, qui ante Proceſſum intentatum, aut ante Litiſconteſtationem ceciderunt, Iudex quicquam iudicare poterit, niſi per apertam commonſtrationem, ac petitionem iidem peterentur.

2 Verùm de fructibus, qui ceciderunt, aut percepti fuerunt, aut percipi potuerunt poſt Litiſconteſtationem, & durante toto Proceſſu, Iudex optimè ex ſuo officio iudicare, & ſupplere poterit.

3 Poſſeſſor bonæ fidei omnes fructus ſuos facit. Vulgari ac notabili, § *Si quis à non Domino, inſtitut. de rer. diuiſ.* dummodo eos in domum aut horreum connexerit. *aureo & quotidiano*, § Is vero, *inſti. eod. tit. de rer. diuiſ.* Ideoque illi ipſi adiudicandi erunt, vti ſupra, *cap.* 104. latiſſime patuit.

Poſſeſſor item bonæ fidei in materia rei vendicationis, non debet condemnari ad reſtitutionem fructuum, qui fuerunt ante Litiſconteſtationem: 4
Verum condemnandus eſt ad reſtitutionem omnium fructuum, qui poſt Litiſconteſtationem euenerunt. Litem enim conteſtando, fit Poſſeſſor malæ fidei.

In materia interdictionis aut complentæ, omnes percepti fructus reſtitui debent, tantum à die interdictionis aut complentæ executæ, niſi palam conſtiterit, metum aut vim aliquam fuiſſe prius fructuum cauſa illatā. Hoc enim caſu, omnes fructus per poſſeſſorem reſtituendi forent, ab illatæ violentiæ tempore. 5

Poſſeſſor violentus condemnari debet ad reſtitutionem omnium fructuum etiam receptorum quam exantium, & eorū quos percipere potuiſſet. 6

CA-

CAPVT CCXXIV.

De condemnando in Damnum, ac Intereſſe.

SVMMAE.

1 *Intereſſe, vel ex Lucro conſueto perdito,*
2 *Damno paſſo, adiudicatur Parti.*
3 *Non facto, quod certo tempore fieri debuit, adiudicatur.*
4 *Intereſſe non iudicatur ex non dato, quod certo tempore dari debuit, niſi, &c.*
5 *Intereſſe quanti plurimi iudicatur, quando requirebatur traditio in Pondere. Menſura. Numero.*
6 *Intereſſe quanti plurimi, quid ſit.*

1 IVdex condemnat aliquando Partem ſuccumbentem, non tantum in principali, aut in expenſas, ſed etiam in damnum, & intereſſe alterius Partis, hoc eſt, vt exoluat omnem lucri iacturam, quod lucrum altera Pars ex conſuetudine feciſſet, niſi per talem Proceſſum id ipſi remoratum, ac præpeditum fuiſſet, quodque lucrum conficere conſueuit, cuius iactura dicitur Intereſſe vel damnum ex lucro ceſſante.

2 Iudex quoque adiudicat intereſſe illi, qui tale damnum, ac intereſſe per impedimentum, aut per negligentiam & per longam productionem Partis paſſus fuit, aut quod Pars Parti, per calumnioſam talem productionem, aut per iniectum obſtaculum intulit. Id intereſſe dico oriri ex damno emergente, & illato.

3 Intereſſe verò quod præceſſit, & dixi eſſe ex lucro ceſſante. Item, intereſſe plerunque iudicatur contra eum, qui ad quicquam præſtandum obligatus fuerat, & id debito tempore non effecit.

4 Verùm non iudicatur intereſſe contra eum, qui ad aliquid dandum obligatus fuiſſet, idque ſuo tempore non dediſſet, niſi fortaſſis in contractibus negotiationum, in quibus neceſſaria eſt traditio.

5 In rebus autem, aut cauſis, in quibus requiritur traditio in pondere, numero, & menſura, in iis Iudex ex officio condemnat pro intereſſe, quanti plurimi, ex eo tempore quo in defectu non traditionis eſſe cœpit.

6 Quanti plurimi, eſt illud precium ſummum, quo à traditionis defectu diuendita fuerunt frumenta, vel diuendi potuiſſent in cariſſimo tẽpore. De dãno autem & intereſſe latiùs dictum eſt, *ſup. c.* 105.

CAPVT CCXXV.

In quam pœnam condemnentur malam ſuſtinentes cauſam.

SVMMAE.

1 *Malitia quorundam ad Proceſſus anhelantium taxatur.*
2 *Pertinacia quorundam ad iuſtitiæ obedientiam.*
3 *Qui ſciens malam cauſam ſuſtinet, infamia pub. notandus eſt.*
4 *Filius Patrem in Iudicium pertrahens, damnatur 50. aureis. aut, Acribus virgis.*
5 *Malam cauſam ſuſtinens, aliquando punitur duplo.*
6 *Apud bona alterius negantem perquirere eadem licet.*
7 *Sententia per ſe nulla Iudice appellationis confirmari nequit.*
8 *Sententia ſuper ſententiam eſt nulla.*

Tanta

Digitized by Google

1 TAnta eſt aliquando hominum militia, vt in quiete viuere nequeant, ſed tum ſibi, tum aliis negotium faceſſere cantent, & contra bonum & æquum ſubinde proximo calumniari gaudeant; mouentes ipſis indignas Lites, quas cum æquitate tamen firmare non poſſunt, quibus ſat eſt, quod qualemcunque infeſtandi alios materiam, ac inanem conquerendi de aliis titulum ſe nactos eſſe putent, quo ſpecie quadam apparente, proceſſum indignum inſtituant, & quantumuis malam cauſam ſuſtineant.

2 Sunt alij nihilo meliores, ſed ingenio pertinaciſſimo præditi, qui quum ex æquitate cauſæ in Iudicium vocantur, & ad dignam reſtitutionem faciendam conquæruntur, tamen neſcio quas tricas, ac diuerticula captant, quibus Iuſtitiæ fucum obtrudant, & proximo calumniam ſtruant, & à Iuſtitiæ æquitate longius, diutiuſque verum poſſeſſorem protrahant. Huiuſmodi malitioſi homines profectò digni ſunt in quos iuris rigor animaduertat, & ſeuerius ob calumniandi pruriginem peſſimam, ipſos puniat.

3 Quocirca Iura digniſſime ſanciunt, vt hi qui volentes, ac ſcientes, malam cauſa in iudicio ſuſtinent, per ſententiam declarentur infames, non ſecus quam qui in cauſis furti, falſitatis, aut iniuriarium conuincuntur.

Filius autem, qui ſine permiſſione Iudicis, Patrem in iudicium pertrahit, & ad litem forenſem euocat, ſecundum Iura condemnandus eſt quinquaginta aureis, & ſi is tantam ſummam ſoluendo non fuerit, Virgis acriter cædendus venit, iuxta illud vulgare. Qui non habet in ære, luat in corpore *leg. Prima, §. Generaliter, ff. de pœnis, & l. Finali, ff. de in ius vocan & l. Quicunque, §. Quod ſi Cod. de ſeru. fugit.* 4

Sunt multæ cauſæ, in quibus Actor, ſiue conqueſtor iniquus, temerarius, & futilis, ac malam cauſam ſuſtinens, puniendus ſit pœna dupli, quas huc breuitatis cauſa omittimus. 5

Quando aliquis inficiatur ſe quicquam habere apud ſe, aut ſuæ fidei commiſſum eſſe, aliuſque eſſet, qui id non credens, perquiſitione iuridica experiri vellet, hic ad eam perquiſitionem faciẽdam permittendus eſſet. Sententia quæ ex ſe eſt nulla, ea per Iudicem appellationis confirmari non poteſt. 6

Quod enim aut nullum, aut nihil eſt, id nec cõfirmandum, nec infirmandum venit, *leg. Nam & ſi ſub conditione, in princip ff. de inuſto rup. teſta. cum vulgaribus.* 7

Sententia enim ſuper ſententiam, in re eadem, & ob cauſam eandem, eſt nulla. 8

CAPVT CCXXVI.

De Sententiis annulandis, aut retractandis.

SVMMAE.

1 *Sententia iuſta, ſeruanda, & non retractanda.*

2 *Sententia retractandæ cauſa.*

3 *Sententia retractatur, aut per*
- *Reformationem.*
- *Appellationem.*
- *Reſtitutionem.*
- *Supplicationem.*
- *Petitionem ſimplicem.*
- *Propoſitionem errorum.*
- *Reuiſionem.*

1 SEntentiæ veræ, iuſtæ, & dignæ ſuum vigorem, & effectum ſortiantur oportet, neque temerè ſunt infringendæ, aut aliqua ratione retractandæ, ſed in ſua dignitate mordicus aſſerendæ, adeò vt ciuiliter plectendus veniat, quiſquis aut ob malitioſam pertinaciam, aut ob inconſultam temeritatem, quicquam cauillationis, aut reformationis, contra æquam ſententiam tentare præſumpſerit.

2 Verum quia non raro vſuuenit, vt partium cauſæ verſentur ſic in Iure dubio, vt vnius cauſa, non ſit alterius cauſa multo ſuperior, & vt tunc Iudex, ex propriò motu, atque arbitrio multa egiſſe ab altera Parte putetur, hæc Pars quæ ſuccumbit, cauſæ ſuæ integritati fidens, & Iudici non ſatis confidens, ab eodem Iudice ad alium Iudicem appellare ſatagit, quem prudentiorem confidit, quemque ſuæ cauſæ fauorabiliorem & æquiorem fore ſperabit, quæ Appellatio iuridica eſt licita, tum vt Pars appellans de Iure ſuo fiat ſecurior, & iudex interim

etiam

Digitized by Google

etiam excitetur, ad diligentius de cauſa cognoſcē-dum, & ad æquius iudicandum, vel admoneatur, vel reſtringatur. Quocirca ſi contingeret, Iudicem in iudicando errare, ita vt ipſius ſententia fuerit aut iniqua, aut malitioſa, aut contra bonum & æquū malè pronunciata, & erronicè (vt ita dicam) abuſa, tunc eadem ſententia erronea retractari poterit ſeptem modis, ſcilicet, per † Reformationem, per
Appellationem, per Reſtitutionem, per Supplica- 3
tionem, per ſimplicem Petitionē, per Propoſitionem, commiſſorum errorum, & per Reuiſionem, vel Recognitionem, de quibus ſpeciatim in præcedentibus capitibus pro qualitate materię diximus, & in ſubiectis quoque capitulatim dicturi ſumus.

CAPVT CCXXVII.

De modo retractandi Sententiam.

SVMMAE.

1 *Differentia inter Appellationem, & Reformationem.*
2 *Reformationis vſus peculiaris fuit Flandria.*
3 *Reformatio inſtitui debet intra annum, & diem.*
4 *Reformatio à quatuor membris Flandriæ non ſuſpendit ſententiam latam.*
5 *Reformatio in Flandria ſe extendit ad* { *Sententias latas.* *Recuſationem Iuris.* *Arreſtationes.* *Captiuationes, &c.* }
5 *Reformantur in Parlamento Mechlinienſi ſolum ſententia.*
7 *Malè appellans 60. libris Par plectitur.*
8 *Malè reformans, quando nulla mulcta plectendus.*
9 *Philippi D. Burg. edictis tam reformans, quam Appellans mulctabatur.*
10 *Reformationis pœna cōceſſa* { *Gandenſibus.*
11 *Brugenſibus.*
12 *Aliis ciuitatibus.* }

1 NOtanda eſt hic primò differentia inter Reformationem, & Appellationem, quæ iſthæc eſſe ſolet, quod in reformationibus ſententiarum nulla luebatur mulcta, pro mala reformatione intentata. In Appellationibus verò, Pars victa ſimul cum principali amiſſo & expenſis, damnabatur in mulctam pecuniariā 60. librar. de qua mox infra, & in capite, 228.

2 Reformatio itaque ſtylus eſt iuſtitiæ, quo præcipue vtimur in noſtra Flandria, & vix alibi, adeò vt ſi vſpiam locorum alibi ea recepta, ac vſitata comperiatur, ea ex praxi Flandrica profluxiſſe credenda ſit. Eſt autem Reformatio actus Iudicalis, quo Pars à ſuperiori Iudice ſententiam contra ſe latam reformari cupit, & retractari.

De ſententia itaque in Magiſtratibus, aut in Cu-
3 riis Feudalibus lata Pars ſuccumbens, & grauatam ſe credens, ad reformationem prouocare poterit, idque ad Concilium Prouinciale intra annum, & diem, conſtituendo cautionem trecentarum librarum Pariſ. iuxta vſitatum ſtylum Flādriæ, qui quidem reformationis ſtylus inſtitutus fuit Inſulis, in Curia Conſiliaria, à Philippo Audace, anno 1385. idque in maiorem fauorem Iuſtitiæ, Iurium, Conſuetudinum, & Priuilegiorum, quæ obſeruari ſolebant in omnibus Magiſtratibus, Prętoriis, ac curiis feudalibus Flandriæ.

Reformatio autem non ſuſpendit executionem 4
ſententiæ latæ, in quatuor membris Flandriæ, quia illa habent paratam executionem, adeo vt qui ab illis appellare aut reformare volet, is ſtatim, non obſtante Appellatione vel Reformatione, conſignare tenebitur. Quod non ſeruatur in ſententiis ſubalternorum magiſtratuum, ab his enim appellans aut reformans, non tenetur conſignare, ſed duntaxat cautionem conſtituere, quatenus eæ ſententiæ ſint reparabiles in ſuis diffinitiuis.

Illius Reformationis in Flandria vſus latiſſimè 5
ſeſe diffundit, adeo vt non ſolum extendatur ad pronunciatas ſententias, ſed etiam ad quamuis iuris dicendi recuſationem, ad arreſtationes, ad captiuationes, & ad omnes cauſas, in quibus Officiarij ac Inſtitiarij aliquid damni, grauaminis, aut præiudicij Partibus inferre videntur.

Verum iſthæc generaliter in magno Concilio 6
Mechlinenſi, ad vnam cauſam tantum reſtringitur, vtpote in quo reformatio tantum recipitur de ſententiis latis, & non de rebus aliis.

Quando Pars appellat à ſententia lata per ali- 7
quem Magiſtratum, atque eam appellationem in

Camera

Digitized by Google

Camera releuat & figit, is tunc ſe cōſtituit in periculo leuendæ mulctæ 60.librar. Par. ſi eam appellationem ipſum perdere contingeret.

Verum ſi hanc appellationem per Principem,aut
8 Principis magnum Concilium permiſſum cognoſcere curet ſub titulo reformationis (quod ſecundū ſtylum ſcriptum ipſi licitum eſt) tunc tutus eſt, & liber à iam dictæ luendæ pænę periculo Hoc enim caſu non appellans, ſed reformans cenſebitur, de qua differentia iam ante diximus.

9 Dux Burgundiæ Philippus filius Ioannis, anno 1426 per nouam conſtitutionem ſanxit, vt non minus Reformantes, quam Appellantes dictā pœnam 60.libra. Par. luerent, quoties malè Reformationem inſtituiſſent. Verum hæc conſtitutio non fuit ſic obſeruata.

10 Veruntamen in pace Caſandica, & in iucundo introitu Philippi Regis Hiſpaniæ, Gandenſes impetrarunt ab hoc Principe, vt quicunque à ſuis ſententiis Reformationem male tentarent, pœna plecterentur 60.lib. Par. non ſecus quàm malè Appellantes.

Quin& idem imitati ſunt Brugenſes, qui mox ab 11
eodem Principe, etiam hoc priuilegium impetrarunt, quod ipſorum ſententiæ ad Reformationem prouocari non poſſent, niſi ſub periculo perdendarum 60.librarum Par. ſi male reformationem inſtituiſſent.

Atque hoc luendæ pœnæ priuilegium, poſteà 12
plures Ciuitates Flandriæ conſecutæ ſunt, adeò vt nunc paſſim indiſcriminatim in hanc pœnam incidant, tam Reformantes quam appellantes, ſcilicet, vt Magiſtratibus debitus conſtaret honos, & pertinacibus temeraria coërceretur vel eriperetur Reformationis tentandæ licentia.

CAPVT CCXXVIII.

De Iudicando ſub periculo Emendæ.

SVMMAE.

1 *Magiſtratus inferior, & Curia feudalis male iudicans, luit pœnam 00.librarum.*
2 *Vſus pœnæ ob male iudicata, proceſſit ex Francia.*
3 *Magiſtratus ſub corona Franciæ malè iudicantes. nullam pœnam luunt.*
4 *Curiæ Spirituales, & quæ ſubſunt imperio, nullas pœnas luunt.*
5 *Parlamentum Pariſ. mulctauit olim Concilium Flandriæ 60.libris.*
6 *Pœnam non luunt malè iudicantes* { *Brabanti, Hollandi. Zelandi, Hannonij,* } *Qui ſunt ſub imperio.*
7 *Pœnam luunt male iudicantes* { *Aloſtenſes, Teneramundani, Quatuor ambacti,* } *Qui fuerunt ſub Francia.*

1 OMnes Magiſtratus in Flandria inferiores, aut ſubalterni: Item & viri feudales iudicant, ſub periculo luendæ ab ipſis pœnę 60.lib. Par. ſi quando malè iudicant, ſic vt ipſorum pronunciatæ ſententiæ, à Concilio Flandriæ reuiſæ, corrigantur, & reformentur. Verum ſi pertinacia Partem denuo à Gandenſi Concilio protrudat, ad Reformationem impetrandam à Parlamento Mechlinienſi, ibique rurſum ſuccumbat Pars altera, tunc in eo Parlamento ibi victus, & ſuccumbens, punitur duplo, ſcilicet, mulcta 120.lib. Par.

2 Atque hic vſus pœnæ luendæ, ſiue Emendæ ex Francia proceſſit, quod ex eo patet, quod omnes Magiſtratus Regionum, & quorumcunque locorū, quæ aliquando fuerunt ſub Corona Franciæ, quales ſunt Flandria, Arteſia, Imò omnes Iuriſdictiones, quæ hodie Regales eſſe deſiderunt, etiamnum iudicant ſub hac pœna 60.lib. Pariſi. quoties ipſorum ſententiæ per Appellationem, aut reformationem corriguntur.

Nam in locis, quæ Iure ſcripto ſub Corona ad- 3
miniſtrantur, veluti in Burgundia, & in aliis locis compluribus, huiuſmodi emenda 60. libr. locum non habet, quādo in eis Magiſtratuū ſententiæ malè latæ reformantur, & propter errorem corriguntur.

Pœnam quoque dictam non luunt Curiæ Spi- 4
rituales, neque ea loca, quæ iure ſcripto reguntur, aut quæ imperio ſubeſſe conſueuerunt, vt mox infra patebit.

Quin

Digitized by Google

5 Quin & Franci ob hanc cauſam autumant, ipſam quoque Cameram Flandriæ obnoxiam eſſe debere, ad iudicandum ſub dictæ emendæ periculo, poſtquam deſinerent eſſe Iudices Regales, adeò vt hanc ob cauſam Parlamentum Pariſienſe non rarò dictæ Cameræ Conſiliarios in pœnam 60. libr. Pariſ. mulctauerit, quando ſcilicet, ipſorum ſententia, per dictum Parlamentum reformata fuit. Verùm quamuis hæc pœna ab ipſis ſic iudicata fuerat, non fuit tamen vnquam executa, niſi intra pauculos annos præteritos, quibus reſortum ad Parlamentum adhuc durauit. Neque etiam huic ſententiæ à Flandris obeditum fuit, ſed ipſi multis annis reclamatum, & reluctatum, ob id, quod nec in eadem Camera Rationaria, nec alibi compertũ fuerat, eam pœnæ executionem in vſu fuiſſe, aut vnquam ſolutam fuiſſe ante tempora Regis Ludouici XII. qui talem pœnam, & pœnæ executionem inſtituit, & confirmauit.

In Brabantia, Hollandia, Zelandia, Hannonia, & in aliis locis Imperialibus extra Flandriam, Magiſtratus non ſunt ſubiecti huiuſmodi pœnis. 6

Dico extra Flandriam, quia in Comitatu Aloſtenſi, in ditionibus Teneremondæ, & quatuor Ambactorum, & in aliis locis Imperialibus in Flãdria, introductum eſt, vt Magiſtratus horum locorum, in dicta pœna conformes fiant Magiſtratibus reliquarum Ciuitatum Flandriæ, quæ ſub Corona Franciæ eſſe ſolebant, nempè in hoc, vt & hi dictæ pœnæ luendæ ſubſint, ſi quando perperam iudicēt, & ipſorum ſententiæ per Concilium Flandriæ reformentur, vt reliqui. 7

CAPVT CCXXIX.

Retractatio Sententiarum, per Appellationem & Prouocationem.

SVMMAE.

1 *Appellare licet cuiuis grauato, in cauſa propria, vel aſſumpta.*
2 *Appellatio & Prouocatio quomodo differant.*
3 *Appellatio in Iure conceſſa,* { *Ad coërcendam imperitiam Iudicis inferioris.* / *Ad patrocinandum ſimplicibus & innoxijs.* }
4 *Quibus appellare plerunque contingat.*
5 *Incarceratus quotidie appellare poteſt.*
6 *Appellare licet, etiam diebus Feſtis.*
7 *Appellant* { *Fideiuſſor,* *&* *Venditor, ad Garandiam damnatus.* }
8 *Procurator non appellans poſt Litiſconteſtationem, tenetur ad Intereſſe.*
9 *Procurator non appellans, quando excuſatur ab Intereſſe.*
10 *Appellatio cedens vni benè, benè cedit & conſortibus.*
11 *Tertius læſus ob ſententiam aliorum, appellare poterit.*

DIfferentiam Reformationis & Appellationis antè præmiſimus, ſic tamen vt inter ſe multum conueniant, & altera pro altera nunc ſæpe vſurpetur. Vnde quæ de Reformatione præcedenti capite diximus, notionem magnam præbent ad Appellationis intelligentiam.

1 Quicunque igitur ſe oppreſſum, ſeu iniuſtè grauatum, læſum aut ſibi incommodatum eſſe per ſententiam alicuius Iudicis, aut Commiſſarij, aut Executoris putabit, is ab eadem ſententia appellare poterit, dummodo ea res ipſum concernat, aut id in mandatis habeat, aut ſi eius ſententiæ cauſa, damnum, aut Intereſſe conſequatur, vel ipſe, vel ſuus clientulus, aut ſi appellatio ipſi non ſit inhibita, *cap. Omnis oppreſſus, & cap. Ideo 2. qu. 6 & cap. Vt debitus, ext. de appellat. & cap. Non ſolent; 2. qu. 6. & cap Cum inter, extra de elect. & cap. Cum ſuper ext de ſentent. & re iudic. & l. à ſententia ff. de appellat.* quam legem Scribentes reputant ſingularem potiſſimum ad hoc:

Quod quilibet poteſt appellare à ſententia, etiã ſi non ſit lata contra ſe, dummodo eius interſit. Eſt nihilominus & hæc differentia inter Appellationem & Prouocationem, quod illa fiat in Iudicio, iſthæc verò extra iudicium. Verùm Praxis hanc differentiam confundit, ſic vt hodie indifferenter, vel in Iudicio, vel extra Iudicium pro arbitratu vſurpentur. Appellatio itaque eſt modus defenſionis, in Iure naturali fundatus, & conſtitutus. 2

Eſt enim Appellatio à Iure Ciuili introducta, & duas ob cauſas vſurpata, vt ſcilicet, per eam ſubalternorum Magiſtratuum inſcitia, imperitia, aut malitia 3

Digitized by Google

malitia corrigatur (tametſi aliquando contingat, vt non ſtatim melius iudicet, qui poſterius iudicat) deinde ad opem, & ſubſidium præſtandum inſontibus, & innoxiis.

4 Omnes appellare poſſunt, qui ob ſententiam latam, aliquod damnum & intereſſe in propria cauſa conſequuntur, vel qui cauſas alienas curandas aſſumpſerunt.

5 Hinc fit, quod Incarcerato appellare quotidie liceat, quod ipſius damnum & intereſſe quotidie continuetur.

6 Hoc quoque de Appellatione notandũ eſt, quod ipſam non impediat dies feſtus, ſed ea fieri poteſt quibuſcunque diebus Feſtis. Hoſt. But. & Imol. in *c. Præterea. extra de dilat.* & *l.* 1. & ibi Bal. & Doct. C. *defer*. Fideiuſſor appellare poteſt pro eo, pro quo interuenit, hoc eſt, pro quo fideiubendo ſeſe deuinxit, nam ea res ipſius proprie refert.

7 Sic & Venditor, & venditoris Fideiuſſor appellare poterit de damno, ſuo Mercatori illato, quando garandizare vel aſſecurare tenetur.

8 Procurator qui in cauſa aſſumpta, Litem conteſtatus eſt, audiens quicquam iudicari cum damno, aut periculo ſui clientis, tenetur ab eo Iudicio appellare, verum ob id non tenetur eandem Appellationem proſequi.

9 Quod ſi negligenter ab eo Iudicio appellare diſtulerit, reus fit exoluendi intereſſe, quod ob non Appellationem emerſerit, quia poſt Litiſconteſtationem, factus eſt Dominus, & Magiſter cauſæ. Niſi fortaſſis ob certas & euidentes cauſas, ſic appellare noluerit, quas prius ſuo clienti ſignificare deberet.

10 Quando ex multis conſortibus, vnus duntaxat appelat, tacentibus ac diſſimulantibus reliquis, tunc ſi is vnus appellans Litem vicerit, ea victoria quoque profuerit reliquis non appellantibus, dummodo ipſorum quoque cauſæ & iura ſint ſimilia, ſic vt ex eadem quoque victoria dependant.

11 Tertius quiſpiam, qui per ſententiam, aut per prouiſionem conceſſam aliis Partibus, ſe grauatũ eſſe conqueritur, is pro ſuo intereſſe appellare poterit, etiam ſi dicta prouiſio in ſe contineret hanc clauſulam (non obſtante vlla appellatione.

CAPVT CCXXX.

Quibus Appellare non licet.

SVMMAE.

Appellare illi non licet.

1 *Qui ob propriam confeſſionem damnatus fuit.*
2 *Qui cum plena contumacia damnatus fuit.*
3 *Qui ob officij abuſum damnatus fuit.*
4 *Qui ſententiam emologauit.*
5 *Qui petijt implendæ ſententiæ terminum.*
6 *Qui vltra decem dies Appellationem diſtulit.*
7 *Qui ſe non appellaturum deuinxit, vel apellationi ceſſit.*
8 *Qui ternis de ſ..itsui: damnatus fuit.*
9 *Qui iudicatam exhibitionem non impleuit.*
10 *Qui cauſam conſcientiæ Iudicis commendauit.*

1 QVi ob propriam Confeſſionem damnatus fuit, is appellare non poteſt, niſi facto probare vellet, ſe eam Confeſſionem per errorem & ignoranter feciſſe, *l. obſeruare* & ibi Bald. & eius ſequaces C. *Quorum appell. non recipiuntur*.

2 Appellare quoque non licet illi, qui cum plena contumacia conuictus, & damnatus fuit, *l. Ex conſenſu*, §. *Eum qui ff. de appella* cui concordat textus in *l. Et poſt edictum*, §, *Secundum eſt*, *ff. de iudiciis*, & *ibi Bartol.*

3 Neque appellare licet officiario, de correctionis pena ſibi propter exceſſum vel abuſum ſui officij irrogata, niſi ea correctio æquum modum excederet, *l. ab executione*, C. *quor ũ appellat. non recipiuntur* & *cap. nouit. ext. de appellat.*

4 Qui ſui condemnationem emologando approbauit, & obſequendo eam impleuit, vel ſaltem adimplere cepit, is ab eadem ſententia appellare non poteſt, niſi de ea emologatione per Principem releuarſſet.

5 Neque item appellare poteſt, qui poſt condemnationem, vel ordinationem, à Iudice petiit tempus procedendi. Sententiam complendi, ſoluendi, aut ſimilia peragendi, *cap. gratum, extra, de offic. deleg.* & *l. Ad ſolutionem*, C. *de re iudic.* Appellare quoque non licet illi, qui vltra decem dies de condemnatione, ſiue de ſententia lata appellare diſtulit, *c. Anteriorum.* 2. q. 6. & c.

Quod ad conſultationem, *extra de re iudic.*

6 Sic nec appellare poteſt, qui ſeſe de non appel-
7 lando deuinxit, aut omni appellationi renunciauit.

8 Qui ternis definitiuis condemnatus fuit, idq; in diuerſis Prætoriis, is à tertia definitiua appellare nō poterit, *c. Directè, extra, de appell. l. Vnic. C. ne liceat in vna eademque tertio probo.*

9 Quiſquis condemnatus fuit ad rem aliquam exhibendam, is ab ea ſententia appellare non poterit, dummodo rei exhibitio in ipſius facultate ſita fuerit.

Sic nec appellare poteſt is, qui cauſæ deciſionem conſtituit in conſcientia, & arbitrio Iudicis potiſſimum, ſi is iuret, ſe ſecundum dictamen propriæ Conſcientiæ, eam protuliſſe ſententiam. 10

CAPVT CCXXXI.

A quibus Appellari liceat.

SVMMAE.

1 *In Flandria, appellatur à* { *Magiſtratibus.* / *Officiariis.* / *Curiis Feudalibus.* }

2 *In Concilio Flandriæ,* { *Appellabatur olim ad Parlamentum Pariſienſe.* / *Appellatur nunc ad Parlamentum Mechlinienſe.* }

3 *Appellatur ab officiariis, vel* { *quando Officiarius ipſe eſt ſuſpectus.* / *quando Officiarius commiſſionem excedit.* / *quando Officiarius nimis iniurioſè procedit.* / *quando Officiarius debitas excepiones non admittit.* }

4 *Iudex appellationem renuens, plectendus fuit 30. lib. auri.*

1 IN Flandria (vti & aliàs diximus) appellatur à Prætoribus, à Satellitum atque ab omnium Officiariorum executionibus, aut explotis, & à ſententiis peculiarium Magiſtratuum, & poſtremò, à Curijs Feudalibus.

2 Appellabatur item olim à Concilio Flandriæ ad Parlamentum Pariſienſe, ad quod tunc illud reſortum multis annis ſpectauerat. Verum illud reſortum per Carolum Burgundionum Ducem. ann. 1473. ſublatum, & Mechliniam tranſlatum fuit, vti ſupra, cap. 5. monſtrauimus. Ideoque nunc à dict. Concilio Flandriæ appellatur Mechliniam.

3 Ab executore autem appellatur variè, aut quando ipſemet ſuſpectus habetur, aut quando malè procedit, aut commiſſionem ſuam excedit, aut quando æquo iniurioſius procedit, aut quando nō admittit pertinentes Exceptiones, quas executus ipſi Executori ad eam Executionem remorandam, aut impediendam exhibet, & proponit, *l. Ab executione. Cod. Quor. appellat. non recipi. & l. Executorem, Cod. de except. rei iudica. & cap. nouit, extra, de appell.* Veluti ſi oſtendat ipſi, mutuas tranſactiones inter Partes factas poſt Sententiam latam, aut ſimiles dignas exceptiones, eaſque Executor acceptare nollet, tunc executus à tali proteruo Executore, aut ab eius executione appellare poterit. Dixi non temere, quod ab Executore male procedente, &c. appellare liceat. Quia regulariter, & ex Iure, à bono alicuius ſententiæ Executore, & bene ſuo officio fungente, omnino appellare non licet, iuxta expreſſum textum in *leg. Ab Executore, in principio. ff. de appellat. & leg. Quoniam Iudices, Cod. eod. titul. de appellat, & d. l. Ab executione, Cod. Quor. appel. non recipi & d. cap Nouit. extr. de appellat.*

4 Omnes iudices (vt ita dicam) appellabiles, aut ad quos Pars appellare cupit, eam ad ſeſe delatam Appellationem reuerenter aſſumere debent, & acceptare, alioqui corrigendi & mulctandi forent pœna, iuxta Iura Ciuilia 30. libris auri, *leg. Quoniam Iudices, Cod. de Appellat.* Sed de hac mulcta, non ſæpe vſurpatum fuit.

CA-

CAPVT CCXXXII.

De Reſorto conſuetudinario.

SVMMAE.

1 *Reſortum aliud eſt* { *Naturale, quod cum tali ſeruitute datum eſt.*
Conſuetudinarium, quod tantum ex conſuetudine ortum eſt.
2 *Reſortum Flandriæ, ad Parlamentum Pariſienſe tantum fuit Conſuetudinarium.*
3 *Natura Feudi, ſeruitutis expreſſionem requirit.*
4 *Reſorti Flandrenſis origo quæ, & vnde profecta.*
5 *Quæ cauſæ ad ſuperioritatem Comit. Flandriæ ſpectent.*
6 *Reſortum Pariſienſe tranſlatum Mechliniam.*

1 IN Reſorto bina eſt conſideratio. Aliud enim reſortum naturale, quod ex natura Feudi, ac Ditionis, ad aliquam ſuperiorem Curiam reſpectum habet, & ad eam pertinere conuincitur, huiuſmodi Reſorta ſunt illarum Regionum, quæ legitimè conquiſitæ ſunt, & ſuam ſuperioritatem & ex natura vel inſtitutionis, vel conquiſitionis, ibi cognoſcunt & amplectuntur Aliud eſt Reſortum Conſuetudinarium, quod non ex ipſius Feudi natura, ſed tantum ex conſuetudine, originem ſuam traxiſſe traditur.

2 Huiuſmodi Reſortum olim noſtra Flandria habere ſolebat, quo ad Parienſe Parlamentum ſpectabat, & appellare conſueuerat. Hæc enim perpetua fuit controuerſia, qua Comes Flandriæ firmiter aſſeuerabat, Francorum Regem non plus habere reſorti in ſua Flandria, quam quantū ex conſuetudine obtinere potuit. Ideoque id reſortum ſemper conſuetudinarium appellatum fuit. Quamuis enim Comitatus Flandriæ Regi Francorum Feudalis, & ad fidem, vel veritatis fidelitatem ipſi præſtandam ſubiectus fuerat, ea tamen ſubiectio feudalis non extendebatur ad naturale Reſortum, & quaſi id Reſortum, ſecum ea feudalitas neceſſario contraheret, quum id in conſuetudine potius, quam in natura feudi conſiſtere diceret.

3 Natura enim feudi hoc requirit, vt vaſallo ſub hoc ſeruitutis titulo traderetur, quod in Flandriæ traditione, Comes factum non fuiſſe aſſerebat Si enim cum ea ſeruitute Comiti expreſsè fuiſſet tradita, nunquam fuiſſet de hoc Reſorto controuerſia Sed vt Comes Flandriæ autumauit, id Reſortum, quod Rex Franciæ multis annis à Flandris vſurpauit, non ex natura feudali, ſed tantum ex cōſuetudine obtinuit, quæ quidem Conſuetudines non niſi ex Appellationibus definitiuarum, aut interlocutoriarum (quæ definitiuam ſapiunt) ex ſuis propriis curiis profectarum, (quæ Coronæ ſubſunt) proceſſerunt.

4 Et hæc Conſuetudo naturam feudo non tribuit nec Comitis Maieſtatem, aut ſubſtantialem ſuperioritatem aut frangit, aut tollit.

Ideoque aſſerit ſuam ſupremam vel Souuerainicam dominationem, in Flandria huic Reſorto, ad Francicum Parlamētum non debere eſſe ſubiectū, ſed ab eo prorſus eſſe exemptum, ac liberum, præcipuè in cauſis ſubiectis, ſcilicet, in materiis Criminalibus criminaliter inſtitutis: Cauſis ſui dominatus, vel dominij: Cauſis petitionū ac ſubuentionum: Conſtitutionibus monetariis: decretis ac ſtatutis Politicis, qualia ſunt de Dykagijs, hoc eſt, de littorum aggerationibus ac refectionibus. Item, de fluminibus, aut de aquæductibus, de variis textrinis, aut textorijs, & de ſimilibus opificum, aut Mercatorum Priuilegiis. Item, in Priuilegiis à ſuis maioribus conceſſis Eccleſiis, Ciuitatibus, Iuriſdictionibus, exteris Mercatoribus, & ſimilibus, Item in ſuorum priuilegiorum, ac mādatorum interpretationibus. Præterea, in mulctationibus ac correctionibus ſuorum Domeſticorum, ac Principum, & ſubditorum rebellium, in remiſſionibus, abolitionibus, Exiliorum Reuocationibus, Indulgētiis, ac gratiis quas largitur, quibus, & quando voluerit. Item, in Interinementis, Saluaguardiis, Legitimationibus, Libertatibus, Nobilitatibus, Officiorum largitionibus, Beneficiorum collationibus, Amortiſationibus, Dilationibus, Releuamentis. Poſtremò in quibuſuis alijs gratiarum literis, quas in ſua Cancellaria expediri curauit, & conſueuit. Et in genere, Comes Flandriæ intelligit, ac tenet ad ſuam Maieſtatē, & ſupremā ſuperioritatē, vel Souuerainitatē, ſine reſorto in Flandria ſpectare omnes cauſas, quarū ſui maiores Comites Flandriæ à ſeptingentis annis, notitiā habere conſueuerunt, in ſuis Cameris legalibus Rationariis, aut Priuatis, ſeſeq; concomitantibus, de quibus in cap. huius libri. c. 5. & 6. † Et quāuis ex cōſuetudine multæ prædictarū 6
cauſarū, & fere reliquæ omnes olim ad Parla. Par. reformādæ ferebātur, id tā non ex natura (vt diximus) quā ex conſuetudine inualuit. Atque, adeò à multis huic conſuetudini reclamatū fuit, adeò vt per Car Burg ea reformationis ac reſortionis Cōſuetudo prorſus abrogaretur, & ius illud appellādi ad Parl. Mec. trāsferretur, vti ſupra oſtēdimus, c. 5.

CAPVT CCXXXIII.

A quibus Appellari non liceat.

SVMMAE.

Non appellatur à
1 *Supremo Iudice, ſ. Imper. Rege, Principe.*
2 *Parlamento Pariſienſi.*
3 *Parlamento Mechlinienſi.*
4 *Camera Legali, ac Rationaria.*
5 *Executore, bene exequente.*
6 *Arbitro.*
7 *Arbitratore, ſed inde recurritur.*

SIcuti ſunt perſonæ, à quibus appellare, & cauſæ, ob quas appellare non liceat, veluti patuit ante, *cap* 230. *& infrà cap.* 234. ita quoque ſunt Iudices, à quibus appellari non licet.

Primò enim appellare non licet à ſupremo Prin-
1 cipe, qui in ſua ditione nullum ſuperiorem agnoſcit, quales ſunt Papa, Imperator. Item ſinguli Reges & Principes ſupremi in ſuis, ſed hi ex vſu potius, quàm ex debito, quod omnes Reges Chriſtianos vni Imperatori Chriſtiano ſecundum rationem ſubeſſe conueniat, quantumuis hoc pauci agnoſcant, *l.* 1. *ff. quibus appella non licet.*

2 Non appellatur etiam à Parlamento Pariſienſi, huius enim Conſiliarij officium Præfecti Prætorij exercent, quodque Rex Franciæ in ſuo Regno nullum agnoſcat ſuperiorem. Verùm hoc quoque non ex natura, ſed ex vſu, & vi obtenta id retinet, ſicut reliqui Reges, qui ex natura Regnorum, vni Imperatori meritò parere deberent, vti iam diximus. Verùm huius diſputationis largam materiam vide apud Ioãnem Igneum in ſuo tractatu: An Rex Franciæ in Temporalibus recognoſcat, aut Pontificem, aut Imperatorem.

Appellari item non licet à magno Concilio
Mechlinienſi, quia in his tribus iudicatur per Arreſtum. 3

Item appellare non licet à Curia, ſiue à Prætorio legali, neque etiam à Camera rationaria, de 4
quibus *cap.* 5. *&* 6.

Neque item appellatur ab Executore, ſuam cõ- 5
miſſionem non excedente: nec iniurioſè, aut æquò rigoroſius procedente, vide *cap.* 231.

Ab arbitro quoque ſecundum Iura appellari nõ 6
licet. vti patuit, *cap.* 203. *l. Prima, Cod. de arbit. & c. Iudicibus,* 2. *q.* 6.

Item nec appellari licet ab Arbitratore. Verùm
ſi per huius arbitramentum Pars ſuccumbens 7
enormem læſionem conſecuta fuiſſet, vſque ad ſextam partem, tunc illud Arbitramentum reduci poſſet ad arbitrium boni viri, & ita corrigi, vti antè quoque diximus, *cap.* 203.

CAPVT CCXXXIV.

A quibus Cauſis appellari non liceat.

SVMMAE.

Non appellatur à
1 *Sententiis interlocutoriis.*
2 *Sententia vel executione nummorum Principis.*
3 *Cauſis, quæ præſentem executionem requirunt.*
4 *Cauſis, quas quis ipſe efficiendas curauit.*
5 *Cauſis vniuerſalibus.*
6 *Cauſis in quibus de non appellando pactum eſt.*
7 *Prouiſionibus cum clauſula (non obſtante vlla Appellatione.*
8 *Sententia Arbitratoris.*
9 *Sententia, quæ tranſiit in rem iudicatam.*
10 *Sententia per ſe nulla.*

Non ap-

Digitized by Google

11 Non appellatur à { Præiudicio aliquo iudiciali futuro
12 Sed de præiudicio extra iudiciale futuro appellare licet.
13 Interlocutoriis definitiuam non ſapientibus.
14 Interlocutoriis reuocatis & correctis.
15 Interlocutoriis nullis, ex placito Ducis Philippi.
16 Interlocutoriis, quæ per definitiuam reſtitui nequeunt.
17 Cauſis Criminalibus.
18 Gratiis Principum negatis.
19 Pacificis Contractibus Comitis. }

1 SEcundum Iura Ciuilia, appellare non licet à ſententiis interlocutoriis, *l. 2 C. de Epiſc. audië. & in l. Ante C quor appel non recip.* Verum id licet ſecundum Iura Canonica, quæ ob quodcunque damnum, præiudicium, aut incommodum ſiue in Iudicio, ſiue extra Iudicium illatum, nulli non Appellationem permittunt, vt in *c. Super eo extr de appellat.* Imo etiam prædicta regula de Iure Ciuili quando fallit: quia interdum poteſt appellari ab interlocutoria, ſcilicet, quotieſcunque per obtentum in ſententia definitiua non reparatur grauamen illatum per ſententiam interlocutoriam. In tali enim interlocutoria ſemper poteſt appellari, vt *in l. 1 ff. de appel. recip. vel non*

2 Neque etiam appellatur à ſententia, vel executione numorum principis, niſi prius eoſdem numos Partes conſignauerint, huiuſmodi enim numi priuilegiati cenſentur.

3 Non appellatur quoque de cauſis, quæ paratam ac præſentem executione neceſſario requirunt, quæque nullam moram ſuſtinent, quales ſunt, ſepelire Cadauer mortuum, comeatum inferre Caſtris aut Exercitui, bona corruptibilia ex pluuia ſub tectum reportare, atque cum huiuſmodi aliis pluribus.

4 Neque item appellatur à cauſis, quas quis ipſe effecit, aut faciendas procurauit, *l. Generaliter, §. 1 verſic. Quis enim. C. de rebus cred & iureiur.*

5 Appellatio generalis non eſt admittenda, hoc eſt, nulli appellare licet de omnibus cauſis in genere, quæ contra aliquem moueri poſſent, ſed requiritur expreſſa ſpecificatio rerum, dictorum, aut factorũ, *c. Inter cætera, & c. Cõſuluit, 2 extra, de appel.*

6 Non appellatur quoque à cauſis, quibus de non appellando præſtitutum, & pactum fuit, vt in *l. Finali, §. fin. C. de temp. appell.* & ſicuti ſupra meminimus.

7 Non appellatur à prouiſionibus, aut mandatis Principum, quibus inſerta eſt hæc clauſula (nõ obſtante vlla appellatione) ſed hæc clauſula ſane eſt intelligenda, ſcilicet, de Partibus tantum in ea prouiſione expreſſis, nõ autẽ de aliquo tertio, qui ob ſuum præiudicium atque intereſſe, ex ea ſentẽtia, prouiſione, aut mandato conſecutum, de eo mandato, &c. appellare poterit.

8 Non appellatur etiam à ſententia Arbitratoris, quæ eſt reducibilis tantum ad arbitrium boni viri, ita tenet Bart. & communis opinio, *in l. Societatem in §. Arbitrorum ff pro ſocio.*

9 Non appellatur etiam à ſententiis illis, quæ in rẽ iudicatam tranſierunt, vltra annum & diem.

10 Neque à ſententiis in ſe nullis. Quid enim neceſſum eſt appellare aut Reformationem quærere de re per ſe nihili? *vt in l. Si conſtat, & l. Si expreſſum. ff de appella. & in l. Secunda. C.*

11 Quando prouoc. non eſt neceſſe, quia Appellatio habet extinguere pronunciatum, *vt in l. 1. in fin. ff ad tertul.* ſed id quod nullum eſt, non poteſt extingui, vt *in d. l. 1, in fin.* Neque appellatur de incõmodo, aut præiudicio aliquo iudiciali futuro, niſi præceſſiſſent certæ aliquot minæ de damno inferendo, aut iam nonnihil damnorum inferri cepiſſet, ob quæ de ampliori damno inferendo non præter rationem quis metuere, ſuſpicari, & de eo non immerito appellare poſſet.

12 Verum de incommodo aut grauamine extraiudiciali futuro, omnino appellare licet, *c. Bonæ memoriæ, ext. de appell.*

13 Neque etiam appellatur ab interlocutoriis, quæ meram definitiuam non ſapiunt, Nam hac Iudex reuocare, corrigere, & retractare poteſt, *l. e. Quod iuſſit. ff de re iudi. c. cum ceſſante, extr. de appell.*

14 Sic quoque non appellatur à ſententia iudicis, poſtquam is iudex incommodum ſeu grauamen, per ſuam interlocutoriam illatum reuocauit, *d. cap. cum ceſſante extra, de appell.*

15 Imo per conſtitutionem Ducis Philippi, anno 1455, In magno Concilio Ordinatum, & ſancitum fuit, ne amplius ab vllis interlocutoriis appellaretur, ſed tantum à ſententiis definitiuis.

16 Sic quoque in Flandria, non appellatur à ſententiis, quæ in definitiua reparari, ac in integrũ prioremque ſtatum reſtitui poſſunt.

17 In Flandria etiam, non appellatur à cauſis Criminalibus, criminaliter iuſtitiatis Et ratio eſt, quod nullus ibîdem poteſt puniri criminaliter, niſi qui proprio ore Crimen confeſſus fuerit.

18 In Flandria etiam, non appellatur à principum reiectis aut non conceſſis interinementis, gratiis, remiſſionibus, exiliorum reuocationibus, aut à ſimilibus negatis gratiis.

19 Neque item appellatur à pacificis Contractibus quibus Comes cũ ſuis rebellibus ſubditis trãſigit neq; de correctionib. aut pœnis quas ipſis irrogat.

CAPVT CCXXXV.

Ad quos Appellandum ſit.

SVMMAE.

1 *Appellatur gradatim ab inferioribus, ad ſuperiores.*

2 *Appellatur ab* { *Exploitis Oſtiariorum.* / *Recuſationibus officiariorum.* / *Erroneis ſententiis Iudicum.* / *Curiis feudalibus.* }

3 *Appellatur à Concilio Flandr.* } *ad Parlamentum Mechlinienſe.*

4 *Appellatur à Cauſis Imperij.* } *ad Parlamentum Mechlinienſe.*

5 *Appellatio à commiſſione Concilii Flandriæ eſt nulla.*

6 *Appellatur ab executione commiſſionis.*

7 *Appellatur à Commiſſione exploiti, ſi clauſulam præiudicialem contineat.*

POſtquam paulò ante monſtrauimus, à quibus Perſonis, Iudicibus, & cauſis appellari liceat, ſupereſt, vt paucis oſtendamus, ad quos Iudices pro varietate cauſarum appellare conueniat, ne Appellatio ſit aut irregularis, aut illicita.

1 Appellatio itaque omnis debet eſſe gradaria, ſic vt ab inferiori Iudice ſemper gradatim appelletur ad Iudicem ſuperiorem. Sed hoc fallit de Iure Canonico, per quod à quouis Iudice immediate, vel ad Pontificem Romanum appellare licet, vel ad Metropolitanum, pro arbitrio appellantis, *cap. Si quis veſtrum 2 q 6.* Appellationes enim ab executionibus, ſiue exploitis Oſtiariorum.

2 Item ab aliorum Officiariorum Flandriæ recuſationibus, aut reiectionibus: Item ab abuſibus vel erroribus adminiſtratæ Iuſtitiæ in particularibus Magiſtratibus, aut in Curiis feudalibus, hæ (inquam) omnes Appellationes immediatè producendę ſunt, & prouocandæ ad Prouinciale Concilium Flandriæ.

3 Appellationes vero ex hoc Concilio protractę, per reſſortum proferendæ ſunt, ad Parlamentum Mechlinienſe, vti ante ſæpe dictum eſt, *cap. 5. 6. 232. &c.*

Appellationes vero in Flandria, quæ ex cauſis veteris Imperio releuantur atque reſortiuntur, in 4 d. Parlamento Mechlinienſi, vt in priuato concilio Principis, aut vbi Principi placebit eam cauſam recognoſcendam conſtituere.

Si quando appellatur in Flandria à Commiſſionibus in Concilio Flandriæ expeditis, talis Ap- 5 pellatio eſt friuola. Notum eſt enim omnibus, quod Concilium Flandriæ quaſuis commiſſiones expedire poterit.

Sed quando appellatur ab executione, per idem Concilium commiſſa, tunc ea Appellatio recipitur 6 & coram eodem Concilio aſſumitur, quod hoc explotum expediri curauit.

Item, Appellatio contra Commiſſionem exploiti (ſecundum voluntatem Comitis) recipitur, 7 quando in ea commiſſione, inſeritur aliqua præiudicialis clauſula, veluti conſignando, aut relaxatione, de arreſtatione Perſonarum, aut rerum, aut de ſimilibus, vt de ea præiudiciali clauſula per appellationem Ius dicatur, Parte (vt decet) ad hoc vocata, ipſaque ſic aut confirmetur, & retractetur, vel reformetur.

CAPVT CCXXXVI.

De Modo Appellandi.

SVMMAE.

1 *Appellatur, vel verbo, vel ſcripto.*

2 *Appellatur verbaliter, quando Pars grauata ſententiæ pronunciatæ præſens intereſt.*

3 *Appellatur per ſcriptum, quando ſententia lata fuit abſente grauato.*

4 *Appellans ab interlocutoria, cauſam grauaminis explicet oportet.*

5 *Appellans ab interlocutoria, in Francia quoque grauamina exprimere debet.*

6 *Appellans à definitiua, cauſam grauaminis exprimere non debet.*

1 POſtquàm de Appellationum Perſonis, & cauſis paucula expreſſimus, competenti ordine ſubijcitur ipſe appellandi modus, qui eſt biſarius. Appellatur enim alias verbaliter, aliàs per ſcripturas.

2 Verbaliter appellatur, quando Pars grauata, ſtatim & è veſtigio pronunciatæ ſententiæ præſens appellat in præſentia iudicis, Officiarij, Commiſſarij, aut executoris, *l litigatoribus, C de appel. & ca. Et qui § litigatoribus, in fine, 2. q 6.*

3 Appellatur vero per ſcripturam, quando ſententia grauaminis fertur in abſentia Partis grauatæ. Nam tunc per ſuam abſentiam verbaliter appellare non poteſt, ſed ſuam Appellationem ſcripto excipit, & ponit per notarium, ac Teſtes. *le, litigatoribus, C de appel. & l. 1. §. dies. ff. quando appell. ſit.*

4 Sic quoque quando pars grauata appellare contendit ab interlocutoria, tunc Appellans per ſcripta explicare tenetur ſui grauaminis paſſi, vel patiendi cauſas, & numeros, ad hunc finem, vt per hoc ſcriptum, vel Iudex, vel Executor cognoſcat, quid ſibi faciendum ſuperſit.

Sic Cancellario quoque Fráciæ prohibitum eſt, ne vlla releuamenta Appellationis ab interlocutoria, aut de grauamine illato extra iudicium tribuat, niſi appellans particulatim & expreſſe declaret, ipſum grauamen de quo cóqueritur. Nam poſt huius grauaminis expreſſionem, non licebit ipſi Appellanti, poſtea plura aut alia grauamina producere, quam quæ prius in ſuo releuamento, aut in inſtrumento appellatorio particulatim expreſſit. 5

In Appellationibus vero definitiuarum, non eſt neceſſe grauaminis cauſas ſcripto excipere, aut in inſtrumento Appellationis exprimere. 6

CAPVT CCXXXVII.

De tempore Appellandi, Inſinuandi, & Releuandi.

SVMMAE.

Appellatur à ſententia
1 *E veſtigio, quando grauatus adeſt.*
2 *Intra decem dies, ſi grauatus abſit.*
3 *Appellabatur olim intra biduum, vel triduum.*
4 *Conditionali ſtatim poſt pronunciationem.*
5 *Verbaliter, ſine aliqua inſinuatione, Iudici vel Parti.*
6 *Per ſcriptum cum inſinuatione, intra decem dies.*
7 *Adhærentes Appellationi, intra decem dies ſe inſinuent.*
8 *Appellatio*
Releuanda eſt intra ſex hebdomadas.
Exequenda intra alias ſex hebdomadas.

1 QVin & tempus ipſum Appellaturis obſeruandum eſt. Si enim (vt dictum eſt) pars grauata ſententiæ pronunciatæ interſit, tunc Pars illa grauata & præſens ilico poſt ſententiam pronunciatam appellare debet, dum Iudices adhuc conuicti fuerint.

2 Sin pars grauata in ipſa ſententia abfuerit, tunc ipſa per ſcripta appellare debet intra decem dies, quibus de ea ſententia certior factus eſt. Sic vt primus dies numeretur à die grauaminis vel prolatæ ſententiæ, aut à die inſinuationis, & decimus dies, is qui illum primum incluſiuè conſequitur.

3 Olim ante hac de iure Ciuili appellare tenebatur intra biduum, aut triduum, *l. Prima. §. Biduum vel triduum ff. Quando appellan. ſit & intra qua tempor. & c. Biduum vel triduum*, 2. q. 6. Verum id tempus correctum eſt, & prorogatum in decimum vſque diem, vt in authentico *de appl. & infrà* quo tempore, *appel. del. in prin. colu* 4. Qui textus etiam canonizatus reperitur in *cap Anteriorum* 2. *q.* 6.

A ſententiis autem conditionaliter latis, ſtatim appellandum eſt, nec expectandus tunc erit dies conditionis ſtatutæ, quia quamuis tales conditionales ſententiæ non ſunt effectualiter res iudicata, nec in rem iudicatam tranſierût, priuſquam ea conditio completa fuerit, tamen ob id quod Iudex pronunciat eam grauantem me ſentétiam, ſtatim ab ea ſententia appellare debeo, à die eiuſdem ſententiæ latæ, *d l.* 1. *§. Biduum vel triduum, ff. Quando appellandum ſit & intra qua tempora, & d cap Biduum vel triduum.* 2. *q.* 6. 4

Appellatio ilicò facta in Iudicio (quam verbalem eſſe diximus) non debet inſinuari, aut iudici, aut Partibus, quia ipſi præſentes fuerunt, vbi tunc appellabatur. 5

Verum ſi appellaretur per ſcriptum, & extra iudicium, tunc ea appellatio & iudici, & parti inſinuanda erit per Notarium, & præſentes Teſtes, intra decem dies, ab ea Appellatione facta. 6

Digitized by Google

Si qui plures coappellare uolent, aut Appellationi ſe adiungere, id ipſi quoque intra decem dies 7
efficere debebunt, *c. Anteriorum, 2. q. 6. cap. Quod ad conſultationem, extra, de re iudicata.*

Omnes præterea Appellationes releuari debent 8
intra ſex hebdomadas, & exequendæ intra ſex alias hebdomadas, numerando à die ſententiæ latæ, alioqui ea appellatio cenſeretur nulla, & deſerta.

CAPVT CCXXXVIII.

De Appellationis Anticipatione & Deſertione.

SVMMAE.

1 *Releuationis tempus per literas anticipationis abbreuiatur.*

2 *Literæ* { *Anticipatoriæ* / *Deſertoriæ* } *impetrantur* { *Intra* / *Poſt* } *tempus releuationis.*

3 *Iudex appellationi deferens, ſi eam deſertam intelligat, ad executionem procedit.*

4 *Iudex deſertionem non pronunciat, ſi de Appellatione ſibi conſtet.*

5 *Iudex appellationem non oſtenſam declarat nullam & ancipatum punit.*

6 *Releuans appellationem non oſtenſam puniendus eſt.*

7 *In Parlamento Mechliniensi, non cito appellatio declaratur deſerta.*

8 *Iudex in appellatione deſerta, ſine deſertionis pronunciatione procedens, fruſtrà procedit.*

1 QVanquam ante dixerim, Partem grauatam debere appellationem ſuam releuare intra ſex Hebdomadas: Id tamen tempus ſi Parti aduerſæ nimis diutinum videretur, poterit id releuationis tempus (ſi velit anticipare, & Partem ad citius releuandum compellere, idque per literas anticipatorias, aut compulſorias, quas ad hoc à principe impetrare debebit.

Anticipatoriæ enim literæ à Principe impetrari debent, intra releuationis tempus. Sicut literæ deſertoriæ impetrantur, poſt releuationis tempus expiratum.

3 Quamuis Iudex a quo ſe, Appellationi detuliſſet, aut in Appellationem conſenſiſſet, ſi tamen eã poſtea intelligeret eſſe deſertam, tunc vlterius (nõ obſtante ſuo permiſſu) ad executionem ſuæ ſentẽtiæ procederet.

4 Attamen Iudex à quo non pronunciat Appellationem eſſe deſertam, niſi impetrans in materia deſertionis, clare de appellatione facta per Inſtrumentum, aut per acta pronunciatoria relationem, aut per alios ſimiles modos debitos & legitimos oſtenderet.

Et ſi anticipatus ſeſe iactaret de appellatione facta, eam tamen appellationem intra decem dies factam per publicum inſtrumentum non oſtenderet,
5 Iudex ad quem, eam Appellationem iudicaret eſſe deſertam, & feram, & eum anticipatum præterea condemnaret in pœnam, aut mulctam Pecuniariã, & in expenſas, non obſtante, quod adhuc eſſet in legitimo releuandæ Appellationis tempore.

Sic quoque puniretur is anticipatus, etiam ſi intra releuandi tempus, appellationem non oſtenſam releuaſſet, quia quod non eſt, id nec releuari poteſt. Fruſtranea enim & nihili habẽda eſt appellationis Releuatio, quando ipſa Appellatio per nõ exhibitionem, aut per non legitimam oſtẽſionem prius fuerat nulla. 6

Sed hæc ex rigore. Quocirca in magno Concilio (vbi æquitatis potior habetur & vſus & ratio) ſæpenumero cum Appellante diſſimulatur, eiuſque Appellationem non tam citò deſertam pronunciat licet appellationis Inſtrumentum non oſtenderit, dummodo tamen ſuam Appellationem intra ſex hebdomadas releuauit, & intra alias ſex hebdomadas exequitur, potiſſimum quando conſtat, quod cum Grauamen, tum Appellatio aliquo modo in æquitate fundata eſſe videantur. 7

Si tamen Iudex appellationis legitime inueniret, Appellationem verè eſſe deſertam, & interim nihilominus vlterius procederet in principali ſiue bene, ſiue male, non dicendo ius ſuper ea deſertione, ipſius Proceſſus productio, & ſententia, ob defectum, ſcilicet, iuriſdictionis, eſſent nulla etiamſi tam appellans, quàm Intimatus ambo in hoc conſentirent, & ius ſibi in principali fieri peterent. 8

CA-

Digitized by Google

CAPVT CCXXXIX.

Quis Sententiam ſuſtinere debeat, an Iudex, an Pars.

SVMMAE.

1 *Ad appellationem in Flandria* { *Iudices citantur, & ſuas ſententias ſuſtinent.* / *Pars victrix tantum intimatur, ſed ſententiam non ſuſtinet*

Ad Appellationem
2 { *Extra Flandriam,* { *Iudices citantur, ſed ſententias non ſuſtinent.* / *Pars intimatur, & ſententiam ſuſtinet.*
3 { *In Parl. Pariſie* { *Iudices citantur, ſed ſententias ſuas non ſuſtinent.* / *Pars intimatur, & ſententiam ſuſtinet.*

1 IN Flandria, dum Appellatio releuatur, citatur ipſe Officiariui, Iudex, aut Commiſſarius, qui grauamen intulit, & Pars in cuius fauorem ea ſententia pronunciata fuit, non citatur, ſed ipſi ſolummodo ea Appellationis reuelatio intimatur. Ipſe vero Officiarius, Iudex, aut Commiſſarius ſuam ſententiam aut explotum ſuſtinere debet.

2 Sed hæc de Ciuitatibus Flandriæ. Nam in Parlamento Mechlinienſi, Iudices aliarum regionum, ad appellationis quidem releuationem citantur, & Pars intimatur, verũ ſentẽtias ſuſtinere non debẽt, ſed ipſe intimatus victor, eam ſententiam ſolus, aut ſuſtineat: aut appellationis cauſam deſerat, oportet.

3 Quod item in Francia, & in Regionibus, quæ iure ſcripto reguntur obſeruatur. Sic quoque Cõſiliarij Concilij Flandriæ, olim in Parlamento Pariſienſi non ſuſtinebant ſuas ſententias, ſed eas tuẽdas, ac ſuſtinendas relinquebant Parti intimatæ.

CAPVT CCXL.

De Appellatione renuncianda.

SVMMAE.

1 *Appellationi renunciatur intra decem dies, cum pœna* { *Trium librarum.* / *&,* / *Expenſarum.*

2 *In Parlamento Mechlinienſi, releuatur ſine vlla mulcta.*

3 *Appellationis renunciatio ſemel facta, reſumi non poteſt.*

1 OMnes appellantes poſt intimationem factam, ab eadem Appellatione reſilire poſſant, ipſique Appellationi renunciare intra decem dies, à die Appellationis, captæ ſoluendo mulctam trium libr. ad commodum Principis, & Soluendo expenſas.

2 In Magno autem Concilio Mechlinienſi, abſolutè intra decem dies appellationi renunciare vnicuique Appellanti licet, ſine vlla mulcta, niſi tamdiu eam renunciationem different, vt ad ipſam licẽter tunc conſequendam, indigerent gratia Curiæ, tunc enim ſimiliter pro ea mora, & gratię impetratione, mulctarentur tribus libris

3 Porro ſi Appellans intra decem dies, Appellationi renunciaſſet, ipſumque poſteà eiuſdem renũciationis ſuæ factę pœnituerit, huic non licebit tũc ſuã pœnitentiam corrigere, & priorem appellationem renunciatã denuo intra decem dies reſumere, iuxta id: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, *c. Quod ſemel, de reg. iur. lib.*

Digitized by Google

CAPVT CCXLI.

De Appellationum mulctis.

S V M M AE.

1 *Appellatio partim bona, partim mala nullam mulctam luit.*
2 *In Parlamento Pariſienſi,* } *punitur vel* { *duplo,*
3 *In Parlamento Mechlinienſi,* } { *ſimplo,*
4 *In Francia, à locis Iure ſcripto rectis non luit pœnam.*
5 *Malè appellans* *In Parlamento Mechlinienſi, nullam mulctam luit.*
6 *In Francia mulctari debet, & expenſas ſoluere.*
7 *Secundum ius Ciuile mulctatur 50. lib. argenti, & infamia.*
8 *Secundum Ius Canonicum non mulctatur, ſed remittitur, & expenſas ſoluit.*
9 *A Camera Flandriæ, ad Parl. Pariſ. mulctabatur biſariam.*
10 *Appellans à ſententia nulla, nullam quoque pœnam luit.*
11 *Appellans de nullitate ſententiæ, quæ recipitur temeraria, mulctam luit.*
12 *Cauſa cur Mulctæ conſtituantur malè appellantibus.*

QVanquàm paulò ſuperius de appellationum Mulctis obiter meminerimus, ſpecialiter tamẽ in hoc capite de iis explicare placuit.

1 De hoc primò notandum eſt, quòd quando appellationis Iudex dicit, Sententiam appellationis partim bene, partim malè pronunciatam. Vel ſic, Pro vna Parte bene iudicatum, pro altera Parte malè iudicatum, tunc appellans nullam Mulctam nullaſque Expenſas perſoluit.

2 In Parlamento Pariſienſi, condemnatur malè appellans aliquando Mulcta dupla, aliquando verò declarant Appellantem ſolummodo puniendum pœna ſimplici, ſine vlla ampliori mulcta, idque ſecundum cauſas & circunſtantias rerum, Iudicem ad ita iudicandum vrgentes.

3 Idem quoque imitantur Conſiliarij Parlamenti Belgici Mechliniæ, in iis Mulctis conſtituendis, omnes rerum circunſtantias ſpectent.

4 In Francia ex appellationibus, quæ profectæ ſunt ex locis quæ Iure ſcripto reguntur, appellans nullas luit Emendas.

5 In Parlamento Mechlinienſi, ſimiliter Appellatio extinguitur ſine vlla Mulcta, potiſſimum quando inuenitur Appellatio aliquo modo in æquitate conſiſtere, aut quando per nouam recognitionem ſententia confirmatur.

6 In Francia verò prohibitum eſt, appellationem vllo modo citra Mulctam & expenſarum ſolutionem extinguere, & præterea iniunctum omnibus Magiſtratibus, vt de eo proceſſu ius dicant, an bene, an malè appellatum ſit, niſi per nouam productionem prior ſententia confirmaretur.

Secundum Iura Ciuilia malè appellantis mulcta eſt, quod & in 50. libras argenti condemnetur, & deinde infamia publica notetur, ſed hæc Iura non fuerunt obſeruata. 7

Secundum verò Iura Canonica malè appellans nulla punitur mulcta, ſed ad priorem Iudicem, vnde appellatio proceſſit, remittitur, & exoluit expenſas, vt per Panor. Philippum Peruſinum, Card. Alex. And. & Felin. *in c. 1. de appell.* 8

Quando appellans a camera Flandriæ, condemnabatur in Parlamento Pariſienſi in aliquã mulctam ad commodum Regis, tunc Comes Flandriæ ſimiliter ab eodem appellante condemnato accipiebat pro ſua mulcta 60. libras Pariſienſes. 9

Sed quando Iudex comperit ſententiam appellationis eſſe nullam, appellans nullam mulctam luit. Cauſa enim, cur malè appellans in mulctam incidat in Iure fundata eſt, nempe quod æquum Iudicem appellando iniquitatis inſimulauerit, ipſumque parum æquè iudicaſſe ſuſtinuerit, &c. non autem ob id, quod ſententiam dixerit eſſe nullam. 10

Porrò ſi Appellatio formata ſuper nullitate, poſtea reperta eſſet temeraria, appellans ob id mulcta non eſſet excuſabilis. 11

Quod autem in malis appellationibus introductæ, atque conſtitutæ ſunt Mulctæ, cauſa eſt, vt tum leuitas, tum temeritas, tum malitia Appellaturientium compeſceretur, qui cum ſuis appellationibus non rarò Parti aduerſæ plurimum incõmodi inferunt, & non minus negotij faceſſunt. 12

CA-

CAPVT CCXLII.

De Appellationum effectibus.

S V M M AE.

1 *Appellatio* { *ſententiam latam ſuſpendit & facultatem Iudicis ab executione prohibet.*
2 *Appellans ab vno articulo, tanquam ab omnibus appellare cenſebitur.*
3 *Appellatio à* { *ſententia Flandriæ Flamingantis, & Curiis feudalibus* } *non ſuſpendit ſententiam.*
4 *Appellatio à ſententia maiorum Magiſtratuum ſuſpendit ſententiam.*
5 *Appellans in Fland. Flamingante Mulctam luit.*
6 *Appellans in Francia à definitiua eximitur à iure Iudicis, à quo, in omnibus cauſis.*
7 *Appellans in Flandria liber eſt à Iudice, in cauſa Appellationis tantùm.*
8 *In Francia obtinens à defectu Iuris perpetuò ab eo Iudice eximitur.*

1 APpellatio binos habet effectus. Primò enim ſententiam latam ab executione ſiſtit, & ſuſpendit. Deinde Iudicis facultatem cohibet, ne vlterius ad executionem procedat, per Appellationem enim ipſius manus clauditur, & facultas vlterior conſtringitur, *cap. Bone, extra, de appell. leg. Vnica, ff nihil noua, appell interpo. & l. 3. C. de appell.*

2 Appellatio enim hanc efficaciam obtinet, vt etiã per vnius articuli appellationem, tota Iuriſdictio Iudicis (à quo) ſuſpendatur, non ſecùs quàm ſi ab omnibus articulis appellaſſet, etiamſi is articulus de quo appellatur, nihil commune haberet cum reliquis, de quibus non appellatur.

3 In Flandria Flamingante, omnes Appellationes profectæ à Magiſtratibus ſubalternis, aut ex Curiis feudalibus parum obtinent efficaciæ. Non enim ſuſpendunt ſententiam latam, neque Iudicis facultatem reſtringunt, ſed ea appellatione non obſtante, ſemper procedunt vlterius.

4 Sed appellationes profectæ ac interiectæ à Sententiis, Prouiſionibus, & Iudiciis maiorum Magiſtratuum, eorundem Magiſtratuum facultatem prorſus ſuſpendunt. Quod idem quoque efficiunt omnes appellationes, profectæ ex Magiſtratibus Flandriæ Gallicantis.

5 Quamuis autem in Flandria, Flamingante, appellatio, facultatem, Iudicis non ſuſpendat, ibi tamen malè appellans mulcta conſtituta damnatur.

6 In Francia autumant, quod is qui appellauit ab aliqua ſententia definitiua Cameræ, prorſus exemptus ſit ab omni Iuriſdictione eiuſdem Cameræ, & in omnibus cauſis, tam agendo, quàm defendendo, & contrà, quamdiu is Appellationis Proceſſus durauerit. Niſi certè is appellans in eadem Camera nouam aliquam litem intentaret, ob quam tunc priori exemptioni ſuæ renunciare omnino deberet.

7 Comes verò Flandriæ ſuſtinet contrariũ, & vult appellantem ſolummodo ab ea Camera debere eſſe exemptum in cauſis, de quibus appellauit, aut quæ eundem appellationis Proceſſum concernunt, de nullis autem aliis, aut intentatis, aut intentãdis.

8 In Francia item aliam Praxim habent, ſcilicet vt is qui appellat à defectu aut recuſatione Iuris dicendi, & in ea appellatione obtineat, vt perpetuò ab eo Iudice à quo appellauit, exẽptus ſit, & liber.

CAPVT CCXLIII.

De Attentatis.

S V M M AE.

1 *Attentare quid ſit.*
2 *Attentata* { *poſt appellationem à definitiua, ilico ſunt reparanda.*
3 *poſt Appellationem ab interlocutoria, non vrgens maturationem.*
4 *ante inhibitionem, reparantur tantum per definitiuam.*
5 *poſt defenſionem, non tam cito reparari debent.*
6 *in praiudicium Litiſp aut ſententiæ ilico ſunt reparanda.* }
7 *In materia Poſſeſſionis, Attentatio locum non habet.*

Atten-

1 Attentatus eſt, quippiam à Parte eſt præiudiciũ Appelationis agere. Hunc autem Attentationem Iudex (ad quem) primo omnium reparare, atque in priorem ſtatum omnia reſtituere tenetur.

2 Quando enim appellatum eſt à definitiua, Iudex (ad quem) ilico curare debet, vt attentata reparentur, Modo ipſi de appellatione facta conſtet.

3 Sed quando appellatur ab Interlocutoria, tunc Iudici non eſt tam citò de reparatione mutandum: niſi ipſi conſtet de his tribus punctis, ſcilicet, quod Appellans appellauerit intra decẽ dies, quòd certã appellãdi cauſam habuerit, & quod ea cauſa vera fuerit. †Attentationes factæ ante inhibitionem, aut defenſionẽ, non ſunt reuocandæ, niſi per ſententiã definitiuam. 4

Verum attentata poſt defenſionem, ilico reparari debent. 5

Attentata quoque quæ fiunt in præiudicium litiſpendẽtiæ, vel ſententiæ Iudicis, etiam ante omnia reparanda erunt. 6

In materia poſſeſſoria, in qua vtraque Pars poſſeſſionem prætendit, non eſt attentatum cenſendũ, quod vnuſquiſque de ſua poſſeſſione, præter omnem attentationem vſurpare poteſt. 7

CAPVT CCXLIV.

De Sententia retractanda per Supplicationem.

SVMMAE.

Supplicatur pro Retractatione
1 *Ad iudicem, qui Partem grauat ante definitiuam.*
&,
ad Pontificem, Imperatorem,
2 *Præfectum Prætorij. à quibus appellare non licet.*
3 *Supplicatio pro Retractatione exhibenda eſt intra decem dies.*

1 Sententia retractatur aliquando non Iure, neque Stylo per Supplicationem, & ad hoc gratiæ implorationem. Ea autem Supplicatio fit bifariam. Primo, quando iudex Partem per Interlocutoriam grauat ante definitiuam, ſic vt ab ea ipſi grauato appellare non liceat per Stylum, Statuta, aut per aliquos modos alios, tamen quia per talem ſententiam (à qua appellare non licet) ſe grauatum ſentit, eandem ſententiam retractare ſatagit, & ipſi debita ſupplicatione opus eſt, vt talem Retractationis authoritatem impetret.

2 Porro contingit, vt aliquando ſententiæ Pontificum, Imperatorum, & Principum retractentur, ſed ad hunc retractationis effectum conſequendũ, primo ſupplicare debent, vt à ſententiis Pontificis aut Imperatoris, aut Præfecti Prætorij (à quibus appellare non licet retractationis licentiam obtineant, *l. Vnica, C. de ſenten. præfect. præt. & l. A proconſulibus, C. de appell.*

Atque iſthæc ſupplicatio exhiberi debet Principi intra decem dies, à tempore grauminis facti, alioqui ea Supplicatio non admitteretur neque eſſet valida. 3

CAPVT CCXLV.

De Sententia retractanda per Reſtitutionem.

SVMMAE.

1 *Reſtituere in Iure quid ſit.*
2 *Pupilli abſentes contra ſententiam grauantem reſtituuntur.*
3 *Minorennes contra ſententiam grauantem reſtituuntur.*
4 *Minor ob confeſſionem aut conceſſionem ſe grauantem reſtituitur.*
5 *Exteri abſentes contra ſententiam reſtituuntur.*
6 *Eccleſia contra grauantem ſententiam reſtituitur.*
7 *Grauatus per falſos Teſtes, vel inſtrumenta, excipit, & reſtituitur.*
8 *Iudex de ſua ſententia reſtituit.*
9 *Princeps de omni ſententia reſtituit.*

Retra-

Digitized by Google

1 REtractatur quoque ſententia aliquando per reſtitutionem, eſt autem reſtituere, ipſam cauſam in ſuum priſtinum ſtatum per Principem aut Iudicem reſtituere: vel reſtituere, eſt reducere in eum ſtatum, in quo erat ante læſionem. *gloſſ in ver. contra reliquam, in l. Auditis. extr. de in integr. reſt. & ca 1. ſupra eod. tit. & l. Quod ſi minor. §. Reſtitutio. ff. de minoribus.*

2 Pupilli qui non fuerunt præſentes apud ſuos Tutores, hi reſtituũtur contra ſententiam, in ipſorum præiudicium latam, *l 1 C. de ſent. paſſis, & di. leg. Quod ſi minor, §. Reſtitutio.*

3 Minorennes quoque infra vigeſimum quintum annum reſtituuntur, quando ſententia contra ipſos inique aut enormiter lata fuit, *l. Cum & minores, l. ſequenti, C. Si aduerſ rem. Iudica. & l. Acta, §. Finali, ff de re Iudi.*

4 Item, Minor qui in præſentia ſui Curatoris, quicquam in proprium præiudicium confeſſus fuit, ex qua ſententia profluxit, is de ea confeſſione aut conceſſione facta reſtituitur, ſic vt confeſſa denuò tanquam minorennis neget, & contra ſuam Partẽ in Iudicio compareat. Verum quando eam confeſſionem alicui aperuit in abſentia ſui Curatoris, tunc ipſo iure in integrum, & in ſua reſtituitur.

5 Similiter abſentes quiuis contra ſententiam in ipſorum abſentia latam, in integrum reſtituuntur, *c. Cum Bartoldus, extra de ſent. & re iud. & ibi D. Abb in 10. colum in verb. Oppo. contra tex. Videte Bart. in l. Finali, ff, de integ reſtituti.*

6 Item Eccleſiæ cauſa reſtituitur ſemper, contra ſententiam per quam grauatur, & læditur, ſicuti de minori dictum eſt. Nam eodem Priuilegio & Iure quoque vtitur tota Eccleſia, vel reſpublica, quo vtitur minorennis.

7 Is contra quem ſententia lata eſt per falſos teſtes aut per falſa, aut ſuppoſititia inſtrumenta, is (inquam) contra ea excipere, & vt in integrum reſtituatur expetere poterit, etiam ſi decem dies effluxiſſent. Et ſi quippiam ſuper eo exoluerit, hoc ipſum optimo iure repoſcere poterit.

8 Reſtitutionem hanc omnis Iudex præſtare poterit de ſua ſententia, nempe, quam ipſe, aut ipſius prædeceſſores in officio exiſtentes protulerunt.

9 Princeps vero ex propria facultate de omnium Magiſtratuum iudicatis reſtituere poteſt.

CAPVT CCXLVI.

De Sententiæ retractatione per ſimplicem Petitionem.

SVMMAE.

1 *Sententia defectuum per ſimplicem petitionem retractatur.*
2 *Sententia in eum, qui non eſt ſoluendo, per ſimplicem petititionem retractatur.*

1 REtractatur aliquando ſententia per ſimplicem petitionem, ſcilicet, quando Iudex ipſe huiuſmodi ſententias ex ſuo officio reuocare poteſt, ſicuti contingit in defectibus, aut in ſententiis per contumaciam, aut abſentiam partis prolatis, in quibus exoniatio, aut defectus cauſa & neceſſitas commonſtratur.

2 Mulctæ item, ad quas ſoluendas condemnatus tam pauper eſt, vt ipſis pro facultate perſoluere nequeant, eæ per ſimplicem petitionem à Iudice remitti, aut moderari poſſunt, &c.

CAPVT CCXLVII.

De retractatione Sententiarum per propoſitionem Errorum.

SVMMAE.

1 *In Parlamento Mechlinienſi, errores factorum proponere licet.*
2 *Literæ ad proponendos proceſſuum errores, exhibendæ, ſunt intra duos annos.*
3 *Propoſitiones errorum non ſuſpendunt ſententiam.*
4 *Ad errores examinandos, adiungit Princeps plures conſiliarios.*
5 *Errores proponens, & conuictus, damnatur duplo, & expenſis.*

Digitized by Google

1 IN magno Concilio Mechlinienſi, & in aliis Curiis, vbi iudicatur per arreſtum, licebit grauato proponere errores factorum, ſi ad hoc ſolummodo Principis gratiarum literas oſtenderit.

2 Verùm iſtas literas & errorum facta exhibere debebat olim intra decem annos, iuxta ſtylum & ordinationes eiuſdem magni Concilij, nunc verò per nouam conſtitutionem, factam anno 1559. intra duos annos, conſignando duplicem mulctam apud Graphiarium, ſcilicet ſummam centum & viginti librarum, valoris quadraginta groſſorum monetæ Flandriæ, quas luere debebit, ſi à propoſitis ceciderit.

3 Attamen hoc notandum eſt, quod erratorũ propoſitiones non ſuſpendant ſententiã, hoc eſt, non obſtant, quo minus eadem ſententia executioni mandetur.

4 Ad viſitandum autem eum erroneũ proceſſum Princeps quinque aut ſex Conſiliarios, aut plures, aut pauciores conſtituit, & committit, qui ſententiæ non interfuerunt, ipſoſque adiungit iis, qui talem ſententiam protulerunt, vt hi coniunctim cum aliis dijudicent, an in eo proceſſu aliquis factorum error commiſſus appareat.

5 Quod ſi non, præter hoc quod ſententiam priorem confirmant, etiam eum qui errores prætexuit & propoſuit in mulctam duplant, & in omnes expenſas condemnant.

Capvt CCXLVIII.

De retractando Proceſſu per Reuiſionem.

S V M M AE.

1 *In Cancellaria Brabantiæ, Proceſſuum Reuiſio permittitur.*
2 *Differentia inter Reuiſionem, & errorum propoſitionem.*
3 *Bona conuenientia inter Reuiſionem, & errorum propoſitionem.*

1 IN Cancellaria Brabantiæ, in qua etiam iudicatur per Arreſtum, Praxis habet, vt poſt ſententiam latam, Proceſſus reuiſantur, ac recognoſcantur.

2 Neque eſt vlla alia differentia inter Reuiſionem, & Propoſitionem errorum, quàm quod Partes Proceſſuum reuiſionis, quoſuis Conſiliarios, & quaſuis alias Probationes aſſumere poſſint, quod tamen in Propoſitionibus errorum licitè efficere non licet.

3 In hoc enim ambo conueniunt, quod ſicut errorum Propoſitiones, ſententias latas non ſuſpendunt, ita nec Reuiſiones. Secundò, ſicut erroneam ſententiam proponens, & non probans, ſed à propoſitione ſua cadens, damnatur pœna dupla, ſcilicet, centum viginti libris, quadraginta groſſorum monetæ Flandriæ, ita & is qui Reuiſionem proferens, à ſua Reuiſionis cauſa cadit.

Capvt CCXLIX.

De taxandis Sumptibus & Expenſis.

S V M M AE.

1 *Ad taxationem Expenſarum, vocandæ ſunt Partes.*
2 *Non taxantur Expenſæ,* { *Niſi de condemnatione earum conſtet.*
3 *Niſi quæ ſunt Iudiciales.*
4 *Iuxta exhibitas quitantias, &c.*
5 *Mandatorum, aut Actuum, &c.* }
6 *Expenſarum taxatio poſt appellationem ſeruatur vſque ad Deciſionem.*
7 *Curia Flandriæ taxat Expenſas ſui Iudicii, & prioris.*
8 *Parlamentum Mechlin taxat omnium Iudiciorum Expenſas.*
9 *In Parlam. Mechlin. Relator cum Graph. Expenſas taxat.*

10 *Species*

10 Species { *Mechliniæ moderantur per Concilium.*
11 *Pariſiis taxantur pro magnitudine laboris.*
12 *In Concilio Fland. olim taxabantur à Concilio.*
13 *In Concilio Fland. nunc mutatæ ſunt in vigeſimum denarium.* }
14 *Expenſæ ante Litiſconteſtationem factæ, à Iudice non condemnantur.*
15 *Contumax in Expenſas ante Litiſconteſtationem damnari poteſt.*
16 *Expenſæ poſt Litiſconteſtationem, ad iudicis officium pertinent.*
17 *Iudex petitam expenſarum condemnationem negligens, de damno tenetur.*
18 *Expenſæ poſt definitiuam condemnari nequeunt.*
19 *Expenſæ quomodo probentur & taxentur.*

QVia hactenus multis in locis expenſarum meminimus, ſupereſt, vt paucula dicamus, quomodo ex expenſæ taxandæ veniant.

1 Ad taxationem igitur expenſarum, & ad diminutionem contra eas faciendam neceſſum eſt, vt Pars ad hæc videnda citetur, ac vocetur, vt ſi quid habeat quod contradicat, id curet ſcilicet.

2 Nunquam Expenſæ taxantur, niſi prius de earundem expenſarum condemnatione clarè conſtet, & niſi Pars citata contra eas diminutionem exhibuerit, aut certe de ea exhibitione non facta, ob contumaciam reiecta fuerit.

3 Neque etiam putandum eſt, quod omnes ſumptus, aut Expenſæ quæuis Proceſſibus impenſæ, taxari debeant. Nullæ enim aliæ expenſæ taxantur, quam quæ ſunt Iuridicæ: veluti, quæ Aduocatis, Procuratoribus, Teſtibus, Nuncijs, Executoribus, aut ſimilibus datæ ſunt, quæque ex Iure legitimo pro mercede, & non ex liberalitate donantur.

4 Neque etiam taxantur Expenſæ, iuxta Apochas exhibitas, aut iuxta relationem vel affirmationem Executoris, aut iuxta narrationes Commiſſariorũ, Aduocatorum, Procuratorum, aut ſimilium, ſed tantum taxantur ſecũdum relationes Proceſſuum, verbales Requeſtas, Scripturas, aut ſecundum ſimilia Proceſſuum fragmenta, ex quibus clarum euadit, quid factum, quidve in eo proceſſu procuratum fuit.

5 Neque item taxantur Expenſæ ſententiarum, mandatorũ, aut actũ, aut Expenſæ ſimilium, quæ in Graphiaria connotata ſunt, niſi ea ſint talia, quæ in Iudicio ad verificationem declarationis expenſarum fuiſſent exhibita, etiamſi certo conſtaret, quod illa omnia in Proceſſu fuiſſent exhibita.

6 In Flandria, Expenſæ earum ſententiarum, quæ per Appellationem vel Reformationem prouocantur, diſſimulantur, ſiſtuntur, & non taxantur, donec appellationis, vel Reformationis cauſa ibidem deciſa fuerit.

7 Quod ſi per Curiam dicatur (bene iudicatum, & male appellatum) & ſi cum hoc appellans, aut reformans ſimul condemnetur in expenſas tunc Curia non minus taxat Expenſas prioris ſententiæ, quàm quæ coram ipſis factæ ſunt.

8 Idem quoque fit in Parlamento Mechlinienſi, de expenſis proceſſuum, qui eò ex prouinciali Concilio Flandriæ, per Appellationem prouocantur, ſic vt Parlamentum dictum, ſimul omnium priorum Iudiciorum expenſas taxet, nempe, quæ factæ ſunt in primo Iudicio, & quæ in Concilio Flandriæ, & ſimul quæ Mechliniæ.

9 In eodem magno Concilio Mechlinienſi, taxandi authoritas, penes ipſum ſtat relatorem, vt expenſas taxet ſimul cum vno Graphiario aſſumpto, qui pro ſua mercede accipere ſolebant certas aliquot aromatum ſpecies, pro ſuo arbitrio, & ſecundum propriam ipſorum æſtimationem.

10 Verum ſi ipſe Relator, & Graphiarius in æſtimatione ſpecierum, æquitatem exceſſiſſent, ita vt hoc nomine Partes per Appellationem conquerentur, tunc ea ipſorum æſtimatio per Curiam moderabatur. Vnicuique enim de ea ſpecierum enormi taxatione appellare tunc licuit, ſiquidem Partes per eam taxationem, ſe de certo grauamine grauatas conquerebantur.

11 In Parlamento autem hoc Mechlinienſi, iam non amplius ſpecies ipſæ, ſed ſumma aliqua pecuniaria, ipſarum loco datur, quæ etiam ſumma non taxatur amplius per Relatorem, & Graphiarium, ſed per Concilium à quo etiam non taxatur pro ſpeciebus certa aliqua ſumma, ſed ea committitur arbitrio Concilij, quod eas ſpecies taxat pro Expenſarum magnitudine, aut diminutione, & iuxta conſiderationem temporis, nempe, vt videant quanto tempore (ſcilicet longo, an breui) in eo Proceſſu, cum omnibus dependentiis implicati fuerunt, & occupati, & ab ea taxatione appellare non licet.

12 Sic vt à Prædicta appellandi perplexitate, Partes liberarentur, & auaritiæ tolleretur ſuſpicio, in Cõcilio quoque Flandrenſi ordinatum fuit, vt ipſa Curia Proceſſuum expenſas taxaret, vna cum ipſis ſpeciebus certis, quæ quidem ſpecies inter ipſos ordinarios Conſiliarios poſtea diſtribuebantur.

Poſtea

13 Poſtea verò per inſtructionem, ſiue cõſtitutionem Cameræ Flandriæ, anno 1463 ordinatum fuit, ne ex Cameræ amplius liceret vllas taxare aut accipere ſpecies, niſi Expenſæ excederent centum libras Pariſienſes. Tunc enim ipſis honeſta ſpecierum donaria permittebant, iuxta qualitatem perſonarum, & cauſarum. Verum vt certum aliquid hic haberetur, pro ea ſpecierum taxatione, nunc accipiunt vigeſimum denarium prædictarum expenſarum, ſcilicet, centum librar. Pariſienſium. Sed hic ſub finem capitis occurrebat, quod primo loco ſcriptum & obſeruatum oportuit.

14 Nempè, quod Expenſæ factæ ante Litiſconteſtationem, actionis iure ab actore peti non poſſint, quum eæ ad Iudicis officium non pertineant, *leg. Ædiles, §. Item, ſciendum, ff. de ædilit. edict.*

15 Poteſt tamen Iudex ex officio & ſine petitione Partis, Partem contumacem, & ante Litiſconteſtationem nõ comparentẽ, in expenſas condemnare, teſte Panorm. *in cap. Cum dilect. in fine, de d. l. & contum.*

16 Verum Expenſæ omnes poſt Litiſconteſtationẽ factæ, officio Iudicis decernuntur, ita vt à iudice, Parte etiam non petente earum condemnatio fieri poſſit, *l. Terminato, C. de fruct. & liti expenſ.* huc facit *c. cum appellationibus, de appell. lib* 6 Et Bart. *in leg.* 4 §. *hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.*

17 Multò igitur magis in Expenſas condemnare poterit, quum Pars Expenſarum condemnationem expetierit, adeo vt ſi Iudex poſt petitionem Partis expenſarum condemnationem negligeret, de damno ſarciendo teneretur, vt habet *gloſſ in l. Fin. Cod. de fruct. & lit. expenſ. & gloſſ. vltim. in verſ.* Dummodo petitum fuerit ab eis, in *c. vlt. de reſcr.* Quare conſultum eſt vt per per partem huiuſmodi Expenſæ ſemper petantur.

18 Hoc quoque notandum eſt, Quod ſi iudex in ſua definitiua Partem in Expenſas non cõdemnaſſet, nõ poterit is poſtea expenſarum condemnationem facere, nec Pars quoque expenſarum petitionem tunc à iudice exigere poterit, *d. leg. Terminato, Cod. de fruct. & litiſ expenſ.* Iudex enim poſt definitionem, nullam expenſarum condemnationem ſibi reſeruare potuit, ſed duntaxat earundem taxationem ideoque dicere ſolet. Condemnamus in expenſas, taxatione nobis reſeruata. Huiuſmodi autem Expenſarum taxatio, ac comprobatio fieri ſolet hoc modo. Litis victor omnia à ſe expenſa per ſchædulam Iudici exhibet, ad eam exhibitionẽ Reus victus citatur, vt proferat (ſicut diximus) ſi quid habeat, quod ipſis contradicere velit. Si citatus aut non compareat, aut comparendo nihil digni reſpondeat, aut diminutionem poſcat, Iudex eaſdem exhibitas Expenſas recipit, & pro ſuo arbitrio taxat. Deinde citat victorem, ipſum iuramento adigit, vt iuret ſi eaſdem Expenſas in lite fecerit, id ſi iuramento affirmet, Iudex eam Expenſarum taxationem ratam eſſe iubet, *Authentica, Poſt iuſiurandum, Cod. de de iud. & 3. quæſt. 3. §. Quod fieri non debent. Et in Authentic. de iudic. §. oportet, c. Ita. 6. & c. Olim, & ibi gloſſ. Super verbo. Taxatione, de iniur. de damn. dat.*

CAPVT CCL.

De remunerationibus Iudicum.

SVMMAE.

1 *Iudex non debet corrumpi muneribus.*
2 *Iudex nulla munera à Partibus accipere debet.*
3 *Iudex ordinario ſtipendio contentus eſſe debet.*
4 *Conſiliarij Flandriæ ſolis Principis ſtipendiis contenti ſunt.*
5 *Qui à Parte penſionem accipit, officio mouendus eſt.*
6 *Magiſtratus maiores à Partibus munera accipere non poſſunt.*
7 *Magiſtratus Pagani, loco intereſſe munera accipiunt.*
8 *Pretores, & Pares Curiæ à partibus munera accipiunt,*
9 *Commiſſarij, & delegati taxata ſtipendia recipiunt.*
10 *Arbitri pro mercede taxata ſtipendia recipiunt.*
11 *Iudex leuiuſcula donaria accipere poteſt.*
12 *In gratuitis donariis, ſpectanda eſt qualitas offerentis.*
13 *In Francia, nulli Iudicum licet donaria accipere.*

Actu-

Digitized by Google

1 ACturus hîc de remuneratione Iudicum, nolo quempiam eſſe tam iniqui iudicij, vt putet Magiſtratum in iure dicendo munera potius, quã iuris æquitatem ſpectare debere, ſic vt eorum cauſa in hanc potius, quam in alteram Partem, rectitudinem iuris inclinare poſſit. Sed in iuſtitiæ adminiſtratione, ipſum cæcum quodammodo ad Partes eſſe conuenit, ſic vt nec Partium fauore, nec munerum corruptelis inficiatur, nec à rectitudinis via deuiare ſe permittat, vtpote honeſta, ac tantum conſtituta & ordinaria mercede contentus.

2 Ordinarij enim iudices nulla munera, nec vlla munerum promiſſa accipere poſſunt, quæ aliquo modo ad ius dicendum, vel ad iuſtitiæ adminiſtrationem, in præiudicium vel grauamen alterutrius Partium ſpectare viderentur.

3 Imò quod magis eſt, Iudices ordinarij ſecundum iura non poſſunt accipere, neque repoſcere eos ſumptus, quos ad maleficiorum capturam impendunt, aut equorum ſumptus, quos ad aliquò proficiſcendum in ſuis iuriſdictionibus inſumunt, ſed ordinariis ſtipendiis ipſos contentos eſſet conuenit.

4 Conſiliarij itaque magni Concilij, & Concilij Flandriæ, nulla promiſſa, nulla munera, nullaque conſtituta ſtipendia à Partibus, pro iuſtitiæ adminiſtratione accipiunt, ſed ſolis Principis ſtipendiis contẽti, grauiter æquam omnibus iuſtitiam adminiſtrant

5 Adeo vt ſi compertò conſtaret aliquem ipſorum ita pendere à pollicitis, vt penſionem aliquam ab vllo alio, quàm, à ſuo Principe acciperet, ille ſtatim priuandus foret ſuo officio.

6 Sic etiam nulli magiſtratus, aut Iudices ciuitatum Flandriæ, aut aliquorum territoriorum, vel caſtellaniorum, quales ſunt Gandenſium, Brugenſium, Hyprenſium, Franconum, Aloſtenſium, Curtracenſium, Aldenardenſium, &c. vllas promiſſiones aut munera accipere poſſunt, in grauamen partium, ſed ſuis ordinariis & annuis donis contentos eſſe oportet.

7 Verum Pagani magiſtratus, in quibus fere ruſtici, aut mœchanici ſunt iudices, non præter rationem in iure dicendo plerunque, & ex conſuetudine, à Partibus remunerationem aliquam accipiunt, verùm eam non tam pro ipſa adminiſtratione iuſtitiæ, quam pro damno, & intereſſe lucri ceſſantis acceptant, quod ob illius iuſtitia accommodationem patiuntur, dum ipſis ſuis operibus vacare non licet.

Prætores quoque, item pares curiæ feudalis, certa ac conſtituta præmia à partibus, per totam Flandriam accipiunt. Quod idem quoque permittitur omnibus Prætoribus, Conſiliariis, & officiatiis Cameræ legalis. 8

Commiſſarij & omnes delegati Iudices ſtipendia, ac ſalaria accipiunt, qualia ipſis ab ordinario conſtituuntur, & taxantur. 9

Idem quoque vſuuenit Arbitris & arbitratoribus, quibus etiam pro mercede conſtituuntur certa ſalaria, pro qualitate rerum, & perſonarum. 10

Poſſunt nihilominus ordinarij iudices a Partibes accipere quædam honeſta, ac gratuita donaria veluti lepores, cuniculos, perdices, phaſianos, pauones, capones, & ſimilia leuiuſcula, quæ ſunt menſalia, eſui potuique accommoda, ſic vt ea non ſint talia, quæ Marſupiis ſeruiant, aut auaritiæ, vel corruptelæ ſuſpicionem præbeant. 11

Ideoque in his donariis, ac honeſtis præſentationibus accipiendis, ſpectandæ ſunt perſonæ, quæ ea munera offerunt, ſic vt à tenuioribus tenuia quoque munuſcula pari animi gratitudine accipiant, qua aliquanto, præſtantiora à locupletioribus accipiunt. 12

In Francia vero edicto regio cautum eſt, & vetitum, ne quis Iudicum, aut ex Parlamento, aut ex vllo alio Magiſtru, per ſe, aut per alios, aut directè, aut indirectè vlla munera promiſſa, aut præmia à partibus accipiat, quæ vllam corruptionibus ſpeciem præſeferrent, quibuſue Iudicum animi à rectitudinis ſtabilitate deiicerentur, aut à ſynceritate iudicij facilius corrumperentur, ſic vt munerum cauſa tantò aut citius, aut tardius Iudicarent, aut nequius ſententiam peruerterent: ſub pœna perdendi officij, & deinde correctionis arbitrariæ, iuxta qualitates reium & perſonarum, vt reliquis ita metum ſimilis auſi incutiant, & vt omnibus correcti exemplo fiant. 13

CAPVT CCLI.

De taxatione expenſarum Iudicialium in Flandria.

SVMMAE.

1 *Stipendia iudicialia mutanda ſunt pro tempore,*
2 *Stipendia* *Conſiliariorum, Præſidentium, Adiunctorum, quæ fuerunt olim*
3 *Conſiliariorum, & quæ nunc ſint.*
4 *Clericorum, vel Notariorum quæ ſint.*
5 *Graphiariorum,*
6 *Aduocatorum,*
7 *Procuratorum,*
8 *Teſtium citatorum,* — *quæ ſint.*
9 *Oſtiariorum,*
10 *Nunciorum,*

PRæmia Commiſſariis, & adiūctis, ad informa-
1 tiones faciendas decreta, ſepenumero in Flandria variarunt, & per conſtitutionem Cameræ mutata ſunt, idque non temere. Nam vt tēpora, & temporum annonæ variantur, ita quoque ſalariorum mutationes fieri æquum eſt, non minus quàm reliqua omnia: Sic etiam non minus Eccleſiaſtica, quam forenſia, pro temporum qualitate mutanda veniunt.

2 Penultima autem præmiorum mutatio in Camera Flandriæ facta fuit, anno 1463 qua dictis Commiſſariis conſtituta ſunt pro ſuis Informationibus audiendis hæc præmia, ſcilicet: Præſidenti tres frāci. Cōſiliariis ſingulis duo frāci, ſi foris agēdæ fuerunt Informationes (quorum Francorum nomina nobis in vſu fuerunt, tempore reſortum noſtrum adhuc in Franciam ſpectauit. Portò ſi in ciuitate ſua inquiſitio facienda fuiſſet, Præſidenti deſignabantur duo franci, & Conſiliarij 18. groſſi quotidie. Adiunctis verò foris quotidie decernebantur 32. groſſi. In ciuitate verò, tantum 12. 14. aut 16. groſſi. Quæ quidem præmiorum conſtitutiones ab eo tempore, vſque ad pauculos ab hinc annos obſeruatæ fuerunt.

3 Verum (vt dixi) per temporum enormes mutationes, etiam & optimo Iure hæ conſtitutiones nunc mutatæ ſunt, ita vt hoc anno 1566. omnia ad ſequentem hunc modum, ſtipendia ſingulis conſtituta noſcantur. Præſidens eiuſdem Concilij Flandriæ, à Comite (qui nunc eſt, Rex Hiſpaniar. Philippus) pro ſuo ordinario tractamento aut ſtipendio annuo quotannis recipit tam abſens quàm præſens octingentos florenos. Et præterea annuā penſionem quadringentorum florenorum. Et quoties aliquo extra ciuitatem commiſſionem aſſumit, ſiue in negotiis Principis, ſiue in negotijs priuatarum Perſonarum, tunc pro ſuo diurno ſalario, abſque deciſione ſuperioris ſtipendij, quotidie recipit tres florenos. Si in iiſdem negotiis vacauerit in Ciuitate, tunc pro diurno ſtipendio quotidie recipit quadraginta ſtuferos. In reliquis Curiæ emolumentis, Præſidens vbique gaudet duplo. Octo Conſiliarij ordinarij ſinguli, pro ſuo tractamento ordinario, à Comite quotidie recipiunt florenum vnum, quod intelligendum eſt, ſi eo die præſentes reſideant, aut ſi in negotiis Concilij tribus horis ante meridiem, & duabus horis poſt meridiem vacent. Nam ſi extra Ciuitatem hi aliquò ad inquiſitiones emittantur, aut etiam in Ciuitate, tam in negotiis Principis, quam in priuatarum Perſonarum cauſis vacauerint, tum quidem pro ſuis laboribus foris recipiunt quotidie quadraginta ſtuferos. Et in ciuitate viginti ſtuferos. Verum tunc lucrum diurnum Principis perdant, niſi in ijs Cauſis ſic vacent, vt eo die quoque, in ipſum Concilium ſimul conueniant, quo caſu vtroque lucro ob diligentiam gaudere poterunt, dum vtrique officio ſimul ſatisfaciunt. Sunt præter hos, alij Conſiliarij Commiſſarij, ſic dicti, quod vix aliis rebus Conſilij quàm Commiſſionibus, Informationibus, & inquiſitionibus vacent. Hi nulla annua ſtipendia certa habent, ſed tantùm eos prouentus, qui ex ſuis Commiſſionibus, Informationibus, & Inquiſitionibus conſurgunt. In quibus cum Conſiliariis ordinariis omnino pares ſunt. Sed hoc loco inſuper notandum eſt, quod nullus Conſiliariorum poteſt vno die aſſumere binas commiſſiones, ſub pœna reſtitutionis, & arbitraria. Item quod nullus à concilio, aut ob cauſas priuatas, aut publicas ſe abſentare poteſt, ſine conſenſu Præſidis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, ad arbitrium totius Concilij. Super prædicta autem emolumenta, Præſidens, Conſiliarii, tum Ordinarii, tum Commiſſarii, Procurator gene-

nera-

Digitized by Google

neralis, & Aduocatus fiſcalis etiam aliam leuiuſculam, eamque annuam quandam gratuitatem, ac mercedulam viginti quatuor florenorum recipiũt, quæ ipſis ab Explotorum Receptore quotannis dependitur. Ad hæc habent præterea omnes Prouentus, & Commoda, quæ ex proceſſuum viſitationibus, & relationibus proueniunt. In quibus Relator ipſe pro ſuo peculiari labore, medietatem Iuris relatorij recipit. Altera Medietas æqualiter cedit reliquis, qui Proceſſui terminando continuò interfuere præſentes. Et præter hæc etiam ſinguli ſuas habent ſpecies aromaticas, aut harum loco pecuniam, quæ duo emolumenta ſimul, ad tria florenorum millia quotannis conſcendunt. Ex quibus ſinguli ſua commoda excipiunt, alij ampliora, alij pauciora, certè quiſque pro ſua parcius, aut largiùs nauata diligentia. Qui quidem Relationum Prouentus, & ſpecierum, Commoda, prædictis Præſidenti, Conſiliariis Commiſſariis, &c. ab ipſo Graphiario, aut ab eius Commiſſario ſatisfieri conſueuit.

4 Præſidens quoque, Conſiliarij omnes, procurator generalis, & Aduocatus fiſcalis, imò omnes quotquot ad corpus Conſilij pertinent in Ciuitate Gandenſi, gaudẽt immunitate Vectigaliũ Vinorũ & Cereuiſiarũ. Adiunctus autem tum Præſidentis, tum Conſiliarij (qui vbique locorum aſſumendus eſt cum conſenſu Curiæ, non ſuſpectus) in Ciuitate Gandenſi habebit viginti groſſos. Adiunctus autem, quem Conſilarius, aut Præſinens ſecum ex Gandauo, aut ex alio loco quàm Informationis aſaſſumet, ſecumque ad locum Informationis ſeu Inquiſitionis conducet, is quotidie pro ſuo diurno ſtipendio recipiet 40. groſſos. Si autem Adiunctum ex ipſo Informationis habendæ loco aſſumpſerit, is pro ſuo labore quotidie recipiet 32. groſſos.

5 Graphiarius etiam ſua conſtituta habet ſalaria, ad hunc modum. Nam pro ſingulis Apoſtillis, recipit 2. groſſos. In omnibus Commiſſionibus, quę in Concilium adferuntur, aut per Concilium peraguntur, recipit 8. groſſos. Pro procuratorij conſtitutione, aut ſubſtitutione, 4. groſſos In cauſis Ciuitatis, Capituli, Conuentus, pro Procuratorio, recipit 8. groſſos. In præſentationibus nouarum Cauſarum, pro ſingulis Perſonis, duos groſſos. Pro ciuitatibus, Collegiis, Conuentibus, Cõmunitatibus, &c. quatuor groſſos, Pro Procuratione cum duplici cauda, 12. groſſos. Pro ſingulis actis, & Reſponſis, 8. groſſos. Pro ſingulis actis Replicarum, Duplicarum, Triplicarum, Quadruplicarũm, &c. quatuor groſſos. Pro Actis petitionum, cũ remiſſione Cauſæ ad aliquos Magiſtratus, 8. groſſos. Pro Actis Petitionum, Reſponſionum, Replicarum, Duplicarum, cum ſententia interlocutoria vel definitiua, recipit ſalarium ad ordinationem Concilij. Pro Acta interinementi ad Requeſtam Ciuilem, cui non fuit oppoſitum ac contradictum, 12. groſſos, & quando fuit contradictum, recipit ſalarium ad taxationem Concilij. Pro Acta interinementi Abſolutionis, Reuocationis, Exilij, 24. groſſos. Pro Acta Petitionis, aut Reſponſionis, quo Iudicum ſubalternorum ſententiæ mittuntur executioni, 8. groſſos. Pro Acta Notati defectus, ſeu non comparitionis, 8. groſſos, Pro Acta continente ſtatum Contradictionis, & Querelationis Partis, ad taxam Curiæ. Pro ſententia in materia manutenentiæ aut complentæ abſente Parte ad taxationem Curiæ. Pro ſententia data in materia manutenentiæ, aut complentæ Parte audiente, ad taxationem Curiæ. Pro Sententia pronunciata per conſenſum Partis, & continente Condemnationem, aut Compenſationem ſumptuum, in materia centum Coronatorum ſemel, vel intra vel ſupra, Indifferenter ad taxam Curiæ. Pro omnibus Sententiis interlocutoriis peracta, & quando Lis eſt de quinquaginta Coronatis, vel ſuprà, ad Taxam Curiæ. Pro omnibus Sententiis Cauſarum centum librarum groſſorum ſemel, & infra, quinquaginta groſſos. Pro ſententiis Litium, quæ ſunt de Cauſa vltra centum libras groſſorum, ſexaginta ſtuferos. Pro Literis Decretorum, ſexdecim groſſos. Pro Literis Condemnationum in gratiam Partium, in quacunque materia eæ fuerint, ſiue in tractatu Maritali, ſiue Obligatorio, ſiue Compoſitionis, ſiue aliis ſimilibus, ad taxam Curiæ. Pro Literis quas Curia ſcribit ad Magiſtratus, aut Officiarios ad Requiſitionem Partis, 8. groſſos. Pro literis clauſis, quæ continent ſententias ſeu opiniones ad Principem aut ad ſuum priuatum Concilium, aut ad ſupremum Prætorem Flandriæ, aut ad alios Officiarios, ad requiſitionem Partium, 8. groſſos, vel ad taxam Curiæ. Pro ſingulis libris groſſorum in manu ipſius conſignatis, 2. groſſos. Pro omnibus aliis Literis clauſis, mittendis extra Patriam, ad requiſitionem Partis, 12. groſſos. Pro Iure ſigilli, proque ipſius emolumento, habebit 8 groſſos, & vltra pro Iure ſigilli, 2. groſſos. Hactenus de Graphiario.

Sequuntur Aduocati, quibus ſtipendia Iudicialia 6
aſſignantur, iuxta ſuas Notulas, Dietas, & ſcripturarum Paginas. Habent itaque Aduocati pro ſuis Notulis, & Retentionibus ſingulis, 16. groſſos. Pro ſingulis Dietis Iuridicis, 16. groſſos. Pro folio duarum Paginarum (quarum vnaquæque cõcontinebit, 20. lineas, & harum ſingulæ 6. verba) 8 groſſos.

Procuratores quoque penè ſimilia ſalaria re- 7
cipiunt. Sed quia pluribus Actibus vacant, ideo & plura emolumenta recipiunt. Recipiunt

Digitized by Google

enim primo procuratores pro ſuis ſuis notolis, & Retentionibus ſingulis, 16. groſſos. Pro ſingulis Partium Dietis Iuridicis, 16 groſſos. Pro exẽplari copia Partis aduerſæ, pro ſingulis eius folijs (vt ſuprà) 4 groſſos. Pro ſingulis Cõfutationibus, Salutationibus, Contradictionibus, Solutionibus quas facient, 4. groſſos. Item, Pro requiſitionibus taxæ expenſarum, pro ſingulis folijs, vt ſupra. 4. groſſos. Pro eo quòd ſententiam interlocutoriam in diarium inſerant, 6. groſſos. Pro eo quod ſententiam definitiuam inſcribant in ſuum diarium, 6 groſſos. Pro ſingulis vicibus, quando Iudex, aut Commiſſarius aliquid pronunciat in Cauſis ipſorum, aut in Cauſis Aduerſarij, ad facta contraria, 6. groſſos. In ſingulis Pronunciationibus Expenſarum, 6. groſſos. Pro inuentariis quæ conficient ex ſcripturis, per Partem aduerſam exhibitis, ad complendum Proceſſum, ad taxam curiæ. Quando aliquam Informationem peragunt, & producunt extra Ciuitatem, quotidie recipiunt 48. groſſos.

8 In ciuitate verò Concilij, 16. groſſos. Teſtes quoque qui ad Requiſitionem, aut Procuratoris generalis, aut Partis acciti erunt, aut qui per Curiã accerſiti erunt ad Examinationẽ, & ad ſua Teſtimonia deponẽda & ferẽda ſuper ſcripturas, aut facta partiũ, hi (ſiquidẽ Equites veniãt) pro vnoquoq; Equo, quotidie habebũt 20. groſſos. Si pedites, ſinguli quotidie 12. groſſos. Si Curru vecti, 16. groſſ.

Verum & hic opus prudenti conſideratione Per- 9
ſonarum, Locorum, Temporum, & Itinerum. Cõſtituta ſunt etiam Oſtiarijs ſua debita ſtipendia. Nã pro ſingulis ſuis diurnis vacationibus, quib ad inſtantiam Partis occupati erunt in ſuis Commiſſionibus exequendis, recipient 14 groſſos. Pro copia autem executæ Commiſſionis, 12 groſſos.

Item, Curſores, aut Nuncij, aut Tabellarij pedi- 10
tes, qui literas Concilij ad Requiſitionem Partis portabunt intra limites Flandriæ, recipient pro diurno itinere 14. groſſos. Si extra limites Flandriæ pro diurno ſalario recipient 16. groſſos. In Principis autem, aut Concilij negotiis (tam intra, quàm extra limites Flandriæ) recipient ſingulis diebus 10. groſſos. Sed hæc co[illegible] videntur, ideoque etiã conſtare videntur in prudenti conſideratione Iudicis. Qui hæc certiùs cognoſcere volet, is cõſulat Edictum Caroli V. Imperatoris noſtri, editum Brugis anno 1522. ex quo hanc ſalariorum conſtitutionem excerpſimus. Quæ omnia, quia ad Iura propriè non ſpectant, certius ea aut indagare, aut præſcribere piguit, potiſſimum, quod ea quæ laboris ſunt, aut ſumptuum, non tam in certa taxatione, quàm in prudenti conſideratione Conſiliarij, aut Iudicis conſiſtant, cuius eſt habere reſpectum Perſonarum, locorum, Temporum, Itinerum, Viarum, Annonæ, Commoditatum, aut Incommoditatum.

CAPVT CCLII.

De taxandis Sumptibus incarceratorum in Curia Flandriæ.

SVMMAE.

1 *Captiuis ſuppeditanda ſunt ſola neceſſaria.*
2 *Quantum Captiui contra Fiſcum olim in Carcere numerabant.*
3 *Quantum Captiui contra Partem pro neceſſariis numerabant.*
4 *Incarceratis olim non licuit vltra octo groſſos conſumere.*

1 NE qua enormitas oriretur in taxandis Incarceratorum ſumptibus, prouidè à maioribus noſtris curatum fuit, vt ipſis Incarceratis ſola vitę neceſſaria (& non quæ ad Crapulæ, aut Luxuriæ materiam conducerent) ſuppeditarentur, & pro ea neceſſariorum ſuppeditatione, Carcerariis conſtituta fuerũt certa, ac quotidiana precia, quæ illis ſumptibus, ac laboribus pro tempore paria, & æqua videbantur.

Per prudentiam igitur Philippi Audacis Ducis
2 Burgundiæ, anno 1401 & per cõfirmationem filij ipſius Ioãnis Burgundionis, anno 1407. conſtitutũ fuit, vt omnes Incarcerati contra Fiſcum, pro quacunque etiam cauſa quotidiè tantùm ſoluerent ſex ſolidos Pariſienſes monetæ Flandriæ, pro quibus commentarienſis ipſis quotidie ſuppeditare debebit Panem, Cereuiſiam, Pulmentaria, Lectum, Linteamina, & condigna ſtragula.

Alij autem captiui contra Partes, quotidie ſol- 3
uere debebant ſex groſſos, pro quibus à Commẽtarienſibus illis ſuppeditabantur Panis, Pulmentaria, Cereuiſia, Carnes, Halleces, Luminaria, Lectus, Linteamina, & ſimilia competentia.

Quòd ſi his neceſſariis, ac honeſtis contenti eſſe 4
noluiſſent, ſed & Vinum optaſſent, & Dapes exquiſitiores, tunc Commentarienſis ipſis ea præſtare debebat, ſed tantùm ad duos ampliores groſſos ſupra prædictos ſex groſſos, ſic vt quotidiè nec honeſtè, nec delicate licuerit ipſis plus conſumere quàm ad ſummum 8. groſſos, ne Carcer Caupona veriùs, quàm cuſtodia cenſeretur. Atque hæc ſumptuum ratio poſtea ſæpe confirmata, & obſeruata fuit multis annis, donec temporum ratio aliam mutationem expoſceret.

CA

Digitized by Google

CAPVT CCLIII.

De taxatione in Concilio Mechlinienſi.

SVMMAE.

1	*Præſidentis*	*Quæ ſint taxata ſtipendia, in Curia Mechlinienſi.*
2	*Conſiliariorum*	
3	*Adiunctorum*	
4	*Clericorum ſiue Saccularioru*m	
5	*Graphiariorum*	
9	*Oſtiariorum*	
7	*Aduocatorum*	
8	*Procuratorum*	
9	*Teſtium*	
10	*Curſorum peditum*	

IN Parlamento Mechlinienſi non admodum diſpar eſt conſtituta Taxatio, cum Taxatione Concilij Flandriæ. Nam & hæc quoque eadem nunc à ſuperiorum annorum Taxatione multum diſſidet, vt enim vbique conſueta ſtipendia non minus Iudicialia, quàm reliqua omnia, propter Annonæ exceſſiuam caritatem, maximopere mutata ſunt, & aucta, ita & in hoc cõcilio. Anno enim 1559. Rex Hiſpaniarum Philippus, totius Belgiæ Paternus hæres, & Dominus noſter clementiſſimus, hanc de ſalariis Officiariorum huius magni Concilij conſtitutionem & ordinationem ex cauſa, ad hunc modum ſanxit, & publicauit.

1 Qua voluit, vt Præſidens Concilij quotannis, pro honeſto ſalario diurno, quotidie reciperet 60. ſtuferos.

2 Et ſinguli Conciliarij quotidie 40 ſtuferos. Et quando hi Conſiliarij dicti Concilij foras extra Ciuitatem aliquò, ad Commiſſiones peragendas, aut ad Informationes ſeu Inquiſitiones faciendas, emitterentur in negotiis Principis, ſtatuit vt tunc quotidie pro diurno ſtipendio, ſupra ſalarium ordinarium, reciperent 40 ſtuferos. Et quoties in iiſdem negotiis vacarent in ciuitate, vt ſupra ordinarium ſtipendium reciperent 15. ſtuferos. Porro ſi iidem Conſiliarij Commiſſionibus Partium, aut Informationibus Partium audiendis vacarent in Ciuitate Mechlinienſi, tunc à Partibus recipient 48. ſtuferos, ſic tamen vt ordinario ſalario 40. ſtuferorum tunc non fruentur. Attamen ſi ita diligentes eſſent, vt Partium cauſis in Ciuitate quotidie duabus, aut tribus horis ſic vacarẽt, vt interim nihilominus Cõſilium ipſum ſtatuto tempore, nempe, tribus horis ante, & duabus horis poſt prandiũ frequentarent, tunc à partibus, vltra ordinarium ſtipendium 40. ſtuferorum, reciperent duntaxat quotidie 20. ſtuferos. Si verò debi è (vt dictum eſt) frequẽtarent Conſiliũ, & interim partiũ cauſis eodẽ die in Ciuitate vacarent vltra 4. horas tunc pro ea vacatione, à Partibus reciperent 40. ſtuferos. Dixi in ciuitate, quia ſi hi conſiliarij Partium cauſis extra Ciuitatem vocarent, tunc quia Conſilio intereſſe non poſſunt, à Partibus quotidie recipient 72. ſtuferos, ſed tunc ordinario ſalario Principis minimè gaudebũt. Verũ hoc loco obiter de Conſiliarijs notandum eſt, quod ipſis non liceat ſeſe à Concilio, ad vacandum cauſis Partium ſubducere, ſine Præſidentis impetrato conſenſu.

Adiuncti vero Conſiliariorum in negotiis Principis, in Ciuitate quotidie recipient 16. ſtuferos, foris verò extra ciuitatem, 28. ſtuferos. 3

In negotiis autem Partium in ciuitate vacantes, habebunt quotidie 20. ſtuferos, & extra ciuitatem 32. ſtuferos. Cæterum Clerici ſiue Saccularij Conſiliariorum, nullum habent ordinarium ſtipendium diurnum, ſed ſuam mercedem colligunt ex foliis Informationis auditæ, non quidem ex foliis primæ minutæ, ſed ex foliis accuratè & debito modo, poſtea in libellum conſcriptis, quæ ſingula 36 lineas, & ſingulæ lineæ quinque aut plura continere debent verba. Atque hi Clerici ab ipſo Commiſſario adigendi ſunt, ad iuramentum præſtandum de non reuelando ſecreta Inquiſitionum, aut Examen, aut Depoſitiones Teſtium, aut quicquam eorum, quæ Curiam Concilij concernere videbuntur. Porro Conſiliarij Referẽdarij, quorum officium eſt proceſſuum materiam, ſtatum & productionem ad Cõcilium debite referre, vt in iis proceſſibus examinandis, cognoſcendis, & referendis, quæ iura & Doctores de ipſis cenſeant & iudicent, aliquanto diligentiores exiſterent, hi (inquam) Conſiliarij pro ſuis relationibus & ſpeciebus habebunt, quod ipſis per concilium pro eius laboris conſideratione taxabitur, & non amplius. Quæ quidẽ taxa fieri ſolet in Camera, ſtatim poſt relatum Proceſſum & concluſum. Dictas autem ſpecies Graphiarius ab altera 4

altera Partium recipiet, quæ poſt ſententiam pronunciatam, eiuſdem formale dictum ſibi tradi expoſcet. Quod quidem dictum is Graphiarius tradere non tenebitur, prius quam dictas ſpecies ſolutas receperit. Quin & ſi pars ſententiæ dictum expoſcens, in Ralationis, aut reportatus Iure ſoluendo æquo negligentior foret, tunc Curia poterit decernere ſuas literas executoriales, quibus dictam Partem cōpellat, vt Ius Relationis ſiue Rapportus debite perſoluat. Porro ſi quando expenſæ erunt compenſatæ, tunc ea partium, quæ per ſententiam plus commodi ac lucri erit acceptura, dictas relationis ſpecies exoluet. Quod ſi ambæ partes æquale, aut fere æquale commodum ac lucrum ex ſententia acceperint, tunc ambæ Partes æqualiter eas ſpecies perſoluent, aut certè iuxta ordinationem Curiæ: & ad hanc ſolutionem (ſi opus fuerit) etiam per literas compulſoriales compelli poterunt. Sed hic ſciendum eſt, quod quamuis dictas ſpecies Graphiarius ab altera, aut ab vtraque Partium receperit, fas ipſi tamen non eſt, vt vni Partium, aut vtrique ſic ſoluenti, ipſum Relatorem prodat, aut manifeſtet.

5 Graphiarij accipient pro ſuis ſalariis taxam ſequentem, ſcilicet: Pro ſimplici Præſentatione prima vice per ipſos exhibenda, duntaxat vnum ſtuferum, Pro duplici, duos ſtuferos. Pro Actis communibus in proceſſu exhibitis, quatuor ſtuferos. Pro ſententiis importantibus Prouiſiones, aut Ordinationes aliquas cum effectu ſententiæ poſitæ ſuper libellis ſupplicibus per apoſtillam, 4. ſtuferos. Pro Acta depoſitiua, 8. ſtuferos. Pro Præſentationibus verò aut expeditionibus ſuper rotula, quarum acta non fuerunt exhibita in proceſſu, ſed tantum ad Expenſas taxandas exſumpta, pro his (inquam) ſingulis, quatenus in taxationem veniāt, recipient duos groſſos. Pro Actis Prouiſionem aut Appoinctamentum importantibus incontinenti (vulgò *ſur le champs*) 12. ſtuferos. Pro Interlocutoriis redditis ac latis ſuper Proceſſu viſo. Pro reiteratis citationibus. Commiſſionibus Commiſſariorum, Executoriis, & pro omnibus aliis Prouiſionibus & Mandamentis, quæ in graphiaria expediri ſunt conſueta, 8. ſtuferos. & quando iſtæ Prouiſione expedientur pro multis, aut pro Ciuitatibus, Collegijs, Conuentibus, Communitatibus & ſimilibus, 12. ſtuferos. Pro ſententiis, quarum materia excedet quingentos florenos, quinque libras Quarum materia excedet trecentos florenos habebunt quatuor libras. Si infra trecentos florenos ſentētiæ ſumma permanſerit, recipient tres libras, quam trium librarum ſummam etiam habebunt pro ſententiis, non conſiſtentibus in præciſa ſumma, aut æſtimatione pecuniaria. Nihilominus ſi materia fuerit grandis momenti, aut inter Collegia, Communitaies, aut magnas Partes, tunc ipſi poterint petere, vt ſua ſalaria taxentur à Curia Vltra quam taxationē nihil amplius exigere, aut petere poterunt. Dicti autem Graphiarij, Secretarij, & receptores explotorum, tenentur à Concilij Graphiario, leuare omnes ſuas Commiſſiones, & Mandata, quæ ipſi poſtea ad audiētiam Mechliniēſem, poſtquam ſigillata erunt, tranſmittent, & audientiario exoluent, aut ipſius Commiſſario ſigillum. Ipſi verò tam pro ſuis Vacationibus, quam pro expeditionibus Mandatorum, & Prouiſionū, quas expedient in dicto Concilio, habebunt tale ſalarium, quale ſequitur, & non amplius: ſcilicet, quando foras extra Ciuitatem aliquò, ad Commiſſiones peragendas emittuntur in negotiis Principis, tunc quotidie pro diurno ſalario, recipient 28. ſtuferos. In negotiis verò Partium. 36. ſtuferos. Porro ſi iidem vacarent in Ciuitate Mechlinienſi, in negotiis Principis (vt Principales Commiſſarij) 16. ſtuferos, & in negotiis Partis, 24. ſtuferos. Pro expeditione Requeſtarum Ciuilium, Literarum clauſarum, & appoinctamentorum ſuper Requeſtis, importantibus & continentibus Prouiſionem vllam, 6. ſtuferos. Pro omnibus aliis Mandatis & Prouiſionibus Iuſtitiæ, quæ expedientur in dicto Concilio, 12. ſtuferos. Si plures ſint impetrantes, aut ſi res concernant Ciuitates, Communitates, Eccleſias, aut Collegia, habebunt pro prædictis Mandatis & Prouiſionibus Iuſtitiæ, 18. ſtuferos, & pro requeſtis Ciuilibus, 9. ſtuferos. Sed tunc non obligantur Partes ipſorum Clericis pro groſſa dictarum Prouiſionū, & Mandatorum exoluere Vinum. Imo tale vinum, aut quippiam Vini loco exigere à Partibus, nedum quicquam accipere poterunt ſub pœna arbitraria, niſi vnum duplum ſtuferum, etiamſi eſſent plures Ciuitates, Pagi, Eccleſiæ, Communitates, Collegia, aut plures particulares, in vna ipſa Impetratione aut Prouiſione cōprehenſi.

Oſtiarij tam ordinarij, quam extraordinarij accipient pro ſalariis & vocationibus taxam ſequētem: ſcilicet, Quando vacabunt in negotiis Principis, ad requiſitionem Procuratoris generalis, & extra locum Reſidentiæ, recipient quotidie 12 ſtuferos. Et quando proficiſcentur extra locum reſidentiæ, ad inſtantiam & Requeſtam, & pro negotiis partis aut Partium, habebunt 16. ſtuferos. Et ſi vacauerint in locis Reſidentiæ, pro ſingulis Inſinuationibus Appoinctamentorum ſuper requeſtis, de quibus erunt requiſiti, diſpoſitionem non continentibus, recipient duos ſtuferos. Pro iis autem, quæ Diſpoſitionem & Ordinationem abſolutam continebunt, & ſimiliter pro omnibus Inſinuationibus ad ſatisfaciendum ſententiis, 10. ſtuferos. Pro Executionibus Mandatorum in Ciuitate, tam in Principis, quàm in Partis cauſis, recipient 8. ſtuferos. Quæ quidem ſalaria diurna, vbi hi 6

Oſtiarii receperint, non poterunt ampliora exigere, nec capere pro ſuis principalibus Relationibus quas tenentur facere. Sed pro exemplari copia ſuarum Commiſſionum, & Relationum, quam Parti citatæ aut executæ (ſi expoſcat) tradere tenentur, recipient pro vnoquoque folio, continente 36. lineas, & in ſingulis lineis ſex aut ſeptẽ verba, vnũ ſtuferum, & non amplius. Atque hi Oſtiarij indiſtinctè tenebuntur diligenter inſeruire, tum Principi, tum Partibus, pro ſalariis prædictis, ſimulatq; requiſiti fuerint.

7 Aduocati autem habebunt & capient pro ſuis ſalariis, & vacationibus ordinariam taxam ſequẽtẽ, & non amplius: ſcilicet in cauſis, quæ aſcendunt ad centum & quinquaginta florenos ſemel, aut ſupra, pro retentione & Conſultatione, 18. ſtuferos. Item Pro cauſa prima vice dicenda, agenda, & ad facta explotorum producenda, aut defendenda, ſimiliter 18. ſtuferos. Pro Replicãdo & Duplicãdo, &c. ſingulis vicibus 9. ſtuferos. Sed in cauſis, quæ erunt infra centũ & quinquaginta florenos, accipiẽt pro retentione, & Conſultatione tantũ 12 ſtuf. Sic & tãtundem recipient, quando hæc Cauſa agenda erit prima vice, & ad factũ deducẽda atq; defendẽda, vt ſuprà Item pro Replicatione ac Duplicatione, &c. 8. ſtuferos. Habebunt præterea pro quolibet folio ſcripto, continente 28. lineas, & ſingulis lineis 8, verba, quinque ſtuferos. Quod ſi res, aut negotium expoſcat maius ſalarium, nempe, quod materium ſit ardua, magni ponderis, & in iura difficilis, poterunt tunc hi Aduocati hanc negotiorũ magnitudinem, & difficultatem commonſtrare Curiæ, vt ex eorũ conſideratione, auctiorem taxã ab eadem Curia impetrent, Quando autem mittentur à ſuis Magiſtris coram Commiſſariis, aut aliis Mechliniæ, habebunt 8. ſtuferos, Ex omnibus autem Contradictionibus, Refutationibus, & Saluationibus ab ipſis, & non à procuratore, ſubſignatis, habebunt dicti Aduocati pro quolibet folio, continente 28 lineas, & octo verba in qualibet linea, 4. ſtuferos.

8 Procuratores quoque pro ſuis ſalariis, & vacationibus, recipient taxam ſequentem. In materijs aſcendentibus ad çentum & quinquaginta florenos ſemel, & pro prima vice & ſupra, pro Retentione & Conſultatione, 12. ſtuferos, & infra dictã ſummam, 9. ſtuferos Et tenebuntur hi Procuratores, per apertam expenſarum commonſtrationem oſtendere, an Iudex prædictam ſummam exceſſerit. Id enim ſi factum eſſet, taxarentur expenſæ aut ſalaria, per minorem ſummam. Pro ſingulis autem diebus, quibus occupati erunt, & quibus ſeſe inſinuabunt per actam, 4. ſtuferos. Pro Continuationibus autem, nullum ſtipendium recipient, niſi pro vna: pro reliquis vero ſequentibus nihil. Pro Teſtibus autem producendis, aut pro aliis exhibendis documentis, ſiue in Graphiaria, ſiue coram Cõſiliario in dicto loco Mechlinienſi, 4. ſtuferos. Porrò quoties dicti Aduocati, & Procuratores extra Ciuitatẽ, ad Requiſitionẽ ſuorum Cliẽtulorũ proficiſcentur, habebunt hi ipſi Aduocati ſingulis diebus 40. ſtuferos Procuratores vero 32 ſtuferos Pro quibus ſalariis tenentur Aduocati & Procuratores, ſtatim ac requiſiti fuerint, diligenter inſeruire ſuis clientulis, Quod ſi Aduocati aut Procuratores hac in re & pro dicta taxa ſeſe difficiles præbeant, poterit tunc Pars Curiæ exhibere libellum ſupplicem, vt in ea re prudenter, & vt decebit prouideat.

Teſtes item, qui ad requiſitionem aut officium Procuratoris generalis, vel ad Requiſitionem Partis, vel etiam ipſius Curiæ, ad Examen, & ad ſua Teſtimonia deponenda ſuper ſcripturas, aut facta Partium acciti erunt, hi (ſiquidem equites veniãt) pro vnoquoque Equo quotidie habebunt 24. ſtufer. Si pedites, ſingui quotidie 12. ſtuferos. Si curru vecti, 18. ſtuferos. Verum & hic opus eſt prudenti conſideratione perſonarum, Locorum, Temporũ, & Itinerum. 9

Item, Curſores Pedites, qui literas Concilij, ad Requiſitionem Partis portabunt intra limites territorij Mechlinienſis, recipient pro diurno itinere, 10. ſtuferos. Si extra limites dicti territorij, pro diurno ſalario recipient 12. ſtuferos. In Principis autem, aut Concilij negotiis (tam intra, quam extra limites territorij Mechlinienſis) recipient ſingulis diebus, 10. ſtuferos, Sed hæc quia conſciſa & tenuia videntur, ideo & ipſa in prudenti conſideratione Iudicis conſiſtere videntur. 10

Digitized by Google

CAPVT CCLIV.

De Sententiis Executioni mandandis.

PRIMO

Quæ Sententiæ ſint Executoriabiles.

SVMMAE.

1 *Sententia quæ Executioni committenda ſunt.*
2 *Sententia per ſupplicationem ſuſpenſa, cum Cautione ſunt exequenda.*
3 *Sententia ſubalternorum Iudicum, cum Cautione ſunt exequenda.*
4 *Sententia per Concilium lata, non exequuntur ſub Cautione.*
5 *Sententia Annalis, Executioni mandare non poſſunt.*
6 *Sententia quæ ſemel Executabilis, perpetuò manet Executabilis.*
7 *Sententia Executioni traduntur,*
- *Quando in rem Iudicatam tranſierunt.*
- *Quando Contractus Iuridicè ſunt tranſacti.*
- *Quando Debitum eſt priuilegiatum.*
- *Quando Mercatum eſt ſine termino, &c.*

1 SEntentiam Executorialem vocamus, quæ Executioni ilicò tradi poteſt. Omnes itaque bonæ ac legitimæ ſententiæ, quæ latæ, & in rem iudicatam ſua vi & effectu tranſlatæ ſunt, quæque nec per Appellationem, nec per Reformationem, nec per Reſtitutionis aut Reuiſionis petitionem ſunt ſuſpenſæ, hæ omnes Executioni mandandæ ſunt. Si verò per dictas Actiones Iudiciales, ſcilicet per Appellationem, Reformationem, Reſtitutionem, aut per Reuiſionem dictæ, aut vllæ aliæ ſententiæ interrumpantur ac ſuſpendantur, illæ tunc nullo modo Executioni mandari poſſunt.

2 Sententiæ verò, quæ per ſolam ſupplicationem ſuſpẽſæ fuerũt, prorſus ſunt Executabiles, ſed ſub Cautione præſtanda. Sed (vt dixi) ſententiæ, quæ ſuſpenduntur per Reſtitutionis petitionem, eæ nõ ſunt exequendæ, donec de ea Reſtitutionis petitione deciſum fuerit.

3 Sic omnes ſententiæ ſubalternorum Magiſtratuum, (quos pedaneos vocamus) in Flandria etiam ſub Cautione præſtanda ſunt executabiles, dummodo ſint tales, quæ reparari, ac reſtitui poſſint per definitiuam, non obſtante vlla Appellatione, per nouam Conſtitutionem factam, anno 1458.

4 Verum ſententiæ latæ per concilium, non ſunt ſub Cautione, aut aliis modis executabiles, ſiquidem ab ipſis appellatum fuerit.

5 Sententiæ quoque vltra annum latæ, Executioni mandari non poſſunt, niſi denuo pronuncia fuiſſet Executorialis, aut niſi intra annum eundem cœpta fuiſſet exequi.

6 Hoc autem de ſententiarum Executionibus notandum eſt, quod quæcunque ſententia ſemel pronunciata fuit Executabilis, nunquam annuo tempore præſcribitur, ſed ſemper, Executorialis permanet, niſi is, contra quem pronunciabatur Executorialis, morte præriperetur. Eo enim caſu, illius Defuncti hæredes citarentur cum intimatione vt viderent & audirent eandem ſententiam denuo pronunciari Executorialem.

7 Præterea notandum eſt, quod quatuor cauſarum modis, per Executionem procedatur. Primò ſuper ſententiis latis, quæ in rem iudicatam tranſierunt. Item ſuper contractibus iuridice tranſactis, ſuper nummis Principis. Item, pro priuilegiato debito, eiuſmodi ſunt fundales annui reditus, Debitum ex conductione ædium, & Debitum ex pupillorum bonis, Poſtremo negotiationes, peractæ in Foro, aut in Mercatu, ſine vllo termino, aut conditione, quia quando nec conditio, nec ſolutionis terminus conſtituitur, tũc ea emptio cum præſenti pecunia facta intelligitur.

CA.

Digitized by Google

CAPVT CCLV.

Cui competat Executio facienda.

SVMMAE.

1 *Sententiæ Executioni traduntur per eundem Iudicem.*

2 *Sententiæ Paganorum Iudicum.* { *In Realibus, mandantur Executioni per Iudicem,* &
3 *In perſonalibus mandantur Executioni per Præfectum.* }

4 *Iudex appellationis, ſententiam confirmatam exequitur, non ſubalternus.*

5 *Parlamentum ſubalterni Iudicis ſententiam, quomodo exequatur.*

6 *Sententia in Conciliis exequuntur per Oſtiarium.*

7 *Oſtiarij extraordinarii non exequuntur,* { *In Realibus, vltra duas libras groſſorum.* *In Perſonalibus, vltra 200. libr. Franc. a.* }

8 *Iudex ſæcularis, & Eccleſiaſticus, ad Executionem mutuas operas præſtant.*

9 *Iudex à Iudice ſententiæ Executionem excipere poteſt.*

1 OMnes ſententiæ Executioni mandantur, per eiuſdem ſententiæ Iudicem ordinarium, ſiue is ipſemet ſententiam pronunciaſſet, ſiue ipſius Delegatus, ſiue ipſius Subiectus Arbiter, potiſſimùm ſi ea ſententia per Partem emologata, ac approbata fuiſſet, *cap. Si quis, extra, de for. compet. & l. A Diuo Pio ff. de re Iudicata.*

2 Sententiæ inferiorum Tribunalium in Flandria, atque in materia Reali, Executioni traduntur, per Admonitionem, Iuſſionem, aut per Sententiam eius, qui primam ſententiam protulit.

3 In materia verò Perſonali, per Requiſitionem Prætoris, Bailliui, Schulteti, aut alterius Officiarij ac Præfecti Principum.

4 Quamuis per Iudicem, Appellationis ſententia ſubalterni Iudicis ratificetur, & confirmetur, eadem tamen ſententia, per eum ſubalternum Iudicẽ non mandatur Executioni, ſed per Iudicem Appellationis, qui eam ſententiam confirmauit. Atque ita vſurpatum eſt in Flandria, & etiam in magno Cõcilio Mechlinienſi.

5 Conſiliarij Mechlinienſis Curiæ, Executioni mandant ſententias ſubalternorum Iudicum, non quidem realiter, aut ex proprio officio, ſed ex mãdato, ſub pœna Oppoſitionis, aut Contradictionis, & cum cognitione cauſæ.

6 Sententiæ autem tam Prouincialis Concilij Flãdriæ, quàm Parlamenti Mechlinienſis, omnes Executioni mandantur per Oſtiarium, & per Oſtiarij ſpecialem commiſſionem.

7 Verùm in dicto magno Concilio, magna eſt differentia inter Oſtiarios, ſiue Executores. Nam Oſtiarij extraordinarij, in materia Reali exequi nõ poſſunt, quæ duas libras groſſorum annuorũ redituum excreſcit. Nec in materia etiam Perſonali, quæ ducentas libras ſemel excedit, libram æſtimãdo precio 15 groſſorum.

8 Iudex ſæcularis etiam ſententiam Iudicis, Eccleſiaſtici Executioni ſubinde mandat, ſed id tantùm in quibuſdam Criminibus. Sic etiam contra, Iudex Eccleſiaſticus, in quibuſdam cauſis ſententiam Iudicis prophani, idque per Inuocationem brachij ſæcularis, ad Executionem committit, vt notat Innoc. *in c. 1 iuncta ibidem gloſſ. in verbo. Publicum conuocent auxilium, extra. de offic. ordin.*

9 Sic etiam vnus Iudex ſæcularis, alterius Iudicis ſæcularis ſententiam, ad Executionem excipit & mandat, idque per Literas Poſtulatrices, aut Requiſitoriales. Nam ſic alter alteri ad fauorem Iuſtitiæ, in huiuſmodi Executionibus faciendis, mutuam operam præſtare poteſt, *l. A Diuo Pio, ff. de re iudic. c. Poſtulaſti, extra, de foro competenti.*

CAPVT CCLVI.

Quando Executio eſt peragenda.

SVMMAE.

1 *Executio ſententiæ* { *In materia Perſonali,* { *non mandatur ante 4 menſem.*
2 *In Concilio* { *Flandrenſi, Mechlin.* } { *fit ſecundum qualitatem* } { *perſonæ, loci, temporis.* } }
3 *In materia Reali (vbi non accedit appellatio), fit poſt 10 diem.* }

4 *Executio facta diebus Dominicis & Feſtis, eſt inualida.*
5 *Proclamationes non ſunt faciendæ diebus Dominicis, aut Feſtis.*

1 SEcundum Iura in materia perſonali vetitum eſt, ne ſententia executioni committatur ante quartum menſem expiratum, quod tempus iuridicè quadrimeſtre vocant, *cap. Quærenti, extra, de offic. delegat.*

2 Verùm nec in Flandriæ Concilio, nec in magno Concilio Mechlinienſi, eò aut tam diu executio ſententiæ differtur, niſi Iudex ſententiæ executionem tam diu, aut diutius, ex certa aut rationabili cauſa, omnino prorogare vellet, quod ipſi prorſus eſt licitum. Quadrimeſtre enim illud tempus, aut prorogari, aut arctari poteſt à Iudice, iuxta qualitatem, & quantitatem ſententiæ, cauſæ, perſonæ, loci, ac temporis, vt notatur *ca. Quod ad conſultationem, extra, de ſenten. & re iudica.*

3 In materia verò Reali, ſententia, de qua appellatum non eſt, ſtatim poſt decimum diem executioni committitur, quia ipſa tunc libera eſt & rata, & in rem iudicatam tranſiit, ſic vt tunc actor mittendus veniat in poſſeſſionem rei petitæ, & ſibi adiudicatæ, *c. Cum Bertoldus, extra de ſent. & re iud.*

Executiones diebus Dominicis factæ, aut Feſtis, ſunt inualidæ, vt multorum fert opinio, niſi in mora, ac procraſtinatione metueretur periculum, quo caſu, omnem diem iuſtitiæ ſeruire condecet, *l. Fin. C de feriis, & Panor in c. Fin extra, de feriis.* 4

Maximè autem cauendum eſt (veluti ſecundum iura indignum) ne vllæ proclamationes Iudiciales, aut vlla publica edicta euocentur diebus Dominicis, aut Feſtis, nec ante, nec poſt diuinum officium peractum. Verùm praxis hanc legem violenter infregit, *l. De quibus, ff. de legib.* 5

CAPVT CCLVII.

In quem Executio fertur aut infligitur.

SVMMAE.

Executio ſententiæ fertur,
1 *in ipſum principalem condemnatum, non in Procuratorem, niſi, &c.*
2 *in ipſum principalem condemnatum, non in fideiuſſorem, niſi, &c.*
3 *in maritum, pro omnibus debitis Vxoris.*
4 *in Curatorem bonorum, quando hæredes bona non adeunt.*

1 EXecutio ſententiæ ſemper expeditur, in ipſum principalem condemnatum, aut in ipſius bona, non autem ſuper ipſius Procuratorem, qui eam cauſam produxit, ac defendit. Niſi hic in ea cauſa, ſine mandato, ſineque procuratorio præoccupaſſet, hoc enim caſu, ſententiæ executio in talem temerarium Procuratorem vibranda veniret, & non incondemnatum, ſicuti notatur in *l. ſi ſe non obtulit, in princ. & §. 1. & ſecundo ff. de re iudic.*

2 Sententię quoque executio fieri debet, in ipſum principalem condemnatum, & non in fideiuſſorem, *Authentica. Præſente, C. de fideiuſſoribus*, Niſi fortaſſis in eo caſu, quo ipſe principalis cõdemnatus abeſſet, aut à Iudice excuteretur, imò potius negligeretur, quod ingenio, ac moribus tam eſſet aſper, alienus, rixoſus, & litium cauillationumque tam eſſet diſſertus, vt nulla cum ęqua ratione, cum eo quicquam tranſigi, aut tractari poſſet. Hoc enim caſu, executor cum decenti prudentia, poſſet executionem ſuam in Fideiuſſorem expedire & dirigere, & principalem negligere, ipſumque ſuæ moroſitati relinquere, etiam is hic principalis ſuo fideiuſſore eſſet multo potentior & ditior. Imo ſecundum multos, in principalem executio non eſt neceſſaria, iuxta Bartol. *in l cum ſatis, in 1. col. C. de agri. & cenſi. lib. 11*, Per Iaſ, *in §. Item ſi quis in fraudem, inſt de actionibus.*

Sententiæ quoque executio expedienda eſt in Maritum, de omnibus debitis, quibus ipſius Vxor obnoxia fuit, ante hoc initium Coniugium, aut quæ ipſa Vxor in Coniugio poſtea contraxit, quia per contractum Coniugium, ipſe Maritus omnibus Vxoris debitis, tam præſentibus quam futuris ſit obnoxius, & principalis conſtituitur. 3

Quando principalis condemnatus, & per ſententiam 4

Digitized by Google

tentiam obligatus, omnibus bonis ſuis cedit, aut interim moritur, & ſi tunc hæredes ipſius domum mortuariam, nec ipſius hæreditatem aut bona adeant, ita vt hoc modo eorundem bonorum nullus appareat poſſeſſor, tunc ipſe Creditor per Iudicem ordinarium, iiſdem bonis ita vacantibus, Curatorem conſtituendum curat, & tunc is Creditor, cōtra talem curatorem procedere ſatagit.

CAPVT CCLVIII.

De modo Executionis faciendæ.

SVMMAE.

1 *Executor ſententiæ* { *Realis, petitorem in realem & actualem poſſeſſionem ponit.*
2 *Perſonalis, vendit* { *Bona immobilia, Fundus, Feuda, Credita & Schedulas* } *condemnati.* *Poſtea ipſum condemnatum apprehendit.*
3 *In quoſdam inclementes captiuatores fratrum, Deteſtatio.*
4 *Condemnatus executore bona tradere poteſt, quæ velit.*
5 *In vendendis mobilibus & immobilibus, ſeruandus eſt ordo.*
Perſonalis ſententia, {
6 *Diuerſimode vſurpatur.*
7 *Quomodo Brugis vſurpetur.*
8 *Quomodo alibi vſurpetur.*
In executione ſententiæ {
9 *Realis, non eſt opus vlla denunciatione.*
10 *Perſonalis, opus eſt denunciatione, & octidui expectatione.*
11 *Venditam ſuppellectilem condemnatus, intra octiduum recuperare poteſt.*
Venditio rerum {
12 *Non Feudalium, fit* { *Loco conſueto, &, Per tres hebdomadales denunciationes Eccleſiaſt.*
13 *Feudalium fit intra quatuor binas hebdomadas.*
Executor {
14 *In Eccleſiaſticis denunciationibus ſuis ſemper procedit, non obſtante appellatione.*
15 *Condemnato ſingulas denunciationes indicare debet.*
16 *Non plura, quam quæ ſibi ſufficiant diuendere poteſt.*
17 *Plura quam ſufficientia vendens, ad rationem tenetur.*
Executor {
In Concilio Mechlin. Salarium ſuum implicat; cum {
18 *Aliis expenſis exequendis.*
19 *Principis nummis exequendis.*
20 *Decreti exequendi precio.*
21 *In Concilio Flandriæ, exequitur ſuum ſalarium, cum ipſo principali.*
22 *Executorum ſalaria vocantur ſportulæ.*
Executor {
23 *Primum rei vendendæ precium indicare debet.*
24 *Condemnatum appellantem admittit cum conſignatione.*
25 *Non condemnatum appellantem admittit, ſine conſignatione.*
26 *Omnem licitatorem admittit, & connotat.*
27 *Feudalis* } *Contra venditionem* { *Feudi,* } *appellare* { *hic non debet.*
28 *Fundalis* } *Contra venditionem* { *Fundi,* } *appellare* { *hic omnino debet.*
29 *Opponitur contra executoris venditionem, vſque ad candelæ extinctionem.*
30 *Executor poſt candelæ extinctionem, à progrediendo ceſſat.*

Digitized by Google

POſtquàm de ipſa ſententiarum Executione, quis eas exequi debeat, quando Executio facienda, & in quem Executio facienda, diximus reſtat, vt & modum, & exequendi formā paucis explicemus, quæ conſideranda venit.

1 Quando enim ſententia aliqua materiæ realis exequenda eſt, tunc Oſtiarius, aut alius quiſpiam Executor, petitorem in Realem, & Actualem poſſeſſionem rei iudicatæ ponit & aſſerit.

2 In Actionibus etiam perſonalibus, Executor procedit ad bona condemnati, per ſubhaſtionem & Venditionem publicam, ſed gradatim & hoc modo. Primò enim in ipſa Mobilia ac Vtenſilia, deinde in Fundos, poſtea in ipſa Feuda, poſtea in cōdemnati Credita, & Shedulas obligatorias actiuas, ac tandem in ipſam perſonam condemnati, *l. A diuo Pio, §. In venditione*, & ibi Bart. & alij Scribent. *ff. de re iudic.* atqui hoc vltimum, ita Iura

3 ſtatuunt Ciuilia. Verum Chriſtianæ leges, à tali tyrannide prorſus abhorreſcunt, & mitiora Chriſtianiſmum profeſſis ſuadent. Si enim Chriſtus ſuis præcipiat, vt proximum ament, ſicut ſeipſos, nonne ſatis, imò plus ſatis durè cum proximo agunt, qui omnia ipſius bona tam futura, quam præſentia inclementer vendunt, etiamſi in ipſum condemnatum, & funditus iuxta mundum perditum, & alioqui etiam in Chriſto Confratrē, non tam dirè ſæuiant, vt poſt omnia ipſius diuendita, etiam ipſum miſerum in carcerem coniiciant? Videant illi, quibus ſic æs triplex, circa pectus erit, quomodo in extremo Iudicio ſeſe coram iuſtiſſimo Iudice, de tanta crudelitate purgabunt, & quomodo illud Euangelicum effugient: *Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nónne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? & iratus Dominus, tradidit eum tortoribus, &c. Math. 18.*

4 Sed ad intermiſſa pergo. Dictus itaque executionis ordo tam eſt firmiter ſeruandus, vt Executori eum nullo modo infringere, aut interuertere liceat, niſi condemnatus Executori aut tradiderit, aut commonſtrauerit alia bona, quæ per ſubhaſtationem vendi mallet.

5 Quin etiam & ſi debitor non commonſtraret, quæ prius vendi bona mallet, ipſe tamen Executor ex ſuo officio, talem ſe gerere debet, vt ſemper prius, quæ debitori minus nocebunt, diuendat: tā in mobilibus, quam in immobilibus, ſic vt in mobilibus, prius vendat minutiora, & quæ minus debitori oberunt, quam ad maiora, quæ plus oberūt, accedat. Et ſimiliter in immobilibus, vt prius leuiuſcula, & minus obfutura vendat, quam ad maiora, & plus nocitura, accedat vtique vt amor iuſtitiæ in omnibus ſeruetur, & vt odij vel malitiæ ſuſpicio vndeq; diſpellatur, quæ facile oriretur, ſic Executor pro re modica, aut in mobilibus, aut in immobilibus, rem aut fundum magni precij diuendere pergeret, idque inique (quod ipſi non licet) procaciter agere tentaret, vide Bart *in l. A diuo Pio §. In venditione* [illegible] *ibi gl. f. in verbo in animalia, alias Animales. ff. de re iudic. & leg mouentium. ff. de verbor. ſignif. & l. Quamdiu C. Si aſtracti. pigno.* Bart. Alexandr. & Scribent, *in dict. l. A diuo Pio, §. in venditione*, Si igitur Executor hunc ordinem & diſtinctionem infregerit, debitor ab eius executione appellare poterit, vt qui iudicialis ordinis modum exceſſerit. *vt l. Ab executione, Cod quorum appell. non recip iunt, & l. Executorem, C de execut. rei. iudic.* Quot modis autem Executor in officio excedat, notatur in gloſ. in *verbo, Excedat, in d. leg. Ab executione.*

Sed hic notandum eſt: Quod ſententiæ ciuiles perſonales, pro diuerſis locis diuerſimodè pronuncientur, & exequantur. 6

Brugis enim Flandriç, in ciuilibus quiſquis condēnatur perſonaliter, idē quoq; condēnatur & realiter, hoc eſt, is ſimul condēnatur, & in corpore, & in rebus: ſic vt talis ſententia ad vtrumque, nempe ad comprehendēdam debitoris perſonā, & ſimul ad debitoris bona exequenda, ac ſuo tempore diuendenda committatur, tam in ſponſionibus quàm in propriis bonis, adeo vt creditori ibidem & debitorem capere, & debitoris bona, poſt capturam iuridice arreſtare & vendere liceat, donec ſuæ ſummæ, cum expenſis factum fuerit ſatis. Si verò ante hanc arreſtationem contingeret, debitorem in carcere mori, etiam ipſum debitum mortuum & extinctum cenſeretur, & tunc ipſius cadauer mortuum loculis reconditur, & pro carcere, ad horulam vnam aut alteram ſiſtitur, & omnibus ſic publice oſtenditur, quod cum corpore & vita ſuis creditoribus perſoluerit. Atque hoc modo is debitor mortuus, plane ab eo debito liberatur & abſoluitur. Verum ſi ante mortem, ipſius bona ſimul à creditore fuiſſent arreſtata, tunc is creditor poſt mortem debitoris, ad ipſius mobilia atque immobilia arreſtata (in quæ ipſi ſimul competebat actio) per decretum diuendenda pergit. 7

In aliis vero locis, mos & ſententiæ perſonalis natura eſt, vt creditori actionem tribuat vel in perſonam, vel in rem ipſius, ſic vt quando creditor debitorem exequitur, tunc ab actione bonorum ipſius prorſus cadit. Si verò bona ipſius per executionem diuendere pergat, nihil iuris in perſonam debitoris ipſi remanet. In vtrumlibet enim per ſententiam actionis ius obtinuit, ſed in vtrumque ſimul executionis faciendæ ius non habuit, ſed tantum in alterutrum, ſic vt tentato altero ſolutionis comparandæ remedio, perderet ſimul & alterum. 8

Eſt præterea & hoc loco, alia notanda differentia inter executionem ſententiæ realis, & perſonalis: 9

Digitized by Google

nalis: quod ad executionem ſententiarum realium, non eſt opus, vt executor per vllam denũnciationẽ procedat, ſed in iis realiter (hoc eſt, ad res ipſas) & per facta ilicò procedere poterit.

10 In executionibus verò ſententiarum perſonalium faciendis, debet ipſa executio primò omniũ, fieri, per denunciationem præuiam, & condemnato permitti debet tempus deliberandi ad octiduũ, aut amplius, alioqui ſine hac denunciatione, ac temporis ad minus octidui perpermiſſione, executio prorſus eſſet inualida, & nulla.

11 Porrò poſt executionem ac venditionem ſuppellectilium, aut rerum mobilium, condemnato adhuc conceduntur octo dies, vt intra eos eadem ſuppellectilia ſiue mobilia liberet, ac redimat. Verum iſtud tempus conſiſtit in arbitrio iudicis, iuxta qualitatem perſonarum, rerum ac cauſarum. Speculat. §. *reſtat, & §. Penultimo, tit. de execu. ſentent.*

12 In executionibus autem realibus domorũ, fundorum, redituum, aut ſimilium, fieri debent in locis conſuetis, & per tres denunciationes Eccleſiaſticas, de octiduo in octiduum, abſque vlla interruptione.

13 Executiones autem reales fieri debent, intra quatuor binas hebdomadas Eccleſiaſticas, hoc eſt per quindenas, & quindenas, ſine vlla interruptione.

14 Et ſi quis contra eum Executorem aut appellare, aut ſeſe opponere vellet, is executor nulla obſtante oppoſitione, aut appellatione, ſemper in Eccleſiaſticis pronunciationibus continuandis, & perimplendis perget, & in negotio peragendo cõſtans erit.

15 Et in prædictis ſingulis Eccleſiaſticis denunciationibus, Executor ſemper indicare condemnato debet, quid egerit, & quouſque in negotio proceſſerit, & ipſi præterea ſignificare de nouo, vt principali & expenſis faciat ſatis, & tunc paratum ſe eſſe, à procedendo ſuperſedere velle.

16 Hoc quoque notandum eſt, quod Executor non plus bonorum diuendere, neque amplius bonorũ Eccleſiaſticæ denunciationi tradere poterit, quàm quantum ipſi ad executionem ſuam, hoc eſt, quã quantum ad principale, & ad expenſas ſoluendas ſufficiet, *Gloſſ. in verbo. Excedat, in leg. Ab executione, Cod. Quorum, appell. non recip.* Vide Speculat. §. *Sequitur videre, verſic. 2. cum ſeq. in tit. de exec. ſent.*

17 Quod ſi executor non habeat ſatis mobilium, quin ad ſecundum aliquem vendendum procedere cogatur, atque hic fundus venditus & non diuiſibilis, plus precio excreſcat, & plus commodi, vel lucri afferat, quam executori opus fuerat, tũc executor de ea fundi venditione, & de eius ſupercreſcentia, rationem poſſeſſori reddere debebit.

18 Iuxta ſtylum autem magni Concilij Mechlinienſis, in executionibus taxatorum ſumptuum, executor ſimul infert ſuos ſumptus, & ſalarium.

Idem quoq; ſuum ſalarium in rationem confert, quando in negotiis, atq; adeo in numis Principis vacare commonſtratur. 19

In Executionibus vero ſententiarum quæ per decretum ſunt prolatæ, executor ſuum ſalarium, iuxta ſuam ipſius relationem taxari iubet, & eam taxam per alium oſtiarium exequi, & recipi curat. 20

In Flandria autem, executorum ſalaria ſimul incorporantur, & executioni committuntur, cum ipſo principali. 21

Atque hoc loco notandum eſt, quod hi ſumptus ſiue expenſæ, quæ executoribus dantur, propriè dicantur in iure ſportulæ. *C. de ſportulis.* per totum titul. & horum quantitas non eſt definitiua, niſi in duobus caſibus, qui habentur in *l. omnes qui, §. Executoribus, C. de Epiſc. & Cler.* 22

Porrò quando executor per denunciationes Eccleſiaſticas procedit, ad venditionem rerum condemnati, tunc precium rei vendendæ primum intra tres aut quatuor dictas denunciationes, vnà cũ oneribus, ac reditibus fundi vendendi indicare debebit. Et ſi intra tantum temporis, nullus eiuſdẽ fundi, aut rei appreciationem ſtatuerit, tunc ipſe Executor, eiuſdem rei precium indicere, & conſtituere tenebitur, iuxta bonam informationem & notitiam, quam ab aliis de valore ac precio eiuſdem rei cognouerit, & ſimul licitatoribus, & plus quam ſtatutam ſummam offerentibus, certum aliquod lucrum, pro ipſorum auctione tunc conſtituet, & addicet, adhunc fere modum. Ego hunc fundum, vel hanc domum æſtimo, & apprecio cẽtum libris, ſi quis hanc ſummam auxerit decem libris, is pro ſua auctione habebit ſex libras. Si quis auxerit viginti libris, is pro ſua auctione habebit octo aut decem libras, &c. Nam hæc ſunt arbitria, & conſtitui, & augeri poſſunt ad arbitrium executoris, & licitatorum, vel offerentium. 23

Quod ſi condemnatus ſeſe contra eam executoris appreciationem, aut contra eius precij venditionem, opponere vellet, executor condemnati oppoſitionem prorſus admittere debebit, dummodo is condemnatus opponens, debitam eius precij conſignationem præſtiterit, aliàs verò minime. 24

Quin & alios quoſque à condemnato opponentes, in ſua oppoſitione, & non conſignantes admittet, ſed his diem dicet coram Concilio, aut alio iudice, vt ibi cauſam ſuæ oppoſitionis apertè declarent. 25

Imo etiam quoſuis recipiet, & interim admittet omnes, qui venditionis licitatum precium augere volent, & eam auctionem in ſuis relatoriis notis connotabit. 26

Neque

Digitized by Google

Neque hic opus eſt, vt Dominus feudalis, aut
27 Dominus fundalis, ſeſe ad eam appreciationem
feudi aut fundi opponat, vt hoc modo ſuos reditus
annuos, aut nondum ſolutos, aut alia iura, quæ in
idem feudum aut fundum obtinet, defendat, & tuta
conſeruet, quia ea omnia ipſo iure conſeruantur, &
citra vllam oppoſitionem tuta permanent.

Verùm omnes alij, qui ſuper eundem fundum,
28 aut feudum reditus habent, aut oppignerationem,
aut certam hypothecam; ij omnes contra eam venditionem,
debent ſeſe opponere, ſiquidem ſuum
ius in iis conſeruare voluerint.

29 Atque ad huiuſmodi, & quaſuis alias oppoſitiones
faciendas, omnes ſunt admiſſibiles coram executore,
vſque ad extinctionem ardentis (pro more)
candelæ, & etiam poſtea coram iudice, vſque ad
detractionem ſigilli cerei, quod literis decretalibus
appenſum fuerat. Quin & coram iſto executore,
& ad hanc candelam ardentem, admittendi
ſunt omnes emptores, qui licitatum precium augere
volent.

Et poſt vltimam proclamationem, ſiue denun- 30
ciationem, & poſt candelam ardentem extinctam,
executor ab actione, & à procedendo ceſſat, nec
procedit vlterius, qui eam venditionem nondum
ratificare, aut decernere, aut decretare poteſt, ſed
nunc ſuam omnium factitatorum rationem colligit,
& in mundum redigit, vt ea omnia iudici decreturo
tradat. Et ſimul in eam relationem, inſerit
nomen ipſius ſatellitis officiarij, quem in ſuæ cõmiſſionis
exequendæ adiunctum aſſumpſit. Nam
ipſe executor ſolus, in hac ſuæ commiſſionis executione
alioqui fidendus non eſſet.

CAPVT CCLIX.

De Decretis peragendis.

SVMMAE.

1 *Decretare iudicis eſt, poſt ſolennitates omnes peractas.*
2 *Fundus per decretum non adducitur, niſi omnibus oppoſitionibus deciſis.*
3 *Emptor decretalis fundi, expreſſos tantum reditus agnoſcit.*
4 *Emptor decretalis, fundum emptum alteri tradere poteſt.*

Dixi paulo antè. Executorem ſuam venditionem decretare non poſſe, quia ea decretatio, per ipſum iudicem peragi debet, & non per executorem.

Poſtquam enim Iudex executoris relationem
1 accepit, ipſam examinat, & ſtudioſè cognoſcit, an
Executor ſuo officio belle functus fuerit, hoc eſt,
an denunciationes tum condemnati, tum Eccleſiaſticas
ritè inſtituerit, & an cum candelæ ardentis
celebratione debita, omnia ſine interruptione vlla
peregerit, & continuauerit. Hæc enim omnia, vbi
debitè ex relatione Executoris peracta cognouerit,
ilicò petitori commiſſionis peractæ decretum
permittit & adiudicat.

Non tamen vllum decretum poſtulatori adiu-
2 dicatur, priuſquam omnes oppoſitiones (ſi quę fuerint)
deciſæ, & explicatæ fuerint, & priuſquam
precium venditionis per vltimum licitatorem in
Graphiarium collatũ fuerit: mature enim, ac tarde
in decretis iudex procedit, ne cui partiũ per accelerationem,
vlla inferatur iniuria, ſed vt vtrique,
quantũ fieri poteſt, ſuũ hoc modo ius conſeruetur.

Poſt decretationem autem adiudicatam, em-
ptor de ſua emptione certus factus eſt, adeò vt 3
poſt eam decretationem, nulli poſtea vllos reditus,
aut vllas hypothecationes, ullave alia onera
ab hoc decreto, fundo, aut domo repoſcere licuerit,
quam quæ in literis decretalibus ſpeciatim
fuerunt expreſſa.

Atque Decretalis emptor, poſt decretationem 4
adiudicatam, poterit eum emptum fundum, aut
domum, vel ſibi ſeruare, vel alteri cedere. Vel poterit
eundem fundum, ac domum alteri diuendere,
ac tradere, cuicunque voluerit, vſque ad inhæredationem,
hoc eſt, vſque ad plenarium acceptum
Dominium, quo in realem poſſeſſionem, aut
incorporationem conſtituitur. Poſtea enim id
ipſi pro eodem inhæredationis iure licebit minimè:
nam ſi poſt hanc inhæredationem, ac realem
poſſeſſionem acceptam, poſtea eundem fundum
vendere vellet, id quidem ipſi licebit, ſed
cum noua Dominij traditione, & cum nouo iudiciali
precio.

CA-

Digitized by Google

CAPVT CCLX.

Quomodo Executæ per decretum diſtribuantur pecuniæ.

S V M M AE.

Decretalis pecunia perſoluit:
- 1 Executionis expenſa, & ſalarium executionis.
- 2 Reditus, Dominia, & iura Feudalia
- 3 Creditoribus realiſatis, quibus fundus affectatus fuit.
- 5 Creditoribus realiſatis, in data prioribus.
- 5 Creditoribus quibuslibet.

POſtquam igitur ad prædictum modum, per executorem omnia plenè, ac debitè peracta fuerint, & decretum emptori adiudicatum fuit, tunc precium eiuſdem decretalis venditionis, hoc eſt, præſens inde conflata pecunia diſtribuitur, iuxta modum, & ordinem ſubiectum.

1 Primò enim omnium, ab hac præſenti ſumma deciduntur expenſæ executionis, & ſimul ſalarium ipſius executoris, qui ſententiæ commiſſionē executus fuit, atque his primò perſoluitur.

2 Secundò, ex ea pecunia perſoluuntur reditus quiuis, tam vitales, quàm annui, & etiam dominia, ac iura Principis, vel Patroni, vel Domini feudalis, à quo ea bona feudalia, veluti beneficiaria aut clientelaria, fuêre ſeruata.

3 Reliquum verò pecuniæ diſtribuitur partibus opponentibus, atque ad hunc modum & ordinem. Creditores enim redituales, qui ſuper eo fundo annuos reditus aſſignatos, atque hypothecatos habent, in ſolutione accipienda, præferuntur aliis creditoribus, qui in eum fundum nihil hypothecationis, aut realiſationis habuerant.

Et ſi plures ſimul in eum fundum, aut domum hypothecatos, ac realizatos reditus haberent, tunc in ſolutione accipienda, ſemper præfertur is, cuius reditus inſtitutionis tempore ſunt vetuſtiores, excepto ſolo creditore Executore, ſi & hic quoque ſuper eo fundo affectatus, ac realiſatus fuerit. Nam hic omnibus in ſolutione accipienda eſt præferendus, etiamſi ipſius inſtitutio reditualis tempore eſſet nouiſſima, idque propter diligentiam ſuam, quam in ſua executione exercuit. Vigilantibus enim & non dormientibus iura ſubueniunt, *l. Pupillus, in fine, ff. Quæ in fraud. credito. Scæuola.* Sed vigilaui, meam conditionem meliorem feci. Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, ideoque non reuocatur id, quod percepi. Iuxta hoc eſt, quòd in Varro, *libr. 1. de re Ruſtica.* Dij (inquit) facientes adiuuant. 4

Creditor autem, cuius inſtitutio habetur nouiſſima, ſi de ſolutione ſuperflui, ſibi facienda diffidat, poterit eo caſu, eandem executionem ſibi arripere ſi modò aliis omnibus creditoribus, in data prioribus de ipſorum creditis exoluerit. 5

CAPVT CCLXI.

De Executione, in qua bona non ſufficiunt.

S V M M AE.

In inſufficientia
- 1 Mobilium, ſoluitur:
  - primò, Executori, plenè.
  - deinde, prius legato debito plenè.
  - tertiò, creditoribus reliquis, diſtributiuè.
- 5 Immobilium, ſoluitur:
  - primò Executori plenè.
  - deinde, Domino, cum reditu unius anni.
  - redituariis ſingulis, unius anni.
  - quartò, creditoribus aliis, partitiuè.

Fit vt

FIt vt condemnati debitoris bona cum ſumptibus litium, tum principali petitioni, tum reliquis creditoribus non ſufficiant. Hoc autem quoties accidit, hic modus obſeruandus eſt.

1 In executionibus, aut venditionibus, in quibus inſufficientia comperitur, hoc eſt, in quibus non tantum ſuppellectilis, aut bonorum mobilium repetitur, quæ omnibus ſufficiant, quibúſve omnibus ſatisfieri poſſet, in his executor integrum ius, ac ſalarium ſuum plenum accipit. Deinde ex reliquis ſatisfit domorum locatoribus, & reditibus fundalibus, quia hæc debita habentur priuilegiata. Quicquid autem reliquum erit pecuniæ, id reliquis creditoribus numeratur, ſed æqua tantum partitione, ſic vt vnuſquiſque, iuxta magnitudinē debiti, parem, ac æqualem libræ portionem accipiat, ſecundum æs, & libram, vt dici ſolet.

Sic quoque, vbi in fundorum venditionibus, inſufficientia naſcitur, hic ipſe executor primo omnium ſuum eripit ſalarium ac ſtipendium. Poſtea Dominus feudalis (ſi quidem is fundus feudalis fuerit) ex reliquo accipit ius ſui Dominij, & ſimul reditum vnius anni. Deinde reliquis creditoribus, quibus ſuper eodem fundo aſſignati & hypothecati ſunt reditus, ex ordine cum venditionis precio ſoluitur, ſed ſingulis duntaxat annus vnus. Quod ſi tum quippiam amplius ſuperfuerit, id omne reliquis opponentibus, ac creditoribus æqualiter ex libra diſtribuitur, vnicuique iuxta ratam, ac ſummam ſui crediti, ſecundum æs, & libram. Verùm in his omnibus, obſeruanda eſt conſuetudo patriæ, & receptus ſtylus Curiæ. 2

CAPVT CCLXII.

Quæ res Executionem impediant, & quæ non.

SVMMAE.

1 *Executionem impediunt*
- *Legitima appellatio.*
- *Noua partium tranſactio.*
- *Sententiæ nullitas.*
- *Reſtitutionis petitio.*
- *Prolapſus temporis, ſ. anni.*
- *Interuentus tertij, qui dicit rem eſſe ſuam.*
- *Quando debitum eſt obnoxiū voluntati creditorum*
- *Litera ſtataria.*

Executionem non impediunt
- 2 *Quinquennales, nec ſuſpenſoria litera.*
- 3 *Litera ſuſpenſoria non ſunt debito priuilegiato.*
- 4 *Debitum priuilegiatum quod ſit.*
- 5 *Partes inutiles querimoniæ, & cauillationes.*
- 6 *Pars inſtrumenti falſitatem citans auditur, ſed executio non ſiſtitur.*

1 MVltâ ſunt, quæ executoris executionem aut commiſſam, aut committendam impediunt. Primò enim, executionem ſuſpendit, & impedit legitima appellatio. Deinde nouatio, ſiue noua tranſactio inter partes inita, poſt, & ſuper ſententia lata. Tertiò, ſententiæ nullitas, de qua pede ſtāte, atque mox à ſententiæ prolatione conſtat. Quartò, petitio qua quis contra ſententiam reſtitui cupit. Quintò, prolapſus temporis, hoc eſt, quoties ſententia plus anno & die prolata fuit: ab annali enim ſententia appellari non licet, vti diximus, cap. 254. Sextò, quando interuenit perſona tertia, quæ dicit, & pede ſtante commonſtrat, rem eandem eſſe ſuam, & in eiuſdem rei poſſeſſione actum eſſe & fuiſſe. Septimò, quando debitum tale eſt, vt obnoxium ſit ad voluntatem, & commonitionem creditoris: huiuſmodi enim debitum ad executionem non eſt obnoxium, priuſquam creditor ſuam voluntatem expreſſerit, & debitor idem debitum denuò releuauerit & agnouerit, aut niſi id debitum exoluendum exprimatur certo ac conſtituto tempore, idque tempus nondum expiratum fuerit. Octauò, ſententiæ executionem impediunt literæ ſtatariæ, nempe, quæ ſententiæ executionem ſiſtant, ſed hoc impedimentum tantùm durat eo tempore, quod in literis ſtatariis expreſſum conſpicitur.

Quinquennales vero literæ, & ſubquinquennales 2

Digitized by Google

quennales (vulgò *quinquennellen*) ſuſpenſiones, ſententiarum executiones impedire non poſſunt. Literæ autem ſuſpenſionum ſunt duplices, ſcilicet generales, nempe, quæ ad cauſas ſeruiunt, quaſque iam ſtatarias diximus, & ſpeciales, quæ tantùm ad debiti ſolutionem conceduntur. Verùm non de quouis debito, ſed tantùm de debito ſimplici.

3 Literæ ſuſpenſoriæ in cauſa debiti non comprehendunt, neque intelligendæ ſunt de debito priuilegiato, ideoque nec impediunt, quominus debita priuilegiata perſoluantur, niſi fortaſſis ea debita in illis ſuſpenſoriis literis, ſimul expreſſa fuiſſent.

4 Priuilegiata autem debita intelligenda ſunt, quæ debentur Principi, Reipubl. pupillis, Eccleſiis, locatoribus domorum, mercaturæ in foro factæ, citra ſolutionis faciendæ terminum, vti antè dictum eſt, *cap.* 254.

Executor in executione accepta, pregredi non ceſſat, ob vllas partis aduerſæ querimonias, aut allegationes, quas forſitan contra ſententiam obiiciet, veluti aut iniquam, aut abuſiuam, aut illuſoriam, &c. Non enim eſt executoris, quid pars aduerſa dixerit, intendere, ſed ſolùm quod in mandatis habet, fideliter exequi, & nihil de rerum ſtatu, & qualitate cognoſcere velle, *cap. Paſtoralis*, §. *Quia vero, verſic. Attendentes, extra, de offic. delega.* 5
Nihilominus ſi pars aduerſa diceret, ſententiam ſic latam fuiſſe per inſtrumenta falſa, eo caſu executor poſſet eam partem, ad auditum ſuum admittere, ipſumque audire, & quid de ea inſtrumentorum falſitate referret, propius cognoſcere; vt id in notam redigeret, & ad Curiam fideliter referret: verùm interim ipſius exceptionem non admitteret, neque executionem cœptam, aut incipiendam ob id ſuſpenderet.

CAPVT CCLXIII.

De progrediendo in Executione, non obſtante Oppoſitione vel Appellatione.

SVMMAE.

Executor in executione progreditur, non obſtante appellatione,

1 *Quando appellationis cauſa non eſt fundata in iure.*
2 *In materia dotis repetendæ.*
3 *In materia conſtitutionis tutorum, &c.*
4 *In confectione inuentarii.*
5 *In prohibitione adminiſtrationis bonorum.*
6 *In ſolutione mercedis famulorum.*
7 *In cauſis recredentiæ.*
8 *In iudicatis prouiſionibus.*

1 IVdices omnes ordinarii in ſuis executionibus mandandis, vti poſſunt hac clauſula (nulla obſtante oppoſitione, aut appellatione) potiſſimùm in cauſis, in quibus iura nullam appellationem vel oppoſitionem admittunt.

2 Quin & in Francia executori permiſſum eſt, eam ſententiam exequi, quæ pronunciata eſt, non obſtante vlla oppoſitione, aut appellatione, ſed potiſſimum in caſibus ſubiectis. Primò, in materia dotis, & ad repetitionem illius.

3 Secundò, in materia conſtituendorum tutorum, aut curatorum.

4 Item, in confectionibus inuentariorum, aut indicis bonorum.

5 Item, in prohibendo prodigis, aut diſſipatoribus, furioſis, aut amentibus adminiſtrationem ſuorum bonorum.

Item, in promiſſa ac conducta mercede famulorum, aut ancillarum ad triennium, & infra. Si enim is Dominus ac domina obligati fuiſſent ſuis miniſtris, ad ſolutionem mercedis triennalis & infra, neque iis perſoluerent, ſic vt eius cauſa pro eo debito exequerentur, tunc de ea executione appellare non poterunt, ſed ilicò, nulla appellatione aut oppoſitione obſtante, debent eandem in manibus vel famuli, vel executoris conſignare, quia id debitum eſt merces laborum, & tunc eam conſignatam pecuniam mox famulus, cum debita cautione, hoc eſt, quam poterit, præſtita auferet. Sed hic opus eſt prudenti diſcretione Iudicis, vt videat, an ne, aut apud herum, an apud famulum malitia vlla, aut falſitas reſideat, & certè fauor ad laboris mercedem debet eſſe propenſior. 6

7 Item, in omnibus cauſis recedentiæ, vel fiduciariæ poſſeſſionis.

8 Item, in omnibus iudicatis prouiſionibus, quæ 25 libras ſemel ſub debita cautione præſtita, non ſuperant. Ex horum multis caſibus etiam vſurpantur in magno Concilio Mechlinienſi, & etiam in Concilio Flandriæ, vbi in dictis caſibus, & in pluribus aliis committunt executionem fieri, nulla obſtante oppoſitione, aut appellatione.

CAPVT CCLXIV.

De Euictione (vulgò) *van Afvvinninghe*.

SVMMAE.

1 Euictio vbi, & quomodo fiat.

2 Euictio quid ſit.

3 Euictio conſuetudine eſt duplex, { Perpetua, vel propria & Temporaria, ad fructus tantum. 4

5 Euincitur feudum { Temporariè, ob non ſolutionem, vel præſtationem debiti & Perpetuò, ob feloniam contra patronum. 6

7 Cenſuarius euincit fundum ſuum cenſualem, euictione perpetua.

8 Redituarius a [illegible] euincit hypothecam euictione temporaria

9 Redituarius ad fructus iudicatus, fructus ſine ratione reddenda percipit.

10 Redituarius alicubi hypothecam euincit perpetuò.

1 PAtroni clientelares (quos Dominos feudales vocamus) & magiſtratus tam ſubalterni, quàm ſuperiores, in ſuis Curiis feudalibus, & prætoriis, alium præterea exequendi modum habent, quem non ineptè euictionem, vel poſſeſſoriam, vel cenſuariam vendicationem (vulgo *Afwinningh*) appellare poterimus, nempè, cum quis ſe in alicuius feudi, ac cenſualis, vel reditualis fundi Dominium qualecunque, & poſſeſſionem per magiſtratum vendicat, & aſſertum iri curat.

2 Eſt enim euictio (vulgò *Afvvinninghe*) nihil aliud, quàm rei emptæ, aut ex alia honeſta cauſa acceptæ, cum decreto iudicis interpoſito, abductio vel amiſſio, *l. Euicta*, §. *primo. ff. de euict.* Hinc euincere eſt rem ſuam vendicare, Celſ. Quod euincitur, in bonis non eſt, ſcilicet, prioris poſſeſſoris Sed quoniam iuridica vendicatio bifaria cernitur, perpetua & temporaria, ſic quoque euictionem (quatenus variorum locorum conſuetudines ſunt conſiderandæ hic dicimus eſſe duplicem Eſt enim alia euictio perpetua eaque propria, alia verò temporaria & impropria.

3 Perpetua euictio eſt illa, quam ſupra per decretationem iudicis contingere monſtrauimus, quæ perpetuum rei Dominium, & poſſeſſionem tribuit, ſic vt ad eandem rem euictio nunquam relinquatur reditus, aut retractio. Hac decretali, ac perpetua euictione euincuntur tum feuda, tum agri ac fundi, tum domus, cum plena ac propria decretatione, & euictor fit rerum perpetuus Dominus, & euictus Dominus eſſe deſinit, iuxta illud Celſi. Quod euincitur, in bonis eſt, ſcilicet, euicti.

4 Euictio verò temporaria, ſiue impropria eſt, qua feuda, fundi, ac ædes, aut reditus euincuntur, non ad perpetuum Dominium, ſed tantum ad temporalem vſum, quem Flandricè vocamus (*yemandt ten blade doen*) hoc eſt, ad fructus tantum percipiendos per iudicem feudum, aut fundum tradere, donec euictori de ſuis reditibus ad plenum reſolutum fuerit. Poſt hanc enim ſolutionem plenariam acceptam, fundus ad proprium Dominum redit, & euictor deſeritur. De hac itaq; vtraque euictione hæc ſpeciatim accipe.

5 Dominus feudalis nunquam ob nō ſolutionem, aut ob non præſtationem debiti, procedit, ad dictam feudi perpetuam euictionem vel exhæredationem, quod ſuo Vaſallo tradidit, ſed quando officium non præſtatur, vel quando viris indiget, tunc euictione temporaria vtitur, & id feudum ſibi ad tempus arripit, ſibique poſſidet, ipſiuſque fructus omnes ſuos facit, donec vaſallus clientelaris viros tradat, relinquens interim hoc feudum pro ſuo Vaſallo, etiam ad ſexaginta annos vacuum.

Sed

6 Sed quoties Vaſallus feloniam, aut ignominiam, aut perfidiam contra ſuum beneficum patronum committit, ſic vt ipſum dehoneſtet aut noceat, tunc Dominus feudi clientelarem illum fundum, non per iudiciariam decretationem, ſed per euictionem perpetuam, à paribus feudalibus, cum cognitione cauſæ, iterum in ſuas manus adiudicatum iri curat, per quam adiudicationem id feudum fit ſuum, ſibique proprium in perpetuum. Porrò de cenſuali fundo, hoc notandum eſt.

7 Si Domino, ac poſſeſſori cenſuario non quotannis de ſuo annuo cenſu, aut de fundali reditu, aut de quouis alio nobilitatis reditu non ſolueretur, tunc is cenſuarius eum fundum ſaiſit, hoc eſt, ipſius perpetuum, ac proprium Dominium ſibi, per ſuam Iuſtitiam arrogat, & cum perpetua euictione ſibi vendicat, ſibique reſtitui ipſum curat in perpetuum, & ſic is fundus tunc, ob indebitam aut negatam ſolutionem, totus iterum in ipſius priſtinam poſſeſsionem & proprietatem reuoluitur, qui ſub hac conditione à cenſuario datus fuerat, ita vt is fundus ab euicto nunquam ſit recuperabilis, ſed ab eo planè exhæredetur, & exuatur in perpetuum. Atque hæc iuridica euictio, aut vendicatio perpetua in iure etiam fundata eſt, *l. 1. & 2. C. de iure emphiteo, & C. de euictio.*

8 Ad hunc quoque modum, quando redituarius quiſpiam actiuus, hoc eſt, cui debetur, non percipit à ſuo redituario paſsiuo annuam ſuam penſionem, aut creditum, hypothecatum ſuper aliqua domo, fundo, reditu annuo, aut ſuper aliquo feudo, tunc in eam reditus ſui hypothecam, per euictionem temporariam agit, & contra eam per denunciationes Eccleſiaſticas, & alias iudiciales ſolennitates conſuetas (vti ſupra, capite 258.) ad temporarium eius Dominium procedit, vt eadem fundi hypotheca ipſi adiudicetur, ad colendum, ſerendum & metendum, donec ipſi de retroactis reditibus ſatisfactum fuerit.

9 Et huius fructus omnes vſque ad ſolutionem, ſine vlla ratione reddenda, ſuos efficit. Aliis tamen placet (& eſt rationi conformius) quod is alterius agri cultor iudicatus, de fructibus acceptis, ſumptibus impenſis debitam rationem reddere teneatur, ne alienis bonis diutius, quàm vſque ad ſui ſolutionem vtatur.

10 Attamen in quibuſdam locis Flandriæ, praxis habet, vt redituarius actiuus fundum ipſum, aut veram ipſius proprietatem ſibi iuridica & euictione perpetua, per decretationem vendicet pro retroactis, & non ſolutis reditibus, ſic vt per eam perpetuam euictionem, non ſoluens, ſui fundi dominio, ac proprietate perpetuò exuatur, & euictor in eam inhæredetur. Sed de hac re inter conſuetudinarios eſt magna contentio, & varietas, potiſsimùm in Flandria.

CAPVT CCLXV.

De Approximatione, vel Retractu.

SVMMAE.

1 *Retractus quid ſit, & quotuplex.*
2 *Retractus iure diuino permittitur.*
3 *Retractus in iure ciuili eſt odioſus.*
4 *Retractionis vſus in Flandria.*
5 *Retractio fundorum, aut domorum* } *quomodo Brugis fiat.*
6 *Retractio redituum venditorum* } *quomodo Brugis fiat.*

Ad legitimum retractum requirantur multa,
7 *vt bona ſint feuda, fundi, ac immobilia.*
8 *vt bona ſint patrimonialia.*
9 *vt emptor ſit à familia alienus.*
10 *vt retractor ſit de cognatione venditoris.*
11 *Ad ſucceſsionem inhabilis, ad retractum eſt inhabilis.*
12 *vt retractus fiat debito tempore.*
13 *Tempus retractus in eſt annus, & dies.*
14 *vt retractor rem pro ſeſe retrahat.*
15 *vt retractor præſentem pecuniam, cum expenſis numeret intra 24. horas.*
16 *vt cum ſua propria pecunia contrahat.*
17 *An mutuata pecunia ſit propria.*
18 *vt retractio fiat de tota venditione.*
19 *Venditio vnius partis, ea pars retrahi poteſt.*
20 *vt cum conditionibus in venditione expreſsis, quiuis contrahat.*

21 *Bona retracta, induunt naturam bonorum patrimonialium.*
22 *Bona per teſtamentarios vendita obnoxia ſunt retractui.*
23 *Retrahuntur & patrimoniales reditus.*
24 *Retrahuntur feuda, fundi, agri, domus.*
25 *Retractum emptore denegante, retractus pecunia conſignatur, &c.*
26 *Retractum denegans, quomodo puniendus.*
27 *Falſarius retractum recuſans, quomodo puniendus.*

28 *A Retractatore maiorem ſummam expetens,* { *puniendus arbitrariè,* *vel*
29 *punitur amiſsione* { *pecunia data.* *principalis.* *ſumptibus, expenſis.* }

30 *De retractibus conſulendus Tiraquellus.*

1 RETractus, (vulgò *Vernaderinghe*) eſt appropinquatio vel approximatio, qua res aliqua diuendita, aut contracta, aut decretata per aliquem propinquum, aut affinem, emptori eripitur, & ſibi aſſeritur. Vel qua conſanguineus ad ſe, atque ita ad familiam vel cognationem ſuam, à qua res receſſerat, eandem retrahit & reuocat. Atque hæc eſt duplex, ſcilicet, municipalis vel appropinquationis, nempe, quæ conſanguineis, aut affinibus propriè competat, & conuentionalis, quæ etiam ſociis contractuum competit. Bartholomeus Chaſſenæus autem in commentar. Conſuetud. ducat. Burgund. *titul. des retraitz, folio* 325. *num.* 2. ponit triplicem retractum, ſcilicet, legalem, conſuetudinarium, & conuentionalem.

2 Prior, aut duo priores, nempe, approximatio ſiue retractio (vulgo *Vernaderinge*) tam legalis, quam conſuetudinaria, non minus iure diuino quàm humano, ad fauorem ac conſeruationem familiarum, eſt permiſſa, ſcilicet, vt familiæ, vt domus, atque nomina, & tituli familiarum per huiuſmodi bonorum retentionem, perdurarent in eſſe, ſine qua ipſa cito collabaſcerent, ac extra omnem memoriam perirent. Vide Biblia, *Leuit.* 25. *& Ruth.* 4. *Hierem.* 32. *Numeri* 36 *& Cod. de impo. lucra. deſcript. lib.* 10. Quanquam ſint, qui hæc legalia non obligare contendant.

3 Eſt tamen iſthæc bonorum per approximationem arreptatio, in iure Ciuili nonnihil odioſa & irrationabilis viſa, ob id, quod omnem cótractum, quem Partes inter ſe amice tranſegerunt, rumpat, ac interturbet. Vide Tiraquellum, *in præfat ſuorum Commentariorum, de vtroque retractu, & municipali & conuentionali, numer.* 33. Angel. *in leg. Dudum, C. de contrahen. empt.*

Quando in Flandria patrimoniale feudum, aut fundus patrimonialis quiſpiam, per venditionem 4
aut alium contractum, venit in manus alienas, quæ apertis loculis aliquid pecuniæ, aut aliquod precium, pecuniæ loco, pro ea venditione ac contractu tradiderunt, tunc propinqui hanc rem, ſcilicet, patrimoniale feudum, aut fundum venditum, atque contractum prædictum, per approximationem ſibi vendicare, & arreptare poterunt, vt ea bona in familia tuta permaneant, & non extra familiam alienentur, ſoluendo venditioni, ac contractui facto cum ſumptibus legitimis. Atque hic modus etiamnum hodie obſeruatur.

In quibuſdam locis, præcipuè Brugis moris 5
eſt, vt quando aliquis, vel trigeſimam partem in aliqua domo, vel fundo habuerit, atque ea domus vel fundus venditur, quod is qui vel minimam iuris proprietatem habeat, eam domum, aut fundum per retractionem vendicare poterit, ſi nemo ſit, qui ex propinquis in hac retractione præferri voluerit. Atque ideo, ſi quando aliquis ibi emit aliquam domum aut fundum, is omnibus comparticipibus indicare ſuæ emptionis precium tenetur intra biduum aut triduum, vt ſi quis illorum eam emptionem retrahere volet, id effectum curet intra dies quadraginta, quia poſt illud tempus, nulli retractionis vſus conceditur.

Idem quoque accidit in emptionibus redituum, ſuper aliqua domo, aut fundo. Nam 6
ſi quis alius ſuper eadem domo, aut fundo etiam, alium reditum obtinuiſſet, ſiue is maior, ſiue minor eſſet, is dictum reditum emptum, per ſimilem denunciationem, & temporis conceſſionem ſibi per retractum arripere poterit.

Sed

7 Sed hoc loco notandum eſt, quod ad huiuſmodi appropinquatoriam vendicationem aſſequendam, requirantur quinque. Primo enim requiritur, vt ea bona vendita ſint, aut feuda, aut fundi, aut proprium Dominium rei immobilis, quia de ſuppellectile, aut re mobili non eſt vllus retractui locus Tiraquell. tit. *du Retraict linag.* §. 1. *in ver. ou autres choſes, & c. gloſ. 7 num. 86.*

8 Secundo, vt res vendita, ſit omnium patrimoniale, & non conquiſitum: de his enim conquiſitis, non eſt retractus vllus admittendus, quod vnicuique facilius admittitur ſuarum conquiſitarum rerum arbitraria diſpoſitio, quam earum quæ in ipſum per ſucceſſionem hæreditariam ſunt tranſlatæ argumento *leg. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor.*

9 Tertio requiritur, vt is emptor ſit alienus, & nullo cognationis aut affinitatis gradu venditori propinquus. Hæredi enim, aut cognato contra alium hæredẽ aut cognatum nullus obtingere poteſt retractus, etiam ſi is aliquo gradu eſſet propinquior.

10 Quarto, vt retractator, atque propinquarius vẽdicator ſit de cognatione, aut affinitate venditoris, & non de quacunque cognationis linea. ſed tantum de ea cognationis vel affininitis linea, à qua id feudum, aut is fundus deriuatus eſt, ſic, vt ſi fors accideret, in feudum, aut fundum aliquando hæreditario iure ſuccedere poſſet, veluti, nothi, ac illegitimi, ſicut nec ſuccedere ita nec trahere poſſunt.

11 Quiſquis enim ad hæreditariam ſucceſſionem non eſt aptus, is nec ad retractum aptus eſſe poteſt, de quo vide Franc. Mingon. in conſuetudines Andegauenſes. *artic. ul. 368. numer. 1.*

12 Quintò requiritur, vt is retractus fiat debito, ac conſtituto tempore, ſcilicet, intra Eccleſiaſticas denunciationes, aut intra annum & diem, aut aliud quoduis tempus, iuxta ſtylum & conſuetudinem loci, ad hoc conſtitutum.

13 Secundum iura tamen, ſilentium, atque taciturnitas annalis, qua quis retractionis ſui ius procraſtinat, & intra eum annum non loquitur, is quoque ab eodem ſuo retrahendi iure retruditur, potiſſimum in feudalibus. Vide Iaſon. *in leg. Prætor ait. §. Vltimo, ad fin. ff. de nou. oper. nunciat.* Quod autem annale ſilentium hic vim refutationis obtineat, id ſane intelligendum eſt, ſcilicet, ſi ſcientia interceſſerit, vt habet textus, §. *Porrò.* Qualiter olim poterat feudum alienari. Reliqua late per Barth. Chaſſ. *in tit. de retraictz,* in ſuis Commentariis in conſuetudines Ducatus Burgundiæ.

14 Sextò ac vltimo requiritur, vt retractator eum fundum, aut feudum venditum pro ſeipſo, & ad ſuum proprium commodum, non pro alio retrahat, ac vendicet, idque iureiurando (modo id venditor velit) affirmare tenebitur. Si tamen emptor poſtea comperiat, conſanguineum hic fraude vſum fuiſſe, & non ſibi, ſed alteri potius, cui cederet, retraxiſſe, hoc caſu, prior emptor ſuam ceſſionem reuocare, & reſcindere poterit, per not. *in leg. Eleganter, in princip. ff. de dol. mal. cum ſimilibus.*

Debet præterea fieri iſta retractio, per ſuam propriam pecuniam. Sed mutata pecunia etiam hic propria dicitur, ſic vt cum ea præſente pecunia, non minus retrahere, quam aliquem alium fundum, aut equum, aut domum emere poſſit, quãtumuis eam aliquando (ſi mutator velit) reddere teneatur. 15

Sic etiam qui aut nullam habet pecuniam, aut qui pecuniam habens, eam tamen intra 24. horas, cum ſolutione expenſarum à retractus denunciatione, præſentem, ac promptam non exhibet, is quoque à ſui retractus iure reiicitur *per text. in leg. vltima*, & ibi Bald. *col. 2. verſic. Et nota quod debitor, Cod. de condi. inſer. & cap. ſignificante, extra, de de pignor.* Quod ſi pecuniam non habeat, aliis rebus compenſare poterit, ſcilicet, argenteis catenis, annulis, torquibus, &c. Compenſatio enim vim ſolutionis habet, *leg. Si debitor, ff. Qui potior in pignor. habeam.* Nec refert, an quis ſoluerit, an compenſauerit. Sed hanc compenſationem quidam locum tantum habere volunt in retractu conventionali, qui multò fauorabilior eſt, quàm retractus proximitatis, & dicunt compenſationem ſolummodo eſſe fictam ſolutionem, & non veram: ideoque non eſſe hic admittendam, ſicuti non recipitur etiam fideiuſſio, quæ quantumuis bona, non eſt tamen ſolutio. 16

Sic nec ſimplex pecuniæ oblatio ad retractum valet. Aliis tamen contrarium videtur, pecuniam, ſcilicet mutuatam non eſſe alicui propriam, innixi huic rationi, quod ea ſit alterius, atque alteri debeatur, & quod is ad eiuſdem reſtitutionem teneatur, quod alteri (inquiũt) debemus, id noſtrum eſſe dicere non poſſumus. Verum prior opinio mihi videtur veriſimilior. Primò enim mea eſt, dũ alius repoſcet: deinde non eandem in in ſpecie reſtituere teneor. Tertio fieri poteſt, vt is mutator numquam eam pecuniam à me repoſcat. Poſtremo rata eſt omnis emptio quæ fit cum præſenti pecunia, ſiue ea ex meis, ſiue ex alterius loculis deprompta ſit & mutata. Igitur etiam retractio, licet cum mutata pecunia, valida eſt cenſenda. Et quam habeo pecuniam eſt mea, dum per iuſtitiam eandem reſoluero. 17

Multi præterea quotidie, cum præſenti pecu- 18

 nia

nia mercantur, qui tamen grauiter in ære ſunt multorum, & nemo creditorum huic dixerit. Tu hunc fundum cum mea comparaſti pecunia, Retractio quoque fieri debet plena, ac integra, ſic vt eam venditionem retractor plenam accipiat & totam non autem dimidiatam, aut illius, quam velit, ex tota fundi venditione partem, potiſſimum ſi talis ſit venditio, quæ in Partes diuidi nequeat.

19 Secùs vero fieri poterit, ſi executor plnres domos, aut fundos ſeparatim vendidiſſet, vel vni, diuerſis: tunc enim retractor eam venditionis partem, quam volet, ſibi vendicatoriè arrogatè poterit.

20 Retractor autem, in bonorum venditorum retractione, non poteſt tutius, aut liberius eadem bona ſibi retrahere; quam fuerunt diuendita, ſed omnia onera & conditiones in venditione expreſſas, ſimul cum eo retractu recipere debebit.

21 Bona præterea retracta, induunt ac ſortiuntur naturam bonorum patrimonialium, ita vt is qui ea ſibi retraxit, iis vtatur, eaque poſſideat non ſecus, quam ſi ipſa hæreditario, adeoque paterno iure conſecutus fuiſſet. Quocirca ſi is retractor eadem bona denuo reuenderet, eadem iterum retractui ſubeſſent, ſic vt per alium propinquum rurſus retrahi poſſent.

22 Et ſicut bona patrimonialia, vendita per decretum Iudicis, retractui ſunt obnoxia, ita & ea bona patrimonialia, quæ à Teſtamentorum executoribus, ad completionem Teſtamenti ſunt diuendita.

23 Retractio quoque locum habet ad quoſuis patrimoniales annuos reditus, conſtitutos ſuper feudis, fundis, aut ſuper alia quauis proprietate patrimoniali, vel peculio, quod aduétitium vocant.

24 Sic etiam retractio locum habet ad ipſa feuda, aut fundos, aut domos, quæ parentes ſuis reliquerunt liberis, ſi hi liberi dicta feuda, fundos, aut domos poſtea vendiderint. Imo etiam feudum alienari, & retrahi poteſt per proximiores, *cap. Primò*, §. *Sed etiam*, *& ibi gloſſ. in verb. Proximiori*, *titul. per quos fiat*, *inſtituta*, *in vſibus feudo*. Tiraquellus in præfatione ſui tractatus, de vtroque retractu, *num.* 25.

25 Et in caſu, quo quis hanc retractionem retractanti negauerit, eo caſu retractor plenam pecuniam, cum ſumptibus legitime conſignat in manu iudicis, & ex eo tempore omnes retracti fundi, &c. fructus, ſuos facit, dummodo poſtea ipſi ea retractio adiudicetur, Argumento *l. Acceptam*, *in princ. C. de vſur.*

26 Quando emptor ex fraude, aut ex cauillatione retractum denegat, & tamen poſtea de eo ceciderit, tunc retractor hæreditarius eam retractionem ſibi ſeruat, ſoluendo principale, & nullos ſumptus, vt multis conſuetudinariis placet.

27 Imò ſunt alij qui dicant, quod is falſarius, ac calumniator retractionem denegans, ſimul & principale, & ſumptus perdat, ob calumniam indebitam digno retractori ſtructam, ſic vt is retractor principali potiatur, & ſumptibus, ſic vt is retractor principali potiatur, & ſumptibus, ſic vt pro pendere debeat. Verum iſthæc opinio dura videtur, & vix ferenda, facilius enim eſt quippiam opinari, quàm quippiam cum debita ratione aſſerere.

28 Si emptor poſt retractum fundum, iuramento declararet, ſcriberet, aut in contractu inſereret maiorem ſummam, quam pro principali, ac ſumptibus expendiſſet, tunc is falſarius arbitrarie pro ea falſitate commiſſa, puniendus foret.

29 Imò ſecundum quoſdam, tunc is falſarius perderet expenſam pecuniam, attribuendam Fiſco, aut Prætori, vel Domino temporali. Et præterea ipſe retractor fundum retractatū obtineret gratis, & ſine vllis ſumptibus

30 Qui abſolutiora de retractibus optabit, is conſulat D. And. Tiraquellum. in ſuo inſigni tractatu, *de vtroque tam municipali, quam conuentionali*, vbi inueniet, quę ſuo appetitui facient ſatis, ſcilicet, an locum habeat in venditione conditionali, per cōſenſum facta: vel ſic, an valeat retractus, ſi venditio facta ſit hac lege, ne conſanguineus retrahere poſſit, & an retractus pateat ad feuda, aut ad venditionem decimarum, in venditione fructuum, pendentium vna cum fundo. An tempus retractus prorogari poſſit cum conſenſu Partium, & quid ſi retractor pecuniam obtulerit, & emptor recuſauerit, an locum habeat in longa locatione, in permutationibus rerum immobilium, & ſimilia. Ego certè hoc capite, ſolummodo generalia poſuiſſe contentus ſui.

CA-

CAPVT CCLXVI.

In quibus Retractus locum non habeat.

SVMMAE.

1 *Retractus non habet locum,* — *In rebus mobilibus, &c. vt in præcedenti cap.*
2 *In ſimplici permutatione.*
3 *In feudis datis per donationem inter viuos.*
4 *In compenſationibus ſine contractu præcedenti.*
5 *In quibuſdam diuiſionibus.*

DIximus præcedenti capite ſummarie, in quibus retractus locum habere debeat, quæque ad legitimum retractum municipalem potiſſimum requirantur, hoc capite, accipe quæ legitimum, ac conſuetudinarium retractum excludant, & impediant.

1 Et quanquam ea per contrarium ex præcedenti capite, facile eliciantur, nempe, quæ cum illis conditionibus expreſſis non conſentiunt, ſed repugnant.

2 Nihilominus tamen hoc loco ſciendum eſt, quod nulla abſoluta permutatio, qua vnum pro altero ſimpliciter commutatur, & ſine loculorum apertione, aut pecuniarum traditione traditur, locum habet in retractibus, quia permutatio non eſt emptio, iuxta Ioannem Platea, *in leg. Fenali. in 2, columna, Cod. de prad. decurio. lib. 10.*

Sic neque locum retractus habet in feudis, fundis, aut aliis proprietatibus, quæ data ſunt per donationem inter viuos purè, ſimpliciter, libere, & ex ſingulari fauore, ſine vlla compenſatione accepta, aut accipienda, vel expectanda, ſed hæc intelligenda ſunt in donatione inter viuos, vel cauſa mortis, dotis, vel nuptiarum Vide Barth. Chaſſeneum. *titul. des retraictz. § 9. numero 12 folio 336.* 3

Neque item locum habet retractus in compenſationibus, in quibus nullus contractus præceſſit, quia ſic compenſare eſt donare, vt in *l. Iulian. ff. de condit. & demonſtra.* 4

An autem locum habeat in diuiſionibus, in tranſactionibus, in donationibus in ſolutum, vide eundem Tiraquellum, & Chaſſenenm, & Boërium, qui hanc retractus materiam locupletiſſimè pertractarunt. 5

CAPVT CCLXVII.

De retentione Feudi, aut Fundi venditi.

SVMMAE.

1 *Feudum venditum, & à nullo conſanguineo retractum, à Domino feudi retineri poteſt.*
2 *Feudum venditum conſanguineo, nullam retentionem admittit.*
3 *Feudum venditum alieno, & conſanguineo retractum, retentionem Domini feudalis excludit.*
4 *Retentio feudi, locum non habet,* — *In Eccleſiaſticis fundis venditis.*
5 *In permutationibus.*
6 *In donationibus.*

 Quando

Digitized by Google

1 QVando feudum aliquod, aut fundus, ſiue per decretum, ſiue ab alio quouis modo venditus eſt alicui alieno, atque tũc nullus conſanguineorũ interuenit, qui id feudum, aut fundũ illum, iure retractus ſibi vendicat aut arrogat, eo caſu ipſe Dominus feudalis, aut cenſuarius (à quo id feudum, aut is fundus detinetur) id feudum, aut eum fundum feudalem, ex ſuo Dominij iure (quod vocant poteſtatem feudalem) ſibi retinere, ſuiſque propriis applicare poterit, ſoluendo precium principalis venditionis, cum ſumptibus iudicialibus. Verùm hoc ius retentionis ſolùm ſibi, non aliis participare ac cedere poteſt, vt vult Guido Papæ, *qu. ſua* 411. Sed eo caſu Dominus feudalis perdit honorarios reditus, quos ex venditione eius feudi recipere debuiſſet.

2 Dixi paulò antè de feudo, & fundo vendito alicui alieno, quia ſi hæc vendita eſſent alicui conſanguineo vel affini hæreditario, quiq; deſcẽdit ab ea parte, aut ab eo latere, vnde is fundus patrimonialis profluxit, eo caſu Domino feudali aut cẽſuario nullũ retẽtionis ius, in eã venditionẽ cõpeteret.

Dixi etiam, quando nullus conſanguineorum interuenit, &c. quia ius retentionis locum non habet, quando interuenit aliquis conſanguineorum, qui vel id feudum, vel eum fundum per retractum ſibi arrogat, licet Iaſon & Albericus autument, Dominum feudalem cuiuis conſanguineo, in iure retentionis eſſe præferendum. Nam ipſorum opinio locum habet tantum in Emphyteoſi, non in feudo. Et conſuetudinem quam allegant, non comprobant. 3

Neque etiam locum habet ius retentionis in feudis, aut fundis Eccleſiaſticis, hæc enim, vt ab Eccleſia venduntur, ſic ad Eccleſiam rurſum redeunt. 4

Neque etiam locum habent in permutationibus feudorum, aut fundorum, quibus feudum feudo, & fundus fundo commutatur, idq; ſine fraude vlla interpoſita. 5

Item non habet locũ in donationibus, iuxta Guidonem Papæ, in deciſ. ſua 47. Reliquos caſus, in quibus ius retentionis locũ non habeat, vide apud Boër. *lib. de conſuetud. retentionis rerum Feudalium* 6

CAPVT CCLXVIII.

De Honorariis iuribus Fundorum aut Dominiorum.

SVMMAE.

Patrono Feudi
1 *Ex venditione feudi, decimum denarium ſoluit venditor.*
2 *Ex feudo vendito pro libero precio, ius feudale ſoluit emptor.*
3 *In feudum ipſum, ius feudale competit.*
4 *In venditione feudi, non competit ius, niſi poſt inueſtituram emptoris.*
5 *In venditione feudi neceſſaria, ius feudale ſoluit emptor.*
6 *In venditione feudi voluntaria, per contractum, ſoluit venditor.*
7 *In venditione feudi voluntaria, venditor patet regreſſio.*

1 IN Flandria Domini feudales, quando aliquod feudum, aut fundus feudalis venditur, pro ſuo nobili, ſeu honorario, ac patronali iure, ex more recipiunt decimam partem, hoc eſt, decimum denarium venditionis feudi, à venditore, niſi ſecus contractum fuiſſet.

2 Et quando venditio facta eſt pro certo, & expreſſo precio pecuniario libero, hoc eſt, vt venditor ſummam contractam liberè ſine deciſione recipiat, idque feudum immediatè teneatur à Comite, tunc emptor ſupra dictum decimum denarium, adhuc ſoluit decimum denarium, eiuſdem dicti decimi denarij.

Atque ad ea feudalia iura conſequenda, & recipienda, Dominus feudi neutram partem, hoc eſt, nec emptorem, nec venditorem appellat, neque contra alterutrum agit, ſed in ipſum feudum, ac fundum venditum procedit, donec ipſi de ſuo iure ſatisfactum fuerit. 3

Verùm dicta iura feudalia exigere non poterit, donec exhæredatio facta noſcatur, aut priuſquam decretum emptori adiudicandum fuerit. Quia quam diu venditor in proprietate ac vero dominio permanet, tam diu virum ſeu vaſallum habet, cuius nomini innititur, & nihil in feudo mutatum cenſetur, & per conſequens, nullum 4

Digitized by Google

lum ius feudale Patrono ſeu Domino agnatum eſt.

5 Sed in feudorum venditionibus neceſſarijs, nempe quæ per executiones, aut per decreta peraguntur, in his ſemper emptor, nempe vltimus licitator, & auctor, omnia iura feudalia ſolus perſoluit.

6 In venditionibus vero feudorum voluntariis, & per contractum actis, venditor ſemper iura feudalia perſoluit, niſi aliter, aut conditionaliter contractum fuiſſet, ſcilicet, venditionem debere eſſe ratam cum plena, ac libera pecunia. Hoc enim caſu, non venditor, ſed emptor iura feudalia perſoluere debebit.

In feudorum, ac fundorum venditionibus voluntariis, in quibus nullæ factæ ſunt denunciationes Eccleſiaſticæ, in his venditor (ſi pœniteat) retrogredi, atque ab ea venditione reſilire poterit, & venditioni à ſe factæ, ſine vlla mulcta, renunciare poterit, ſoluendo duntaxat ſumptus, cum intereſſe, & non amplius. Verum ſi vllæ factæ fuiſſent denunciationes Eccleſiaſticæ, tunc adhuc venditioni renunciare poterit, ſed tunc præter ſoluendos ab ipſo ſumptus, & intereſſe, adhuc condemnabitur in emendam trium librarum, iuxta conſuetudinem quarundam Curiarum. 7

CAPVT CCLXIX.

In quibus venditionibus non ſoluantur Iura Feudalia.

SVMMAE.

Dominus Feudi non recipit ius Feudale,

1 *Quando Feudatarius transfert in hæredem natu max.*
2 *Quando parens feudum dat ſuæ proli minimæ.*
3 *Quando Auus feudum tradit Nepoti in recta linea.*
4 *Quando proles feudum tradit Parenti, Auo, &c.*
5 *Quando feudum fundo, vel contra commutatur.*
6 *Quando in diuiſione bonorum cohæres alteri feudum quoddam adijcit.*
7 *In aſſignatione Duarij.*
8 *In reſeruatione vſuſfructus.*
9 *Quando feudum oneratur ſumma pecuniaria ſemel.*

10 *Dominus feudalis in onerando feudo, ius feudale recipit.*

1 SEd hic pro ſolutione iurium feudalium notanda eſt diſtinctio, qua alia feuda vendita, iura feudalia pendant, alia verò minimè. Ex feudis enim, quæ feudatarius donat, & tranſportat ſuo hæredi natu maximo, in eadem linea, & latere, vnde id feudum proceſſit, ſiue in linea recta, ſiue in linea tranſuerſali, ex his (inquam) feudis ſic tranſpoſitis, dominus feudalis nihil iuris feudalis, ob talem tranſlationem dictam recipere debet.

2 Sic quoque patronus aut Dominus feudalis nihil iuris tranſpoſitiui recipit à feudis, quæ vel Pater, vel Mater transfert, & dat ſuæ proli natu minimæ in formam dotis, aut ad promotionem coniugij, aut ad alium quemuis effectum ſimilem.

3 Sic etiam nullũ ius feudale recipit à tranſlatione eius feudi, quod Auus dat & tradit ſuis Nepotibus, aut Neptibus in directa linea à ſuis filiis, aut filiabus procreatis. Quia huiuſmodi Nepotes, & Neptes pro ſuis liberis habet, & ipſius eſſe cenſentur.

Neque etiam aliquid iuris feudalis recipit, ob eam feudi tranſlationem, quod filius, aut filia tradit Patri ſuo, Matri, Auo, aut Auiæ, aut vlli alij in directa linea aſcendenti. 4

Neque ſimiliter vllum feudale ius recipit, in commutationibus, quibus feudum fundo, vel cõtra, quibus fundus feudo, ſimpliciter, abſolute, & ſine fraude commutatur. 5

Nihil quoque iuris ipſi competit in hæreditariis diuiſionibus, quando, ſcilicet, comparticipum alter alteri in diuiſione bonorum, feudum aliquod, aut fundum feudalem cedit, & ad commodiorem diuiſionem faciendam adiicit. 6

Sic etiam nihil iuris ipſi competit, in tranſlatione feudorum, quando conſuetudinarium aſſignatur duarium. 7

8 In reſeruatione vſufructus ad vitam, Dominus feudalis nullum ius feudale recipit.

9 Sic etiam nullum ius feudale exigere poteſt, quando aliquis feudum ſuum, aut agrum feudalem onerat aliqua ſumma pecuniaria ſemel ablata. Verum in hanc onerationem non tenetur conſentire, niſi velit. Ideoque ad hanc onerationem faciendam, ipſius captanda erit beneuolentia.

10 Sed ſi quis feudum ſuum, aut fundum feudalem onerare vellet aliquo annali, aut vitali reditu redimibili, aut non redimibili, hoc caſu Dominus feudalis iura ſua feudalia recipere poteſt, quæ in tali oneratione conſtituta ſunt, ſcilicet, decimum denarium ſummæ reditualis. Verum ſi idem feudatarius poſtea, eiuſdem feudi proprietatem venderet, tunc Domino feudali, in tali tranſpoſitione, deciduntur ea iura, quæ prius in oneratione reditualı perceperat.

D. IODOCI DAMHOVDERII, *Brugenſis Iureconſulti Praxis Ciuilis, qua quis (veluti Theſæi filo ductus) ex Legum pariter, & Canonum Labyrintho, facillimè ſeſe extricauerit, finit fœliciter.*

IN-

INDEX
RERVM AC MATERIARVM,
PRAXIS CIVILIS
IN QVO PRIOR NVMERVS CAPVT, POSTERIOR CVIVSQVE CAPITIS ſectionem demonſtrat.

A.

A*Cta Arbitrorum requirunt teſtes.* Cap. cxlix. 11
Acta iudicialia nullos teſtes requirunt. ibidem 10
Acta quatuor requiruntur in proceſſibus Concilij Mechlin. ibidem 9
Acta quotuplicia ſint. ibid. 2
Acta in diario ſunt regiſtranda. ibid. 1
Acta vtrique partium ſunt communia. cxiii. 4. cxlix. 3
Acta noua, nouam oblationem præſupponunt. ibid. 14
Ad acta, omnia ſunt reſtituenda. ibid. 4
Actis certius credendum eſt, quam Iudici cxlix. 12
Actio erciſcundæ familiæ, an locum habeat in feudalibus. xxvii. 6
Actio eſt realis, perſonalis, mixta. ibid. 3 4. 5
Actionum ſpecies quot. ibid. 9
Actio perſonalis, quæ, & quotuplex. xxix. 2
Actio perſonalis fit citatione vel executione, xxx. 1
Actio poſſeſſoria, quomodo inſtituatur. xxxii. 1
Actio proceſſuum debet eſſe certa, & conſultari. xxvii 1
Actio realis quæ, & quotuplex, & quomodo inſtituatur. xxxii. 1
Actio rerum corporalium, & incorporalium, quomodo inſtituatur. ibid. 3. 4
Actio ſeruatur vel in reum, vel in garandiſantem. cxxxiv.
Actionem cedere, & tranſportare, quomodo differant. xlxix. 1
In Actione perſonali, & reali, qui ſint Iudices. liii. 2. & 3
Actor non comparens, ab actu detruditur. lxxvii. 20
Actor in cauſa concluſurus non comparens, à probando reiicitur. ibid. 21
Actor quomodo cautionem conſtituat. cxix. 1
Actor extraneus, quomodo cautionem conſtituat. ibid 6
Actor quomodo debeat concludere. cii. 1. & 2
Actor impertinenter concludens, quam ſententiam expectet. ibid 3
Actor copiam retroactorum, oſtendere debet. cxiii. 5
Actor ſi citet, & ipſe non compareat, quomodo iuxta varias cauſas puniatur. lxxvii. 1 2. 3. 4. 5. &c.
Actor petitionem ſuam diu deliberet. cxiv. 1
Actor litem vincens, agit in vtramlibet partium. cxxxiv. 14.
Actor prius ponat, iuret, probet, reus poſterius. ibid.
Actor defert iuramentum, & probationem clxxix. 15
Actor reo ſuſpecto iuramentum non defert. ibid. 12
Actor reo iuramentum defert ſuper toto libello. ib. 14
Actor ſe fundat in iure, aut in facto. cxii. 1
Actor ſuum titulum ſtatim exhibeat. cxiii. 1
Actor poſt petitionem, non tenetur exhibere acta iudicialia. ibid 2
Actore nil, aut non ſemiplenè probante reus abſoluitur. clxxix 17
Actori ſemiplenè probante, à Iudice iuramentum defertur. ibid. 16
Actorum factum non negatum redigitur ad acta illius diei. cxliii. 3
Actorum regiſtra, expenſarum taxandarum ſunt regula. cxlix. 7
Actorum loco aliquando ſunt ſchedula. ibid 13
Contra Actorem, quomodo excipiatur. cxxxi. 2.
Acquieſcentiæ literæ, quomodo expediantur, ciii. 6

Actio-

Digitized by Google

Adiicere, mutare, & corrigere, quomodo differant. cx.3
Adiuncti iurant ſilentij fidem. clvi. 7
Adiunctus in proceſſu eadem admittit, quæ princ pa-lis. xcvij. 2
Adiunctus quid, quando, & quomodo agere debeat. ibid. 3. & 4
Adiungere ſe Proceſſui, quis poſſit. ibid. 1
Adiungi nemo poteſt poſt ſententiam. ibid. 7
Adiungit ſe Fiſcus in Proceſſum, quando vult. ibi. 9
Aduocatus qualis eſſe debeat, & quamdiu ſtuduiſſe. cxxix 28.29.
Aduocatus quomodo examinandus. ibid.30
Aduocati dicuntur poſtulantes. xxvi. 1
Aduocati qui eſſe non poſſint. ibid.6.7.&c.
Aduocatus quas ob cauſas refutetur. cxxix.1.2.3.4. &c.
Aduocatis quid prohibitum, quid iniunctum. ibid.6
Aduocatis quæ in libello ſint obſeruanda. cxx.8
Aduocatis quæ vbique conſeruanda. xcvi.12
Aduocatorum Praxis paratur experientia. ibid.3
Aduocatus cum parte paciſcens, priuandus eſt officio. xlix.12.
Aduocatus ſine gradu, modo practicus, aduocare poteſt. xcvi.5
in Aduocatos malos inuectiuncula. ibid,22
Agitur verbis in iudicio practico. c.2
Agitur ſcripto, in iudicio ordinario. ibid.3
Aggrauatio capiui, quomodo fiat. lxix.1
Alienatio bonorum interdicta quibus, & quibus non. cxxxi 6
Amentes, & prodigi, an à iudiciis ſint arcendi. ibid.5
Annabaptiſtarum error, de Magiſtratibus xiij.5
Anticipatoriæ literæ à Principe ſunt impetrandæ. ccxxxviij.2
Appellare licet cuiuis grauato. ccxxix.1
Appellare licet incarcerato quotidie. ibid.5
Appellare poteſt tertius, per ſententiam alterius læſus ibid.11
Appellare licet diebus feſtis. ibid,6
Appellare cui non liceat. ccxxx.9.10
Appellare à quo iudice non liceat. ccxxxiij.1.2
Appellare à quibus cauſis non liceat. ccxxxiiii. 1.2.
Appellatur à quibus, & quomodo. ccxxxi.1.2
Appellandum ad quos. ccxxxv.1.2
Appellatur vel verbo, vel ſcripto, & quando. ccxxxvi 1.2. &c.
Appellatur ab executione, & à commiſſione. ccxxxv.6.7
Appellandum quo tempore. ccxxxvij.1.2
Appellans à definitiua, cauſam explicare non debet. ccxxxvi.6
Appellans ab interlocutoria, cauſam explicare debet. ibid.4
Appellans à ſententia nulla, nullam quoque pœnam luit. ccxli.20
Appellans ab vno articulo, appellat ab omnibus. ccxlij.2
Appellans in cauſa appellationis, liber eſt ab illo iudice. ibi.7
Appellans in Francia perpetuo liber eſt ab eo Iudice. ibid.6.
Appellans malè mulctatur 60. libris. ccxli.1 2.&c.
Appellans malè, cur puniatur. ibi.12
Appellant fideiuſſor, & venditor, quando. ccxxix.7
Appellanti adhærere cupiens, ſe intra 10. dies inſinuet oportet. ccxxxvij.7
Appellatio Flandrorum ad Parlamentum Pariſienſe, quando ſublata. v.12
Appellatio & Prouocatio, quomodo differant. ccxxix.2
Appellatio in iure conceſſa, ad quid. ibid.3
Appellationis effectus quid ſit. ccxly.1
Appellatio vbi ſententiam ſuſpendat. ibid.1.4
Appellatio quando releuanda. ccxxxvij.8
Appellatio quando deſeratur, & quando non. ccxxxviij.4.7
Appellatio à cōmiſſione Concilij Flandriæ, eſt nulla ccxxxv.5
Appellatio non oſtenſa, habetur nulla. ibid 5
Appellatio Mechliniæ non cito declaratur deſerta. ibid.7
Appellatio vni bene cedens, bene cedit omnibus. ccxxix.10.
Appellationi quando renuncietur. ccxl 1
Appellationis renunciatio ſemel facta, reuocari non poteſt. ibid.3
Appellationis tempus quando anticipetur. ccxxxviij. 1.2. &c.
Appellatione non obſtante, Executor quando progreditur. cclx.ij. 1.2 &c.
Appellationem non oſtenſam releuans, puniendus eſt. ccxxxviij.6.
Appellationem Iudex qui renuit, mulctatur 39 libr. ccxxxi.4
In Appellatione quis citandus, Iudex, an pars? ccxxxix.1.2.3
In Appellatione qui citandi. lix.16
In Appellatione, iudicata minorum ciuitatum, nouam productionem requirunt. cxliij.23
in Appellatione, proceſſus ſcriptus aliquando recipitur, aliquando non. ibi.10.& 11
in Appellatione, ſententia membrorum Flandriæ, habentur pro Proceſſu ſcripto. ibi.12
ab Appellatione recedendum eſt tempori. ccij.5.
in Appellatione in Francia, non receditur à lite, ſine conſenſu Regio. ibid.4
Apodyxa, quando plenam probationem faciat. clxxv.20
Arbiter & Arbitrator, quomodo differant, & in quo conueniant. cliij.4. ibid.21.22.23.24
Arbiter & Iudex, in quo conueniant, & quomodo diffe-

Digitized by Google

differant, *ibid.* 5.6.12.13. & *ccx*.1.2.6.7.8.9. 10.11
Arbiter & Arbitrator, idem eſſe poteſt. cciv.8
Arbiter quis eſſe non poſſit. ccx.1.2 5.6.9.10. &c.
Arbiter compromiſſionis formam excipere debet. ccviij.1
Arbiter in compromiſſis procedit, vt Iudex. ibid.2
Arbiter tertius in iudicando ſi abſit, ad alios duos citari debet. ccxij.5
Arbiter non condemnat in intereſſe, ſed in principali, & expenſis. ibid.13
Arbiter non condemnat vltra ſummam compromiſſam. ibid.14
Arbiter tantum ſtipendium pro mercede recipit. ccl.10
Arbitraria pœna cui competat, & cui non. ccxiv. 1.2. &c.
Arbitri quotuplices. viij.4.56
Arbitri non ſunt iudices ordinarij. ibid.1
Arbitri duo, vel tres, ſi ſint concordes, vel diſcordes, quomodo iudicabunt. ccxj.12
Arbitria partibus ſunt ſeruanda, aut luenda pœna ccxiij.1
Arbitrium, vel Arbitri ſententia, quomodo pronuncietur. ccxvj.1 2
Arbitratio abſentis eſt nulla, ſed coram aliis Arbitris eſt pronuncianda. ibid.6
per Arbitri ſententiam læſus, appellare non poteſt. ccxiij.2
in Arbitriam ſentententiam non conſentiens ſumma compromiſſæ Reus efficitur. ccxv.1
Arbitratores qui ſint. viij 6
Arbitramentum quid ſit. cciij 20
Arbitrator, vt amicus conciliator, in cauſis procedit. ccviij.3
Arbitrator in pronunciatione ſententiæ nullum tempus excipit. ccxj.11
Arbitratoris ſententia, quomodo corrigatur, & reducatur. cciij.26
coram Arbitratore, non proceditur iuridicè. cciij. 19
Arramenta quando ſumenda, quando non. cxc.1.2
in Arramentis, quando opus ſit noua procuratione. cx.14
Arreſtare quid ſit, & quando fiat. lxiij.1
Arreſtari qui non poſſint. lxiij.5.6. &c.
Arreſtantur aut perſona, aut bona. ibid.16
Arreſtantur inſufficientes, & de fuga ſuſpecti. ibidem.17
Arreſtanti, vel capienti, cauſæ debent ſex. ibid.18. 19. &c.
Arreſtatus annulum, oppignerare poteſt. lxviij.5
Articuli cum poſitione ſunt exhibendi. clxvij.4
Articuli non ſunt exhibendi conditionaliter. ibid.8
Articuli formandi ſunt per voces affirmatiuas. clxvij 7
Articuli contractiue, poſitiones ſuſius ſpecificantur. ibid 5
Articuli qui ſint vitioſi. clxvij.2
Articuli, Scripturæ, Intendit, Interrogatorium, Capitula idem ſunt. clxvij.2
Articulorum copia non eſt danda parti. ibid.6
Articulorum non exhibitio, proceſſum non vitiat. ibid.9
Aſſeſſores non ſunt Iudices. vii.6
Attentare quid ſit. ccxiii.1
Attentata quæ, & quando reparentur. ib.2.3.&c.
Attentatio in materia poſſeſſionis, locum non habet ibid.7.
Atteſtatio teſtium, an parti publicanda. clxxii.1
Atteſtatio teſtium quando, & quæ publicanda parti. ibid 2
Ad atteſtationem faciendam, citanda eſt Pars. ib.3
Ad atteſtationem pars ſi nihil contradicat, ea refellitur. ibid.5
Atteſtationes in cauſis realibus, alicubi publicantur. ibid 7
Atteſtationes vbi hodie parti non publicentur. ibid.6
Atteſtationum publicatio conceſſa fuit Brabātis, & Hollandis. ibid.8 9
Atteſtationum publicatio, quid officiat. ibidem.11. 12.13
Atteſtationum literæ, quomodo reprehentur. clxxxvii.15

B.

B*Ancarotæ nuſquam tuti eſſent.* cxliv 19
Belgiæ ſuprema concilia ſunt duo. vi.1.2 &c.
Beneficiales literæ inuentarii quid efficiant. xviii.4. 5. &c.
Beneficialis promiſſio conceſſa Regi Franciæ. xii.7.
Beneficium inuentariatum pertinet ad ſolutionem creditorum. xvi i.18
Bona maleſici morte mulctari, ſaſſinantur Iuſtitiario. xxxvi.3
Bona ab executore vendita, quando recuperentur. cclviii.11
Bona vendenda quando non ſufficiunt, quid executori faciendum ſit. cclxi.1.2
Bona retracta induunt naturam patrimonialem. cclxv.21
Bona per teſtamentarios retrahi poſſunt ibid 22
Bonis cedere volens, quid facere debeat. lxx.5.6. & 7.
Bonorum ceſſio remedium eſt, contra carcerem perpetuum. ibid 2
Bonorum ceſſio pro ſolutione reputatur. ibid.3
Bonorum ceſſio captum liberat è carcere ibid.8
Bonorum ceſſio, vbi locum non habeat ibid.9. & 10
Bonorum ceſſio, nulli recuſanda. Et quomodo agatur. ibid 13
Bonorum ceſſio, cur hodie iam frequens. ibid.17
Brabantorum ſtatus qui. clxxxii 9

Bra-

Digitized by Google

Brabantorum ſupplicatio pro atteſtationum publicatione. ibid. 10

Brugenſis ciuitas ſub ſe habet 22 ciuitates. cxxxiv. 17.

Brugis, quomodo procedatur de plano. xxiij. 4

C

CAmbyſis regis, iniqui Iudicis horrendum ſupplicium. ix. 14

Camera legatis Flandriæ quæ, & vbi. v. 7

Camera noua, vel conſiliaria Flandriæ quæ & vbi. ibid. 8. & 16

Camera rationaria, & renengaria Flandriæ ibid 16. & 19

Cameræ renengariæ capita quæ. ibid. 20. & 21

Cameræ Flandriæ Metropolitica ſunt quatuor. ibi. 17

Cameræ ſubalternæ quæ quæ. ibid. 18

Cancellatio in literis eſt vitioſa. clxxxvij. 11

Canones, quid ad præſcriptionem requirant, cxxxvij. 68

Capere aliquem qui volet, quatuor, aut ſex obſeruet. lxiv. 2

Capere non licet quemuis. ibid 1

Capere furem, debitorem fugientem, & pecora in ſua ſegete cuiuis licet. xiv. 14. & 16

Capi quæ mulieres poſſint. liv 14 & 15.

Capi vel arreſtari, qui non poſſint. ibid. 5. & 6

Capi nemo poteſt in ædibus, aut in loco ſacro. lxiv. 28

Capitula, ſcriptura, intendit, articuli, interrogatoriũ idem ſunt. clxij. 2

Capta ciuiliter mulier honeſta, ſtatim liberanda eſt, lxvi. 3

Capta ciuiliter, quot modis liberentur. lxvij. 1

in Captiuatores inclementes, inuectiuncula. cclviij. 3

Captiui contra Fiſcum, quantum olim in ſingulos dies numerabant. cclij. 2

Captiui contra partẽ, quantũ olim numerabant. ib. 3

Captiuis ſuppeditanda ſunt ſola neceſſaria. ibid. 1

Captiuis non licuit olim, vltra 8. groſſos conſumere. ibid. 4

Captiuum per extorſionem liberans, pro ipſo debito ſtet oportet. lxiv. 25

Captum aggrauantes, quomodo ſolutionem accipiant lxix. 2

Captus, quomodo aggrauari poſſit. ibid. 1

Captus pro debito inconfeſſo, ſub cautione laxatur. lxvi. 1

Captus pro re iudicata, non liberatur, niſi ſoluat. ibidem. 2

Carcerarius debitorem non cuſtodiens, ſtat pro debito lxv. 3

Carcerem placidè ſine vi exiens, non incidit in culpã. lxv. 2

Carceris effractor, quomodo puniatur. ibid. 1

Carolus Burgundio, Parlamentum Belgicum Mechliniæ inſtituit. v. 15

Cauſa priuilegiata, ſequitur Concilium Principis, liij 19

Cauſa, & perſona, quomodo veniuntur coram Iudice. lxxxiij. 1

Cauſa rei ſemper eſt fauorabilior. clxxi. 7

Cauſa, lis, & inſtantia, quomodo differant. ccij. 1

Cauſa in ſententia criminali, ſemper debet inſeri. ccxxi. 4

Cauſæ leues, quæ ſint habendæ. xxcij. 2

non Cauſata obligatio, quando ſit inualida. clxxxvij. 13 14.

Cauſam in ſententia ciuili inſerere, non eſt prudentiæ. ccxxi. 2

Cauſatio, in quibus ſententiis requiratur. ibid 1

à quibus Cauſis, appellare non liceat. ccxxxiv.

in Cauſis arduis, & dubiis, concordandæ ſunt partes. cxcviij 8

Cautio eſt triplex, item quintuplex. lxviij. 1 2

Cautio ad quid detur. lxvij. 2

Cautio ab Actore, & Reo, de qua erit conſtituenda. xcix. 1 2. 3 4

Cautio ab actore extraneo, omnino conſtituenda eſt. ibid. 7

Cautio præſtanda eſt, à reo paupere. ibid. 7

Cautio iuratoria aliquando ſtat pro, fideiuſſoria. ibid. 8

Cautio non eſt præſtanda à mercatore de fuga non ſuſpecto. ibid. 9

Cautio, quando non eſt neceſſaria. ibid. 10

Cautio præſtanda eſt, ante litiſconteſtationem. ibid. 11

Cautio in feudalibus, ante omnia præmittenda eſt. ibid. 12

